3 1761 07830240 3

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/ioannismariaever00verm

100

IOANNIS MARIAE VERMIGLIOLI DE VERMIGLIOLIS PERVSINI

SACRAE CONSISTORIALIS AVLAE ADVOCATI, ET COLLEGII V. I. DOCTORVM PERVSIAE DECANI

CONSILIA CRIMINALIA AD DEFENSAM

IN ROMANA CVRIA EDITA.

Ad Sanctissimum Dominum nostrum

INNOCENTIVM DECIMVM PONTIFICEM OPT. MAX.

CVM PRIVILEGIO AD ANNOS XX.



ROMAE, Ex Typographia Io. Petri Collinij. M. DC. LI.

SVPERIORVM PERMISSV.

BX
1939
C73V4

LIBRARY
DEC 6 1968
UNIVERSITY OF TORONTO

INNOCENTIO
DECIMO
PONTIFICI OPTIMO MAXIMO.



IO: MARIA VERMIGLIOLVS DE VERMIGLIOLIS.





ASseruabantur, Beatissime Pater, in domestico meo litterariorum armorum promptuario quingenta armorum genera, quibus ego legalis militiæ miles iampridem criminali in prælio pro vita hominum, & existimatione sæpius decertaueram. Hæc vel desuetudine bellandi, vel ciuilibus intentus patrocinijs æterno oppleta puluere, ac rubigine reliquissem, nisi pientissimo INNOCENTII nomine ad innocentium defensionem multò essent, quàm antea fortius excitata; haud dubia, quin sub tanta inuicti Principis virtute acumen obtineant, ac eiusdem vndique circumfusæ lucis maiestate clarescant. Eo autem promptius fœlicibus hisce auspicijs in aciem prorumpunt, quò senserint, me, præter immensa abs te accepta beneficia, in Consistorialium Aduocatorum militiam adscriptum, vt publica dimicatione & largitatis tuæ memoriam posteris relinquant, & inde-

le-

lebile grati animi mei monumentum ostendant. Aspice igitur, Pater Sancte, pro solita benignitate defensoria hæc arma, tuamque eis benedictionem infunde, vt & publici fauoris viam Pontificia humanitate sibi aperiant, & in nomine Dei exercituum ad victoriam reportandam terribilia, vt castrorum acies ordinata procedant. Dumque hæc tuorum inuigilant indemnitati subditorum, ego ab omnipotenti Deo, cuius vicem geris in terris optimus maximus, fœlicitatem tibi, & vitam ex animo deprecor immortalem.

INNOCENTIVS PAPA X.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

VM, ficut Nobis exponi nuper fecit dilectus filius Ioannes Maria Vermigliolus de Vermigliolis Perufinus Aulæ noftræ Confiftorialis Aduocatus, ipfe volumen Confiliorum criminalium ad defenfam in Romana Curia editorum,& à fe compofitorum fuis expenfis typis mandari curauerit,aliudque Confiliorum volumen fuum in caufis ciuilibus etiã Romæ editorum fuis etiam impenfis typis mandare intendat; Vereatur autem,ne alij, qui ex alieno labore lucrum quærunt, eadem opera imprimi facere curent in ipfius Ioannis Mariæ præiudicium; Nos eius indemnitati,ne ex impreffione huiufmodi aliquod difpendium patiatur,prouidere,illumque fpecialibus fauoribus,& gratijs profequi volentes, & à quibufuis excommunicationis,fufpenfionis, & interdicti,alijfque Ecclefiafticis fententijs,cenfuris,& pœnis à iure,vel ab homine quauis occafione,vel caufa latis,fi quibus quomodolibet innodatus exiftit,ad effectum præfentium dumtaxat confequendum harum ferie abfoluentes,& abfolutum fore cenfentes, fupplicationibus dicti Ioannis Mariæ nomine Nobis fuper hoc humiliter porrectis inclinati, eidem Ioanni Mariæ, vt viginti annis proximis durantibus à primæua cuiuslibet dictorum operum, dummodo tamen antea illa à dilecto filio Magiftro Sacri Palatij Apoftolici approbata fint,impreffione computandis,nemo tam in Vrbe,quam in reliquo Statu Ecclefiaftico mediatè,vel immediatè Nobis fubiecto opera prædicta fine fpeciali dicti Io: Mariæ,aut eius hæredum,& fucceffforum,vel ab eis caufam habentium licentia imprimere,aut ab alio, vel alijs impreffa vendere,feu venalia habere feu proponere poffit,& valeat Apoftolica auctoritate tenore præfentium concedimus,& indulgemus.Inhibentes propterea vniuerfis,& fingulis vtriufque Chrifti fidelibus, præfertim librorum impreffforibus fub quingentorum ducatorum auri de Camera,& amifsionis librorum, & typorum omnium pro vna Cameræ noftræ Apoftolicę,ac pro alia eidem Ioanni Mariæ, & pro reliqua tertijs partibus accufatori,& Iudici exequenti irremifibiliter applicandis,& eo ipfo abfque vlla declaratione incurrendis pœnis,ne dictis viginti annis durantibus opera prædicta,aut aliquam cuiuslibet eorum partem tam in Vrbe,quàm in reliquo Statu Ecclefiaftico prædictis fine huiufmodi licentia imprimere,aut alibi ab alio,vel alijs impreffa vendere,aut venalia habere,feu proponere quoquo modo audeant, feu præfumant. Mandantes propterea dilectis filijs noftris,& Apoftolicæ Sedis de latere Legatis,feu Vicelegatis,aut Præfidentibus,Gubernatoribus,Prætoribus, & alijs Iuftitię Miniftris Prouinciarum,Ciuitatum,Terrarum, & locorum Status noftri Ecclefiaftici,quatenus eidem Ioanni Mariæ, eiufque hæredibus, & fucceffforibus, feu ab eis caufam habentibus huiufmodi in præmiffis efficacis defenfionis præfidio affiftentes,quandocumque ab eodem Ioanne Maria,feu alijs prædictis fuerint requifiti, pœnas prædictas contra quofcumque inobedientes irremifibiliter exequantur. Non obftantibus Conftitutionibus,& ordinationibus Apoftolicis,ac quibufuis Statutis,& Confuetudinibus etiam iuramento confirmatione Apoftolica, vel quauis firmitate alia roboratis priuilegijs quoque indultis,& litteris Apoftolicis in contrarium præmifforum quomodolibet conceffis,confirmatis,& innouatis,cœterifque contrarijs quibufcumque. Volumus autem,vt præfentiũ tranfumptis etiam in quolibet operum huiufmodi impreffis manu alicuius Notarij publici fubfcriptis,& figillo alicuius perfonæ in dignitate Ecclefiaftica conftitutæ munitis eadem prorfus vbique fides adhibeatur,quæ ipfis præfentibus adhiberetur,fi forent exhibitæ,vel oftenfæ. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem fub Annulo Pifcatoris die 11.Ianuarij M.DC.LI.Pontificatus noftri Anno feptimo.

M. A. Maraldus.

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. D. S. P. A. Magistro.
Ascanius Riualdus Vicesg.

Nobile ipsius Io: Mariæ Vermiglioli authoris nomen, hoc est Aduocatorum patris, & Magistri librum hunc perpetuæ luci deuouebat. Ex Reuerendissimi P. F. Vincentij Candidi Sac. Apost. Pal. Magistri tamen præscripto eum perlegi; legant illum Præsides, & iudicandi normam, legant Rei, & innocentiæ præsidium, Iurisperiti, & in rara speciositate materiæ pressam, solidam, magistralem, ac verè Romana dignam Curia scribendi formam agnoscent. Publicetur igitur, si ita placet Reuerendissimo Sacri Palatij Magistro cum Authoris nomine nunquam interiturus. Romæ hac die 16. Ianuarij 1651.

Franciscus Cittadonius I.V.D. Sacræ Theol. professor, & in Romana Curia Aduocatus.

Imprimatur, F. Hyacinthus Pandulphus R.P. Sac. Apost. Pal. Mag. Soc.

INDEX ARGVMENTORVM.

Consilium 1.

Ostenditur in hoc Consilio, Ciuitatem Bononiæ potiri prærogatiua, quod in ea eiusque territorio non sit locus confiscationi pro maleficijs, etiamsi aliud in sententijs exprimatur, exceptis tamen criminibus læsæ maiestatis in primo capite. Et hanc exceptionem esse intelligendam de criminibus læsæ Maiestatis in primo capite de Iure communi, non autem de Iure speciali.

Consilium 2.

Subditus ratione originis, vel domicilij an puniri possit quamuis delictum in territorio alterius Principis commissum fuerit.

Subditus Papæ, & Sedis Apostolicæ an possit inquiri ab alio Principe de crimine læsæ maiestatis quamuis etiam sit subditus ipsius Principis respectu feudi.

Consilium 3.

De denunciatione facta à secreto accusatore de crimine grassationis per quinque incognitos ex asserto mãdato duorum nobilium dominorum, sine tamen eorum nobilium interuentu, & commodi participatione ex ipso processu informatiuo, cum reiectione plurium prætensorum inditiorum.

Consilium 4.

Epistola recognita per comparationem, aut per testes habentes notam manum, an sufficiat in criminalibus ad condemnationem, seu ad torturam.

Tractatus per Epistolam non sequuto effectu an sufficiat ad condemnationem seu ad torturam in crimine læsæ maiestatis.

Consilium 5.

Crimen læsæ maiestatis commissum non contra supremum Principem, sed in contemptum Principis inferioris inuestiti cum mero & mixto imperio an cognosci debeat à Principe supremo, sed ab inferiore, cui etiam applicandæ sint pœnæ, & confiscationes respectu vasallorum in loco infeudato delinquentium.

Consilium 6.

Specialia in crimine læsæ Maiestatis ex l quisquis, § emancipationes, & l fin C ad l Iul maiest an habeant locum, quando crimen hoc fuit commissum non factis & operibus, sed solis verbis, aut scriptis in libro memoriali.

Fisco an incumbat onus probandi contractus fuisse initos à Reo post commissum crimen læsæ maiestatis, & an confessio ipsius Rei præiudicet alteri, cui ex contractibus fuit ius quæsitum.

Consilium 7.

De eadem re. An specialia ex l. quisquis, §. emancipationes, & l. fin. C ad l Iul maiest habeant locum in quolibet crimine læsæ maiestatis, vel solum in primo capite.

Pœna confiscationis ipso iure statim post commissum crimen læsæ maiestatis an habeat locum extra primum caput.

Consilium 8.

Donationes factæ post commissum delictum ante condemnationem an valeant.

Donationes vt censeatur factæ in fraudem Fisci, an sufficiant inditia ex processibus informatiuis vel requiratur, quod Reus fuerit confessus vel conuictus.

De præsumptionibus inferentibus donationes non fuisse factas in fraudem Fisci.

Consilium 9

Condemnato emphiteuta seu feudatario in pœnam confiscationis bonorum, an emphiteusis, seu feudũ pertineat ad Dominum directum immediatum, vel Fiscum supremi Domini mediati, vel ad agnatos, & alios comprehensos in inuestitura.

Consilium 10.

Pœnæ, & confiscationes prouenientes ex contrauentione Constitutioni Principis supremi an pertineant ad Baronem vasallorum in loco infeudato delinquentium, quando non agitur de crimine læsæ maiestatis verè, & directè in personam Principis supremi neque condemnatio facta est à Principe supremo, seu eius Officiale, neque agitur de Constitutione aliquid prohibente præter Ius commune.

Confiscatio frumenti extracti contra bannimenta Baronis edita pro necessitate, vel vtilitate publica an pertineat ad ipsum Baronem.

Consilium 11.

De corpore delicti contra Reum homicidij an constet ex visitatione cadaueris facta à notario sine commissione Iudicis, vel ex testibus pro informatione Curiæ sine commissione, vel cum commissione Iudicis examinatis à notario.

Ad probandum corpus delicti homicidij, in quo post factum remanent vestigia, an requirantur probationes indubitatæ, vel sufficiant præsumptiones.

Consilium 12.

De eadem re. Visitatio cadaueris, & examinatio testiũ pro informatione Curiæ à notario ad corpus delicti probandum, an præsumantur factæ de commissione Iudicis, quando Iudex deinde procedit ad vlteriora.

†† Con-

Con-

Consilium 27.

De nullitate sententiæ contumacialis ob non seruatum ordinem citationum præscriptum à Statuto, & ob non seruatam supersessoriam.

An procedi possit contra mandantem non constito de mandatario, vel constito de mandatarij innocentia.

Consilium 28.

Homicidium an in dubio censeatur præmeditate commissum, vel potius ex improuiso, ita vt euitari possit pœna ordinaria, & præsertim concurrentibus circumstantijs pro negatiua præmeditationis.

Consilium 29.

De intellectu bannimentorum Vrbis, & Status Ecclesiastici quoad crimen assasinij.

Ex mandato ad sfrisandum, an teneatur mandans pœna ordinaria, quando mandatarius excessit, & commisit homicidium.

Consilium 30.

Inimicitia ex lite ciuili, & alia prætensæ offensiones an sint causæ proportionatæ, & sufficientes, vt præsumatur mandatum ad homicidium.

Consilium 31.

An, & qualis requiratur tractatus in mandato ad homicidium.

Operam dans rei illicitæ an, & quando teneatur de delicto contingente præter eius intentionem.

Birroarijs, vel etiam cuilibet priuato an, & quando liceat capere delinquentem sine mandato Iudicis.

Consilium 32.

Socius criminis, qui laborat etiam alio defectu, an faciat inditium ad torquendum, quando deponit sub tortura.

Secunda depositio testis sub tortura, an præualeat primæ depositioni sine tortura.

Testis varius an sæpius torqueri possit.

Consilium 33.

Confessio extraiudicialis super participatione homicidij, an probetur à testibus, & præsertim variantibus, & patientibus alias exceptiones.

De inimicitia, & alijs inditijs non sufficientibus ad probationem participationis homicidij.

Consilium 34.

De eadem re. Et an homicida magis præsumatur sui causa occidisse, quam ex mandato alterius.

Consilium 35.

Reus, qui de complicibus interrogatus in tortura graviore tacuit, & in secunda tortura leuiore inculpauit aliquem de mandato, & participatione homicidij, an faciat inditium.

De exclusione causæ, & inditiorum prætensi mandati, & participationis homicidij.

Consilium 36.

De insufficientia causæ ad homicidium, & inditiorum deductorum ex testibus sibi contrarijs, & alias patientibus exceptiones.

Consilium 37.

Facta, & acceptata diffidatione sub prætextu, quod diffidatus obloquutus fuerit de diffidante, an homicidium à diffidante commissum in personam diffidati censeatur cum præmeditatione ad effectum pœnæ ordinariæ.

Consilium 38.

An prærogatiua Ciuitatis Bononiæ, ne bona confiscentur, impediat exequutionem sententiæ contumacialis quoad bonorum confiscationem latæ contra Bononiensem sub pretextu, quod militauerit pro Principe extraneo.

Consilium 39.

De exclusione præmeditationis homicidij.

Quando quis reperitur occisus ex vnico vulnere, & inter plures rixantes ignoratur occisor, an omnes torqueantur, vel is contra quem magis vrgent inditia.

Consilium 40.

De Statuto probibente bonorum in forenses alienationem sub pœna confiscationis.

De Officiale Baronis allegato suspecto.

Consilium 41.

Probibita à testatore alienatione ad fauorem agnationis, an bona, vel fructus confiscari possint in vita delinquentis.

Consilium 42.

De exclusione probationis corporis delicti, & causæ proportionatæ delicto.

An probetur delictum exonerationis archibusiorum in aliquem ex depositione socij itineris, & aliorum testium patientium exceptiones.

Consilium 43.

An homicidium censeatur præmeditatum, quando post iniuriam committitur ex interuallo, vel præsumatur potius commissum durante calore iracundiæ.

Consilium 44.

De eadē re. Et an præstantes opem cooperatiuam homicidio maiori pœna puniri debeant quam principalis occisor, qui ob calorem iracundiæ punitur extraordinarie.

Consilium 45.

An, & quando de homicidij mandato inquiri possit contra mandātem non constito plene de mandatario, sed solum præsumptiue.

Con-

Consilium 66.

An, & quando magis præsumatur persuasio, vel consilium, quàm mandatum ad homicidium, ad effectum euitandi pœnam ordinariam

Consilium 67.

Homicidio commisso in rixa, an occisus, vel occidens censeatur prouocator, & author rixæ, adeout sit locus pœnæ ordinariæ.

Consilium 68.

Commisso homicidio à clerico in rixa, an pœna ad triremes temporaliter, & priuationis beneficiorum sit excessiua.
An vindicta transuersalis resultet, quando offenditur tertius in rixa ad defensionem.

Consilium 69.

De eadem re. An clericus pro homicidio commisso in rixa non animo deliberato priuandus sit beneficijs.

Consilium 70.

Homicidio commisso an, & quando procedi possit contra alterum sub prætextu mandati, vel consilij, vel auxilij, vel ratificationis.

Consilium 71.

An homicidium post rixam censeatur commissum adhuc durante calore iracundiæ, vt euitetur pœna ordinaria.

Consilium 72.

Confessio extraiudicialis homicidij, an, & quando probata censeatur.
De irreleuantia inditiorum homicidij.

Consilium 73.

An homicidium præsumatur commissum ad defensionem, & propterea mitiorem pœnam mereatur, quando non constat, quisnam fuerit aggressor.

Consilium 74.

De pluribus exceptionibus testium probantium inditia homicidij.
De exhumatione cadaueris ad probandam identitatem hominis occisi.

Consilium 75.

De insufficientia, & irreleuantia inditiorum homicidij.

Consilium 76.

De exclusione participationis in delicto homicidij.
Resistentes birroarijs, quos credebant inimicos, an excusentur.
An homicidium commissum in mansionibus hospitalis magis puniatur sub prætextu immunitatis loci.

Consilium 77.

Statuto, quod pater soluat legitimam pro delicto filij an sit locus extante nepote ex ipso filio.
In computatione legitimæ, ad quam pater obligatur pro delicto filij, an habeatur ratio temporis delicti, vel condemnationis.

Consilium 78.

Vir nobilis, qui se in carceribus constituit, an relaxandus sit sub fideiussione de se repræsentando, vel dando habendo in Vrbe domum pro carcere, attenta eius mala valetudine, & præsumptione innocentiæ.

Consilium 79.

An sit reformandum monitorium transmissum prætenso mandanti homicidium ob defectum expressionis tractatus, & loci, & temporis mandati, & vlterius ob defectum causæ proportionatæ concurrente etiam causa inimicitiæ capitalis inter occidentem, & occisum.

Consilium 80.

De confessione extorta per interrogatoria suggestiua.
De confessione in tormentis, quam Reus non ratificauit.

Consilium 81.

An sententia contumacialis contra decoctum faciat inditium contra prætensos participes decoctionis.
Participatio occultationis bonorum decocti an esset, quando non constat de eorum antecedente existentia.

Consilium 82.

Is, qui delinquentem associat post commissum delictum, an puniatur ex prætextu præsumpti tractatus delicti.

Consilium 83.

Inimicitia ex leui causa, & minæ cum alijs prætensis inditijs, an probent participationem mandati ad occidendum.

Consilium 84.

Ex bannimentis particularibus, vel de Iure communi an, & quando receptator furti cum præcedente oblatione emendi res furto subtractas, eadem pœna puniatur, qua fures principales.

Consilium 85.

Stante prohibitione alienationis, & fideicommisso in casu delicti, an legitima debita filio delinquenti veniat in confiscationem.

Consilium 86.

An confiscatio impediatur ex fideicōmisso cū prohibitione alienationis, & ex numero filiorum delinquentis.

Con-

Con-

Consilium 107.

De monitorio continente pœnam indebitam, vel excessiuam pro prætenso delicto, quod minister publicus discesserit ab Vrbe, & occultauerit libros in præiudicium Cameræ Apostolicæ, & aliorum.

Consilium 108.

De excessiuitate pœnæ comminatæ in monitorio.
Et an sit excessiua pœna confiscationis bonorum comminata non in consequentiam vltimi supplicij, sed in consequentiam relegationis.

Consilium 109.

An supersedendum sit in exequutione sententiæ contra bannitum, vti mandatarium, donec dignoscatur veritas negatiuæ coarctatæ propositæ à mandante.

Consilium 110.

De sententia contumaciali in pœnam triremium, & cōfiscationis partis bonorum non exequenda, ob nullitatem ex defectu iurisdictionis, & citationis, & ob iniustitiam ex defectu inditiorum.

Consilium 111.

De reductione præcepti ad viam Iuris, ex comparitione specialis procuratoris, allegantis pro excusatione factum notorium.

Consilium 112.

De nullitatibus sententiarum cōtumacialium ex defectu obseruantiæ Constitutionis Barberinæ circa publicationem, & intimationem bannimenti, & ex defectu citationis.

Consilium 113.

An sola indltia sufficiant ad condemnandum inquisitos de stupro monialium in pœnam priuationis beneficiorum, & exilij.

Consilium 114.

Birroarijs deponentibus de resistentia sibi facta an credatur. Et an testes pro Reo probantes negatiuam huiusmodi resistentiæ præualere debeant alijs testibus contrarijs.

Consilium 115.

An testes inhabiles probent resistētiam factam birroarijs, ad effectum pœnæ ordinariæ.

Consilium 116.

An birroarijs resisti possit, quando resistentes verisimiliter ignorant eos esse tales.
An resisti possit birroarijs, quando in actu capturæ non ostendunt mandatum.

Consilium 117.

De resistentia facta Curiæ. Et an resistens excusetur quando de iniustitia exequutionis notorie constat, vel nullo alio modo succurri potest,
De reiectione testium deponentium per eadem verba præmeditata, & nulliter examinatorum.

Consilium 118.

Resistens Curiæ an, & quando incidat in pœnas impositas ex Constitutionibus Gregorij XIII. & Sixti V. vel ex bannimentis generalibus.

Gonsilium 119.

Impedimentum præstitum, birroarijs, quominus exequutionem facerent, eorumque offensio à famulis alicuius, an censeantur processisse de mandato domini.
De reiectione plurium inditiorum prætensi mandati ad impediendum, & offendendum birroarios.

Consilium 120.

Ee eadem re, cum responsione ad contraria.

Consilium 121.

Resistentia, & impedimento præstito exquutoribus, an Causa criminalis remittenda sit Iudici, qui relaxauit mandatum.

Consilium 122.

An, & quando clericus priuari possit beneficijs ex prætextu concubinatus, vel adulterij, vel incestus ex cognatione spirituali.

Consilium 123.

De eadem re. Et de notoria iniustitia sententiæ impediente transitum in rem iudicatam non obstante omissione appellationis, vel lapsu fatalium, vel tacita acceptatione,

Consilium 124.

An sententia substineatur, quando quis egit vltra suam portionem.
De probatione damni dati ex incisione arborum ad formam Statuti agriculturæ.

Consilium 125.

De interpretatione Statuti Collegij ad euitandum delictum in exactione pœnarum.

Consilium 126.

De prouocato offendente aduersarium ad sui defensionem.

Consilium 127.

De sententia nulla vti lata ad nullius Partis instantiam.

De

An

An mulier prohibita à Statuto contrahere incidat in pœnam ex pacto quotæ litis, & præcipue quando re integra pactum reuocauit.

Consilium 190.

De excusatione à prætenso delicto vsurpatæ iurisdictionis in collatione beneficiorum, & impedimenti præstiti exequutioni litterarum Apostolicarum.

Consilium 191.

An bannitus ex gratia Principis restitutus recuperet bona confiscata, & in tertium translata.

Consilium 192.

Data dilatione ad perquirendum contumacem, an sit danda alia dilatio ad certiorandū, & præsentandū.

Consilium 193.

Scribens apologiam, & litteras Superioribus per viam recursus & denunciationis continentes infamiam alterius, an incidat in delictum libelli famosi.

Consilium 194.

Pœnæ impositæ contra committentes duella an intrent quando non constat de electione certi loci, & temporis, nec de specifica acceptatione prouocationis.

Consilium 195.

An sit locus criminalitati contra Collegium ex prætextu, quod exegerit pœnas, alienauerit officium notariatus, & condiderit Statuta.

Consilium 196.

Is, qui recepit certam summam pro præstanda fideiussione, & negauit recepisse in eam causam, an criminalitati subiaceat.

Consilium 197.

Falsitas ex rasura & immutatione litterarum in libro priuato reperto penes aliquem an sit punibilis, quādo apparet, librum extitisse penes alios, & quando aliunde cessabat præiudicium tertij.

Consilium 198.

De eadem re. De *prætenso impedimento exequutionis litterarum Apostolicarum.*

Consilium 199.

An possit A.C. inhibere Curiæ Baronali, quando carceratus ad eum appellauit sub prætextu iniustæ carcerationis.

Consilium 200.

An Causæ appellationum Religiosorum cognosci possint à Generali etiam si inferiori Ordinario, qui eos condemnauit concessa sit facultas corrigendi cum clausula, appellatione remota.

Consilium 201.

Notarius an, & quando vbique locorum possit conficere instrumenta absque incursu in crimen turbatæ iurisdictionis.

Consilium 202.

De Iudice suspecto.
An, & quando clericatus dicatur in fraudem assumptus ita vt Iudex laicus possit clericum, vel non possit punire.

Consilium 203.

An, & quando monitorium cum clausula, omnesque alios comprehendat personas Episcoporum in re odiosa, vel pœnali.

Consilium 204.

An sit locus criminalitati ex prætextu, quod non fuerit partium litteris exequutorialibus Rotæ.

Consilium 205.

De admissione articulorum obiectiuorum, quando dantur ad necessariam defensionem.
An exceptio tacite reiecta in sententia possit in alio iudicio proponi.

Consilium 206.

An Episcopus absque adiunctis possit contra capitulares exemptos procedere ad capturam, quando ex aliqua saltem summaria informatione non constat quod adsit fugæ suspicio.

Consilium 207.

De eadem re. De *differentia inter summariam informationem, & processum informatiuum ad effectum ne posit Episcopus sine adiunctis procedere contra Capitulares exemptos, & quænam exemptio requiratur.*

Consilium 208.

An Episcopus sine adiunctis nulliter procedat tam contra capitularem exemptum, quam contra laicum ratione connexionis Causæ.

Consilium 209.

An Superior posit auocare à feudatario Causas in prima instantia.

Consilium 210.

An, & quando clerico delinquente simul cum laicis cognoscenda sit Causa à Iudice Ecclesiastico quoad omnes.

Consilium 211.

An, & quando delinquente vno ex Condominis, posit alius Condominus Causam cognoscere, vel delegare.

Con-

Con-

Con-

Con-

Con-

Con-

Con-

FINIS.

IO. MARIAE VERMIGLIOLI DE VERMIGLIOLIS PERVSINI

SACRAE CONSISTORIALIS AVLAE ADVOCATI, ET COLLEGII I. C. PERVSIAE DECANI.

CONSILIA CRIMINALIA AD DEFENSAM.

IN ROMANA CVRIA EDITA.

ARGVMENTVM.

Ostenditur in hoc Consilio, Ciuitatem Bononiæ potiri prærogatiua, quod in ea, eiusque territorio non sit locus confiscationi pro maleficijs etiamsi aliud in sententijs exprimatur, exceptis tamen criminibus læsæ Maiestatis in primo capite. Et hanc exceptionem esse intelligendam de criminibus læsæ Maiestatis in primo capite de Iure communi, non autem de Iure speciali.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas Bononiæ prærogatiuam habet, ne bona in eius territorio confiscentur pro maleficiis, etiam in contradictoriis Iudiciis comprobatam.*
2 *De obseruantia negatiua confiscationis in Ciuitate Bononiæ, Auctor testatur, diu ibi fuit anno* 1605. *& 1606. legationis Auditor.*
3 *Ciuitatis Bononiæ prærogatiua exclusiua confisca tionis ortum habuit ex Priuilegiis, & Indultis Apostolicis.*
4 *Consuetudinem in Ciuitate Bononiæ vti immemorabilem, & semper obseruatam, ne fierent confiscationes approbarunt Summi Pontifices Iulius III. & Gregorius XIII.*
5 *Pontifex Gregorius XIII. disposuit non fieri confiscationes in Ciuitate Bononiæ præterquam in criminibus læsæ Maiestatis diuinæ, & humanæ.*
6 *Ciuitas Neapolis habet priuilegium, ne bona publicentur nisi in crimine hæresis, & læsæ Maiestatis.*
7 *Exceptio detractiua Priuilegii Ciuitatis Bononiæ circa confiscationes intelligitur, vbi pæna criminis læsæ Maiestatis in primo capite applicatur de Iure communi, non autem de Iure speciali.*
8 *Crimen læsæ Maiestatis in primo capite de Iure communi non incurritur pro Armatis, & Caualcatis non factis hostiliter aduersus Principem odio ipsius Principis principaliter, sed ad alium finem.*
9 *In pænam læsæ Maiestatis primi capitis aliud est quod quis verè, & non fictè incidat, & aliud, quod vere crimen hoc committat.*
10 *Qualitas commissi criminis non arguitur necessario ex qualitate impositionis pænæ.*
11 *Crimen læsæ Maiestatis in primo capite propriè committitur in solum Principem, vbi contra ipsius personam conspiratur, impropriè autem contra alios.*
12 *Crimen læsæ Maiestatis quando excipitur in Priuilegio, fit reditus ad ius commune, ideoque intelligitur de crimine verè, & propriè, & non fictè, & num.* 14.
13 *Statutum recipiens passiuam interpretationem à Iure communi intelligitur de Iure communi ordinario, & non speciali extraordinario.*
15 *Constitutio noua non tollit consuetudines speciales locorum nisi id exprimat.*
16 *Derogatio simpliciter statutis, & consuetudinibus locorum non intelligitur de immemorabili consuetudine.*

17 *Conſtitutio declaratur ex obſeruantia ſubſequuta.*

18 *Derogatio cuicumq. conſuetudini non intelligitur de immemorabili.*

19 *Exceptio non comprahenſionis adduci poteſt non obſtante clauſula Sublata &c. et Decreto irritante.*

20 *Crimen læſæ Maieſtatis verum non fictum committit offendens Miniſtros Iuſtitiæ, & ab eorum manibus violenter eximens carceratos.*

21 *Priuilegium Ciuitati conceſſum non cenſetur ſublatum ex eo, quod contrarium ſeruatum fuerit in aliquibus particularibus.*

22 *Obſeruantia immemorabilis, & inueterata operatur vt actus tribuatur potius neceſſitati, quam facultati.*

23 *Actus intelligitur potius ex cauſa neceſſaria, quam voluntaria.*

24 *Iactatio iuris non præſumitur.*

25 *Demolitio domus eadem ratione impeditur, qua conſiſcatio.*

26 *Bannimenta publicata nō deſtruunt Priuilegium, quod nihilominus deinde obſeruatum probatur.*

27 *Priuilegia ſubditis conceſſa illæſa, & intacta conſeruare nouitates non admittendo, pertinet ad rationem boni regiminis.*

28 *Prohibitum directa via, non etiam per indirectam admittitur.*

CONSILIVM I.

ANtiquiſſimam, & immemorabilem Ciuitatis Bononiæ prærogatiuam, quod in ea, eiuſque territorio non ſit locus confiſcationi, nec bona bannitorum publicentur pro maleficijs, quamuis ſententiæ condemnatoriæ aliud exprimant, quæ propterea reſpectu publicationis ex hac inueterata, & inconcuſſa obſeruantia careant effectu, nō videtur in conrrouerſiam adduci poſſe, poſtquam Summi Pontifices, quibus notiſſimum eſt hoc priuilegium, ſemper eidem annuerunt; quemadmodum neque vnquam Pontificum prædeceſſorum
1 aliquis hactenus illud improbauit; ſiquidem de hac prærogatiua, etiam in contradictorijs iudicijs ſemper comprobata, non ſolùm atteſtantur Salic. in l. 1. num. 24. verſ. quæro de ſecundo membro, C. de hæred. inſt. Gozad. conſ. 99. num. 4. Maluaſ. conſ. 10. num. 13. & ſeq. Bertaz. conſ. crim. 477. num. 7. lib. 2. Ant. Scapp. de Iur. non ſcript. lib. 5. cap. 174. num. 12. in fin. Farinac. quæſt. 11. nu. 4. Modern. Tiphern. de confiſc. in limit. 13. concl. 47. fol. 187. ſub num. 2. & Baiard. ad Clar. q. 78. n. 9.

2 Et ego ipſe ita obſeruari vidi, dum anno 1605. & 1606. fui Bononiæ Legationis Auditór.

3 Sed eiuſmodi prærogatiuam ortum habuiſſe ex Priuilegijs, & Indultis Apoſtolicis expreſſis, firmant Maluaſ. d. conſ. 10. nu. 14. ante med. verſ. Sed vltra teſtes, & verſ. Vltra litteras Apoſtolicas; vbi, quod deſuper litteræ Apoſtolicę fuerant in eo caſu in actis productæ, & teſtes ſuper veritate eiuſdem conſuetudinis formiter examinati, Bertaz. d. conſ. 477. num. 7. dicens, hanc inueteratam conſuetudinem fuiſſe etiam ex Bulla Pij Quarti confirmatam, prout idem referunt Baiard. & Modern. Tiphern. in locis ſuperius allegatis.

4 Cum imo vlterius detur etiam approbatio eiuſdem conſuetudinis tanquam immemorabilis, ac ſemper obſeruatæ ex litteris particularibus Iulij
5 Tertij, & Gregorij XIII. qui etiam præciſa diſpoſitione iuſſit non fieri confiſcationes præterquam in criminibus læſæ Maieſtatis diuinæ, vel humanæ; qua propter de exequutione ſucceſſiua huius Priuilegij ambigendum eſſe minimè videtur, ſicut non ambigi in ſimili Indulto Ciuitatis Neapolis,
6 teſtatur Afflict. in Conſtit. Adulterinam, ſub rubr. 40. lib. 3. num. 7. in fin. Vrſill. ad Affl. deciſ. 361. num. 18. Franc. deciſ. 102. in princip. Baiard. d. quæſt. 78. num. 8.

Præmiſſis autem ſuppoſitis ex vltima ſententia, quæ aduerſus aliquos lata dicitur declaratoria incurſus in pœnas primi capitis rebellionis, & læſæ Maieſtatis occaſione criminum ſub Armatis, & Caualcatis commiſſorum; nec ſub prætextu Bannimentorum Pauli Quinti, etiam Bononiæ publicatorum hanc pœnam inferentium, nec ſub prætextu Conſtitutionis Sixti Quinti in hoc caſu crimen læſæ Maieſtatis verè, & non fictè diſponentis videtur effectuandam eſſe confiſcationem, minuſq. demolitionem eorum domus fieri potuiſſe, ac propterea conſulendum eſſe Ciuitati, vt præiudicium ex huiuſmodi exemplo in ſuo Priuilegio nō
7 ſentiat; Cum enim exceptio detractiua Priuilegij intelligenda ſit, vbi crimen læſæ Maieſtatis ita perpetratur, vt pœna primi capitis applicabilis ſit ex Iuris communis diſpoſitione, non etiam ex pena proueniente à Iure ſpeciali ex infra allegandis, vtique locus eſſe non poteſt exceptioni hoc caſu,
8 quo Iure communi inſpecto pro Armatis, & Caualcatis non factis hoſtiliter aduerſus Principem, vel Rempublicam odio ipſius Principis, vel Reipublicæ principaliter, ſed ad alium finem, abſque dubio minimè læſæ Maieſtatis crimen incurritur in primo capite; ſed duntaxat delictum cadens ſub diſpoſitione l. Iuliæ, de vi public. vt in his terminis latè comprobant tres ex Primarijs tunc Rotæ Auditoribus, Seraphinus, nempe, Blanchettus, & Oranus ſuis votis deciſiuis à ſe deſuper Sanctiſſimo redditis, & impreſſis in deciſionibus poſt lib. 2. conſ. Farin. ſub deciſ. 61. num. 2. 7. 17. & 22. vt etiam in reſponſo Manticæ licèt ſub Auctore incerto edito, de quo idem Farin. conſ. 65. n. 103. & alijs lib. 1. [illegible]
9 Nam & aliud eſt, quòd verè, & non fictè quis in pœnam læſæ Maieſtatis primi capitis incidat, & aliud, quod verè crimen hoc committat, vndè ex
10 qualitate impoſitionis pœnæ neceſſario non arguitur qualitas commiſſi criminis, vt ex Boſſ. de crim. læſæ Maieſtatis d. num. 62. inquit Oranus d. vot. ſeu deciſ. 61. num. 27. atque hinc eſt, quod pro-
11 priè crimē hoc committitur in ſolum Principem, & Rempublicam, vbi contra ipſorum perſonas, ac eorumdem Collateralium conſpiratur, impropriè verò contra alios, Salicet. in l. quiſquis in princ. C. ad leg. Iul. Maieſt. Capic. deciſ. 130. in principio, & num. 8. 11. 17. & per tot. Gig. de crim. læſæ Maieſt. in princ. Aym. conſ. 6. num. 29. Odd. conſ. 27. nu. 21. Farinac. conſ. 48. num. 13. & quæſt. 112. num. 14. & 17. Fab. de Anna conſ. 67. per tot. præcipuè nu. 19. Seraph. deciſ. 830. num. 3.

Quòd autem exceptio intelligenda ſit de crimine læſæ Maieſtatis in primo capite verè, & propriè ex diſpoſitione Iuris communis, non etiam ex Iure
12 ſpeciali, clarè liquet; Tum quia ex Indulto prohibitiuo confiſcationis ſub dicta exceptione criminis læſæ Maieſtatis ſit reditus ad ipſum

ipsum Ius commune idem disponens in Authen. Bona damnatorum, C. de bon. proscriptor. vbi propterea glo. fin. allegando ad intelligentiam dictæ exceptionis, tex. in l. quisquis, C. ad l. Iul. Maiest. intelligit de crimine verè, & propriè, & non fictè, vt etiam per Socin. Iun. cons. 205. num. 25. & seq. lib. 3. Farinac. dicto cons. 65. num. 103. qua ratione, etiam Statutum passiuam recipiens
13 interpretationem à Iure communi intelligitur de Iure communi ordinario, & non speciali, & extraordinario, Aym. cons. 703. num. 7. Castren. in l. fin. §. in computatione in fin. C. de Iur. delib. Bald. in l. meminimus, num. 3. C. de legit. hæred. idem Castren. in l. lege 12. tabul. num. 5. C. eod. de legit. hæred.

Tum etiam, quia in his terminis hoc ipsum decidit
14 Afflict. in Constitut. foro iudicatorum sub lib. 2. rubr. 6. de Fisco succedente foro iudicatis num. 14. & seq. inquit enim, quod Priuilegium à Rege concessum Ciuitati Neapolitanæ, prohibens confiscationem, excepto crimine læsæ Maiestatis, intelligitur de eo, qui verè committit crimen læsæ Maiestatis, non de eo, qui fictè effectus est hostis Regis, vt dd. num. 15. post princip. vers. scilicet.

Nec obstat, quod Constitutio Sixti Quinti 75. in nouo Bullario tom. 2. fol. 618. §. 3. disponat, transgressores læsæ Maiestatis reatum verum, ac nulla Iuris, aut hominis fictione confictum crimen incurrere; quoniam huiusmodi dispositio non comprehendit Ciuitatem Bononiæ quoad præiudicium sui Priuilegij, tàm ex eo, quia noua Principis Constitutio non tollit consuetudines speciales locorum, nisi id specifice exprimat, ac proinde consuetudo quoque inoleuit, quod Ciuitas Bononiæ in preiudicialibus dispositionibus generalibus non comprehendatur, nisi vbi in specie nominatur, iuxta tex. in cap. 1. de Constit. in 6. quàm etiam, quia in dicta Constitutione Sixti 75. in §. 5. derogatur, dumtaxat simpliciter statutis, & consuetudinibus locorum, quamobrẽ ex defectu voluntatis, nec comprehenditur in ea derogatio immemorabilis consuetudinis, qua Ciuitas Bononiæ nititur, Afflict. decis. 254. num. 5. vbi Vrsill. num. 7. Bertrand. cons. 98. num. 12. lib. 1. Dec. cons. 271. alias 270. num. 3. Paris. cons. 27. num. 85. & seqq. lib. 1. Abb. in cap. fin. num. 35. ante fin. de prescript. Mandos. cons. 100. num. 11. vers. nec tandem, Felin. in rub. de prescript. num. 18. & cap. cum ex officij num. 1. eod. tit. Seraph. decis. 585. num. 2.

Et hoc ipsum declarauit obseruantia, nam non obstante, quod Constitutiones, & bannimenta Bononiæ publicata indixerint in pluribus casibus pœnam confiscationis; nihilominus ex ipsis actis criminalibus plurimi conspiciuntur, deinde incidentes casus, in quibus sententiæ cõtra plurimos Reos in eamdem confiscationis pœnam promulgatæ omni effectu destitutæ apparent; vnde ex
17 hac obseruantia satis liquet, publicationem in Ciuitate fieri ad terrorem, non etiam, vt effectũ sortiantur, Mascard. de probat. concl. 162. numero 33. lib. 1. Rimin. Iun. cons. 327. numero 2. lib. 3.

Stante autem hac conclusione clarissima, quæq; vera est etiam, quando Princeps in derogando consuetudini vtitur verbo vniuersali cuicumque, vt per Couar. var. resol. lib. 3. cap. 13. numero 5. vers. contrarium. frustra obijcitur, Ciuitatem à tempore Constitutionis Sixti reatum læsæ Maiestatis in Caualcatis verè, & non fictè inducentis, non habere tempus habile ad præscribendum, quia Ciuitas non allegat præscriptionem ab inde citra, sed vtitur immemorabili, qua etiam prius potiebatur, & cuius effectus, nec etiam per Constitutionem Sixti fuit interruptus, aut impeditus, dum illa Constitutio Ciuitatem quoad præiudicium sui Priuilegij non comprehendit, quandoquidem exceptio non comprehensionis, absque dubio adduci potest, non obstante clausula Sublata, &c. & alia quacumque, etiã cum irritanti decreto, Paris. cons. 11. num. 134. lib. 1. Rot. decis. 569. num. 9. par. 2. in rec.

Neque allegari potest interruptio ex casibus aliquibus complicum, quia in illis vltimis confiscatio caruit omni effectu, alijq. prætextus admodum diuersi interuenerunt; in alijs vero euidentia excludit prætensam demolitionem, neque de effectu alio confiscationis constat, cum imo si constaret, non etiam releuaret; tum quia casus fuerunt omnino diuersi, dum in ijs cum Armatis fuerunt Ministri Iustitiæ offensi, & ab eorum manibus violenter exempti carcerati, qui ad Triremes in exequutionem Iustitiæ adducebantur, quandoquidem magis hoc verum, quàm fictum crimen læsæ Maiestatis fuisse dici potest, iuxta l. 4. C. ad l. Iul. Maiest. cum alijs in d. vot. 61. in decis. post lib. 2. cons. Farinac. num. 16. in fin. & seqq.

21 Tum etiam quia ex eo, quod seruatum fuerit in aliquibus particularibus Ciuitate contradicente, non censetur sublatum Priuilegium ipsi Ciuitati concessum, quatenus de iuribus illius contenditur, vt per Farinac. cons. 95. num. 21. lib. 1.

Minus quoque facit, quod dicitur confiscationes effectu caruisse, vt quia in Iudicantium fuerit facultate mitius agere, quoniam carentia effectus non fuit facultatis, sed necessitatis, stante immemorabili, & inueterata obseruantia, quod publicatio bonorum expræssa in sententiis condemnatorijs effectu careret, vt inquit Maluas. d. cons. 10. num. 14. lib. 1.

23 Et in dubio regula generalis est, quod etiam vbicumque actus gestus censeri potest ex duplici causa magis censendus est factus ex necessitate, & præcipue hoc casu, quo alioquin, vel Iudices in officio deliquissent, non exequendo sententias condemnatorias in præiudicium Iuris Cameræ quæsiti, vel Camera Ius suum iactasset, Aym. cõs. 106. num. 8. Surd. decis. 15. num. 3. & seqq. Rot. decis. 391. num. 4. par. 1. diuers.

Minusq. differentia constituenda est inter demolitionem, & confiscationem, quia habent se vti excedentia, & excessa, cum demolitio sit effectus confiscationis, maior quidem ob delicti atrocitatem, vt per Gig. de crim. læsæ Maiestat par. 2. quæst. 35. ac proinde eisdem rationibus impediatur demolitio de Iure, quibus confiscatio Gig. ead. par. 3. quæst. 36. num. 1. Baiard. ad Clar. quęst. 78. num. 83. Carpan. in c. omnium nouarum constit. Mediolani num. 296. Scapp. de Iur. non scripto lib. 5. cap. 208. num. 7.

Et hinc fuit, quod sententiæ condemnantes etiam ad demolitionem, nunquam hactenus, neque etiam respectu demolitionis effectum fuerũt sortitæ, nam propterea subsequuta quoque obseruãtia declarauit terminos publicationis, & demolitio-

litionis paribus passibus ambulasse, iuxtà notata in l.iam hoc iure, ff. de vulg. ac respectu compræ-
26 hensionis Constitutiones, aut bannimenta Baroniæ publicata, non propterea destructiua fuere sui specialis Priuilegij, ac prærogatiuæ in casu, de quo quæritur Farinac. cons. 51. lib. 1. & cons. 177. n. 35. lib. 2. & quæst. 103. n. 152. Caball. resol. crimin. cas. 253. n. 1.

Nec denique considerabilis videtur ratio boni regiminis; nam illi consuli potest alijs remedijs, sicut hactenus in atrocioribus semper fuit consultum;
27 & non minor ratio boni regiminis est, quod Princeps, Priuilegia Ciuitatibus subditis concessa illæsa, & intacta conseruet, nouitates non admittendo, ad Afflict. in Constit. Reg. d. rubr. 6. n. 14. & seq. lib. 2.

Et præcipuè cùm aliàs intelligendo sequeretur de-
28 structio huius immemorabilis Priuilegij, quod enim directa via non statuitur, non etiam per indirectum admittitur Alex. cons. 32. n. 2. vers. Prætere... Aym. cons. 197. n. 9.

Et quibus, &c.

ARGVMENTVM.

Subditus ratione originis, vel domicilij puniri potest, quamuis delictum in Territorio alterius Principis commissum fuerit.

Subditus Papæ, & Sedis Apostolicæ non potest inquiri ab alio Principe de crimine læsæ Maiestatis, quamuis etiam sit subditus ipsius Principis respectu Feudi.

SVMMARIVM.

1 *Remedium super iactationibus, & molestationibus datur etiam in criminalibus contra diffamantem.*

2 *Remedium super iactationibus datur in criminalibus, etiam contra Fiscum.*

3 *Iudices debent per inquisitionem procedere contra delinquentes subditos ratione originis, domicilij, vel loci delicti.*

4 *Iudices procedere possunt contra subditos, ratione solius originis, vel domicilij, etiam si delicta in Territorio aliorum Principum commissa fuerint.*

5 *Subditus Papæ, & Sedis Apostolicæ inquiri non potest ab alio Principe de crimine læsæ Maiestatis.*

6 *Subditus Sedis Apostolicæ, qui etiam sit subditus alterius Principis respectu Feudi, non est subditus illius Principis ad effectum, vt dici possit in eum commisisse crimen læsæ Maiestatis.*

7 *Tractatus, & mandatum de occidendo suam pœnam merentur, etiam si effectus in alieno Territorio esset consumandus.*

8 *Delinquens punitur in loco delicti, si ibi reperiatur, non autem si non reperiatur, ita quod neque in hoc casu absens citari potest per Edictum.*

9 *Citatio coram Imperatore non arctat extra Imperium constitutum.*

CONSILIVM II.

Cognitio criminum assertorum, de quibus diffamantur subditi huius S. Sedis, omninò ad ipsā Sedem Apostolicam pertinet non solum ex reme-
1 dio, quod de Iure datur in criminalibus ipsis subditis ad instar l. diffamari, C. de ingen. ex tex. qui de hoc remedio loquitur in l. Titia 18. ff. de accus. & in l. si ea 7. C. si accus. & in l. ob commissa 21. in fin. C. de adult. Bart. d. l. Titia n. 18. vers. est autem; quodque remedium nedum datur contra diffamantem, Oldrad. cons. 3. num. 3. Couar. var. resolut. lib. 1. cap. 18. num. 7. quandoquidem limitatur hoc casu dispositio l. 1. C. vt nemo inuit. vt per glos. ibi.
2 Verùm etiam datur aduersus Fiscum, Gabr. de act. conclus. 6. in 4. ampliat. n. 6. Contard. in d. l. diffamari, in ampliat. n. 4. fol. mihi 24.

Sed ex officio, & iustitiæ debito videtur desuper per inquisitionem procedendum, cum nedum Papa, cuius iurisdictio tanquam Principis supremi non coarctatur loco; sed etiam Princeps, imò Iudices
3 inferiores, ne delicta per eorum subditos commissa, remaneant impunita, debeant per inquisitionem procedere contra prætensos delinquentes subditos ratione originis, domicilij, & loci delicti, in quo casu nullus dubitat ex l. 1. C. vbi de crim. agi oport. cum alijs per Farinac. de Inquisit. quæst. 7. num. 1.

Sed etiam contra Subditos, ratione solius originis;
4 vel domicilij; quamuis delicta in Territorio aliorum Principum commissa dicerentur, vt de magis communi; magisque ab vsu, & consuetudine approbata opinione; præsertim in delictis grauibus testantur plurimi relati per eumdem Farinac. d. quæst. 7. n. 20. ad med. eamdem tanquam tutiorē, & ad conseruationem pacifici Status Reipublicæ magis conducibilem firmat, vt etiam præter eum per Caball. qui contrarijs omnibus plenè respondet re solut. crimin. casu 162. n. 4. & seq. vbi ex pluribus decisionibus ostendit, ab hac hodie recedi in practica non posse, cùm publicè intersit contra subditos solà origine, & domicilio inquiri de cōmissis in Territorijs separatis aliorum Principum propter odium criminis circumscripta ratione offensæ Territorij alieni.

Cæterùm in casu, de quo agitur, videtur etiam iurisdictionem Sedis Apostolicæ censendam priuatiuè quoad Principem laicum inquirere prætendentē; cùm enim ex monitorijs, quæ circumferuntur tria eliciantur prætensa à Iudicibus assertis delegatis, à quibus asserta monitoria dicuntur emanasse; incursus scilicet primo in crimen læsæ Maiestatis; secundo in crimen mandati de occidendo assertis sicarijs dato; & tertio in crimen resultans ex actibus executiuis dicti mandati proximè subsecutis. In nullo ex prætensis criminibus videtur iurisdictio aliqua, nisi Papæ, aut eius Delegatis competere.

Et quidem quoad prætensum crimen læsæ Maiestatis; quia licèt in hoc esset speciale, quod Princeps, cuius Maiestas est læsa, possit esse Iudex, vel Iudices in causa propria deputare, tamen quòd con-
5 tra subditos Papæ, & Sedis Apostolicæ de prætenso hoc crimine inquirere non possit, tex. est in puncto in clem. Pastoralis, de re iud. vbi Clemens Quintus in Concilio Viennen. declarauit nulla monitoria, processum, & sententiam latam per Im-

Imperatorem contra Regem Siciliæ, Sedis Apostolicæ subditum, non obstante, quod Rex fuisset inquisitus de dicto crimine ob commissam felloniam in proprijs locis ditionis Imperij.

Quamobrem neque etiam ex hoc capite procedi
6 potest; quia licèt respectu feudi quis sit subditus, non tamen est subditus ad effectum, vt dici possit commisisse crimen læsæ Maiestatis, ac ita, quod cognitio huius causæ spectet ad Dominum directum, d. clem. Pastoralis, de re iud. Bart in extrauagan. ad reprimen. tit. qui sint rebell. in verb. rebellando num. 14. Gig. de crimin. læsæ Maiestat. quęst. 60. per tot. præsertim num. 7. & seqq. Boss. de crim. læsæ Maiest. num. 108. ad fin. vers. Sed non est, Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 5. num. 18. vers. Et ideò subditus Papæ, Farinac. ex communi de crim. læsæ Maiest. q. 112. n. 243.

Quoad mandatum, etiam in Territorio Sedis Apostolicæ res est plana; quia propterea cum ratione originis, & domicilij concurrat locus delicti: si-
7 quidem tractatus ipse, & mandatum de occidendo suam pœnam merentur, etiam, quod effectus in alio Territorio esset consumandus, vtique proinde iurisdictio ex hoc capite ad solos Iudices Papę spectat, Petr. à Plaz in epit. delict. cap. 15. num. 16. & 17. Ang. de malefic. in verb. existens Florentiæ num. 2. in fine, cum alijs per Farinac. de inquisit. d. quæst. 7. num. 48. vers. Quid dicendum, & num. seq. quandoquidem non deficiunt in hoc capite tria illa coniunctim, ex quibus iurisdictio tribuitur, vt per eumdem Farinac. d. quæst. 7. in princ.

Quoad actus verò exequutiuos mandati sequutos, res pariter videtur clara; quia licèt verum sit, vnumquemque puniri in loco delicti, eiusque ratione iurisdictionem dari in alios, alioquin non subditos, tamen verum quoque non minus est,
8 quòd procedit hoc vbi delinquens in loco delicti reperitur, non autem quando non reperitur; itaquod neque etiam hoc casu absens citari potest per edictum, d. clem. Pastoralis, de re iud. & per illum tex. firmant ex magis communi; adeoquod
9 neque etiam citatio coram Imperatore arctat extra Imperium constitutum, Abb. in c. fin. num. 6. per tot. & præcipuè num. 7. de for. compet. & ibidē Felin. num. 1. & benè per Constant. Coptium in repet. à num. 7. ad 13.

ARGVMENTVM.

De denunciatione facta à secreto accusatore de crimine grassationis per quinque incognitos ex asserto mandato duorum nobilium Dominorum, sine tamen eorum nobilium interuentu, & commodi participatione ex ipso processu informatiuo, cum reiectione plurimum pretēsorum inditionū.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas descriptionis personarum delinquentium vbi non conuenit excluditur in eis delictum.*
2 *Testes qui coarctant se ad certum numerum delinquentium alios excludunt.*
3 *Complicitas, aut participatio grassationis non præsumitur sine aliquo lucro, aut commoditate*
4 *Receptatores rerum furtiuarum scienter non tenentur pœna furti, nisi probetur præcedens pactio participationis lucri.*
5 *Participes delicto furti solum præsumuntur illi qui rerum furatarum participationem habuerunt.*
6 *Inuerisimilitudo delinquendi operatur præsumptionem innocentiæ, sicut verisimilitudo infert inditium.*
7 *Verisimile quod non est in genere nunquam præsumitur factum, licet sit possibile.*
8 *Qualitas facti demonstratur ex qualitate prædicati.*
9 *Actiones ministri sunt illæ, quæ non sibi, sed domino suo conueniunt.*
10 *Inquisitio, in qua dicitur, quod familiaris mandauit domino, continet manifestam falsitatem.*
11 *Denunciatori secreto non est credendum.*
12 *Denunciator secretus licet aperiat viam Iudici ad inquirendum, tamen non est sufficiens ad capturam.*
13 *Processus specialis inquisitionis incobatus à secreto denunciatore improbatur.*
14 *Socius criminis deponens sub impunitate, non facit inditium ad torturam contra alios.*
15 *Socius criminis confirmans in tortura dictum suum de consuetudine, iunctis adminiculis, facit inditium ad torquendum, non obstante periurio.*
16 *Consuetudo purgandi periurium socij criminis ex tortura, non habet locum, quando etiam fuit ei concessa impunitas.*
17 *Consuetudo purgandi periurium socij criminis ex tortura improbatur.*
18 *Testis de iudicio, & credulitate non probat.*
19 *Testis mendax in vno censetur mendax in reliquis.*
20 *Retentio scelestorum hominum non facit inditium, quando retinenti ignota est qualitas eorum in eo genere delicti, de quo retinens imputatur.*
21 *Retentio scelestorum hominum non imputatur domino, quando communiter reputabantur bonæ opinionis, & famæ.*
22 *Absens à loco delicti non præsumitur deliquisse.*
23 *Auxilium præstitisse non præsumitur is, contra quem scientia committendi delictum non iustificatur.*
24 *Socius criminis, qui deposuit sub impunitate contra alium, non præsumitur tacuisse qualitatem aggrauantem, si de ea potuisset deponere.*
25 *Actus equiuocus vbi in bonam, & malam partem sumi potest, capienda est interpratatio delicti exclusiua.*
26 *Actum licitum gerens, non tenetur de delicto inde sequuto.*
27 *Actus vno, vel altero modo ex accidenti contingibiles non faciunt inditium saltem ad torturam.*
28 *Alloquutio secreta dicitur inditium remotum, nec propterea probatur per vnicum testem.*
29 *Alloquutio secreta non facit inditium saltem ad torturam, nisi concurrat causa proportionata delicto, & subsequutio ipsius delicti.*
30 *Alloquutio secreta potius præsumitur in bonam, quam in malam partem, præcipue cum personis domesticis.*
31 *Testis depositio destruitur, quando contestis ab eo adductus deponit contrarium.*
32 *Furti inditium non resultat contra virum, bonæ famæ,*

famæ qui verisimiliter furtum non fecerit, licet visus fuerit exire de domo cum fardello sub veste.
33 *Satellites, & ministri Iustitiæ quando adhibent*
insolitum modum in captura exonerando Archibusia, potest illis resisti.
34 *Fuga purgatur per subsequentem spontaneam*
comparitionem.
35 *Mendacia non tangentia delictum, aut eius cir-*
cumstantias principales, & essentiales, non faciunt inditium ad torturam.
36 *Mendacium non facit inditium ad torturam,*
quando consistit circa id, quod si Reus confessus fuisset, non sibi præiudicasset.
37 *Consuetudo delinquendi non probatur, nisi reus sit*
confessus, conuictus, aut legitime condemnatus.
38 *Gratia etiam mediante solutione pecuniæ, non pro-*
bat delictum, nisi Reus sit confessus in supplicatione.
39 *Consuetudo delinquendi, etiam adminiculata, non*
facit inditium ad torturam, nisi in eodem, vel simili genere delicti.
40 *Furti crimen respectu honoris detestabilius est in*
viris nobilibus.
41 *Furti crimen, vltra pœnam ignominiosam infa-*
mat etiam laicos tam de Iure Ciuili, quam Canonico.
42 *Grassatores viarum possunt impune occidi.*

CONSILIVM III.

INquiruntur Nobiles, ac Diuites de excessu,
in quo certum est, eorum personas non inter-
1 uenisse ex ipso processu informatiuo tàm ex qualitate descriptionis personarum ab ipsis querelantibus Curiæ significatæ, quæ Nobilibus prædictis minimè conuenit, Aym. conf. 254. num. 2. & 3. Foller. inter Crim. diuers. conf. 140. num. 17. lib. 1. Bursatt. conf. 116. num. 29. lib. 1. quàm etiam quia, & ipsimet querelantes, & Antonius, cuius opera excessus fuit commissus coarctant hanc negatiuam dum concordant, quinque solos fuisse grassatores, & ipse Antonius non solum eosdem quinque nominat, excludendo istos Nobiles, & Dominicum, quos omnes benè cognitos, vt asserit, habebat, sed hanc exclusionem etiam
2 sustinet in tortura; adeo quod nominatos quinque imputando alios exclusit, Bursatt. conf. 20. num 38. lib. 1. Farinac. conf. 185. nu. 20. lib. 2.

Restricta igitur discussione huius causæ, ad prætensum mandatum, complicitatem, aut participationem, absque probabili difficultate, cónstat carceratos esse in euidenti casu absolutionis: quoniam omnia desuper contra ipsos compilata inditia magis ad numerositatem, quàm substantiam elaborata prosternuntur funditus vnica, & inconuincibili ratione, quod in toto processu informatiuo, nec quidem leuissimum, ne dicam considerabile datur inditium alicuius vtilitatis ad ipsos carceratos peruentæ; De complicitate autem, aut participatione enormissimæ grassationis delicti, nulla vnquam patitur ratio, quod
3 quisquam, & præsertim Nobilis, ac diues imputandus sit absque causa, & sine aliquo lucro, aut commoditate, Marsil. conf. 53. num. 31. & in l. si in rixa num. 51. post med. vers. 2. dico ff. ad l. Cornel. de Sicar. Rol. conf. 47. num. 31. lib. 2. Aym. conf. 18. nu. 22. & hinc est, quòd neque etiã re-
4 ceptatores rerum furtiuarũ scienter tenentur pena furti ex l. eos, C. de furt. vbi nõ probatur pactio præcedens participationis lucri, Marsil. vbi supra eod. conf. 53. n. 28. ad fin. & nu. 29. & seqq. pluribus, Bonif. de furt. §. Contrectatio nu. 78. ad fin. Grammat. conf. crim. 37. num. 23. Rol. d. conf. 47. num. 28. & seqq. lib. 1. August. Lazar. inter conf. Farin. conf. 60. num. 2. lib. 1. idem Farin. conf. 106. num. 19. lib. 2. & alios plures adducens quæst. 133. num. 101.

Quinimò ex serie istius facti narrati ab Antonio, super cuius dictis totus processus fundatur omnis prorsus imaginatio prætensæ participationis excluditur; cum enim asserat sequuto latrocinio grassantes in ipsius Antonij societatem ad domum eius amici accessisse, & eodem Antonio præsente res sublatas inter sese diuisisse tradita ipsi Antonio, tàm in pecunijs, quàm in mercibus sua, & Philippi eius affinis portione, vtique propterea eui-
5 dentissimè dignoscitur sceleris eos duntaxat participes fuisse, qui latrocinij partitionẽ habuerunt, sumpto argumento è contra ex tex. in cap. qui cum fure partitur. de furt.

Etenim cum generalis sit conclusio, quod sicut ex
6 verisimili oritur inditium culpæ, ita quoq; ex inuerisimilitudine oritur præsumptio innocentiæ Brunor. à Sole in suo conf. crim. nu. 8. Farin. conf. 22. num. 34. ante med. lib. 1. ac proinde, quod non
7 est verisimile in genere, nunquam præsumatur factum, licèt sit possibile, & ex factorum qualitatem demonstratio insurgat Iudici ad qualitatem prædicati, Farin. conf. 60. nu. 31. ad fin. Caball. resol. crimin. cas. 199. num. 36. admitendum non est, quod nemo sanus probaret, vt inquit tex. in l. si ita quis 31. in fin. ff. de euict. & per eum Caball. d. casu. 199. num. 35. post princ. vers. Vndè meritò.

Per neminem autem sanum admittendum esset, quod si quinque grassatores ad illud scelus de mandato suorum dominorum, aut maiorum; prout prætenditur, interuenerunt, voluerint omnes inter se prædam diuidere, absque eorumdẽ dominorum auctoritate, quandoquidem non solũ resistit inuerisimilitudo in genere, sed in specie, quod
8 actiones Ministri sint illæ, quæ non sibi, sed Domino suo conueniunt, vt inquit Bald. in l. 1. num.
9 14. post med. inferens propterea manifestam falsitatem fuisse in inquisitione, in qua continebatur, quod familiaris mandauerat Domino, C. de seru. fugitiu.

Cœterum leuissima, ac nullius prorsus considerationis sunt inditia collecta, nàm aperitio portarum fabricationis huiusmodi processus super infami scelere, specialiter aduersus hos Nobiles processit ex tribus; primo ex querela secreti Accusatoris; secundo ex depositione d. Antonij tertio ex rerentione dd. scelestorum ad eorum seruitia.

Primum nullius est momenti, quinimo euidenter detegit vsque ab initio hos Nobiles fuisse grauatos, dum ex sola hac secreta denunciatione ad capturam contra eos processum fuit, siquidem quis fuerit secretus ille denunciator, seu magis suspicator, Deus scit, & nisi persona sit supposita, sat est possibile, quòd fuerit vnus ex eisdem
10 querelantibus interessatis, vt cum hac adinuentione facilius rerum derobatarum restitutionem ab existentibus soluendo speraret, vel quòd fuerit inimicus horum Nobiliũ ex particulari odio,
10 aut malignitate: & quisquis ille fuerit sciunt omnes,

11 nes, secreto denunciatori non esse credendum, l. ea quidem vbi not. C. de accus. adeoquòd licet 12 aperiret viam Iudici ad inquirendum, non tamen sufficiens est ad capturam, cum imò etiam 13 processus specialis inquisitionis incohatus à secreto denunciatore improbetur Boss. tit. de denunciat. num. 2. vers. & sequitur, & num. 18. & seq. Farinac. cons. 147. num. 1. vers. secreto enim lib. 2.

Secundum non etiam, tùm quia Antonius nedum est socius criminis; sed deposuit sub impunita-
14 te, quo casu neque etiam ad torturam inditium contra alios facit, Boss. tit. de oppos. contr. testes num. 21. Franc. decis. 459. num. 1. & seq. vbi, quòd ita obseruatur, Farin. cons. 161. num. 9. vers. & venit ad deponendum in cons. 182. nu. 25. lib. 2. & quæst. 43. nu. 192. Caball. resol. crimin. cas. 29. num. 1. & seqq. etiam non obstante, quòd
15 de consuetudine dictum socij criminis confirmatum in tortura cùm adminiculis faciat inditium ad torquendum, non obstante periurio,
16 cùm ab hac consuetudine recedatur stante concessione impunitatis, Baiard. ad Clar. quæst. 21.
17 num. 33. tametsi quoad hanc consuetudinem purgandi periurium ex tortura improbetur, Baiard. à Farinac. cons. 216. num. 21. lib. 3. Port. inter cons. Farinac. cons. 193. num. 25. &. 32.

Tum quia loquitur Antonius ex suo iudicio, & credulitate fundata interpretatiuè ex solis verbis, sibi dictis à grassatoribus, quòd seruiret, à Gentil'huomini, e Caualieri di Vaglia; quicquid enim sit in materia certitudinaliter non cognoscibili, ex not. in l. testium, C. de testib. in alijs
18 certum est, testem ex suo iudicio, & credulitate interpretantem nihil facere, vt post alios ex communi, per Farinac. de testib. quæst. 68. num. 32. & seq. multoque minus in hoc casu, in quo ratio huius interpretationis non solum fundamentum non habet tanquam elicita ex sola existẽtia eorumdem ad seruitia dictorum Nobilium ex proximè adducẽdis, sed destituitur ex vocatione ipsius Antonij facta sub nomine eorumdem Nobilium falsa detecta ab ipso Antonio ex eo-
19 rumdem grassatorum confessione, cum ex qualitate huius mendacij benè posset, ac deberet perpendere, eosdem mendaces esse in assumptione dictæ suasionis sub mentito Equitum, & Nobiliũ nomine Boss. tit. de opposit. contra Testes num. 22. Farinac. cons. 39. num. 12. ante med. lib. 1. Seraphin. decis. 1069. num. 1. ad med. vers. Accedit.

20 Tertium autẽ minus; tùm quia retentio scelestorũ hominũm tunc demùm præ se fert inditium vbi nota est Retinenti, vel aliàs est notoria in eo ipso genere delicti, de quo Dominus ex hac retẽtione inquiritur, secus verò quando scientia, aut notorietas non probatur, Blanc. de indit. nu. 410. & seq. Bonifac. de furt. §. 2. num. 39. propè fin. vers. hoc tamen, Menoch. cons. 53. num. 26. vers. vel quando Dominus scit. lib. 1. Farin. quæst. 52. num. 86. & quæst. 176. num. 53.

Tùm etiam quia non solum in hoc casu concurrit, præsumptio bonæ integritatis illorum pro Retinentibus, sed probatũ est formiter, quòd opera eorumdem vsi fuerunt semper Viri nobiles, ac Illustrissimi cupientes etiam reditum eorumdem ob integritatis experientiam ad eorum seruitia, quodque in hac communi erant apud omnes re-
21 putatione, quo casu absque dubio nihil est, quod Domino retinenti possit imputari Iacob. de Beluis. in l. omninò, per illum tex. C. de inoff. testamen. Angel. in l. sciendum in fin. ff. de verb. oblig. Oldr. cons. 92. per tot. Felin. in c. Petrus num. 11. de homicid. Farinac. quæst. 24. num. 61. & cons. 207. num. 3. lib. 3. Escobar. de ratioc. cap. 19. num. 52. Seraph. decis. 527. num. 1.

Sed, & cœtera quoque prætensa inditia talia nominari minimè merentur. Nam asserta verisimilitudo, quòd grassatores de per se, & sine auxilio, & fauore potentium Virorum ad facinus adeò graue patrandum accesserint, non habet fomentum, tã
22 ex distantia Monasterij loci habitationis horum Nobilium à loco commissi delicti per octo circiter milliaria, Farinac. loquens in distantia minore vnico milliario cons. 119. num. 2. post med. lib. 3.
23 quàm etiam quia de ope, siue auxilij præstatione nunquam redargui potest is, aduersus quem scientia committendi delicti non iustificatur, Bonifac. de furt. §. contrectatio num. 2. Farinac. quæst. 168. num. 52. vers. hoc tamen intelligitur, & num. seq.

Vocatio Antonij ad dictum Monasterium, eiusque accessus, & alloquutio cum vno ex dictis Nobilibus, ac mendacium ipsius Antonij circa tempus huius accessus frustrà ponderantur, quia cum Antonius omnia, quæ super hoc scelere sciuit, sub impunitate propalauerit nullo habito horum Nobilium respectu, adeo quod assertum ordinem illorum duntaxat per interpretationem à se imaginatam, nec quidem tacere voluit, & nihil aliud contra eos scire in tormentis substinuit, vtique
24 proindè censeri non potest, nisi, quod si aliud dicere potuisset, non pepercisset illis, quodque propterea accessus, & alloquutio fuerit ad aliũ finem, absque delicto, Farin. d. cons. 185. n. 20. lib. 2.

Transmissio duorum ex grassatoribus ab altero ex dictis Nobilibus, eiusdemque recessus à loco Prati, & aduentus ad dictum Monasterium die, quo fuit commissum delictum, dimissio eadem die Petri eiusdem famuli, recessus Ioannis Dominici eadem die, qua recesserunt dicti grassatores, & licentiatio alterius famuli à dictis Nobilibus, nullum mandati, aut complicitatis delicti præbent argumentum, tùm ex regulis Iuris cuique cognitis,
25 quod in actibus æquiuocis, quæ in bonam, & malam partem interpretari possunt, ea semper capienda est interpretatio, quæ sit delicti exclusiua, l. merito, ff. pro soc. Roman. cons. 68. num. 8. Gram. decis. 18. num. 5. Caball. resol. crim. cas. 285. num. 18. Rot. decis. 106. nu. 7. par. 2. diuers. Giurb. cons. crim. 4. num. 91.

Tum etiam quia concludenter probatum est in defensiuo, actus omnes supradictos processisse ex particularibus causis, & rationibus ab omni delinquendi imaginatione prorsus alienis, siquidem constat, dictos delinquentes transmissos ad Ciuitatem fuisse ad matrem eorumdem Nobilium pro illa certioranda de statu infirmitatis alterius eorum, & pro deprecatione expeditionis Gratiæ remissionis, quæ sperabatur; eum recessisse dicto tẽpore à loco, in quo ægrotabat, & ad Monasterium accessisse ex consilio Medicorum pro aeris immutatione, eoque mediante faciliori recuperanda valetudine, & quia Sauinus, & Varesius ad se non redierãt statuto termino, quodque Petrus, quem vnus ex dictis Nobilibus fatetur esse de Comitatu dictæ Ciuitatis, licèt ignoret præcisè locum non

fuit

fuit dimissus, sed transmissus ad matrem pro si-
gnificando sibi aduentu eiusdem Nobilis ad di-
ctum Monasterium, vt ipse asserit in secundo
Constituto, cuius quidem non solum contrari-
um non probatur; sed illud est omninò verisimi-
le, & precipuè cum narret vnus ex dd. Nobilibus
causam transmissionis eo tempore, ob commo-
ditatem Equi ad vecturam tunc ad dictam Ciui-
tatem redituri ob aduentum Augustini alterius
famuli eodem tempore ad d. Monasterium;
quodq; ideò Io: Dominicus recessit, vt trans-
ferret se ad Comitem pro parendo litteris, sibi ab
eodē ex hac causa scriptis: Rouedus verò nō con-
stat quòd fuerit licentiatus ab altero ex dd. No-
bilibus, imò quod realiter, non autem ex confi-
cta causa, vt prætenditur, transmissus ad aspor-
tandum epistolam Philippo pro habenda a supe-
rioribus licentia deferendi Arma in illo Statu,
quamobrē cùm omnes actus prædicti sint liciti, ac
ex licitis causis inditia tantū abest, quod exindè,
26 ad delinquendū exurgant, quod imò propterea,
nihil agentibus imputari potest; quamuis eo-
rumdem actuum occasione delictum dici posset
sequutum, l. fin. §. 1. ff. ad l. Rhod. de iact. Bart. in
l. si, vt certo 5. §. Interdum ff. commod. Farinac.
cons. 1. num. 1. lib. 1.
27 Tum & tertio quia ex actibus vno, vel altero
modo ex accidenti contingibilibus desumi non
possunt inditia inferentia delictum saltem ad effe-
ctum torquendi, Vulpell. cons. 77. nu. 3. Farinac.
quæst. 37. num. 6. & seqq. & cons. 192. num. 20.
lib. 2.
Secretæ alloquutiones ante delictum Sauini Varesij
& Vernicij cum altero ex Nobilibus, ipsiusque,
28 & fratris post delictum cum Io: Dominico non
iustificantur per vnicum testem, cùm hoc indi-
tium, sit satis remotum, vt in his terminis fir-
mant, Honded. con. 96. n. 42. lib. 2. Farinac. cons. 37.
n. 22. lib. 1. & præsertim cū contrariū sit in defensi-
uo iustificatū per negatiuā coarctatā; minusq; in
29 omnem casum sunt considerabiles, & precipuè
ad torquendum, nisi vbi copulatiuè tria concur-
runt, alloquutio nempè, causa proportionata de-
licto, & subsequutio ipsius delicti incontinenti. In
viris autem Nobilibus, & non indigentibus deficit
causa infamis furti; ac deficit quoque tertium re-
quisitum; cùm delictum subsequutum dicatur ex
interuallo plurium dierum, quod sufficit ad huius
inditij exclusionem ob regulam, quod alioquin
30 magis secretæ alloquutiones præsumende sunt in
bonam, quàm in prauam partem, & præcipuè cum
personis domesticis, Bald. cons. 250. num. 1. lib. 1.
Marsil. cons. 21. num. 2. & seq. Maluas. cons. 88. num.
8. Honded. d. cons. 96. num. 43. & seqq. lib. 2. Farinac.
quæst. 43. num. 176. in fine, & latius quæst 134. nu.
57. & plur. seqq. precipuè num. 63. ad fin. & cons. 37.
num. 23. & num. 25. & seq. vbi ampliat etiam in de-
lictis atrocissimis, occultis, & difficilis probatio-
nis, & cons. 102. num. 34. vbi etiam additio sub lit-
tera C, quæ plures alios allegat lib. 1. cons. 147. nu.
7. & seqq. & num. 42. lib. 2. & cons. 219. num. 4. in fin.
lib. 3.
Indigentia alterius ex dictis nobilibus tempore pa-
trati excessus, & visio apud eumdem post delictū
monetarum correspondentium illis querelantibus
subtractis in notabili quantitate non format
Inditium releuans, tàm ex eo quod indigentia
nullibi probatur, & d. Nobilis in primo constitu-
to licèt asserat oretenus dixisse Sauino ad Ciuita-
tem eunti de eius ordine, vt matrem rogaret pro
remissione pecuniarum; subiungit tamen, quod
petebat illas cum commoditate ipsius matris, ex
quo non admodum egebat, quàm etiam quia non
iustificatur existentia prætensa apud eum post de-
lictum, dum non probatur, nisi per vnicum testē,
qui vltra exceptionem periurij, & alias, quas pa-
titur, habet alium in contestem ab eodem addu-
ctum deponentem, & substinentem contrarium
in tortura, ex quo propterea eius dictum fundi-
31 tus destruitur, Bald. in c. cum causam, il primo n.
17. de testib. Mascard. de probat. concl. 368. num. 1.
Magon. decis. Lucen. 17. n. 8.
Et quando etiam aliquid faceret non tamen inditiū
in hoc casu perficit, quoniam copia monetarum
eiusdem formæ apud virum Nobilem, ac diuitem,
nihil prorsus operatur, ita enim in terminis for-
32 tioribus, in eo nempè, qui tempore commissi fur-
ti visus sit exire de domo cum fardello sub veste,
vel pallio, firmant Blanc. de Indit. num. 418. vers.
Istud inditium, & num. 420. vers. Sed aduerte,
Brun. de Indit. par. 1. quæst. 3. num. 4. in fin. Me-
noch. præsumpt. 31. num. 4. lib. 5. cum alijs per Fa-
rin. quęst. 176. n. 83.
Fuga eiusdem Nobilis, & Fabij à dicto Monasterio
per fenestras cum discrimine vitæ, & accessus ex-
tra statum sub asserto supposito pro inueniendis
Sauino, & Varesio non meretur pro inditio alle-
gari; tum quia discrimen non probatur suppositis
fascibus ad fenestram appensis, quas ipsi Testes
33 vidisse fatentur, & præcipuè stante insolito, &
inconuenienti modo adhibito per Curiam aduer-
sus sibi in aliquo non resistentes, nec facto, nec
verbis, mediante scilicet exoneratione archibu-
siorum in portis mansionum in quibus capturā-
di permanebant vndiquè obsessi; quandoquidem
iustè propterea credere debuerunt; illos esse ini-
micos sub mentito nomine Curiæ; Bart. in l. pro-
hibitum num. 1. vers. fateor tamen C. de Iur. fisc.
lib. 10. August. ad Angel. de malefic. in verbo fa-
ma publica præced. num. 54. ad fin. vers. hoc ve-
rum si cognoscebatur Farin. quæst. 32. num. 37.
34 Tum etiam quia quicquid vnquam ex inexcu-
sabili fuga desumi potest purgatur penitus per
subsequentem spontaneam comparitionem Clar.
in prax. crim. quæst. 21. n. 24. Farin. q. 48. n. 48. & q.
176. num. 73.
Negatio eiusdē nobilis habitæ notitiæ dicti sceleris,
quod prætenditur omnibus innotuisse, aliaque
asserta mendacia, & variationes nullam habent
releuantem iustificationem, & nihilominus non
35 constituunt inditium habile ad torturam, nec
quando minimè tangunt delictum, aut eius cir-
cumstantias principales, & essentiales immedia-
tè, Farinac. quæst. 52. num. 31. Caball. resolut.
crimin. cas. 200. num. 135. & seq.
36 Nec etiam mendacium conuictum facit indi-
tium ad torturam, quando consistit circà id, quod
si Reus confessus fuisset, sibi non preiudicasset,
Marsil. cons. 15. num. 15. vers. Præterea, Farinac.
quæst. 52. num. 14. & seq. vbi quod conclusio est ve-
rissima, & cons. 192. nu. 21. ad med. vers. Tum etiā
lib. 2. Bertaz. cons. 59. n. 7. lib. 1.
Demum neque asserta criminositas inditio ascribi
potest, quia vel de illa sufficienter non constat, vel
neutiquam est considerabilis ad illationem scele-
37 ris longè maioris excessibus prætensis. Ideoque
do-

delinquendi consuetudo, vbi etiam probatur, sicuti requiritur ex eo, quod quisquam sit confessus conuictus, aut legitimè cōdemnatus. Farin. quæst. 23. num. 33. siquidem, neque etiam compositio ad hoc suffragatur Farin. conf. 127. num. 8. & 38. lib. 2. nunquam neque etiam adminiculata inditium ad torquendum facit, nisi sit in eodem, vel simili genere delicti, idem Farin. ex communi eadem quæst. 23. num. 30. & seq. dubitandum enim
40 non est, quin respectu honoris vitæ anteponendi longè detestabilius sit crimen latrocinij; quàm cœtera, quæ prætenduntur, & præsertim in viris Nobilibus, vt per Dec. cons. 65. per tot. lib. 1. post-
41 quam est crimen, quod vltra pœnam quàm maximè ignominiosam infamat etiam laicos tàm de Iure ciuili, quàm canonico. Farin. quæst. 167. nu. 10. multoque magis in viarum grassatoribus, qui propterea etiam impunè occidi possunt secundùm addactos per eumdem Farin. quæst. 125. n. 205. & 206.

ARGVMENTVM.

Epistola recognita per comparationem, aut per Testes habentes notam manum, an sufficiat in criminalibus ad condemnationem, seu ad torturam.

Tractatus per Epistolam, nōn sequuto effectu, an sufficiat ad condemnationē, seu ad torturam in Crimine lęsæ Maiestatis.

SVMMARIVM.

1 *Recognitio Epistolæ per comparationem non facit inditium ad torturam.*
2 *Recognitio Epistolæ per comparationem multo minus facit inditium ad torturam, non iustificata mala fama Inquisiti.*
3 *Recognitio Epistolæ per Testes habentes notam manum, licet admittatur in Ciuilibus de stylo Curiæ, tamen non admittitur in Criminalibus.*
4 *Recognitio Epistolæ per Testes habentes notam manum, neque etiam de stylo facit inditium.*
5 *Recognitio per comparationem, vt dicatur perfecta, requirit plures solemnitates.*
6 *Recognitio per comparationem, requirit electionē Peritorum, non suspectorum Parte citata.*
7 *Criminis læsæ Maiestatis Reus non condemnatur ex solis præsumptionibus.*
8 *Crimini læsæ Maiestatis attributa specialia, non extenduntur ad qualitatem probationis.*
9 *Crimen læsæ Maiestatis necessario non inducitur ex transmissione Epistolæ non hostibus Principis, sed subditis.*
10 *Crimen læsæ Maiestatis committitur ex voluntate, & cogitatione, etiam non sequuto effectu, dummodo voluntas, & cogitatio sit per ordinationem, & tractatum.*
11 *Tractatus essentia consistit, quando plures conueniunt inter se, & simul consilium faciunt discutiendo, & examinando.*
12 *Crimen læsæ Maiestatis non inducitur ex sola voluntate, & cogitatione, vbi proprie tractatus non sit cum pluribus eiusdem voluntatis, vel vbi non cōcurrat significatio voluntatis per aliquem actum exteriorem.*
13 *Rebellem non facit machinatio, vel resistentia, vel inobedientia ex solis verbis.*
14 *Crimen læsæ Maiestatis an committatur ab eo, qui tentat eximere aliquem locum ab obedientia Principis.*
15 *Consilium, & persuasio non dicitur, nisi quando verba fiunt personarum gratia, quibus proferuntur.*
16 *Crimen læsæ Maiestatis non committit is, qui remanet in solis, & puris terminis desiderij mutationis Status Principis. & n. 19*
17 *Pœnam mortis, & confiscationis bonorum non meretur is, qui remanet in puris terminis desiderij mutationis status Principis, sed aliam arbitrariam ratione temeritatis.*
18 *Consentiens fiendis per aliquem non obligatur, si is in quem consentit, non faciat.*
20 *Criminis læsæ Maiestatis pœna an sit irroganda, respicitur ad qualitatem personæ.*

CONSILIVM IV.

Epistola quamuis comparata per Peritos, & recognita per testes habentes notam manum, nedum minimè conuincit, cum non faciat plenam probationem ad effectum pœnæ ordinariæ ex l. quisquis C. ad l. Iul. Maiest. sed neque sufficiens est pœnæ extra ordinem, aut torturæ, quoniam neque ex sola litterarum comparatione Inquisito tortura inferri potest. Bart. communiter receptus in l. admonendi nu. 116. ff. de Iureiur. Gram. decis. 34. num. 14. Triuisan. decis. 52. num. 28. Guazzin. in tract. ad defensam. defens. 20. circa Reorum examen, cap. 23. num. 3. ante med. vers. in contrarium autem est veritas, & præsertim non iusti-
2 ficata mala fama Inquisiti. Farin. in fragmen. par. prima. in verbo comparatio, num. 446. & 448. Almont. Ciazzius discept. crim. ad defens. cap. 28. num. 1. & seq.

Neque ex testibus, qui epistolam scribi non viderūt, sed illam dumtaxat recognouerunt ex ratione, quia asserunt habere notam manum, quoniam
3 & si talis forma recognitionis ex stylo Curiæ in ciuilibus admittatur, non tamen admittitur pro sufficiente in criminalibus, Farin. in fragm. d. par. 1. num. 505. Guazzin. d. defens. 20. cap. 23. num. 5. & seqq. Almontes Ciazz. d. discept. crimin. 28. num. 5. & seq. vbi etiam num. 20. quod vlterius requiritur, quod Testes personam Inquisiti notam habeant, & predictus stylus Curię in criminalibus non admittitur, idem Farin. cons. 70. num. 11. 12. & seq. Hect. Fęlic. allegat. 69. nu. 4. par. 2. adeoquòd
4 in criminalibus neque etiam talis recognitio de stylo facit inditium, idem Hect. Fęlic. allegat. 147. n. 4. vers. Et ea, quę dicuntur, & n. 5. par. 2.

Nullaque est difficultas, dum vtraque recognitio
5 patitur imperfectionem, ex quo comparatio non solum dicitur carere solemnitatibus, & requisitis, de quibus Menoch. de arbitr. cas. 114. & Farin. in fragm. d. par. 1. num. 48. & seqq. sed nec etiam Peri-
6 ti non suspecti, fuerunt electi Parte legitimè citata, vt per eumdem Farin. loco citato num. 485. & 489. & d. cons. 70. num. 15. & seqq. Guazzin. d. defens. 20. cap. 23. num. 8. Almont. Ciazz. d. disceptat. crim. 28. n. 10.

Neque enim dici potest ob immanitatem delicti,
etiam præsumptiones sufficere ad condemnandũ,
præcipuè in crimine Maiestatis læsæ; tum quia
7 verior est opinio contraria. Gig. de crim. læsæ Ma-
iest. lib. 2. tit. Quomodo, & per quos crim. læsæ Ma-
iest. prob. quæst. 29. cum alijs per Farin. cons. 100.
num. 40.

8 Tum quia specialia attributa huic crimini non
extenduntur ad qualitatem probationis ex pluri-
bus relatis ab eodem Farin. d. cons. 100. num. 41.

Hæc autem magis procedunt, vbi qualitas epistolæ
non sit talis, ex qua necessariò crimen Maiestatis
læsæ insurgat; supponitur enim scripta subditis fi-
delibus Principi, quamobrem non applicantur,
9 quæ de epistola scripta Hostibus Principis, vel Rei
publicæ, inquit textus in l. 1. ante fin. ff. ad leg. Iul.
Maiest. & per illum textum Bonif. de Vital. tract.
de malef. rub. ad leg. Iul. Maiest. nu. 1. in fin. & Boss.
eod. tit. num. 12.

Et præsertim cum neque ex epistola, aut epistolis
transmissis, neque ex scriptis transmittendis, per-
sonis, quæ illis nequaquam operationem, aut as-
sensum aliquem præstiterunt, prætendi possit in-
cursus in crimen læsæ Maiestatis; nam & si tracta-
tus sufficiens videatur ad incursum dictæ pœnæ,
etiam non sequuto effectu, ex textu in d. l. quis-
quis 5. C. ad leg. Iul. Maiest. quatenus disponit vo-
luntatem sceleris æquè, ac effectum puniendum,
10 quem textum propterea in voluntate, & cogita-
tione per ordinationem, & tractatum intellexit
Baldus in eadem l. quisquis, & alij infra alle-
gandi, tamen tractatus minimè prætendi potest
in hoc casu, cum deficiat essentia tractatus consi-
11 stens, quoties plures conueniunt inter se, & insi-
mul consilium faciunt, itaquod oporteat, quod
fiat discussio, & examinatio rei, de qua agitur.
Blanc. de Indit. num. 225. Mascard. de probat. con-
clus. 1286. n. 2. & 3. Giurb. cons. crim. 63. n. 25.

Et licèt in his terminis solum tractatum, solumue
consilium, solamque machinationem, seu ordina-
tionem, immò etiam solã cogitationem verbis si-
gnificatam, plerique sufficientem ad incursum in
hoc crimen admittant, relati per Farin. quæst. 116.
num. 148. 150. & seq. tamen verior, & magis recep-
12 ta est opinio distinguens, vt prædicta non suffi-
ciant, vbi propriè tractatus non sit cum pluribus
eiusdem voluntatis, vel vbi cogitatio consistat in
pura verbali machinatione, & deliberatione vnius
absque eo, quòd ille deuenerit ad aliquem alium
actum exteriorem, Foller. in pract. crim. in verbo.
Item quod commisit crimen læsæ Maiestatis num.
89. Menoch. de arbitr. cas. 360. num. 27. clarè dicẽs,
requiri, quod cogitatio demonstrata fuerit per
aliquem actum extrinsecum, exemplificando in
scelesta factione inita cum Hostibus, vel Militibus,
Bertaz. cons. crim. 28. num. 12. & seqq. lib. 1. Hond.
cons. 108. num. 51. & seqq. lib. 1. cum alijs pluribus
per Farin. d. quæst. 146. num. 149. & 152. per tot.
vbi etiam aliis antiquiorum exemplis exornat.

13 Atque hinc est, quod machinatio, siue resisten-
tia, vel inobedientia ex solis verbis non efficit
aliquem Rebellem, Bart. in Constit. qui sint Re-
belles in verbo, machinentur, in fine, & in verb. te-
nore num. 1. Boss. de crim. læsæ Maiest. num. 140.
vbi quod rebellem non faciunt verba, sed opera,
Foller. in pract. crim. in verbo. Item quod com-
misit crimen læsæ Maiestatis. n. 85. 86. & 89. De-
cian. tract. crim. lib. 7. c. 7. num. 24. Farin. quæst.
113. num. 169.

Nec obstat quod saltem negari non possit, quin ex
epistolis prædictis resultet consilium, & persua-
14 sio, aut instigatio ad rebellionem, aut ad effectum
eximendi locum ab obedientia sui Principis ex
Farin. eadem quæst. 116. num. 160. quia, præter-
quam quod contrarium plerique tenent, relati ab
eodem Farinac. ead. quæst. 116. num. 161. obie-
ctum in hoc casu non releuat; tum quia termini
15 consilij, & persuasionis non applicantur, ex quo
dicuntur, quando verba fiunt personarum gratia,
quibus proferuntur Bart. in l. non solum. 11. §. si
mandato meo, num. 2. vers. Persuasor, & num. 16. ff.
de Iniur. Rim. Iun. cons. 310. num. 1. 10. & seqq. lib.
3. Baiard. ad Clar. quæst. 88. num. 6. & seq. prout ee-
dem personæ, quibus epistolæ erant directæ agno-
scentes, persuasiones non esse ipsarum gratia, eas-
dem spreuerunt; quamobrem hæc significatio in
scribente epistolas remansit in puris terminis de-
16 siderij mutationis Status, quo casu crimen Maie-
statis læsæ non incurritur, Bertaz. cons. crim. 28. nu.
12. & seqq. vsque ad fin. lib. 1. vbi præcipuè nu. 15.
17 ad fin. quod in hoc casu pœna non est extensibilis
ad mortem, vel bonorum confiscationẽ, sed ratio-
ne temeritatis alia datur arbitraria relegationis,
vel similis, Natt. cons. 629. n. 11. dicens in his ter-
18 minis consentiẽtẽ fiendis per aliquem non obli-
gari, si is, in quem consensit, non faciat, Baard. ad
Clar. dicens, ex verbis significatiuis desiderij mu-
19 tationis Status in crimen Maiestatis desideran-
tem non incidere, in §. læsæ Maiestatis, nu. 11. post
med. vers. Et an habens desiderium.

Tum etiam quia excusat à pœna huius criminis qua-
20 litas personæ, quia, vt inquit in verbis textus in l.
famosi, 7. ff. ad leg. Iul. Maiest. hoc crimen à Iudici-
bus non in occasione ob Principalis Maiestatis
venerationem habendum est; sed in veritate rei,
ac propterea in primis persona spectanda est, an
potuerit facere an sanæ mentis fuerit, aut lubricũ
linguæ. vt etiam ex illo præcipuè aduertunt Gig.
de crimin. læsæ Maiest. tit. qualiter, & à quibus cri-
min. læsæ Maiest. com. quæst. 52. num. 6. vers. Personæ,
& n. 10. vers. consideranda, Roger. cons. 21. nu. 116.
Farin. d. q. 116. n. 170. ad med.

ARGVMENTVM.

Crimen læsæ Maiestatis commissum non contra supremum Principem, sed in contemptum Principis inferioris inuestiti cũ mero, & mixto imperio cognosci non debet à Principe supremo, sed ab inferiore, cui etiam applicandæ sunt pœnæ, & confiscationes respectu Vasallorum in loco infeudato delinquentium.

SVMMARIVM.

1 *Crimen læsæ Maiestatis Principis supremi cognosci non debet a Barone.*

2 *Crimen læsæ Maiestatis Principis inferioris inuestiti cum mero, & mixto imperio cognosci debet ab ipso inuestito, cuius Iurisdictio est offensa.*

3 Crimen

3 *Crimen læsæ Maiestatis Principis inferioris inuestiti cognosci debet ab ipso, etiamsi Inuestitura reseruet cognitionem criminis læsæ Maiestatis.*

4 *Pœnæ, & confiscationes prouenientes ex Constitutionibus Principis supremi non spectant ad ipsū, sed ad Baronem respectu Vasallorum in loco infeudato delinquentium.*

5 *Pœnæ, & confiscationes pro crimine læsæ Maiestatis verè, propriè, ac directè in personam Principis supremi ad ipsum, non ad Baronem pertinēt; secus verò si non directè.*

6 *Pœnæ, & confiscationes pertinent ad Principem supremū, non ad Baronem, quando condemnatio fit à Principe, vel ab eius Officiale.*

7 *Pœnæ, & confiscationes an pertineant ad supremum Principem, vel ad Baronem, quando fit condemnatio ex Constitutione ipsius Principis.*

8 *Constitutiones Papæ generales, & perpetuæ faciunt Ius commune, ideoque confiscatio ex ipsis Constitutionibus fit de Iure communi.*

CONSILIVM V.

1 Conclusio, quod vbi committitur crimen læsæ Maiestatis respectu Principis non recognoscentis superiorem, cognitio huius criminis, non spectet ad Baronem, ex Farin. quæst. 118. §.4. num. 19. non applicatur casui, de quo agitur, quia non versatur circa commissum contra Pontificem, aut Sedem Apostolicam, quæ merum, & mixtum Imperium cum omnimoda iurisdictione concessit, sed versatur circa crimen commissum in contemptum Excellentissimi D. moderni Principis, cui ex concessione, & Indultis Apostolicis competit iurisdictio cum mero, & mixto Imperio; In hoc autem casu non dubitatur, quin cognitio
2 pertineat ad ipsum Baronem, cuius iurisdictio est offensa Gig. de crim. læsæ Maiest. lib. 1. rub. quis de crim. læsæ Maiest. cognosc. q. 1. n. 5. vers. Secus tamen cū alijs pluribus per eumdē Farin. dict. quæst. 118. num. 18. & 20. vbi fortius hoc ipsum inquit
3 procedere, quando concessio meri, & mixti Imperij fuit cum reseruatione criminis læsæ Maiestatis, quia intelligitur reseruatio de crimine læsæ Maiestatis commisso contra ipsum Concedentem, non quando contra eum, cui conceditur, ex Socin. cōs. 105. num. 24. & seqq. lib. 3. & rationem reddit Surd. cons. 152. num. 26. lib. 2. quia habetur ratio vltionis propriæ iniuriæ.

Nec obstat, quod pœnæ, & confiscationes prouenientes ex Constitutionibus Principis concedentis, spectent ad Fiscum, & Cameram ipsius Principis, non autem ad Fiscum Baronis, aut Principis inferioris, respectu suorum Vasallorum in loco infeudato delinquentium; tùm quia licèt plures
4 hanc opinionem tenuerint, tamen verior, & magis recepta videtur contraria, ratione conuincente, quòd eo ipso, quod supremus Princeps infeudat, censetur Fiscum Feudatarij quoad bona in Territorio feudali existētia subrogare, adeoquod propterea vtitur Feudatarius in applicatione pœnarum, & confiscationum ad commodum suæ Cameræ Iure ipsius Principis concedentis; quamobrem cessant rationes, in quibus contraria opinio fundatur. Boss. de Principe nu. 250. Natt. cons. 356. num. 2. & cons. 659. num. 5. & seq. Amod. de Ponte quæst. Laudem. 24. col. 5. in fin. Decian. cons. 35. nu. 64. & seq. lib. 2. & plenissimè Peregr. cons. 25. num. 5. & per tot. lib. 5. vbi n. 13. & seqq. contrarijs quoque auctoritatibus respondet.

Tum etiam quia contraria procedunt, vel in casu
5 criminis læsæ Maiestatis verè, propriè, ac directè in personam ipsius Principis concedentis, secus verò si non directè, ita namque procedit tex. in c. 1. §. Denique, quæ fuer. prima caus. benef. amit. Old. cons. 148. & alij per Surd. cons. 152. n. 26.
6 Vel quando condemnatio fit à Principe Superiore, seù illius Officiale, non autem à Barone, vel Vasallo, Menoch. cons. 604. num. 36. Panciroll. inter Consilia Menochij cons. 605. n. 16.

Tum, & tertio quia ratio contrariæ opinionis fundatur in distinctione, quod vbi confiscatio non fit ex dispositione Iuris communis, sed ex speciali aliqua Constitutione, vel Edicto supremi Principis, tunc pœna ex hac Constitutione applicatur Fisco ipsius Principis dominantis; hæc autem distinctio recipitur quidem, quando Princeps in
7 sua Constitutione, vel Edicto disponit delictum esse illud, quod alioquin Iure communi inspecto delictum non esset, sed non procedit, quando Cōstitutio, vel Edictum loquitur de casu, quo delictū est etiam de Iure, sed auget solùm pœnam, prout casus, de quo agitur, siquidem augumentum pœnæ tunc est intrinsecum, & propterea concessio Feudatario omnimodæ iurisdictionis trahitur etiā ad futuras accessiones venientes ex nouis Constitutionibus, aut Edictis, Natt. dicens rem esse hoc casu extra omnem dubitationem, d. cons. 659. num. 6. in fine, vers. præterea, vbi tantum. Peregrin. d. cons. 27. num. 17. & 19. antè vers. Sextò arguitur, lib. 5. & admittit Surd. d. cons. 152. nu. 14. post prin. dum licet hanc conclusionem ponat in rationibus dubitandi tamen in rationibus decidendi illā non improbat.

Et tolluntur difficulates, dum Constitutiones Papæ sunt generales, & amplissimis verbis cum perpe-
8 tuitate conceptæ; nam tales Extrauagantes faciūt Ius commune, ac proinde confiscatio earum vigore dicitur fieri ex dispositione Iuris communis & pertinet ad Baronem confiscantem, Rol. cons. 21. num. 22. vers. Tamen Statutum, lib. 4. Peregr. d. cons. 25. num. 11. post princ. vers. Quia edictum, & num. 16. in fin. vers. Nec mirum, & num. 19. vers. 4. arguit lib. 5. & distinctionem inter Edicta temporalia, & perpetua facit etiam Capoblanc. de auct. Baronum. pragm. 8. par. 1. n. 215.

ARGVMENTVM.

Specialia in crimine læsæ Maiestatis ex l. quisquis 5. §. emancipationes, & l. fin. C. ad l. Iul. Maiest. an habeant locum, quando crimen hoc fuit commissum non factis, & operibus, sed solis verbis, aut scriptis in libro memoriali.

Fisco an incumbat onus probandi, contractus fuisse initos à Reo post commissū crimen læsæ Maiestatis, & an confessio ipsius Rei præiudicet alteri, cui ex contractibus fuit Ius quæsitum.

SVMMARIVM.

1 *Crimen læsæ Maiestatis Committenti eo ipso interdicta est administratio bonorum, itaut non possit alienare in præiudicium Fisci.*

2 *Constitutio fæl. mem. Pij V. & Bannimenta generalia de famosis libellis non disponunt, quod Delinquens censeatur incidere in Crimen læsæ Maiestatis.*

3 *In Crimine læsæ Maiestatis in primo capite verè, & propriè de Iure communi, non autem in primo capite de Iure speciali admittuntur specialia l. quisquis, & l. fin C. ad l. Iul. Maiest.*

4 *In pœnam læsæ Maiestatis primi capitis aliud est, quod quis verè, & non fictè incidat, & aliud, quod verè crimen hoc committat.*

5 *Qualitas commissi criminis non arguitur necessariò ex qualitate impositionis pœnæ.*

6 *In Crimine læsæ Maiestatis dantur duo capita, primum, & secundum.*

7 *In Crimine læsæ Maiestatis primi capitis, non autem secundi locus est Specialibus, l. quisquis, & l. fin. C. ad l. Iul. Maiest.*

8 *Crimen læsæ Maiestatis in primo capite committitur propriè, in secundo autem impropriè.*

9 *Crimen læsæ Maiestatis, vt sit in primo capite, requiritur, quod committatur non solis verbis, sed facto.*

10 *Crimen læsæ Maiestatis in primo capite non facit comminatio, sed opera.*

11 *Crimen læsæ Maiestatis in primo capite non omnis committit, qui Principi aduersatur, nisi opus rebellionis faciat.*

12 *Crimen læsæ Maiestatis in primo capite an committatur ab eo, qui dicit, quod vult Principem occidere, quandò verba probabiliter proferuntur ex leuitate, vel iactantia.*

13 *Rebellem non facit machinatio, vel resistentia, vel inobedientia ex solis verbis.*

14 *Fiscus qui prætendit locum esse specialibus, l. quisquis, & l. fin. C. ad l. Iul. Maiest. probare tenetur, crimen esse de comprehensis in dd. ll.*

15 *Crimen læsæ Maiestatis in primo capite non committit is, qui falsum conscripsit, vel recitauit in libro memoriali priuato.*

16 *Iniuria verbalis non dicitur offensio facta in personam, sed personæ. & num. 26*

17 *Crimen læsæ Maiestatis, vt dicatur in primo capite ex offensione contra Principem, requiritur, quod offensio facta sit hostili animo.*

18 *Confessio sola Delinquentis, quod contractus initi fuerint post commissum crimen læsæ Maiestatis, non præiudicat Creditoribus.*

19 *In Crimine læsæ Maiestatis, non sufficiunt præsumptiones, & præsertim in præiudicium Tertij.*

20 *Crimini læsæ Maiestatis attributa Specialia non extenduntur ad qualitatem probationis.*

21 *Probatio per verba dubitatiua, & obscura non releuat.*

22 *Actus, de quo tanquam gesto fit mentio in aliquo libro, necesse est, vt sit anterior libro.*

23 *Adminicula nunquam suffragantur, nisi desumantur extrinsecus à subiecto adminiculando.*

24 *Adminicula non suffragantur, nisi in suo genere perfecta.*

25 *Priuilegium, ne loca montium, & fructus prætextu rebellionis, & læsæ Maiestatis confiscari possint, validum est, & seruandum.*

CONSILIVM VI.

EX damnatione declaratoria criminis læsæ Maiestatis non videtur vlterius locum esse specialibus l. quisquis §. emancipationes, & l. fin. C. ad l. Iul. Maiest. inter quæ illud, quod eo ipso quod Reus tale crimẽ commisit interdicta fuerit illi administratio, itaut amplius nec donare, nec dotare, nec alienare, aut alios quoscumque contractus facere possit, tam ex titulo lucratiuo, quàm oneroso in præiudicium Fisci, vt ex eadem l. quisquis, & d. l. fin. ac etiam ex l. ex iudiciorum. 20. ante fin. ff. de accus. Plerique firmant relati per Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 40. num. 6. in princ. & vers. sequor ego, & nu. 16. & 38. & Farin. quæst. 116. num. 59. & seqq.

Etenim aut prętensio huius specialis fundatur in Constitutione Pij V. & Bannimentis generalibus de famosis libellis; & fundamentum subsistentiæ
2 non habet, & quia nec in Constitutione nec in Bannimentis, quæ nec Clericos ligant, aliud legitur, quàm pœna vltimi supplicij, & confiscationis bonorum, nullum autem verbum, nedum specialium huius criminis; sed nec de crimine ipso Maiestatis lęsę, & quia recep-
3 tum est in Iure, quod specialia d. l. fin. admittũtur solum in crimine læsæ Maiestatis in primo capite verè, & propriè ex dispositione Iuris communis, non autem ex Iure speciali alicuius particularis dispositionis extra ius commune, Afflict. in constit. foro iudicatorum lib. 2. rubr. 6. de Fisco succedente foroiudicatis num. 14. & seq. & num. 15. post princ. vers. Scilicet, Rota post lib. 2. cons. Farin. decis. 61. num. 27.

4 Cum immò aliud sit, quod quis verè, & non fictè incidat in pœnam Maiestatis læsę in primo capite ex aliqua Constitutione hoc disponente, & aliud, quod verè crimen hoc committat, ideoque
5 ex qualitate impositionis pœnæ necessariò non insurgat qualitas commissi criminis Boss. de crim. læsæ Maiest. num. 6. Rot. d. decis. 61. num. 27. post d. lib. 2. cons. Farin. Franc. decis. 713. num. 16. antè fin. & num. seq. Mastrill. in comment. ad Indultum generale cap. 26. num. 16.

Aut prætensio huius specialis fundatur ratione criminis Maiestatis læsæ commissi iuxtà terminos Iuris communis, & minus locus est subsistentiæ huius fundamenti, quoniam certum est in Iure
6 dari duo capita in hoc crimine, vt probat apertè textus in l. 2. ff. ad leg. Iul. Maiest. dum relatis certis casibus, in quibus tale crimen committitur, subiungit verba sequentia, & hoc capite primo legis Maiestatis enumeratur. & est communis, & receptissima opinio, in qua omnes Doctores de materia loquentes concordant in d. l. quisquis. Boss. de crimin. læsæ Maiest. num. 12. Socin. cons. 275. num. 2. ad fin. vers. nam plura, & num. seq. Afflict. in tit. quæ sint regalia, in verbo, & bona committentium crimen læsæ Maiestatis, num. 35. Menoch. cons. 99. num. 58. & seqq. lib. 1. Capic. decis. 130. num. 16. in fin. & seq. Gramm. decis. 6. num. 19. ante med. Farin. quæst. 112. num. 9. & seqq.

7 Et certum quoquè est in Iure, speciale prætensũ ex d. l. quisquis §. emancipationes, & d. l. fin. dari duntaxat in crimine læsæ Maiestatis in primo capite, non autem in secundo, licet ex quocumq. capite

capite Maiestas lædatur.Cyn. in d. l. quisquis.in prin. & ibi Salicet.num. 2. Castrens. in l. 3. num. 6. C. de Episc. aud. Dec. cons. 410. num. 28. Soc. d.cons.275.n.3.Aegid.cons.15. num.9. Cepol.cons. 79. num. 28. Menoch. dicto cons. 99. num. 60.lib. 1. Capic. d. decis. 130. num. 18. & seq. Viuius decis. 278. num. 6. Odd. attestans, omnes Doctores communiter hoc concludere,reddentes rationē,
8 quia in primo capite propriè d. crimen committitur, in alijs verò capitibus impropriè, cons. 27. num. 17. & 18. & nu. 20. & seq. Farin. quæst. 116. num. 23. & num. 127.

Suppositis igitur certissimis conclusionibus præfatis, & restricta difficultate ad applicationem, illa minimè pro Fisco deducibilis videtur hoc casu, tùm
9 quia ad effectum criminis læsæ Maiestatis in primo capite, vt intrent specialia,requiritur, quòd hoc crimen non solis verbis, sed facto committatur,itaut nec voluntas verbis expręssa sit sufficiēs, Foller.in pract.crim. in verbo Item quod commisit crimen læsæ Maiestatis,num.86.Boss.eod.tit.de
10 crim.lęsę Maiest.n.62.vbi quod hoc crimē nō facit comminatio,sed opera,& nu.63.ante fin.vbi quod
11 non omnis,qui Principi aduersatur, dicitur tale crimen committere, nisi opus rebellionis faciat, Farin.quæst.116.n.167.

Nullaque est difficultas, attenta qualitate personæ,
12 quia nec ex prolatione verborum significantium, quod quis vellet occiderePrincipē,incurritur crimē læsæ Maiestatis in primo capite,quādo ille,vel sit leuis armaturæ, vel talis, vt iactantia potius quàm voluntas exequutionis sit probabilis, Gig. de crim.læsæ Maiest. tit. qualiter, & à quibus crimin.læsæ Maiest.com.quæst.52.num.6. vers.Personæ,& num.10. vers.consideranda, Roger. cons. 21. num.116.Farin.d.quæst.116.n.170.

Magisque dum verba scripta in libro memoriali priuato nullam habuerunt concomitantiam alicu-
13 ius alterius actus, quia etiam machinatio contra Principem sine resistentia, vel inobedientia facto non efficit aliquem rebellem, Bart.in Constit. qui sint rebelles,in verbo machinentur, in fine, & in verbo tenore,num.1.Boss.d.tit. de crim. læsæ Maiest.num.140.vbi quod Rebellem non faciunt verba,sed opera,Foller.in pract. crim. in verbo.Item quod commisit crimen læsæ Maiest.num.85.86. & 89.Decian.tract.crim.lib.7.cap.7.n.24.Farin.q.113. num.169.

14 Tum etiam quia onus Fisci est docere, quod crimen prætensum sit tale,ex quo locus sit specialibus d.l.quisquis;quandoquidem huic Parti satis videtur,quod crimen prætensum non sit de illis, quæ continentur in primo capite l. Iuliæ ennumerata in ead.l.quisquis,& l.1.2.3.& 4.ff.ad l.Iul. Maiest.vt per Boss.eod.tit.num.2. ex Angel. de malef. tit.& hai tradito la Patria,in 1.glo.in fine.

Non autem ex eo prætendi hoc crimen in primo capite potest,quia textus in d.l.2.ff.ad leg.Iul. Maiestat.enumeret eum, qui sciens falsum conscripsit, vel recitauit in tabulis publicis in læsionem publicam, vt ibi glos. exponit, quia responsio habe-
15 tur ex qualitate libri memorialis priuati, Foller. d.tit.num.63.

Minusque ex eo,quod Doctores dicant, crimen hoc in primo capite committi,vel quando offensio fit in personam Principis,vel contra personam Principis,eiusque Status securitatem, aut Collateralium,quia quatenus loquuntur de offensione in personam applicari nequeunt, nisi casui,quo persona ipsius Principis cum læsione ipsius corporis
16 principaliter tangitur,qua ratione iniuria verbalis non dicitur offensio facta in personam,sed personæ,adeoquod inter hos casus maxima est discrepantia,Bald.in l.si qua per calumniam num.20. in fine,C.de Episc.& Cler.Hercul.de caut.de non off. cap.25.nu.6.& seq.Cephal.cons.190. num.9. & seq. lib.2.& cons.549.num.109.& seq.lib.4.Vulpell.de promis.quęst 91.num.2. & seq. Honded. cons. 103. num.14.& seqq. lib.1. Farin. quęst. 107. num. 147. Guazzin.de Pac.quęst.55.num.5. Caball. resol.crimin.cas.150.num.6.& seq. Monac.decis.Bonon.68. n.72.Farin.cons.202.per tot.

Quatenus verò Doctores dicunt, crimen committi
17 in primo capite, quando offensio fit contra Principem,aut Collaterales,intelligendi sunt de offensione hostili animo, quia,vt inquit textus in l. fin. ff.ad l. Iul. Maiest. Planè non quisquis legis Iuliæ Maiestatis Reus in eadem Constitutione est, sed qui perduellionis Reus est hostili animo aduersus Rempublicam,velPrincipem animatus;Quamobrem textus in §.publica autem Instit.de publ.Iud. inquit,Lex Iulia Maiestatis,quæ in eos, qui contra Imperatorem,vel Rempublicam aliquid moliuntur,tunc suum vigorem ostendit.Oldrad. cons.43. num.8.ante finem, vers. & ideò tales perduelles, Peregr.de Iur.Fisc. lib.4. tit. 5. num. 19. vers. Hinc autem,Farin.q.112.n.14.ante fin.

Præterea non etiam locus est prætenso speciali in hoc casu,quia cùm onus probandi incumbat Fisco, quod contractus celebrati per Reum huius criminis fuerint post crimen commissum, ad hu-
18 ius qualitatis probationem minimè sufficiens est sola Delinquentis confessio,sed aliundè desumenda est probatio,cùm confessio, seù testimonium vnius non satis sit in Creditorum præiudicium,vt in his terminis per Sanchez viden.ad precept.Decalog.lib.2.cap.22.num.77.vers.Sed existimo incutere,& vers. Nec esse contracta. ex Simanca de Cathol.Instit.tit.9.num.60.in tract.nouiss.tom.11. par.2.fol.126.& firmat etiam Bart. in l. edicto. 13. post princ.vers.Ista enim confessio,ff.de Iur.Fisc.

Neque facit, quod ob immanitatem delicti etiam
19 præsumptiones sufficiant, tùm quia verior est opinio contraria,etiam respectu prætensi Delinquentis, magisque quoad Tertij præiudicium, Gig. de crim. læsæ Maiest. lib. 2. tit. quomodo, & per quos crimen lęsę Maiest. prob. quæst. 29. cum alijs per Farin. cons. 100. num. 40.

20 Tum quia specialia attributa huic crimini non extenduntur ad qualitatem probationis ex pluribus relatis ab eodem Farin. dicto cons. 100. num. 41.

In hoc autem casu minus est difficultatis, quia vel nihil certi quoad tempus fabricationis dicti libri habetur ex pretensa Delinquentis confessione quoad partem libri continentem instructiones directas Pupillo,quia in alia parte continente instructiones Comiti, nihil prorsus habetur, quod
21 tangat delictum, cum damnatus in specificatione temporis prædicti loquatur per verba. Io non posso dire il tempo preciso; ma credo, e se mal non mi ricordo, Rot. post lib. 2.cons. Farin. decis. 332. num. 9.

Vel quod habetur,conquassatur ex tenore eiusdem
22 libri, quia cum in eo constet fieri mentionem donationis factæ, constat propterea, donationē esse

esse libro anteriorem Alciat. reg. 3. præsumpt. 42. num. 3. vers. 2. nota.

Neque facit, quòd confessio licet non noceat Ter- 22
tio, noceat tamen concurrentibus adminiculis;
23 quia adminicula nunquam suffragantur; vbi non desumuntur extrinsecus à subiecto, de quo adminiculando agitur, Rot. decis. 375. num. 8. par. 1.
24 diuers. & nisi in suo genere sint perfecta, Rot. post lib. 2. cons. Farin. decis. 138. num. 3. vers. Cum enim agatur, & decis. 519. num. 7. par. 2. rec.

25 Quoad verò loca montium priuilegiata, vt nec loca, nec fructus, & emolumenta, quauis causa, & prætextu rebellionis, læsæ Maiestatis, & aliorum criminum quorumcumque confiscari possint, nec Fisco applicata declarari, nulla videtur dubitatio, quia cùm hoc priuilegium concessum sit auctoritate Apostolica, validum est, & seruandum, vt in his terminis per Greg. Lopez in glo. ad Partitam 6. Hispan. tit. 2. lege 2. in 4. quæst. vers. Quid autem si in facultate Principis.

Neque enim obstat exceptio posita in eod. priuilegio, non tamen in personam Romani Pontificis;
26 aut alicuius ex S. R. E. Cardinalibus, cum superius probatum fuerit crimen commissum dici non posse in personam Romani Pontificis, aut Cardinalium ex iniurijs personarum corpora non tangentibus, ex Bald. Herculan. Vulpellio, Cephalo, Farin. & alijs supra allegatis.

ARGVMENTVM.

De eadem re. An specialia ex l. quisquis. 5. § emancipationes, & l. fin. C. ad l. Iul. Maiest. habeant locum in quolibet crimine læsæ Maiestatis, vel solum in primo capite.

Pœna confiscationis ipso Iure statim post commissum crimen læsæ Maiestatis, an habeat locum extra primum caput.

SVMMARIVM.

1 *Crimine læsæ Maiestatis commisso, an dominium bonorum Delinquentis statim, & ipso Iure transeat in Fiscum.*

2 *Crimine læsæ Maiestatis commisso in primo capite, tunc bona ipso iure transeunt in Fiscum, secus autem commisso in secundo capite. & numeris seqq.*

3 *Doctores intelligendi sunt iuxta terminos Iurium, quæ allegant.*

4 *Ex Crimine perduellionis Maiestas offenditur in primo capite.*

5 *Pœnæ ex Iudicijs publicis non transeunt ad hæredes, nisi lite contestata, & condemnatione sequuta, excepto crimine læsæ Maiestatis in primo capite.*

6 *Rebellis lædit Maiestatem in primo capite.*

7 *In Crimine læsæ Maiestatis diuinæ locus est pœnæ confiscationis ipso Iure.*

8 *Menoch cons. 99. n. 166. & seq. reprobatur.*

9 *Aequiparatorum idem est Iudicium, etiam quoad pœnas.*

10 *In Crimine læsæ Maiestatis primi capitis, non autem secundi locus est Specialibus. l. quisquis. & l. fin. C. ad l. Iul. Maiest.*

11 *In Crimine læsæ Maiestatis secundi capitis non est locus confiscationi contra defunctum, dum vixit, non condemnatum, secus verò sequuta in vita condemnatione.*

12 *Crimen læsæ Maiestatis, vt extinguatur morte, distinguitur inter primum, & secundum caput.*

13 *In Crimine læsæ Maiestatis solum in primo capite locus est Speciali respectu pœnæ indictæ contra filios.*

14 *Crimen læsæ Maiestatis in primo capite committitur ex offensione Principis habente admixtum factum hostilitatis, non autem ex offensione verbali.*

15 *In Crimen læsæ Maiestatis in primo capite non incidit is, qui maledicit Papæ, sed punitur alia pœna.*

16 *In Crimen læsæ Maiestatis in primo capite, non incidit is, qui in libro familiari priuato, non posito in loco publico scripsit iniurias contra Principem.*

CONSILIVM VII.

Aduersus superiora scripta mouetur Dominus exaduerso Scribens ad firmandam conclusionem, quam pro regula assumit, quòd indistinctim nulla sit differentia inter primum, vel aliud caput criminis Maiestatis læsæ, ideoque hoc crimine commisso, bona ab hora, & momento commissi delicti acquirantur Fisco, & sequuta delicti declaratione, & condemnatione, Fiscus eorum possessionem nanciscatur, non attentis alienationibus post delictum factis ex duplici fundamento; Altero quòd hanc indistinctam regulam firment Afflict. Marsilius, Clarus, Bossius, Farinac. Peregr. & Sanchez. in locis in prima informatione adductis, & infra allegandis, & Menoch. à Pont. & Fab. de Anna adducti in secunda.

Altero quod ex nullo Auctore (loquor de citatis per me in alia) probetur confiscationem retrotrahi ad diem delicti esse speciale, & procedere dumtaxat in primo, non autem in alijs læsæ Maiestatis capitibus.

At vtrumq; fundamentum verius videtur subsistentia carere.

Quoad primum; omisso quod antiqua fuit quæstio,
1 in qua discordarunt primæ classis Authores, Dynus, & Bartolus in l. Imperator. 43. ff. de Iur. Fisci, tenente Dyno, quod statim, & ipso Iure dominium transeat in Fiscum, & Bartolo contrarium tenente, adeout vtriusque opinionis plures fuerint Sectatores, tenentes cum Dyno relati per Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 40. nu. 6. & Farinac. quæst. 116. num. 14. & 66. & tenentes cum Bartolo relati per eundem Decian. vbi supra eod. nu. 6. post princ. vers. contrarium tamen, & ante med. vers. Pro contraria opinione, eundemq; Farinacium, vbi supra num. 15. & 67. vbi etiam plures adducuntur testantes de veriori, & magis communi, adeo vt idem Farinacius reliquerit quæstionem hanc indecisam, quam ob rem satis exinde dignosci potest, an assumpta exaduerso conclusio poni possit pro generali regula.

Ad huc opinione Dyni retenta, non tamen indistin-
2 ctim admitti potest, sed solùm quoad primum caput l. Iuliæ Maiestatis, quoniam nullus ex Doctoribus exaduerso citatis nedum minimè probat

probat conclusionem contrariam indistinctim, sed immò magis probant illam distinctè intelligẽdam quoad primum caput d. legis Iuliæ, vt ex eorum recitatione apparebit.

Afflictus siquidem in tit. quæ sint regalia in verbo, & bona committentium, num. 22. fol. mihi 801. ponit 19. speciale l.quisquis 5. & ll.sequentium,C. ad leg. Iul. Maiest. quæ leges loquuntur de crimine in primo capite, vt etiam per eumdem Afflict.num. 1. in princ. & num. 3. in fine, & num. 9. & alijs, quin etiam eodem num. 22. loquitur Afflictus de speciali, ex quo domus debet destrui,& dari in collapsum vsque ad fundamenta, & Ciuitas propter rebellionem subijcitur aratro, & refert occisionem Andreæ de Isernia tunc Regis Consiliarij tanquam illius, qui Consilijs Regis intererat, & propterea compræhendebatur in verbis d. l. quisquis, hos partem corporis supremi Principis appellans.

Marsilius de Bannitis in verbo læsæ Maiestatis, nu. 35.& seq. fol. 85. refert opinionem Dyni in d. l. Imperator ff. de Iure Fisc. quam sequitur Socin. cons. 22. num. 8. & seq. lib. 1. & dum inquit, Dynum hanc opinionem tenuisse per d.l. Imperator, & per l. penultimam, & fin. C. ad leg. Iul.Maiest. & per l.donationes,32.in fin.ff.de donat,& per l.ex Iudiciorum 20. ff. de accusat. constat nec Dyni opinionem, nec sequacium, inter quos Marsilius prædictus, intelligi posse indistinctè in qnocumque capite leg. Iuliæ Maiestatis, sed solùm in pri-
3 mo ex vulgata conclusione,quòd Doctores intelligendi sunt iuxta terminos Iurium,quæ allegãt, vt per Bart. in l. non solùm §. liberationis ff. de liber. leg. Rot.decis.474.nu.9. par.2.recen. Reuer. Rotę Decanus decis.67.num. 8.

Etenim d. l. Imperator, 43. ff. de Iure Fisci, verba sunt infrascripta: Imperator noster rescripsit, Fiscum in rem habere actiones ex tacito fideicommisso. Hæc autem lex probat opinionem Dyni, quando delictum committitur circa rem, quia propterea tunc res illa ab indigno aufertur vna cũ fructibus,&vtilitatibus ex ea re perceptis,prout in hoc casu ex hac ratione opinionem Dyni veram esse admittit etiam ipse Bart. in eadem l. Imperator num. 1. ante med. vers. Certè primum dictũ Dyni, vt etiam per Peregr. de Iuræ Fsci lib. 2. tit. 1. nu. 12. & seq. quamobrem ex hac l. Imperator. cessat tàm applicatio, quàm applicationis ratio, quæ possit huic casui adaptari. Lex penult.& l.fin. C. ad l. Iul. Maiest. allegatæ per Dynum, & Marsilium verè probant eorum opinionem intelligẽdam non indistinctè, sed in primo capite, post quam specialia harum ll. induci in primo capite constat ex earum tenore, & precipuè dum loquuntur de memoria Rei damnanda post mortem, & hunc casum intelligi de primo capite l. Iuliæ, admittitur etiam exaduersò.

Tex. in l. donationes 32.in fin. ff.de donat. apertissimè, & magis probat Dyni,Marsilij, & sequacium opinionem intelligendam esse in primo capite l. Iuliæ; dùm inquit, perfectæ donationes esse non possunt post Crimen perduellionis contractum, cum hæredes quoq; teneat, & si non
4 dum postulatus vita decesserit, ex crimine namq; perduellionis non dubitatur,quin Maiestas offendatur in primo capite, vt per Oldrad.conf.43.nu. 8. propè fin. vers. ille ergo proprie, vt etiam alijs pluribus comprobant Decian. tract. crim.lib.7. c. 6. num. 3. & seq. Farinac. quæst. 113. num. 249. & Oldr. d. cons.43.sequitur etiã idem Marsil.eod. tract.de Bannitis in eodem verbo læsæ Maiest.nu. 23. alijque per Farinac.quæst. 113. nu. 249. eumdemq; Menoch. exaduerso allegat. cons. 99.num. 68.

Atq; hinc glosa in eadem l. donationes 32. in fine in verbo perduellionis opponens de l.post contractum 15. ff. eod.tit. de donat. in qua ponitur regula, quod post contractum capitale crimen, donationes factæ valent, respondet, hoc esse speciale in crimine perduellionis.

Et demum, l. ex Iudiciorum 20. ff. de accus. pariter probat Dyni,ac proindè Marsilij opinionem intelligendam de crimine Maiestatis in primo capite, dum dicta lex ex Iudiciorum ponit regulam, quod pœnæ ex Iudicijs publicis non transeant
5 ad hæredes, nisi lite contestata, & condemnatione sequuta, & deinde ponit limitationem Iudicij Maiestatis declarãdo in verbis de Iudicio, quòd etiam mortuis Reis, quibuscùm nihil actũ est,adhuc exercere placuit,adeo vt,prout idem textus subiungit Diuus Seuerus, & Antoninus rescripserint, ex quo quis aliquod ex his causis crimen contraxit, nihil ex bonis suis alienare, aut manumittere eum posse. Constat namque, & hunc textum intelligi non posse, nisi de crimine Maiestatis in primo capite; & quia loquitur de eo crimine Maiestatis, ex quo iudicium post mortem Nocentium incohari potest; & quia eadem prorsus verba rescripti dd. Imperatorum recitantur in d. l. fin.C. ad leg.Iul. Maiest.in qua de specialibus ex primo capite agitur, vt per Decian. d.tractat. crim. lib. 7. cap. 40. num. 6. quatenus in sequendo Dyni opinionem fundat se in d. l. fin. & d. l. ex Iudiciorum, in eadem lege transcripta, vt eodem num.6. vers. pro prima ergo parte, & vers.2. idem probatur.

Clarus in §. læsæ Maiestatis vers. præterea num.mihi 9. licèt dicat, bona in crimine Maiestatis confiscari ipso Iure; tamen,& eum constat loqui iuxtà terminos l. quisquis. 5. C. ad l. Iul. Maiest. vt declarat num. 11. vers. Hæ autem pœnæ.

Bossius tit. de crimine læsæ Maiest. num.131. præter
6 id quod loquitur exprẹssè in Rebelle, & iuxta terminos d. l. quisquis, quibus casibus intrat crimen l. Iulię inprimo capite, vt per Bart. quem idem Bossius adducit super Constit. Qui sint Rebelles.in verbo Rebellando, adhuc magis probat contrarium eius, ad quod allegatur, quia licèt dicat,quod ratione pœnę ciuilis sequuta declaratione,etiam fructus erunt Fisci vsque à die commissi delicti, tamen contrarium tenet quoad pœnas confiscationis bonorum, firmans exprẹssè illi nõ esse locũ, nisi à die condemnationis, & hęc quoque opinio non solum fuit Bart. intelligentis amissiones beneficiorum Iuris Ciuilis, & Municipalis, secus verò quo ad beneficia Iuris Gentium in d. Constit. Qui sint Rebelles,in verb. Rebellando num. 13. sed aliorum, quos refert Farin. dict. quęst. 116. num. 42. 43. & seq. Decian. tract. crim. d.lib. 7. cap. 40. num. 10. & Pereg. de Iure Fisci lib.3. tit.8. num.6. & Surd. ex nu. 8.

Gigas tit. de pœnis, committ. crim. lęsę Maiestatis quęst. 23. in tract. nouissim.tom.11. par. 1. fol. 70 loquitur de amissione administrationis bonorũ, & sub num.1. recitat solùm opiniones contrarias inter Dynum,& Bartolum,& licèt num. 2. dicat, &

& sciás, quod committenti crimen lęsę Maiestatis statim quod tale delictum committit, & antequam accusetur, administratio suorum bonorum interdicitur, tamen intelligendus iuxta terminos l. fin. & l. quisquis, C. ad leg. Iul. Maiest. quas allegat. ideoq; non applicatur extra primum caput d. l. Iuliæ. De amissione autem dominij loquitur idem Gigas quæst. 25. & postquam posuit opiniones quoque contrarias inter Dynũ, & Bart. adhæret ipse opinioni Bartoli, quòd dominium non perdatur ipso Iure, & inquit, pro ista opinione esse textum apertum in l. quæsitum 15. ff. qui, & à quibus manumiss. inquit enim in verbis textus in principio, Reum Maiestatis crimine ante damnationem Dominum esse.

Farinac. d. quæst. 116. num. 14. 59. & seqq. tantum abest, quod probet id, ad quod allegatur, quod immò probet contrarium, cum d. nu. 14. recitet opinionem Dyni, eiusque sequacium, sed nu. 15. recitet opinionem Bartoli contrariam; & sequacium multò plurium, & d. num. 59. & seqq. loquatur iuxtà terminos d. l. quisquis, & l. fin. C. ad l. Iul. Maiest. immò expressis verbis probet contrarium, quod scilicet pœnæ l. quisquis, non habeant locum, nisi quando hoc crimen committitur in primo capite, secus si in sęcundo.

Peregr. de Iure Fisci lib. 5. tit. 1. nu. 171. residet cum communi contra Dyn. & num. 175. loquitur iuxta terminos d. l. quæsitum, 15. ff. qui & à quibus, & d. l. ex Iudiciorum 20. in glosa ff. de accus. per eum allegatarum, d. autem lex ex Iudiciorum, loquitur de crimine in primo capite ex adductis, supra, dicta verò l. quæsitum in principio probat, Dominium antè condemnationem remanere delinquentis, & licèt quoad interdictionem administrationis bonorum allegetur pro contraria; tamen loquitur in Reo huius criminis, hoc est accusato, vt exponit ibi glosa in verbo Reus, & eamdem quoque iuxtà terminos d. l. fin. C. ad leg. Iul. Maiest. & d. l. ex Iudiciorum, de accusat. intelligit glos. 2. in eadem l. quæsitum.

Sanchez ad Decalogum lib. 2. cap. 14. num. 1. & cap. 7 22. num. 33. & seqq. loquitur de pœna confiscationis ipso Iure ob læsam diuinam, ex hęresi, non humanam Maiestatem, in quo casu textus est clarus in cap. cum secundum 19. de hæretic. in 6.

Insuper auctoritates Menochij, à Ponte, & Fabij de Anna, non etiam releuantes censeri possunt quoniam

Menochius cons. 99. numer. 166. versic. nec hic repugnat, & numer. 167. inquit, demonstrasse etiam pœnam publicationis bonorum esse aduersus Reum huius criminis in secundo capite indictam, & exindè infert, quod ipso Iure, & hoc casu sit indicta. At est hæc consequentia destituta omni auctoritate, cùm Menochius nihil prorsus ad hoc alleget, & fateatur eodem nu. & vers. nec ei repugnat, glosam in d. l. ex Iudiciorum in verbo Maiestatis, ff. de accus. interpretasse legem illam, & similes, cùm læsæ Maiestatis crimen est in primo capite; quod autem glosa maioris sit auctoritatis, quàm Menochius nemo est, qui ignoret, nedumq; videtur difficultas premissis, & infra dicendis concurrentibus.

A Ponte autem cons. 90. à num. 18. ad 26. magis etiam probat contrarium eius, ad quod allegatur, quia in primis consuluit in casu eius, qui commiserat crimen Rebellionis ex eo, quòd cum inimicis, Rebellibus, & hostibus publicis scelestam factionem inierat publicè, & occultè contra honorem, & fidelitatem Cæsareę Maiestatis, sciuerat Rebellionem Principi, tractatum inuasionis Regni, ac Patrię, & in alijs non solum verbis, sed factò machinauerat, vt patet eodem cons. 90. num. 15. & seqq. & num. 30. ac preterea, quia licèt d. numer. 18. & seqq. dicat, non oportuisse in ea causa tempus conterere, si quę fecit Reus essent in primo, vel 2. capite, quia satis est, quòd actus essent contra personam, & honorem Principis, tamen aduertendum, quòd non solùm loquitur, habito respectu ad qualitatem supradicti casus, super quo consuluit, sed vim facit in operibus, & machinationibus contra Principē, & Patriam hostili animo, vt precipuè patet nu. 20. vbi allegando l. 1. & 2. ff. ad leg. Iul. Maiest. constat exindè apertissimè, eum loqui de crimine in primo capite, postquam textus in d. l. 2. in fin. inquit, nam & hoc capite primo.

Ac denique Fabius de Anna num. 25. & seqq. quia consuluit in eò casu, in quo à Ponte d. cons. 90. in casu scilicet Rebellionis eiusdem personæ, vt inquit exprẹssè in primo capite ex textu in l. 1. ff. ad leg. Iul. Maiest. vt patet in principio eiusdem Consilij 12. il primo, Incip. in hac, de qua agitur; quamobrem apertè etiam probat contrariũ eius, ad quod allegatur, & præsertim cum recenseat etiam qualitates Rebellionis, non solùm verbis, sed factò; vt patet eodem cons. num. 3. & seqq. Ideoque Rebellionem excludat idem Fabius de Anna, quando delictum Maiestatis non est in primo capite, vt cons. 67. num. 3. 4. 8. 11. 19. seqq. & per tot.

Quoad secundum caput, quod Doctores, per me in alia citati, non obstãtibus aliquibus ex illis põderatis probent, cõfiscationi, ipso Iure non esse locũm in crimine Maiestatis extrà primum caput; probari videtur ex Decio cons. 410. num. 26. & 28. quamuis enim dicat, damnari memoriã committentis hoc crimen, non nisi in primo capite, & exindè exaduerso inferatur, damnationem memoriæ, & publicationem bonorum esse diuersa, tamen hæc diuersitas est nominis, non effectus, cùm non pariat effectum exaduerso prætensum; ex quo damnatio memoriæ, & retrotractio publicationis bonorum ad diē commissi delicti sint specialia æquiparata in hoc crimine in primo capite, ex text. in l. fin. C. ad leg. Iul. Maiest. desũpta ex Constitutionibus Imperatorum Seueri, & Antonini, de quibus in d. l. ex Iudiciorum, 20. ff. de accusat. regula namque est certa, quod æquiparatorum idem est iudicium, sicut æquiparationẽ, quoad pœnas, ex dispositione eiusdem l. quisquis C. ad leg. Iul. Maiest. firmat Peregr. de Iur. Fisci, lib. 4. tit. 5. num. 20. in fin. vers. sed tu dicas æquiparationem, sicut firmat etiam, quod publicatio in crimine Maiestatis in primo capite habet retrotractionem, quemadmodum solum in primo, hoc capite damnatur memoria defuncti, Rolan. cons. 1. num. 14. 32. & seq. lib. 3. qui scripsit in eadem causa ad fauorem eius, contra quē scripsit Menochius d. cons. 99. prout contra Menochium scripsit Crauett. cons. 859. lib. 5.

Cæpolla etiam cons. 79. n. 2. Cyn. Salicet. Castren. Socin. Aegid. Capic. Viuius, Odd. & Farin. per me in alia adducti, & præter eos iidem exaduerso allegati, Afflict. d. tit. Quæ sint regalia. in verbo, & bona

bona committentium crimen læſæ Maieſtatis,nu. 35.fol.mihi 802.Peregrin.de Iur.Fiſc.lib.4.tit.5.nu. 19.verſ.Intellige, & verſ. Hic autem diſcutere & Menoch.d.conſ.99.n.60.& ſeqq.quatenus firmant diſtinctionem deſumptam ex textu in l. 2. ff. ad leg.Iul.Maieſt.quod duo ſint capita dictæ legis,& 10 ſpecialibus inductis in l.quiſquis, & l. fin. C. eod. tit.ad l.Iul.Maieſt.non eſſe locum,niſi in crimine commiſſo in primo capite, benè probant opinionem,quam tuemur,cum vnum ex ſpecialibus d. l. fin.ſit pœna confiſcationis ipſo Iure, cum effectu ſcilicet retrotractionis à die commiſſi criminis.

Et pręſertim cùm nullus prorſus allegatorum exaduerſo firmet contrarium, quod ſcilicet confiſcationi ipſo Iure à tempore commiſſi criminis locus ſit extra primum caput l.Iuliæ; ij vęrò,qui indiſtinctè loquuntur intelligendi ſint iuxtà terminos d.l.quiſquis,& d. l.fin. quas allegant, vt explicitè etiam Peregrinus declarat, quicquid exaduerſo dicatur,de Iure Fiſci lib.5.tit.1.nu.171. verſ. ſaluari tamen poſſet.

Etenim verum eſt, quòd textus in d. l. quiſquis. in principio,imponit pœnam mortis, & confiſcationis bonorum,& in §.filij verò, pœnam filijs, non ſuccedendi parentibus, & in §. emancipationes, pœnam retrotractionis ad initium delicti, & in l. penult.& final.Reorum damnationis poſt mortẽ, etiam memoriæ.

Verumque quoque eſt,reprobato Menochio d.conſ. 99.à num.106.veriorem eſſe opinionem pro Ro- 11 lando,& Crauetta,vt contra Defunctum,dum vixit, minimè condemnatum locus confiſcationi minimè ſit, ſecus verò ſequuta in vita condemnatione,ex Peregr.de Iure Fiſc.lib.4.tit.5.num.22. vt etiam per eumdem Menoch. d. conſ.99. nu.40. & ſeqq.& num.74.

Tamen huiuſmodi diſcuſſio non percutit punctum, ex eo quod Marchio viuens fuerit damnatus, ex quo non ſolùm Peregrin.exaduerſo,vbi proximè, approbatus loquitur eodem num.22. in caſu Maieſtatis læſæ in ſecundo capite, ſed etiam Menochius ipſe eodem conſ.99.n.40.verſ.4.

Impugnatio autem diſtinctionis primi, & ſecundi 12 capitis legis Iuliæ,etiam quoad ſpeciale, vt crimen morte non extinguatur, eſt contra textum in verbis in l.fin.ff.ad l.Iul.Maieſt.hæc namque sũt verba huius textus: Planè non quiſquis legis Iuliæ Maieſtatis Reus in eadem conditione eſt, ſed qui perduellionis Reus eſt hoſtili animo aduerſus Rempublicam,vel Principem animatus; cœterum ſi quis ex alia cauſa legis Iuliæ Maieſtatis Reus ſit,morte crimine liberatur.hactenus verba textus,ex quo propterea meritò reprobatur Menochius à Fachineo controu. lib. 9. cap. 34. per tot.

13 Atque hinc etiam eſt, quod ſpeciali pœnæ indictæ contra filios locus ſolũ eſt in crimine commiſſo in primo capite, vt per eumdem Peregr. de Iure Fiſci d.lib.4.tit.5.num.21.& Guazzinum de confiſc.bonor.in 85.ampliat.13. concluſionis n.2. fol.mihi 67.

Neque aliquid facit,quod crimen Maieſtatis cenſeri debeat hoc caſu commiſſum ob læſionem exiſtimationis,& honoris ſupremi Principis;quia, an per hoc crimen fuerit in primo capite,in quo verſatur punctus huius cauſę,nihil exaduerſo hactenus adductum fuit,quod ſtringat; Etenim quod exaduerſo dicitur,omnes caſus, in quibus principaliter Princeps offenditur,diei caſus primi capitis ex allegatis Foller.in prax.crim. tit.Item quod commiſit crimen læſæ Maieſtatis num. 90. ſiue offenſa ſit corpoſis,ſiue ſtatus, ſiue honoris, ex Bart.in Extrauag.qui ſint Rebelles.in verbo tenere,num.4.verſ.Nam quocumquè modo, & Farin. conſ.123.num.8.& q.116. num.123. cum alijs per Menoch.d.conſ.99.num.25.& ſeq.procedit,quando offenſio habet admixtum aliquod factum hoſtilitatis,ſecus verò,quando offenſio eſt merè verbalis.Boſſ.de crim.læſæ Maieſt.num.62. Vbi quod hoc crimen efficiunt opera,nòn etiam ſola verba, & num.63.ante finem, & in hac diſtinctione reſident ijdem exaduerſo allegati,Foller. in prax.crimin.d.tit.de crimin.læſæ Maieſt. num.86. adeout iuxtà d.numerum 86.intelligendus ſit num.90. in quo dixit, duo eſſe principalia capita d. l. Iuliæ.

Et quòd omnino requirantur facta, & opera in perniciem, & contra proſperitatem Domini, & eius Status,clarè Gabr. conſ. 179. num. 3.& ſeqq. vbi etiam in hoc ſenſu intelligit Bart. in d. Extrauag. Qui ſint Rebelles, in verbo Rebellando, & in machinatione loquitur Bart. in ead. Extrauag. Qui ſint Rebelles,in verb. tenere num.4.verſ. Nam quocumque modo; machinari namque dicitur quando aliquid dolosè ordinatur contra Principem, vt inquit idem Bart. ibi in verbo, machinando, & quando operatur contra Principis ſecuritatem, vt per Farin.quæſt. 113.num. 42.nullusque eſt in hoc ſcrupulus, quando offenſio verbalis prouenit à perſona tali, de qua poſt alios idem Farinac. quæſt.116.num. 170.

In hoc autẽ caſu prædicta eo magis ſubſiſtunt, quò omnes maledicentiæ habentur ſolũ in libro familiari priuato compoſito ad inſtructionem Pueri 15 nullatenus poſito in loco publico; Etenim cum maledicens Papæ, & proferens verba in depræſſionem officij, & Beneficij multis coram Aſtantibus, non tamen in Crimen Maieſtatis in primo capite incidat, ſed ſolum ſit puniendus, vt deinceps prorumpens in talia verba arceatur, & alij deterreantur, vt inquit textus in cap. 1.de maledic.vbi Abb.Socin.& alij.

16 Conſequutiuè,non etiam in crimen prædictum in primo capite incidit, qui librum familiarem ſibi componit, illudque neutiquam in publico ponit;cum iniuria in Principem illata, quamuis in ſcriptis,adhuc tamen retineat naturam iniuriæ verbalis,quando in loco publico nõ fuit poſita,vt firmat Farinac. conſ. 123. num. 6. cum num. 4. & ſeq.& benè probant omnes quos Farinac. allegat non ſolum d.num.6.ſed etiam num.5.ſcilicèt gloſ. in cap.1. in verb.publicè, & ibi Bellamer. Archid. & Prępoſ. in princ.cum quibus etiam Gemin. pariter in princ.5. quęſt.1. & ibi etiam Turrecremat. ante num. 1. verſ. ſcripturam.

ARGVMENTVM.

Donationes factæ poſt commiſſum delictum ante condemnationem an valeant.

C Do-

Donationes vt censeatur factæ in fraudem Fisci, an sufficiant inditia ex processibus informatiuis, vel requiratur, quod Reus fuerit confessus, vel conuictus.

De præsumptionibus inferentibus donationes non fuisse factas in fraudem Fisci.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta post delictum ante condemnationem valet in præiudicium Fisci, secus verò facta post condemnationem.*

2 *Crimine læsæ Maiestatis primi capitis commisso, statim, & ipso Iure interdicta est bonorum administratio.*

3 *Donatio facta in fraudem Fisci, vel ab eo, qui delinquere cogitat, vel metu pœnæ, reuocatur.*

4 *Testes affirmantes aliquem veneno mortuum, non probant corpus delicti, cum hoc debeat esse iudicium Medicorum.*

5 *Medici attestantes, aliquem veneno mortuum non probant corpus delicti, nisi addant ex veneno dato, & non ingenito.*

6 *Periti non debent esse suspecti Partibus in recognoscendis per comparationem scripturis.*

7 *Periti ad recognoscendum scripturas per comparationem non probant, nisi fuerint electi præuia citatione.*

8 *Recognitio per comparationem litterarum non facit inditium ad torturam.*

9 *Recognitio per comparationem multo minus facit inditium non iustificata mala fama inquisiti.*

10 *Recognitio per Testes habentes notam manum, non admittitur in criminalibus.*

11 *Testes, vel Periti examinati pro Curia informatione non probant, nisi fuerint repetiti.*

12 *Donatio, vt dicatur in fraudem Fisci, non sufficiunt inditia ex processibus informatiuis.*

13 *Consuetudo delinquendi non probatur, nisi Reus sit confessus, vel conuictus, vel condemnatus.*

14 *Consuetudo delinquendi non probatur ex compositione ad redimendum vexationes.*

15 *Exculpatio eneruat vires præcedentis inculpationis.*

16 *Exculpatio magis tollit inculpationem, quando est verisimilis.*

17 *Falsitatis periculum est in eo, qui ex præcedentibus solet falsitatem committere.*

18 *Donatio in fraudem Fisci non præsumitur, nisi præcedente ante delictum causa donandi in fraudem.*

19 *Delinquens is est, qui id agit, vt delinquat.*

20 *Metus non præsumitur, quando illi facile occurri potuit.*

21 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 115. non ligat Clericos.*

22 *Exequutores mixti dicuntur, quando debent vocare Partem, & procedere cum causæ cognitione.*

23 *Exequutorem mixtum facit quodcumque simplex rescriptum, quando agitur contra possessorem.*

24 *Sententia declaratur, vt intelligi debeat, prout de Iure.*

25 *Exequutor merus rescripti Summi Pontificis, vel illi parere debet, vel causam rationabilem assignare, quare abstineat ab exequutione.*

CONSILIVM VIII.

1 POst contractum capitale crimen, donationes factas valere, nisi condemnatio sequuta sit, quia tunc non valent, inquit in verbis textus in l. post contractum. 15. ff. de donat. Nec dubitari potest, quin dispositio huius textus procedat, non obstante, quod post donationem Donãs fuerit condemnatus in confiscationem bonorum, ex prætextu, quod in eadem l. post contractum, subiungatur limitatio, nisi condemnatio sequuta sit, quia non refertur ad præcedentem factam donationem, sed ad donationem factam post condemnationẽ, ex lectura illius textus magis communi, vt per Farin. quæst. 164. n. 7. cum n. 9. & 11. vbi quod non obstantibus in contrarium addu-
2 ctis num. 8. prima opinio est communis, quando delictum non est tale, vt Delinquens eo commisso amittat bonorum suorum administrationem, prout est in crimine læsæ Maiestatis in primo capite, vt num. 37. & 43. quandoquidem donationes, de quibus queritur, processerunt prima sub 22. Martij 1633. & secunda 1. Februarij 1634. & tertia 18. Septembris 1644.

Nec obstat, quòd donatio facta nedum post crimen,
3 sed antè reuocatur, quando facta extitit in fraudem Fisci, vel ab eo, qui delinquere cogitat, vt per eumdem Farinac. d. quæst. 164. num. 46. vel metu pœnæ, vt num. 48. quoniam neutrum ex hisce obiectis applicabile est casui, de quo agitur.

Non primum desumptum ex delinquendi cogitatione, nàm quatenus hæc prætensa cogitatio desumitur ex processu contra eum formato coram A. C. occasione querelæ, & denunciationis de homicidijs, mediante veneno patratis in personas Comitis Malatestæ anno 1624. defuncti, & Comitis Alexandri, qui decessit anno 1631. ac de alijs grauibus criminibus attentatis, mediante tractatu cum Bannitis, & facinorosis, nihil releuans resultat.

Siquidem quoad assertam veneni propinationem, deficit probatio corporis delicti, cùm nullus Medicus fuerit examinatus, Testes autem alij, quamuis in hoc crimine, cũ sit difficilis probationis, deponere possint de coniecturis, & inditijs prouenientibus ex signis veneni, veluti ex continuo vomitu, vel ex liuore corporis, aut ex spumis ore fluentibus, aut similibus; tamen, cum hęc sint signa æquiuoca, tanquam ea, quæ possunt etiam ex pestifera febre, aut acuto morbo citra veneni causam oriri, Testes neque etiam affirmantes, aliquem veneno mortuum, probant corpus delicti, cùm hoc debeat esse Iudicium Medicorum,
5 quinimmò nec Medicorũ attestationes afferentes similiter, quem mortuũ ex veneno probent in hoc crimine corpus delicti, nisi addant ex veneno dato, & nõ ingenito, cũ sæpè accidat, quòd quis moriatur ex veneno in corpore ex humorum malitia, vt hæc omnia plenè comprobat Farin. q. 2. à n. 30. ad 35. præcipuè ex Foller. in prax. crim. in verbo, itaquod sororem venenauit. num. 15. & seqq. & Farinac.

Farinac. sequitur Caball. resol. 180. num. 8.

Quoad verò alia asserta crimina, quia, & prætensũ corpus delicti, & quę exindè resultare dicũtur; omnia fundantur in prętensis epistolis, & alijs, quę leguntur scripta sub nomine Marchionis Mãzoli, Tantùm autem abest quod realiter probentur scripta ab eodem Marchione ex eo, quod asserti Periti dictas scripturas per comparationem recognouerint, quodq; etiam aliqui testes de hac recognitione deposuerint sub ratione, quòd haberent notam manum; quòd immò nihil rele-
6 uans exinde desumi potest, tùm quia in recognoscendis scripturis per comparationem Periti non debent esse suspecti Partibus. Rot. decis. 119.
7 num. 24. part. 5. rec. nec Periti adhibiti ad comparationem probant, nisi electi formiter præuia citatione ad eligendum, vel de ijs confidentibus concordandum. Menoch. de arbitr. cas. 114. num. 26. post med. Farinac. in fragm. crim. par. 1. in verbo Comparatio. num. 485. & seqq. cum num. 489. & cons. 70. num. 15. & seq. lib. 1.
8 Tum quia certum est, quod ex sola comparatione litterarum non etiam resultat inditium ad torturam. Bart. communiter receptus in l. admonendi num. 116. ff. de Iureiur. Gram. decis. 34. nu. 14. Triuisan. decis. 52. num. 28. Guazzinus defens. 20. circa Reorum examen cap. 23. nu. 3. antè med.
9 vers. In contrarium autem est veritas, & præsertim nõ iustificata prius mala fama inquisiti, Farin. in fragm. crim. d. par. prima. in verbo Comparatio nu. 446. & 448. Almontes Ciazzius discept. crim. ad defensam cap. 28. num. 1. & seq.

Quemadmodum, & certum est, quod ex testibus as-
10 serentibus habere notam manum, non etiam oritur inditium ad torquendum sufficiens, quia & si talis forma recognitionis admittatur ex stylo Curiæ in ciuilibus, non tamen admittitur pro sufficiente in criminalibus. Farinac. fragm. d. par. 1. num. 565. & cons. 70. num. 11. 12. & seq. Hect. Felic. allegat. 69. num. 4. par. 2. & allegat. 147. vers. Ea quę dicuntur. eadem par. 2. Guazzin. d. defens. 20. cap. 23. num. 5. & seqq. Almontes Ciazzius d. discept. crim. 28. num. 5. & seq. & num. 20.

Nullaque est difficultas, dùm in processu prædicto
11 criminali coram A. C. nec Periti, nec testes, qui examinati leguntur pro Curiæ informatione fuerunt vnquam repetiti. Bart. in l. fin. n. 9. ff. de quæst. Honded. cons. 101. num. 12. lib. 1. Farinac. quæst. 72. num. 133. vers. Contra. Caball. resol. 55. in princ. & resol. 269. num. 9. & seq. Caputaq. decis. 207. nu. 9. par. 2. Seraphin. decis. 1359. num. 4.

Neque enim ad effectum, de quo queritur, iudicandi scilicet donationes factas in fraudem Fisci,
12 dubitari potest, quin minime sufficiant inditia resultantia ex processibus informatiuis, sed requiratur ad effectum, vt donationes censeatur factæ ex cogitatione delinquendi à delinquendi Soli-
13 to, quod de delictis præcedentibus Donans fuerit confessus, vel conuictus. Farinac. quæst. 23. nu. 33. & cons. 61. num. 20. lib. 1. vbi quod nec etiam sufficit inquisitio, & processatio ad effectum, vt quis dici possit consuetus delinquere, aut dici criminosus, & malæ famæ, nisi confessus, vel conuictus, aut condemnatus extiterit.

Sicut hac ratione, quod nomen delinquentis dici non possit receptum inter Reos, nisi fuerit confessus, aut conuictus, firmat etiam ex pluribus, & attestatur ita in praxi seruari Caball. resolut. 298. num. 26.

Cessat autem omnis scrupulus in hoc casu, dum non solum Marchio occasione prætensorum contra ipsum in processu A. C. & monitorio contra eum exequuto, cuius occasione dicitur latitasse, fuit admissus ad compositionem, non tamen animo confitendi delicta, sed ad de-
14 fatigationes litigij cum Fisco euitandũm sub die 15. Septembris 1634. quo casu nihil etiam ad effectum consuetudinis delinquendi desumi potest; vt in puncto per Farinac. cons. 88. num. 8. cum seq. lib. 1.

Sed apertissimè constat omnia crimina sibi tàm in d. processu A. C. quàm ex prætensis famosis libellis, deinde obiecta fuisse meras imposturas Leonardi Brighæ eorumdem assertorum criminum denunciatoris; siquidem idem Leonardus in articulo mortis constitutus in Confortaria pro exoneratione suæ conscientiæ sub 1. Decembris 1636. declarauit in folio ab eodem Leonardo subscripto præcedente sacramentali confessione, vt infra. Dechiara tutto quello, che è stato opposto da lui contro il Marchese Manzoli, & Sig. Contessa Malatesta, & altri, tanto nella Causa fatta nel Tribunale dell' A. C. per gl' Atti del Nelli, quanto in Campidoglio, essere state tutte inuentioni sue di esso Leonardo, eccetto quello, che hà confessato detto Sig. Marchese, & anco contro Marco Tullio Onofrio essere state tutte sue inuentioni, & arcigogoli; Però gli restituisce per scarico di conscienza ogni qualsiuoglia fama, per essere essi innocenti di quanto egli gl'hà opposto.

Etenim non dubitatur, quin eiusmodi exculpatio
15 eneruet omnes vires præcedentium inculpationum, vt per Farinac. quæst. 46. num. 68. & seq. & precipuè num. 70. & 71. & num. 108. & seq.

Nullaque prorsus in hoc remanet difficultas, dum
16 vndique hæc exculpatio verisimilis redditur ex sola veritate innocentiæ inculpatorum, prout verisimillima est hoc casu non solùm, quia idem Leonardus fuit vlterius in eadem Confortaria confessus, falsò à se fabricatam fuisse donationem d. Marchionis ad eiusdem Leonardi, & Iosephi fauorem, productam in actis Nelli; sed ex hac, & alijs falsitatibus in præiudicium eiusdem Marchionis, & aliorum, ex imitatione manuum commissis fuit ex probatis etiam per plures testes, vna vice per septennium, & alia vice per decennium ad Triremes condemnatus, vt per eumdem Farinac. eadem quæst. 46. num. 118.

Minus fundamentem aliquod fieri potest, quòd donationes fuerint factæ in fraudem Fisci ex metu pœnæ, quia quatenus ptætẽsus metus pœnæ desumitur ex pacto conuento in donatione ad fauorẽ d. Leonardi sub 17. Nouembris 1633. quòd Leonardus donatarius teneretur lacerare, & vti facere omnes, & quascumque scripturas, quas habebat contra Marchionem Donantẽ, cũ consensu cassationi omnium, & quarumcumque querelarum porrectarum, & pro tempore porrigendarum, tantum abest, quod exindè metus pœnæ inferri possit, quod immò ex successiuo pacto in eadem donatione adhibito, quod non deberet fides vlla præstari scripturis priuatis, scriptis, & subscriptis à dd. Marchione, & Leonardo, sed quod dumtaxat attendi deberent inter eos instrumenta à publicis Notarijs rogata, fatis

declaratur finis,& intentio, quod ex huiusmodi
17 medela euitarentur falsificationum pericula in
Solito illas committere,de quo satis ex præceden-
tibus appareret. Aym.cons.134.num.30.post prin.
Menoch.præsumpt.91.num.11.& seq.lib.2.

Quatenus autem illatio metus prætensi desumitur
ex qualitate donationis factæ per Marchionem
Dominæ Comitissæ,& filijs sub die 18.Septembris
1634. sub pacto prohibitiuo alienationis, eccet-
tuato però in caso di saluare la vita per qualche
disgratia inopinata ò al d.Donante, ò alli dd. Do-
natarij, cessat prætextus præfatus,tàm ex eo quod
rectitudo intentionis satis liquet ex priuatione
Delinquentium,& vocatione non Delinquentiũ;
& obedientium Superioribus,subiuncta etiam ra-
tione; perche con timor di questo castigo auuer-
tino li dd.Donatarij,e suoi successori d'obedire a'
Superiori; e fuggire l'occasione de delitti, e del
male oprare,con il viuere in gratia di Dio; quàm
etiam, quia cum pactum loquatur de infortunio
inopinato,tàm respectu Donantis,quàm Donata-
riorum,hoc ipsum satis est ad exclusionem præ-
18 sumptionis fraudis; cùm nunquam donationes
præsumi possint in fraudem Fisci, nisi præcedente
ante delictum causa, propter quam Donans mo-
tus fuerit ad donandum in fraudem,vt per Farin.
pluribus comprobantem in his terminis d. quæst.
164.nu.71.& 138. & 154. vbi quod conclusio pro-
cedit etiam,quod donatio esset omnium bonorũ,
& quod facta esset personæ coniunctæ, quo casu
Rot.hanc etiam amplectitur,vt decis.776. num.2.
vers.& hinc quoque,& num.seq.par.4.diuers.

Quatenus demum metus pœnæ desumitur ex com-
positione libri continentis enormia,ex quo Mar-
chio fuit damnatus, minus locus censeri potest
præsumptioni prætensæ fraudis in donando, quia
præter id,quod Marchio in compositione dicti li-
bri scripti per eum, qui tempore incohati proces-
sus super eo prædecesserat, censeri nequit delictũ
cogitasse,se commisisse,cùm compositionem spõ-
tè confessus fuerit,& eam negare facillimè potuis-
set,etiam quod domi suæ diceretur repertus,cùm
potuerit submitti,sicut aliæ scripturæ factæ fue-
19 rant submissæ; quandoquidem is delinquit,qui id
agit,vt delinquat.Giurba cons.crim.16.n.35.

Obiectum cessat,quia absque dubio metus excludi-
20 tur, quando illi potuit alia faciliori ratione, &
modo occurri,sicuti occurrere potuisset Marchio
lacerando,aut comburendo,vel lacerari,aut com-
buri mandando librum prædictum,ita Sanchez de
Matrimon. lib.4.disput.1.num.23. & in Summa ad
Præcepta Decálog.lib.4.cap.3.n.1. Guttierrez de
Matrim.cap.77.n.1.

Quod verò dicitur locum esse Statuto Vrbis lib. 1. c.
115. quod venditio, vel alienatio quæcumque
facta ab accusato, vel inquisito de crimine capita-
li, seu publico non valeat in præiudicium Fisci,
21 non est momenti, cum Marchio esset Clericus;
qui statuto prædicto non subiacebat,vt plenissime
firmauit Rota respondendo omnibus contrarijs
in Romana donationis de Castellanis 23. Iunij
1631. coram Reuerendissimo Coccino Rotæ De-
cano vers. neque obstat in Statuto Vrbis.

Neque obstat exequendum esse Chirographum San-
ctissimi sub 13. Ianuarij præteriti, quoniam sup-
plicatur aduenti primo, quod quatenus in eo re-
scribitur, che procedino per la totale incamera-
tione; & incorporatione de beni confiscati anco-
ra contro qualsiuoglia persona,che pretendesse
hauere ius,ouero possesso sopra li detti beni con-
fiscati spettanti al d.quondam Francesco Manzo-
li,e particolarmente contro la Contessa Isabella
Malatesta Bentiuogli, e suoi figliuoli pretesi Do-
natarij del d.quondam Marchese Manzoli,e che
siano compresi come tali in questo giuditio, mi-
nimè intelligi possunt deputati meri Exequutores
22 d.confiscationis,sed mixti; tum quia ob eiusdem
rescripti tenorem d. Comitissa,& filij erant vocã-
di, prout mediantibus citationibus contra eos
exequutis vocati fuerant, Felin. in c.fin. num.23.
de præsumpt. Abb.in c.exhibita,19. nu.6. de Iudic.
Dec.cons.173.mihi 172.incip.Viso processu agita-
to.Rot.decis.30.num.1. in princ. & post med. vers.
& ratio, vbi quod propterea prædicti Exequuto-
res non sunt meri,sed veri Iudices,cum causæ co-
gnitione,& vocata Parte,de rescript.in nouis.

Tum etiam quia,cum d.Comitissa,& filij fundent se
in donationibus cum possessione subsequuta etiã
vigore clausulæ Constituti,& propterea agatur de
confiscatione non solum in præiudicium hæredũ
Passi confiscationem,sed etiam de præiudicio Ter-
tij dantis etiam de possessione,Rescriptum quod-
23 cumque simplex facit hoc casu Exequutorem
mixtum, cum non sit de intentione Principis, vt
quis remoueatur à possessione sine causæ cogni-
tione.Felin.d.cap.fin.num.24.25.& 27.de presump.
Card.Zabar.cons.63.num.1.post princ.vers.Tamen
in auferenda sibi possessione.

Secundo aduertendum, quòd meri Exequutores
censeri nequeunt,quia in sententia lata contra d.
Marchionem, licèt condemnetur tanquam Reus
læsæ Maiestatis,tamen explicitè neutiquam habe-
tur, quòd Reus fuerit Maiestatis læsæ in primo
capite,quatenus verò ex parte Fisci prætenditur,
id implicitè declarari ex condemnatione in con-
fiscationem omnium bonorum vbicumque exi-
stentium, ac etiam locorum montium,hoc mini-
mè subsistit,tàm ex iam adductis, quàm quia hoc
24 eget declaratoria explicita,dum Sententia, an in-
telligenda sit comprehendere bona existentia in
Ciuitate,& Territorio Bononiæ,& loca Montium
priuilegiata,vt non cadant sub confiscatione, nisi
ex Crimine læsæ Maiestatis in primo capite,intel-
ligi non debet, nisi prout de Iure.l.Miles,§.decẽ,
ff.de re iudicat.l.Herennius, ff.de euict. Rot.decis.
40.n.10.par.2.diu.

Tertiò aduertendum,quòd etiam merus Exequutor
25 Rescripti Summi Pontificis,vel debet illi parere,
vel ab exequutione abstinere; causam rationabi-
lem assignando,quare illi parere non potest,tex-
tus est in verbis in c.Si quando 5.de rescript.huius
enim textus verba sunt sequentia, Si quando ali-
qua tuæ fraternitati dirigimus, quæ animũ tuum
exasperare videtur,qualitatem negocij, pro quo
tibi scribitur,considerans, aut mandatum nostrũ
reuerenter adimpleas,aut per litteras tuas,quare
adimplere non possis rationabilem causam præ-
tendas,quia patienter substinebimus, si non fece-
ris, quod praua nobis fuerit insinuatione sugge-
stum.

Quarto demum aduerti supplicatur,quòd tres fue-
runt donationes factæ per d. Marchionem ad fa-
uorem d. Comitissæ, & filiorum.

Prima fuit sub 22. Martij 1633.& in hac nulla cadit
difficultas,cũ antecedat etiam processum incoha-
tum contra Marchionem coram A. C.

Secun-

Secunda, fuit donatio sub 1. Februarij 1634. hęc autem licet fuerit ante compositionem factam occasione dicti processus coram A. C. tamen antecedit monitorium ab eodem A.C. contra d. Marchionem emanatum, tanquam illud, quod exequutum fuit sub 29. Iulij dicti anni 1634. & nihilominus stante remissione omnium pœnarum, & dicta compositione, fuit etiam sublata quæcũque prætensa inualiditas donationis præcedentis.

Tertia, fuit donatio sub 18. Septembris 1634. in qua pariter non datur applicatio alicuius difficultatis, cũ prius scilicet sub 15. Septembris eiusdem anni 1634. fuerit per Curiam admissa compositio citra confessionem prætensorum criminũ, & consequenter ex huiusmodi terminatione dictæ inquisitionis, & processus fuerit illud iudicium extinctum, & stante hac extinctione, donatio prædicta post dictam compositionem subsequuta, nec patiatur obiectum statuti lib. 1. cap. 115. ratione dicti processus corã A.C. nec ratione processus, & inquisitionis occasione compositionis, & retentionis libri intitulati: Ricordi del Marchese Manzoli, cum inquisitio, & processus desuper in Curia Capitolina formatus, super quo lata, & exequuta fuit Sentẽtia capitalis longè posterior fuerit dicta tertia donatione.

ARGVMENTVM.

Condemnato Emphitheuta, seu Feudatario in pœnam confiscationis bonorum, an Emphitheusis, seu Feudum pertineat ad Dominum directum immediatum, vel ad Fiscũ supremi Domini mediati, vel ad Agnatos, & alios comprænhensos in Inuestitura.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius priuatur feudo, quando propter delictum criminaliter condemnatur in pœnam confiscationis bonorum.*

2 *Feudatario condemnato in pœnam confiscationis bonorum, Feudum deuoluitur ad Dominum directum immediatum.*

3 *Feudatario condemnato de crimine commisso in supremum Dominum mediatum, an applicetur, Feudum ad ipsum Dominum mediatum, vel ad Dominum immediatum.*

4 *Feudatario condemnato de crimine commisso in supremum Dominum mediatum, bona allodialia confiscantur ad fauorem eiusdem Domini mediati.*

5 *Feudatario condemnato de crimine in supremum Dominum mediatum, bona feudalia deuoluuntur Domino immediato.*

6 *Feudum multo minus confiscari potest ex delicto Feudatarij in praiudicium Infeudantis stante expressa conuentione, non alienandi in personas prohibitas.*

7 *Ecclesia, vel locus pius non est capax precij, vel æstimationis Feudi, vel Emphiteusis, stante conuentione non alienandi in personas prohibitas.*

8 *Feudum antiquum, seu paternum quando est transitorium in extraneos, transit etiam ex delicto in Fiscum, secus verò quando ex pacto, & prouidentia.*

9 *Feudatario in Dominum delinquente, Feudũ deuoluitur Domino, sed in alios delinquente deuoluitur liberis, & agnatis.*

10 *Feudum nouum indistinctè, siue hæreditarium, siue ex pacto, & prouidentia deuoluitur ex delicto ad Dominum in præiudiciũ tàm Fisci, quàm vocatorum in Inuestitura.*

CONSILIVM IX.

Certum est Vasallum feudo priuari, non solum in illis casibus, in quibus specialiter cautum est, illud amitti, de quibus in vsibus Feud. tit. quib. mod. feud. amitt. tit. 5. & tit. 17. lib. 1. & lib. 2. tit. in quib. causis feudum amitt. 23. & tit. quæ fuit prima causa benef. amitt. 24. sed etiam in alijs casibus in quibus Feudatarius propter aliquod delictum criminaliter condemnatur in pœnam confiscationis bonorum ex adductis per Schrad. de feud. par. 9. cap. 9. n. 16. Caball. resol. crim. cas. 182. num. 1. Farin. cons. 209. num. 1. lib. 3. Guazzin. de confisc. bonor. 134. limit. 13. conclusion. num. 32. f. 169.

Hoc supposito, Controuersia hoc casu vertitur, numquid Castra, de quibus agitur, concessa Delinquẽti ab Ecclesijs Sancti Marij de Galiada, & S. Mariæ de Insula in Prouincia Romandiolæ pertineant ad easdem Ecclesias tanquam directas Dominas immediatas, vel ad Fiscum supremi Domini mediati, vel ad agnatos, & alios inuestitos.

2 Videtur autem Castra deuoluta esse ad Ecclesias prædictas, & dominium vtile eorum cum directo immediato dictarum Ecclesiarum consolidatum, textus sunt clari in c. fælicis, 5. col. 2. ad fin. vers. Si qua verò feuda, de pœnis, & in c. Imperialem, §. Insuper si filius Vasalli. vers. Illud quoque præcipimus, de prohib. feud. alien. per Fridericum, vbi Isern. num. 61. Oldrad. cons. 17. num. 4. Afflict. decis. 282. num. 12. & 14. vbi pro hac quoque sententia adducit decis. Aegidij 725. incip. Pro introductione, quæ tamen est decisio 724. Franc. Sonsbec. de feud. par. 13. num. 41. in tract. nouis. tom. 10. par. 2. fol. 168. Rosental. de feud. cap. 11. conclus. 18. num. 1. Farin. quæst. 112. num. 115.

Neque obstare videtur, quod inquit idem Rosental. d. cap. 11. concl. 13. num. 9. vers. Si tamen, quod sci-
3 licet, si is, contra quem crimen læsæ Maiestatis à Vasallo perpetratum foret Dominus feudi esset mediatus, & superior, tunc feuda ob delictum hoc in ipsius personam, aut suos, aut Statum suũ commissum, ipsi, non Domino inferiori, & immediato applicari debeat, prout etiam idem Rosental. repetit eodem cap. 11. conclus. 18. num. 3. ante med. vers. Vbi obserua, quoniam, vel obiectum cessat, quia id intelligendum sit, quando delictum in Dominum Primum superiorem, seu mediatum commissum foret per Subuasallum, & Vasallus requisitus à Domino Primo, vt suum Vasallum requirat ad veniendum satisfactum læso, id negligat, vt intelligere quoque videtur ipse Rosental. eod. cap. 11. eademque conclus. 18. num. 13. in princip. ad quam declarationem se etiam remittit eodem cap. 11. d. conclus. 13. num. 9. in fin. vers. Sed secundum ea, quæ infra hoc cap. quest. 18. num. 3. explicabo, vt etiam patet ex text. in d. cap. Imperialem,

rialem §. Insuper si filius, vers. Nisi requisitus. Zas. de feud. par. 10. num. 39.

Vel ideo obiectum cessat, quia Doctores quos Rosental. ad probandum eius dictum adducit d. concl. 13. num. 9. in glo. sub littera h. omisso, quod nihil ad quæstionem, de qua agitur, non loquuntur de applicatione feudi Domino Superiori mediato, quod delinquens assequutus fuerit à Domino immediato inferiori, sed de aliis bonis, ac
4 iuribus ipsius committentis crimen Maiestatis lesæ in supremum Dominum, quæ, cum applicatio non tendat in alterius damnum, meritò procedit ad fauorem, esi ex ratione, quia Princeps videatur sibi reseruasse vltionem suę iniurię; sic namque loquitur Bossius tit. de pœnis. num. 28. qui adducendo textum in cap. 1. §. penult. aliàs incipit, Denique sępè quęsitum, quę sit prima causa benef. amitt. probat quidem ex eo rationem prędictam, quam textus ipse adducit, sed textus non loquitur de feudo, quod tenetur à Domino inferiori, & ad alium effectum, de quo infra, & sic etiam loquuntur Iacob. de Sancto Georgio tract. de feud. in verb. de Castro Rubęi Montis n. 12. post princ. vers. Pone Princeps, in tract. nouis. tom. 10. par. 1. a fol. 190. Crauet. cons. 127. n. 7. vbi quod bona confiscata ob crimen lęsę Maiestatis humanę, quando immediate offensa est Maiestas Principis, ad ipsum pertinent, & non ad Vasallum, in cuius sunt Territorio, prout etiam Rol. cons. 78. num. 26. & seqq. lib. 2. ex Oldrad. cons. 148. quem sequuntur Bald. & Prępos. in c.
5 1. de Capit. qui Curiam vend. ilic num. 15. hic n. 6. Brun. cons. 31. num. 18. Afflictus verò decis. 282. num. 15. & seq. decidit prò Domino immediato, & hoc etiam inquit Guido Pap. ex ratione, quia per crimen Feudatarij non debeat Domino immediato præiudicari, nec ipse ex alieni criminis infortunio ius suum perdere debeat. decis. 341. num. 1. in fine, & num. seq.

6 Idque magis hoc casu admittendum, quo constat ex tenore huius inuestiturę fuisse pacto expresso conuentum, quod alienatio fieri non posset in personas prohibitas, inter quas Fiscus, stante concursu in hoc casu, tàm legalis dispositionis, quàm hominis paciscentis. Aldobr. cons. 40. nu. 9. vers. Non obstat si dicatur. lib. 1. Bursatt. cons. 199. num. 48. vers. 2. Doctores lib. 2. Pereir. tract. de Amort. cap. 9. num. 3. post med. ver. cum sic resistat lex, & Contractus. Butr. cons. 23. num. 3. & seq. Ruin. cons. 143. nu. 10. & seqq. lib. 1. Gregor. decis. 529. num. 10. & seqq.

Adeout hoc casu neque releuet, quod feudum, seu emphiteusis sit transitoria ad quoscumq. hæredes extraneos, neque quod Manus mortua, quamuis sit incapax retentionis, sit tamen capax facultatis vtile dominium vendendi, ac pretium, & ęstimationem illius retinendi, quia immo neque
7 etiam Ecclesia, & Locus Pius capax est pręcij, & ęstimationis, stante qualitate dicti pacti prohibitiui. Socin. Iun. cons. 74. num. 17. lib. 1. Rimin. Iun. cons. 453. num. 22. seqq. & per tot. lib. 4. Rot. decis. 368. num. 4. & per tot. par. 1. recen. & in Ferrarien. bonorum 3. Iunij 1619. coram Remboldo plene per add. ad Greg. decis. 520. nu. 14. ante finem vers. Licet aliud sit dicendum.

Minus verò controuersiam huius feudi deuolutioni ad fauorē immediati Domini facere possunt alij, qui prętenduntur successiuè in eadem Inuestitura vocati etiam sub lege, quod facultas attributa de feudo ad libitum disponendi tàm per viam cōtractus, quàm vltimę voluntatis, intelligatur inter compręhensos, & pro ipsis, illorumque hęredibus, & successoribus quibuscumque, quia licet in feudo antiquo, seu paterno concesso Patri, vel
8 alteri ascendenti delinquentis recepta sit distinctio, quod vbi ex tenore inuestiturę feudum est transitorium in extraneos hęredes, transeat etiam ex delicto in Fiscum, secus verò, si sit ex pacto & prouidentia prò liberis, & descendentibus, vt post alios per Caballum resol. crim. d. cas. 182. n. 5. & seqq. & num. 10. vers. Aut est ex pacto, & prouidentia, & seqq. Farin. quæst. 25. num. 70. in princ. & vers. sed quod immò, & num. seq. & num. 76.

Et rursus, an liberi, & Agnati præferantur, vel po-
9 tius Dominus distinguat textus in d. cap. 1. §. Denique sæpè quæsitum, cum vers. Si verò non in Dominum, quæ fuit prima causa benef. amitt. quod vbicumque Dominus principaliter offenditur, per reatum Vasalli, feudum ad Dominum reuertatur, vt hanc habeat saltem suæ iniuriæ vltionem, secus verò si non in Dominum, sed aliàs Feudatarius delinquat, Menoch. cons. 99. num. 124. & seqq. lib. 1. Caball. d. resol. 182. num. 15. per tot. Farin. d. quæst. 25. num. 78.

10 Tamen in feudo nouo, ipsi scilicet delinquenti nouiter concesso, quale est, de quo quęritur, indistinctè, siue illud fuerit simpliciter, & absolutè hęreditarium, siue ex pacto, & prouidentia, deuolutio fit ad Dominum in præiudicium tàm Fisci, quàm vocatorum in inuestitura. Caball. plurimos congerens d. cas. 182. num. 4. & seqq. cum num. 2. & 3. Farin. d. quæst. 25. num. 71. vers. Vnde secus in feudo nouo, & num. 74. & seq.

ARGVMENTVM.

Pœnæ, et confiscationes prouenientes ex contrauentione Constitutioni Principis supremi an pertineant ad Baronē respectu Vasallorum in loco infeudato delinquentium, quando non agitur de crimine lęsę Maiestatis verè, et directè in personam Principis supremi, neque condemnatio facta est à Principe supremo, seu eius Officiale, neque agitur de Cōstitutione aliquid prohibente pręter Ius commune.

Confiscatio frumenti extracti contra Bannimenta Baronis edita pro necessitate, vel vtilitate publica an pertineat ad ipsum Baronem.

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ, & confiscationes ob contrauentionem Constitutioni Principis supremi spectant ad Fiscum ipsius Principis, non autem ad Baronem. Contrarium num. 2.*

3 *Pœnæ,*

3 *Pœnæ, & confiscationes in crimine læsæ Maiestatis verè, & directè in personam Principis supremi ad ipsum spectant, non ad Baronē, secus si non directè.*

4 *Pœnæ, & confiscationes pertinent ad Principem supremum, non ad Baronem, quando condemnatio fit à Principe, vel ab eius Officiale.*

5 *Pœnæ, & confiscationes pertinent ad Principem supremum, non ad Baronem, quando condemnatio fit ex Constitutione Principis, secus quando de Iure communi, vel ex Edicto Baronis.*

6 *Fiscus Baronis capit bona sui Territorii, quando confiscatio fit de Iure communi.*

7 *Fiscus quilibet, an capiat bona sui Territorii, quando confiscatio fit de Iure speciali.*

8 *Barones possunt Edicto prohibere extractionem frumenti ratione publicè necessitatis, vel vtilitatis.*

9 *Edicta Baronum super extractione frumenti ligant etiam forenses.*

10 *Bannimenta concernentia regimen Status Ecclesiastici non seruantur in Terris Baronum, nisi constet de publicatione in eisdem locis.*

11 *Bannimenta probibentia Baronibus, ne faciant Edicta circa rem frumentariam intelliguntur in casibus, in quibus faciant Edicta ad commodum priuatum.*

12 *Bannimenta quæcumque circa rem frumentariā habent tacitam conditionem, quatenus quisque locus, in quo frumentum recolligitur, non indigeat.*

13 *Bulla in Cœna Domini circa libertatem asportandi frumentum ad Vrbem, recipit exceptionem indigentiæ loci, vbi frumentum recolligitur.*

14 *Annonam concernens prouisio quantumcumque generalis, & priuilegiata recipit exceptionem indigentiæ loci.*

CONSILIVM X.

1 OBiecta ex Menoch. conf. 604. num. 28. & seq. vsque ad fin. lib. 7. Pancirol. conf. 605. nu. 14. & per tot. inter conf. eiusdem Menoch. Mastrill. decis. 145. num. 9. in fine, & seqq. Surd. conf. 152. n. 16. & alijs allegatis per Rotam in Romana confiscationis 14. Iunij 1624. coram R.P.D. Merlino, qui dicuntur firmare, pœnas, & confiscationes prouenientes ex inobedientia, & contrauentione Constitutionis, aut Edicti à supremo Principi æditi spectare ad Fiscum, & Cameram ipsius Principis, non antem ad Fiscum Baronis, seu Principis inferioris respectu suorum Vasallorum in loco sibi infeudato delinquentium, vel tenenda minime
2 sunt tanquam repugnantia rationi, quod eo ipso, quod supremus Princeps infeudat, censetur Fisci Feudatarij quoad bona in Territorio feudali existenti subrogare; adeoquod vtitur Feudatarius, propterea in applicatione Iure ipsius Principis, quamobrem cessant rationes exaduerso adductæ. Boss. de Princ. nu. 25. Natt. conf. 356. num. 2. & conf. 659. num. 5. & seq. Amod. de Pont. quæst. Laud. 24. col. 5. in fin. Decian. conf. 35. num. 64. & seq. lib. 2. & plenissimè Peregr. conf. 25. num. 5. & per tot. lib. 5. vbi præcipuè nu. 13. 14. & seqq. in specie Menoch. vbi supra, & alijs contrarijs respondet, qua ratione reproposita causa in eadem Romana confiscationis coram eodem R.P.D. Merlino, Rota perpēsa difficultate nihil voluit firmare, sed adhuc lis illa, in qua ego contra decisionem scripsi, est sub Iudice.

Vel quando etiam eorum opinio substineri posset, in tribus dumtaxat casibus ex eorumdem sensu recipi possunt.

3 Primus est, quando confiscatio prouenit occasione Criminis læsæ Maiestatis verè, propriè, ac directè in personam ipsius Principis Superioris, secus si non directè; ita enim procedit textus in c. 1. §. Denique, quæ fuer. prima caus. benef. amitt. Oldrad. conf. 148. & alij per Surd. d. conf. 152. num. 26. & Rot. in d. Romana confiscationis.

4 Secundus est, quando condemnatio fit à Principe, vel eius Officiale immediato, non autem à Barone, vel Vasallo. Pancirol. d. conf. 605. num. 76. inter conf. Menoch. idemque Menoch. eodem conf. 604. num. 36. lib. 7.

5 Tertius est casus, quando confiscationi non est locus ex dispositione Iuris communis, sed ex sola speciali illa Cōstitutione, vel Edicto, edito à Principe superiore, secus verò, quando confiscatio, vel procedit de Iure communi, vel etiam ex particulari Edicto Principis inferioris, se tamen conformãte cum Iuris communis dispositione, ita enim intelligunt, ac expresse sese declarando admittũt Natt. alleg. per Menoch. conf. 580. num. 14. idemq. Menoch. d. conf. 604. num. 39. & d. conf. 605. quod est Pancirol. num. 15. Paris. conf. 1. num. 47. lib. 4. Surd. d. conf. 152. num. 28. & 53. lib. 2. prout admittit quoque Rot. in d. Romana Confiscationis.

Extra autem predictos tres casus nihil impedit, quin
6 Fiscus Baronis capiat bona sui Territorij, vt post alios per Caball. resolut. crimin. cas. 138. num. 6. & per tot. & admittit quoque Rot. decis. 575. num. 2. par. 1. recent. cum distinctione scilicet, quod vbi confiscatio venit Iure communi, quilibet Fiscus capit bona sui Territorij, secus verò si de Iure spe-
7 ciali, quia tunc confiscatio in vno loco, non trahitur ad locum alterius ex defectu iurisdictionis, vt etiam per Surd. d. conf. 152. num. 28.

In casu igitur, de quo quæritur, confiscatio frumenti facta per Officiales Excellentissimi D. Ducis, aduersus Extrahentes contra eiusdem D. Ducis Edictum impugnari nequit ab Officialibus supremi Principis, ex prætextu pertinentiæ ad eius Cameram, vel Vrbis Abundantiam, quoniam non solũ processit ex condemnatione Officialiũ eiusdē D. Ducis, sed in casu, quo confiscatio legitima appareret ex communis Iuris dispositione, postquam Barones, & si de Iure non possint facere Bannum prohibitiuum extractionis à suo Territorio frumenti, aut bladorum sine causa aduersus Ius Gentium, quo libera datur cuilibet rerum suarum di-
8 spositio, possunt tamen absque dubio, concurrente ratione publicæ vtilitatis, vel necessitatis, vt in his terminis firmant Signorol. de Homod. conf. 108. num. 15. per tot. Roland. conf. 3. num. 17. lib. 2. Rimin. Iun. conf. 68. num. 28. lib. 1. Laderch. conf. 71 num. 5. ante vers. Et vbi commodum, & in fin. vers. Verè, & num. seq. vbi quod permissum hoc est, tam de Iure, quàm de Consuetudine, idem Surd. conf. 210. num. 9. lib. 2. Mastrill. de Magistr. par. 2. lib. 4. c. 18. num. 42. iuncto num. 40. & seq. Sola ad Constit. Sabaud. tit. de Edict. Annon. glo. 3. num. 2. & seq. Capoblãc. de Baronibus, & eorum Offic. sub pragmat. 1. num. 306. & seqq. Itaquod Edicta huiusmo-
9 di ligant etiam Forenses, vt per Rip. tract. de Peste

ſte,tit.de remed.ad conſeruand. Vbert. num.119. vbi de communi.

Nec obſtant Bannimenta Illuſtriſſimi Dom.Præfecti Annonæ,vel quia quatenus prohibent extractionem, confiſcatio vigore illorum fieri non potuit; dum non conſtat fuiſſe publicata in loco, ex quo
10 ſequuta fuit extractio, ſiquidem Bannimenta, etiam concernentia regimen Status Eccleſiaſtici, non ſeruantur in Terris Baronum,Farin.atteſtans ita Sacram Conſultam declaraſſe,conſ.205. num. 17.lib.3.ſaltem niſi conſtet de publicatione in locis mediatè ſubiectis,idem Farin.conſ.135. nu.25. lib. 2.

11 Vel ſaltem,quia Bannimenta etiam in ea parte,in qua ſub cap.20. prohibent Baronibus facere Banna,ac Edicta concernentia materiam frumẽtariam,illaque iam facta reuocant, intelligenda ſunt in ijs caſibus,in quibus fiunt ad commodum priuatum ipſius Baronis, vt intelligit Sola ad dictam Conſtit. Sabaudiæ.tit.de Edict.Annon. glo.3. num.3.verſ.Secus ſi commodum priuatum,& Laderch.d.conſ.71.num.5.poſt med.verſ.Et vbi commodum non refertur in Dominum.

Secus verò,quando Edicta habent cauſam vtilitatis publicæ loci ipſius Baronis ratione maioris euitandæ penuriæ,ratione qualitatis incidentis tem-
12 poris, vel ſolitæ indigentiæ loci, nam Bannimenta quæcumque ex paſſiua, quam recipiunt interpretatione habent tacitam inhærentem naturam,& conditionem; quatenus quiſque locus,in quo frumentum recolligitur,non indigeat iuxta illud Euangelij Matthæi,de Virginibus prudentibus reſpondentibus fatuis oleum petentibus, Nè fortè ſufficeret vobis, & nobis; adeo-
13 quod etiam Bulla in Cœna Domini, circa libertatem aſportandi frumentum pro vſu Romanæ Curię, recipit hanc interpretationem, vt poſt Nauar & alios declarat Io. Franc. à Ponte de poteſt.Proreg.tit.5.de Tract.ſeu Extract. n.5.6.7.8. & ſeqq.

Itaquod generaliter recipitur nullam vnquam quã-
14 tumcumque priuilegiatam prouiſionem includere concernentiam Annonæ in caſu propriæ loci indigentiæ. Meſſi.de tax.pan.concluſ.5. nu.110. in fine.Couar.var.reſol.lib.3.cap.14.n.3.idem Menoch. conſ.1042. num.22. & conſ. 1061. num. 24. & ſeq.

ARGVMENTVM.

De corpore delicti contra Reum Homicidij an conſtet ex viſitatione Cadaueris facta à Notario ſine commiſſione Iudicis, vel ex teſtibus pro informatione Curię ſine commiſſione; vel cum commiſſione Iudicis examinatis à Notario.

Ad probandum corpus delicti Homicidij, in quo poſt factum remanent veſtigia, an requirantur probationes indubitatæ, vel ſufficiant præſumptiones.

SVMMARIVM.

1 *Viſitatio Cadauerum pertinet ad Iudicem, qui per ſe ipſum, vel per Officialis miſſionem debet viſitare.*

2 *Notario ſine Teſtibus non creditur.*

3 *Notarij aſſertio dicentis, ſe vidiſſe, & adnotaſſe, non probat corpus delicti, quando rogatus non fuit adhibitis teſtibus.*

4 *Notario enuncianti ſibi datam à Iudice commiſſionem, creditur, non de Iure, ſed de ſtilo. & n.7.*

5 *Teſtium iuramenta non poteſt Notarius recipere, neque eos examinare, niſi de commiſſione Iudicis.*

6 *Notarius non poteſt recipere Teſtes pro informatione Curiæ, niſi ſaltem enunciet ſibi datam à Iudice commiſſionem.*

8 *Teſtium repetitio non eſt neceſſaria, quando Notarius rogat ſe de viſo, & reperto in forma inſtrumenti, ſecus verò quando eos examinat pro Curiæ informatione.*

9 *Corpus delicti in Homicidio, in quo poſt factum remanent veſtigia, nõ probatur per præſumptiones, & coniecturas, ſed requiruntur probationes indubitatæ.*

10 *Corpus delicti in ijs etiam, in quibus veſtigia non remanent requirit probationes concludentes, quãdo plenæ haberi poſſunt.*

11 *Similitudo veſtitus vti admodum æquiuoca non probat identitatem perſonæ.*

12 *Probatio æquiuoca, quæ multipliciter accipi poteſt, non infert aliquid certum.*

13 *Corpus delicti in Homicidio non probatur ex eo, quod quis non reperiatur, quia vel præſumitur viuus, vel non præſumitur ſcelere interemptus.*

14 *Corpus delicti vt probetur in Homicidio, Cadauer exhumari debet*

15 *Corpus delicti, vt probetur in Homicidio, neceſſaria eſt deſcriptio vulnerum.*

16 *Teſtis eſt ſuſpectus, qui omittit deſcribere ſigna notabilia, quæ occiſus habebat in capite.*

CONSILIVM XI.

NOn conſtat de corpore prætenſi delicti in genere,ſiue de eo prætendatur conſtare ex facti euidentia per viſitationem Notarij, ſiue ex Teſtibus ab eodem examinatis, & quidem reſpectu
1 Notarij, quia viſitatio Cadauerum interfectorum non pertinet ad eius officium, ſed tanquam actus iuridictionalis ſpectat ad Ordinarium Iudicem loci, qui vel per ſe ipſum,vel per miſſionem Officialis debet viſitare, ex quo enim text. in l. 1.§. occiſorum, verſ. Item illud, ff. ad Syllan. diſponit, non haberi quæſtionem, niſi conſtet, aliquem eſſe occiſum, ob verbum illud, conſtet, deſumpta eſt communis omnium locorũ obſeruatio; quòd Iudices, aut per ſe ad viſitationem accedant, vel Curia ipſa mittat Notarium, vt mortuum videat, & vulnera deſcribat, cum alioquin nullibi legatur,Notarium ire poſſe per ſe,abſque Iudicis mãdato.Boſſ. de delict. num. 1.& ſeq.& num.24.verſ. Quia Iudex.Angel. de malefic. in verbo fama publica poſt num.108.verſ.Et ſic de homicidio.Gomez.de delict.tit. De captura Reor. num. 1. verſ. Iudex perſonaliter vadat, vel mittat. Foller. in prax. crimin. par. 2. in verbo capiat informationem

nem,num. 4. Clarus in prax. crim. quæst. 4. num.
4. verſ. debet Iudex, Roland. conſ. 51. num. 10.
verſ. quod mittas officialem, & num. 15. & alijs
lib. 1. Ioan. de Amic. conſ. 131. num. 7. verſ. mit-
titur Iudex, Farin. de inquiſit. quæſt. 2. n. 4. Blanc.
de Indic. num. 18. 19. & ſeq.

Preterea aſſertio Notarij in adnotatione viſi, & re-
perti corpus delicti non probat in hoc caſu, quia
de tali viſione non ſe rogauit, conficiens exinde
inſtrumentum adhibitis teſtibus, quandoquidē
non ſolum recepta, & generalis eſt concluſio,
2 quod Notario ſine teſtibus non credatur, Surd.
deciſ. 231. num. 2. Put. deciſ. 435. num. 1. ante
med. verſ. Item illa atteſtatio, lib. 2. & deciſ. 5. lib.
3. Rota in recent. deciſ. 687 num. 1. & ſeqq. par.
3 1. ſed in ſpecie, quòd aſſertio Notarij dicentis, ſe
vidiſſe, & adnotaſſe, minime delicti corpus pro-
bet, quando de ea euidentia rogatus non fuit ad-
hibitis teſtibus, benè comprobat in puncto Farin.
conſ. 171. num. 2. lib. 2.

Et præſertim cum adnotario viſi, & reperti proceſ-
ſerit abſque aliqua enunciatiua, quod Notarius
hoc facere dixerit ex Curiæ mandato, quod enim
4 dicitur Notario credi de commiſſione ſibi facta à
Iudice, procedit, vbi ipſe Notarius enunciat
huiuſmodi commiſſionem, & hoc non de Iure,
cum de iure ſit contrariū, ſed de ſtylo, Caputaq.
deciſ. 266. num. 2. & deciſ. 245. num. 1. par. 2.
Boer. deciſ. 258. num. 5. Bero conſ. 89. num. 37.
lib. 1.

Reſpectu autem Teſtium, per Notarium examina-
5 torum; tum quia non poteſt Notarius teſtium iu-
ramenta neque etiam in ciuilibus recipere, eoſq.
examinare, niſi Iudex examen, & iuramenti re-
ceptionem ipſi Notario committat, Veſtr. in pra-
xi lib. 6. cap. 2. num. 11. & 45. Rot. in Terdonen.
6 bonorum 11. Martij 1615. corā R.P.D. Manzane-
do, ſicut minime poteſt teſtes recipere pro Cu-
riæ informatione, ſaltem vbi non aſſerit, ſe exa-
minaſſe de mandato, vt per Farin. de teſtib. quæſt.
7 77. & conſ. 171. num. 14. verſ. primus teſtis, lib.
2. & hoc ipſum de ſtylo, quia de Iure contrarium
eſt verius, vt per eumdem, Farin. ead. quæſt. 77.
num. 196.

8 Tum etiam quia quicquid ſit, an neceſſaria ſit
repetitio teſtium examinatorum in loco viſi, &
reperti, quando Notarius adhibitis dictis teſti-
bus rogat ſe de dicto viſu in forma publici inſtru-
menti, aliud eſt, quando teſtes non adhibentur
tanquam inſtrumentarii, ſed pro Curiæ informa-
tione ad corporis delicti probationem, vt in hoc
caſu, vt per eumdem, Farin. in allegato conſ. 185.
num. 7. lib. 2. quandoquidem primo caſu fides
datur inſtrumento, & non examinatis teſtibus in-
ſtrumentarijs; vnde non mirum, ſi repetitio non
eſt neceſſaria, Innoc. in c. cum Ioannes eremita
num. 6. & ibidem Hoſt. num. 7. col. 5. ante med.
Henric. Boich num. 15. Io. Andr. nu. 8. Aegid. n.
43. & alij communiter de fid. inſtr. ſecundo autē
caſu, quando teſtes non adhibentur tanquam
inſtrumentarii, ſed examinantur pro Curiæ infor-
matione ſine Partis citatione, omnis ratio ſuadet,
quod nihil probent, niſi formiter repetantur,
Burſatt. conſil. 192. numer. 34. libr. 2. de
communi Honded. conſil. 101. numer. 5. & ſeq.
libr. 1. Verall. deciſ. 207. num. 8. par. 2. Rot.
in Beneuentana Cenſus 16. Decembris 1594.
coram Penia, & in Romana donationis de Gual-
terutijs 13. Nouembris 1615. coram R.P.D. Ca-
ualerio.

Sed minus conſtat de corpore delicti in ſpecie de
aſſerto Ioannino, tum quia prætenſi teſtes
egent repetitione ex ſupradictis, tum quia, & ipſi,
& omnia alia deſuper prætenſa ex parte Fiſci, &
9 Adhærentis ſunt præſumptiones, & coniecturæ
inefficaces in delicto homicidij, in quo poſt fa-
ctum remanent veſtigia, ideoque non ſufficiunt,
ſed requiruntur indubitatæ probationes, vt per
relatos à Farin. d. quæſt. 2. numer. 1. & ſeqq. Ca-
10 ball. reſolut. 255. numer. 1. cùm immò etiam in
ijs, in quibus veſtigia non remanent, requiran-
tur probationes concludentes quando plenæ ha-
beri poſſunt, vt per Hond. poſt alios conſ. 106. n.
19. lib. 1.

11 Siquidem ſimilitudo veſtitus, cum pluribus
facile conuenire poſſit, æquiuoca admodum eſt
probatio, minimè propterea identitatem pro-
bans, Corn. conſ. 91. numer. 54. verſic. et li-
cet libr. 1. Magon. deciſion. Florentin. 2. nu-
mer. 2. ad finem verſic. ex quo, & numer. ſe-
quent. Seraphin. deciſ. 1137. numer. 2. Manda-
tum autem exequutiuum, vt dicitur repertum
apud ipſum defunctum, nihil concludit, & quia
poterat a defuncto illud caſu in via, vel alibi repe-
riri, aut ſibi ab alijs conſignari; Vnde ſola eius
12 mandati apud ſe retentio tanquam multipliici-
ter intelligibilis, gradum concludentis pro-
bationis non facit, Soccin. conſ. 8. numer.
8. verſic. quinimo, libr. 1. Niconit. in rubric. ff.
de nou. oper. nunc, num. 78. verſ. Immò proba-
tio, Rota in Romana Palatij 2. Decembris 1609.
coram Reuerendiſſimo Lugdunen. & quia man-
datum prædictum apparet expeditum ſub die 16.
Octobris 1619. & tamen teſtes dicunt, Ioanni-
num diſceſſiſſe à patria ſub die 12. vel 13. Octo-
bris, quamobrem cum relaxatio appareat poſte-
rior prætenſo homicidio, minus exindè perſonæ
identitas depræhenditur, ad l. bouem 43. §. ali-
quando, verſ. ſi ſub conditione, ff. de ædil. ædict.
argumentum autem deſumptum ex eo, quod
Ioanninus non reperitur, ſatis leue eſt, cum præ-
ter id, quod longius ire profeſſus fuit, nihil con-
13 cludatur ad mortem ipſius, dum vel viuere non
ideo minus præſumitur, vel non propterea cen-
ſetur cum ſcelere obijſſe, vt ad probationem cor-
poris delicti mors talis requiritur ex text. in d. l.
1. §. item illud, verſ. liquere igitur debet ſcelere
interemptum, ff. ad Syllan.

Cœterum ex proceſſatis quoque coniecturæ aſſerti
corporis delicti de Ioannino, aut eneruantur,
aut debilitantur prorſus, nam diſceſſum illius
fuiſſe ſub d. die 12. aut 13. Octobris deponunt te-
ſtes, viſum autem, & repertum fuit ſub 21. eiuſ-
dem, quamobrem conſiderata diſtantia à loco
diſceſſus, ad locum, vbi cadauer fuit repertum,
non potuit à diſceſſu ad mortem ſpatium octo
dierum intercedere, ac præterea, cum circa re-
cognitionem cadaueris ſolus Baptiſta frater de-
ponat, ipſe fidem nullam meretur, quia vltra,
quod eſt frater, & adhærens Fiſco, non con-
ſtat ipſum dictum cadauer vidiſſe, neque videre
potuiſse, cum ſepultum fuerit 25. Octobris,
& tamen Baptiſta non fuerit examinatus Medio-
14 lani, niſi ſub 12. Nouembris, nulla facta
cadaueris exfoſſione, quæ ſi etiam facta fuiſſet,
non potuit tunc eſſe in ſtatu recognoſci-

D bili

bili, ad Clar.quæst.55.verſ. quomodo, Farin. dicta
15 quæſt.2.num.9.& ſeq.multòque minus fidem me-
retur,dùm non ſolùm variat in deſcriptione vul-
nerum, quæ reputatur in hoc neceſſaria, Boſſ.de
delict. d.num.24. Farin.d.quæſt.2.nu.4. Sed omit-
16 tit deſcribere ſigna, quæ habebat Ioanninus in
capite, ex ratione Farin.d.conſ. 171. nu. 10. & ſeq.
lib. 2.

ARGVMENTVM.

De eadem re.Viſitatio cadaueris, & examinatio teſtium pro informatione Curiæ à Notario ad corpus delicti probandum, an præſumantur factæ de commiſſione Iudicis, quando Iudex deinde procedit ad vlteriora.

SVMMARIVM.

1 *Iudex per proceſſum ad vlteriora præſumitur ratam habere commiſſionem enunciatam à Nuncio, vel Notario.*

2 *Nuncio aſſerenti, ſe citaſſe de mandato Iudicis, creditur. Contrarium, num. 3.*

4 *Commiſſio, vel mandatum, quando non enunciatur, non præſumitur in Nuncio, vel Notario.*

5 *Solemnitas non præſumitur adhibita per Iudicem, quando in actis non fuit enunciata.*

6 *Ratificatio in aliorum præiudicium fieri nequit illius actus, qui ratificantis nomine non fuit geſtus.*

7 *Iudex procedens ad vlteriora præſumitur mandaſſe Nuncio, vel Notario, dummodo procedat vſq; ad ſententiam, vel Pars non opponat, ſecus verò ante ſententiam, ſtante oppoſitione.*

8 *De Commiſſionis, vel mandati ſubſtantia eſt, vt de eis præambulè conſtet.*

9 *Notario actuario, non autem ſimplici Notario creditur de commiſſione ſibi à Iudice attributa, quando illam enunciat, ſecus deficiente enunciatione.*

10 *Notario creditur de commiſſione ſibi à Iudice data, etiam non enunciata, quando in loco extat conſuetudo non ſcribendi huiuſmodi commiſſiones.*

11 *Conſuetudo contra Ius non attenditur, niſi probetur.*

12 *De Corpore delicti in homicidio non conſtat ex probatione, quod quis fuerit mortuus, ſed requiritur, quod ſcelere fuerit interemptus.*

13 *Inſtrumenti publici rogitus ſubſtantiatur ex pluribus requiſitis.*

14 *Notarius, quando non ſcribit ſe rogatum, non cenſetur rogatus.*

15 *Teſtes inſtrumentarii exceptis teſtamentis, & nõnullis caſibus ſpecialibus, non debent eſſe rogati, ſed deſcribi debent tanquam teſtes, & admoneri, vt aſſiſtant.*

16 *Notario, qui non fuit rogatus in formam publici inſtrumenti, non creditur de corpore delicti.*

17 *Corpus delicti, quando poſt factum non remanent veſtigia, probatur præſumptionibus, ſecus quando remanent veſtigia.*

18 *Teſtes in criminalibus antequam repetantur, non probant, & præſertim corpus delicti.*

19 *Viſitatio cadaueris, & deſcriptio vulnerum facta à Notario ſine miſſione Iudicis, non eſt actus iudicialis.*

20 *In viſitatione viſi, & reperti Notarius debet adhibere teſtes.*

21 *Corpus delicti non probatur ex dicto Officialis denunciantis.*

22 *Notarius in viſitatione cadaueris rogatus de inſtrumento, non probat, niſi ſit ad hoc deputatus à Iudice, & num. 27.*

23 *Mandatum Iudicis in citando, an præſumatur.*

24 *Deciſiones intelligendæ ſunt iuxta terminos Doctorum allegatorum.*

25 *Doctori etiam inſigni atteſtanti de conſuetudine Curiæ, in qua ſit verſatus, non creditur.*

26 *Conſuetudines, & ſtyli Curiarum variantur, adeo vt non ſit inferendũ de vno tempore ad aliud.*

CONSILIVM XI.

Non videtur ex deductis ſufficienter conſtare
de corpore delicti; nam viſum, & repertum,
quod habetur in proceſſu eſt ſolius Notarii, abſq;
aliquo Iudicis, vel Curiæ mandato: præſumptio
autem miſſionis, ac mandati exequutiui elicita
minus ſubſiſtit ex proceſſu Iudicis ad vlteriora,
quia ex aduerſo ad hoc allegati, quique poſſunt
1 allegari, procedunt quando Nuncius, vel Notarius
in ipſis actibus à ſe geſtis enunciat huiuſmo-
di commiſſionem,ac mandatum;Quandoquidem
ſatis tunc Iudex ex vlteriori proceſſu ratam ha-
bet illam commiſſionẽ ſuo nomine enunciatam,
ſicut in hoc caſu loquitur Alciat. reg. 3. præsũpt.
14. num. 9.iuncto num.8.Menoch. præſumpt. 24.
num.12. iuncto num.2. verſ. 2. adfertur,& num.3.
ad fin. lib. 2. prout ita explicitè loquitur Iaſ.in §.
quadrupli,num. 18. Inſt.de act. Etenim cùm con-
trouerſa eſſet opinio, an Nuncio aſſerenti ſe ci-
taſſe de mandato Iudicis, crederetur,& affirmati-
2 uam tenuiſſet Guid.de Suza. Imol.Tancred. & alij
relati per Alciat.vbi ſupra dicto num.8.verſ.Con-
trarium, & Menoch. pariter vbi ſupra num. 2. in
princip.verſ.Cœterum; Sed negatiua, quod non
3 eſſet credendum contra prædictos malè ſentien-
tes eſſet communis ex ſolida ratione, quia com-
miſſio, vel mandatum eſt extrinſecę ſolemnita-
tis, quæ propterea non præſumitur, Bart.in ex-
trauag. ad reprimen.in verb. Per Nuncium, num.
6. Roman.in l. ſciendum,num.24.ad fin. verſ. ego
credo,& ſeqq. ff.de verb.obligat.cum alijs per Al
ciat.vbi ſupra nu. 8.vbi fatetur hanc communem,
ſicuti teſtatur etiam Menoch.vbi ſupra num. 1. &
ſeqq.Proinde limitando,aut declarando hanc cõ-
munem, voluerunt prædicti communem ſenten-
tiam non procedere, vbi Iudex ad vlteriora pro-
cederet, quamobrem longè diuerſus eſt caſus,in
quo verſamur,nempè, vbi Notarius, vel Nuncius
4 nullam Iudicis commiſſionem, aut mandatum
enunciat,ſed ex ſe ipſo procedit,quia, quod tunc
indiſtinctè mandatum, & commiſſio non ſit prę-
ſumenda, firmant Bald. in l. fin.incip. neminem
numer.2. & ſeq.& ibi etiam Cyn. C. de exhib. reis,
Aretin.

Aretin. conf. 33. nu. 5. verf. Quarto, Barbof. in l. Si quis posteaquam, num. 63. ff. de Iudic.

5 Et ideo in puncto, quod cesset omnis præsumptio solemnitatis adhibitę per Iudicem, quando in actis non reperitur solemnitas enunciata, firmāt Angel. de malef. in verbo Iudex commisit nu. 10. & sequitur ipse Rip. per Menoch. allegatus in cap. 1. num. 90. post princ. verf. & quia cessat, de Iudic.

Præsertim cum inter vnum, & alterum casum non modica detur diuersitatis ratio, si quidem primo casu, vbi actus asseritur fieri de mandato, Iudex desuper procedendo ratificat suo nomine ge-
6 stum, quod potest; at in secundo contradicit regula, quod ratū haberi nequit, quod ratificantis nomine nō est gestū in aliorum præiudicium cap. cū quis 24. in fine de sent. excom. in 6. cap. ratum, vbi omnes de reg. Iur. eodem, Zabar. conf. 4. nu. 3. in fine, Parif. conf. 47. num. 96. lib. 1. Ruyn. conf. 66. num. 6. lib. 1. Rot. in Anconitana mercedis 22. Decembris 1602. coram Reuer. Damasceno.

Præterea est aduertendum, quod non ita de pla-
7 no procedit, quod Iudex per processum ad vlteriora censeatur ab initio mandasse, quia Alciat. & alij hoc dicentes recipiuntur sub distinctione, quatenus Pars non opponat, vel quatenus Iudex procedat vsque ad sententiam inclusiuè, quæ trāsitum fecerit in iudicatum, secus ante sententiam, stante oppositione, vt distinguendo Roman. conf. 597. nu. 6. verf. Secundo quia, ex tex. in cap. cum inter nos. de re iud. Rip. in d. cap. 1. num. 90. ante med. verf. pro concordia, eodem de iudic. idemque Menoch. exaduerso adductus dicta pręf. 24. num. 12. ad fin. & num. seq. lib. 2.

Et ratio etiam est euidens, quia ante rem iudicatam est in potestate Iudicis per quamuis actum de-
8 clarare, se ab initio mandasse, cùm de substantia auctoritatis, & mandati sit, vt de ea præambulè constet, vt in his terminis per Angel. de malef. d. verbo Iudex commisit num. 10. ad fin. verf. secus autem si de præambula.

Neque aduersus præmissa releuat distinctio, quàm in hac materia dicuntur Doctores facere inter Notarium simplicem, & Notarium actuarium,
9 quia & hæc distinctio considerabilis est apud Doctores exaduerso allegatos ad effectum, vt Actuario, non autē simplici Notario credatur de commissione sibi à Iudice attributa, quando illam enunciat assertiue, secus autem vbi de ea nullam facit mentionem, sicut propterea respectu primi capitis loquuntur citati exaduerso Salic. in auth. apud eloquentissimum num. 2. ad fin. C. de fid. Instrum. Curt. Iun. conf. 166. num. 13. ad med. verf. secus esse in alio, nec dissensit Felin. in c. 1. de Iudic. dum num. 13. in 4. concluf. firmat conclusionem generalem, quod commissio citationis non præsumitur, & in allegata 3. conclusione num. 12. loquitur in diuerso casu, in Nuncio scilicet cum generali auctoritate citandi, ac in actibus, vbi non requiritur causæ cognitio.

Nec casum nostrum decidit, Menoch. d. præsumpt. 24. num. 10. in 2. declar. lib. 2. nam non dicit, quod hodie de consuetudine huiusmodi commissiones Iudicum non amplius scribantur in actis,
10 sed duntaxat dicit, quod conclusio nostra non procedit, quando eo in loco extat consuetudo, seu stylus Curiæ, quod commissiones Iudicum non scribantur in actis, quamobrem cum
11 pro hac Parte asserta consuetudo negetur, non est in ea vis facienda ante probationem illius specificam, cum sit contra ius, vt per Rotam in recen. decif. 259. num. 5. par. prima.

Minus autem corpus delicti probatur ex eo, quod Prætor Mediolanensis mandauerit, Cadauer humari, quia non negatur conclusio, quòd ad effectum inquisitionis sufficiat constare de homicidio in genere, sed dicitur ex huiusmodi mandato de humando Cadauer ab ipso Pretore non visum,
12 de quo constat, non resultare, quod quis fuerit scelere interemptus, sicut ad effectum corporis delicti requiritur, vt inquit tex. in l. 1. §. Itē illud, ff. ad Syllan.

Atque hinc corruit quoque, quòd Notario de hac visitatione sit credendum, vel quia illi interuenerunt Testes, vel quia in actibus iudicialibus credatur Notario sine Testibus, quoniam respectu primi obiecti, aut Pars aduersa intendit, Notariū de asserta visitatione se rogasse, & deficit assum-
13 ptum, cum deficiant nouem illa requisita, ex quibus rogitus publici Instrumenti substantiatur, prout illa referuntur, & probantur per Specul. de Instrum. edit. §. 2. num. 1. & seqq. Felin. in c. 1. num. 1. & seqq. de fid. Instrum. Honded. conf. 66. num. 25. & seqq. lib. 1. Mascard. de probat. concluf. 2. à nu. 80 ad 93. lib. 1. Rot. in Bononien. Fideicommissi de S. Petro 9. Maij 1597. coram Penia; cùm immò, vbi
14 Notarius non scribit, sicut non scripsit in hoc casu se rogatum à Fisco, vel alio, à cuius consensu actus pendet, non censeatur in dubio rogatus, Felin. d. cap. 1. num. 20. post princ. verf. An autem in dubio, & num. seq. de fid. Instrum. Honded. d. conf. 66. num. 31. & seqq. lib. 1.

Et præcipuè cùm inter requisita huiusmodi deficiat etiam interuentus Testium eo modo, quo instrumentarij in contractibus per Notarios adhibentur; Non enim sufficit, quòd Notarius dixerit, visitationem factam fuisse ad præsentiam Consulis, & aliorum, dum neque Consul, neque alij fuerunt vt Testes adhibiti, & in processu deficit verbum
15 Testibus exaduerso relatum; siquidem licet verū sit Testes instrumentarios, exceptis testamentis, & alijs nonnullis casibus specialibus non debere esse rogatos, & hanc qualitatem in contractibus adhiberi duntaxat ad cautelam; Tamen verum quoque est, tàm in Iure, quàm in praxi, quòd debent saltem describi tanquam Testes, & in rogitu denunciari illis, vt assistant, vt differentia sit inter eos, qui adhibentur, vt Testes, & eos, qui absque huiusmodi Testium nomine præsentes actui interueniunt, Specul. de Testib. §. 1. num. 94. ex textu in l. Diuus in fin. ff. de Milit. test. & in d. §. 2. de Instrum. edit. num. 10. prout ita vsu esse receptum testatur ibidem idem Specul. & d. tit. de Test. num. 91. in fin.

16 Aut Pars aduersa admittit, quòd Notarius de visitatione minime se rogauerit in formam Instrumenti, & tunc absque Testibus illi non creditur, iuxtà cōf. Farinac. 171. num. 2. lib. 2. qui inquit hanc conclusionem esse verissimam, ac proinde dici non potest in hoc fundamento Farinacium pedes non firmasse; quod enim verissima sit tùm ex eo, quod Notario non creditur, nisi de actibus, de quibus se rogauerit, tùm quia neque hoc casu creditur sine Testibus, firmant Gozad. conf. 11. numer. 5. Surd. decisi. 231. numer. 2. & seq. Put. decision. 5. lib. 3. in nou. & Rota in Perusina pecuniaria 28. Nouembris 1612. co-

ram R. P. D. Manzanedo, & præcipuè cùm non
moueatur Farinacius falsa ratione, quòd in pro-
17 batione corporis delicti non sufficiat præsumpti-
ua probatio, nam hæc Farinacij conclusio est ve-
rissima in delictis, in quibus post factum remanēt
vestigia, itaquod hoc casu absque dubio requirū-
tur probationes certæ, ac concludentes, vt idem
plurimis comprobat de Inquisit. quæst. 2. num. 6.
vbi plures adducit testantes de communi, ac do-
centes, quod Boss. & alij, dicentes probari ex præ-
sumptionibus, intelligendi sunt in delictis, in qui-
bus post factum talia vestigia non remanent, vt
concludenter eius corpus probari possit, vt etiam
per Hond. cons. 106. n. 19. & alijs lib. 1.

Nec obstant ea, quæ coadiutiuè adducuntur ad per-
ficiendam probationem veluti relatio Chirurgi,
depositio Ioannis Baptistæ fratris, & Testium, qui
dicuntur, carceratos cum defuncto vidisse, præ-
tensa fama, aliæque assertæ demonstrationes,
quia vnica responsione tolluntur omnia, quod vel
non percutiunt corpus delicti, vel vbi percuterēt,
sunt depositiones emanatæ Parte non citata, & si-
ne Iudicis mandato, quandoquidem certa est in
Iure conclusio, & quidem generalis, & indistiucta,
18 quod neque in criminalibus aliquid faciunt, sal-
tem antequam repetantur. Salic. in l. fin. in fin. C.
de quæst. Gram. cons. 15. num. 1. & seqq. Clar. §. fin.
quæst. 45. num. 13. Farinac. cons. 40. num. 78. in fin.
lib. 1.

Minus autem subsistit responsio, quod hæc non per-
tineant ad quæstionem de probatione corporis
delicti, sed pertineant ad validitatem, & rectitu-
dinem processus, quia immò ad ipsum corpus de-
licti spectant, aduertendo, quod aut prætenditur
exaduerso, Corpus hoc probari ex depositionibus
prædictorum, & hoc in Iure non subsistit antequā
repetantur, cùm nulla auctoritas exaduerso ad-
ducatur, ex qua Testes non quidem instrumenta-
rij, sed examinati super corpore delicti repetitio-
ne non egeant, & in contrarium habeamus regu-
lam, quod vbi agitur de probatione mortis alicu-
ius ad arguendum Reum de crimine, talis mors
est liquido, & Parte citata probanda, adeoquod
Testes, cum super morte, & inquisitione generali
examinantur, egent repetitione, vt per Bal. in §.
iniuria punitur num. 16. præcipuè ante med. vers.
Et adde, quod debent, de pac. Iuram. firman. Fe-
lin. in c. quoniam frequenter num. 24. prope fin.
vers. in rebus tamen. Vt lit. non contest. Vestr. in
prax. lib. 8. cap. 2. num. 2. vbi Grauat. num. 31.
post med. Farin. de testib. quæst. 72. num. 64.

Aut prætenditur probari ex Notarij visitatione, &
minus probatur ex superius deductis, quibus nō
obstat secunda pars superioris obiecti, tum quia
non est applicabilis huic casui conclusio, quod
Notario in actis iudicialibus credatur sine testi-
19 bus, dum actus iudicialis dici non potest visita-
tio Cadaueris, seu descriptio Vulnerum, quæ fit
a Notario absq. missione Iudicis, de qua constet,
vt in puncto per Bald. in rubr. C. de fid. instrum.
num. 33.

Tum etiam quia, quicquid sit in alijs actibus iudicia-
20 libus, in hac visitatione visi, & reperti expeditum
est, per Notarium adhibendos, & examinandos
esse Testes. Blanc. in prax. crim. num. 7. Foller. in si-
mili praxi, in ver. Capiat informationem num. 4.
Clar. §. fin. quæst. 4. num. 3. ad med. Iodoc. in Enchi-
rid. rer. crim. cap. 75. de inquisit. gener. num. 14. vbi
in vers. Contrarium, quòd ita in practica seruatur,
inferendo propterea in vers. Ergo, quod soli No-
tario visitanti non creditur, qua ratione, neque
21 etiam ex dicto Officialis denunciantis probatur
corpus delicti. Marsil. in praxi crim. §. principium,
num. 19. & cons. 134. num. 3. Mascard. de prob. con-
clus. 506. num. 6. & seq. & sequitur Farin. quæst. 52.
num. 179.

22 Quinimmò quando etiam Notarius in visita-
tione Cadaueris rogat Instrumentum illud ne-
quaquam probat, nisi sit ad hoc deputatus à Iudi-
ce, vt pluribus comprobat Farin. q. 84. n. 30.

Stylus autem assertus assumendi Testium depositio-
nes pro Curiæ informatione per Notarios Me-
diolanen. absque vlla Iudicum commissione mi-
nimè suffragari potest ad effectum, vt per D. Iudi-
cem huius Curiæ ad probationem corporis deli-
cti ex deductis in contrarium sit attendendus;
23 quoniam Rota in allegata decis. 355. post lib. 2.
cons. Farin. quæ etiam repetita est decis. 393. par. 1.
in recen. magis firmat conclusiones adductas pro
hac Parte, dum num. 3. dicendo, quòd mandatum
Iudicis in citando præsumitur, allegat ad hoc
Vant. de nullit. ex def. citat. num. 41. qui, vt vi-
dere est, num. seq. 42. loquitur de presumendo Iu-
dicis mandato; vbi Nūcius illud enunciat, quam-
24 obrem intelligenda est decisio iuxta terminos
Doctoris allegati, vt per Bart. in l. non solùm, §. li-
berationis, ff. de lib. legat. & Gramm. decis. 57. num.
28. quatenus verò eadem decisio sub num. 2. fun-
dat se in stylo, hoc ideo est, quia in eo casu de stylo
constabat, vt eodem n. 2. vers. De quo stylo con-
stat.

Clarus autem in prax. crim. quæst. 26. in princ. præ-
ter id, quod non loquitur de probatione corpo-
ris delicti, sed duntaxat de examine Testium pro
informatione Curiæ, & in omnem casum, qua-
tenus ita intelligi posset, non negat quin Testes
prædicti sint repetendi, quinimmò admittit ex
communi in eadem praxi quest. 11. num. 2. adhuc
obiectum cessat tum quia licet sint opiniones, an
Doctori insigni attestanti de consuetudine Curię,
in qua sit versatus, credendum sit, vt per Gabr.
25 concl. 4. de probat, tamen Rota sequitur conclu-
sionem negatiuam Mohed. decis. 2. & seq. de con-
suet. Seraphin. qui in puncto resolutū testatur, Ro-
tam non credidisse Claro, & Boss. de consuetudi-
ne attestantibus; vt eius decis. 1349. num. 5.

Tum etiam quia quatenus esset credendum, id in-
26 telligendum esset de consuetudine sui temporis,
itaquod non esset propterea facienda illatio ad
consuetudinem temporis subsequentis; cùm hu-
iusmodi Curiarum styli sæpius varient, itaquod à
Doctorib. ipsi modo albi, modo nigri appellan-
tur Host. in summa in proem. num. 4. Lap. alleg.
51. num. 2. Ferret. cons. 52. num. 6. Cassad. decis.
17. num. 6. ante fin. de præb. & decis. 7. ante n. 4.
de rescript. Stracc. de assec. glo. 38. num. 1. Lan-
cell. de attent. par. 2. cap. 20. in præfat. quæst. 52.
num. 208. Piagg. de consuet. quæst. 13. num. 57.

27 Tum, & tertiò, exquo tollitur omnis dubitatio,
quia neque etiam Instrumentum rogatum à No-
tario in visitatione cadaueris circa vulnera, ac
corpus delicti conuincit, quando Tabellio, non
constat, quòd ad illum præcisum actum habuerit
causæ cognitionem à Iudice mandante, vt cada-
uer visitet, vt in terminis per Farin. quæst. 84. num.
30. vbi pluribus comprobat, & inter alios, qui
eam-

dem firmant conclusionem Felin. in cap. cum in Ecclesijs 10. num. 2. ad med. vers. dixit tamen, de maior. & obed. Bald. in rubr. C. de fid. Instrum. n. 33. & in l. contra negantem num. 9. ad med. & ibidem adden. ad Salic. in addit. magna ante med. vers. nisi quando C. ad l. Aquil. Marsilius in praxi crim. §. & quia num. 40. cum alijs per eumdem Farin quæst. 2. num. 4.

ARGVMENTVM.

De corpore delicti an constet, quando agitur de facto, quod possibile est euenisse casu, vel sine scelere, præsertim concurrentibus præsumptionibus exclusiuis delicti.

Edictum inductiuum confessionis delicti contra Confugientes ad Domos Magnatũ an procedat, quando Reus deinde in carceribus se constituit.

SVMMARIVM.

1 *Corpus delicti in factis, quæ habent se ad figuram delictorum, & non delictorum, non iustificatur ex probatione sola facti, sed requiritur probatio facti cum scelere.*

2 *Actus indifferens, qui in delictum sonare potest, & in non delictum, in dubio ascribitur non delicto.*

3 *Corpus delicti non probatur data possibilitate, quod euentus non processerit ex facto Hominis, sed casu.*

4 *Vulnera, & fracturæ cum saxis possunt etiam casu euenire sine facto Hominis.*

5 *Testis alternatiuè deponens non probat.*

6 *Confessio superat quascumque alias probationes.*

7 *Querelantis assertio non habetur in consideratione, cum faciat se inimicum.*

8 *Querela existentis in articulo mortis non facit inditium ad transmittendam Inquisitionem, licet aperiat viam ad inquirendum.*

9 *Confessio Accusatoris in querela probat contra ipsum.*

10 *Testis, & querelans, quando sunt contrarij, neutri creditur.*

11 *Causa ratiocinatiua, & proportionata delicto, est illa, quæ facit inditium considerabile, non autem leuissima.*

12 *Confessio extraudicialis probata per duos Testes contestes, facit inditium ad torturam, secus verò per singulares.*

13 *Fama non facit inditium, quando ortum habuit ab Aduersario.*

14 *Fama non facit inditium, quando orta est post incohatum processum.*

15 *Fama in dubio præsumitur orta post processum incohatum nisi Testes specificent tempus originis illius.*

16 *Minæ non probantur ex vnico Teste, sed ex duobus Contestibus.*

17 *Pax, & compositio non facit probationem, nec inditium ad torquẽdum, quando facta est in casu transigibili.*

18 *Pax, & compositio non præiudicat, quando facta est ad redimendum vexationes.*

19 *Latitationis, & fugæ inditium purgatur per superuenientem spontaneam comparitionem.*

20 *Edictum inducens confessionem contra Confugientes ad Domos Magnatum, non intelligitur procedere in casu, in quo Reus deinde se in carceribus constituit.*

21 *Constitutio exorbitans à Iure, vbi operatur in casu simplici, non trahitur ad casum mixtum in pænalibus.*

22 *Carceratus aufugiens, vbi reuertitur, pœna fracti carceris non tenetur.*

23 *Mixtum dicitur, quod participat de vtroque partim capiendo ab vno, & partim ab alio.*

24 *Mixtum, & simplex differunt specie.*

25 *Mixtum continetur sub simplici, quando qualitates sunt separabiles sine alteratione, secus verò concurrente qualitate alterante.*

26 *Carceratus aufugiens non habetur pro confesso, & conuicto Contrarium num. 27.*

28 *Pœna, quando ipso facto, vel ipso Iure imponitur, exequutioni nõ demandatur nisi præcedente sententia declaratoria facti.*

29 *Sententia condemnatoria lata contra Contumaces etiam vigore Apostolicarum Constitutionum resoluitur, quando Condemnati se constituunt infra annum.*

CONSILIVM XIII.

Absoluendus est Dominus Cioninus, quoniam de corpore delicti sufficienter non constat: Cùm enim vulgatum quidem sit, sed omninò
1 certum, quod in factis, quæ habent se ad figuram delictorum, & non delictorum, vt quia euenire possunt facto hominis cum scelere, aut etiam casu fortuito, & infortunio sine scelere, non sufficit iustificatio ipsius facti sine sceleris probatione. l. 1. §. occisorum vers. Item illud ff. ad Sillan. Vtique cùm scelere firmari non potest euenisse casum, de quo agitur, postquam laxatio pedis, etiam cum qualitatibus descriptis à Chirurgo in visitatione euenire potuit, eo quia casu Ioannes ceciderit. Boss. de delict. num. 10. & 40. Foller. in pract. crimin. in verbo capiat informationem num. 4. & seqq. Farinac. quæst. 2. num. 1. & 29.

Licèt autem verum sit, propterea in hoc casu satis probari corpus delicti per coniecturas, & inditia, tamen nullum sufficiens ad torquendum adducitur, quamobrem merito locus est liberationi
2 cùm in dubio actus indifferens, qui in delictum sonare potest, & in non delictum, potius non delicto sit ascribendus, vt per Farinac. d. quæst. 2. num. 29. post vers. Contrarium, vers. Quia actus indifferens.

Neque enim releuantia dici possunt inditia exaduerso adducta, Nàm depositio prima Ioannis Dominici de Rubeis Chirurgi post duos menses, & vltra examinati, declarans laxationem pedis, cum vulnere carnis, neruorumque ligamentorum, ac ossium fractura, nihil prorsus explicat
3 quoad euentum ex facto Hominis, vel casu, & cum possit esse, quod hæc omnia euenerint casu, possibilitas hæc sufficit ad exclusionem probationis corporis delicti, Farinac. d. quæst. 2. num. 29. Secunda verò depositio eiusdem Chirurgi, quatenus

tenus ex sua peritia declarat prædicta euenisse
ex saxo, vel baculo, dùm respectu baculi nihil
certi ponit, loquens alternatiuè de baculo, vel sa-
4 xo, quo ad saxum nihil concludit, cũ etiã aliquo
cadẽte ex casu, & infortunio super saxa acuta, vel
grauia ab eisdẽ vulnera, & fracturæ sequi possint,
Galen. in lib. Hippocr. de fractur. comment. 2. nu.
8. 9. & 16. & alijs; quoad baculũ verò nihil pro-
5 bat, ex quo alternatiua Testis depositio nihil fa-
cit, Aemil. de Testib. verb. Testis alternatiuè
deponens num. 1. Farinac de Testib. quæst. 68. nu.
18.
Exclusio autem facti cũ scelere magis concluditur
ex ore proprio Aduersarij, nam constat ex pluri-
bus Testibus eumdem statim post passum infor-
tunium interrogatum asseuerasse, quod casu ce-
6 ciderat: propria autem confessio absque dubio
superat quascumqae alias probationes, c. per tuas
de probat. Seraphin. decis. 433. num. 7.
Quamobrem minime considerationis est contra-
ria eiusdem Aduersarij deinde assertio, tum quia
7 assertio vulnerati, nec in querela, nec alibi ali-
quid facit, cùm ex ipsa querela faciat se inimicum
Paris. cons. 152. num. 41. lib. 4. Roland. cons. 24. nu.
35: & seqq. lib. 1. Bertazzol. cons. 3. num. 2. & seq.
& cons. 8. num. 42. & seqq. lib. 1.
8 Tùm etiam, quia nec querela; aut inculpatio
existentis in articulo mortis facit inditium ad
transmittendam inquisitionem, licèt viam ape-
riat ad inquirendum, siue conualuerit, siue
non, Farinac. quæst. 46. num. 23. & seqq. & à num.
26. ad 33.
Tùm, & tertio, quia idem Aduersarius in querela
porrecta coram Gubernatore excludit percus-
sionem ex saxo facto querelati, dum asserit, que-
relatum habuisse quidem saxum, sed cum illo
non percussisse, sed cum pede, confessio autem
9 Accusatoris facta in querela probat contra ipsũ,
Farinac. cons. 112. num. 15. lib. 2.
Quinimò ex hoc etiam insurgit maxima contra-
10 rietas inter d. Chirurgum, & querelantem; Chi-
rurgus enim excludit percussionem ex saxo, vel
baculo, querelans autem excludit vtrumque, ac
propterea neutri credendum. Cæsar de Graff. dec.
75. num. 2. & decis. 81. num. 4. Seraphin. decis.
433. num. 7. Rot. decis. 216. num. 4. par. 1. & decis.
265. num. 9. & decis. 564. num. 6. par. 2. recent.
Causa delinquendi nulla proportionatur prætenso
delicto, quia displicentia recusationis soluendi
palmas modicæ admodum quantitatis quatuor
scutorum reparabatur ex aditu Vicarij, cuius or-
dinem Aduersarius requirebat, vel eorum, à qui-
bus mandatum soluendi fuerat firmatum; præ-
tensa verò verba iniuriosa ex deductis ab ipsis Te-
stibus Curiæ magis prouenerunt ex parte Cioni-
ni, itaut non ipse, sed Aduersarius exinde læde-
11 retur; causa autem ratiocinatiua, & proportio-
nata delicto est illa, quæ efficit inditium consi-
derabile, non autem leuissima, Cason. de indit.
tract. 2. cap. 2. num. 1. & seqq. & cap. 3. num. 3. Blanc.
de indit. num. 255. Farinac. quæst. 52. num. 145. &
cons. 192. num. 1. & seqq.
Confessio extraiudicialis inculpati neutiquam pro-
12 batur, ea namque sufficiens est ad torquendum,
quando est verisimilis, & probata per duos Te-
stes contestes, secus verò per singulares, magis-
que per vnicum inuerisimilia prorsus deponen-
tem, Farinac. quæst. 82. num. 44. & seqq.
Fama quoque in hoc casu pro inditio adduci ne-
13 quit, tum quia ortum habuit ab ipso Aduersario.
Boss. de inquisit. num. 39. Mascard. de probat. con-
clus. 754. num. 22. in fin. Farinac. q. 47. n. 47. & seq. &
cons. 78. num. 37. post med. & cons. 24. num. 6.
14 Tùm etiam quia orta est fama post incohatum
processum, Farinac. d. quæst. 47. num. 176. & seq. &
15 d. cons. 24. num. 7. adeoquod, nisi Testes super
fama deponentes specificent tempus ortus illius,
præsumitur in dubio, quod fama ortum habue-
rit post processum incohatum, Farinac. d. quæst.
47. num. 173. & seq. Caball. resol. crim. cas. 200. num.
132 & seq.
16 Minæ etiam nihil faciunt; tum quia non pro-
bantur per vnicum Testem, sed duo contestes
saltem circa minarum qualitatem requiruntur,
Pedem. decis. 79. num. 16. Marsil. cons. 72. num. 1.
Aldobrand. cons. 71. num. 13. lib. 1.
Tùm etiam, quia prætensæ minę sunt ex alia anti-
quiori causa leuissima, & diuersa ex lubrico lin-
guæ, Farinac. cons. 22. num. 7. 10. & seq. & cons.
130. num. 10
Requisitio pacis non etiam probatur præsertim ex
parte inculpati, cùm ex defensiuo constet, requi-
rentem motum fuisse ex se zelo charitatis, & ni-
17 hilominus nedum requisitio, sed nec ipsa pax
adduci potest, nec ad delicti probationem, nec ad
inditium ad torquendum, tum quando facta est
in casu transigibili, prout est in criminibus, in qui-
bus imponitur pœna sanguinis, Farinac. quæst. 5.
num. 18. & num. 19. post vers. sublimita primo,
18 vers. quia si sumus in casu; tum etiam quando
fit ad redimendas vexationes, Farinac. d. quæst.
5. num. 21.
Latitatio non etiam est momenti, quia inditium
19 tàm ex illa, quàm ex fuga prouenieus, purgatur
penitus ex superueniente spontanea comparitio-
ne, Clar. in praxi crim. quæst. 21. num. 24. Farinac.
quæst. 48. num. 48. & quæst. 176. num. 73. Giurb.
cons. 46. num. 30.
Nec obstat Edictum publicatum 5. Ianuarij 1626.
inductiuum confessionis aduersus confugientes,
20 aut sese confouentes in domibus Magnatum,
quoniam passiuam recipit interpretationem à
Iure, vt intelligatur, quando Reus deinde spon-
taneè se in carceribus non costituit, secus verò
21 vbi se constituit, tùm quia regulæ sunt genera-
les, quòd Constitutio, exorbitans à Iure, vbi in
simplici, vel vno casu habet operationem, ad-
mixtum, vel alium in pœnalibus non trahitur,
Farinac. in fragm. verb. mixtum num. 227. & seqq.
Tum etiam quia edictalis prouisio prædicta non
debet habere locum aduersus eos confugientes,
22 qui se constituunt eadem ratione, qua carceratus
è carceribus aufugiens, vbi reuertitur pœna fra-
cti carceris minime tenetur, nec pro confesso, aut
conuicto habetur, vt plurimis ex communi com-
probat idem Farinac. quæst. 30. num. 148.
Nec obstant obiecta exaduerso; non enim quoad
primum caput contendimus, refugium esse quid
mixtum, sed mixtum esse casum illius, qui refu-
git, & deinde se constituit affirmauimus, conside-
rata casus simplicitate in eo, qui refugit absque
spontanea superueniente constitutione, mixtu-
ra autem in illo, qui postquam refugit refugium
purgat constitutione spontanea mediante; ca-
sus autem iste meritò mixtus affirmatur, cum
participet de vtroque partim capiendo ab vno,
& par-

& partim ab altero, Bart. in l. Imperium num. 14. ff. de iurisd. omn. Iud. Rip. in rubr. de Iud. extra nu. 100. Contard. de moment. possess. limit. 2. ratione mixturæ in princ. num. 5. Lancell. de attent. par. 3. cap. 28. num. 123.

Et præsertim cùm negari non possit quin sit diuersa ratio in refugiente absque eo, quod deinde se constituat, & in eo, qui licèt refugerit, sponte tamen deinde, se in carcerem detrudit, atque ita refugium nihil Iustitiæ detraxit; hoc enim ca-
24 su specie differt mixtum à simplici, etiam si magis casus mixtus de simplici participet, Bero. cons. 210. num. 17. lib. 3. Contard. d. limit. 2. in princ. num. 4. & seq.

25 Nec obstat, quod mixtum contineatur sub simplici, quando mixti qualitates sunt separabiles ex Bolognett. in l. 2. num. 45. & 186. ff. de verb. oblig. & alijs relatis per Farinac. in fragm. par. 2. in verbo mixtum nu. 255. quia in primis Bolognett. ad rem nostram admittit, quando vnum dumtaxat subiectum interuenit, dari mixturam respectu diuersarum qualitatum, in eadem l. 2. num. 44. quamuis autem consideret qualitatum separabilitatem, id tamen intelligit, vbi qualitates sunt separabiles sine alteratione, secus autem concurrente qualitate alterante, sicut concurrit in hoc casu ob spontaneam constitutionem, cùm tunc constituenda sit regula negatiua, quod sub simplici non contineatur mixtum, ex quo simplex per qualitatem alterantem definit esse tale, vt in eadem l. 2. num. 45. in fin. & num. 50. & alijs.

Secundo quoque capiti non obstant in contrarium
26 deducta; nam & si plerique teneant fugientem ex carcere non haberi pro confesso, & conuicto ea ratione, quia textus in l. in eos ff. de custod. & exhib. reor. sententiam affirmantem non probat, tamen hæc opinio Iure defendi minimè potest, cùm communis sit in contrarium, Boer. decis.
27 215. num. 9, vers. his habitis, Chartar. de execut. sent. cap. 1. num. 121. & præcipuè cùm huic quoque tanquàm communi assentiat Rot. decis. 1149. num. 2. lib. 3. par. 3. diuers. prout de communi, & magis communi attestantur etiam plures relati per Farinac. quæst. 30. num. 7. quamuis enim idem Farinac. intellectum hunc communem ad d. l. in eos, non teneat, tamen non negat, illum esse communem, vt patet ead. quæst. 30. num. 43.

Nec obstat, quòd plurimùm intersit, an quis simpliciter habeatur pro confesso, & conuicto, an verò ipso facto, vt quia verba illa ipso facto
28 adiecta in Edicto latam, non ferendam sententiam declarent, quia nihilominus super essentia ipsius facti, in qua canon latæ sententiæ fundatur, requiritur sententia declaratoria, itaquod non obstante, quòd pœna imponatur ipso facto, vel ipso Iure, nihilominus exequutio pœnæ attentari non potest declaratoria non precedente, cap. cum secundum, §. fin. de hæret. in 6. Alex. cons. 103. num. 17. lib. 1. Ioan. de Anan. cons. 32. num. 2. Marsil. in pract. crim. §. Aggredior, nu. 123. post med. vers. ego autem, idem Farinac. ex aduerso alleg. quæst. 10. numer. 70. siquidem licèt teneat ex communi, non requiri declaratoriam ad effectum, vt pœna imposita ipso Iure transeat ad hæredes, non tamen impugnat communem, quod in hoc, & quocumque casu declaratoria requiratur, etiam in casibus, in quibus lex imponit pœnam ipso Iure. Quamobrem nulla est differentia inter sententiam condemnatoriam, latam à lege, vel latam ab homine, quando vtraque fundata est super facto, de quo plenè, & concludenter non constat, prout est, quando sententia fertur à lege, non expressis nominibus proprijs, idem Tiraq. in l. si vnquam in verbo reuertatur, num. 306. C. de reuoc. donat, vel fertur ab homine aduersus contumaces vigore etiã Apostolicarum constitutionum, quandoquidem vtroque casu sponte se infra annum constituentes resoluunt præcedentes sententias perindè acsi latæ non essent, Seraph. decis. 354. num. 8. & decis. 965. etiam num. 8. Farinac. quæst. 11. num. 89. vers. Si verò quis sponte.

Cætera tolluntur ex eodem Farinac. quæst. 30. num. 155. & seq.

ARGVMENTVM.

An Mandans aliquem sfrisari, seu signari teneatur de homicidio inde sequuto.

In Assasinio de Iure communi an requiratur mandatum ad occidendum, vel sufficiat ad vulnerandum, Et an requiratur traditio, seu promissio pecuniæ, vel sufficiat complacentia, seu spes præmij:

Bannimenta Vrbis disponentia, intrare crimen, & pœnam Assasinij, etiam si pecunia non interuenerit, an procedant contra Mandatariũ in casu, in quo Mandatarius, qui poterat non excedere, excessit fines mandati committendo homicidium.

SVMMARIVM.

1 *Testis depositio scindi non potest, sed tota approbari, vel improbari.*

2 *Ex mandato ad sfrisandum non tenetur mandans de homicidio inde sequuto, sed alia mitiori pœna punitur. & num. 5.*

3 *Mandans aliquem verberari efficitur irregularis, si inde sequatur homicidium, vel mutilatio.*

4 *Dolus ex proposito deliberatus requiritur, nec satis est lata culpa, vbi agitur de pœna sanguinis.*

6 *Assasinij ad essentiam requiritur de Iure mandatum ad occidendum, nec satis est ad vulnerandũ.*

7 *Assasinium sola spes remunerationis, vel complacentia non constituunt absque promissione præcedente.*

8 *Assasinium vt dicatur commissum, non satis est incerta, & generalis promissio.*

9 *Assasinij ratificatio post expressam contradictionem non præsumitur ex traditione pecuniarum.*

10 *Assasinium non dicitur ratificatum, quando excessus non processit nomine mandantis.*

11 *Ratificatio non inducitur ex actu eam necessariò non inferente.*

12 *Assa-*

12 *Aſſaſſinium non datur, quando cenſeri poteſt, quod traditio pecuniæ ad alium effectum interuenerit.*

13 *Iniuria vt faciat inditium, debet eſſe nota iniuriato.*

14 *Ex Inimicitia leui non oritur inditium, quando conſtat de alterius inimicitia grauiori.*

15 *Mandati ad occidendum, vt oriatur inditium ex inimicitia, debet illa eſſe orta ex atrociſſima iniuria.*

16 *Iniuria homicidio proportionata verbo, aut facto non dicitur inferri, niſi vbi alicuius honori, & famæ detrahitur.*

17 *Iniuria homicidio proportionata non dicitur, quod aliquis habuerit rem cum alterius amaſia.*

18 *Bannimenta Vrbis diſponunt intrare crimen, & pœnam aſſaſinij etiam ſine interuentu pecuniæ.*

19 *Bannimenta Vrbis de aſſaſinio fuerunt ampliata etiam ſi vulnera non ſequantur, dummodo deueniatur ad actum proximum.*

20 *Statutum loci delicti attenditur quoad pœnæ impoſitionem.*

21 *Mandans puniri debet in loco, & ſecundum leges loci, in quo mandauit, non autem loci, in quo mandatum habuit exequutionem. Contrarium num. 22.*

22 *Bannimenta Vrbis de aſſaſinio reſpectu mandatarij intelligenda ſunt vbi mandatum ad occidendum ſuſceperit.*

23 *Bannimenta Vrbis de aſſaſinio intelligenda ſunt vbi adſit in mandatario ſpes præmij, aut lucri.*

24 *Bannimenta Vrbis de aſſaſinio in ea parte, in qua loquuntur de mandatario per verba perſonalia, non comprehendunt mandantem.*

25 *Bannimenta imponentia pœnam mandanti æquè ac mandatario intelliguntur, vbi mandatarius exequutus fuit mandatum iuxta illius formam, non etiam vbi exceſſit.*

26 *Ex Mandato ad vulnerandum oritur, de Iure communi crimen aſſaſinij, vbi mors ex vulnere fuit ſequuta, non etiam vbi non fuit ſequuta.*

CONSILIVM XIV.

IVre communi inſpecto, cauſa hæc capitalis cenſeri nunquam poterit ex prætextu inditij reſultantis ex depoſitione Capitanei Pauli quantumcũque illius adminiculatio prętendatųr; Cũ enim non deponat de mandato ad vulnerandum Antonium; ſed ad ſfriſandum, ſeu ſignandum ex auditu poſt ſequutum dumtaxat homicidium cũ illius improbatione tanquam exceſſiuè patrati contra formam prætenſi mandati dati, & ſuſcepti; Dictum autem teſtis abſque dubio ſcindi nõ
1 poſſit, ſed in totum, aut approbari, aut improbari debeat, Specul. de Teſtib. §. 1. nu. 69. Archid. in cap. ſi quid veri, num. 2. verſ. nota tamen. 37. diſtinct. Zabar. in clem. 1. num. 14. de teſtib. per text. in cap. præſentium, eodem tit. Rot. in Spoletana bonorum 18. Maij 1590. coram Penia.

Vtique, quicquid ſit in mandato ad vulnerandum, ex quo vulnera dari non poſſint ad menſuram, in mandato ſfriſij etiam quod mandatarius excedendo occidat non tenetur mandans pœna capi-
2 tali, ſed alia mitiori, cũ ex ſfriſijs mors nõ ſequatur, Dec. hoc reſpectu communiter receptus conſ. 622. numer. 3. ad med. Clar. in praxi criminal. quæſt. 89. numer. 5. poſt med. verſ. idem etiam dicerem, Maluaſ. inter cõſ. crimin. diuerſ. conſ. 111. num. 1. cum num. 12. & ſeqq. plurib. lib. 1. Io. Maria Monticell. in prax. crim. reg. 7. de mand. mater. num. 63. ante med. verſ. vel in cruribus, Decian. atteſtans de communi lib. 9. tract. crimin. cap. 36. num. 6. poſt med. verſ. & de eo, qui iuſſit faciem, Petr. à Plaz. in epit. delict. cap. 15. num. 1. Menoch. de arbitr. caſ. 352. num. 3. Caball. tract. de omni genere homicid. num. 270. propè med. verſ. benè autem procedit conſ. Decij.

Neque enim huic communi concluſioni obſtat text. in cap. fin. de homicid. quatenus, inquit, is, qui mandat aliquem verberari, licèt expreſsè inhibeat, nè occidatur vllatenus, vel membro aliquo mutiletur, irregularis efficitur; ſi mandatarius fines mandati excedens mutilet, vel occidat, cum in mandato in culpa fuerit, & hoc euenire poſſe debuerit cogitare, quia loquitur
3 textus ad effectum irregularitatis, reſpectu verò pœnæ capitalis idem textus magis contrarium probat, dum mandantem redarguit de culpa,
4 non de dolo, & vbi agitur de pœna ſanguinis abſque dubio requiratur dolus ex propoſito deliberatus, itaquod nec etiam lata culpa dolo æquiparatur, vt firmant in his terminis Carer. in prax. crim. 3. tract. de homicid. de cauſ. excuſ. mandantem, num. 7. Marſil. conſ. 67. nu. 27. Gram. conſ. crim. 20. num. 4. in princ. verſ. Item textus, Plaz. in epit. delict. d. cap. 15. num. 6. verſ. ſexto ſola. Maluaſ. d. conſ. 111. à num. 12. ad 24. inter conſ. crimin. diuerſ. lib. 1. Bertaz. conſ. criminal. 505. num. 4. lib. 2.

Minuſque obſtat, quod inquit Farinac. quæſt. 135 num. 157. concluſionem apud ipſum non tranſire ſine difficultate, ex quo non eſt in poteſtate mandatarij vulnus in faciem inferre, qui loquitur, quando mandatario volente exequi mandatum ad effectum ſfriſij, vulneratio caſu ſequitur in capite, qui caſus huic, de quo quęritur, ob vulnerum qualitatem in alijs locis corporis morta-
5 libus minimè eſt applicabilis, & nihilominus in hoc caſu excipit punitionem capitalem, & ad aliam mitiorem ſe reſtringit, ſed quicquid ipſe putet, communis eſt concluſio ex prææallegatis, cùm reſpectu ſfriſij ſit in poteſtate mandatarij armis vti, & cæſim, & non punctim percutere, itaut mors omnino non ſequatur, quemadmodum ex percuſſionibus in faciem mortem non ſequi, inquit Clar. d. quæſt. 89. num. 5. poſt med. verſ. apparet enim, idem Farinac. fatetur ead. quæſt. 135. eodemque nu. 157. & quæſt. 127. num. 53. & ſeq. & in hac quoque ſententia idem Farinac. reſidet, quando eſt in poteſtate mandatarij mandati formam ſeruare conſ. 104. num. 13. ante med. lib. 1. atque ita etiam diſtinguit eadem quæſt. 131. num. 163.

Aſſaſinii autem qualitas quantum attinet ad Ius commune, nulla prorſus ratione prętendi poteſt,
6 tam quia ad eius eſſentiam requiritur mandatum ad occidendum non etiam ad vulnerandum ex c. pro humani, de homicid. in 6. quicquid velint relati per Farin. quæſt. 123. num. 142. & ſeqq. cum contraria verior ſit, & magis recepta, Gabr. de malefic. concl. 1. num. 30. licet ob exequutionẽ mandati intercedente pecunia grauior imponatur pœna, Decian. tract. crim. lib. 9. capit. 30. n. 41. Vaipell. conſ. 143. num. 1. Baiard. ad Clar. §. Aſſaſinium, nu. 2. Farinac. alios referens d. quæſt. 123. nu. 139. & ſeq. Garz. Maſtrill. in comment. ad In-

ad Indult. gener. Cap. 29. num. 13. & decis. 292. num. 26. 27. & seqq. Hond. cons. 93. n. 65. lib. 2.

Tum etiam, quia neque ex depositione Capitanei Pauli, neque aliunde quicquam constat de aliquo interuentu pecuniæ, minusque aliqua pollicitatione illius, aut alterius cuiuscumque rei ad effectum mandatum prætensum exequendi, sola autẽ
7 complacentia immò etiam spes præmij assasinijũ non constituunt absq. promissione præcedente, cum alioquin sequeretur, quòd omnes mandatarij essent assasini, cum nullus sit, qui mandatum suscipiat, ac exequatur, nisi vt complaceat, & sub spe gratificationis, Gabr. cons. 170. nu. 15. 16. & seqq. lib. 1. Vulpell. dicto cons. 143. nu. 7.
8 Viu. opin. 74. num. 1. adeòquod neque etiam incerta, & generalis promissio ad huiusmodi effectum sufficit cum requiratur certa, ac specifica, Boss. de mand. ad homicid. num. 35. Baiard. post Viu. ad Clar. d. §. Assasinium, num. 6. & seq. Rimin. Iun. cons. 685. num. 22. lib. 6. Eugen. cons. 76. num. 148. lib. 1. Honded. cons. 93. num. 66. & num. 68. & seqq. vbi de communi lib. 2. Farinac. plures alios congerens d. quæst. 123. num. 40. & & 145. Mastrill. d. comment. ad Indult. gener. cap. 29. num. 11.

Non tamen refert, quod Capitaneus Paulus deponat quoque à Domino Alexandro, & de eius ordine fuisse traditam certam pecuniæ quantitatem Ambrosietto, & illi Militi, qui dicitur, Antoniũ interfecisse, quoniam aut depositio in hac parte adducitur, vt exinde resultet ratificatio homicidij, & illi minimè locus esse potest, tum quia Domino Alexandro audito homicidio expresse illi contradixit, dicens in hoc fuisse excessum, vt idem Capitaneus Paulus in eadem sua depositione asseuerat, subiungendo quoque, quod Miles confitens, & agnoscens excessum excusabat se, tribuens causam homicidij occiso, volenti ipsum
9 occidere, siquidem post expressam hanc contradictionem, neque etiam pro ratificatione suffragatur factum traditionis pecuniarum, vt ratificatio mandato æquipararetur, vt post Feder. & Gemin. per Farin. dicta quæst. 135. num. 78.
10 Tum etiam, quia vel ratificatio prætendi nequit, dum excessus in homicidio non processit nomine mandantis, exadductis per eumdem Farinac. d. quæst. 135. num. 84. & cons. 104. numer. 18. lib. 1. & cons. 225. num. 21. & seq. lib. 3.

Vel si hoc non sufficit ex prætensa inimicitia D. Alexandri cum occiso, hoc ipsum satis est ad excludendam ratificationem, cum d. traditio pecuniarum post delictum fieri potuerit ad effectum fugæ, & euadendi à manibus Curiæ, vt infra, & hæc possibilitas sufficit, cum nunquam ratifica-
11 tio inducatur ex actu illius necessario non illatiuo, Carer. in prax. in 3. tract. de homicid. §. sequitur de ratam habente, num. 4. Honded. cons. 93. num. 56. lib. 2. Farin. d. quæst. 135. num. 56. & seq. & cons. 144. num. 4. lib. 2.

Aut inducitur depositio prædicta, vt exinde resultet iustificatio interuentus pecuniæ essentiam assasinij qualificans, & minus obiectum releuat, cũ nullatenus probetur traditio in prætensam exequutionem alicuius præcedentis promissionis, immò ex eadem depositione eiusdem Capitanei Pauli constet de contrario, dum instante D. Alexandro, vt Ambrosiettus, & Miles socius, prout idem Capitaneus refert, extra Statũ Ecclesiasticum exirent, & ipsis contradicentibus, sequuta fuit traditio, quandoquidem censetur propterea traditio processisse ad effectum fugæ, vt sibi non
12 noceret, quo casu absque dubio assasinium non datur, Gabr. dicto cons. 170. num. 21. & seq. lib. 1. Vulpell. dicto cons. 143. num. 8. Baiard. ad Clar. d. §. Assasinium, num. 6. & 8. cum alijs, per Farin. d. quæst. 123. numer. 158. & seq. Eugen. d. cons. 76. nu. 139. lib. 1. Guazzin. tract. ad defens. in 4. defens. cap. 13. num. 10.

Semota igitur qualitate capitalis Iudicij ex Capitanei Pauli depositione, longè minus capitale prætendi potest ex alijs prætensis indicijs ex parte Fisci, quia asserta iniuria illata ab Antonio ob temeritatem amoris cum Bibiana censeri nequit ad animum D. Alexandri reuocata, dum nec habet
13 fundamentum, nec sufficienter probatur nota D. Alexandro, sicut requiritur ad essentiã huius inditij, Farin. quæst. 49. num. 96. & cons. 147. num. 24. cons. 127. n. 7. & cons. 130. n. 6. lib. 2.

Et quatenus etiam probaretur, nihilominus non re-
14 leuaret, tùm quia ex illo processu informatiuo constat de grauiori inimicitia dicti Ambrosietti tanquam illius, qui fuerat à prædicto Antonio bastonatus, ac iterata vice vulneratus, Farin. d. q. 49. num. 114. & plur. seq. & d. cons. 147. num. 29
15 Tum etiam quia ad effectum, vt mandatum præsumatur ex inimicitia, debet illa esse orta ex atrocissima iniuria correspondente, ac proportionata homicidio, Fulgos. in l. si quis mihi bona §. sed si mandauit, num. 17. ff. de acquir. hæred. Bertaz. cons. crim. 85. num. 16. vers. 6. & nu. seq. lib. 1. Farin. d. cons. 147. num. 32. post med. lib. 2.

Talis autem nullo modo prætendi potest causa in D. Alexandro, tam ex eo quod ex eodem proces-
16 su constat de inhonestate Bibianæ, Farin. d. cons. 147. num. 16. & seq. cum iniuria homicidio proportionata nunquam verbo, aut facto dicatur alicui inferri, nisi vbi illius honori, & famæ detrahi-
17 tur, vt ibidem n. 31. lib. 2. quam etiam quia, quod huiusmodi causa non dicatur mereri vindictam mortis, benè comprobat in his terminis idem Farinac. cons. 102. numer. 42. & 43. iuncto obiecto sub num. 4. cui respondet, lib. 1.

Inspectis verò Bannimentis Vrbis neque etiam Causa hæc capitalis est censenda, quatenus disponũt
18 intrare crimen, & pœnam assasinij, etiam quod pecunia non interuenerit, tam ex parte mandatarij, quam mandantis, vt de illis meminit, Farin. cons. 196. n. 1. vers. & consequenter, lib. 3. & d. q. 123. num. 144. & quatenus Bannimenta fuerunt
19 ampliata ab anno 1591. etiam quòd vulnera non fuerint sequuta, dummodò fuerit deuentum ad actum proximum admenationis, non solum quia, dum Curia prætendit homicidium sequutũ fuisse in Terra Tusculi, Bannimenta eum locum tanquam non subiectum Iurisdictioni non compræ-
20 hendunt, ac proinde in punitione attendenda est vel dispositio Iuris communis, vel Statutum loci ipsius delicti ex communi, vt per Soccin. in c. postulasti, n. 16. ante med. vers. aut queritur quoad pœnæ impositionem, de for. compet.

Siquidẽ licet quæstio, an mandans puniri debeat in loco, & secundùm leges loci, in quo mandauit, vel potius in loco, & secundum Statuta loci, in quo mandatum fuit exequutum, sit dubia, & contra
21 mandantem teneat Farin. quæst. 7. numer. 48. vers. Verum ijs non obstantibus, nihilominus

E magis

22 magis communis est in contrarium, ex quo mādans tenetur de delicto non ex mandato, sed ex delicto propter mandatum sequuto, vt hanc esse magis communem, ingenue quoque fatetur idem Farin. eadem quæst. 7. num. 47. & seq. vbi tres adducit rationes, quibus sufficienter non respondet, itaut ab hac magis communi recedi non possit, vt etiam per Prob. ad Monac. in cap. inquisitionis n. 5. ad fin. vers. item dubitatur de hæret. Pract. Conrad. lib. 1. cap. 9. §. 3. tit. de Inquisit. num. 10. fol. 250. Duen. reg. 278. num. 3.

Sed etiam quia Bannimenta intellectum ex aduerso prætensum minimè recipiunt; Duo etenim sunt in hac materia illorum capita; Primum est contra mandatarium, vt crimen, pœnamque prædictam assassinij incurrat, etiam ex actu proximo offensionis, ac etiam, quod mors non sequatur, & pecunia non intercesserit, sed sola complacentia absque requisitione, & hoc primum capitulum applicari non potest contra mandantem, de quo non loquitur, vltra quod etiam respectu

23 ipsius mandatarij, intelligendum est, vbi mandatum ad occidendum susceperit ex rationibus in his terminis ponderatis per Honded. conf. 93. num. 71. 72. & seqq. lib. 2. & vbi adsit in mandatario spes præmij, aut lucri, cum intellectus qualitatis complacentiæ à Bannimentis requisitæ recipiat passiuam hanc interpretationem, vt in terminis illorum firmat Farin. ead. q. 123. n. 39. in fin.

Et quicquid sit respectu mandatarij, in quo prætenditur contraria obseruantia, satis est, quod hoc primum capitulum de mandantibus minime lo-

24 quens ad illos extendi non possit, & presertim cum capitulum loquatur de mandatario per verba personalia, tutti quelli &c. vt in puncto per eumdem Honded. eod. conf. 93. num. 75. ante fin. vers. secundo dicitur, & num. 76. & seq. Farin. plurimis alijs comprobans d. q. 135. nu. 142. hanc enim esse magis receptam, & tenendā constat ex adductis eodem num. 142. & seq. adeo vt obstare non debeant relati sub num. 144. præcipuè ex Ciar. in prax. crim. quest. 89. num. 2. vers. sed quero vbi in fine de magis communi procul dubio testatur, itaut ab ea non sit in iudicando recedendum.

Secundum autem capitulum disponens in eamdem pœnam incidere mandantes, in quam mandata-

25 rij, intelligendum est aduersus eos mandantes, de quorum mandato non dubitatur, & quorum mandatum fuit iuxta illius formam exequutum, non autem quando mandatarius excessit potens non excedere, ita enim in puncto intelligit Menoch. de arbitr. cas. 352. num. 5. & Maluas. inter cons. crim. diuers. cons. 111. n. 18. & seqq. lib. 1.

Ex dispositione autē Iuris communis licet in mandato ad vulnerandum recipiatur distinctio, oriri crimen assasinij, vbi mors ex vulnere fuerit sequuta, secus non sequuta, eo quia assasinium dicitur, quia scindat animam à corpore, ac propterea illa non scissa, mitior debeat esse pœna, Gabr. de malefic. concl. 1. num. 30. Mascard. concl. 139. num. 11. Farinac. quæst. 123. num. 130. & de magis communi cons. 99. num. 52. Caball. de homicid. num. 499. Mastrill. decis. 293. & de indulto gener. cap. 23. num. 12. Giurb. cons. 46. num. 7. & seq. & num. 21. tamen distinctio applicabilis non est huic casui, quo mandatum præsumi non potest ad vulnerandum ex prædictis.

ARGVMENTVM.

De eadem re. De pluribus grauaminibus illatis prętenso mandanti homicidium, nempe in defectu probationis causæ proportionatæ delicto. In transmissione monitorij sub pœna capitali. In retentione testium in carceribus. In extorsione depositionis socij criminis sub tacita impunitate, vel mediantibus artibus, & fictionibus. In transmissione monitorij socio criminis sub pœna inæquali, & mitiori. In processu additionali sub prætextu confugij ad Palatia, & Terras Magnatum. Et in omissione procedendi contra testes de falso accusatos.

De reiectione plurium inditiorum prætensi mandati ad occidendum.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis officio conuenit quærere veritatem Rei que innocentiam.*

2 *Veritas exposcenda est ex actis, & probatis.*

3 *Iudex videns proprijs oculis aliquem delinquere, non potest vti arbitrio in torquendo.*

4 *Testi non creditur fundanti se in sua imaginatione.*

5 *Homicidium, vt censeri possit præmeditate commissum, requiritur probatio causæ ratiocinatiuæ.*

6 *Causa delinquendi cessante, cessant inditia.*

7 *Causa delinquendi deficiente non attenditur confessio.*

8 *Inimicitia capitalis probatur ex vulneribus illatis.*

9 *Inimicitia probatur ex minis hinc inde sequutis.*

10 *Inimicitiæ causa probari debet certa, & clara.*

11 *Inimicitiæ causa probari debet nota ei, qui prætenditur inimicus.*

12 *Inimici vbi sunt plures ex pari causa, tunc redditur dubia præsumptio, quis nàm fuerit offensor.*

13 *Inimici vbi sunt plures, offensor præsumitur is, cuius inimicitia proueniebat a grauiore iniuria.*

14 *Inimicitia præcisa, & proportionata vindictæ facit inditium, non autem leuis, & absque vindictæ proportione.*

15 *Causa delinquendi cessare dicitur ad effectum, ne sit locus inditijs, non solum quando cessat totalis causa, sed etiam quando cessat causa proportionata.*

16 *Mandatum propriè non dicitur, sed consilium mitiori pœna dignum, quando prætensi mandans, & mandatarius erant pariter inimici eius, qui occisus est.*

17 *Mandatum non dicitur, sed consilium, quando grauior mandatarij cum occiso quàm mandantis erat inimicitia.*

18 *Mandatum non præsumitur in dubio, sed consiliū.*

19 *Testis retentus per menses in carceribus præsumitur tædio carcerum deposuisse.*

20 So-

20 *Socius criminis, qui deposuit sub impunitate etiã cum tortura non facit inditium.*

21 *Consuetudo purgandi periurium socij criminis ex tortura non habet locum stante concessione impunitatis.*

22 *Socius criminis, qui suggestiuè interrogatus nominat alios, non facit inditium considerabile.*

23 *Suggestio probibita est tàm in Reo quàm in teste.*

24 *Ex Actibus subsequentibus infertur praecedentium intellectus.*

25 *Apodixas transmittere ad carceratos non est actus punibilis, quando excluditur dolus praeiudicialis Fisco.*

26 *Iudex prohibetur vti artibus habentibus admixta suppositã fictitia, & simulata.*

27 *Apodixas fictas, & simulatas non debet Iudex transmittere ad carceratos.*

28 *Exploratores non debet Iudex transmittere ad carceratos.*

29 *Simulatione quandoque vti potest Iudex concurrente aequitate, & iustitia.*

30 *Aequalitas in Iudicijs seruanda est.*

31 *Testis pauper, & vilis non probat.*

32 *Testes deponentes per sermonem praemeditatum sub eisdem verbis, non probant.*

33 *Testes affectatè deponentes non probant.*

34 *Testes inuerisimilia deponentes non probant.*

35 *Testibus coarctantibus negatiuã pro Reo magis creditur quàm affirmantibus contra illum. Et n. 42.*

36 *Testis potest variare incontinenti ante perfectum examen per modum correctionis.*

37 *Testis, qui post examen finitum incontinenti redit ad se corrigendum, debet etiam adducere probabilem causam correctionis, sed ante discessum à conspectu Iudicis potest se corrigere sine causae expressione.*

38 *Testis potest se incontinenti corrigere quando constat de causa correctionis rationabili ex depositionibus aliorum testium.*

39 *Socius criminis etiam cum tortura non facit inditium, quando patitur alios defectus.*

40 *Testis periurus, & varius non probat.*

41 *Testis mendax, & falsus in vno censetur mendax, & falsus in omnibus.*

43 *Testes vt pro Reo concludant coarctationem negatiuae, sufficit verisimilitudo, quod sciuissent, aut audiuissent.*

44 *Testis vnicus probat contra Curiam, quae illum induxit.*

45 *Articuli habentur pro probatis, quando examen impeditur facto Curiae.*

46 *Actus palam gestus coram astantibus excludit animum praemeditatum delinquendi.*

47 *Testis primae depositioni verisimilior istandum magis est quam secundae in tortura.*

48 *Minae non faciunt inditium in eo, qui non solet minas exequi.*

49 *Minae diuersi generis, nec correspondentes offensae non faciunt inditium.*

50 *Minae non faciunt inditium, vbi sunt plures inimici, & praesertim grauiores.*

51 *Minae non faciunt inditium, quando processerunt ex lubrico linguae ob primũ motũ ex leui causa.*

52 *Minae non faciunt inditium, quando referri possunt ad vindictam mediante Iustitia.*

53 *Fama bona Inquisiti tollit inditium malae famae.*

54 *Fama non probatur, quando testes non nominant authores.*

55 *Fama in dubio praesumitur orta post inquisitionẽ.*

56 *Latitatio, & fuga post inquisitionem non facit inditium.*

57 *Latitationis, & fugae inditium tollitur per comparationem spontaneam.*

58 *Variationes, & mendacia non faciunt inditium, quando non tangunt principaliter factum, sed solum circumstantias facti.*

59 *Variationes, & mendacia non faciunt inditium, quando consistunt circa id, quod si Reus confessus fuisset, non sibi praeiudicasset.*

60 *Inditia in suo genere imperfecta coniungi non possunt.*

61 *Testis depositio etiam socij criminis in totum debet à Fisco acceptari.*

CONSILIVM XV.

EX serie actorum huius Causae plura resultant aduersus D. Alexandrum grauamina, quorum detectio videtur funditus praetensam inditiorum molem destruere.

Primo quia, & si non minus vulgatum quàm verum
1 sit, exercentium iurisdictionem officium esse quaerere veritatem, Reique innocentiam, l. & si non defendãtur, ff. de poen. & l. 1. §. fin. ff. de quaest. Bart. in l. pen. §. de crimen num. 5. in fin. ff. de publ. Iud. Caball. resol. crimin. cas. 60. num. 13.
2 veritas autem exposcenda sit ex actis, & probatis, Caball. resolut. 257. num. 1. non autem aliun-
3 dè, ita ut vulgatum quoque sit, nec Iudicem videntem proprijs oculis, quod aliquis delinquit, posse vti arbitrio in torquendo, Farinac. cons. 83.
4 num. 3. & cons. 99. num. 42. nec testibus, nec quibuscumque aliquid credendum fundantibus se in eorum imaginatione, Farinac. cons. 40. nu. 32.

Tamen in hoc casu contrarium seruatum videtur, postquam Curia, licèt posset interfectorem praesumere occidisse Antonium ex alterius mandato, dum non constabat, interficientem inimicitiam cum occiso habuisse; nihilominus praetextum applicationis huius praesumpti mandati iuxta Iuris regulas nõ fundauit in qualitate causae ratio-
5 cinatiuae, sicut requiritur in homicidio praemeditatè commisso, Cason. de indit. tract. 2. cap. 2. num. 1. & seqq. & cap. 3. num. 3. Blanc. de indit. nu. 255. & seqq. Farinac. quaest. 52. nu. 145. & cons. 192. num. 1. & seqq.

Etenim causa ratiocinatiua in casu, de quo agitur, nullo modo videtur applicabilis D. Alexandro; nam cùm non dubitetur, Ambrosiettum fuisse causam immediatam homicidij, tàm inspecto tenore epistolae repertae apud occisum, quàm ex depositione matris scribentis, totoque processu vsque ab initio, & difficultas solùm consistat, An Ambrosiettus praesumendus sit, vel mandans solus, vel cum D. Alexandro, vel ipsius D. Alexandri mandatarius, ex quo nec dubitatur, & mandantes, & mandatarios plures esse posse; ratiocinatio petenda erat à causa occidendi, cùm conclusiones sint certae, quod sine causa nemo non fatuus delinquit; quamobrem cessante causa ces-
6 sant non solum omnia inditia, Bart. inter cons. crim. diuers. cons. 8. num. 8. lib. 1. Foller. in pract. crim. in verbo Item quod sororem, post num. 19. Bertaz. cons. 446. nu. 20. & seqq. lib. 2. Farinac. q. 50. num. 31. & quaest. 52. num. 150. & cons. 50. nu. 34. ante med. vers. sicut enim, cons. 56. nu. 13. cons.

130. num. 15. & conf. 147. num. 4. hæc enim naturalis, & fortissima est præsumptio omnes alias superans, vt inquit idem Farinac.conf. 192.num. 1. & conf. 185.num.38. ad fin.Caball.de homicid. num. 294.

7 Sed nec confessio ipsa delicti attendenda est, vbi causa delinquendi deficit, Farin. d. conf. 185. nu. 28. ad finem.

Sic autem ratiocinando solus Ambrosiettus mandans censeri potest, non etiam D. Alexander, 8 quoniam in Ambrosietto inimicitia capitalis est sine controuersia indubitata,tanquam per testes ipsius Curiæ concludenter probata, tam ob vulnera ab Antonio sibi sæpius illata, qui propterea fuit etiam ab ipso Ambrosietto querelatus,Farin. 9 conf. 55. num. 43. quam ob minas hinc inde sequutas, & ab eisdem testibus Curiæ pariter probatas, Farin. conf. 216. num. 12. 24. & seq. in D. 10 Alexandro verò nec probatur causa certa,& clara, sicut requiritur, Farin. conf. 61. numer. 15. & conf. 193. num. 23. & conf. 104. nu. 17. & quæst. 49. num. 127. & 129.

Nec quando aliqua causa probata censeri posset, 11 ascribenda erat D. Alexandro, dum non probatur vnquam ipsi D. Alexandro nota, aut cognita,Farin. quæst. 49. num. 96. & conf. 127. numer. 7. consil. 130. num. 6. conf. 147. num. 24. & conf. 173. num. 50.

Secundo grauatus est D. Alexander in transmissione monitorij sub pœna capitali, etiam data in eo aliqua causa odij aduersus interfectum, quia cum verum sit, quod vbi offensus habet plures inimi-12 cos, illa præsumptio magis contra vnum, quam alium redditur dubia, & incerta ob pluralitatem inimicorum ex pari inimicitia, Farin. d. quæst. 49. num. 114. & conf. 192. numer. 27. iuxta iuris 13 regulas iudicantis arbitrium versari debebat in iudicando mandatorem homicidij illum, cuius inimicitia proueniebat à grauiori iniuria, quiq; magis ad animum iniuriam reuocauerat, ac propterea grauiore inimico nullatenus monito, & sine vlla molestia relicto, nimium fuit grauamen aduersus solum D. Alexandrum sub dicta capitali pœna monitorium relaxare, Foller. in pract. crim. in verbo recipiantur defensiones, numer. 2. in fin. verf. Item poterit, Franc. Marc. decif. 423. num. 27. verf. sed alia causa inimicitiæ, par. 1. Eugen. conf. 27. num. 32. & seq. lib. 1. Farin. d. quæst. 49. à num. 114. ad 120. & conf. 55. num. 22. & conf. 102. num. 18. & conf. 147. num. 29.

Hinc enim duorum alterum consequitur, vel quod stante probatione d. atrocioris inimicitiæ in Ambrosietto monitorium contra D. Alexandrũ exequi non posset ex præallegatis.

14 Et præsertim cum inimicia Ambrosietti esset præcisa, & correspectiua vindictæ subsequutæ,Farin. conf. 55. num. 24. prætensa verò in ipso D. Alexandro ex temeritate Antonij in amore Bibianæ leuis, & absque proportione talis vindictæ, vt in his terminis per Farin. conf. 102. numer.42. & seq. iuncto num. 4. & conf. 130.num. 10. siqui-15 dem cessare dicitur delinquendi causa,ac proinde cessare etiam quæcumque indicia, non solum ex defectu totalis causæ, sed etiam causæ proportionatæ ad homicidium, Cason. de indit. d. tract. 2. cap. 3. num. 8. & seq. Vulpell. conf. 99. num. 2. Blanc. de indit. num. 130. Farin. conf. 22. num. 31. conf. 147. num. 5. & 33. conf. 192. num. 2. & conf. 221. num. 22. precipue dum de mandato Ambrosietti non dubitatur,Farin. conf. 55. num. 22.

Vel saltem quod monitorium contra D. Alexandrum formari non potuerit sub pœna capitali, quia cum mandatũ Ambrosietti ad homicidium ex toto processu sit certum, in D. Alexandro autem præsumptum; concurrente in ambobus inimicitia etiam pari, quoad præsumptum non 16 potest censeri propriè mandatum,sed consilium, ac proinde monitorium transmitti non poterat nisi sub pœna mitiori, Bald. in l. 1. num. 10. verf. & si erunt pariter inimici,C. de seru. fugit. Boss. de mand. ad homicid. num. 50. ad fin. verf. si tamen inimicitia,Bero conf. 175. num. 36. in fin. & seq. lib. 3. Bertaz. conf. 103. num. 8. lib. 1. Farin. conf. 104. num. 2. & quæst. 129. num. 13.

Verum quidem est, quod ab hac conclusione receditur, quando constat, aliquem occidi contemplatione persuadentis, cum hoc casu consilium habeat effectum mandati, sed de hac contemplatione in hoc casu nedum minimè constat,sed constitit de contrario, cum enim pro habenda huius contemplationis, vel non contemplationis veritate inspiciendum sit, an occidens fuisset, vel non fuisset sine alterius consilio facturus, in hoc 17 casu, vel ob grauiorem causam inimiciæ, quam habebat Ambrosiettus cum occiso, causa eius odij præponderabat illi, quod habuisse dicitur D. Alexander tanquam aut nullum, aut satis leue,Franc. Marc. d. decif. 423. num. 26. ante med. verf. sed aliam causam,par. 1. Boss. d. tit. de mandat. ad homicid. num. 63. post princ. verf. Item ponit,Farin. d. quæst. 129. num. 19. & add. ad d. conf. 104. littera A. ad med.

Vel in dubio aduersus delinquentem minus certum 18 non erat præsumendum mandatum, sed solùm consilium, & consequenter comminanda solùm pœna extra ordinem, Boss. eod. tit. de mand. ad homicid. num. 53. Bero d. conf. 175. num. 36. & seq. lib. 3. Farin. d. quæst. 129. num. 19.

19 Tertio grauatus extitit in retinendo testes, qui pro informatione Curiæ examinati fuerunt, in carceribus per menses; ex tali enim carceratione tedio carceris censentur deposuisse, quod in eorum examine legitur, Farinac. conf. 193. num. 3.

Quarto, quia extorta videtur depositio Capitanei Pauli, in qua præcipuè Curia se fundat, aut ex ta-20 cita impunitate sibi concessa, quo casu contra D. Alexandrum nullum prorsus inditium facit, neque etiam ex prætextu tormenti, sub quo dicitur depositionem confirmasse, Boss. tit. de oppos. contra testes num. 21. Franc. decif. 459. nu. 1. & seq. vbi, quod ita obseruatur, Farin. conf. 161. num. 9. verf. & venit ad deponendum, & conf. 182. num. 25. & quæst. 43. num. 192. Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 86. num. 35. ad med. verf. in 21 honestam; si quidem non obstante consuetudine, quod socius criminis etiam periurus, vbi tortus petiisset, immò etiam non obstante, quod adminiculetur, nihil releuat stante impunitatis concessione expressa, vel tacita, Baiard. ad Clar. quæst. 21. num. 33.

Aut non admissa impunitate, depositio extorta censenda videtur artibus à Iure improbatis, ex quo 22 nec nominatio socij criminis ad suggestionem, nec suggestiua mandatarij vnquam facit inditiũ aliquod

aliquod considerabile, Gram. voto 34. num. 12. & seq. Farin. quæst. 44. num. 27. & quæst. 43. num.
23 132. prohibita enim est suggestio, tam in Reo quàm in teste, Farin. cons. 22. numer. 20. vers. est enim suggestio, cum alijs infra.

Arguit impunitatis inclusionem, ac suggestionum exclusionem, primo qualitas D. mei Iudicis, cuius peritiam, & probitatem agnosco; Arguit secundo mala qualitas Capitanei desumpta ex iuribus adductis, quatenus probant, ipsum in hoc ipso genere nocendi alijs compositionibus vsum esse à veritate alienis, verendum namque propterea est, quod ipse ad effectum euadendi carcerem, & forsan consequendi commoda, quę denunciatoribus ex Reorum condemnatione proueniant parasse depositionem, quam fecit, sed tamen ad hanc suam honestandam actionem has artes Curiæ sebministrasse, & ab eadem aliàs non depositurum voluisse impunitatem Arguit tertio fuga satis facilis ipsius Capitanei è carceribus Arguit quarto omissio diligentiarum tam contra ipsum, quàm custodes correspondentium præcipuè diligentiis in hac causa vsque ad extremum adhibitis, & Arguit quinto qualitas monitorij contra eumdem Capitaneum demum transmissi, de quo infra; quandoquidem cognita est
24 regula, quod ex actibus subsequentibus infertur præcedentium intellectus, Farin. cons. 57. num. 2. ad fin. & num. 20. cons. 60. num. 31. in fin. & cons. 75. num. 83.

Suadent alioquin artes suggestiuæ, & inprobatæ, vbi precipuè ex parte Curię non doceatur de veritate vigliettorum, quos prætendit Curia primo loco scriptos à fratre ipsius D. Alexandri dedisse licitam causam Curiæ alios, vel responsorios fabricandi, vel alios de nouo exquirendi, & quidem talium vigliettorum, de quorū veritate mediante formali recognitione non solum minimè sit
25 dubitandum, sed continerent illicita, cum alioquin transmissio apodixarum carceratis excluso dolo causatiuo damni Fisci non sit punibilis, vt in his terminis, post Aym. Bertaz. Laderch. & alios per Farin. cons. 130. num. 40. quoniam, & si liceat Iudicantibus ad eruendam à Reo veritatē adhibere artes, & simulationes, omninò tamen
26 prohibetur vti artibus, & simulationibus habentibus admixta supposita fictitia, & alia, de quorum veritate non constat, Soc. in cap. qualiter, & quando il secondo, n. 97. de accus. Boss. de exam. Reor. num. 12. vers. & illa confessio. Afflict. in constit. Regni incip. Inter cœtera's, rub. 44. in 3. not. num. 3. & seq. libr. 1. Chartar. de inter. Reis, lib. 2. capit. 1. num. 54. & seqq. & num. 24. & 78. Farinac. quæst. 81. num. 305. num. 309. in fine 311. & 314. & cons. 83. num. 6. & seq. vbi
27 in specie in his terminis, quòd non licet vti vigliettis responsiuis, vbi etiam latè Addēs sub addit. 1. 2. 5. & seq. firmans, excepta causa hæresis in alijs causis similes responsiones extirpādas esse tanquam tendentes ad deceptionem, idemq; Farin. cons. 185. num. 9. 13. 14. & seq. Scac. de Iudic. lib. 1. cap. 86. num. 35. & seqq.
28 Eademq. ratione non videtur licuisse transmittere, & adhibere etiam in vsu eiusmodi vigliettorum exploratores, quia cum horum hominum genus vt plurimum sit vile, ac facile ad mentiendum, non solùm Reos malis artibus illaqueant, ac decipiunt, sed examinati mendacia committere non erubescunt, Farin. d. quæst. 81. num. 308. & Addens ad eumd. d. cons. 83. in prima addit.

Ideòq. non videtur Curiā se fundare posse in exemplo Salomonis in 3. Regum cap. 3. relato in c. afferte 2. de præsumpt. cum alijs per Bart. in l. de minore, §. plurimum, ff. de quæst. & in exemplo Caroli Magni, de quo Farin. d. quæst. 81. num. 304. & d. cons. 83. num. 7. in princ. nam simulatio in ijs casibus tendebat ad eruendam veritatem ad finem laudabilem, vt inter duos, quorum vnum certum erat deliquisse, & alterum esse innocentem saluaretur innocēs; in hoc autem casu prorsus videtur contrarium, dùm contra Ambrosiettum, quem certum est deliquisse etiam ex associatione sicarij, de qua idem Capitaneus Paulus deponit, nihil hactænus Curia tentauit, & contra ipsum Capitaneum, quem carceres violasse non dubitabatur, nihil egit considerabile respectiuè ad D. Alexandrum, vt in sequenti, quamobrem non videtur simulationes habuisse illam
29 æquitatem, & iustitiam, quam habere deberet, vt saluari possint, exclamant omnes, vt per Farin. eadem quæst. 81. num. 313. & Add. ad d. cons. Farin. 83. in prima addit. vers. dicant tamen quicquid velint, & in vltima addit. vers. sic, & generaliter.

Quintum ergo est grauamen, ex quo animus nocendi solum D. Alexandro resultare videtur, quia in monitorio post fugam Capitanei Pauli è carceribus, contra eumdem non modico ex interuallo transmisso, vbi agitur de nocendo D. Alexandro narratur, Capitaneum fuisse illi complicem in assasinio, & tamen narratio videtur contra iustitiam, cùm assasinium de iure nunquam committatur sine probatione præcedentis dationis, aut pollicitationis; Ex Bannimentis autem resultare non posset stante excessu prætensi mandatarij ex plenè aliàs deductis, vbi verò agitur de nocendo soli Capitaneo in monitorio comminatur quidem pœna, sed non capitalis, sub qua monitus fuerat D. Alexander, sed alia mitior, non obstante quod facto supposito, & narrato in ipso monitorio non corrispondeat, & complicitas si vera esset, maiorem pœnam mereretur con-
30 tra regulas æqualitatis in iudicijs seruandæ, c. cum inter de except. Gregor. decis. 581. num. 1.

Sexto quàm maximè grauatus est D. Alexander ob processum additionalem contra ipsum fabricatum ex prætextu incursus in pænam capitalem ob contrauentionem Bannimentorum, quæ vltimo loco emanarunt disponentium, habendum esse pro confesso de delicto eum, qui se receperit in Palatijs, aut Terris Magnatum, quandoquidem adhibiti ad hoc fuerunt tres testes exteri, quorum alter de Terra Pilei, alter de Fara, & alter
31 Neapolitanus personæ non solùm pauperes, & viles, quibus propterea fides aliqua præstanda non erat, Farin. cons. 70. num. 40. Rot. post lib. 2. cons. eiusdem decis. 138. num. 4. decis. 172. num. 2. & decis. 194. num. 2. Cardin. Mantic. decis. 142. num. 13. & præcipuè, dùm eorum falsitas satis
32 aperiebatur ex contextu ipsarum depositionum tàm per sermonem præmeditatum sub eisdem verbis, l. 3. §. ideo, vbi Bart. & alij, ff. de testib. Boss. de oppos. contra testes, num 24. Cæsar de Graff. decis. 128. num. 7. Rot. decis. 270. num. 2.
33 par. 1. diuers. quàm ex affectata admodum ratione, quam explicant, dum dicunt, simultaneè de no-

de nocte ex curioſitate D. Alexandrum equitantem inſequutos fuiſſe vſque ad ingreſſum in domum DD. de Leonibus, Boſſ. eod. tit. de oppoſ. contr. teſtes num. 25. Farin. conſ. 116. num. 9. dumq. inueriſimilis omninò redditur memoria, quòd iidem teſtes ex ſola curioſitate moti recordati ſint poſt decem menſes, quòd inſequutio prædicta ceciderit ſub 11. Ianuarij tunc præteriti, de qua die preciſè deponunt, Farin. conſ. 172. num. 7. & ſeq. & conſ. 110. num. 2. immò etiam inueriſimilis prorſus inſequutio ipſa dicto loco, dum alterum ex prædictis teſtibus tãquam contumacem ex præcedente aduerſus ipſum condemnatione ex cauſa criminali Curia eiuſdem loci perſequebatur, vt conſtat ex atteſtatione eiuſdem Curiæ in forma probante, & ex teſtibus de quibus infra: quapropter credi non poteſt voluiſſe ſine cauſa, & ex ſola curioſitate facili capturæ periculo ſe ſubijcere, Farin. conſ. 166. num. 14. verſ. Inueriſimilia autem; qua ratione teſtes 13. conteſtes reiecit Rot. in Peruſina laudi 23. Ianuarij 1619. coram R.P.D. Veroſpio.

Sed etiam quia eorum falſitas apertiſſima quoque detecta eſt ex defenſiuo per quatuor teſtes om-
35 ni exceptione maiores probantes negatiuam concludentiſſimè coarctatam ex ratione palpabili, quia tanquam domeſtici domus perneceſſe notitiam acceſſus D. Alexandri ad d. domum habuiſſent, ſi verus fuiſſet, Boſſ. de defenſ. Reor. n. 32. & ſeq. Farin. conſ. 22. num. 6.

Septimò adiunctum eſt grauamen, ne dum in denegatione iuſtitiæ, nõ obſtantibus reiteratis inſtantijs in non procedendo contra prædictos tres teſtes de falſo, vt præfertur, conuictos, ſed in exiliando contra iuſtitiam, Antoniũ Scuffiettũ examinatũ ad defenſam pro D. Alexandro ex prætextu variationis circa coarctationem reditus Domini Alexandri ad Monaſterium Montis alti certo die hora veſpertina ſalutationis Angelicæ, quamuis enim verum ſit, teſtem varium de falſo puniri aliquando poſſe, id tamen non procedit,
36 quando variatio contigit incontinenti antè perfectum examen per modum correctionis, text. eſt in c. præterea 7. ad fin. verſ. quorum teſtimonia, de Teſtib. cogen. Boſſ. de oppoſ. contra teſt. num. 1. poſt princ. verſ. 3. verò, Farin. conſ. 60. num. 54. & de Teſtib. quæſt. 66. num. 76. in fine, & num. 227. & 229.

Neque enim obſtat, quod ad euitandam falſitatem,
37 aut illius ſuſpicionẽ copulatiuè requiratur correctio in continenti, & quod cauſa correctionis ſit conſona, & probabilis, quia preterquam, quod limitatur in caſu eſt, vbi correctio fit quidem incontinenti, ſed redeunte, & requirente teſte ad ſe corrigendum poſt examen iàm perfectum, ſecus verò quando ſe corrigit nondum perfecto examine, & antequàm teſtis diſcedat à Iudicis conſpectu, ſicut accidit in hoc caſu, in quo propterea licita fuit correctio, etiam non docto de illius cauſa, & errore, idem Boſſ. de public. proc. & teſtium num. 29. 30. & ſeq. Abb. Couar. & alij, per Farin. de teſtibus, quæſt. 66. num. 240.

Obiectũ ceſſat, quia correctio ſupradicti teſtis probatur non ſolùm conſona, & rationabilis, ſed ve-
38 ra ex depoſitionibus aliorum teſtium eamdem negatiuam coarctatam probantium cum implicita affirmatiua reditus D. Alexandri eadem hora, quandoquidem hoc caſu licitam eſſe correctionem, non dubitatur, vt poſt alios per eumdem Farin. de teſtib. d. quæſt. 66. num. 245. & conſ. 44. num. 3.

Cœterum neque prætenſa inditia contra D. Alexandrum particulariter elaborata particularem merentur conſiderationem; nàm depoſitio d.
39 Capitanei, quamuis in leuiſſimo tormento, vt dicitur, comprobata attendi non poteſt, tum quia non ſolùm patitur alios defectus, Farin. quæſt. 44. nu. 25. & conſ. 19. num. 18. vbi etiam Addit. ſub littera S. & conſ. 79. num. 17. & conſ. 163. num. 24. & ſeq. ſed eſt periurus, & eius depoſitio
40 non eſt vniformis, ſed varia, Farin. d. conſ. 19. num. 22. & dicta quæſt. 44. num. 26.

Tum etiam, quia conuincitur de falſitate ex pluribus deductis in facto, mendax autem, & falſus
41 etiam in vno, mendax, & falſus in omnibus eſt cenſendus quamuis capitula eſſent diuerſa, & ſeparata, Farin. conſ. 11. num. 29. & conſ. 39. n. 12. Caball. reſol. 287. num. 33. Præcipuè autem conuincitur tàm in ea parte, in qua deponit certa hora D. Alexandrum ſecum fuiſſe, dum tranſuecto flumine traditæ fuerunt pecuniæ Ambroſietto, & ſocio, quàm etiam in alia, in qua deponit D. Alexandrum preſentem fuiſſe conductioni equorum pro ſeruitio eiuſdem Ambroſietti, & ſociorum, cum in vtraque probata fuerit negatiua coarctata, & præſertim quoad primam partem,
42 cuius negatiuam probant teſtes ipſius Curiæ, Felyn. in cap. 3. num. 2. de probat. Marſil. conſ. 2. num. 12. & conſ. 51. num. 13. lib. 1. Boſſ. de defenſ. Reor. poſt num. 31. & ſeq.

Si quidem quoad primam partem non obſtat, quod teſtes non ſint conteſtes in coarctatione negati-
43 uæ, cum ad concludentiam huius probationis pro Reo ſufficiat veriſimilitudo, quod teſtis ſciuiſſet, aut audiuiſſet, Farin. conſ. 65. num. 24. & conſ. 151. num. 18.

44 Et in omnem caſum vnicus teſtis inductus à Curia aduerſus illam ſufficienter probat, Gabr. de teſtib. concluſ. 1. num. 13. verſ. contrarium, Aym. conſ. 100. num. 13. Socc. iun. conſ. 69. num. 11. lib. 1. Burſatt. conſ. 311. num. 21. lib. 3. Cephal. conſ. 141. num. 15.

Nec obſtat quoad ſecundam partem eadem exceptio, cum nedum ex facto tollatur, ſed quia ex ex parte D. Alexandri fuerunt producti articuli, & facta ſæpius inſtantia pro habendo Commiſſario pro examinandis alijs teſtibus, qui cum fuerit de-
45 negatus, ac propterea examen facto Curiæ impediatur, habentur articuli pro probatis, Farin. de teſtib. quæſt. 67. numer. 251. & conſ. 43. num. 1. in fin. & maxime, quod pro parte Domini Alexandri fuerunt datæ fides eorumdem teſtium ſuper articulis inductorum, ex quarum tenore probatur negatiua.

Conuincitur autem negatiua, ac proinde Capitanei mendacia in vtraque parte ex palpabili ſui inueriſimilitudine, cuique enim ſani capitis veriſimile videri non poterit, quod D. Alexander ad effectum traditionis pæcuniæ Ambroſietto, & ſocio voluerit perſonam ſuam commiſcere, cum id eadem facilitate poſſet, mediante ſolo eodem Capitaneo expedire abſque abreptione itineris, & fluminis tranſuectione, multoque magis inueriſimile eſt, quod D. Alexander, qui ſecundum lecturam Capitanei voluit iter, & tranſuectionem fluminis adimpleante die adhibere,

46 deinde voluerit præsens esse, seseq; ingerere medio die astantibus pluribus in equorū conductione pro seruitio eorumdem, Farin.cons.193.nu.60. in fine, quapropter locus est conclusioni, quod
47 primę depositioni ipsius Capitanei magis sit standum, non obstante, quod secunda emanauerit etiam in tormentis, Farin. de testib. quæst. 66. num. 183. & cons. 55. num.39. & cons. 183. num. 84. Caball. resolut. 257. num. 1.

Minæ etiam prætensæ nullius sunt considerationis,
48 quia vltra quod ex minis non oritur inditium ad torturam, in non solito minas exequi, & bonæ
49 famæ, Farin. cons. 22. num. 9. nec quando minæ sunt diuersi generis, aut non correspondent offensæ subsequutæ, Farinac. cons. 22. numer. 12. & cons. 55. nu. 25. nec quando offensus habet alios
50 inimicos præsertim grauiores, Farin. d. cons. 22. num. 14. in hoc casu probantur solùm ex lubrico linguæ ob primum motū iracundiæ ex leui causa,
51 Farin.d. cons. 22. num. 7. 10. & seq.& cons. 130.
52 num. 10. quinimo non probantur nisi æquiuocę & mediante Iustitia, dum hac ratione consuluit Ambrosietto offenso ab Antonio, vt illum querelaret, Farin. dicto cons. 22. num. 13. cons. 102. num. 20. 45. & seqq. & cons. 130. num. 9.

53 Fama asserta non etiam est considerabilis, quia vltraquod bona fama inquisiti tollit inditia prouenientia ex fama, Caball. resolut. 84. numer. 15.
54 nec etiam probatur, tùm quia testes non nominant authores, Farin. cons. 24. num. 5. & seq.
55 Tum quia præsumitur in dubio, quod ortum habuerit ex interuallo post delictum occasione epistolæ repertæ apud offensum, & inquisitionis subsequutæ, Farin. quæst. 47. num. 168. & 173.& cons. 78. num. 36. & cons. 79. num. 24. Caball.resol. 200. num. 132. & seq.

Latitatio, ac pretextus fugæ D. Alexandri Curiæ ni-
56 hil tribuunt, & quia fuit post formatam inquisitionem, Farin. cons.88.num.10. & quia spontanea comparitio Domini Alexandri remouet non solum omne pretensum inditium ex latitatione, &
57 fuga, sed maximum exindè insurgit innocentię signum, Gram. cons. 42. num.20. Soc. iun. cons.39. in princ. & nu.35.lib.2.Clar.§. fin.quæst.21. nu.24. Rimin.iun. cons.302. num.13. lib.3.

Variationes, & prætensa mendacia D.Alexandri, nec
58 etiam releuant, tùm quia non faciunt inditium ad torquendum, quandò immediatè non tangunt factum pretensi delicti, aut personam delinquentis, sed solùm circumstantias facti, & illius qualitates, Boss. de indit. nu. 36. vers. & tale, Nonius cons. 99. num. 24. vers. accedit, Rol. cons.3.n.53. lib.3.Pedem.decis.70.num.17.& seq.Farin.cons.23. num. 1. Caball. resol.200. num.135.

Tùm quia neque etiam conuicta sufficientia sunt ad
59 torquendum, vbi consistunt circa id, quod si Reus confessus fuisset, sibi non præiudicasset, Marsil. cons.15. nu. 16. vers. præterea, Bertaz. cons.59. nu.7. lib.1. Farin.quæst.52. nu.14.& seq. cons.192. num. 21. ad med. vers. tum etiam, & cons. 222. num.14.

Cætera leuia admodum sunt, & ex facto tolluntur tanquam iustificationem non habentia, & cùm
60 imperfecta sint in suo genere, coniungi non possunt, Farinc.cons.70. num.47.& cons.108.num.44. Caball. resolut 200. num. 139. vbi idem intelligit, ac probat procedere, etiam in delictis atrocissimis, occultis, & difficilis probationis.

Aduertendo præsertim, quòd neque etiam inspecto tenore depositionis Capitanei Pauli, in qua Curia principaliter insistit, Causa hæc capitalis censeri potest, cum depositio sit restricta ad mandatum de sfrisando, non autem de vulnerando, vt minus verè supponitur, quamobrem mandans teneri non potest de excessu ex allegatis, quæ repetitione non egent, quandoquidem con-
61 clusio est certa, quod dictum testis etiam prætensi socij criminis debet à Fisco in totum acceptari, vt per Farinac. cons. 125. num. 3.

ARGVMENTVM.

De eadem re. De coniecturis exclusiuis mandati ad occidendum cum reiectione contrariarum coniecturarum. De differentia inter mandatum ad sfrisandum, & inter mandatum ad mutilandum, seu rumpendum bracchiū.

SVMMARIVM.

1 *Animus occidendi in dubio an præsumatur homicidio sequuto, Et num. 9.*
2 *Animus occidendi vt dicatur probari in mandante, constare debet concludenter de facto, ex quo resultet mandatum.*
3 *Præsumptio præsumptionis non admittitur.*
4 *Testis depositio etiam socij criminis non scinditur.*
5 *Testis depositio non potest impugnari pro parte, quamuis illa pars impugnata consistat in facto, aut sensu alieno.*
6 *Homicidium non fuisse ab aliquo mandatum, probatur ab asserto mandatario, quando verisimiliter de veritate facti aliunde constare non potest.*
7 *Exculpatio facta à mandatario fauore mandantis an sit animo exculpandi, vel veritatis detegendæ, recurritur ad coniecturas.*
8 *Præsumptiones vbi hinc inde sunt æquales, præualent præsumptiones excludentes animum occidendi.*
10 *Animus deliberatus occidendi non est, quando id, quod fit, non erat cogitatum tempore actus, sed processit ex verbis, vel factis tunc ortis.*
11 *Vulnera plura necessariò non concludunt, fuisse plures vulnerantes, cum vnus solus vulnerare potuerit.*
12 *Testis dubitatiuè deponens per verbum, videtur, non probat.*
13 *Testis alternatiuè deponens non concludit aliquid certum.*
14 *Animus occidendi excluditur ex qualitate vulneris, ex modo percutiendi, & ex parte corporis læsa.*
15 *Aggressus, & primo percussus difficilius offendere potest.*
16 *Defensio, & resistentia verisimiliter magis fit ab occidendo, quam à sfrisando.*
17 *Mandatum non expresso armorum genere in dubio magis præsumitur ad sfrisandum quàm ad occidendum.*
18 *Mandans non tenetur de excessu, quando in potestate mandatarij erat non excedere.*

19 *Man-*

CONSILIVM XVI.

MAndatum, ex parte Fisci prætensum non cadit sub titulo assasinij ex pretextu, quod talis præsumatur præcessisse conuentio, qualis subsequuta fuit exequutio, quia præterquam quod cõclusio non est tuta, ideoq; licèt plerique teneant,
1 animũ occidendi in dubio presumi, homicidio sequuto, pleriq; etiam contrariũ firmant tenentes eum, qui illum allegat, probare debere relati per Farin. q. 126. num. 104. nequaquam casui, de
2 quo agitur est applicabilis, quoniam procedit, vbi factum, ex quo resultat mandatum, est certum, & concludenter probatum, ita namque loquitur Decian. ex aduerso alleg. cons. 4. num. 28. vers. non obstat lib. 3. concludens in eo casu conclusionem non applicari, quia non erat iustificatũ factũ, sed negabatur, prout in eodem casu, in quo scripsit Decian. consuluit quoque idem firmans Gerard. Mazol. cons. 101. num. 46. & seqq. idemque conclusiue firmat idem Giurb. pariter exaduerso adductus cons. 46. quamuis enim in motiuis exaduerso excitatis allegato num. 5. adducat eamdem conclusionem exaduerso adductam, contrarium tamen in illo casu tenet, vt patet sub num. 6. in fin. vers. re tamen ipsa diligentius, requirens ad illius subsistentiam certitudinem facti, ex quo resultat concludenter, & non æquiuocè mandatum ad occidendum, vt num. 18. & seqq. eamdemque probationem certam requirit Honded. per ipsum Giurb. allegatus consil. 87. num. 92. ad fin. vers. nec probatur, quod Comes mandauerit, & num. 107. lib. 2. Baiard. verò ad Clar. §. Assasinium num. 6. vers. sed ego arbitror, non vtitur allegata conclusione ad presumptionem qualitatis mandati, sed ad probationem acceptationis illius, & nihilominus hoc etiam comprobatur à Giurb. d. cons. 46. num. 25. ad fin.

Atque hinc constat, conclusionem huic casui non adaptari; cum enim longè differat, quod de facto productiuo mandati certè constet, & quod de illo non liqueat, nisi præsumptiuè ex inditijs grauantibus, vbi ex facto præsumpto orir etur etiã alia presumptio qualitatis ipsius facti, admitte-
3 rentur plures præsumptiones in eodem subiecto contra indubitatam regulam glos. in l. 1. in fine, C. de dot. promiss. Surd. decis. 216. num. 44. Card. Mantic. decis. 264. num. 10. Rota loquens ad exclusionem præsumptionis qualitatis facti in Meleuitana bonorum 8. Nouembris 1619. coram Sacrato, vt etiam per Farinac. cons. 55. num. 25. cons. 127. num. 7. & cons. 114. num. 40.

Coeterum frustrà quærimus de præsumptione qualitatis mandati in hoc casu, in quo ex eadem depositione Capitanei Pauli, ex qua Curia mandatum presumit, apertissimè apparet de mandati qualitate homicidij exclusiua; quicquid enim
4 exaduerso dicatur, verissima est conclusio, quod depositio testis examinati pro Curia etiam socij criminis scindi non potest, sed in totum acceptari, aut improbari debet, vt præter alios adductos comprobat Farinac. cons. 125. num. 3.

Nec resistit consideratio pro responsione data, quod non dicatur scindi, si ea solum Curia acceptet, de quibus Capitaneus Paulus deposuit de sensu proprio, prout sunt omnia gesta ipso presente, vidente, vel audiente, ea verò impugnet, de quibus deposuit de sensu alieno, prout est qualitas mandati taxatiuè dati ad sfrisandum, vel signandum, de qua deposuit de auditu à Domino Alexandro, & sicario, quoniam talis impugnatio destituta est auctoritate contra regulam, quam etiam ponit textus in l. quidã elogio, ante fin. C. de Iur. delib.

Neq; considerabilis dici potest ex rationibus exaduerso excogitatis, vt quia nõ impugnetur assertio Capi-

Capitanei Pauli, sed assertio D. Alexandri, & sicarij à Capitaneo relata, non quod Capitaneus verum non dixerit referens qualitatem mandati ab eisdem D. Alexandro, & sicario auditam, sed quia assertionibus prædictorum non sit credendum; etenim fallacia in hisce considerationibus vndique insurgit.

In primis namque verum est in Iure, quod non
5 datur Curię facultas impugnandi depositionem testis pro Curia examinati ex parte, quamuis illa pars, quæ impugnatur, consistat in facto, aut sensu alieno, vt per Cephal. conf. 110. numer. 25. vers. secundo respondeo, & num. 26. & seqq. lib. 1.

6 Præterea neque in Iure subsistit, quod sicario asserenti qualitatem mandati taxatam, & excessū in exequendo non sit credendum, quatenus Curia assertione ipsius sicarij relata à Capitaneo Paulo vti velit, Carer. in pract. crim. tract. 2. de indit. & tortur. in 8. indit. num. 29. Cephal. d. cons. 110. n. 26. lib. 1. Farin. d. cons. 125. num. 3. ad fin.

Tum etiam quia, vel mandatario confitenti deli-
7 ctum à se commissum credenda est qualitas mandati exclusiua occisionis, cum illa non sit probabilis aliunde magis, quàm per eum, qui scit veritatem facti, vt in terminis fortioribus per Bertaz. cōs. crim. 538. n. 6. in princ. & vers. tertia ratio, lib. 2.

Vel saltem, quia ex serie facti relati à sicario præsente, & audiente Capitaneo Paulo, prout etiam ipse Capitaneus refert, apertissimè constat eo tempore, quo omnes erant extra carceres in loco tuto sicarius agnoscendo excessum in homicidio non hoc dicebat vt D. Alexandrum excularet, sed animo veritatis detegendæ, & præsertim cum omnis ratio dictaret, quod si mandatum non fuisset datum taxatum ad sfrisandum, sicarius debuisset hoc asserere, tam ad sui excusationem, dum repræhendebatur de excessu ab ipso D. Alexandro, quàm ad effectum maioris præmij consequendi, vbi illud sperasset, sin autem maioris gratificationis, quandoquidem quod hoc casu
8 recurrendum sit ad coniecturas, firmat in his terminis Bald. in cap. 1. §. iniuria punitur, num. 18. precipue vers. tu dic, & vers. sed in hoc credo. de pac. iuram. firm. in vsib. feud. Felyn. in c. 1. nu. 19. vers. sed dic inspiciendas, de præsumpt. Mascard. de probat. concl. 1130. num. 4.

Coniecturæ autem prædictæ efficaces sunt, non obstantibus pluribus coniecturis exaduerso ponderatis, ac desumptis ex Farin. conf. 211. lib. 3. & quæst. 126. numeris citatis, tàm ex eo, quod vbi hinc inde præsumptiones sunt æquales, præualent præsumptiones excludentes animum occidendi, idem Farin. ead. quæst. 126. num. 101. & seqq. quàm etiam, quia non sunt tales, vt ex ijs aliqua desumi possit illatio contra D. Alexandrum.

9 Siquidē prima de generali præsumptione, quod in dubio sequuto homicidio, occidendi animus in occisore presumatur, non obstantibus adductis per Farin. d. conf. 211. nu. 6. & d. quæst. 126. nu. 103. habet contradictores relatos ab eodem Farin. ead. quæst. 126. num. 104. & quamuis prima opinio esset verior, non tamē ex ea resultat, quod assertio sicarij non sit vera, dum ipse dicit, quod
10 ab initio non habuit animum occidendi, sed superueniente necessitate causata ab occiso volente illum interficere, Farin. d. quæst. 126. nu. 211. ante med. vers. quando id, quod fit, non erat cogitatum.

Secunda non iustificatur, quia non probatur, percussores fuisse plures, cum nec ex numero vulne-
11 rum, nec ex ingressu duorum cum Antonio in vineam resultet necessario ambos percussisse, & vnus solus percutere potuerit, Mohed. decis. 2. de sent. excom. Seraph. decis. 1372. num. 2. vers. neque possibilitas; depositio verò Capitanei Pauli circa relationem D. Alexandri restricta est ad vnum, si tota, vt par est, perpendatur, l. inciuile ff. de legib.

Tertia non etiam facit, quia licet storta Antonij reperta fuerit in eius camera, non tamen sequitur, quin aliam propriā, vel commodatā, vel aliud armorū genus Antonius tunc habere non potuerit, cùm Capitaneus Paulus de storta non loquatur
12 præcise, sed dubitatiue per verbum, mi pare, Farin. de testib. quæst. 68. num. 25.

Quarta de primo ictu illato cū pugione non etiam præsumi facit animum occidendi ab initio, quia non constat, quod vulnus cæsim in fronte fuerit cum pistolesio, cum testes alternatiue deponant,
13 vel cum alio armorum genere, Farin. de testib. quæst. 68. num. 18. ideoque satis est, quod etiam cum pugione primus ictus tractus esse potuerit versus faciem cum effectu dicti vulneris, magis demonstrans ordinem sfrisij, & præcipuè cum vulnus ex hoc ictu illatum non fuerit læthale,
14 quapropter excludunt hunc animum qualitas vulneris, qualitas, seu modus percutiendi, & pars corporis ex hoc primo ictu læsa, Farin. ead. quæst. 126. num. 189. 191. & 193.

Quinta, quod sicarius remansisset verisimiliter vul-
15 neratus, non habet fundamentū, cum etiam possibile sit contrarium, ac facilius, ex quo aggressi, & primo percussi deterriti minus possunt, Farinac. quæst. 125. num. 443.

Sexta minus subsistit; si enim exaduerso habetur pro inuerisimili, quod solus accedat ad effectū sfrisandi alium armatū patenter, & non furtim, & cum verborum iactantia, magis pro inuerisimili haberi debet, quod concurrentibus huiusmodi circumstantijs solus accedat ad effectum occidendi, tam ex eo, quod facilior est sfrisatio, quam inter-
16 fectio, quàm etiam quia maior defensio expectanda est ab occidendo, quàm sfrisando, vt sensui patet, idemque Giurb. in alleg. exaduerso conf. 46. num. 18. & seqq.

Quicquid autem sit de coniecturis prædictis etiam ad rem facere non videntur, tum quia non est bona consequentia, coniecturæ suadent animum occidendi in sicario, ergo D. Alexander dedit mandatum de occidendo, cum nihil prorsus probetur, quod D. Alexander vnquam expresserit,
17 quo armorum genere sicarius percutere deberet, ac propterea interpretari mandatum non possit, nisi de armis exclusiuis homicidij, aptis tamen ad sfrisium, vel signationem, vt firmant ijdem exaduerso allegati Decian. d. conf. 4. nu. 13. & seqq. & Giurb. d. conf 46. nu. 19. vbi alios plures allegat, Vndè excessus in sicario fuit etiam respectu vsus armorū, de quo propterea D. Ale-
18 xander non tenetur, dum in eiusdem sicarij potestate fuit alia arma ad solum sfrisium apta adhibere, Farinac. alleg. etiam exaduerso quæst. 135. num. 163.

Tum etiam quia potuit sicarius moueri in excessu, vt seruiret, vel complaceret Ambrosietto eius amico, vt magis verisimile est, ex quo

commisso per sicarium homicidio sese insimul cũ dicto Ambrosietto associauit, vt refert idem Ca-
19 pitaneus Paulus; quandoquidem concurrebat tantùm in Ambrosietto inimicitia capitalis cũ Antonio, ac vindictæ cupiditas ob illatas sibi percussiones, sed timor, ne Antonius accepto strisio ipsum Ambrosiettum interficeret, qui timor in D. Alexandro ex personæ qualitate omninò cessabat, vt præter alias allegatos in his terminis ad excusationem mandati ad occidendum, benè comprobat Honded. d. cons. 87. num. 167. lib. 2. ac proinde in puncto, quod ex mandato ad strisian-
20 dum contra mandantem argui non possit de mãdato ad occidendum, quamuis mandatarius occideret excedendo, idem Giurb. d. cons. 46. num. 31. & seq.

Minus autem argui hoc potest ex præsumptionibus elicitis aduersus personam, & assertionem extraiudicialem D. Alexandri ob eandem rationem, ex qua qualitas confessioni adiecta reijcitur, quãdo habet contra se præsumptionem, quia immò in hoc casu desunt prorsus præsumptiones considerabiles, & omnis etiam iuridica præsumptio suadet contrarium, nam non repetitis illis, quibus satis fuit responsum 1. scilicet 2. 3. & 4. quæ eadẽ sunt re, & verbis; quinta desumpta ex prætextu, quod primus ictus fuerit punctim, nullam habet iustificationem, sed immò contrarium ad defensionem Rei notari potest, primum nempè ictum fuisse in facie cęsim, postquam ictum in facie cæsim fuisse deponunt testes, & illum non esse primum, argui non potest, ex quo testes ipsi admittunt potuisse fieri nõ solum cum pistolesio, sed etiam alio armorum genere; supposito autẽ, quod cum alio, & sic etiam cum pugione cæsim
21 fieri potuerit, sufficiens est pro Reo hæc possibilitas, quod ille fuerit primus ictus, Aym. cons. 2. num. 16. Cephal. cons. 140. nu. 13. lib. 2. Boer. decis. 105. num. 1. & seq. Menoch. præsumpt. 48. num. 8. & seq. lib. 5.
22 Qua ratione probatio non solùm dubia probat concludenter innocentiam, & defensionem Rei,
23 Farin. cons. 79. numer. 27. sed probatio præsumptiua, & dubia ad fauorem Rei tollit concludentem Fisci, Farin. cons. 78. numer. 28. in fine.

Coniectura sexta contra D. Alexandrum inducta de transmissione Marci Antonij ad Vrbem pro perducendis sicarijs ad Terrã Montis alti nõ iustifica-
24 tur in facto, ac propterea frustrà applicatur qualitas, vbi deficit subiectum, Boss. de delict. n. 26. ante fin. vers. nam qui vult probare, Bald. cons. 465. num. 1. & plurib. seqq. lib. 4. Caball. resol. crim. cas. 286. num. 3. & seqq.

Corruit etiam septima, & octaua sumpta ex eo, quod sicarij non se præsentassent coram D. Alexandro in Terra Montis alti, si eius ordinem excessissent, & D. Alexander non numerasset illis pecunias, quia septima tollitur ex causa legitima excessus proueniens ex facto superueniente ipsius Antonij tentantis offensionem; hæc enim pro legitima
25 causa reputatur sit ab occidere, & quoad eum sufficit, licet falsũ opinatus esset, Farin. cons. 69.
26 n. 173. vers. vehemens, octaua verò quia nullibi constat, quod aliquid fuerit ante delictum à D. Alexandro promissum, ac propterea si quod datum extitit, ad finem discessus præsumitur, Farin. d. quæst. 123. num. 158. & seq.

Denique nona assumpta ex prætensa inimicitia, & odio D. Alexandri, sicut destruitur ex facto, ita quoque destruit prorsus omnia fundamenta Curiæ; nam nec D. Alexander probatur notitiam habuisse causarum, in quibus Curia se fundat, nec si probaretur constat, illas esse tales, ex quibus
27 diues voluerit pecunia mediante assasiniũ committere, & se in periculo vitæ, & bonorum amissionis constituere, in casu, in quo nedum strisium, sed baculi percussiones fuissent, mundane loquendo, plusquam sufficientes, Honded. dicto cons. 87. num. 167. lib. 2. cum alijs pluribus per Giurb. d. cons. 46. num. 27. vers. secunda est coniectura; quod enim sufficiat leuis inimicitia ex Farin. quæst. 126. num. 180. tollitur ex allegatis ab ipso num. 179. & 163.

Datio verò pecuniarum minimè probatur ex sola assertione dicti Capitanei Pauli, cùm fuerit probata negatiua coarctata, & in omnem casum sine præcedente pactione, & ad effectum, vt extra Statum irent, & sibi nõ nocerent, numeratio nullo iure est assasinij illatiua ex aliàs in his terminis
28 adductis, & quia consequentia nunquam valet, quando oppositum consequentis potest stare cum antecedente, Farin. cons. 85. numer. 162.

Nec obstat depositio eiusdem Capitanei Pauli in ea parte, in qua asserit D. Alexandrum sibi confessum esse, fecisse homines prædictos adduci, per darli il fatto loro, quia cum datio possit intelligi
29 ad effectum supradictum, verba hanc recipiunt interpretationem, Decian. d. cons. 4. nu. 14. lib. 3. Gerard. Mazol. d. cons. 101. num. 45. Honded. dicto cons. 87. numer. 167. libr. 2. inæqualitas autem huius dationis pecuniarum Ambrosietto, & sicario, magis excludit prætensam præcedentem pactionem, cùm sit omninò
30 inuerisimile, quod pro mandato ad occidendum, duo pro inæquali, & adeò parua summa pacisci voluerint, Farin. cons. 32. nu. 34. & vlterius inæqualitas applicata impensis ratione discessus haberet congruitatem rationis, ex quo Ambrosiettus redibat ad patriam, alter verò ad Regionem exteram, cuius occasione propterea maior erat impensarum indigentia.

Duo autem sunt, quæ innocentiam D. Alexandri in hoc manifestè conuincunt; Alterum quod animus occidendi in eo præsumi neutiquam potest, postquam nedum illum minimè declarauit Capitaneo Paulo, quem amicum confidentissimum ex depositis ipsis ab eodem Capitaneo Paulo con-
31 stat; sed coram ipso, ac sicarijs nulla necessitate inductus, sed pro sola veritate fecit signa verisimilia displicentiæ mortis Antonij, cùm non solũ dixerit, ipsos nimis manum calcasse, sed talem ordinem necis à se nõ fuisse datũ; quamobrem displicentia excessus consistebat in morte Antonij, non in numero, & profunditate vulnerum, quorum qualitatem ignorabat, Farin. dicens in his terminis ita ab omnibus Iudicibus seruatum d. quæst. 126. numer. 217. præcipuè in fine.

32 Alterum, quòd D. Alexander, cum esset in libertate, sponte se in carceribus constituit, hinc enim oriri exclusionem mandati ad homicidium, pluribus comprobat idem Giurb. d. cons. 46. numer. 30. Farin. d. quæst. 126. numer. 207. & seq.

Qua-

Quatenus verò prætensa inditia inferant mandatum limitatum, superuacaneæ sunt distinctiones, Iure communi inspecto, ex quibus prætenditur sequuta morte teneri mandantem de excessu, quia omnes procedunt retento semper eodem themate, quod mandatum datum fuerit ad vulnerandum, quo casu verum est, quod militat ratio, quia vulnera non dantur ad mensuram; hęc autem ratio cessat in hoc casu, cùm mandatum ad peius prætendi possit ad sfrisandum, qui casus
33 longe differt, cùm vulnera in facie non sint læthalia, vt præter aliàs adductos firmant ijdem
34 ex aduerso allegati Farin.d. quęst. 129.num. 198. Giurb. d. cons. 46. num. 32. tàm & si etiam in mandato ad vulnerandum sequuta morte mandans, non teneatur de excessu secundum plures per Mastril. decis. 293. num. 28. 29. 30. & seqq. & non expresso in mandato armorum genere apto ad mortem Caball. de homicid. num. 267. & seq.

Bannimentis Vrbis iam dictum est non esse locum in hoc casu, tùm quia delictum commissum est in agro Tusculano non subiecto Iurisdictioni Gubernatoris, à quo Bannimenta emanarunt, cui fundamento nihil exaduerso respondetur, nec responderi potest, cum præter aliàs allegat. vulga-
35 ris sit conclusio, quod à pari procedunt, Statutis ligari, ac forum sortiri, cap. fin. de const. in 6. Bero. cons. 155. num. 16. lib. 2. Seraph. decis. 1018. nu. 6.

Tum etiam quia Bannimenta imponentia pœnam assasinij illis, qui ob pecuniæ promissionem, aut complacentiam alterius alium offendunt, aut offendere tentant, licèt non sequatur mors, dummodò fuerit deuentum ad actum proximum ad-
36 menationis, intelligenda sunt, quando mandatum fuit datum ad homicidium, cùm satis sit, quod corrigant Ius commune, tam in eo, quòd assasinium statuunt, vbi mors non sequitur, quàm in eo, quod incurrat hanc pœnam offendens sola contemplatione alterius absque præmio, seu promissione, cuius contrarium de Iure disponitur, ita namq; Bannimenta eiusmodi interpretatur in his terminis Honded. alleg. cons. 93. n. 71. & seqq. lib. 2. & Mastrill. post tract. de Magistrat. de indult. gener. cap. 29. num. 12. pręcipuè post med. vers. etiam si mors, vbi testatur, quod ita fuit iudicatum in pluribus causis, & sequitur etiam d. decis. 293. num. 26. ad fin.

Quibus non obstat Farinac. quæst. 123. num. 144. & de immun. Eccles. in appendic. num. 134. in fin. pri-
37 mo quia Farin. in citatis locis loquitur in mandato ad vulnerandum, ac propterea applicabilis non est in casu mandati ad sfrisandum ex præallegatis, cùm verum esse, quòd Bannimenta prędicta recipere debeant interpretationem à Iure communi firmet idem Farin. quæst. 123. num. 39. in fine.

Secundo, quia Bannimenta in capitulo prædicto lo-
38 quuntur in mandatarijs per verba personalia, quod capitulum propterea non extenditur ad mandantem, Honded. d. cons. 93. num. 75. ante fin. vers. 2. dicitur, & num. 76. & seq. idem Farin. quæst. 135. num. 142. & seq. vbi de veriori, &
39 magis recepta, præsertim cum mandatarius absque dubio magis delinquat, quàm mandans, ac proinde diuersitas rationis non patiatur extensionem, Honded. eod. cons. 93. num. 77. lib. 2. Mastrill. d. decis. 293. num. 24. vers. sed dato.

Neque enim obstat aliud capitulum Bannimentorum disponens generaliter mandantes teneri eadem pœna, qua mandatarios, quia, vt aliàs
40 dixi, edictum hoc recipit passiuam interpretationem à Iure, vt intelligatur, quando inter mandatum, & illius exequutionem non datur difformitas; secus verò dato excessu in exequutione, prout in his terminis intelligunt Menoch. de arbitr. cas. 352. num. 5. & Maluas. inter cons. crim. diuers. cons. 111. num. 18. & seqq. lib. 1. quibus in hac parte nihil hactenus fuit responsum.

Pro intellectu autem contrario minimè vrget prætensa obseruantia interpretatiua Bannimentorũ, quia negatur obseruantia tàm quoad mandantes, quàm mandatarios, & quia neque etiam illa allegabilis est quoad mandatarios, cùm aduersus sfrisantes Bannimenta in alio capitulo disponant, quod contra eos procedi possit vltra expressas pœnas, etiam in alijs arbitrariè, vsque ad vltimum
41 suppliciũ, quapropter obseruantia ęquiuoca huic etiam capitulo applicabilis, non potest seruire pro interpretatione, Rot. decis. 120. nu. 2. par. 2. recent.

Quod autem dicitur, obseruantiam censendam esse fundatam in ratione, quia alioquin verba dicti capituli essent frustratoriè apposita, nihil est, quia, vt dixi, operatio contra Ius commune consistit in dispositione assasinij in duobus casibus, in casu scilicet offensionis, aut tentationis, etiam quod non sequatur mors, & in casu solius complacentiæ absque spe præmij, vt benè declarat Honded. d. cons. 93. num. 71. & seqq. lib. 2. quem etiam aliàs Excellentiss. D. meus Fiscalis in Voto suo decisiuo pro iustitia sequutus fuit.

Minus autem releuat differentia constituta inter mandatum ad sfrisandum, & inter mandatum ad mutilandum, quia Capitaneus Paulus in tribus vigliettis, loquitur solùm de sfrisio, vel de sfrisio, aut fractura brachij, non autem de mutilatio-
42 ne, casus autem isti non diuersificantur, cum neque in brachio vulnera censenda sint læthalia, vt in puncto per Farinac. quæst. 126. num. 127. vers. quo in loco.

In depositione verò iudiciali nec pariter loquitur de mutilatione, sed de sfrisio, seu percussione, ex qua signum aliquod perpetuò remaneret;
43 Etenim vel ex tali percussione intelligentia sumenda ea est de brachio, de qua in vigliettis fuit loquutus, Monticell. de testib. rub. testium dicta qualiter interpret. fol. 433. col. 2. vers. 3. Farinac. de testib. q. 68. num. 55. vel, si intellexit de alia, intelligenda est de percussione cũ remanentia signi non apta ad mortem, cùm aliàs perpetuo non remansisset memorandum, sicut innuit
44 loquendi modus præfatus, & vulgaris Populi intelligentia, iuxta quam dicta testium sunt interpretanda, Farinac. d. quæst. 68. num. 49. & seq. non autem intelligenda est depositio de mutila-
45 tione, cum illa, sicut debilitatio membri, maius includat delictũ, quàm mandatum ad vulnerandum, vt dicunt ijdem exaduerso allegati Monticell. in prax. crim. reg. 7. num. 62. Farin. quęst. 135. num. 168. & seq. vers. vbi multò magis, ita etiam
46 intelligens Monticel. vbi supra, sicut è cõtra percutere minus est, quàm vlnerare, Giurb. alios allegans d. cons. 46. num. 18. & seq.

Nec facit, quòd nõ desint, qui tenuerunt etiã in mãdato ad sfrisandũ aliquando mandantem teneri

pœna ordinaria præcipuè ex Clar.q.89.n.5.& Farin.d.q. 135. nu. 157. quia vltraquod communis
48 est in contrarium ex aliàs adductis, eodemq. Farin. d. quæst. 126. num.198. nec applicantur huic casui, cum restringant se ad vulnus tentatum in faciē,sed incidente in caput, nec resistunt, cum ipsemet Farin. eodem nu. 157. in fin. restringat se ad pœnam extraordinariam,ac propterea in mādato ad vulnerandum sequuto sfrisio intelligendus est Farin. allegato cons. 196. n.1. & seq. lib.3.
49 Neque in hoc applicabilis est alia distinctio inter qualitatem armorum, cum quibus sfrisium committitur,an scilicet apta fuerint ad mortem ex Decian.tract.crim. lib. 9. c.36. n.6.vers.Idē dicerē. Farin.d.q.435.n.153.& 157. & d. cons.211.n. 10. & 13. & Giurb. d. cons. 46.n.32.in fin.vers. sic de bastonatis in capite, quia obiectum procedit, quando mandans exprimit mandatario, quo armorū genere debeat percutere,secus nulla facta expressione, vt superius etiam dictum fuit, & benè declarat idē Giurb. exaduerso citatus d. cons. 46. n. 19. post princ. vers. maximè,cū expressum nec sit.

ARGVMENTVM.

De eadem re.An aliud sit mandatum ad sfrisandum,seu rumpendum bracchiū, & aliud mandatum ad mutilandum. Remissoria an sit concedenda Reo in criminalibus, vel transmissio Commissarij,præsertim quando fuit Commissarius transmissus ad instantiā Fisci.

SVMMARIVM.

1 *Mutilatio dicitur, quando membrum aliquod prorsus abscinditur, non autem quando signatū remanet, aut debilitatum, aut suo officio non inseruiens, Et num 3.*

2 *Mutilatio membri debilitat totum corpus, debilitatio verò membri ipsum membrum dumtaxat.*

4 *Nominum significationes non sunt amplianda in pœnalibus.*

5 *Remissoria in criminalibus non conceditur Fisco, vel accusatori ad verificationem delicti, vel ad repetendum testes contra Reum pro Curia informatione examinatos.*

6 *Remissoria conceditur Reo in criminalibus ad defensionem.*

7 *Remissoria in criminalibus conceditur siue Actori, siue Reo, quando testes non sunt de Iurisdictione Iudicis Causæ.*

8 *Commissarius, vel Notarius transmitti potest ad examinandum testes in criminalibus etiam in casu, in quo non conceditur remissoria.*

9 *Commissarius pro examinandis testibus quando fuit transmissus instante Fisco, transmitti etiam debet instante Reo.*

10 *Sententiam exequi, vel appellationem interponere in casu non exequibili, vel non appellabili sicut licuit vni Parti, ita alteri Parti licere debet.*

11 *In Testiū examine modus seruatus pro vna Parte seruandus est pro alia, non obstante nullitate.*

CONSILIVM XVII.

DIxi in alia, nulla ratione intelligentiam verborum depositionis Capitanei Pauli applicabilem esse pretenso mandato ad mutilandum;Nunc autem, vt percipi possit, terminos verbi, mutilare, nec legaliter, nec latinè depositioni præfatæ conuenire posse,dico,hoc esse absolutum ex communi, & recepta opinione, non solum apud Authores Criminalistas, sed apud Theologos, Canonistas, Iuristas, Naturales, Medicos, ac Latinos etiam Scriptores, itaut nullus prorsus scrupulus, apud quemquam possit remanere.

Si quidem verba depositionis Capitanei Pauli in viglietti hæc sunt, che fosse sfregiato, ò rottoli vn braccio,e non che fosse ammazzato,& in alio, che fosse sfregiato,ò vero stroppiato d'vn braccio,& in examine iudiciali, che li fosse dato vn sfregio, ò stroppiato in maniera, che li restasse in perpetuo
1 qualche segno di lui.Quod autem hæc verba aliena omninò sint à significatione mutilationis,apud Criminalistas constat, quia etiam apud ipsos proprietas verbi,mutilare,non cadit nisi in ijs,quibus mēbrum aliquod prorsus abscinditur,vel obtruncatur,non autem quando apud ipsum hominē signatum remanet, quamuis debilitatum, aut suo officio non amplius inseruiens, Petr. à Plaza in Epitom. delict.lib.1.cap.25.propè fin.vers.mutilus autem dicitur, hoc ipsum in fine intelligens, & si membrum corpori adherens omninò sit inutile.

Eadem est intelligentia apud Theologos,quod scilicet mutilatio sit abscissio,vbi illud à corpore separatur,quando membrum aliquod deest, secus verò quādo redditur inutile,D Thom.2.2. quæst.65. art. 1. vbi etiam Caietan. per Card. Tolet. in sua summ.lib.1.cap.76.nu.2.per tot. & precipuè ad fin. vbi ad hoc adducit etiam rationem concludentem, nam mutilatio homicidio ideo comparatur quoad irregularitatem, quia est particularis occisio membri,nimirum,quia anima ab illa parte abscissa separatur, quod quidē in debilitatione non fit, ex quo anima remanet in membro debilitato, non obstante, quod non valeat officium proprium exercere.

Licet autem contrarium teneant summ. Angel.Tabien. & Siluestr.in verb. homicidium 5. quæst.5. & alij ea ratione,quia differentia fit inter mutilationem, & detruncationem, tamen communis est in cōtrarium, vt preter Canonistas infra allegandos, firmant Nauar.in Manual. cap. 27. n.206. ver.tertio principaliter,& n.seq. Franc. Suarez de censur. disput.44 sect.2.fol.mihi 712.vers.ex qua doctrina, vbi in specie loquitur quoad effectum pœnæ.Sayrus in thesauro Theolog.moral.lib.6.cap.15. n.5.6. & 16.loquens in specie d.n.5.de stroppio,mediante scilicet incisione neruorum,itaut membrū reddatur ineptum ad vsum ordinum,prout etiā Sot. de Iust. & Iur.lib.5. quæst.2.art.1. col.4. post princ. vers.quare,Tolet.in summ. d.lib.1.cap.76. n.2. vbi etiam plures alios adducunt comprobantes hanc esse communem, & magis receptam, Less. de Iust. & Iur.lib.2. cap.9. dubit.14. num.96.

Apud Canonistas quoq; sententia hæc magis recipitur, quamuis enim Abbas in c. cum illorum 32. num. 8. ante fin. de sent. excom. differentiam constituat inter mutilationem, & truncationem, tamen

tamen non solùm sibi ipsi est contrarius, dùm aliud firmauit in c. de diacono. 1. Qui clerici, vel vouentes, & in c. clericis. Nè cleric. vel monach. & in c. accusasti, de accus. sed contrarium communiter tenetur, glo. in d. c. accusasti in verbo, debilitatus, Card. & Præpos. in d. c. 1. Qui clerici, vel vouentes, Franc. in c. is, qui, de sent. excom. in 6. Felin. d. c. cum illorum, 32. num. 12. de sent. excom. Couar. in clem. si furiosus 3. par. num. 9. vbi quod idem in membro omninò inutili eod. tit. Nauar. d. cap. 27. nu. 207. quos etiam sequuntur Theologi superius allegati, pariter de communi attestantes, & assentit etiam, quando membrum debilitatum non impedit Sacramentorum administrationem Maiol. de irreg. lib. 5. cap. 50. num. 7. & 9.

Iuristæ etiam eiusdem sunt sententiæ, quod mutilatio intelligatur de membro penitus absciso, & solùm illud dicatur debilitatum, & mancum, quod corpori remanet, & si imperfectum, aut inutile, mutilationem namq; intelligunt esse abscissionem totalem, de qua loquitur text. in §. quia verò nos oportet, Auth. vt nulli Iud. Bald. in l. si fugitiui. 3. num. 2. & ibi Cyn. num. 3. ante med. C. de seru. fugit, huiusq; sensus sunt Oldrad. cõs. 154. num. 2. antè fin. vers. & si ad membri mutilationem, Ang. in d. §. quia verò il 2. num. 17. Auth. vt nulli Iud. vbi etiam Bart. num. 1. idem Bart. in l. 1. §. is autem, num. 1. ff. ne quid in flum. public. Cataldin. de Sindic. num. 85. Balthass. Gomez. tract. de potest. in se ipsum, lib. 1. cap. 20. num. 1. cum seqq. præcipuè num. 6.

Ratio namq; euidens est differentiæ inter debilitationem, & mutilationem propriè, cum & si etiam ex mutilatione proueniat debilitatio, nihilomi-
2 nus amputatio, seù mutilatio membri debilitat totum corpus, debilitatio verò membri ipsum membrum dumtaxat, Bald. in d. l. si fugitiui, n. 9. C. de seru. fugit. Catald. d. tract. de sindic. num. 83.

Ideòq; in Iure actiones, ac iura mutilari dicuntur præscriptione, quod ex ea penitus truncentur, l. fin. C. ne de stat. defun. l. fin. C. de long. temp. præscript. & mutilatum dicitur patrimonium, quia pars subiecti eiusdem deficiat, l. 1. C. de peric. nominat.

3 Ac mutilare esse aliquod membrum amputare, vel aliquod integrum detruncare, vt homini manum, vel pedem, vel aliquod membrum auferre definit expresse vocabul. Iur. in verbo, mutilare.

Ita etiam accipitur apud Naturales, nàm Arist. lib. 5. Methaph. mutilum definit, cui extrema aliqua pars integralis corporis deest, vt etiam post D. Thom. per Tolet. in summ. d. lib. 1. cap. 76. ad fin. vers. id etiam significatio.

Ac apud Medicos, vt per Galen. in 3. classe sui operis tit. de differ. morbor. cap. 8. fol. mihi, 4. col. 2. ante med. vers. nuper verò quidam in magna.

Demumq; ità apud latinæ linguæ Authores, Plin. lib. 8. cap. 5. cum alijs per Thesaur. ling. latin. in verbo, mutilatio, & ex nostris Couar. in d. clem. si furiosus 3. part. relect. num. 6. ante med. vbi quod mutilus dicitur, cui membrum aliquod fuerit omnino abscissum, & in specie, quod non mutilatus, sed mancus dicitur, qui membrum habet debile, & aridum.

Cæterum in casu, de quo agitur, res nullam patitur difficultatem, dum prætensum mandatum ex eadem depositione, in qua fundatur Curia, constat, non fuisse genericum, sed restrictum ad debilitationem bracchij, seu illud mancum reddendum, postquam certum est, non solum vulnera in bracchio non censeri læthalia ex aliàs allegatis, sed neque etiã læthalis est bracchij totalis abscissio, & detruncatio, vt sæpius experientia cognitum fuit, c. quam sit, de elect. in 6. ex vulgaribus: in pœnalibus autem non esse significationes nominum ampliandas, inquit etiam in terminis verbi, mutilationis Tolet. in summ. d. lib. 1. cap. 76. ad med. vers. nam in pœnalibus.

Remissoria autem petita minimè deneganda, quia
4 regula negatiua, quod in criminalibus remissoria non sit concedenda, iuxta text. in auth. apud eloquentissimum, C. de fid. instrum. intelligitur, vbi remissoria vel petitur à Fisco, aut accusatore ad verificationem delicti contra accusatum, Boccac. de litter. remiss. cap. 3. num. 19. Hier. de Feder. resol. 49. per tot. post lib. 2. Cons. Farin. idẽ Farin. de testib. quæst. 77. num. 71. Caputaq; decis. 62. n. 2. & decis. 63. nu. 3. par. 3. Rot. decis. 503. nu. 4. par. 2. rec. Greg. decis. 414. num. 10. vel pro repetendis testibus contra eumdem Reum pro informatione Curiæ examinatis, vt ibidem per eumdem Farin. num. 75.

6 Secus verò quando petitur remissoria pro parte Rei inquisiti, & ad eius defensionem, vt puta quando vellet probare negatiuam, Salice t. in d. auth. apud eloquentissimum, nu. 3. in fin. Foller. Bertaz. Simon de Pret. & alij relati per eumdem Farin. d. quæst. 77. num. 104. vbi num. seq. ampliat non obstante prætextu timoris subornationis.

7 Et nihilominus à regula etiam receditur, tùm quando testes non essent de Iurisdictione illius loci, vbi tractatur causa, siue causa sit, siue non sit capitalis, Bald. d. auth. apud eloquentissimum, num. 1. & seq. Seuerol. de litter. remissorial. cap. 4. num. 8. Gail. pract. obseruat. quæst. 6. num. 10. in fin. & num. seq. lib. 1. cum alijs per Farin. de testib. d. quæst. 77. num. 92. attestans sub num. 96. de veriori, & magis recepta, & num. 97. & seq.

8 Tùm etiam, quando agitur de transmittendo Notarium, seu Commissarium ad locum, ad quem petitur remissio; cum enim aliud sit committere examen testium, & aliud remittere, Commissarius absque dubio non est denegandus, Farinac. attestans etiam in praxi id passim obseruari, d. quæst. 77. num. 114.

Cessat autem quicumq; dubitandi locus, dum ad in-
9 stantiam Fisci, destinati, & transmissi fuerũt Commissarij pro examinandis testibus contra ipsum accusatum, præmissis non obstantibus, nam ratio seruandæ æqualitatis iuxtà l. fin. C. de fruct. & lit. expens. quemadmodum propterea efficit, vt qui
10 sententiam non exequibilem exequutioni demandauit, conqueri nõ debeat de simili exequutione contra se emanata, & è contra, quod in eo casu, in quo licuit vni appellare in casu non appellabili, ita pariter alteri licere debeat, Franc. decis. 136. num. 2. & seq. Gregor. decis. 581. per tot. Rot. in Anconitana hæreditatis 11. Martij 1616. coram R.P.D. Verospio.

11 Ita quoque modus, qui in testium examine fuit ad fauorem vnius Partis seruatus, idem seruandus

uandus sit ad fauorem alterius, non obstante nullitate, Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. primo, in annot. contr. nullit. & attent. num. 73. vers. vel si par forma, ex Rot. in Auximana tutelæ 16. Februarij 1592. coram Penia, atq. ita etiam firmauit Rot. in Ianuen. Pecuniaria 18. Iunij 1612. & in d. Anconitana hæreditatis coram R. P. D. Verospio.

ARGVMENTVM.

De admissione Articulorum in criminalibus. An sint admittẽdi Articuli obiectiui, quando sunt de Iure dantis.

An iudicium peritorum in probatione corporis delicti infringi possit ex iudicio peritiorum.

De concussionibus, & suggestionibus, & artibus habentibus admixtas simulationes, quibus quandoq; vtuntur Iudices.

SVMMARIVM.

1 *Articuli non obstante quod prætendantur calumniosi, & impertinentes, admittuntur cum clausula, saluo Iure impertinentium, & non admittendorum.*

2 *Iudex non potest denegare defensionem.*

3 *Princeps quamuis tollere possit defensiones, tamen non consueuit eas tollere, nisi vbi delictum est plusquam notorium, vel timetur de Populi tumultu.*

4 *Defensiones non denegantur etiam* Reis *confessis, vel conuictis.*

5 *Defensiones non denegantur etiam in atrocissimis, & in crimine læsæ maiestatis,*

6 *Falsitas excluditur data possibili veritate in contrarium pendente à qualitate probationum.*

7 *Articuli quamuis obiectiui sunt admittendi, quando sunt de Iure dantis.*

8 *Articuli de Iure dantis sunt, quando ex eorum probatione resultat exclusio Partis aduersæ, & defensio articulantis.*

9 *Articuli de Iure dantis sunt, quando actio, vel exceptio directè descendit à Iure dantis, quamuis in personam, vel famam alterius aliquid impugnent.*

10 *Articuli, qui prætenduntur calumniosi, admittuntur, quando sunt de Iure dantis.*

11 *Concussio committitur etiam mediante mendacio, quamuis expressè metu non inferatur.*

12 *Articuli sunt pertinentes, qui qualitercumq; Causæ adminiculantur, etiam leui præsumptione, & quoquo modo prodesse possunt.*

13 *Peritorum iudicium infringitur ex iudicio peritiorum præsertim plurium, & digniorum.*

14 *Sententia lata à Iudice super iudicio peritorum retractari potest ex meliori iudicio, nec transit in iudicatum.*

15 *Occisus quando quis reperitur cum laqueo ad collum potius à se ipso, quàm ab alio, præsumitur occisus.*

16 *Peritorum illud iudicium attenditur, quod habet meliores rationes.*

17 *Impossibilitate stante neq; etiam Reorum confessiones aliquid operantur.*

18 *Confessio vt noceat verificanda est in qualitatibus, & circumstantijs.*

19 *Confessio extorta mediantibus artibus habentibus admixtas fictiones, & mendacia, non præiudicat.*

20 *Iudex non debet artibus, & fictionibus vti, nisi concurrente æquitate, & iustitia.*

21 *Defensiones quando fuerunt denegatæ ex reiectione articulorum, processus est nullus, etiam si non fuerit appellatum.*

CONSILIVM XVIII.

Articuli producti pro parte D. Marchionis, non obstante quod à Fisco, & adhærentibus prætendantur falsi, calumniosi, impertinentes, & ir-
1 releuantes, nisi iuxtà eorum iam sequutam admissionem cum solita clausula, saluo Iure impertinentium, & non admittendorum, ex relatis per Guazzin. defens. 28. cap. 3. num. 1. Rot. decis. 25. de testib. in antiq. & decis. 503. num. 2. in fin. p. 2. rec. denuo, quatenus opus sit, admitterentur, cùm agatur de vita, reiectio esset apertissima denegatio defensionis Iure naturali competentis,
2 adeo vt Iudices sine causa defensionem denegantes dixerint esse homicidas Marsilius, alijq; relati
3 per Farin. quæst. 39. n. 73. & ipsos Principes, quamuis ex causa iusta Ius naturale, & consequutiuè defensiones tollere possint, tamen neque id agere, neque Reorum defensiones angustare consueuisse, nisi vbi delictum est plusquam notorium, vel quando timetur de popoli tumultu, dixerint quoque relati per eumdem, Farin. eadẽ quæst. 39. num. 24. & per Guazzin. defens. 29. cap. 4. nu. 7.

Atq; hinc est, quod defensiones nedum denegandæ non sunt quibuscumq; ex textu in l. defensio-
4 nis facultas 7. C. de iur. fisc. lib. 10. sed nec etiam Reis confessis, vel conuictis, Farin. d. quæst. 39. num. 32. Cabal. resolut. 41. num. 2. & resolut. 262. num. 12.

Et hoc ipsum procedit in atrocissimis, immò etiam
5 in crimine læsæ Maiestatis, Boss. de indit. & consid. ante tort. num. 68. & seq; Clar. §. fin. quæst. 49. n. 3. Gig. de crimin. læsæ Maiest. tit. qualit. in crim. Maiest. proced. quæst. 19. num. 3. Roland. cons. 12. num. 59. & plurib. seqq. lib. 3. Vulpell. cons. 21. num. 3. Pedemont. decis. 79. num. 12. & seq. Farin. d. quæst. 39. num. 15. & quæst. 18. num. 3. & cons. 156. num. 46. lib. 2.

Neque obstat prætextus falsitatis articulorum, quia obiectum est contra regulam Iuris, quod data
6 possibili veritate in contrarium à qualitate probationum pendente, semper excluditur falsitas, Boss. de fals. num. 133. Surd. cons. 132. num. 20. Rot. post lib. 2. cons. Farin. decis. 121. num. 2. vers. si quidem.

Non etiam obstat, quod articuli prætendantur ca-
7 lumniosi, quoniam articuli quamuis obiectiui semper sunt admittendi, quando sunt de Iure dantis; tale enim Ius dicitur Partem in prætensione, quam habet, impediens, adeout non recipiatur tanquam obiectus, sed vt Ius Partis, Rot. decis. 661. num. 2. ad fin. p. 2. rec.

Quod autem articuli sint de Iure dantis non obstante, quod

te, quod eorum materia sit obiectiua, liquet,
8 tum quia ex probatione articulorum resultat exclusio Iuris Partis aduersæ,& defensio huius Partis, quo casu non dubitatur,quin articuli, quamuis obiectiui sint admittendi, Clem. constitutionem.4.de elect. Oldrad. cons.116.num. 3. vers. illi enim,Rot. decis.18.de except. in antiq. & decis.1. de sequestr. poss.& fruct.in nou. Cassador.decis. 2. de except. Put.decis.21. num.5.lib.1. in correct. & Rot. decis.309. num. 1. post lib.2.consil. Farinac.

Idque admittitur quoque in Causis criminalibus,
9 quia, vt dicantur articuli de Iure dantis, non consideratur solùm, an in personam, vel famam alterius aliquid impugnent, sed consideratur, an causa vndè competit Ius agendi, vel excipiendi directè descendat à Iure dantis, vt ex d. clement. constitutionem 4. de elect. firmat Rot. decis. 1. num.3. de accus.in nou.

10 Adeout nec etiam denegari possit admissio articulorum, qui essent calumniosi, quando sunt de Iure dantis, vt per Rot. decis. 26. num. 1. de testib. in antiquis.

Tum etiam quia(declarando me loqui in abstracto) non esse nouum, quandoq; Iudices, & Officiales inferiores committere concussiones, inquitGabr. Berart. in Specul. visit. sæcularis omnium Magistratuum. tit. de Iudicib. & alijs Officialibus fol. mihi 217.nu.1.vndè text.in l.1. ff. de concuss.Con-
11 cussio autem dicitur etiam committi mediante mendacio, quamuis expressè metus non inferatur,ex pluribus adductis per eumdem Berart. vbi supra nu.39. Hinc namque non videtur ab exemplo reiectionis huiusmodi articulorum aperienda via tectorio eorum audaciæ, ex verbis, & ratione, quibus in simili vtitur, & comprobat dicens exinde truncari,& diminui defensionem, Mastrill.de Magistr.lib.6.cap.2.num. 24.ante fin.

Neque etiam afficit prætextus, quod articuli sint impertinentes, quia conclusio & si vera in Iure, non tamen applicabilis est facto,ex quo pertinen-
12 tes censentur articuli, qui non solùm directè, & principaliter ad Causam faciunt, sed etiam qui qualitercumque Causæ adminiculantur,etiam leui præsumptione, cum immò etiam pertinentes censeantur articuli, qui quoquo modo articulantibus prodesse possunt, Bald. in cap. licet causam num. 33. de probat. Afflict. decis.7. num. 1. Franc. Marc. decis. 564. numer. 2. par. 1. Gail. pract. lib. 1. cap. 80. numer. 4. Honded. cons. 18. num. 30. & seqq. lib. 1.

Demum nec releuat, quod articuli prætendantur irreleuantes, quoniam apertè de releuantia constat; Siquidem omnes articuli ad duo capita in substantia restringuntur, primum scilicet concernens exclusionem prætensæ probationis corporis delicti, secundum concernens probationem concussionis cum mendaci assertione ijs, qui prætenduntur confessi, quod D. Marchio pro se, & illis se cum Fisco composuisset, aliasque suggestiones relatas in facto.

Quoad primum, Curia probationem corporis delicti desumit ex attestatione duorũ Chirurgorũ, qui effossum cadauer Caroli viderunt. Hæc autẽ attestatio consistens in eorum iudicio, quod Caroli mors nõ potuerit ex laqueo in eius collo reperto,ob eiusdem mortui scelus cõtingere,quodque mortuus fuerit ex percussionibus pluribus in capite cum instrumento contundente, & percutiente, admittere debet probationem contrariã, tum quia, cum alter ex assertis peritis sit peritus ordinarius, quo Curia vtitur, & alter peritus in Castro Genzani, non videtur dubitandum, quin
13 alij inueniantur peritiores, qui reiectis rationibus,in quibus asserti periti se fundant,possint meliori iudicio meliores rationes afferre, quamobrem, nec de hac releuantia dubitari possit, ex adductis per Farin. quæst. 75. num. 124. Et præsertim dum hæc Pars plures peritiores,& digniores desuper examinari intendit, vt per eumdem Farin. quæst. 127. num. 141. post princ. vers. regulariter magis creditur; quamobrem etiam sen-
14 tentia lata à Iudice super iudicio peritorum, potest quandocumque retractari ex meliori iudicio, ac si esset per falsas attestationes, cum nunquam talis sententia in iudicatum transeat, Farin. eadem quæst. 127. n. 128. Guazzin. defens. 4. c. 12. num. 4. & plurib. seq.

Tum etiam quia pro contraria admittenda probatione plura satis vrgentia concurrunt.

15 Primò,quia experientia docet, vt plurimum, quod tales mortui reperti cũ laqueo ad collum, potius a se ipsis, quàm ab alijs suspensi præsumũtur, cum non sit verisimile, quod qui alterum interimere velit,hoc mortis genus inferat, vt in terminis per Farin. quæst. 2. num. 29. post med. & post vers. sed & horum opinio vers. & particulariter in eo, qui laqueo. Et præsertim hoc casu, quo offertur probatio, quòd idem Carolus sciẽs, se ex furtis condemnatum in Curia Gubernatoris ad seruandum exilium iniunctum sub pœna Triremium ad septennium, & contrauenisse, audito die præcedente eius mortem, se ex ordine D. Marchionis transmittendum carceratum ad Vrbem, declarauit,se prius velle laqueo suspendere.

Secundo, quia rationibus adductis per Chirurgos prædictos aduersatur visum, & repertum, ac processus informatiuus assumptus in hac ipsa Causa pariter exhumato dicto cadauere à Commissario,
16 & Notario A.C. qui iuxta relata in facto, meliores habet rationes,Farin. d. quæst. 127. num. 143.

Tertio,quia ijdem Chirurgi in eorũ depositionibus descripserunt duas cicatrices, quas Carolus prædictus habebat in capite, declarantes eas antiquas, nulla facta prorsus mentione, quod in eo adessent aliquæ cicatrices, vel offensiones recentes, & de reperitione sanguinis congelati, ac nigri in occipitio fecerunt solùm mentionem,postquam cutem capitis in modum crucis, vsque ad ossa inciserunt,quandoquidẽ exinde liquet,quod non solum inuerisimilia deposuerunt, sed eorum iudicium detegitur falsum ex impossibilitate fa-
17 cti, dum iudicarunt iuxta eorum assertam peritiam, Carolum prædictum obijsse ex percussionibus pluribus in capite,& tamen de illis vestigia non remanserunt, nec etiam in ipsa cute, quo casu neque etiam Reorum confessiones aliquid operantur, Farin. cons. 106. num. 11. ad med. & num. 13. & cons. 166. num. 23. & quæst. 81. n. 30.

Et præcipuè cum in hoc casu ij, qui confessi dicuntur, declarauerint percussiones fuisse duas in capite à parte posteriori cum malleo ferreo assumpto ex Apotheca Ferrariæ, & tamen neque hæc,
18 neque aliæ circumstantiæ relatæ in facto fuerint verificatæ, sicut ad effectũ, vt confessiones noceant, requiritur, Farin. d. q. 81. n. 30. & cons. 19. num.40. lib. 1. Guazzin.d. defens.4. cap.2. num. 8.

Quo-

Quoad secundum concernens concussiones, & suggestiones, de quibus in facto, nec etiam dubitandum de releuantia, quoniam & si liceret ad eruendam à Reis veritatem adhibere artes, & simulationes, tamen omnino prohibetur admiscere cum illis fictiones, & mendacia, adeovt etiam
19 confessiones sic extortæ nullatenus noceat, Boss. de exam. Reor. num. 14. vers. & illa confessio, Soc. in c. qualiter, & quando, il secondo, num. 97. de accus. Afflict. in constit. Regni incip. inter cæteras, rubr. 44. in 3. not. num. 3. & seq. Chartar. de interrog. Reis, lib. 2. cap. 1. num. 53. & seqq. & num. 78. Farin. quæst. 81. num. 305. & 309. in fin. & 311. & 314. & cons. 83. num. 6. & seqq. lib. 1.

Qua ratione Curia neutiquam se fundare potest in exemplo Salomonis in 3. Regum, cap. 4. relato in c. afferte 2. de præsumpt. cum alijs per Bart. in l. de minore, §. plurimam, ff. de quæst. & in exemplo Caroli Magni, de quo Farinac. d. quæst. 81. num. 301. & d. cons. 83. num. 7. in princ. nam si-
20 mulatio in ijs casibus tendebat ad eruendam veritatem ad finem laudabilem, vt scilicet inter duos, quorum vnum certum erat deliquisse, & alterum esse innocentem, saluaretur innocens, secus verò remota hac certitudine, & consequutiuè d. fine, quia hoc casu has simulationes, & fictiones, ac suggestiones esse extirpandas, exclamant omnes, Farin. ead. quæst. 81. num. 313. & Additio prima ad d. cons. Farin. 83. vers. dicant tamen quicquid velint, & vltima Additio vers. sed & generaliter, idemq; Farin. cons. 185. num. 7. 13. 14. & seq. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 86. num. 25. & seqq. Hector. Felic. alleg. 106. num. 2. par. 2.

Magisq; quando monitiones, & persuasiones, quæ fiunt Reis, ac testibus sunt admixtæ mendacijs, vt per Farin. cons. 226. num. 29. & num. 38. & seq. vbi contrarijs omnibus respondet, lib. 3.

Quamobrem certum est, non solum denegationem
21 defensionum resultantem ex reiectione articulorum, iustam præbere causam appellandi, sed post negatam articulorum admissionem processum, actaq; omnia ipso iure esse nulla, etiam quod non fuisset appellatum, ex textu in clem. pastoralis, 2. col. penult. post med. vers. præsertim sic graui delato. de re iud. Farin. cons. 156. nu. 24. post med. vers. responsio prima est facilis. lib. 2.

Et in terminis, quod à reiectione articulorum, ex eo quia auferat defensionem consistentem in probationibus, ac propterea inferat grauamen irreparabile per deffinitiuam detur appellatio, Natt. cons. 172. num. 2. post med. vers. modò in proposito. Surd. decis. 36. num. 17.

ARGVMENTVM.

De eadem re. An articuli pro prætenso mandante sint admittendi, etiam si concernant defensionem prætensi mandatarij confessi.

SVMMARIVM.

1 *Defensiones Reo denegari non debent, etiam in casu, in quo per indirectum suffragari possent prætenso socio criminis etiam confesso.*
2 *Correlatiuorum idem, & inseparabile est iudicium.*
3 *Correlatiuorum qualitas defensionis est indiuidua.*
4 *Aduocati eas omittere non debent defensiones, quæ tendunt ad processus nullitatem, & insubsistentiam.*
5 *Corpus delicti non probatur per publicam vocem, & famam, quando probari potest per euidentiam facti.*
6 *Corpus delicti non probatur per famam, stante fama contraria.*
7 *Impossibilitatis ratio est efficacior cæteris.*
8 *Ratio sola est ea, quæ iustificat, restringit, & destruit dictum.*
9 *Confessio verificari debet in qualitatibus, & circumstantijs præsertim substantialibus.*
10 *Fractura capitis, & fractura colli differunt.*
11 *Discretiua dispositio operatur, vt vnum non comprehendat alterum.*

CONSILIVM XIX.

Scripsit D. meus Fiscalis apparenter contra eos, quos prætendit mandatarios D. Marchionis, sed existenter scripsit contra eumdem D. Marchionem assertum mandantem, quatenus impugnat eorum articulorum admissionem, qui dati pro parte eiusdem D. concernunt exclusionem probationis corporis delicti, & extortas à prætensis mandatarijs confessiones improbatis artibus. Quamobrem muneris mei est tueri, quod superius scripsi, huiusmodi articulorum reiectionem esse iniustam, & appellabilem, itaut nec discussio huius materiæ ex arbitrio regulato di-
1 uidua censeri possit, nec attendi, quod defensio D. Marchionis, in hac parte per indirectum suffragari possit assertis mandatarijs, & si confessis, immò etiam condemnatis, vt plene per Farinac. cons. 73. incip. videbatur prima facie, per tot, lib. 1.

Indubitatum namque est, quod denegari non potest defensio in casu, in quo illa etiam suffragari possit prætenso socio criminis. glo. in cap. si quando. in verbo, per exploratores. in fine. vers. item per socium 2. q. 6. & in cap. statuit. in verbo, alter illorum. vers. nisi velis, 2. quæst. 4. Bart. de Valmarino cons. 69. num. 46. inter crim. diuers. lib. 1. Iul. Scarlatt. cons. crim. cons. 114. num. 21. & seqq. eodem lib. 1. diuers.

Magisque ex ipsa ratione, in qua exaduerso insistitur quod asserti Rei prætendantur mandatarij, & D. Marchio mandans tum ex regula generali, quod
2 correlatiuorum idem, & inseparabile debet esse iudicium, Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 33. n. 1. & seqq. Farin. dicto cons. 73. num. 7. lib. 1.
3 Tum quia correlatiuorum qualitas defensionis operatur indiuiduitatem, Aretin. cons. 25. nu. 3. vers. circa secundum. Couar. pract. c. 34. num. 2.

Quamobrem cum absolutio æquè resultare possit nedum ob extortas malis artibus confessiones, sed etiam mediante exclusione probationis corporis delicti, non videtur dubitandum, quin satis constet de releuantia articulorũ D. Marchio-
4 nis, & præsertim cum Aduocati eas omittere minimè debeant defensiones, quæ tendunt ad processus nullitatem, & insubsistentiam, Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 5. cap. 37. num. 1. in fine. Nouell. in tract. ad defensam. cap. 1. num. 1. vers. alia, quæ respiciunt processũ, non obstante, quod

alios consequutiuè iuuent, ex præallegatis.

Non obstat igitur, quod corpus delicti probetur etiam ex publica voce, & fama, ex Farinac. quæst. 2. num. 29. vers. & vna; tum quia conclusio recipi-
5 tur solum, quando corpus delicti non potest probari per euidentiam facti, secus verò, quando probabile est per facti euidentiam. Boss. de delict. nu. 16. prout ex eo declarat idem Farinac. d. quæst. 2. num. 27. post med. vers. Bossius, idemque Foller. exaduerso pariter adductus, in pract. crim. in verb. item quod suffocauit vxorem. num. 16. ante med. idemque Marsil. cons. 5. in princ. & num. 24. lib. 1.
6 Tum quia receditur à præfata conclusione, ex probatione contrariæ famæ, & præcipuè cum in hoc casu de contraria fama, quod scilicet Carolus se ipsum iuxta præcedentem sui ipsius declarationem suffocauerit, constet etiam ex processu informatiuo A.C. & alijs deductis in facto, desumptis etiam ex informatiuo Illustrissimi Gubernatoris, idem Farin. ead. quæst. 2. num. 27. prope finem. vers. & isto casu.

Quod verò attinet ad probationem corporis delicti per rei euidentiam dixi ambos assertos peritos iuxta eorum peritiam iudicasse, Carolum mortuum fuisse ex percussionibus sibi illatis in capite cum instrumento contundente, sed quia ijdem periti affirmauerant, se contusiones vidisse, postquam caput fuerat à primo perito prius in cute, & pericranio incisum; ideo articulabatur, hanc peritorum relationem fuisse ineptam, dum nulla visa fuit in cute laceratio, ac proinde iure posse per peritiores probari contrarium ex ratione im-
7 possibilitatis, quam rationem idem D. Fiscalis admittit cœteris efficaciorem, dum adduxit ad ad hoc Rotæ decisionem 285. num. 2. post lib. 2. cons. Farin.

Cœterum cum D. Fiscalis in sua informatione dicat, non referre, quod periti dixerint, Carolum mortuum esse ex percussionibus, ex eo quia ijdem periti dixerint, in collo eiusdem Caroli plures inuenisse contusiones, tumores, ac liuores, & quia nesciretur præcise, vnde obtrucantio colli processisset, bene dixerint, eumdem mortuum esse ex percussionibus, eiusmodi responsio minus subsistens videtur, quoniam quoad mortem ex obtrūcatione colli constat, eam impossibilem fuisse, ex eorumdem peritorum iudicio, dum idem peritus Charitatis fatetur, non essere à sufficienza la forza d'vn huomo à romper l' osso del collo, vt ex processu nobis tradito fol. 41. cum quo perito concordat etiam Chirurgus Castri Genzani in omnibus, vt eius examine, eodem processu fol. 42. & seqq.

Quoad verò mortem ex causa percussionum in collo saluari posset forsan eorum iudicium, vbi deposuissent de contusionibus apparentibus ante dictæ cutis, & carnis incisionem simpliciter, sed cū nō simpliciter, sed qualificate deposuerint, esser morto per botte, e percosse hauute in testa, sic nāque deponit peritus Charitatis, dicto processu fol. 41. atque ita etiā deponit peritus Castri Genzani hisce præcisis verbis, io dico, che detto Carlo è morto di botte, e contusioni hauute in capo, vt in eodē processu fol. 43. ante finē, sequitur apertissimè, quod iudiciū peritiorum reijci iure nō potest, non obstante conclusione, quod periti, qui deponunt super facto sibi proposito, cedere debeāt peritis, qui de visu corporis deposuerunt, postquā ex præmissis patet, punctum, de quo quæritur, versari circa rationes per peritos prædictos adductas, & alias per alios, quos peritiores etiam fore probabitur, adducendas. Ratio namque sola
8 est ea, quæ iustificat, restringit, & destruit dictum, vt per Farinac. de testib. quæst. 70. num. 12.

Neque ad probationem corporis delicti suffragari possunt Reorum confessiones, quia præter id, quod asserti Rei inter se in pluribus substantialibus sunt contrarij, & signanter respectu personæ, à qua processerit obtruncatio colli, vulgaris est conclusio, quod confessiones quæcumque ad probationem corporis delicti minimè suffragantur, & præsertim, cum non afficiant nedum quādo non sunt verisimiles, probabiles, & possibiles,
9 sed etiam quando in earum circumstantijs, & qualitatibus præsertim substantialibus per Reos confessatis non sunt, sicut fieri debet, verificatę. Hoc enim est, quod in verbis firmat idem Farin. exaduerso etiam adductus, quæst. 81. numer. 30. per tot. vbi quod Iudicantes alioquin sunt puniēdi, quamobrem ex ipsa Farinacij auctoritate, & Soc. per eumdem allegata in c. qualiter, & quando, il 2. num. 975. & 1102. de accus. constat in assertis confessionibus fundamentum ad probationem corporis delicti fieri sufficienter non posse, postquā nec verificata fuit circumstantia, & qualitas mallei ferrei, & cordæ strozzino, nuncupatæ, etiam ab eisdem peritis, nec aliæ relatæ, in facto, quamuis, & malleum ferreum, & dictam cordam deuenisse ad manus Notarij Causæ, & ab eodem retentionem fuisse in ipso processu annotatam, ex eodem processu liqueat; has enim esse circumstantias, & qualitates verificandas tanquā substantiales, satis patet ex eodem Farinac. quęst. 81. eod. num. 30. post princ. vers. si Reus dixerit, se vulnerasse cum aliquo ferro.

Cum autem Curia ad probationem corporis delicti nihil aliud habeat, quam dictorum peritorum relationes restrictas ad prouenientiam mortis ex percussionibus in capite, sequitur, quod non solum reijci minimè potest oblata probatio per peritiores ob falsas eorumdem peritorum rationes, in quibus declararunt, easdem relationes fundasse ex iam deductis, sed quod nulla probabili ratione defendi potest, quod mors sequuta fuerit ex fractura colli, tum quia omnino differt caput
10 à collo, cum caput appelletur totum, quod est supra collum, vt per Galenum de Hippocratis, & Platonis decretis, lib. 3. prima par. pagin. mihi 247. in fin.

Tum quia eiusdem quoque sensus ijdem periti fuerunt, dum discretiue loquuti fuerunt de capite,
11 & collo, & certum est ex discretiua dispositione vnum alterū minime comprehendere, Seraphin. decis. 1436. num. 12. Rot. decis. 627. num. 8. par. 2. recent.

ARGVMENTVM.

De eadem re. De mandatarijs confessis homicidium exculpantibus mandantem.

De nullitate repetitionis mandatariorum cum interrogatorijs prætensi mandantis.

An mādatum ad occidendum excludatur non probata causa ratiocinatiua, & proportionata.

SVMMARIVM.

1 *Exculpatio proueniens à prætenso mandatario, seu socio criminis in articulo mortis tollit vires prioris inculpationis, ita vt exculpatus torqueri non possit.*
2 *Qualitas non datur sine subiecto.*
3 *Confessionis reuocatio resultat etiam ex necessario antecedente.*
4 *Exculpatio tollit vires prioris inculpationis, quando inculpatio erat sola, & nuda, secus verò quando ex alijs concomitabatur præsumptionibus, & coniecturis.*
5 *Testes & socij criminis pro informatione Curiæ examinati non faciunt inditium nisi formiter repetiti, vel habiti pro ritè, & rectè examinatis.*
6 *Testium repetitio nulla, perinde est, ac si non fuisset facta.*
7 *Interrogatoriorum resecatio intimanda est Parti.*
8 *Interrogatoria vt resecari possint, constare debet de iustitia resecationis.*
9 *Interrogatoria in dubio non sunt resecanda.*
10 *Interrogatoria ordinatim sunt facienda, & in sua diuisione manentia.*
11 *Interrogatoria fieri debent à Iudice prius in genere, quam in specie.*
12 *Ex Testibus legitime non repetitis, quando mortui sunt, & repeti propterea non possunt, non sumitur inditium ad torturam.*
13 *Socius criminis non facit inditium nisi tortus in faciem inquisiti.*
14 *Causa delinquendi cessante, cessant inditia.*
15 *Causa delinquendi cessante, non attenditur confessio.*
16 *Vindicta transuersalis non est præsumenda.*
17 *Iniuria illata famulo non dicitur præbere Domino causam delinquendi, quando non fuit illata in contumeliam ipsius Domini.*
18 *Testis de auditu nullum nominando, à quo audiuerit, non probat.*
19 *Testis inuerisimilia deponens, non probat.*
20 *Causa delinquendi non afficit, nisi iustificetur proportionata delicto, de quo agitur.*
21 *Causa possibilis impulsiua, quæ impetu mouet animum, non attenditur in delictis, quæ deliberatè committuntur, sed ratiocinatiua, & proportionata.*
22 *Inimicitia leuis pro causa offensionis non attenditur, quando alter cum offenso habet inimicitiam grauiorem.*
23 *Fama post incohatam inquisitionem, & querelam Partis, censetur ab ipsa Parte originem habuisse.*
24 *Inuerisimile est, quod quando quis vti potest facili modo delinquendi, velit plures personas ad delinquendum conuocare.*

CONSILIVM XX.

D. Marchio iustissimè instat pro absolutoria, dū neque prætensæ Reorum confessiones, neque alia, quæ exaduerso obijciūtur inditia, attento statu huius Causę eius innocentiam vllatenus afficiunt.

Non enim assertæ confessiones, quia præter alia adaersus illas iam deducta, vndique de innocentia D. Marchionis apertissimè constat ob exculpationem eorumdem illorum trium, qui in articulo mortis pro exoneratione eorum conscientiæ eam talem declararunt, cum enim separati, tam in confortaria, quàm in ipso patibulo ante, & post confessionem sacramentalem, sanctissimamque acceptam Eucharistiā confessi fuerint fuisse omninò falsā dicti D. Marchionis inculpationē, & de hac exculpatione liqueat per scripturā adnotatam in ipsis libris, qui ex officio scribuntur ab ipsis confratribus confortatoribus, quique in eadem Societate semper asseruati fuerunt, & asseruantur, vtique negari non potest, quin pro veritate exculpationis, & declarationis innocentiæ inculpati suffragentur, & propterea taliter
1 vires prioris depositionis, & inculpationis fuerint eneruatæ, vt primo loco inculpatus nec vllo modo torqueri posset, siue illi, qui prius deposuerunt assumpti prætendantur, vt testes, siue, vt mandatarij, aut socij criminis, vt ex magis communiter recepta, & verissima opinione testatur, & plenè comprobat Farin. quæst. 46. nu. 68. & 69. & nu. 71. & 74. & nu. 108. & 109. & cons. 55. n. 5. & num. 16. lib. 1.

Et præsertim cum de eadem exculpatione constet ex ipsa repetitione eorumdem, dum omnes negarunt, se homicidium, quod prius confessi fuerant, commisisse, hinc namque satis resultat exculpatio D. Marchionis ex necessario anteceden-
2 te, cum non detur qualitas sine subiecti substantia, Boss. de delict. num. 26. post med. vers. nam qui vult probare, & num. 32. Farin. cons. 184. n. 46. ad med. vers. vbi nō est aliqua substantia, lib. 2.
3 cumque nulla sit dubitatio, quin ex necessario antecedente resultet prioris confessionis reuocatio. Crescen. decis. 2. num. 1. de Iudic.

Neque obstat distinctio Marsilij, & nonnullorum eum sequentium, quod exculpatio iuuet incul-
4 patum, per testes, seu socios criminis, quando illa erat nuda, sola, & sine alijs inditijs, & coniecturis, ex quo tunc congruit ratio, quod exculpatio subsequens, & reuocatio inculpationis facta in articulo mortis, & patibulo, prout inculpatio, & inculpationem tollat, secus si prima inculpatio habuerit ex alijs coniecturis, & præsūptionibus concomitantiam, ex Marsil. & alijs relatis per eumdem Farin. ead. quæst. 46. num. 72. quia quoad hoc secundum caput satis est, quod distinctio prædicta eneruet inculpationem, & cōgruat ratio ab exculpatione prouenieus, vt intelligit idē Farin. eadē q. 46. n. 73. quoad verò alia prætensa inditia extra inculpationē prętensa satis ex sequentibus sublata funditus remanebunt.

Cœterum assertę etiam prętensorum Reorum confessiones in aliquo nequeant afficere, quia cū non
5 dubitetur, quin examinati pro Curię informatione nullum faciant inditium, nisi fuerint formiter repetiti, ac etiam habiti pro rite, & recte examinatis, Bart. in l. fin. numer. 9. ff. de quæst.

Honded.

Honded. conf. 101. num. 12. lib. 1. Farin. quæst. 72. num. 133. verf. contra, Caball. refol. 55. in princ. & refol. 269. num. 9. & feq. Caputaq. decif. 207. Seraphin. decif. 1359. num. 4. repetitio, in qua Curia hoc cafu infiftit tanquam nulla, &
6 inefficax perinde haberi debet, ac fi nullatenus effet facta. l. non putauit. §. non quęuis, vbi Bart. ff. de bon. poffeff. contr. tabul. Surd. decif. 51. n. 13. & feq. Gregor. decif. 496. num. 9.

Conftat autem de afferte repetitionis nullitate, & inefficacia, tum quia ex interrogatorijs productis pro parte D. Marchionis, fuper quibus inftetit repetendos interrogari, præuia alias de nullitate proteftatione, interrogatoria plura fuerunt refecata per Curiam, nedum minimè D. Marchio-
7 ne citato, fed nec etiam fibi hac refecatione, mediante intimatione, patefacta, quemadmodum de iure, etiam quod Iudices ex officio refecationem facere poſsint, tamen illa eft patefacienda, vt firmant Abb. in cap. per tuas 48. num. 1. ante fin. verf. aut Iudex non patefecit. de teftib. & ibidem Felin. num. 2. ante fin. verf. primus eft, vbi etiam inquit, refecationem palam effe faciendã, quia propterea referuatur Parti, aduerfus quam fit refecatio, facultas contradicendi, & intra dies decem appellandi, vt inquit idem Abb. vbi fupra verf. circa tamen prædicta ego diftinguerem, &
8 præfertim, cum neque etiam exaduerfo doceatur de iuftitia aliqua refecationis, ex prætextu, quod interrogatoria refecata effent captiofa, & impertinentia, ficut in omnem cafũ neceffe erat de hac prætenfa iuftitia conftare, vt ijdem Abb.
9 & Felin. comprobant, cum in dubio interrogatoria non fint refecanda. Franc. in c. præfentium 2. §. teftes num. 6. de teftib. in 6.

Tum etiam quia non folum Iudices à confueta formà repetendi, iuxta fcriptum interrogatoriorum ordinem recefferunt, fæpius ordinem præfcriptum præpofterando, fed etiam, quia fæpius abfque interrogatoriorum euacuatione dimiferunt examen, & demum fub hac interrogãdi imperfectione repetendos vltimo exequuto fupplicio dam-
10 narunt, quandoquidem interrogationes ordinatim funt faciendæ, interrogatorijs in fua diuifione manentibus, Specul. tit. de tefte. n. 21. per tot. adeout ipfi Iudices etiam in interrogandis
11 ipfis Reis debeant ordinem feruare, & fignanter prius interrogando in genere, quàm in fpecie, vt per Scac. de Iudic. lib. 1. cap. 86. num. 40.

12 Quamobrem benè procedit, quod nunquam inditia ad torturã defumi poffunt ex teftibus legitime non repetitis, quando mortui funt, & repeti propterea non poffunt, Hond. conf. 101. nu. 12. lib. 1. Farin. de teftib. quæft. 72. nu. 133. verf. contra, Caball. refol. 269. num. 8.

13 Tum, & tertio quia afferti Rei damnati nõ fuerunt torti in facie D. Marchionis, Farinac. conf. 38. num. 10. lib. 1. & conf. 156. num. 28. & 50. lib. 2. Caball. refol. 200. num. 128.

Adeout huius torturæ defectus in facie prætenfi Rei fit infanabilis, ex eodem Farin. d. conf. 156. num. 50.

Sed nec etiam aliquod ex alijs prætenfis inditijs affícit, quoniam affertum odium, ex quo Curia prætendit D. Marchionem mandatum de occidendo dediffe, omni prorfus deftruitur fundamẽ-
14 to ex defectu caufæ, adeovt ceffante delinquendi caufa omnia quoque inditia ceffare, non dubitetur, Bart. inter conf. crim. diuerf. conf. 8. n. 8. lib. 1. in magnis, Farin. d. conf. 156. n. 13. & conf. 192. n. 10. & feq. vbi quod hæc eft naturalis, & fortiffima præfumptio quafcumque alias fuperans, Caball. tract. de homicid. num. 294.

15 Adeout nec confeffio ipfa delicti attendi debeat, vbi caufa delinquendi ceffat, vt per eumdem Farin. conf. 185. num. 28. ad finem.

Neque obftat, quod de caufa liqueat ex proceffu, ex verbis prolatis per D. Marchionem in Ioannẽ Baptiftam fratrem Caroli defuncti, occafione petitæ mercedis quinque fcutorum, & quia Carolus iniuriaffet Pompeium D. Marchionis cubicularium, quodque idem Carolus in carceribus exiftens dixerit D. Marchionem velle occidere, quia nulla prorfus ex huiufmodi caufis iuftificatur; non prima, quia ceffat ex facto, dum in eodem proceffu conftat, D. Marchionem refpondiffe mercedem petenti, fe fatisfacturum reaptata via, quã male aptauerat, ceffatque etiam in Iure, cum ex
16 caufa offenfionis ab vno præfumi nequeat vindicta tranfuerfalis in alium, quod ex Conftitutionibus eft vnum ex maioribus delictis, quæ committuntur, ac proinde maiori pœna punibile, Farinac. conf. 150. num. 29. lib. 2.

Non fecunda, quia iniuriam, quæ ex proceffu probatur illata famulo, nedum minime probatur,
17 ficut requiritur, illatam fuiffe in contumeliam Domini; fed probatur contrarium, illatam fcilicet fuiffe ex caufa concubinæ Caroli à famulo amatæ, Farin. quæft. 105. num. 268.

Non etiam tertia, & quia qui hoc depofuit, nedum
18 minime fuit repetitus, fed depofuit de folo auditu nullum nominando, à quo audiuerit, ficut requiritur, Farin. de teftib. quæft. 69. num. 75. & quia alienum eft ab omni verifimilitudine, quod vafallus exiftens carceratus fub iurifdictione Domini, etiam peffimæ in eum intentionis propalauerit voluntatem eumdem Dominum occidendi.

19 Teftes autem inuerifimilia deponentes, nec inditium faciunt, Caputaq. decif. 276. num. 6. par. 3. Adeout Rota ex folo capite inuerifimilitudinis depofitionis, 13. teftes contefles reiecerit in Perufina laudi 23. Ianuarij 1619. coram bo. me. Cardinale Verofpio.

20 Ceffatque vndique omnis fcrupulus, quia probatio caufæ delinquendi nunquam fuffragatur, nifi illa iuftificetur proportionata delicto, de quo quæritur, Cafon. de indit. tract. 2. cap. 2. num. 1. & feqq. & cap. 3. num. 3. Blanc. de indit. nu. 255. & feqq. Farin. quæft. 52. num. 145. & conf. 192. n. 1. & feqq.

21 Etenim in caufarum confideratione ad Iudicãtium officium pertinet in delictis, quæ non impetu, fed deliberatè commiffa prætenduntur, difcutere, & attendere nõ poffibiles caufas impulfiuas, ex quibus impetu animus moueri potuerit, fed ratiocinatiuas, & proportionatas ad vindictæ qualitatem, quibus attentis hoc cafu de innocentia D. Marchionis minimè ambigendum, Cafon. de indit. d. tract. 2. cap. 2. num. 1. & feqq. & c. 3. n. 3. Bart. inter conf. crim. diuerf. conf. 8. nu. 8. lib. 1. Foller. in prax. crim. in verb. item quod fororem, ex num. 19. Bertaz. conf. 446. n. 20. & feqq. lib. 2. Farin. quæft. 50. num. 31. & 34. ante med. & q. 52. num. 150. & conf. 56. n. 4.

Nullaque in cafu, de quo agitur, remanere poteft
22 vmbra, dum ex ipfis teftibus Curiæ conftat,

D. Pompeium cubicularium habuisse cum D. Carolo inimicitiæ causam grauiorem. Foller. in practic. crim. in verbo accipiantur defensiones, num. 2. in fin. vers. item poterit. Franc. Marc. decis. 423. num. 27. vers. sed alia causa inimicitiæ. par. 1. Eugen. cons. 27. num. 32. & seq. lib. 1. Farin. quæst. 49. à num. 116. ad 120. & cons. 55. num. 22. & cons. 102. num. 18. & cons. 147. num. 29.

Asserta fama non etiam alicui inditio ascribi potest, quia immo statim, ac detecta fuit mors Caroli, præualuit fama, quod se ipsum suffocauerat, contrauentionis exilio, quod à statu Ecclesiastico furtorum causa habuerat, aliorumque excessuum conscius, ac quia fama orta post incohatam in-
23 quisitionem magisque querelam Partium censetur ab eisdem ortum habuisse, Boss. tit. de mandat. ad homicid. ex num. 38. vers. fama enim. Farin. quæst. 47. num. 173. & seqq. Caball. resol. 200. num. 132. & seq.

Minusque inditium elici potest, quia D. Marchio curauerit examinari testes super propalatione animi Caroli de se occidendo, quatenus ad carceres Vrbis transmitteretur, quia diffamantibus illũ dictis querelantibus potuit inquirere huiusmodi diffamationum veritatem. l. Titia 18. ff. de accus. & l. si ea quæ 7. C. qui accusat. præsertim cum ad eum tanquam vtilem Dominum eius loci spectaret inquirere veritatem eius facti. l. congruit. 13. ff. de off. Præsid.

Accedente etiam, quod omnia prætensa inditia satis, superque destruuntur ex inuerisimilitudine, quod Vir nobilissimus hactenus nunquam fuit
24 de aliquo prætenso excessu inquisitus, & quatenus voluisset dictum Carolum suum vasallum offendere, non deficiebant sibi alij modi facillimi, absque conuocatione tot personarum, quot Curia prætendit dicto casui interuenisse. Farin. cons. 193. num. 60. in fin. lib. 2.

ARGVMENTVM.

Princeps an possit præcipere puellæ subditę, ne nubat extero.

Princeps an possit pręcipere puellæ subditæ, ne proficiscatur extra Statum ad habitandum.

An puella sit sequestranda apud honestam personam, vel Monasteriũ pro exploranda eius voluntate in nuptijs, quando nõ constat de causa seductionis, aut imbecillitatis.

SVMMARIVM.

1 *Princeps censetur rescripsisse secundum Ius commune, non autem de plenitudine potestatis.*
2 *Princeps quando concedit sibi reseruata, non intelligitur concedere plenitudinem potestatis, qua ipse vti potuisset.*
3 *Princeps an præsumatur iustis de causis aliquid egisse in his, quæ non sunt Iuris positiui, sed vel diuini vel naturalis, vel gentium.*
4 ***Matrimonij libertas non est restringenda.***
5 ***Conditio, vel modus de nubendo, vel non nubendo certæ personæ, quando agitur de lucro captando valent, & adimpleri debent, Et num. 8.***
6 ***Rotæ decisiones intelligendæ sunt iuxta authoritates, quas allegant.***
7 ***Statutum quod nubentes forensibus, non succedant ciuibus, & alijs subditis, est validum.***
9 ***Statutum quamuis non valeat, quando disponit circa substantiam matrimonij, tamen secus est, quando disponit circa accessoria, nempe circa successionem, vel dotem.***
10 ***Constitutio Regni, quod non liceret cum exteris matrimonium contrahere, fuit reuocata, vti impediens libertatem matrimonij.***
11 ***Constitutiones Regni de non contrahendo matrimonia cum exteris fuerunt correctæ à Rege Catholico per generalem assensum, etiam matrimonijs, quæ cum exteris contrahuntur.***
12 ***Constitutiones Summorum Pontificum prohibentes alienationem bonorum in non subditos, excipiunt causam dotis, dummodo successores in dote veniant in Statum Ecclesiasticum ad habitandum.***
13 ***Constitutiones prohibentes alienationem in forenses non comprehendunt causam dotis, nisi exprimant.***
14 *Habitandi libertatem subditis possunt Principes restringere ex causa publicæ vtilitatis.*
15 *Habitare vbi vult cuilibet permittitur de Iure communi.*
16 *Habitare post ætatem pupillarem, & educari vbi vult, cuilibet permittitur.*
17 *Sequestratio personæ puellæ pro exploranda eius voluntate in nuptijs non fit, nisi quando puella est pupilla, vel imbecillis, & inexpertæ ætatis.*
18 *Sequestratio puellæ ad explorandam eius voluntatem in nuptiis non fit simpliciter, & authoritatiuè, sed constito de causa seductionis, aut imbecillitatis.*

CONSILIVM XXI.

Qvamuis ex parte Illustrissimæ Dominę Marchionissę Virginię de Ruinis fuerit Sanctissimo D.N. supplicatum, mediante memoriale, pro triplici prouisione. Primo, scilicet, vt Illustrissima D. Isabella de Ruinis transferri non possit extra Statum Ecclesiasticum. Secundo, vt extero nubere nequeat. Et tertio, vt assecuretur eius persona, mediante detrusione in Monasterium, ad effectũ explorandi eius voluntatem.

Attamen Sanctissimus deputata Prælatorum Congregatione, præcisè rescripsit memoriali, vt videretur in puncto Iuris, An Princeps possit prohibere, ne mulier subdita nubat extero, & deinde ad consouenda Iura addantur præmissa.

Stante autem huius rescripti qualitate, Sanctissimus
1 censetur secundùm Ius commune rescripsisse, non autem de suæ supremę potestatis plenitudine. Menoch. præsumpt. 12. num. 1. & 2. Surd. cons. 203.
2 num. 33. lib. 2. adeout neque etiam, quando Princeps concedit alicui sibi reseruata, concessio intelligatur cum illa potestatis plenitudine, qua ipse Princeps vti potuisset. Ruyn. cons. 79. num. 8. in fine, & num. 9. lib. 3.
3 Atque hinc est, quod licet controuersum sit, an pręsumatur, Principem aliquid egisse iustis de causis, vt per Menoch. pręs. 10. lib. 2. & plerique negatiuam

gatiuam teneant, cum agitur de his, quę non sunt Iuris positiui, sed vel diuini, vel naturalis, vel gentium, vt in eadem pręsumpt. 10. num. 9. in fin. & seq. & num. 33. vers. secundus casus; Tamen tenẽtes affirmatiuam intelliguntur, quando Princeps rescribit specialiter Motu proprio, secus verò ad alterius postulationem. Roman. cons. 436. nu. 19. cum alijs pluribus relatis per eumdem Menoch. d. pręsumpt. 10. num. 32.

4 Cæterum in casu, de quo quęritur, fundata videtur intentio prætendentis libertatem matrimonij sibi in puncto Iuris non esse restringendã, ex dispositione Sacri Concilij Trident. sess. 25. cap. 9. ante finem. vers. præcipit Sancta Synodus de reformat. matrimonij, nam Sancta Synodus præcipit omnibus cuiuscumq. gradus, dignitatis, & conditionis sub anathematis pœna, quam ipso facto incurrant, nè quouis modo directè, vel indirectè subditos suos, vel quoscumq. alios cogant, quo minus liberè matrimonia contrahant, idemque statuitur in cap. cum locum 14. & cap. requisiuit 17. & cap. gemma mulier, 29. de sponsalib. & c. fin. in fin. 31. quæst. 2. & cap. fin. vers. illis nubant, quos propria voluntate voluerint habere maritos, 32. quæst. 2.

Neque obstat, quod ex pręcepto, ne mulier subdita nubat extero, non tollatur facultas nubendi, sed solum restringatur, ex quo cum multis alijs non exteris possit matrimonium contrahi, quia negari non potest, quin hęc sit restrictio libertatis cum quocumque contrahendi, quam plenam libertatem requirit tam Concilium, quam Ius Canonicum; conclusiones verò, quæ pro releuantia dictę restrictionis exaduerso adducuntur, minimè applicabiles censeri possunt casui, de quo quęritur.

Non enim applicatur textus in l. cum ita legatum 62. & 63. ff. de cond. & demonstr. cum alijs in conformitate huius textus allegatis; procedũt enim,
5 quando alicui aliquid relinquitur sub conditione, vel modo, vel sub lege amissionis, quatenus præcepto nubendi cum aliquo, vel non nubendi cum aliquo de aliquo genere, vel familia non sit paritum, & ratio est, quia in his casibus non impeditur libertas matrimonij, adeout contrauenìens validè non contrahat, sed solum, vt contrauenìendo pręcepto priuetur commodo, & lucro relicti sibi sub dicta lege, adeout sit amissio lucri, cuius occasione ad matrimonium inuitatur, ita namque declarant, & intelligunt Sanchez de matrim. lib. 1. disput. 33. num. 6. 7. & seqq. cæterique exaduerso adducti, nempe Alciat. in l. nemo potest 55. alias 58. num. 19. ff. de leg. 1. dum loquitur de amissione hęreditatis in casu nuptiarum cum non ciue, seu non subdito, & Card. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 18. num. 4. ante fin. dũ loquitur iuxtà terminos d. legis, cum ita legatum, de cond. & demonstr. & Molin. de primog. lib. 2. c. 13. num. 28. dum loquitur in casu, quo Maioratus Institutor inhibet successoribus, ne cum quadam persona certa, ac definita, vel cum personis alicuius familię, vel certi generis, seu qualitatis matrimonium contrahant, & alioquin contrauenìentes successione priuat. quod verò Molin. ibidem adducit ex Genesi 28. dum Isaac pręcepit Iacob filio, quod non acciperet coniugem de genere Canaam, procedit in eisdem terminis, dum hoc pręceptum ab Isaac emanauit in benedictione relicta Iacob, quæ hereditatem paternam eius lucro deferebat, dumque gentes Canaam erant odiosæ Deo tanquam indignæ, quo casu præceptum ex hac causa substinetur, vt per eumdem Sanchez de matrim. d. lib. 1. disput. 34. num. 40. & in testatore relinquente filiæ vltra legitimam, & mandante, quod non nuberet, nisi mercatori, & alias perderet legatum, loquitur Rol. de dote, quæst. 31. nu. 9. in tract. nouiss. tom. 9. fol. 364. atque ita etiam distinguit Rot. decis. 25. n. 3. par. 4. rec. & Castill. qq. par. 4. cap. 25. n. 19. & seqq.

Quamobrem differentia inter prædictos casus, & illum, de quo agitur, est euidens, cum in hoc nullũ lucrũ concedatur nubenti cum subdito, nec lucrũ auferatur nubẽti cum extero, sed simpliciter agatur de substistentia absoluti præcepti, vt etiam aduertit Bero. in c. in præsentia, 8. num. 89. de probation.

6 Eademque ratione cessat applicatio Rot. in Anconitana Legati 30. Maij 1643. coram R. P. D. Bicho, ob terminos auctoritatum, & rationum, in quibus se fundat, Rot. decis. 474. num. 9. par. 2. rec.

7 Minus verò obstat, quod Statuta prohibentia, ne mulieres nubant forensibus sint valida, quia neque etiam hæc conclusio huic casui est applicabilis, dum Statuta, in quibus exaduerso allegati loquuntur, non ita simpliciter, vt supponitur, loquuntur, sed solum vt nubentes forensi, ciuibus, & alijs subditis non succedant, sic namque loquitur Statutum Laudense, de quo Alex. cons. 151. num. 4. lib. 2. & Aldobr. cons. 2. num. 86. lib. 1. & Cephal. cons. 53. in princ. & num. 26. & seq. & in Statuto Cararagij Alciat. cons. 4. num. 4. lib. 2. & in Statuto Mediolani Mandel. Alben. cons. 23. in princ. & cons. 456. num. 12. & Peregr. cons. 6. num. 3. in fine, lib. 2. & in Statuto Gualtallæ Bursatt. cons. 427. à num. 1.

Eisdemque sensus sunt alij, qui exaduerso adducũtur, ad probandum subsistentiam dispositionum, per quas matrimonia impediantur non totaliter, sed respectu certarum personarum, loci, & tem-
8 poris, quia eiusmodi quoque allegationes procedunt, quando in casu contrauentionis non irritatur matrimonium, sed priuantur contrauenìentes aliquo lucro, alioquin à disponente relicto, sic namque loquitur Oldr. cõs. 16. in filia scilicet, quã pater iussit solis mercatoribus nubere, & alioquin eam exhæredauit, sicque intelligendi Bart. in l. sed si, 61. §. cũ vir. ff. de cond. & demon. Ruin. cons. 98. num. 4. lib. 4. & Surd. decis. 30. num. 27. & seqq. ex qualitate iurium, in quibus se fundant, prout Cyriac. contr. 291. num. 5. & 451. à nu. 5.

Diuersitas autem rationis inter præfatos casus, &
9 hunc, de quo quæstio est, satis patet, cum in præfatis minimè disponatur de essentia, & substantia, ac mutatione matrimonij; sed solum de successione, & dote accessorijs, in casu verò, de quo quæritur, prętendatur præceptum irritans matrimonium, vt ex eisdem exaduerso adductis aduertũt Peregr. cons. 6. num. 3. post med. vers. vndè concludit, lib. 2. & Cancer. var. resol. par. 1. cap. 24. nu. 4. & par. 3. cap. 7. n. 294.

Præterea pro decisione præsentis quæstionis conferre quoque videntur plures in hac materia, tam Regni Siciliæ, quàm Regni Neapolis Constitutiones; nam in Regno Siciliæ Rex Gulielmus statuit, quod feuda non possent in dotem dari, vel obligari, nisi matrimonium ipsum de speciali sua licentia

centia contraheretur, vt in Constitutione incipien. Fratribus ob dotes, & impressa lib. 3. titul 17. fol. mihi 232. Imperator autem Federicus post Gulielmum prædictum successor pro lege vniuersali statuit, vt nullus feudatarius possit matrimonium contrahere absque licentia Regis, vt in Constit. incip. Honorem nostri diadematis, eodem lib. 3. tit. 23. fol. 247. in noua verò Constitutione, incip. Cum hæreditarium, eodem lib. 3 fol. 249. Statuit, vt nulli ex suo Regno liceret cum exteris, & alienigenis matrimonium contrahere, & de hac Constitutione loquuntur Isern. & Balzaranus exaduerso adducti, ille in cap. Imperialem, num. 7. vers. idcirco voluerunt, de prohib. feud. alien. per Frider. fol. mihi 253. hic in eodem cap. n. 37. ad med. vers. & prohibetur matrimonium, fol. mihi 360.

Verùm quia hæc Constitutio reputabatur contine-
10 re iniquitatem, vt per eumdem Isern. in 1. glosa ad d. Constit. incip. Cum hæreditarium, tanquam per viam indirectam impediens matrimonij libertatem, vt per eumdem Balzar. d. num. 37. post princ. vers. aduerte tamen.

Ideò per Capitulum Regni editum in planitie Sancti Martini, per Carolum Secundum, incip. Item statuimus, fuit Constitutio præfata reuocata, & statutum, quod tam feudatarij, quàm alij quicumque liberè matrimonia contrahere possent cum exteris, absque alio assensu Curiæ impetrando, sed quoad feuda, illa in dotem dari sine assensu non posse, vt etiam per eumdem Iser. d. cap. Imperialem, num. 6. ante med. vers. hoc autem hodie remissum, fol. 252. & in eodem c. Imperialem Camerar. fol. mihi 84. sub littera G. vers. cumque per Capitulum in planitie, & plenius per Io: Franciscum de Ponte exaduerso allegatum, de potestat. Proreg. tit. 6. num. 5. ante fin. vers. cum sit contra libertatem matrimonij, & num. 6. in fin. vers. tertium Ius est, cum num. 7. fol. 163. & seq. Capoblan. de Baron. pragm. 9. n. 47.

Et quod magis est considerabile, etiam quoad Re-
11 gnum Neapolis, Rex Catholicus per suum generalem assensum correxit dictam Constitutionem, Fratribus, & Constitutionem Honorem nostri diadematis, item Constitutionem, Cum hæreditarium, cum assensu specifico, etiam in matrimonijs, quæ cum exteris contrahuntur, vt per eumdem à Ponte d. tit. 6. num. 12. ante fin. vers. in hac verò nostra.

Cessareque videtur omnis scrupulus in hoc casu, dũ ex Constitutione 3. Sixti Quinti prohibitiua alienationis in non subditos, & forenses, §. 6. non solum disponitur licere cuicumque in Statu Ecclesiastico habitatori, siue extraneo, siue subdito, de bonis suis in eodem Statu positis etiam in alios de dicto Statu non existentes quocumque alio, quam venditionis, seu permutationis, vel donationis titulo disponere, sed expresse in §. 7. decla-
12 rauit bonorum prohibitorum alienari appellatione mulierum dotes non venire, vt in nouo Bullario, tom. 2. fol. 488. & hanc Constitutionem nedùm omnes Pontifices successores, idemque Sanctissimus D. N. in omnibus confirmarunt, sed in specie permissionem alienandi ex causa dotis approbauit Clemens VIII. Constit. 78. §. 5. d. Bullar. tom. 3. fo. 122.

Adeout ex huiusmodi Constitutionibus, cum habeatur specialis prouisio, vt acquisitores non subditi, & forenses, debeant infra certum tempus in eumdem Statum Ecclesiasticum habitatum venire, idque explicitè etiam decernat Constitutio Sanctissimi, edita 3. Nouembris 1637. ad aliud prohibitiuum præceptum minimè sit deueniendum.

Eoque magis, quo Constitutiones prohibitiuę alie-
13 nationis in forenses, neque etiam de Iure compræhendunt alienationem ex causa dotis, nisi expresse de alienatione ex causa dotis loquantur, vt ex communi pluribus comprobat Plotus consil. 19. num. 21.

Atque hæc sufficiunt quoque quoad secundam supplicatam prouisionem, vt D. Isabella migrare non possit extra Statum Ecclesiæ, quia aut hæc prouisio prætenditur ad finem impediendi sibi matrimonij libertatem, & obstant præmissa, aut ad aliũ finem, & tunc ille explicandus, vt dignosci valeat, an sit iustus, vel iniustus, ac præterea, quia Princi-
14 pes superiorem non recognoscentes, licet ex adductis exaduerso habere posśint hanc potestatẽ, non tamen huius sensus, & voluntatis censeri possunt, quando contra Ius naturale, vel gentium similia edicta, aut prouisiones faciunt cessante causa publicæ vtilitatis, vt etiam per Bellon. iun. exaduerso adductum, qui plenius, quàm alij materiam hanc tractat, cons. 5. num. 62. in fine, vers. quinto confirmatur, & num. 63. & seqq. Siquidem idem Bellon. eodem cons. 5. num. 69. vers. ad secũdum respondeo, expresse admittit, quod Iure
15 communi inspecto, liberum est vnicuique habitare, vbi vult, neque hanc libertatem posse constringi, etiam ex adductis, num. 48. vers. secundo de hoc videtur esse textus, & n. 49. & 50.

Et quod pupillus vbi peruenit ad ætatem adultam
16 posśit habitare, & educari quo loci velit, Surd. de aliment. tit. 4. quæst. 13. n. 5.

Accedente præcipue, quod non solùm D. Isabella, dum erat in ætate pupillari, formiter elegit se velle habitare Romæ communi Patria cum Illustrissima D. D. Constantia Gonzaga eius auia materna, sicut de Iure poterat, & hoc ipsum Rota ad eius fauorem decidit, sed postquam ad ætatem adultam peruenit, eamdem electionem sub iurato instrumento confirmauit.

Minus verò Pars aduersa audientiam meretur quoad sequestrationem personæ apud aliquod Monasterium, ad effectum eius voluntatem circa plures nuptias explorandi, nedum quia ipsa ad præsens in hac nubendi voluntate minimè residet, sibique magis expedire iudicat nuptias in aliud tempus differre, vt interim lites plures, quas habet cum suis coniunctis, super notabili eorum prætensione expediendo, ditioribus, & nobilioribus nuptijs frui valeat, mediante harum litium terminatione.

Sed quia neque etiam de Iure huic prætensæ seque-
17 strationi locum esse censeri potest, tum quia illi quando locus esse posśit, dumtaxat procedit in puella pupilla, & consequutiuè imbecillis, aut imperfectæ ætatis, prout in his terminis loquitur textus in l. 1. C. de nupt. dum loquitur in puella habente tutorem, vt ibi per glo. in verbo de nuptijs, & in puella inexperta, & ignara, ac imperfectæ ætatis, loquitur à Ponte, exaduerso adductus, de potest. Proreg. tit. 6. num. 52. quamobrem idem Capoblanc. exaduerso allegatus, de Baronibus, pragmat. 9. num. 3, vers. hinc est, & num. seq. firma-

uit,

uit,quòd plus attenditur voluntas puellæ, quæ plenum habet iudicium,quàm consilium propinquorum,idemque Hieremias cap.5.ante fin. vers. causam pupilli non direxerunt, propterea patet, quod de ætate pupillari loquitur, prout etiam de puella ante legitimam ætatem,loquitur Bellettus disquis.cler. par. 1. tract.de fauore cler. reali, §. 2. num.43.

Et hanc differentiam in puella ætatis annorum duodecim, vel minoris ponit tex in c.puella, 2.20.q. 2.& in c.cum virum, 12.de Regul.ar.

Tum etiam quia ad huius modi sequestrationem
18 siue apud honestum locum,siue Monasterium nõ esse simpliciter,& auctoritatiuè indifferenter,absque alia probabili, & necessaria causa deueniendum, firmat à Ponte exaduerso adductus, de potest. Proreg.d tit.6.n.48.in fine,vers.aut enim simpliciter,& n.49.

Sed expectandum est, vel quod adsint viri æqualis nobilitatis,diuitiarum,&morum huius matrimonij, quapropter dissentio inter coniunctos super electione oriatur,iuxta textum in l.in coniunctione,20.C.de nupt.

Vel quod constet de aliqua causa,& ratione prætensæ seductionis, aut imbecillitatis puellæ, & præsertim cum in vtraque qualitate in persona tam puellæ, quàm Illustrissimæ D.D. Constantiæ sint notoriæ præsumptiones in contrarium,& contrariæ prætensiones Partis concludenter facili probatione elidi possint, vt pariter ijdem exaduerso adducti,Couar.de sponsal.par.2.cap.3. §.6. num.2. Ancar.in c. cum locum, num. 6. vers. ergo metus probat,de sponsal.Ricc.collect.1826. la seconda, incip. quando super maritanda, par. 5. per tot. & Bellett.disquisit.cleric.par.1.d.tit.de fauor. cleric. reali, §. 2. num. 44. cum seq. vbi etiam quod,& si huiusmodi sequestratio resideat in arbitrio Iudicis,tamen Iudex debet facere, quod in rebus suis faceret,vel quod fieri sibi vellet ex eod. Crauett. exaduerso allegato,cons.190.n.5.

ARGVMENTVM.

An sola fama certa,& de certa persona sufficiat ad transmittendam inquisitionem in delictis, quæ post se non relinquunt vestigia.

Plura delicta eodem tempore commissa an puniri debeant vnica pœna, itaut pœna grauioris delicti absorbeat pœnam leuioris.

SVMMARIVM.

1 Fama sola certa, & de certa persona sufficit ad probationem corporis delicti, quando post factum non remanent vestigia.

2 Ad Inquisitionem formandam requiruntur inditia sufficientia,& legitima.

3 Ad Inquisitionem transmittendam requiruntur fortiora inditia,quàm ad inquisitionem formandam,& informationes assumendas.

4 Fama sola non sufficit ad transmittendam inquisitionem.

5 Delicta plura commissa diuerso tempore, pluribus pœnis,commissa vero eodem tempore,vnica pœna puniuntur.

6 Carceris priuati delictum absorbetur à delicto homicidij,quando quis priuatè carceratur, vt occidatur,& incontinenti occiditur.

7 Carceris priuati delictum de iure punitur pœna vltimi supplicij,de facto autem alia mitiori pœna.

8 Fama non sufficit ad transmittendam inquisitionem,quando non probatur processisse ex aliqua verisimili causa.

9 Fama non facit inditium,nisi probetur originem habuisse tempore delicti,& non postea.

CONSILIVM XXII.

Lex nuncupata Legge della publica voce,e fama, ex qua disponi supponitur,che quando dal minor Conseglio sarà passata cõ li doi terzi de' voti, resti il preteso autore del delitto in alcun modo inditiato,quamuis applicabilis videatur casui, de quo quæritur,ad effectum transmittendi inquisitionem,respectu carceris priuati,& non etiam respectu delictorum tormenti,& mortis, quæ subsequuta dicuntur in personam Iacobi,& ex hac publica voce, & fama, probata ex auctoritate dicti Consilij minoris prætendatur in delicto priuati carceris, cuius factum nullum post se relinquit vestigium,seu signum,resultare probationem corporis delicti,non obstante, quòd in delicto tormentorum,& mortis,ex quo relinquunt post se signa,& vestigia,inquisitio formari nequeat, non iustificato prius in ipsis delictorum corpore con-
1 cludenter,ex recepta conclusione,quod in ijs, de quibus post factum nulla remanent vestigia, corpus delicti probetur ex sola fama, quam conclusionem comprobare videntur, dummodo fama fuerit certa,& de certa persona, Blanc. de indit. ad l.fin.ff.de quæst.in princ.nu.18. ante med. vers. at secundo casu,in tractat.nouiss.tom.11.par.1.fol. 254.& in pract.criminal.in princip. num.5. ante med.vers.aut secundo casu,Foller.in prax. crimin. in verbo,capiat informationem,num.3.ante finẽ, vers.tunc si fama,ex quibus mouetur Farin.quæst. 2.num.27.post princip.vers.at extra illum casum, vbi etiam adducit Boss.tit.de delict. num. 16. sed tamen dicto num.16.nihil dicit de fama, & num. 19.in delictis,in quibus signa non remanent, non etiam loquitur,sed solum inquit, inditia requiri, eiusdemque sensus videtur Giurb.cons.33. num. 29.Adeout Muscatellus in tractatu de cognitione,seu probatione delictorum in genere in delictis,in quibus vestigia non remanent ad probationem corporis delicti,dixerit,sufficere famam absque necessitate alterius prioris inuestigationis de delicto in genere,ex eo,quia confunditur cum inquisitione delicti in genere,num.18.ante finem, & plurib.seqq.præcipuè num.37.

Tamen in casu,de quo quæritur, contrarium decidendum ad effectum,vt non fuerit, nec sit locus inquisitioni speciali,itaut contra prætensum Reũ priuati carceris transmitti potuerit,aut possit inquisitio.

Primò,quia Auctores adducti per Farinac.d.quæst.2. num. 27. intelligendi videntur quoad effectum
2 formandæ inquisitionis; siquidem illius quoque sola formatio requirit inditia præcedentia sufficien-

cientia, vt per eumdem Farinac. quæst.1. num.40. & quidem legitima, sicut probant, & indubitanter supponunt allegati per eumdem Farinac. eadem quæst.1.num.45.

tcum ad effectum transmittendi inquisitionem
3 inditia debeant esse fortiora, quàm ad inquisitionem formandam, & informationes assumendas, vt pluribus comprobat ipse Farinac. ead. quæst. 1. num.48.

Regula constituenda, quod nuda, & sola fama mini-
4 mè sit sufficiens ad inquirendum specialiter, & consequutiue inquisitionem transmittendam, sic namque distinguit, & declarat idem Farinac.q.47. num.41.& seq. vbi etiam reiectis antecedentibus contrarijs, testatur minime vnquam vidisse contrarium seruatum fuisse apud bonos, & graues Iudices.

Secundo, quia declaratio famæ ex auctoritate minoris Consilij fuit super tribus delictis præfatis carceris priuati, tormenti, & mortis; Cum autē con-
5 clusio desumpta ex text. in l. nunquam plura, 2. de priuat. delict. quod plura delicta non vnica, sed pluribus pœnis plecti debent, limitetur, quando plura delicta facta sint eodem tempore, & textus in d.l. nunquam plura, intelligendus sit, quando plura delicta diuersis temporibus sint facta, ex textu in l. illud quæsitum, 32. §. si idem, ff. ad l. Aquil. In hoc autem casu supponatur, carcerem priuatum fuisse ad vnum, & eumdem finem, & effectum tormenti, & mortis infligendæ eodem tempore, aut saltem non probetur tormentum, & mortem sequutā fuisse ex interuallo, vt etiam per Farinac. quæst.22.num.19.

Sequitur, quòd sicut propterea vnica pœna dumtaxat imponi posset, vbi crimina essent vera, scilicet ratione homicidij, tanquam delictum sit maius, & principalius, quod propterea absorbet minus, ita de delicto minore priuati carceris, tanquam absorto agi nequeat; sed dumtaxat de delicto prætensi homicidij, in quo, quia illius remanent vestigia, de corpore delicti non sufficit constare per famam, sed requiritur probatio concludens, ex præallegatis; hanc enim confusionem criminum minorum à maiori eodem tempore, & non ex interuallo, firmant Bart. in d.l. nunquam plura, 2. nu. 5. ff. de priuat. delict. alijque plures per Farinac. d. q.22.n.19. vbi de communi.

Et in puncto delicti priuati carceris, qui per subse-
6 quutum delictum homicidij in personam detenti, & carcerati absorbetur, Bart. in l. capite quinto, 25. ff. ad leg. Iul. de adult. sunt enim Bartoli, postquam loquutus fuit de delicto carceris priuati, verba sequentia in eadem l. capite quinto, ante numerum 4. nempè, si enim capiant, vt vulnerēt, & occidant incontinenti, inspicimus solum illud delictum, propter quod capiebant, l. illud, supra ad leg. Aquiliam.

Neque enim obijci potest, eamdem esse pœnam vlti-
7 mi supplicij, tam ratione homicidij, quàm carceris priuati, ex l.1.C. de priuatis carceribus, alijsque per Farinac. quæst.27.num.9. quia quicquid sit de Iure, de facto tamen pro priuato carcere non imponitur pœna mortis, sed alia mitior, vt per eumdem Farin. eadem quæst.27.num.35. vbi etiā, quòd ita semper fuit obseruatum, quodque ab hac obseruantia, non est in iudicando recedendum.

Tertio, quia non solùm sola fama est insufficiens ad
8 transmittendum inquisitionem, vbi non probatur processisse ex aliqua verisimili causa, Farinac. quæst.47.num.43.

Sed etiam minimè sufficiens censeri potest, quando
9 deficit ex actis probatio, quod habuerit originem tempore delicti, & non postea, Caball. resol. crim. casu 200.num.133.

ARGVMENTVM.

Quænam verba requirantur, vt probetur mandatum ad occidendum.

Vxor mandans occidi maritum, an teneatur pœna ordinaria, non sequuto effectu, sed sola attentatione.

Vxor sciens, & non reuelans, quod maritus occidendus esset, an teneatur pœna ordinaria.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum vt probetur, non sunt necessaria verba imperatiua, sed sufficiunt enunciatiua indicātia mandantis voluntatem.*

2 *In Mandato non est attendendus sonus verborum, sed eorum substantia.*

3 *Mandatum non inducitur ex verbis enunciatiuis, nisi prolata sint principaliter propter se.*

4 *Mandatum non inducitur, nisi talia sint verba, vt necessariò appareat de intentione, & voluntate mandantis.*

5 *Mandatum ad occidendum, non præsumitur ex datione pecuniæ, quæ in dubio potius data præsumitur ad bonum, quàm ad malum finem.*

6 *Mandatum non inducitur ex verbis collatis in arbitrium delinquentis.*

7 *Consilium non inducitur ex verbis collatis in arbitrium delinquentis.*

8 *Mandatum non inducitur ex verbis significantibus permissionem, & complacentiam.*

9 *Mandans occidi vnum, non tenetur de occiso pœna ordinaria, si mandatarius occidat alium.*

10 *Conatus, etiam si deuentum fuerit ad actum proximum non sequuto effectu, non punitur ordinaria, sed extraordinaria pœna, etiam in atrocissimis.*

11 *Conatus in assassinio, etiam si deuentum fuerit ad actum proximum non punitur pœna ordinaria, non sequuto effectu.*

12 *Assasinij qualitas cessat, quando homicida non fuit motus ex causa lucri pecuniarij.*

13 *Parricidium committit vxor, quæ virum occidit.*

14 *Parricidium commissum in parentes, maiori pœna punitur, quàm commissum in alias personas.*

15 *In Parricidio sola attentatio sufficit ad pœnam ordinariam, quando attentatur cum veneno, vel in parentes*

16 *Vxor, quæ conata fuit virum occidere, non sequuto effectu, punitur extraordinaria pœna.*

17 *In Parricidio vt quis puniatur de scientia, & non reuelatione, requiritur, quod scientia sit certa, & clara, non autem dubia, & præsumptiua.*

18 *In Parricidio vt quis puniatur pœna ordinaria, non sufficit scientia, & non reuelatio, nisi concurrat participatio, & consensus cooperatiuus.*

19 *In*

19 *In Parricidio multo minus locus eſt pœnæ ordina-
riæ ob ſolam ſcientiam, & non reuelationẽ, quã-
do commiſſum non fuit in parentes.*
20 *Conſilium, aut mandatum non ſufficiunt ad pœ-
nam mortis, quando delinquens erat ſine conſi-
lio, aut mandato facturus. Contrarium in
mandato, num. 21.*
22 *Mandatum non ſufficit ad pœnam mortis non ſe-
quuto effectu, ſed ſola attentatione, quando mã-
datarius erat alias facturus.*

CONSILIVM XXIII.

Non videtur aliquo fundamento ſuſtineri poſſe
in caſu, de quo agitur, locum eſſe pœnæ ordi-
nariæ.
Etenim ex actis non iuſtificatur, prætenſum manda-
tum, & ſuppoſitum, quod ſit exaduerſo, quod M.
Antonius ſaſſus fuerit, tractaſſe cum D. Victoria de
occidendo eius virum, eique ſuum deſiderium pa-
tefeciſſe circa illius mortem, & pecunias, vt com-
modius accederet ad Vrbem, ab ea recepiſſe, ip-
ſumque M. Antonium ad mulieris voluntatem
explendam ad actum proximum deueniſſe, me-
diante exoneratione archibuſij in propria mariti
domo, alterius ſubſequuta morte, minus, vt refer-
tur, ſubſiſtit, quandoquidem confeſſio M. Antonij
extra tormenta ratificata 29. Iunij, & 1. Iulij in hoc
reſidet, quod ipſe captus amore Dominæ Victoriæ
ſignificauit illi, velle ad vrbem accedere, eiuſque
virum interficere, quodque Domina Victoria plo-
rans, & contriſtata de ſubitaneo diſceſſu, reſpon-
derit, nolle, ipſum huiuſmodi periculo ſupponi,
& quod tandem ad eiuſdem M. Antonij depreca-
tiones, vt illius verbis vtar, ſi contentò laſciarmi
partire, ſi come partij, e me ne venni via, dicen-
domi, andate, ch' io vi dò la mia benedittione,
ch' io non ne voglio ſaper altro.
Suppoſito autem eiuſmodi tractatu fundamentum
ex prætextu mandati omnino corruit, quia etſi
1 vera ſit concluſio, quod ad probationem mandati
non ſint neceſſaria verba imperatiua, ſed ſufficiat
enunciatiua indicantia mandantis voluntatem, ex
Iaſ. in l. ſi quis mihi bona, §. ſed quid ſi mandauit,
num. 13. ff. de acquir. hæred. Bald. in l. 1. col. 2. verſ.
& probatur mandatum, ff. de ſeru. fugit. & in l. ob
carmen, ff. de infam. Angel. conſ. 22. Matheſil. ſin-
gul. 187. num. 2. vt quia non ſit attendendus in
2 mandato ſonus verborum, ſed eorum ſubſtantia,
Boſſ. de mandat. ad homicid. num. 48. & ſeq. De-
cian. tract. crim. lib. 9. cap. 14. num. 15. tamen ma-
lè concluſio in hoc caſu applicatur, tum quia verba
concluſiua Dominæ Victoriæ, ch'io non ne voglio
ſaper altro, excludunt, nõ includunt coniecturam
voluntatis necis in maritum. Ideoque vera etiam
3 eſt concluſio, quod ex verbis enunciatiuis non in-
ducitur mandatum, niſi prolata ſint principaliter
propter ſe, vt per Farin. à quo deſumpta eſt contra-
4 ria argumentatio, quæſt. 134. num. 6. & niſi verba
ſint talia vt neceſſariò appareat de intẽtione, & vo-
luntate mandantis ſic voluiſſe, vndè nulla ratione
videtur dici poſſe, ſic voluiſſe illum, qui reſpondit,
non ne voglio ſaper altro, Doctores communiter in
exaduerſo allegata l. ſi quis mihi bona, §. ſed quid ſi
mandauit, ff. de acquir. hæred. Bart. in l. non ſolum,
§. ſi mandato, num. 2. verſ. & ideò non vero, ff. de in-
iur. Farin. d. quæſt. 134. n. 14. & ſeq. & conſ. 80. nu. 65.
lib. 1.
Etiam, quod conſtaret de datione pecuniarum, vel
rerũ M. Antonio à Domina Victoria, vel eius nomi-
5 ne, quia etiam in dubio nedum ſtante declaratio-
ne ſupradicta, pecuniæ datæ præſumuntur ad om-
nem alium effectum, quam ad malum finem, Bero,
conſ. 175. numer. 54. lib. 3. Farin. ead. quæſt. 134.
num. 38.
6 Tum etiam, quia in fortioribus terminis receptũ
eſt, quod ex verbis collatis in arbitrium, & volun-
tatem mandatarij, vti quando quis dixerit, ſi vis
occidere, occidas, nedum mandatum minime
inducitur, Rimin. iun. conſ. 310. nu. 26. lib. 3. Fa-
7 rin. d. quæſt. 134. num. 34. ſed neque etiam induci-
tur conſilium, idem Rimin. eod. conſ. 310. num. 1.
ad fin. Farin. quæſt. 129. nu. 31. & in terminis præ-
tenſi parricidij idem Farin. conſ. 225. num. 8. & 12.
lib. 3. & conſ. 104. numer. 3. & ſeqq. lib. 1. & conſ.
185. num. 35. lib. 2. nam huiuſmodi verba nec im-
peratiua, nec rogatiua, nec optatiua dici poſſunt,
8 vt eodem conſ. 225. num. 11. ſicut nec verba ſigni-
ficatiua permiſſionis, & complacentiæ, Decian.
tract. crim. lib. 9. cap. 34. numer. 9. idem Farinac.
d. conſ. 185. num. 49. ad fin. lib. 2.
Sed quando etiam mandatum præſumi poſſet, quod
iure negatur ex prædictis, non ideo locus eſſet pœ-
næ ordinariæ, & quia mandans occidi vnũ, ſi man-
9 datarius occidat alium, non tenetur de occiſo pœ-
na ordinaria, Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 36. n.
9. Farin. quæſt. 135. num. 159.
10 Et quia, etiam in atrociſſimis, etiam quod de-
uentum fuerit ad actum proximum, conatus effe-
ctu non ſequuto, non punitur ordinaria, ſed extra-
ordinaria, & mitiori ex generali totius Orbis con-
ſuetudine ex plurimis relatis per Farin. quæſt. 124.
num. 37. & conſ. 60. num. 5. & 7. lib. 1. vbi alij in
addit. lit. B.
Etiam quod exaduerſo prætendatur ineſſe mandato
11 qualitas aſſaſinij, quia vltraquod etiam in hoc cri-
mine de generali totius Orbis conſuetudine effectu
non ſequuto non intrat pœna ordinaria mortis na-
turalis, & ſi deuentum fuerit ad actum proximum,
Farin. quæſt. 123. num. 115. vbi etiam num. 131. quòd
non ſolum Princeps bene faciat, commutando pœ-
nam; ſed immò ipſe Iudex, vt num. 32. & in terminis
mandati ad occidendum Caball. reſol. crim. caſ. 242.
12 à num. 32. ad fin. ceſſat etiam prætenſa qualitas, dũ
ex ipſa M. Antonij confeſſione conſtat, ipſum non
lucri pecuniarij cauſa homicidium mariti attentaſ-
ſe, ſed ob amorem, & ſpem matrimonij cum Domi-
na Victoria, Pariſ. conſ. 166. num. 2. & 3. cum num. 8.
& ſeq. lib. 4. Farin. d. quæſt. 123. num. 161. dumque
Partis aduerſæ fundamentum eſt, quod pecuniæ fue-
rint ſubminiſtratæ pro expenſis itineris ad Vrbem,
adeoquod aſſertus mandatarius ex huiuſmodi ex-
penſis nihil lucrabatur, vt ibidem per eumdem Fa-
rin. num. 158. & ſeq.
Nec obſtat, quod ex mandato ad occidendum vi-
rum intret pœna parricidij, in quo ſpeciale
eſt, quòd ſola attentatio cum actu proximo lo-
cum faciat pœnæ ordinariæ, quoniam ex hoc
obiectum tollitur, quia licèt lege Pompeia de
13 parricidijs caueatur, parricidium committi in
occiſione viri ab vxore, tamen non eadem pœna
14 irrogatur in hoc caſu, qua afficiuntur commit-
tentes parricidium in parentes, l. pœna par-
ricidij, 9. verſ. qui alias, ff. ad l. Pomp. de parricid. §.

 alia,

alia,in fine,Instit.de publ.Iudic. Farin. quæst. 120. num.11.

15 Ac propterea licet speciale sit in crimine parricidij,solam attentationē delinquendi sufficere ad pœnam ordinariam,iuxtà l. 1. & ibi glo. in verbo, præparauerit,C.de his,qui parent. & in l. 1. in fin. ff.ad l.Pomp.de parricid. tamen vel procedit conclusio,quando parricidium attentatur cum veneno,propter veneni qualitatem efficientem delictū proditorium, & magis atrox, ex pluribus relatis per Farin.d.quæst.120.num.150.sicut loquitur tex. in d.l.1.C.de his,qui par.vel lib.occid.

Vel,si verior censeri potest opinio contraria, vbi deuentum sit ad actum proximum, intelligenda est de parricidio in parentes, sicut ex qualitate irrogationis pœnæ loquitur textus in d. l. 1. C. de his, qui par.vel lib.occid.

16 Ideoque in his terminis,quòd vxor,quæ conata fuerit virum occidere,non sequuto effectu, puniatur dumtaxat extra ordinem Iudicis arbitrio, magis recepta est sententia,Alex.in add. ad Bart. in l. vtrum,ff.ad l.Pomp.de parricid.Salicet.in d. l. 1. C. de his,qui par. Cepoll. cons. vlt. per tot. Carer.in pract.crim.§.homicidij.num.128.in fin. & nu. 151. Boer.decis.262.num.13. & per tot. Menoch. de arbitr.cas.356. in addit. num. 115. vers. existimo verius,& quod hæc sit conclusio certa, & consuetudine approbata,idem Decian.exaduerso allegatus tract.crim.lib.9.cap.12.n.4.

Quibus non obstant exaduerso allegati, quia Plaz. in epit. delict. lib. 2. cap. 22. num. 19. loquitur in filio emente venenum, vt patrem occidat, & licet num. 32. non allegato loquatur de marito, tamen loquitur, quando vxor venenum dederit,Decian. etiam lib. 9. tract. crim. cap. 9. numer. 13. non loquitur de marito, vel vxore, sed de filijs conspirātibus in necem parentum, quinimmo contrarium pro indubitato tenet in loco supra allegato, Baiard. autem ad Clar.§.homicidium,num.33. loquitur in filio, qui patrem venenare voluerit, & licet num. 32. non allegato loquatur in marito,restringit tamen se ad veneni qualitatem, sicut faciunt alij, qui exaduerso non allegantur, sed referuntur à Farin. d. quæst. 120. nu. 148. & seq. & nihilominus contra ipsos stat opinio magis recepta tam auctoritate,quam consuetudine ex deductis supra.

Minus releuat, quod intret pœna ordinaria ex eo, quod postquam M. Antonius significauit Dominæ Victoriæ, quod Romam petebat ad occidendum eius virum, ipsa tenebatur reuelare sub eadē pœna parricidij, ex l. vtrum, cum ibi notat. ff. ad l. Corn. de parricid. & §. alia,Instit. de publ. Iudic.

17 cum alijs allegatis, quia vitraquod ad huiusmodi effectum non sufficit scientia dubia, seu præsūptiua, sed requiritur certa, clara, & indubitata, vt in terminis parricidij per Farin. cons. 104. nu. 22. lib. 1. & cons. 185. num. 50. ad finem lib, 2. siquidem postquam Domina Victoria non obstantibus importunis suasionibus,& deprecationibus M.Antonij respondit, non ne voler saper altro, credere magis debebat per illum ab eius cogitatione abstinendum,ac proinde scientiā denotantem determinationem voluntatis in hoc casu deficere,ex deductis per Farinac. eodem cons.185. & eod. num.50. in fine.

Tollitur quoque obiectum ex pluribus,& primo quia ex vero, & magis communi, sola scientia, & non

18 reuelatio non sufficiunt ad pœnam ordinariam mortis, nisi etiam concurrat participatio, & consensus cooperatiuus, vt plenissime relatis auctoritatibus, & rationibus vtriusque opinionis tuetur Farin. loquens in parricidio post alios plurimos, quos allegat d. cons. 104. a numer. 23. vsque in fin. lib. 1. & d. quæst. 120. numer. 154. & seqq.

Secundo quia quatenus etiam adhærendū esset opinioni contrariæ, quod ex prædictis omnino iure negari potest, adhuc intellectus huius opinionis

19 admittendus est dumtaxat,vbi agitur de parricidio in parentes,sicut loquitur text. in d. l. vtrum 6. ff. ad l. Pomp. de parricid. qui text. est fundamētum omnium contra tenentium, secus autem in alias personas descriptas in l. 1. eius tituli.

20 Tertio quia nedum scientia cum non reuelatione, sed nec consilium, aut mandatum sufficientia sunt ad pœnam mortis, quando mandatarius erat absque mandato, seu consilio sua volūtate, & causa delictum perpetraturus, sicut erat facturus M. Antonius ob nimiam eius cupiditatē contrahendi matrimonium cum Domina Victoria ob amorem, quo eam prosequebatur, Bal. in l. data opera, nu. 52. in fin. C. qui accus. & in l. ob hæc verba, num. 3. vers. adde quod differentia,ff. de infam.cum alijs etiam per Farin. d. cons.104. num. 6. lib. 1.

21 Quamuis enim in mandato contraria opinio forsan sit verior, ex relatis per Menoch. de arbitr. cas. 352. num. 13. vers. verum dissensit, & Caball. resol. crim. cas. 241. num. 4. & ideo in casu d. cons. 104. Farin. fuerit aduersus illud iudicatū, tamen hoc ideo fuit, quia in eo casu effectus occisionis, mediante effectuali parricidio in parentem fuerat subsequutus, quamobrem secus dicendum

22 est in casu, de quo queritur, quo maritus nullam habuit facti offensionem, Menoch. eod. cas. 352. num. 12. post med. vers. vere tamen præcedens, Cabal. resol. d. cas. 241. num. 5. cum quibus à fortiori procedunt omnes superius adducti, firmantes tam de Iure, quam in praxi, vxorem attentantem viri occisionem pœna ordinaria non teneri.

ARGVMENTVM.

De eadem re. Et an releuet depositio asserti mandatarij exculpantis mandantem:

SVMMARIVM.

1 *Mandatarius siue acceptauerit, siue non acceptauerit mandatum, non facit inditium ad torturā contra mandantem.*

2 *Exculpatio proueniens a mandatario suffragatur mandanti ad euitationem torturæ.*

3 *Exculpatio facta a mandatario facilius mandanti suffragatur ad euitationem torturæ, concurrentibus coniecturis, & præsumptionibus.*

4 *Exculpatio facta a mandatario ad fauorem mandantis praualet præcedenti inculpationi, in tortura confirmatæ, quando pro exculpatione concurrunt adminicula.*

5 *Exculpatio facta à mandatario in articulo mortis facilius attenditur ad fauorem mandantis.*

6 *Opinio in pœnalibus, & odiosis magis inspicitur quā veritas, quando agitur de euitatione pœnæ.*

7 *Amo-*

7 *Amore captus facile mentitur, & peierat, vt mulierem decipiat.*
8 *Propositum in mente retentum apud Deum dumtaxat est punibile.*
9 *Consensus in criminalibus debet esse specialis, & expressus, non tacitus, vt puniri possit.*
10 *Consensus vt sit punibilis, debet esse cooperatiuus ad delictum consilio, vel auxilio.*
11 *Consensus excluditur in eo, qui dixit, nolle se intromittere.*
12 *Consensus non inducitur ex verbis dubiis, & æquiuocis.*
13 *Solutio certarum pecuniarum facta vni personæ, excludit præsumptionē, quod fuerit alteri facta.*
14 *Solutio pecuniarum ante tractatum delicti, non præsumitur ad malum effectum.*
15 *Delictum excluditur, si, quando verificari potest, non verificatur.*
16 *Testibus coarctantibus negatiuam pro Reo, magis creditur, quam affirmantibus contra Reum.*
17 *Fama bona licet non adimat inditia specialia, tamen adimit resultantia solùm ex mala fama.*
18 *In Parricidio scientia patrādi criminis obligatoria ad reuelationem debet esse credibilis, et clara.*
19 *In Parricidio, præsertim extra parentes, & non sequuto effectu, non sufficit scientia, & non reuelatio sine consensu cooperatiuo.*

CONSILIVM XXIV.

1 NOn est locus vlteriori processui, quia, cum recepta sit conclusio, depositionem mandatarij contra assertum mandantem, quem inculpat, siue mandatarius acceptauerit mandatum ad occidendum, siue non, nunquam facere inditium ad torturam, ne in cuiuslibet potestate sit alteri obesse, Marsil. in prax. §. diligenter nu. 37. vers. mihi autem, cum num. 39. vers. sed in hoc dubio, & num. seq. Clar. quæst. 21. numer. 12. post med. vbi de communi, & in praxi obseruata opinione, Rol. admittens, & attestans etiam hanc esse magis receptam, cons. 14. num. 7. & seqq. lib. 4. cū alijs pluribus, per Farin. quæst. 44. num. 16. & seq. & quæst. 45. num. 31.

Indubitata censenda est in hoc casu, quo idem, qui à Fisco mandatarius prætenditur, omnino mandatum negauit cum expressa protestatione, quod falsum deponeret, si contrarium vnquam dixisset, agnoscens, talem depositionem fore in detrimētum propriæ animæ aduersus veritatem, quando-
2 quidem talis exculpatio, absque dubio suffragatur prætenso mandanti ad euitationem torturæ, cum credatur delinquenti, aut occisori, dicenti se ex propria causa deliquisse, & non ex alterius mandato, Marsil. cons. 61. num. 36. in fin. & num. seq. Plaz. in epit. delict. cap. 15. num. 14. Farinac. d. quæst. 45. num. 23.
3 Et præsertim cum ex serie huius facti coniecturę, ac præsumptiones magis excludant mandatum, quam illę adduci possint ad illius inclusionē, prout ex infradicendis patebit, nam hoc casu non dubitatur, quin huiusmodi exculpatio prosit ad torturam exculpati euitandam, Marsil. in l. 1. §. diuus Antoninus, n. 6. ff. de quæst. Carer. in pract. crim. tit. de indit. & tortur. in 9. indit. num. 1. & 4. Foller. in praxi crim. 2. par. in verbo, Rei inditiati torqueantur, num. 4. Bursattus cons. 201. num. 148. lib. 2. Pedemont. decis. 79. nu. 60. Farin. cons. 18. num. 21. 44. & seq. lib. 2.
4 Cum immo eadem conclusio procedat etiam in casu, in quo inculpatio mandantis processit cū cōfirmatione in tortura; præualet enim depositio in primo dicto exculpante, quando primum dictum magis adminiculatur, & sumus in examinato ex officio, principali quoad se, & teste quoad alios; vt per eumdem Farin. quæst. 66. num. 181. & 183. & cons. 15. num. 39. lib. 1.

Multoquè magis cum idem prætensus mandatarius in sui necem fassus fuerit delictum, capitalemque pœnam subierit, nam licet non omnis, qui moritur, sit S. Ioannes Euangelista, tamen quia, experientia compertum est, etiam facinorosos, & sicarios de proximo morituros, nolle mori cum onere conscientiæ, magis præsumendum est tanquam
5 verisimili magis conforme, quod, qui se perdidit confitendo, noluerit propriam animam perdere in alienis delictis mentiendo, Gram. vot. 3. nu. 15. & seq. Pedem. decis. 79. num. 20. Farin. d. quæst. 43. num. 11. d. cons. 55. nu. 12. lib. 1. & cons. 138. nu. 32. in fin. & cons. 161. num. 3. lib. 2.

Præterea nec ex capite prætensi consensus vlterior processus pretendi potest, quoniam nullibi de illo constat, quinimmo ex ipsis M. Antonij depositionibus prorsus excluditur, nam, quatenus inquit, sibi patefacienti voluntatem accedendi ad Vrbem ad mariti necem, D. Victoriam respondisse, io nō credo niente, opinio hæc contraria repugnat cō-
6 sensui, & præcipue cum in pœnalibus, & odiosis inspiciatur magis opinio, quam veritas, vbi opinio magis fauet ad euitandam pœnam, l. inter omnes, §. rectè, ff. de furt. Castr. cons. 199. num. 2. ante fin. lib. 1. Becc. cons. 60. num. 15. lib. 1.

Et maximè, cum prædictæ voluntatis declaratio proueniret ab amore capto: Etenim, & prudentes mu-
7 lieres, & alij non ignorant, amantes multa promittere absque deliberatione obseruandi ad mulierum deceptionem, itaquod, Fallendique vias mille ministrat Amor, vnde Tibullus, Nulla fides Veneri, periuria ridet amantū Iuppiter, & ventos irrita ferre iubet. Et Catullus, Tum iam nulla viro iuranti fęmina credat. Nulla viri speret sermones esse fideles. Qui, dum aliquid cupiens animus pręgestit apisci, Nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt; prout eosdem versus refert Thom. Act. de ludo Scacchor. quæst. 7. princ. numer. 102. tract. tom. 7. fol. 187. idemque innuit Iodoc. in pupill. patroc. cap. 1. num. 27. tract. tom. 8. par. 2. fol. 382.

Quatenus verò M. Antonius asseruit, D. Victoriam vlterius dixisse, non vorrei, che voi istesso vi metteste à questo pericolo, eumque dimisisse cum benedictione, subiungendo tamen, non ne voglio saper altro, minus consensus elici potest, quia ex prioribus verbis apertissime excluditur consensus quoad pèrsonam ipsius M. Antonij, ne periculo supponeretur; argumentatio verò, quæ exinde fit, vt ergo consentire cēseretur occisioni Viri mediante alia persona, non est iuridica, vt censenda sit consensus inductiua, tum quia super hoc D. Victoria nullum verbum expressit, ac propterea si quod suspicari potest, propositum tanquam re-
8 tentum in mente apud Deum dumtaxat est punibile, l. cogitationes, ff. de pœn. l. 1. §. sola cogitatio, ff. de furt. etiam in atrocissimis, hæresi excepta, vt per Farinac. loquentem in casu prætensi parricidij, cons. 104. num. 5. ante med. vers. quare subintrant, lib. 1.

5 Tum etiam quia in criminalibus consensus debet esse specialis, & expressus, non tacitus, Bald. in l. fin. §. necessitate, num. 37. post princ. vers. immo in criminali requiritur, C. de bonis, quæ liber. Farin. cons. 185. num. 36. & seq. lib. 2. cum immo
10 neque etiam punibilis sit, nisi fuerit cooperatiuus ad delictum consilio, vel auxilio, vt eod. cons. 185. num. 50. vbi ex glo. in l. quisquis, in princ. in verbo eadem, C. ad leg. Iul. Maiest. & Io. Franc. à Ponte cons. 90. num. 28. etiam in crimine læsæ Maiestatis, vltra cogitationem requiritur aliquis actus positiuus, denotans determinationem voluntatis.

Tum & tertio, quia perpensis etiã vlterioribus verbis Dominæ Victoriæ tantum abest, quod consensus elici possit determinatus, quod immo omnino
11 tollitur, dum conclusio eius sermonis in hoc residet, quod, non ne voleua saper altro, Pedemont. d. decis. 79. num. 19. prope fin. vers. à non intro-
12 mettermi; debent enim verba consensum, seu consilium importantia esse clara, expressa, & illatiua delicti, non autem dubia, & æquiuoca, Farin. d. cons. 104. num. 4. lib. 1. & d. cons. 185. nu. 37. & 50. lib. 2.

Neque considerabilis est afferta accomodatio zecchinorum M. Antonio ex habitis mediante argentorum obpignoratione, quia constat eosdem
13 zecchinos restitutos fuisse moniali, quæ prius eamdem summam mutuo Dominæ Victoriæ crediderat. Bart. in l. qui hominem, §. fin. per illum text. ff. de solut. Roman. cons. 428. num. 9. ad fin.
14 Et quia, cum idem M. Antonius dicat, zecchinos habuisse per plures dies, antequam patefecisset Dominæ Victoriæ animum dictæ occisionis, impossibile est, quod accomodatio interpretari possit ad malum effectum, Bero. cons. 175. num. 54. lib. 3. Farinac. quæst. 134. num. 38.

Cœterum excluditur quoque prætensus consensus, quoniam M. Antonius, ex cuius verbis elicitur, refert verba supradicta Dominam Victoriam sibi respondisse tempore carnis priuij ad crates Monasterij. In hoc autem de falso conuincitur, non
15 solum, quia ex informatiuo constat, Commissariũ transmissum ad Partes, non obstantibus exactissimis diligentijs, nihil prorsus habere potuisse ad assertæ loquutionis probationem, Bursatt. cons. 201. num. 148. post med. vers. super quibus potuit haberi informatio, lib. 2. sed etiam quia ex defensiuo
16 plenissime probata est negatiua coarctata tam per Rotaras, quam Assistentes, cum enim remoueãt actum à sensu, magis standum, & adhærendum est huic probationi negatiuæ pro Reo, quam affirmatiuæ ad eius perniciem. Boss. de defens. Reor. post nu. 31. & seq. Felin. in cap. 3. num. 2. de probat. Marsil. cons. 2. num. 12. & cons. 51. num. 13. lib. 1.

Et præcipue stante etiam quod testes ad defensam probent, Dominam Victoriam exoptasse reditum cum Viro, & dum in Monasterio permansit con-
17 sueuisse sæpius in mense sacramenta Confessionis, & Communionis frequentare, quamuis enim eiusmodi probatio non adimat effectum inditijs specialibus, adimit tamen resultantibus ex sola fama delicti, Clar. in pract. crim. quæst. 60. nu. 23. vers. frequens etiam, adeoquod in hoc casu, quo prætensa inditia ex deductis cessant, talis probatio remanet considerabilis, vt etiam admittit Caball. resol. cas. 84. num. 15. Bursatt. d. cons. 201. num. 148. vers. item quia fuit probatum, lib. 2.

Minus verò fundamentum ex aduerso fieri potest in afferta scientia delicti committendi absque reuelatione, tum quia Domina Victoria declarauit expresse, se non credere verbis M. Antonij eius volũtatem patefacientibus, quemadmodum iuueni amore ardenti ex supra deductis minime credere
18 debuit, quamobrem dici nequit, illam notitiam patrandi criminis habuisse, obligantem ad reuelationem, Bertazz. cons. 356. num. 45. vers. & licet, & num. seq. lib. 2. Riminald. Iun. cons. 310. n. 24. & seq. lib. 3.
19 Tum etiam quia sola scientia absque operatione, consilio, aut consensu non est sufficiens in parricidio commisso extra parentes, & præsertim nõ sequuto effectu, vt plenissime ex magis æqua, ac recepta opinione comprobat post alios plurimos, quos allegat, Farin. quæst. 120. numer. 155. & d. cons. 104. a num. 21. vers. pro contraria vsque ad fin. lib. 1.

ARGVMENTVM:

Homicidium an probetur, non verificata causa proportionata, & verisimili.
De exculpatione facta à delinquente ad fauorem socij criminis.

SVMMARIVM.

1 *Causa delinquendi facit inditium.*
2 *Causa delinquendi cessante, cessant inditia, et præsumptiones.*
3 *Causa delinquendi requiritur in homicidio grauis, & proportionata.*
4 *In Amicis, & beneuolis nihil mali præsumi debet.*
5 *Altercatio verbalis ex leui causa, non sufficit pro causa proportionata homicidio.*
6 *Præsumptio fortior excludit præsumptionem debiliorem.*
7 *Mendacium non facit inditium ad torturam, quando consistit circa id, quod si Reus confessus fuisset, non sibi præiudicasset.*
8 *Mendacium, vt Reo præiudicet, probari debet per duos testes.*
9 *Mendacium, nisi consistat circa substantialia, non facit inditium.*
10 *Actus æquiuoci, qui ex aliis causis accidentaliter contingere possunt, non inferunt delictum.*
11 *Variationes non sunt momenti, quando non percutiunt delictum, aut eius circumstantias essentiales, ac principales immediatè.*
12 *Fama, quando non probatur orta tempore commissi delicti, aut incontinenti, sed ex interuallo, non sufficit ad torturam.*
13 *Fama in criminalibus non sufficit, nisi ad inquirendum.*
14 *Testibus pro defensione Rei magis creditur, quàm pro informatione Curiæ examinatis.*
15 *Animus non potest probari per testes.*
16 *Exculpatio facta à socio criminis, præsertim sub iuramento, pro exoneratione conscientiæ, & aliunde adminiculata, inducit præsumptionem innocentiæ.*
17 *Negatiua coarctata à testibus, nempe quod prætensus Reus non esset in loco delicti, inducit probatio-*

bationem innocentiæ, non obstantibus inditiis.
18 *Probatio æquiuoca, & generalis cedere debet probationi specificæ.*
19 *Inditium etiam resultans ex confessione, licet non requirat, quod ab eo abesse non possit veritas, tamen requirit, quod abesse non possit verisimilitudo.*
20 *Verisimile non est, quod quis delinquendo voluerit patenter sese exponere periculo incidendi in manus Curiæ.*

CONSILIVM XXV.

1 SIcut indubitatum est apud Iudices criminales, quod in delictorum perquisitione potissimum oriatur inditium ex causa delinquendi, & præcipue cum apparet, nullum alium delinquendi causam habuisse, Cason. tract. de indit. cap. 1. & 3. nu. 1. & plur. seqq. Peguer. decis. crim. 17. nu. 8. Farin. cons. 50. n. 34. post med. vers. ita è contra, lib. 1. & cons. 127. num. 13. lib. 2. cum alijs per eumdem quæst. 52. num. 147. & seqq. ita quoque indubitatum apud eosdem esse debet, quod cessante delin-
2 quendi causa, omnis delicti præsumptio, omniaq; Curiæ inditia prorsus corruunt, & eneruantur, Bart. inter cons. crim. diuer. cons. 8. num. 8. lib. 1. Foller. in pract. crim. in verbo, itemquod sororem venenauit, post num. 19. Bertaz. cons. 446. nu. 20. & seqq. lib. 2. Farin. d. quæst. 52. num. 150. & d. cons. 50. num. 34. ante med. vers. sicut enim, lib. 1. cons. 130. num. 15. cons. 147. num. 4. hæc enim naturalis, & fortissima præsumptio, quæ omnes alias superat, vt inquit post alios idem Farin. cons. 192. num. 1. & cons. 185. nu. 28. ad fin. lib. 2. Caball. de homicid. n. 294.

In casu autem, de quo agitur, cessat prorsus in Antonio omnis delinquendi causa, non obstantibus ijs, quas Fiscus adducit, tum quia sunt de per se penitus friuolæ, & leues, non autē graues, & proportio-
3 natæ ad homicidium, sicut in Iure requiruntur, Cason. d. tract. de indit. tract. 2. cap. 3. num. 8. & seq. Vulpell. cons. 99. num. 2. Blanch. de indit. num. 130. Farinac. d. cons. 147. num. 5. d. cons. 192. num. 2. lib. 2. & cons. 221. num. 22. lib. 3.

Tum etiam quia, illas esse leues, & non proportionatas, immò etiā prorsus sublatas, constat ex processu defensiuo, siquidem causam suscipiendæ vxoris fuisse ob vlterioris peccati euitationem, causam verò fruendi hæreditate Constantiæ ex testamento ab ea condito, illamque derobandi, recessumque ab eiusdem amicitia, nouamque amicitiam contractā cum Ciccia Constantiæ inimica, prosterni satis clarè liquet ex testium depositionibus, benè probantibus dilectionem Antonij erga Constantiam, propensionemque illi donandi, vt nuberet, & à peccato recederet, mutuamque confidentiam, quatenus Constantia volente Antonio retinebat bona illius etiam pretiosa, Antonius verò volente Constantia claues eius domus; hæc enim amoris, & dilectionis continuatæ cum proposito iuuandi, non nocendi, sunt signa euidentia, quamobrem aduersus perso-
4 nam dilectam, & non maleuolam, nihil mali præsumi, aut suspicari potest, vt arguit ad causæ exclusionem in puncto idem Farin. d. cons. 19. num. 19. propè fin. vers. cum ergo cessaret, & num. seq. lib. 1.

Neque enim huic probatæ dilectioni obstant altercationes aliquando inter eosdem exortæ, & inimicitia supposita inter Constantiam, & Cicciam, quia amantium iræ nedum ad homicidium proportionatæ non sunt, sed nec etiam ad amoris extinctio-
5 nem, sicut verbales altercationes inter fœminas Curiales minus sunt ad huiusmodi effectum considerabiles, Cason. d. tract. de indit. tract. 2. cap. 3. n. 8. & seq. Vulpell. d. cons. 99. num. 2. Farinac. consil. 127. num. 1. ad fin. & num. 6. d. cons. 147. num. 5. & d. cons. 192. num. 2. lib. 2. & in omnem casum cum in Antonio vehementior probata sit dilectio erga Constantiam, ex voluntate, & oblatione donandi sibi de suo, ex causa nubendi, & recessus à peccato, ex perseuerantia permissa in retinendo illius protectionem, & alijs in facto consideratis, nulla
6 est dubitatio, quin demonstrationes, ac præsumptiones exinde orientes, tanquam fortiores vincant satis leues causas, exaduerso ponderatas, vt inquit Caball. d. tract. de homicid. n. 299.

Inconsiderabile est inditium desumptum ex pernoctatione Antonij de eo sero, quo delictum dicitur commissum, extra consuetam mansionem, & mendacium ipsius Antonij conuictum in hac parte;
7 quoniam nec mendacium conuictum facit inditiū ad torturam, quando cōsistit circa id, quod si Reus fuisset confessus, sibi non præiudicasset, Marsil. consil. 15. num. 15. vers. præterea etiam respondeo, Farin. quæst. 52. num. 14. & seq. vbi quod conclusio est verissima, & ideò cum etiam Antonio confitente, se extra proprium domicilium dicto tempore obdormiuisse, non tamen resultaret inditium delicti, cum potuerit in aliam mansionem se conferre, eāque ex honestate, vel alijs respectibus noluisse, nec debuisse patefacere, sequitur quod propterea ex tali mendacio inditium respectu illationis delicti sit satis imperfectum, Bertaz. cons. 59. num. 7. lib. 1. idem Farin. d. cons. 192. num. 21. ad med. vers. tum etiam, lib. 2. qua ratione minus etiam considerabile est mendacium cum Ciccia circa mutuam visionem tam tempore delicti, quàm ante, & post, quinimmo nec mendaciū dici potest, cum neutra
8 ex parte probetur contrarium per duos testes, sicut requiritur, vt per Boss. Bertaz. & alios, quos refert idem Farin. eod. cons. 182. numer. 21. post princ. vers. quia vnicus, lib. 2. ideoque mendacium,
9 vbi solum est circa substantialia, facit inditium, Farin. cons. 193. num. 75. & 91.

Accessus Antonij ad officium Notarij de testamento Constantiæ rogati pro illo inspiciendo, ac accessus Dominici mariti Cicciæ insolitus de tempore prætensi delicti, nullum faciunt inditium, minusque recessus eiusdem Dominici ab Vrbe post auditam vxoris carcerationem, cum sint actus,
10 qui ex accidenti contingere possunt ex alijs causis, ac propterea tanquam æquiuoci, alijsque ex causis interpretabiles, delictum non inferant, sicut eadem ratione non infert commoratio nepotis Antonij in Palatio Illustrissimi Borgiæ, Vulpell. cons. 97. num. 3. Farinac. qui plures alios allegat, quæst. 37. num. 6. & seqq. & d. cons. 192. num. 20. lib. 2.

11 Variationes etiam exaduerso perpensæ non sunt momenti, quia non tangunt delictum, aut eius circumstantias essentiales, ac principales immediate, Farin. quæst. 52. nu. 31. Caball. resolut. crim. cas. 200. numer. 135. & seq. licet secus in alijs, declarando, vt per Giurb. cons. 87. num. 27. & 38.

12 Fama, quæ orta prætenditur contra Antonium, non etiam ad torturam est sufficiens, non solum quia

quia non probatur orta tempore commissi delicti,
aut incontinenti, sed ex interuallo, Farin quæst.
47. num. 177. & num. seq. vers. quare retenta, sed
13 quia diffamatio quæcunque in criminalibus non
est, nisi ad inquirendum sufficiens, vt pluribus
comprobat Caball. tract. de homicid. num. 302.

Quod Antonius dolorem de obitu Constantiæ non
senserit, nec probatur, cum contrarium deponant
14 plures testes, deponentes etiam de actibus extrin-
secis huius doloris, quibus magis est credendum,
Boss. de defens. Reor. num. 7. in fin. Farin. d. cons.
192. num. 34. lib. 2. neque probatio releuaret, cũ
dolor in corde, & animo consistat, animus verò
15 per testes sit improbabilis, Caball. d. tract. de ho-
micid. num. 308. intrinseca enim à solo Deo co-
gnoscuntur, vt ibi, & num. 139.

Remanet prætensa confessio delicti facta à Dominico
cum asserta complicitate dd. Antonij, & Cicciæ,
hæc autem non solum minime attendi potest ob
16 excalpationem factam ab eodem Dominico sub
iuramento pro exoneratione conscientiæ, cui ad-
stipulantur alia deducta in facto, ex quibus præ-
ualet præsumptio innocentiæ, Gomez. var. tom.
3. cap. 13. num. 17. vers. si verò delictum, cum alijs
per Farin. cons. 185. num. 45. lib. 2. sed etiam quia
duo sunt, quæ apertissimè detegunt huius prætẽ-
sæ confessionis erroneitatem, metuque tormen-
torum extortam.

Alterum est, quod concludenter per plures testes
contestes remouentes actum à sensu probatur ne-
17 gatiua, quod Dominicus potuerit esse Romæ in
loco, & tempore commissi delicti, cum eodem
tempore fuerit extra Vrbem in Casali Sancti Spiri-
tus, distante ab Vrbe, itaquod ad eam non potue-
rit accedere, ex quo continuo diu, noctuque in
eadem Tenuta, cum ipsis testibus permansit, Io. de
Amic. cons. 79. num. 1. Bertaz. cons. 251. numer.
99. lib. 2. Rimin. iun. cons. 644. n. 2. lib. 6. Guazz.
tract. de defens. Reor. defens. 28. num. 13. vers. &
melius, & seqq. vbi etiam nu. 15. quod inquisitus
liberandus est ex hac probatione, non obstante,
quod contra eum militarent inditia ad torturam
sufficientia.

Atque hac ratione minus obstant testes deponen-
tes, Dominicum in fine mensis Aprilis, & princi-
pio Maij ad Vrbem accessisse, nam cum hoc prin-
cipium possit multipliciter intelligi etiam vsque
ad tertiam partem mensis, respectu cuius tempo-
ris concordant alij testes, vtique huiusmodi equi-
18 uoca probatio cedere debet specificæ negatiuam,
vt præfertur, probanti, Maluas. cons. 122. num. 24.
vers. 3. & seqq. Cæsar. de Graff. decis. 8. in fine, de
caus. possess. & propriet. Seraphin. decis. 818. n. 5.
Rot. decis. 27. num. 8. par. 1. diuers.

Alterum, quod non minus, quam probatio negati-
uæ tollit omnem ansam dubitandi, illud est, quod
confessio Dominici vndique redditur prorsus in-
uerisimilis, Etenim quod Antonius voluerit Con-
stantiam interficere, causæ suadent contrarium ex
superius deductis, tam respectu sui, quam Cicciæ
fœminæ curialis, ac satis vilis, sed quod minus est
verisimile, & in sensum sani capitis vix cadere posse
videtur, hoc est, quod Antonius, habens clauem
domus Constantiæ apud se, ac propterea valens
ad sui libitum in illam de sero, aut nocte ingredi,
& consequenter potens eam etiam inter somnum
solus, & absque aliquo auxilio trucidare, quando-
quidem retentionem huius clauis Curia impu-
gnare nequit, cum ipse Dominicus in sua præten-
sa confessione deposuerit, Antonium domũ Con-
stantiæ cum claue, quam secum habebat, aperuis-
se, voluerit tali delicto testes assumere, & testes
quidem, quorum, Dominicus erat sibi ignotus, &
licet esset maritus Cicciæ, tamen neque ea de illo
confidebat, dum particeps fuerat in transmissione
eiusdem ad triremes, altera erat femina vilis cu-
rialis sui copiam quibusque faciens; quamuis enim
19 substantia inditij ea sit, quod ab eo abesse potest
veritas, nihilominus verisimilitudo nunquam de-
bet abesse, itaquod ea remota remouetur quoque
ipsius inditij substantia, etiamquod proueniat à
confessione cum tortura, & ratihabitione, Mar-
sil. in l. 1. num. 31. & 35. de quæst. Farin. d. cons.
19. num. 17. ante fin. & num. 19. per tot. lib. 1. &
quæst. 81. num. 28. vbi plurimos allegat, & præci-
20 pue respectu vsus operę ipsius Dominici in assi-
stendo custodiæ ianuæ domus Constantię, cum ex
hac custodia, magisque de sero incidi posset in pe-
riculum Curię eo loci passim transeuntis, Caball.
resolut. crimin. cas. 199. num. 33. vers. quarta de-
prehenditur, & num. seq.

ARGVMENTVM.

Defensor, & instructor innocentiæ quãuis non admittatur iudicialiter ad defensionem contumacis, an admittatur ad aures Iudicis ad allegandum facti veritatem, ita vt Iudex eum audire ex officio teneatur.

An, & quando homicidiũ censeatur præmeditate, vel potius casu, & impetu improuiso commissum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia condemnans ad pœnam excessiuam, non est exequibilis, sed in totum ratione excessus corruit.*
2 *Iudex tenetur ex officio inquirere veritatem facti.*
3 *Instructor innocentiæ, & quilibet de Populo admittitur extraiudicialiter ad aures Iudicis, ad allegandum facti veritatem.*
4 *Pater excipere potest defendendo filium absentem citatum, ratione sui particularis interesse, ad effectum euitandi exequutionem in suis bonis pro legitima prætensa à Fisco.*
5 *Deus solus est scrutator cordium.*
6 *Diuinare quis non præsumitur.*
7 *Iram continere difficilius est, quàm miracula facere.*
8 *Ira, vel dolore, vel timore permotus, non est in plenitudine intellectus.*
9 *Homicida, qui habebat animum occidendi, si forte obuians occidat, non punitur de homicidio præmeditato.*
10 *Casus improuisus attribuitur fato, non noxæ.*
11 *Homicidium commissum calore iracundiæ, ex facto improuiso, æquiparatur homicidio commisso in rixa.*
12 *Motus primi non sunt in potestate nostra, ac prop-*

propterea pœna ordinaria non puniuntur.

13 *Homicidium quamuis animo occidendi commissum, non tamen præsumitur deliberatè, nisi probetur deliberatio, & præmeditatio.*

14 *Homicidium præsumitur præmeditatum stante inimicitia, etiam non capitali. Contrarium nempe, quod requiratur capitalis inimicitia. n. 15.*

16 *Verisimile non est, quod qui semel offendit velit amplius offendere.*

17 *Homicida quando via Iuris vindicare cœpit iniuriam, non præsumitur deliberate occidisse.*

18 *Inimicitia capitalis non oritur ex lite ciuili, non concernente omnia bona.*

19 *Casus fortuitus à casu improuiso distinguitur.*

20 *Homicidium non præsumitur præmeditatum, quando homicida non occultè, sed patenter, & improuidè se gessit.*

21 *Homicidium præmeditatum excludunt coniecturæ, & præsumptiones etiam leues.*

CONSILIVM XXVI.

SVpposito facto, prout supponitur in monitorio transmisso contra D. Alexandrum, non qualitas homicidij pensati, ac ante factum deliberati, sed ex impetu, & improuiso ex facto tunc orto resultat; quamobrem non est locus condemnationi capitali, & bonorum confiscationi, sed mitiori, cum certum sit, neque etiam contumaci fictè confesso imponi posse pœnam grauiorem, & non æqualem
1 perpetrato crimini, immò etiam, nec sententiam condemnantem ad pœnam excessiuam exequibilem esse, sed in totum ratione excessus, & maioritatis pœnæ corruere, Plot. inter cons. crim. diuers. 72. num. 31. & seqq. lib. 2. Clar. quæst. 93. num. 4. Farin. quæst. 11. num. 62. & cons. 121. num. 6. ad med. vers. si verò, lib. 2. Giurb. cons. 83. num. 5. & seq. & n. 8. & plur. seqq.

Magis autem admittendum hoc esset in hoc casu, nō
2 solum, quia Iudicantes tenentur ex officio inquirere veritatem facti; Rol. cons. 47. num. 9. & plurib. seqq. lib. 3. Bertaz. cons. crim. 303. num. 8 lib. 2. per text. in l. si non defendantur, 19. in fin. ff. de pœn. Farin. quæst. 99. num. 232. & 234. itaut quilibet defen-
3 sor, & instructor innocentiæ, immò etiam quilibet de Populo, quamuis non admittatur ad defensionem contumacis per processum iudicialem, admittitur tamen ad aures Iudicis, ad allegandum facti veritatem, testiumque nominationem, adeout Iudices ex officio teneantur eos audire tam de Iure, quàm ex praxi, Farin. d. quæst. 99. numer. 238. 239. & seq. sed etiam quia ex alijs, quæ constant in processu, dignoscitur, homicidium fuisse casu, & ex impetu, non autem cum pensamento ante factum
4 præcedente, quoniam in hac exceptione audiendus est pater, qui illam proponit, defendendo filiū absentem citatum, ratione particulari interesse ipsius patris, ne ex filij condemnatione postea fiat exequutio in eius bonis pro legitima prætensa à Fisco, vt ex communi comprobat Farin. quæst. 99. num. 154. & seqq.

Sed quod homicidium sequutum sit ex improuiso, non habita ratione monitorij in ea parte, in qua narrat, Alexandrum tempus, & occasionem inuenisse, vt exequi posset propositum, & diabolicam intentionem, & deliberationem iamdiu factam de occidendo, iuxta cautelam, quæ traditur in formandis similibus inquisitionibus à Boss. de homicid. num. 65. ante med. vers. tu aduocate Fisci, siqui-
5 dem Deus solus est scrutator cordium, Peguer. decis. 14. num. 19. Caball. resol. crim. cas. 295. num. 27. & tract. de homicid. num. 308. cum alijs infra, ex
6 facto narrato magis contrarium desumitur, cùm Alexander non posset diuinare, vt aduertit Surd. cons. 40. num. 27. in fin. vers. potuisset diuinare, lib. 1. quod Canonicus sibi parum beneuolus, ac inimicus, vt Curia prætendit, vellet ad ipsius Alexādri domum preuijs duplicatis ambassiatis se conferre, hoc autem cum casu, & ex improuiso sequutum sit præter probabilem, & verisimilem expectationem, neque id Alexander cura, & consilio perspicere potuerit, sequitur, quod ex improuiso quoque impetu quodam animi magis, quàm cogitatione præcedente permotus minus beneuoli, aut inimici audacia in accedendo ad eius domum causa eius vxorem, & sororem inuisendi, ex hoc occisi facto tunc orto animum ad offensionem ap-
7 plicauerit; est enim difficilius iram continere, quā miracula facere, inquit ex Diuo Gregorio dialogo 1. Boss. de homicid. num. 60. vbi etiam, quod homo
8 intenso dolore, vel timore permotus non est in plenitudine intellectus, minusque homines colerici, quos homines non integros vocat Auicenna, & num. 58. & seqq. Cason. de malefic. tract. 4. tit. de indit. homicid. præmeditati, cap. 1. num. 2. vers. secus, quando id cum consilio, in tract. nouis. tom. 11. par. 1. fol. 285. vbi fortius, num. 3. quod si quis ha-
9 buerit animum occidendi modò sorte obuians occidat, non puniatur de præmeditato, ex text. in cap. 21. Exod. num. 12. & seq. vbi inquit text. quod qui percusserit hominem volens occidere, morte moriatur, qui autem non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus eius, constituam sibi locū, in quem fugere debeat, & textus in l. 1. in verbo,
10 cœterum, C. ad leg. Cornel. de sicar. inquit, ea, quæ ex improuiso casu potius, quàm fraude accidunt, fato plerumque, non noxæ imputantur, Bart. in l. respiciendum, 11. §. delinquunt, num. 2. ff. de pœnis, Felin. in cap. significanti. 18. num. 14. post princip. vers. homo enim incenso calore, de homicid. Farinac. quæst. 126. num. 215. & numer. 211. ante med. vers. vbi facit conclusionem, Surd. d. cons. 40. num. 23. lib. 1.

11 Adeoquod homicidium commissum ex calore iracundiæ superueniente ex aliquo facto improuiso æquiparatur homicidio commisso in rixa, iuxta l. fin. ff. ad leg. Cornel. de sicar. sic namque æquiparant Bart. in d. l. respiciendum, 11. §. delinquunt, num. 2. ff. de pœn. Boss. de homicid. num. 64 ante fin. Clar. §. homicidium, num. 7. & seq. Farinac d. quæst. 126. num. 211. post princ. Blanch. de indit. num. 90. post med. vers. intelligas etiam, Caball. de homicid. num. 134. eadem namque in homicidio commisso in rixa, & in commisso ex impetu ex casu improuiso est ratio, cum vtroque casu primi
12 motus non sint in potestate nostra, ac propterea pœna ordinaria homicidij non puniantur, Peguer. d. decis. 14. num. 15. vbi quod etiam sapientis animus ex subitis paulisper moueri solet quibusdam motibus rapidis, & inconsultis, officium mentis, ac rationis peruertentibus.

13 Et in dubio homicidium, quamuis dolo, & animo occidendi commissum, non tamen præsumitur deliberatè, nisi exaduerso probetur, præmeditationem, & deliberationem occidendi ex interuallo præcessisse, adeout patratum fuerit, vt aiunt, à san-

a sangue freddo, Marsil. in l. si in rixa, num. 28. ff. ad l. Cornel. de sicar. Felin. in cap. sicut dignum, num. 6. de homicid. Ciar. §. homicidium, num. 8. vers. ex proposito praecipue in fine eiusdem numeri 8. Angel. de malefic. in verb. appensate, Boss. de homicid. num. 53. & seq. Cason. de malef. tit. de atroc. praemed. cap. 5. num. 1. Menoch. de arbitr. cas. 361. n. 23. Surd. d. cons. 40. num. 19. lib. 1. Farinac. cons. 138. n. 27. post med. vers. nam Fiscus, lib. 2. Giurb. cons. crim. 2. num. 13.

Nec obstat, quod conclusio non procedat, quando constat homicidium fuisse commissum ab inimico, 14 etiam non capitali, vt quia ex effectu pateat de antecedente praemeditatione, tum quia licet hanc opinionem tenuerit Paul. Merenda inter consil. crim. diuers. 90. num. 11. lib. 2. & Blanc. de indit. nu. 90. & senserit Honded. cons. 87. nu. 97. ante fin. vers. 15 & licet, lib. 2. tamen in contrarium est communis, & magis recepta, vt immò inimicitia, nisi probetur capitalis, non faciat praemeditationem praesumi, Anchar. cons. 216. nu. 4 Mantua cons. 152. num. 13. & cons. 325. num. 8. lib. 1. & cons. 173. num. 14. lib. 2. Pancirol. cons. 151. num. 3. & seq. Cason. de malefic. tract. 2. cap. 5. num. 3. Bertaz. cons. 85. num. 17. & seq. lib. 1. Bursatt. cons. 271. num. 30. lib. 3. Mascard. de probat. concl. 98. num. 5. Decian. cons. 67. num. 9. & seq. lib. 2. Farin. de communi, quaest. 49. num. 100. & quaest. 120. num. 179. & cons. 61 nu. 16. lib. 1. & cons. 138. num. 7. & 8 & num. 28. ante finem, & cons. 193. num. 44. lib. 2. vbi etiam de communi.

In hoc autem casu nulla ratione praecedens inimicitia censeri potest capitalis, quamuis capitalem illam appellet monitorium, itaut exindè praemeditatio occidendi praesumi possit; tum quia causae maiores, quae in ipso monitorio exprimuntur, quod scilicet Canonicus fuerit querelatus de falsitate, & subornatione testium, & praecedente ablatione ex haereditate R. P. D. Petri, demonstrabāt, Canonicum fuisse offensum, non offendentem, ac propterea illū magis debuisse inimicum censeri querelanti, non 16 è contra, cum distet à verisimili, quod qui semel offendit, velit amplius offendere, Farin. quaest. 49. nu. 17 93. in fine, & praesertim, cum via Iuris inter partes iudicialiter ageretur, idem Farin. d. quaest. 126. nu. 18 181. in fine, ex litibus verò ciuilibus inimicitia talis non oriatur, cum non esset omnium bonorum, idem Farin. cons. 182. n. 13. lib. 2.

Tum etiam quia neque praecedens inimicitia arguit praemeditationem in occidendo, quando casus occisionis prouenit ex actu improuiso ex praeallega-19 tis, qua ratione distinguens Baldus casum fortuitum à casu improuiso, inquit in l. 1. in fin. C. ad leg. Cornel. de sicariis, quod casus fortuitus dicitur, quando non praecedit aliqua causa dependens ab eo, cui casus iste vult imputari, sed casus improuisus dicitur ille, vbi culpa praecedit.

Quod facilius admittendum est hoc casu, quo, si ha-20 buisset animum occidendi Canonicum aut in Vrbe, aut Arimini, in occulto se posuisset, expectans illius aduentum, prout solent facere, qui praemeditate aliquem occidere volunt, & non se patefecisset, Farin. d. cons. 138. num. 17. ante finem, lib. 2. vel alias non ita improuidè se gessisset, vt considerat idem Farin. ad exclusionem praemeditationis cons. 55. n. 18. lib. 1.

Nulla enim est dubitatio quin coniecturae, & praesum-21 ptiones exclusiuae praemeditationis magis attendendae sint, quamuis leuiores, Alba cons. 56. num. 4. Farin. d. cons. 138. num. 26. & cons. 142. num. 23. & seq. lib. 2.

ARGVMENTVM.

De nullitate sententiae contumacialis ob non seruatum ordinem citationum praescriptum à Statuto, & ob non seruatam supersessoriam:

An procedi possit contra mandantem non constito de mandatario, vel constito de mandatarij innocentia.

SVMMARIVM.

1 *Sententia contumacialis resoluitur, quando Reus infra annum spontè se constituit in carceribus.*

2 *Sententia contumacialis, quando est nulla, non est exequibilis, etiam si Reus capiatur siue infra annum, siue post annum.*

3 *Sententia contumacialis nulla, etiam si discussio nullitatis requirat altiorem indaginem, non est exequibilis.*

4 *Sententia est nulla, quando in citatione non fuit seruatus ordo praescriptus à Statuto.*

5 *Statutum derogare potest consuetudini praeteritae, & futurae.*

6 *Statutum praesumitur vsu receptum, & allegant contrarium incumbit onus probandi.*

7 *Sententia lata pendente dilatione, & supersessoria, est nulla.*

8 *Citatio pro singulis diebus, & horis, tanquam nimis vaga, & nimiae seruitutis inductiua, est nulla.*

9 *Citatio quaecumque indeterminata, est nulla.*

10 *Citatio circumducitur per supersessoriam.*

11 *Inimicitiae inditium corruit ex probatione, quod plures adsint inimici, & praesertim ex causis grauioribus, & magis adminiculatis.*

12 *Inimicitia, vt faciat inditium, requiritur, quod sit praecisa, & correspectiua ad vindictam subsequutam.*

13 *Inimicitiae inditium debilitatur ex frequentatione Sacramentorum confessionis, & communionis.*

14 *Fama vaga, & de pluribus, & originata post incohatum iudicium occasione querelae, non attenditur.*

15 *Famae inditium tollitur ex contraria fama fauore Rei.*

16 *Mandatarii innocentia probata, consequens est, quod mandans vexari non possit, ratione correlationis.*

17 *De Mandatario vbi non constat, non dicitur constare de corpore delicti ipsius mandati.*

18 *Mandatarius vbi est incognitus, procedi potest contra mandantem, etiam si non constet de mandatario.*

19 *Mandatarius vbi est incognitus, proceditur contra mandantem quoad delictum mandati, tanquam non exequuti, secus verò quoad delictum sequutum.*

20 *Mandatarius vbi praetenditur certus, & cognitus expresso nomine, & cognomine, si probetur innocens, procedi non potest contra mandantem.*

21 Man-

21 *Mandatum ad occidendum, quando constat fuisse adimpletum ab eo, cui mandatum fuit, procedi potest contra mandantem, etiam si ignoretur, quisnam fuerit iste mandatarius.*

CONSILIVM XXVII.

Sententia lata per Prætorem Pisaurensem contra D. Alexandrum nullius censeri debet considerationis, non solum ex spontanea ipsius D.
1 Alexandri constitutione in carceribus infra annum, ex qua sententia contumacialis fuit resoluta, Seraphin. decis. 965. num. 8. & decis. 354. etiam num. 8. Farin. quæst. 11. num. 89. vers. si verò quis sponte, Rot. decis. 313. num. 6. post lib. 2. consil. Farinac.

Sed quia sententia nulliter fuit lata, & hoc casu ne-
2 que etiam capto sententiam passo siue infra annũ, siue post annum sententia contumacialis nulla, est exequibilis, etiam iuxta terminos Constitutionis Pij Quinti, Chartar. de exequut. sent. capt. ban-
3 nito, in præfat. num. 94. vbi idem intelligit in casu in quo discussio nullitatis altiorẽ requirat indaginem, Farin. de inquisit. quæst. 11. num. 34. vbi de communi.

Constat autem de nullitate sententiæ, tum quia or-
4 do citationum præscriptus à Statuto loci non fuit seruatus, dum Statutum rubrica 1. lib. 3. dat formã, vt vnica sufficiat citatio in persona non apprehẽsi, duplicem verò requirat citationem diebus diuersis, vbi citationes sint domi exequutæ, quapropter in hoc casu, in quo citatio legitur domi exequuta, & nõ fuit duplex, vt Statutũ disponit, sed vnica, sententia substineri non potest, Nellus de bannit. par. 2. temp. 2. quæst. 35. Chartar. de exequut. sent. capt. bannit. cap. fin. num. 184. & 186. vbi quod nec nullitas proueniens ex defectu citationis tollitur à Motu proprio prædicto, & num. 456. Farin. d. quæst. 11. num. 35. 37. & 44. Scac. de Iudic. lib. 1. cap. 97. n. 32.

Neque enim obstat, quod prætenditur, Statutum nõ
5 esse in vsu, & quia Statutum ipsum, rubr. 22. disponit, illud seruandum, non obstante quacumque consuetudine tam præterita, quàm futura, Couarr. var. resol. lib. 3. cap. 13. num. 4. & seq. Gail. obseruat. 18. n. 1. & seq. lib. 1.

Et quia docetur ab hac Parte de obseruantia, & nihilominus etiam quod non doceretur, nihil refer-
6 ret, cum Statutum præsumatur vsu receptum, & alleganti contrarium incumbat onus probandi, Seraphin. decis. 153. n. 2. Rot. decis. 15. num. 4. par. 2. recent.

Tum etiam quia, cum D. Alexander fuerit positus in banno die 24. Ianuarij 1631. & in ipso banno fuisset sibi præfixus terminus trium dierum ad comparendum, illoque elapso in eodem banno citatus ad audiendam sententiam pro singulis diebus, & horis, & sub 26. eiusdem mensis Ianuarij, ac proinde durante termino banni esset obtẽta supersessoria vsque ad nouum ordinem, non potuit validè sub die 18. Februarij sequentis ferri sententia, & quia pendente d. supersessoria deficie-
7 bat iurisdictio, donec reuocaretur, & reuocatio ipsi Alexandro denunciaretur, Rot. decis. 173. nu. 5. par. 1. rec.

8 Et quia nedum citatio, vt præfertur, ad sententiam pro singulis diebus, & horis tanquam vaga, & nimiæ seruitutis inductiua, fuit nulla, Put. decis. 148. lib. 2. in nouis. Caputaq. decis. 293. nu. 1. par. 3. Rot. in Alifana Canonicatus 4. Martij 1611. coram Penia, post lib. 2. cons. Farin. decis. 313. nu. 7. qua ra-
9 tione reputatur nulla citatio quæcumque indeterminata, Roman. cons. 369. n. 8. Rot. decis. 151. n. 2. par. 2. diuers.

10 Sed quia citatio fuerat per d. supersessoriam circumducta, Bart. in l. aut qui aliter, ff. quod vi, aut clam, & l. post edictum, §. 1. ff. de Iudic. Rot. decis. 361. num. 2. par. 1. diuers. & decis. 94. nu. 3. par. 1. rec. & in Romana pecuniaria, seu restitutionis in integrum 5. Decembris 1600. coram Attrebaten.

Cœterum neque aliqua contra D. Alexandrum vrgent inditia ex informatiuo, quæ releuent, & si quæ dantur, funditus ex defensiuo destruuntur.

Etenim prætextus præcedentis inimicitiæ non solũ
11 corruit ex probatione plurium inimicorum, Farinac. quæst. 49. numer. 114. & cons. 192. numer. 27. Giurb. cons. criminal. 97. numer. 10. ex causis grauioribus, & magis adminiculatis, Farin. cõs. 102. num. 18. & 19. & cons. 147. num. 29. dum tamẽ
12 in hac Parte non probatur præcisa, & correspectiua ad vindictam subsequutam, idem Farin. consil. 55. num. 24. & cons. 147. num. 33. sed quia tollitur
13 per probationem confessionis, & sumptionis Sanctissimæ Eucharistiæ, idem Farin. cons. 127. nu. 4. & 25. & quæst. 49. n. 113.

Prætextus verò famæ post delictum exortæ nedum
14 tollitur, quia vaga, & de pluribus, ac originata post incohatum iudicium criminale occasione querelæ, Farin. quęst. 47. n. 173. & seq. & num. 176. Caball. resol. crim. cas. 200. num. 132. & seq. sed quia
15 probata fuit fama contraria exclusiua delicti in D. Alexandro cum legitimis causis, quandoquidem in concursu famæ affirmatiuæ, & negatiuæ, certum est, magis negatiuam fauore Rei attendi, Farin. quęst. 47. n. 168 & cons. 78. num. 36. & consil. 79. num. 24.

Tolliturque omnis dubitatio, quia cum pretensa fama mandati sit restricta ad mandatarios certos, quorum innocentia iustificatur per negatiuam in vtroque processu coarctatam, vtique negari ne-
16 quit, quin data innocentia in prętensis mandatarijs, pernecesse danda quoque sit in prætenso mãdante tanquam correlatiuis, atque hac ratione mandans vexari nequeat, non constito de mandatarijs, l. si is, qui rem, 68. §. si tu Titium, vbi Bart. per illum textum, num. 2. ff. de furt. Boss. de delict. num. 35. Marsil. cons. 49. num. 11. & seqq. Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 33. quomodo mandans, & mandatarius sint correlatiua, num. 1. & seq. Farin. quæst. 3. num. 1. & seqq. vbi de communi, & consil. 24. n. 11. post med. & cõs. 34. n. 1. & cons. 73. nu. 7. ad fin. & cons. 195. n. 14. in fin. Hect. Felic. alleg. 114. n. 13. vers. & quia non constat, & alleg. 167. n. 1. vers. in primo casu, par. 2. Giurb. cons. 91. n. 18. & seq. &
17 cons. 97. n. 7. & vtrobique, quod non constito de mandatarijs non dicitur constare de corpore delicti ipsius mandati.

Nec obstat, quod data innocentia illorum, aduersus quos tanquam pretensos mandatarios fuit formatus processus, resultet mandatarios esse incogni-
18 tos, & hoc casu procedi posse contra mandãtem, etiam quod non constet de mandatarijs, ex Natt. cons. 422. n. 7. & seqq. relato per Clar. in prax. crim. §. fin. quęst. 89. num. 3. ad fin. ex duplici ratione; & quia in hoc casu admittitur inquisitio absque expressione hominis delinquẽtis, ex quo ignoratur,

& quia alias mandatum exequutum per personas ignotas remaneret impunitum, vt explicat Farin. d. quæst. 3. num. 10. quia præterquam quod limitatio procedit sub distinctione, vt inquisitio
19 procedat quoad delictum mandati tanquam nõ exequuti; secus verò quoad homicidium sequutum, quia cum possibile sit potuisse committi ab alijs, quàm mandatarijs; mandans ex hoc capite molestari pro delicto non potest, quam distinctionem comprobat Decian. d. tractat. crim. lib. 9. cap. 33. num. 2. cuius sensus videtur etiam Carer. in pract. crim. tit. de homicid. §. incipiente, circa tertium, n. 39. fol. mihi 149.

Adhuc in casu, de quo agitur, limitatio non afficit,
20 tum quia processus fuit restrictus ad mandatarios certos cognitos expressis nominibus, & cognominibus illorum, Decian. dicto tract. crimin. lib. 9. cap. 33. num. 2. ante med. vers. & in his terminis.

Tum quia limitatio intelligenda est, quando con-
21 stat, homicidium fuisse commissum ab eo, cui mãdatum fuit, quis tamen fuerit iste mandatarius, qui homicidium commisit, ignoratur, quia vel peregrinus, vel ignotus, vt per Surd. cons. 40. num. 10. lib. 1. vbi eodem num. in vers. & quamuis, ita declarat Nattam eodem præfato cons. 422. & sentit etiam Mascatellus in prax. crim. tit. de homicid. mediante mand. num. 17. & seqq. præcipuè nu. 19. vers. quoad verò secundum, & ante eos Ruin. consil. 6. num. 11. ante med. vers. eadem ergo ratione, lib. 5. & Ruinum, & Surdum vbi supra sequitur etiã idem Farin. cons. 102. num. 31. ante finem.

ARGVMENTVM.

Homicidium an in dubio censeatur præmeditate commissũ, vel potius ex improuiso, ita vt euitari possit pœna ordinaria, præsertim concurrẽtibus circumstantijs pro negatiua præmeditationis.

SVMMARIVM.

1 *Delictũ commissum ex proposito dicitur dolosum, ex impetu autem commissum dicitur culposum.*
2 *Culpa lata, non æquiparatur dolo, vbi agitur de corporali pœna.*
3 *Homicidium illud dumtaxat dicitur dolosum, & ex proposito, quod præcedente deliberatione committitur.*
4 *Homicidii committendi deliberatio solum desumitur, vbi quis calore iracundiæ sedato, ex interuallo delinquit.*
5 *Homicidium in rixa commissum non punitur pœna ordinaria, nisi constet occisorem fuisse rixæ authorem, & prouocatorem.*
6 *Animus occidendi deliberatus, vbi non probatur, non est locus pœnæ ordinariæ, Et num. 9.*
7 *Animus occidendi deliberatus in dubio non præsumitur.*
8 *Animus occidendi deliberatus præsumitur in latronibus, & depopulatoribus agrorum.*
10 *Homicidio commisso in rixa, vbi ignoratur, quis fuerit author rixæ, non est locus pœnæ ordinariæ.*
11 *Homicidio commisso in rixa, vbi de causa occidendi nõ constat, occisus præsumitur author rixæ.*
12 *In Homicidio ex improuiso in rixa cessat pœna mortis.*
13 *Homicidium in rixa tunc dicitur commissũ, quãdo illud præcessit aliqua rixa aut verbalis, aut realis inter occidentem, & occisum.*
14 *Animus occidendi post incohatam rixam præsumitur superuenisse inconsulto calore, & præcipiti voluntate, non tribuente locum pœnæ ordinariæ.*
15 *Excessus quicumque in rixa punibilis non est ordinaria pœna, sed mitiori extra ordinem.*
16 *Homicidio commisso in rixa, non est locus pœnæ ordinariæ, quando constat, occisum fuisse prouocatorem.*
17 *Testibus, qui interfuerunt à principio rixæ vsq; ad finem magis creditur, vti magis informatis.*
18 *Testibus duobus affirmantibus magis creditur quam mille negantibus.*
19 *Testis dictum suum declarare potest in alia depositione, præsertim quando Partem alloqui non potuit.*
20 *Prouocator dicitur ille, qui primus verbis iniuriosis, vel factis aduersarium ad iram incitauit.*
21 *Prouocator præsumitur, qui primus operam dedit rei illicitæ.*

CONSILIVM XXVIII.

Delinquunt homines aut ex proposito, aut impetu, aut casu, vt inquit textus in l. respiciendum, 11. §. delinquunt, ff. de pœn. cum autem non vna, eademque pœna plectendum sit delictum impetu commissum, sicut illud patratum ex proposito, conclusio recepta est in Iure, quod, ex quo
1 delictum ex proposito dicitur dolosum, commissum verò ex impetu culposum, Clar. §. homicidiũ, num. 5. vers. deliberatum autem, Farin. quæst. 119. num. 7. & 8. pœna culposi homicidij non debet esse pœna ordinaria mortis, ex quo, vbi agitur de
2 pœna corporali, nec culpa lata equiparatur dolo, l. in lege Cornelia, in princ. ff. de sicar. vbi glo. in verb. culpa lata, Clar. d. §. homicidium, num. 3. vers. culpa dicitur, Menoch. de arbitr. cas. 324. num. 11. Farin. quæst. 126. num. 50. Caball. tract. de homicid. n. 197. 202. & seqq. cum alijs infra.

Conclusio autem in secunda parte distinctionis huic casui applicatur, nam, cum illud dumtaxat dica-
3 tur homicidium dolosum, & ex proposito, quod præcedente deliberatione committitur, Boss. de homicid. num. 53. Clar. d. §. homicidium, num. 1. & 6. vers. ex proposito, Farin. d. quæst. 126. num. 3. de-
4 liberatio verò homicidij committendi solum desumatur, vbi quis post acceptam iniuriam sedato calore iracundiæ, ac, vt aiunt, à sangue freddo, ex interuallo delinquit, Boss. d. tit. de homicid. nu. 50. & seq. Clar. d. §. homicidium, num. 8. Caball. de homicid. num. 383. & seq. Surd. cons. 40. num. 19. lib. 1.

Atque hinc fit, quod licèt controuersa sit opinio, an homicidium in rixa commissum censendum sit potius dolosum, ac proindè an in eo veniat imponenda ordinaria, vel extraordinaria pœna, ta-
5 men in dubio verior, & magis recepta est, quod solùm locus sit pœnæ extra ordinẽ, vbi cõcludenter

non constat, occisorem fuisse rixę authorem, ac prouocatorem ratione satis clara, quia hoc casu neque etiam præsumi posset animus deliberatus occidendi, l. 1. §. diuus, ff. ad leg. Cornel. de sicar. Farin. d. quæst. 126. nu. 48. & seq. Caball. de homicid. d. num. 383. Laderch. cons. 181. numer. 29. Surd. d. cons. 40. num. 19. Honded. cons. 99. num. 45. & alijs lib. 1.

6 Vtique ad euitandam pœnam ordinariam, satis est D. Francisco, quod ex parte Curiæ, & adhærentium, nec animus deliberatus occidendi probatus fuerit aliquo ex ijs modis, quibus deliberatio in huiusmodi delicto probatur, de quibus Clar. d. §. homicidium, num. 8. vers. ex proposito, Boss. de homicid. num. 57. & seqq. Blanc. in prax. crim. §. datis defensionibus, num. 69. & seq. Menoch. de arbitr. cas. 361. num. 23. & seqq. Mascard. de probat. concl. 98. lib. 1. Farin. d. quæst. 126. num. 93.

7 & seqq. quodque minus probata fuerit ex parte interfectoris prouocatio, quoniam in dubio magis præsumendum est, animum deliberatum minimè adfuisse, Blanc. de indit. num. 54. Menoch. d. cas. 361. nu. 23. post princ. vers. hinc infertur, Vulpell. cons. 127. in prin. Alba cons. 46. num. 2. dicens, hanc esse regulam generalem exceptis solum duo-

8 bus casibus latronum, & depopulantium agros, Bertaz. cons. crim. 85. num. 2. & seqq. lib. 1. Farin. d. quæst. 126. num. 106. Caball. de homicid. num. 385.

Neque obstat, quod in hoc articulo, numquid in dubio homicidium præsumẽdum sit præmeditatum, vel non præmeditatum plerique velint, quæstionem esse Iudicantis arbitrariam, quia cum nihilominus omnes concordent, arbitrium regulandum esse ex circumstantijs facti, & iuxta Iuris regulas; tantum abest, quod in hoc casu exaduerso iustificetur earum efficacia, vt immo ex deductis probentur qualitates prorsus huius prætensæ deliberationis exclusiuæ, aduertendo, quod inter se longe differunt animus occidendi, & animus deliberatus occidendi; quamobrem licet verum esse pos-

9 sit, quod ex armorum qualitate, & modo percutiendi, ac loco illatorum vulnerum resultet in percutiente occidendi animus, nõ tamen propterea sequitur, animum occidendi fuisse cum meditatione, & deliberatione, quemadmodum ad effectum pœnæ ordinariæ requiritur, Clar. d. §. homicidium, nu. 8. post med. vers. sed ego in hoc proposito, Bertaz. cons. 85. num. 10. & cons. 208. nu. 7. in fin. & seq. lib. 1. Farin. d. quæst. 126. num. 10. Surd. d. cons. 40. nu. 29.

Constat autem apertissime de eiusmodi facti circumstantijs omnem præmeditationem excludentibus. Primo, quia inter occidentem, & occisum nulla probatur præcedens inimicitia, vel maleuolentia, nisi ex deductis in facto illa desumatur ex parte occisi, nullaque prorsus causa offendendi, nedum proportionata, quandoquidem homicidium absque inimicitia pręcedente, aut occidendi causa censendum est prouenisse ex rixa, & ex pluribus

10 rixantibus, vbi ignoratur quis fuerit author rixæ, cum esse possit, quod occidens originem rixæ minime dederit, sed occisus, hæc sola possibilitas sufficit ad exclusionem pœnæ ordinariæ, Hond. d. cons. 99. num. 21. & seqq. vbi contrarijs omnibus respondet, lib. 1.

11 Ideoque non constito de præcedenti occidendi causa, magis occisus censendus est author rixæ, quam occidens, ac proinde cessat pœna ordinaria, l. sciendum, §. cum stramenta, ff. ad leg. Aquil. & per illum textum glo. in l. 1. §. cum arietes, in verbo sibi, ff. si quadrup. pauper. fec. dicatur, vbi etiã Fulgos. Cepol. cons. crim. 29. num. 11. Menoch. de arbitrar. cas. 363. num. 15. & 20. vbi pariter contrarijs respondet, Honded. d. cons. 99. num. 21. & seqq. lib. 1. Farinac. cons. 166. numer. 5. post med. lib. 2.

Secundo, quia negari non potest, quin ex ipso processu informatiuo constet, originem huius casus processisse ex improuiso, dum famulus D. Francisci prohibita sibi ab occiso sambucorum quorumdam incisione, hanc prohibitionem Domino denunciauit, & ex hac denunciatione motus ipse Dominus accessit ad locum, quærens ab occiso dictæ prohibitionis rationem, quæ rixæ causam dedit; suppo-

12 sita autem rixa ex improuiso, nulla est dubitatio, quin cesset pœna mortis, Boss. de homicid. nu. 64. in fine, Menoch. de arbitr. cas. 361. num. 23. Cason. de indit. in præmissis, cap. 5. num. 1. Baiard. ad Clar. in §. homicidium, num. 23. cum alijs per Farin. cons. 138. num. 17. & cons. 142. nu. 5. post med. vers. plusquam autem, lib. 2. & d. quęst. 126.

13 num. 48. & pro regula tradit in rixa tunc dici, commissum homicidium, quando illud præcessit aliqua rixa aut verbalis, aut realis inter occidentem, & occisum, cons. 132. numer. 6. ad med. lib. 2.

14 Etiam quod post incohatam rixam resultet pręsumptio animi occidendi, quia vbi non constat de præcedente inimicitia, tractatu, aut cogitatione delinquendi, homicidium pręsumitur superuenisse inconsultò calore rixæ ex abrupta quadam, & pręcipiti voluntate, non tribuente locum pœnæ ordinarię, Clar. d. §. homicidium, numer. 6. post med. vers. ex opposito, vbi quod ita Senatus Mediolanensis sæpius iudicauit, Menoch. de arbitr. d. cas. 361. num. 37. & seqq. Farin. d. quæst. 126. nu. 48. vers. secus, & num. 188. & cons. 100. nu. 28. vers. addo ego, lib. 1. Caball. de homicid. num. 105. & seq.

15 Ac etiam quod occidens dicatur excessisse, quia excessus quicumque in rixa punibilis non est pœna ordinaria, sed alia mitiori extra ordinem, Bald. in l. vt vim, nu. 9. post med. vers. sed quando excedítur, & ibi Ias. numer. 11. ff. de Iust. & Iur. Farin. quęst. 125. num. 396. & seq. & numer. 409. & 414. prouenit namque excessus in rixa ex improuiso, & primis motibus sine consilio, ideoque ad mediocrem pœnam punitur, vt per Peguer. dec. 14. num. 15. Farin. cons. 2. num. 10. ante finem, & num. 14. lib. 1.

Tertio, quia ponderatis deductis exaduerso ad probationem, quod D. Franciscus fuerit author rixę, & perpensis probatis pro d. D. Francisco etiam ex processu defensiuo, preualent probatio-

16 nes facientes occisum prouocatorem, quo casu non dubitatur, pœnam ordinariam excludi, Boss. de homicid. num. 89. Hond. d. cons. 99. num. 28. & seqq. lib. 1. Farin. cons. 2. nu. 4. & d. quęst. 125. num. 496. ad med. Caball. d. cas. 231. nu. 20. vers. nisi aliæ extarent, & de homicid. n. 111. & seq. & num. 138.

17 Etenim per testes D. Francisci, quibus magis standum, tum ex eo, quod magis informati tanquã ij, qui interuenerunt a principio rixę vsque ad fi-

18 nem, Farin. cons. 67. numer. 6. lib. 1. tum quia

deponunt super affirmatiua prouocationis ex parte occisi, & de Iure magis creditur duobus affirmantibus, quam mille negantibus, Seraphin. dec. 607. num. 2. Rot. decis. 335. num. 2. par. 1. diuers. non obstante exceptione, quæ datur alteri testi de impossibilitate visus, & auditus ex loco, de quo deposuit, cum possibilitas existat in loco ab eodē
19 teste in alia depositione declarato, sicut potuit, Farin. de testib. quæst. 66. num. 260. præcipue cū semper prius in secretis carceribus permansisset, itaut Partem alloqui non potuerit, vt eod. num. 260. & in puncto ead. quæst. 66. num. 233.
20 Non solum probatur, occisum fuisse illum, qui primo interficientem verbis iniuriosis, & factis lacessiuit, vnde prouocatio negari non potest, tanquam ea, quæ D. Franciscum ad iram incitauit, Farin. d. cons. 67. num. 4. lib. 1. & quæst. 125. nu. 508. n. 510. & num. 522. & seq. & quæst. 52. num. 144. Caball. d. cas. 231. num. 6.

Sed tam ex testibus, quam ex relatione periti iudicialiter deputati constat, sambucos fuisse proprios ipsius D. Francisci, ac propterea prouocatorem
21 necessario fuisse occisum temere, ac illicite eorum incisionem prohibentem, Cepol. cons. 29. num. 7. vers. primo quia, & num. 9. vers. 4. Caball. d. cas. 231. num. 8. & ideo non applicatur text. in l. quoniam multa facinora, C. ad l. Iul. de ui publica.

ARGVMENTVM.

De intellectu bannimentorum Vrbis, & Status Ecclesiastici quoad crimen assasinij.

Ex mandato ad sfrisandum, an teneatur mandans pœna ordinaria, quādo mādatarius excessit, & commisit homicidium.

SVMMARIVM.

1 *In assasinio requiritur de Iure mandatum ad occidendum mediante pecunia, nec sufficit ad vulnerandum.*
2 *Bannimenta Vrbis non habent locum extra districtum.*
3 *Statutis ligari, & forum sortiri a pari procedunt.*
4 *Bannimenta Vrbis de assasinio intelliguntur, quando datur mandatum ad homicidium.*
5 *Obseruantia bannimentorum Vrbis de assasinio quoad mandatarios non extenditur ad mandantes.*
6 *Bannimenta Status Ecclesiastici de assasinio intelliguntur, quando inter mandatum, & exequutionem non datur difformitas, secus dato excessu in exequutione.*
7 *Ex Bannimenti generalibus de assasinio, non est sufficiens extensio ad pœnam mortis, quando mandatum fuit limit. tum ad vulnerādum in facie, vel ad sfrisandum.*
8 *Ex Mandato ad sfrisandum non tenetur mandans de excessu sequuta morte.*
9 *Mandans aliquem verberari efficitur irregularis, si inde sequatur homicidium, vel mutilatio.*
10 *Dolus ex proposito requiritur, nec sufficit lata culpa, vbi agitur de pœna sanguinis.*
11 *Mandans aliquem sfrisari, quamuis de excessu teneretur, non tamen tenetur pœna ordinaria, quando mandatarius percutit in capite, & inde sequitur homicidium.*
12 *Mandans non tenetur de excessu, quando in potestate mandatarii erat non excedere.*
13 *Inimicitia, vel causa proportionata requiritur in mandato ad homicidium.*
14 *Mandatarii dictum non facit inditium ad torturam, nisi alia concurrat præsumptio proxima, non autem remota.*
15 *Tortura purgat maculā societatis criminis, non autē alios defectus, etiam si de criminibus exceptis agatur.*
16 *Mandatarius etiam si dicat, se requisitum, & mandatum non acceptasse, non facit inditium.*
17 *Homicida, qui voluit occidere vnum, & occidit alium, non punitur pœna ordinaria.*

CONSILIVM XXIX.

INditia, quæ ex processu informatiuo resultare prætenduntur, neque ascribi possunt qualitati assasinij, neque qualitati homicidij, ex quo Causa censeri possit capitalis, quoniam respectu primi
1 capitis Iure communi inspecto, nulla est difficultas, quod ad eius essentiam requiritur mandatum ad occidendum, mediante pecunia, nec sufficit mandatum ad vulnerandum, quicquid dicant relati per Farin. quæst. 123. num. 142. & seq. siquidem contraria verior, & magis recepta, Gabr. de malef. concl. 1. num. 30. Decian. tract. crimin. lib. 9. cap. 30. num. 41. Vulpell. cons. 143. num. 1. Baiard. ad Clar. §. assasiniū, n. 2 Farin. alios plures referens d. quæst. 123. num. 139. & seq. Honded. cons. 93. nu. 65. lib. 2. Mastrill. post tract. de Magistrat. in comment. ad Indultum generale, cap. 29. n. 12. & decis. 293. n. 26. 27. & seqq.

Nec obstant bannimenta generalia, quia de banni-
2 mentis Gubernatoris Vrbis non est agendum hoc casu, tum ex defectu iurisdictionis extra districtū, Soc. in cap. postulasti, num. 16. ante med. vers. aut quæritur quoad pœnæ impositionem, de for. cōp.
3 Vulgatum enim est à pari procedere Statutis ligari, ac forum sortiri, c. fin. de constit. in 6. Bero. cons. 155. num. 16. lib. 2. Seraphin. decis. 1018. n. 6.

Tum quia hæc Vrbis bannimenta imponentia pœnā
4 assasinij illis, qui ob pecuniæ promissionem, aut alterius complacentiam alios offendunt, aut offendere tentant, licet non sequatur mors, dummodo deuentum fuerit ad actum proximum, intelligenda sunt, quando mandatum fuit datum ad homicidium, cùm satis sit, quòd corrigant Ius commune, tam in eo, quod assasinium statuant, vbi mors nōn sequitur, quàm in eo, quod incurrat hanc pœnam offendens sola contemplatione alterius absque præmio, seu promissione, cuius contrarium de Iure disponitur, ita namque in his terminis intelligunt Hond. cons. 63. num. 71. & seqq. lib. 2. & Mastrill. de Indult. general. cap. 29. nu. 12. præsertim post med. vers. etiam si mors, vbi quod ita fuit in pluribus Causis iudicatū, vt etiam per eumdem Mastrill. decis. 293. n. 26. ad finem.

Et licèt in Vrbe aliquando fuerit contrarium obser-
5 uatum,id tamen fuit quoad solos mandatarios, qui absque dubio magis delinquunt, quam mandantes; quamobrem obseruantia non est ad mandantes extensibilis,Honded.cons.93.num.75.ante fin.vers.secundo dicitur,& num.76.& 77.lib.2.Farin.quæst.135.num.142.& seq.Mastril.d.decis.293.n.24.vers.sed dato.

Bannimenta verò Status Ecclesiastici emanata ab Eminentissimo D.Cardinale Barberino, licèt in cap.29.pro vulneribus inflictis in plateis,aut locis publicis,aut alibi de nocte, duplicent pœnas expressas,& vlterius in casu huiusmodi delictorum, de mandato aliorum statuant, incurri tam per mandantem, quam mandatarium pœnam triremium per annos decem,& confiscationis medietatis bonorum, ac etiam vitæ ad arbitrium Suæ Eminentiæ,& num.76.generaliter disponant easdem pœnas, in quas incidunt principales delinquentes,incurrere etiam mandantes, & auxiliatores,id,quod in alio pariter capitulo generali disponunt quoque bannimenta Vrbis, tamen non propterea Causa in casu, de quo agitur, capitalis
6 censeri potest: tum quia edicta hæc generalia recipiunt passiuam interpretationem à Iure, vt intelligantur, quando inter mandatum, & illius exequutionē nō datur difformitas,secus verò dato excessu in exequutione ,prout datur hoc casu, ex depositis ab eisdē examinatis pro Curiæ informatione,prout in his terminis eiusmodi edicta generalia intelligunt Menoch. de arbitr. cas. 352. num.5.& Maluas.inter cons.crim.diuers. cons.111. num.28.& seqq.lib.1.

Tum quia pœna capitalis,quæ in dictis bannimentis reseruatur arbitrio Eminentissimi Domini, non
7 indistinctè admittitur;sed ita demum eius extensioni locus est,quatenus mādatum sit adeo atrox, vt ex eius circumstantijs,& qualitatibus illud grauantibus meritò pœna mortis sit imponenda, quapropter cessare,non admitti debet hoc casu, quo mandatum fuit limitatum ad vulnerandum in facie,scilicet ad sfrisandum,vt ijdem testes Curiæ deponunt,& concurrunt alia, de quibus infra, Farin.quæst.17.num.34.in fine,& num.seq.& cons. 30.n.69.& cons.32.num.6.Guazz. tract. ad defens. cap.4.num.7.

Minus obstat, quod ex mandato ad vulnerandum mandans teneatur de excessu, ex ratione, quia vulnera non dantur ad mensuram,quia conclusio non applicatur facto, ex quo ex eisdem testibus Curiæ liquet,prætensum mandatum,de quo queritur,non fuisse datum ad vulnerandum, sed ad sfrisandum,inter quos casus maxima est differentia,itaquod in hoc secundo receptissima est con-
8 clusio,quod licet mandatarius percutiendo occidat,non tamen mandans tenetur pœna capitali, sed alia mitiori,ex ratione difficultatem non patiente,quia ex sfrisijs mors minimè sequitur, Decian.hoc respectu communiter receptus, consil. 622.num.3.ad med.Clar.in prax.crim.quæst.89.n. 5.post med.vers.idem etiam dicerem,Maluas.inter cons.crim.diuers.cons.111.num.1.cum num.12.& plurib. seqq. lib. 1. Io: Maria Monticellus in prax. crim.reg.7.de mandat.mat. numer. 63. ante med. vers.vel in cruribus,Decian.attestans de communi,tract.crimin.lib.9.cap.39.num.6.post med.vers. & de eo,qui iussit faciem, Petr. à Plaz.in epitom. delict.cap.15.num.1. Menoch. de arbitr. cas. 352. num.3.Caball.de homicid.n.270.propè med. vers. benè autem procedit consilium Decij.

Neque in contrarium dici potest vrgere tex.in c.fin. de homicid.in 6.quatenus inquit, is, qui mandat aliquem verberari, licèt expresè inhibeat,ne occidatur vllatenus,vel membro aliquo mutiletur, irregularis efficitur,si mandatarius fines mandati excedens,mutilet,vel occidat, cum in mandato culpa fuerit,& hoc euenire posse debuerit cogita-
9 re,quia textus loquitur ad effectum irregularitatis,secus verò est quoad pœnam capitalem, quia idem textus magis contrarium sentit,ex quo mādantem redarguit de culpa,nōn autem de dolo,
10 & vbi agitur de pœna sanguinis,absque dubio requiritur dolus deliberatus ex proposito, itaquod nec etiam lata culpa æquiparatur dolo,vt firmant in his terminis Carer.in prax.crim.in 3.tract. de homicid.de caus.excus.mandan.nu.7. Marsil.cons. 67.num.27.Gram.cons.crim.20.num.4.in princip. vers.item textus,Plaz.in epit.delict. d. cap.15. nu. 6.vers.sexto solet.Maluas.d.cons.111.à num.12.ad 24.inter cons.crim.diuers.lib.1.Bertaz. cons.crim. 505.n.4.lib.2.

Minusque vrget,quod inquit Farin.quæst.135. num. 157. conclusionem,quod mandans sfrisari, non
11 teneatur de excessu, apud ipsum non transire sine difficultate,quando mandatarius volens exequi mandatum ad effectum sfrisandi,percutit,sed percussio casu sequitur in capite,vel loco,ex quo percussus moritur,& quia ipse Farin.etiam in hoc casu mortis ex vulnere tentato in faciem, & in caput casu incidente,restringit se ad pœnam mitiorem ordinaria,vt eadem quæst.135.num. 157. in fine.

Et quia prætensum mandatarium hoc casu testes ipsi Curiæ deponunt,habuisse à mandante pistolesium, cum quo ad effectum sfrisij percuteret, hoc namque casu, quo in potestate mandatarij fuit cum eodem percutere cęsim, & non punctim, dum mandatarius alio armorum genere vsus fuit, prout ex relatione Chirurgi,quatenus dixit in visitatione cadaueris,ferita fatta da vn falciócino,ò altra cosa con la punta riuolta in dietro, mandās
12 de excessu minime tenetur, Clar. quæst. 89. n. 5. post med. vers. apparet enim, idem Farinac. d. q. 135. eodem num. 147. & quæst. 127. num. 52. & seq. & in hac quoque sententia ipse Farin.residet, quando est in potestate mandatarij mandati formam seruare, cons. 104. num. 13. ante med.lib.1. atque ita etiam distinguit eadem, quæst. 135. nu. 163.

13 Sed plura etiam concurrunt in hoc casu, prætensa per Curiam inditia destruentia. Primo,quia inter occisum, & prætensum mandantem nulla probatur causa inimicitiæ proportionata delicto, quinimmo in defensiuo probatur,quod leues illæ deductæ, ex impedimento præstito ingressui in portum, & administrationi bonorū auunculi,nec reuocatæ fuerunt ad animum, nec sunt considerabiles ob mutuam beneuolentiam, & amicitiæ demonstrationes subsequutas, Bart. inter cons. crimin. diuersor. cons. 8. nu. 8. lib. 1. Foller. in pract. crim. in verb. item quod sororem, post num. 19. Bertaz. cons. 446. num. 20. & seqq. lib. 2. Farin. quæst. 50. num. 31. & quæst. 52. nu. 150. & cons. 50. n. 34. ante med. vers. sicut enim, & cons. 56. numer. 13. & cons. 130. numer. 15. & cons.147.num.4.Cason.de indit.tract.2.cap.2.n.1 & seqq.

& seqq. & cap. 3. num. 3. hæc enim naturalis, & fortissima est præsumptio, omnes alias superans, vt inquit idem Farin. cons. 192. num. 1. & cons. 185. n. 38. ad fin. Caball. de homicid. n. 294.

Secundo quia ex defensiuo constat, testes Curiæ deponentes de prætenso mandato esse inimicos asserti mandantis, nam propterea magis desumitur, hanc fuisse eorum imposturam, quapropter cum
14 regulariter mandatarij dictum etiam in crimine assasinij non faciat inditium ad torturam, nisi alia concurrente præsumptione, quæ sit proxima, & tangens delictum, non autem remota, Farin. cons. 30. num. 31. 32. & seqq. & cons. 19. num. 18. etiam quod agatur de delictis occultis, idem Farin. cons. 55. num. 4. 17. 34. & seq. minus facere potest hoc casu, etiam quod deponentes eorum dictum su-
15 stinuerint in tortura, quia illa purgat quidem maculam prouenientem ex societate criminis; sed non tollit alios defectus, & præcipuè inimicitiæ cum eo, contra quem deponunt, etiam quod agatur de criminibus exceptis, Honded. cons. 100. num. 37. & seqq. lib. 1. Farin. cons. 79. num. 3. & seq. & cons. 80. num. 23. & quæst. 43. n. 178. & seqq.
16 Etiamquod alter ex prætensis mandatarijs dicat, se fuisse requisitum, & mandatum non acceptasse, sed recusasse, quia nec propterea inditium facit, cum alias in potestate cuiuslibet ribaldi esset quemlibet inculpare, vt verbis Farinac. vtar cons. 192. n. 22. lib. 2.

Tertio, quia præter alia diligenter in facto deducta, in omnem casum ijdem testes Curiæ asserunt, prætensum mandatum ad sfrisandum fuisse non aduersus occisum, sed fratrem. Volens autem vnũ
17 occidere, & occidens alium non punitur pœna ordinaria, vt post alios plenè per Caball. resol. crimin. casu 31. per tot.

ARGVMENTVM.

Inimicitia ex lite ciuili, & aliæ prætensæ offensiones an sint causæ proportionatæ, & sufficientes, vt præsumatur mãdatum ad homicidium.

SVMMARIVM.

1 *Causa delicti cessante, cessant inditia quæcumque.*
2 *Causa delinquendi deficiente, confessio non attenditur.*
3 *Inimicitia sola destituta aliis inditiis, non facit inditium ad torturam.*
4 *Inimicitia sola neque etiam facit inditium sufficiens ad inquirendum specialiter.*
5 *Inimicitia capitalis facit inditium ad homicidiũ, secus si non capitalis.*
6 *Inimicitia ex lite ciuili non consideratur pro inditio, quando lis non vertitur super omnibus bonis, vel maiori eorum parte.*
7 *Transactio excludit inditium inimicitiæ prouenientis ex lite.*
8 *Inimicitiæ inditium tollitur ex reconciliatione, & mutua salutatione.*
9 *Inimicitia grauis non oritur ex non salutatione.*
10 *Inimicitiæ inditium tollitur ex actibus amicabilibus successiuis.*
11 *Testibus deponentibus de actibus specificis magis creditur.*
12 *Inimicitia non arguitur ex causa ignota ei, qui prætenditur inimicus.*
13 *Ignorans delictum dici nequit delicti fautor, aut defensor.*
14 *Exculpatio facta à querelante suffragatur querelato.*
15 *Verisimile non est, quod qui semel offendit, velit amplius offendere.*
16 *Testis est suspectus de falso, quando alius allegatus in contestem deponit contrarium.*
17 *Impossibilitate, immo etiam inuerisimilitudine concurrente, confessio, & inditia destruuntur.*
18 *Inditium non oritur ex eo, quod vno, vel altero modo esse potest.*
19 *Birruariis, & ministris Curiæ non creditur, etiã si deponant de pertinentibus ad eorum officium.*
20 *Fugæ, & latitationis inditium excluditur, quando quis publicè, & palam in Ciuitate conuersatur.*
21 *Fugæ inditium excluditur ex comparitione spontanea.*

CONSILIVM XXX.

CAusa est in statu absolutionis, quia de prætenso mandato ad occidendum nullatenus constat; inditia vero, quæ ex parte Curiæ prætendũtur, vel tale nomen minime merentur, vel sunt adeo leuia, vt nullius sint cõsiderationis pro tortura inferenda, dum nulla iustificatur causa occidendi, nedum proportionata homicidio, ideoq.
1 merito causa cessante non solum cessent omnia inditia, Bart. inter cons. crim. diuers. cons. 8. n. 8. lib. 1. Foller. in pract. crim. in verb. itemquod sororem, post num. 19. Bertaz. cons. 445. numer. 20. & seqq. lib. 2. Farin. quæst. 50. num. 31. & quæst. 52. num. 150. & cons. 50. nu. 34. ante med. vers. sicut enim, & cons. 56. nu. 13. & cons. 230. nu. 15. & cons. 147. num. 4. hæc enim naturalis, & fortissima est præsumptio, omnes alias superans, vt inquit Farin. cons. 192. num. 1. & cons. 185. n. 38. ad fin. Caball. de homicid. num. 294.
2 Sed nec confessio ipsa delicti attendi potest, vbi causa delinquendi deficit, idem Farin. d. cons. 185. num. 28. ad fin.
3 Neque enim pro inditio considerabilis est prætextus inimicitiæ, quia præterquam sola inimicitia alijs inditijs destituta, quicquid aliqui in contrarium senserint, non facit inditium ad torquendũ ex veriori, & magis communi, de qua plurimi relati per Farin. quæst. 49. num. 102. quinimmo
4 secundum Boss. tit. de indit. num. 47. in fine, neque etiam ex pretextu inimicitiæ oritur inditium sufficiens ad inquirẽdum specialiter, vt per eumdem Farin. eadem quæst. 49. num. 106.
5 Hoc est certum, quod tunc demum inditium ex inimicitia est considerabile ad homicidium, quãdo inimicitia est capitalis, secus si non capitalis, Clar. §. fin. q. 21. vers. inimicitia vrgens, Peguer. decis. crim. 17. num. 8. vers. ex quibus, cum alijs per Farin. d. quæst. 49. num. 101. vbi etiam num. 107. quod inimicitia si non sit capitalis, neque etiam habilis est ad torquendũ in delictis occultis, & difficilis probationis, in quibus nullus alius apparet de delicto suspectus.

In

In hoc autem casu tantum abest, quod probetur ta-
6 lis inimicitia, quod immo ex parte Curiæ non deducitur, nisi ex lite ciuili præcedente, occasione rei paruæ, & leuis, quæ non est considerabilis, sed solum, quando est super omnibus bonis, vel maiori eorũ parte ex relatis per Farin. ead. quæst. 49. num. 13. & seqq. & cons. 182. num. 13.

7 Multoque magis, dum constat, litem prædictã fuisse ante quinquennium inter Partes transactione terminatam, qualitas namque concordiæ ex qua lis fuit diffinita excludit Iudici arbitrium iudicandi, quod nihilominus post litem terminatã per rem iudicatam, indignatio ex illa durauerit, Blanc. de indit. num. 137. ad med. vers. aduerte, Farin. eadem quæst. 49. num. 9.

8 Cessatque omnis scrupulus, dum probatur subsequuta vera reconciliatio mediante non solum mutua salutatione, sed beneuola aliquando commensalitate, Decian. cons. 88. numer. 12. lib. 3. Eugen. cons. 27. nu. 21. lib. 1. Honded. cons. 87. num. 51. lib. 2.

Siquidem non refert, quod præcessisset cautio de non offendendo, quodque aliquando etiã omissa fuerit consalutatio, quia probant testes, sæpius hanc omissionem, etiam inter beneuolos in ea
9 Ciuitate accidere, & de Iure ex non salutatione non oritur inimicitia grauis, Farin. cons. 138. nu. 6. & cons. 127. num. 15. & cons. 193. num. 44. & vlterius probant etiam successiuos concomitatos
10 fuisse actus amicabiles tam cum ipso, quam cum Domino eius fratre, Rimin. iun. cons. 88. nu. 13. lib. 1. Guazzin. tract. ad defens. in defens. 28. circa articulos, cap. 1. num. 17.

Atque ex hisce amicabilibus, & beneuolis actibus excluditur quoque inimicitia desũpta ex archibusio explosō, sine tamen vulnere in Alphonsum a famulo Ludouici, & ex depositis à duobus testibus de inimicitia ex dicta causa, quia præualere debent testes specifice de actibus prædictis de-
11 ponentes ignotis forsan testibus contrarijs, Maluas. cons. 122. num. 24. Rot. decis. 27. nu. 8. par. 1. diuers. & decis. 223. num. 11. vers. & deponentes, par. 2. recent.

Et præsertim cum testes ad defensam habeant concomitantiam ex fundamento certo, quod cum d. explosio fuisset ex causa rixæ ex improuiso ortæ cum dicto famulo, & consequenter ea fuisset Lu-
12 douico ignota, non potest exinde argui causa inimicitiæ, quemadmodum ex hac ipsa ratione S. Consulta mandauit, Ludouicum non molestari, Farin. d. quæst. 49. num. 96. & cons. 127. num. 7. & cons. 130. num. 6. vers. nisi etiam constaret, & cons. 147. num. 24.

13 Quamobrem pro regula traditur, ignorantem delictum non posse dici illius fautorem, aut defensorem, idem Farin. cons. 60. num. 126.

14 Præsertim cum suspicio, quam recensuit vxor occisi in querela fuerit etiam sublata ex eiusdem vxoris subsequuta exculpatione, Farin. cons. 79. num. 18.

Et quod caput est, non datur proportio, quod ob explosionẽ factam a famulo Ludouici in Alphõsum, Ludouicus censeatur tanquam inimicus voluisse illum denuo offendere, cum distet à verisi-
15 mili, quod qui semel offendit, velit amplius offendere, Farin. d. quæst. 49. num. 93. in fin.

Non etiam pro inditio assumi potest, quod homicidæ laterent in horto Ludouici, & ex illo archibusijs Alphonsum interfecerint, tum quia testis
16 hoc dicens allegat alium in contestem, qui hoc negat, ac propterea falsus reputatur, Farin. cons. 37. num. 24. cons. 127. num. 11. & cons. 138. nu. 21. Giurb. cons. crim. 78. num. 36.

Tum quia probant testes ad defensam ex rei euidẽtia ob vestigia ictuum ex pilis plumbeis explosis, in pariete impressis, impossibile fuisse, quod ortũ habuerint ex horto Ludouici, ex quo paries, in quo vestigia conspiciuntur, est sub eadem linea paralella, in qua existit paries dicti horti, non
17 autem è conuerso, Inditia autem non solum destruũtur cessante possibilitate, & probabilitate, sed etiam confessio ipsa destruitur, cessante verisimili, Vulpell. cons. 6. num. 6. & seqq. Honded. cõs. 108. num. 48. & seqq. lib. 1. Farin. quæst. 81. nu. 28. 30. & seqq.

Tum, & tertio quia probant ijdem testes ad defensam, hortum non esse vndique parietibus instructum, immò ex pluribus partibus aditum facilẽ
18 cuicumque patere, inditium autem nunquam oritur ex eo, quod vno, vel altero modo esse potest, Bald. cons. 259. num. 4. vers. nec quæ possunt, lib. 1. Aym. cons. 6. num. 12. Vulpell. cons. 97. num. 3. Becc. cons. 85. n. 1. in fin. lib. 1. Bursatt. cons. 336. num. 16. lib. 3.

Minusque pro inditio suffragari potest prætensa fuga, & latitatio, quia præterquam quod de illa
19 non constat, nisi ex birruarijs, et ministris Curiæ, quibus fides non est adhibenda, etiamquod deponant de pertinentibus ad eorum officium, Farin. de testib. quæst. 56. num. 378. et seq. et cons. 100. num. 29.

20 Non etiam afficit, & quia probant testes, Ludouicum post delictum in Ciuitate palam, & publice conuersatum fuisse, Farin. cons. 88. num. 10.

21 Et quia fugæ, & latitationis inditium quodcumque substulit spontanea comparitio, Clar. in prax. crim. quæst. 21. num. 24. Farin. quæst. 48. num. 48. & quæst. 176. num. 73.

ARGVMENTVM.

An, & qualis requiratur tractatus in mãdato ad homicidium.

Operam dans rei illicitæ an, & quando teneatur de delicto contingente præter eius intentionem.

Birruarijs, vel etiam cuilibet priuato an, & quando liceat capere delinquentem sine mandato Iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Tractatus est discussio quædam, indago, & colloquium inter aliquos de aliquo peragendo.*
2 *In mandato ad homicidium requiritur probatio tractatus tanquam corpus delicti.*
3 *In mandato non sufficit probatio actus inferentis tractatum in genere, sed requiruntur aliqua specialia inditia tractatus contra inquisitum.*
4 *Ex verisimili quando oritur inditium culpæ, ex inuerisimili oritur præsumptio innocentiæ.*
5 *Verisimile quod non est, nunquam præsumitur factum,*

factum, quamuis sit possibile.

6 *Ex qualitate facti insurgit demonstratio ad qualitatem prædicati.*

7 *Sententia contumacialis contra mandatarium non obsicit mandanti.*

8 *Birruarii, & satellites possunt contumacem, & fugitiuum capere sine mandato Iudicis.*

9 *Ex æquiuocis, quæ diuersimode contingere possunt absque eo, quod inferant delictum, non desumuntur inditia.*

10 *Confessio, quæ emanauit animo obtinendæ impunitatis, non facit inditium contra socium criminis.*

11 *Birruarii testes regulariter nihil probant, & præsertim quando patiuntur alios defectus.*

12 *Birruarii possunt resistentem vulnerare, & occidere.*

13 *Birruariis an sit credendum, Iudex attendere debet facti circumstantias, & verisimilitudinem.*

14 *Testes plures pro informatione Curiæ examinati constituunt pro Reo concludentem gradum probationis.*

15 *Testis vnicus sufficit contra Fiscum inducentē.*

16 *Animus cognoscitur ex qualitate tractatus præcedentis, & actuum subsequutorum.*

17 *Crimen directe excludere, vel aliquid deducere, per quod indirecte excludatur, paria sunt.*

18 *Operam dans rei illicitæ tenetur de eo, quod sequitur præter eius intentionem.*

19 *Operam dans rei illicitæ non tenetur de excessu, quando rei licitæ credit operam dare.*

20 *Reputatio communis quamuis erronea præstat ius, & authoritatem personæ.*

21 *Credulitas in personis idiotis, & rusticis etiam leuis, immo falsa excusat a dolo, & a pœna, Et num. 29.*

22 *Carceratio, vel captura delinquentis vnicuiq. priuato permittitur, dummodo ante viginti horas consignetur captus in manibus Curiæ.*

23 *Operam dans rei illicitæ, quando tenetur de delicto præter eius intentionem sequuto, non punitur pœna ordinaria, sed extra ordinem.*

24 *Carceratio, vel captura delinquentis regulariter nemini permittitur sine Iudicis authoritate, præterquam in aliquibus casibus.*

25 *Carceratio, vel captura delinquentis reperti in flagranti, vel in actu fugæ cuilibet permittitur.*

26 *Carceratio, & captura delinquentis cuilibet permittitur, quando delictum est notorium.*

27 *Notorium dicitur, quod ex actis resultat.*

28 *Notorium dicitur delictum, quando omnes id sciunt, vel maior pars Populi, vel scire verisimiliter possunt.*

CONSILIVM XXXI.

MAndatum ad occidendum in casu, de quo agitur, absque dubio probatum prætēdi minime potest, quoniam, cum certum sit, ad probationē mandati requiri probationem tractatus, qui est
1 discussio quædam, indago, & colloquium inter aliquos, de aliquo peragendo, Soc. iun. cons. 3. num. 25. ad med. vers. nā tractatus dicitur, lib. 3.
2 adeout tractatus probatio sit necessaria tanquam corpus delicti, Decian. cons. 67. num. 5. lib. 3. dicens propterea, trium probationem requiri, primo colloquij præcedentis, secundo tractatus committendi maleficiū, & tertio ipsius deliberationis, & modi committendi, Giurb. cons. 63. n. 25. vtique cessante hac probatione, deficit corpus delicti huius prætensi mandati, Eugen. cons. 76. num. 37. lib. 1. Farin. quæst. 96. num. 77. vbi ex veriori, & magis recepta, quod debet de tractatu eiusmodi constare certe, & liquide, & non præsumptiue.

Sed neque etiam prætendi potest ex processu resultare saltem huius prætēsi mandati inditia ad operandum illum effectum, qui ex inditiorum qualitate prouenit, quia cum etiam, vbi agitur de præsumptione mandati ad effectum non probationis, sed inditiorum, ad illud non solum requi-
3 ratur iustificatio alicuius actus inferentis tractatum in genere, sed quod adsint aliqua specialia inditia tractatus contra inquisitos, Farin. cons. 32. num. 30. post med. vers. primo, quod constet & vers. secundo, quod adsint. lib. 1. in hoc casu talia inditia prorsus deficiunt, ac propterea inquisiti videntur in statu absolutionis.

Et præsertim concurrentibus præsumptionibus magis prætensi mandati exclusiuis desumptis ex verisimili, quandoquidem generalis est conclusio,
4 quod sicut ex verisimili oritur inditium culpæ, ita quoque ex inuerisimilitudine oritur præsūptio innocentiæ, Brunor. a Sole in suo. cons. crim. num. 18. Farin. cons. 22. num. 34. ante med. lib. 1.
5 ac proinde, quod non est verisimile in genere nunquam præsumitur factum, quamuis sit possibile, itaquod ex factorum qualitate demonstra-
6 tio insurgit Iudici ad qualitatē prædicati, Farin. cons. 60. num. 31. ad fin. Caball. resol. 199. n. 36. vt non admittat, quod nemo sanus probaret, iuxta tex. in l. si ita quis, 31. in fin. ff. de euict. & per illum text. Caball. d. cas. 199. num. 35. post princ. vers. vnde merito.

7 In hoc autem casu, in quo pro inditio adduci nequit contra assertos mandantes condemnatio prætensorum mandatariorum tanquam sequuta in contumaciam, Caball. resolut. criminal. cas. 56. num. 102. Giurb. cons. 97. num. 7. ante med. vers. nec sufficit, nihil est, in quo Curia, aut adhærentes possint insistere, quoniam, quatenus insistentia desumitur ex testibus, illi magis probant tractatum præcedentem fuisse de carceran-
8 do Philippum, cum illum tanquam contumacem possent illi, qui ex aduerso prætenduntur mandatarij absque alio speciali Iudicis mandato capere, tanquam satellites, & birruarij publice etiam pro talibus cum legitima causa reputati, dum probant testes, illos tanquam tales processisse sæpius ad capturas, & exequutiones ex textu in l. fin. C. de exhib. Reis, & præcipue cum Philippus stante eius contumacia esset fugitiuus, Conrad. in sua pract. lib. 1. cap. 9. de prætore, §. 3. num. 5. ad med. vers. alius est casus, fol. mihi 267. Rip. in cap. 1. num. 88. post med. vers. quinto amplia, de Iudic.

Atque ita etiam ad hunc finem capturandi Philippum interpretanda sunt tractatus, & alia, quæ probantur inter dictos birruarios, & hanc Partē
9 intercessisse, cum etiam ea, quæ diuersimodè, & æquiuoce contingere possunt, sint in hanc partem interpretanda, tanquam ea, quæ stare possunt absque eo, quod inferant delictum necessario, quamobrem neque etiam in istis æquiuocis inditia desumi possunt, Vulpell. cons. 97. num. 3. Farin.

rin. quæst. 37. num. 6. & seq. & conf. 60. num. 9. & conf. 192. num. 20.

Neque ratio aliqua haberi potest depositionum Iosephi, Ioannis Pauli eius adherentis, & Apollonij fratris occisi, quia præter exceptiones, quas patiũtur, relatas in facto, confessio extraiudicialis per eos, vt aiunt, audita a Ioanne Sanctis, & Io: Bernardini in Ecclesia Sanctæ Crucis, de tractatu inito ad occidendum Philippum, & voluntate capiendi impunitatem, ex hoc ipso minimè in aliquo
10 attenditur, quia emanauit ad hunc finem impunitatis obtinendæ, quamobrem, etiam quod confessio fuisset iudicialis, non tamen exinde inditiũ aliquod insurgeret, Boss. de opposit. cont. testes nu. 21. Baiard. ad Clar. quæst. 21. nu. 33. Farin. quæst. 43. num. 192.

Magisque stantibus litteris, de quibus in facto, quia
11 illæ cum qualitate personarum birruariorum adimunt illis de iure omnem fidem, Rot. post lib. 2. conf. Farinac. decis. 138. num. 4.

Quatenus vero insistentia desumitur ex vulneribus lethalibus illatis per Fortunatum alterum ex dictis birruarijs Philippo ad excludendum mandatum ad homicidium, immo etiam homicidij premeditationem in ipso Fortunato, satis est tenor ipsius monitorij transmissi, dũ in eo dicitur, quod statim ex dictis vulneribus Philippus in terram cecidit, & postea in eum semiuiuum idem Fortunatus irruit, & archibusio in fronte percussit, nã propterea euidentissime patet, vulneratum læthaliter, & in terram semiuiuum proiectum non potuisse securi percutientem adeo graui vulnere afficere, vt manus pene remaneret abscissa, sed exinde veritatem magis indicari, Philippum, qui
12 etiam probatur solitus Curię resistere, fuisse primum in percutiendo, ac propterea ex hoc percussionis impetu Fortunatum archibusium exonerasse, sicut hoc casu de Iure potuit, Gomez. var. tom. 3. cap. 9. de captura Reor. num. 6. Farinac. quęst. 32. num. 39.

13 Ideoque in his terminis, quod religio Iudicãtium debeat attendere, quod magis consonat verisimili, firmat Caball. resol. 126. num. 10. & resolut. 127. num. 5. & seq.

Tractatus itaque occidendi excluditur in hoc casu non solum ex ipsis testibus Fisci deponentibus de solo tractatu carcerandi Philippum, qui testes
14 propterea nedum, quia plures, concludentem gradum probationis constituunt, quamuis pro informatione Curię examinati, Farin. conf. 108.
15 num. 23. & conf. 185. num. 23. sed etiam sufficeret contra Fiscum depositio solius testis, quia vnicus contra Fiscum inducentem plene probat, Gabr. de testib. concl. 1. num. 13. vers. contrariũ, Bursatt. conf. 311. num. 21. lib. 2. Farin. conf. 37. num. 4. post prin. vers. etiam quod sit vnicus, vbi etiam in fine, quod sufficiens est depositio minus concludens, & de credulitate, & conf. 67. num. 3. vers. huic autem testi, & conf. 142. n. 15.

Sed etiam, quia testes maximè adminiculantur, tum ab exaggeratione narrationis facti sequuti, homicidij patrati ab alio cum maxima displicentia etiam lachrimis mediantibus realiter declarata, illud fuisse contrarium tractatui de carcerando; animus
16 namque non solum cognoscitur ex qualitate tractatus præcedentis, sed etiam ex qualitate actuũ subsequutorum, Farin. conf. 30. n. 95. & conf. 57. nu. 2. ad fin. & n. 20. & conf. 214. n. fin.

Tum etiam quia stante dicto tractatu de carcerando probato per testes Fisci, magis censendum, quod homicidium commissum fuerit à Fortunato ob resistentiam factam à Philippo in actu capturæ, antequam Fortunatus Philippum vulnerasset,
17 quamobrem paria sunt excludere crimen directè, vel aliquid deducere, per quod indirectè excludatur, Farin. conf. 85. n. 175.

Nec obstat, quod Inquisiti non potuerint absque mandato Iudicis deuenire ad capturam Philippi, cùm non essent birruarij actu alicui Curiæ inser-
18 uientes, & propterea obstet sibi conclusio desumpta ex textu in l. quoniam multa facinora, 6. C. ad leg. Iul. de vi publica, quod dans operam rei illicitæ tenetur de omni eo, quod sequitur, præter illius intentionem, & voluntatem.

Quoniam obiectum hoc ex pluribus cessat.

Primo, quia procedit in eo, qui scit, se operam dare
19 rei illicitæ, secus verò in credente rem licitam agere, prout credebant inquisiti ex qualitate eorum exercitij, Gozad. consil. 61. num. 14. ad med. vers. ad tertium distinguitur, Farinac. quæst. 126. num. 90.

Secundo, quia inquisiti publicè non solùm habebantur, & reputabantur pro birruarijs; sed paulo ante constat birruariorum officium exercuisse ex testibus deponentibus etiam de visu capturæ, & exequutionum tanquam seruientes actu Capita-
20 neo Iustitiæ, communis autem reputatio, quamuis erronea prestat ius, & auctoritatem personæ, l. Barbarius, ff. de offic. Prætor. Gabr. conclus. 8. in princip. de probat. Caputaquen. decis. 323. nu. 4. par. 3.

21 Et præsertim cum sola credulitas, precipuè in personis idiotis, ac rusticis, etiamquod esset leuis, & iniusta, immò etiam falsa excuset à dolo, & consequenter à pœna, Farinac. quæst. 90. numer. 1. & seqq.

Tertio, quia non solum birruarijs solitis officium hoc exercere, sed cuicumque licitum est delin-
22 quentem capere, dummodo ante 20. horas Curiæ consignet, l. capite quinto, vbi Bartol. & cœteri communiter, ff. ad l. Iul. de adult. Farin. quęst. 27. num. 21. & seq.

Quarto, quia neque etiam in casu, in quo nulla con-
23 currit excusatio ex dicta conclusione, quod dans operam rei illicitę teneatur de delicto præter voluntatem sequuto, incurritur pœna ordinaria, sed extraordinem, cum hęc censeatur culpa, & non dolus, ex plurimis allegatis per Farinac. d. quęst. 126. num. 68. quamuis enim, vt ipse dicit numero 69. textus in d. l. quoniam multa facinora, imponat pœnam vltimi supplicij, tamen iuxta terminos eiusdem textus, & communis intellectus, procedit duobus concurrentibus, quę in hoc casu prorsus deficiunt, quòd scilicet ille, qui illicitè operatur, det causam verisimilem ordinatam ad homicidium, & quod illa causa sit proxima, & immediata, vt eodem num. 69. ad med. & n. 77. 78. & seq.

Non etiam est adhærendum, in casu, de quo agitur,
24 conclusioni, quod nemini liceat delinquentem capere sine Iudicis authoritate, ex l. nemunem, fin. C. de exhibend. Reis. & l. prohibitum, 5. C. de Iur. Fisc. lib. 10. cum alijs per Farin. quęst. 27. numer. 8. quoniam conclusio limitatur, quando captura in se est iusta, vt quia fiat in casibus à Iure permissis, in quibus cuilibet priuato licitum est propria

K autho-

authoritate capere sine vlla Iudicis authoritate, idem Farinac.ead.quæst.27.n.22.

Iustitia autem capturæ à priuato absque Iudicis authoritate licet quoad casus relatos per Farin. eadem quæst.27.num.23.& quæst.32.num. 73. & 76. Parti aduersæ videatur difficiliter casui, de quo quæritur,applicari, nihilominus verius videtur, nos versari in statu absolutionis, tum quia extra dictos casus admittitur quoque in Iure alter casus huic nostro applicabilis, quod scilicet captus tanquam contumax Curiæ, occasione grauissimi delicti ipsi Curiæ per sindicum denunciati,etiam ex publica voce,& fama, relatione chirurgi, cum vitæ periculo,& dictæ publicæ vocis, & famæ per plures testes probatione, quorum causa fuerat
25 etiam vti contumax mulctatus,huc illuc euitandæ carcerationis ratione aufugiebat: casus enim huius fugæ operatur, vt malefactor capi possit à quolibet priuato æquè ac,si in flagranti fuisset repertus,prout hos casus tanquam diuersos ponit, & æquiparat Bald.in d.l.neminem, numer. 1. post princ.vers.& etiam per quemlibet,si fugiat, & in fine eiusdem numeri,quod quicumque potest accusare,potest etiam capere,ne obnoxius fugiat,C. de exhib. Reis, & Baldum sequitur etiam Socin. in rubrica extra,de dilation.art.4.numer.8.ante fin. vers. & dicit Bal.Iodoc.in prax.rerum crimin. cap.15.de captura,num.2.in fine,& seq.

Tum etiam quia casus, quod delinquens repertus fuerit in flagranti,in quo nemo dubitat,quin licita sit captura à priuato propria authoritate, & absque vllo Iudicis mandato,& casus, quod deli-
26 ctum fit notorium etiam ad effectum, de quo quæritur,æquiparantur;Farin.quæst.21.num.133. & seqq.

Notorietas autem delicti in hoc casu negari nequit, quin tempore tentatæ capturæ adesset, quia ex actis prædictis iudicialibus,& præsertim ex dicta
27 contumacia satis constabat,cum notorium dicatur,quod ex actis resultat,vt per Farin.ead.quæst. 21.n.14.vbi de communi.

Et vlterius,quia delictum commissum fuerat in loco exiguo,illudque commissum fuisse à dicto capto, constabat etiam ex publica voce,& fama, tam, vt præfertur,ex relatione sindici ratione sui officij, quàm ex pluribus testibus de illa deponentibus
28 in facto relatis,& à maiori parte Populi,c.manifesta,& c.de manifesta,2.quæst.1.c.super eo, de testibus cogen.cum alijs per Farinac.eadem quæst.21. num.41.& seq.vbi,quod notorium dicitur delictū, quando factum sui natura est,vt omnes id vel sciant,vel scire verisimiliter possent.

Tum denique quia stantibus prædictis,alijsque pon-
29 deratis in facto,saltem negari non potest, quin in satellitibus credulitas exindè oriens sufficiens sit ad excusationem, non obstante regula, quod nemo capi possit absque Iudicis licentia, vt per Ioan.Baptistam Cauatium in tractatu de conuersatione cum bannitis,num.122.vers. bene admitterem,& num.seq.impresso post vol.2. Carpan. ad Stat.Mediolan.fol.mihi 181.

ARGVMENTVM.

Socius criminis, qui laborat etiam alio defectu, an faciat inditium ad torquendum, quando deponit sub tortura.

Secunda depositio testis sub tortura, an præualeat primæ depositioni sine tortura.

Testis varius an sæpius torqueri possit.

SVMMARIVM.

1 *Meretrix dicitur ipso iure infamis.*
2 *Testis laborans duplici macula etiam deponens sub tortura nō facit inditium ad torquendum, etiam in casibus exceptis.*
3 *Tortura in teste purgat duplicem defectum de consuetudine secundum aliquos. Contrarium de consuetudine in Vrbe, vt num. 4.*
5 *Testis depositio secunda cum tortura præualere solet primæ depositioni sine tortura.*
6 *Testis varius, & sibi contrarius torquendus est ad videndum,in quo dicto persistat.*
7 *Tortura in teste ad videndum,in quo dicto persistat,nullos alios purgat defectus.*
8 *Testis inhabilis, qui aliàs non facit inditium, torqueri non debet, ne tortura sit frustratoria.*
9 *Testis quando vltra variationem alios patitur defectus, non præualet posterius dictum cum tortura.*
10 *Testis quando sæpius variat in diuersis, sæpius torqueri potest.*
11 *Testis varius non nisi semel torqueri potest cessante variatione in diuersis.*
12 *Tortura in teste non purgat vitium interesse, ex quo dicitur deponere in Causa propria.*
13 *Testis depositio secunda reuocatoria primæ non attenditur, quando fuit alloquutus cum Parte.*
14 *Torturæ defectus in teste ad faciem Rei est insanabilis, quando tortura fuit ei data minus legitime.*
15 *Tortura minus legitime data reddit processum retro factum nullum, licet non impediat alium faciendum.*
16 *Nullitate processus concurrente, carceratus pristinæ libertati restituendus est, antequā nouus processus informatiuus incohetur.*
17 *Tortura indebite data proficua est Reo,vt denuo torqueri non debeat.*
18 *Tortura in teste non operatur, vt stetur secundo dicto, nisi illa fuerit legitime data.*

CONSILIVM XXXII.

NVllum fundamentum Curia desumere potest, ex dictis Angelæ,& Paulinæ, in quibus aduersus D.Dominicum insistitur, siue mulieres assumi prætendantur tanquam Reæ principales,aut complices prætensi homicidij,siue tanquam testes.

Quatenus assumantur tanquam Reæ, quoniam supponitur in facto,in actis tam per testes, quàm earum mulierum confessiones constare, ipsas esse
1 meretrices,quæ ipso Iure dicuntur infames, ex textu in l.palam,§.non solum,ff.de ritu nupt. & in l.athletas,§.ait Prætor,ff.de his,qui not. infam. cū

alijs per Farin.de testib.quæst.56.num.358.& seqq. ac etiam easdem prætensum reatum,etiam ex cōplicitate,& participatione cum iuramento negasse,quandoquidem stante duplicitate maculæ 2 proueniente tam ex infamia prædicta, quàm ex periurio deinde per contrariàm affirmationem incursο,nulla est difficultas,quod earum dictum nō obstante,quod fuerit in confrontatione sub tortura confirmatum,inditium minimè facit ad torquendum,etiam in casibus exceptis, & in quibus veritas aliter haberi non potest,iuxta veriorem, & magis receptam tam de Iure,quam in praxi, cū tortura & si purgare possit vnicum defectum ex societate criminis,non tamen defectum periurij, & infamiam,& alios purgare possit, Roland. cons. 16.num.9.& seqq,lib.1.Natt.cons.298.num.6.cum alijs pluribus per Farinac.quæst.43. num. 178. & seqq.& num. 185.& de testibus,quæst.56.num.193. & seqq.& quæst.62.num.381.& quæst. 66. nu. 188. & cons. 216. nu. 6. Guazzin. defens. 30. cap. 40. n. 13. Honded. cons. 100. num. 37. & seq. lib. 1.

3 Nec obstat, quod de consuetudine aliud seruari dicant Baiardus, & alij per eūdē Baiard. ad Clarū quæst. 21. num. 32. quoniam vel asserta consuetudo tanquam corruptela nutritiua peccati non est de Iure admittenda, vel tenenda solum in locis, in quibus Baiardus,& alij fuerunt versati,non 4 autem in Vrbe,in qua contraria recepta fuit consuetudo, vt testatur, & pluribus auctoritatibus etiam comprobat Farin.d.quæst.43.num.184.ante med.vers.hæc tamen consuetudo, & in addit. ad eumdem,quæst.43.n.278.ad fin.& d.cons.216. n.2. ad fin.& n.20.& seq.

Quatenus vero assumantur tanquam testes, quoniā & si pro regula tradatur, in depositionibus con-5 trarijs præualere secundum dictum in tortura, non primum sine tortura, vt per Farin. de testib. quæst. 66. num. 165. Guaz. defens. 19. cap. 16. n. 2. tamen ab hac regula recedendum, quando tor-6 tura non fuit illata ad videndum,attenta varietate examinati, in quo dicto persistat, quemadmodum faciendum esse, firmant Bald. in l. Presbyteri,8. num. 2. C. de Episcop. & Cleric. Boss. de tortura testium,num. 19. ante finem,vers. cōtrarium, & num. 20. & seq. Clar. quæst. 25. nu.4. vbi etiam, quod ita practicatur, Farin. de testib. quæst. 66. num.98.& seqq.& d.cons.216.num.7.vbi etiam ad med.vers.nec credo, quod hoc casu non sufficit tortura illata ad faciem prætensi Rei.

Neque releuat,quod defectus sit sanabilis per aliam torturam inferendam dictis testibus ad vidēdum, in quo dicto persistant,quia hæc sanatio repugnat pluribus Iuris regulis.

Primò,quia præter id,quod hæc tortura nullos pur-7 gat defectus,ex allegatis per Farinac.cons.171. n. 21.dictæ mulieres tam ratione infamiæ ex meretricio,quàm periurij sunt ita inhabiles,vt nec etiā tortura superueniens ad effectum prædictum sufficiens sit ad torturam prætensi Rei, quamobrem 8 testes inhabiles, qui alias inditium non faciunt, torqueri non debent,ne tortura fit frustratoria, Bertaz.cons.crim.549.num.5.Bursatt.cons.116. n. 114.Guazzin.defens.19 cap.vlt.num.13.quemad-9 modum vbi testes vltrà variationem, alias sunt inhabiles, aliosque patiuntur defectus, minimè præualet dictum posterius in tortura,Farin.de testib.d.quæst.66.num.188.& cons.171.n.20. Guazz. d.defens.19.cap.16.n.18.

Secundo, quia dictæ mulieres iam fuerunt tortæ, 10 quamuis enim etiam testes,quando sæpius variāt in diuersis,sæpius etiam torqueri possint, vt inquit Farinac.de testib.quæst.66.num.104. tamen cessante variatione,aut contrarietate in diuersis, non est procedendum in tortura testium, sicut proceditur in tortura Reorum, quia & si in Reis 11 tortura repeti possit,tamen secus est in testibus, qui non nisi semel torqueri possunt,Boss.de mand. ad homicid.num.31.Bertaz.d.cons.549.n.4.

Tertio,quia ex ipso informatiuo constat, mulieres ex inditijs, quibus grauabantur quoad se fuisse Reas constitutas; hinc namque rei euidentia patet, ipsas ad se exculpandum, Dominicum incul-12 passe,ac propterea neque etiam torturam suffragari in aliquo posse ad purgandum vitium huius interesse,neque etiam in occultis criminibus, ex quo propterea liquet,eas deponere in Causa propria,Farin.cons.68. num. 52. Almontes Ciazzius post discept.forens.crim. cons.1. num. 136. & plur. seqq.

Quarto,quia secundum dictum earumdem mulierū 13 reuocatorium primi emanauit, postquam constat, eas alios fuisse alloquutas, à quibus potuerint instrui nomine Partis,Farin.de testib.d.quæst. 66.n.171.& cons.130.n.23.& cons.139.n.9. Guazz. d.defens.19.cap.16.n.5.

Præterea non solum ex eo,quia torturæ iam illatæ vel non erat locus, vel saltem debebat inferri,ad videndum,in quo dicto mulieres prædictæ persisterent,huiusmodi defectus est insanabilis,eadem ratione,qua insanabilis est defectus tor-14 turæ ad faciem Rei, quando hæc tortura fuit minus legitimè illata,ex Farin.qui de impossibili sanatione loquitur cons.156.n.50.

Sed exinde etiam resultat,quod tortura nedū quan-15 do fuit indebita, reddit processum retro factum nullum,licet non impediat alium informatiuum faciendum,Bald.in l.1.in fin.& l.milites etiam,in fine,C.de quæst.Bran.de indit.p.2.quæst.6. nu. 28. in fine,in tract.nouiss.tom.11.par.1.fol.258.Carer. in praxi crim.cap.incip.circa septimum, num. 14. fol.97.Baiard.ad Clar.quæst.64.num.2. Guazz.defens.4.cap.3.n.19.& defens.30.cap.39.n.3.

16 Adeoquod stante nullitate totius processus facti ante indebitam torturam, carcerati ante incohationem noui processus informatiui, sunt excarcerandi,& pristinæ libertati restituendi, Guazzin. plures allegans,d.defens.30.cap.39.vers.alij autem tenent,& inter eos præcipuè Gomez var. resolut. lib 3.cap.13.num.24.firmantem, etiam confessionem extortam mediante tortura indebita nullā esse cum omnibus inde sequutis.

Verùm etiam stante tortura indebita, vbi Reus re-17 maneret inditiatus, adhuc illa frustratoria censeri nō debet, sed in hoc intelligenda est sibi proficua, vt denuo torqueri minime debeat, Marsil. in praxi crim. §. occurrit, num. 4. Guazz. defens. 4. cap. 3. num. 1. & d. defens. 30. cap. 39. n. 3. vbi etiam ante finem, quod ita fuit iudicatum.

Cum immò nec secundum dictum in tortura illata 18 testi tanquam vario sit attēdendum,nisi illa fuerit legitima,& legitimè data,Farin.de testib. dicta quæst.66.n.277.

ARGVMENTVM.

Confesſio extraiudicialis ſuper participatione homicidij, ān probetur à teſtibus, & præſertim variantibus, & patiētibus alias exceptiones.

De inimicitia, & alijs inditijs non ſufficientibus ad probationem participationis homicidij.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio extraiudicialis inquiſiti non ſufficit ad torturam, niſi probata per duos teſtes conteſtes idoneos, & legales.*
2 *Confeſſio extraiudicialis ex teſtibus singularibus singularitate etiam adminiculatiua, neque etiam in ciuilibus attenditur.*
3 *Confeſſio extraiudicialis non attenditur, niſi quatuor concurrentibus, quod ſit verisimilis, ſeria, ſpecialis, & deſumpta ex conteſtibus.*
4 *Teſtis ſibi ipſi contrarius non probat.*
5 *Teſtis non probat quando allegat alios in conteſtes, qui in eo diſcordant.*
6 *Teſtes pro Curiæ informatione examinati non faciunt inditium, niſi fuerint repetiti, vel à Reo habiti pro ritè & rectè examinatis.*
7 *Teſtes quando ſunt mortui, & repeti propterea non poſſunt, non faciunt inditium.*
8 *Teſtes in tortura repetendi torqueri debent in faciem Rei, quando Reus eſt præſens, & tacet.*
9 *Torturæ defectus in faciem Rei eſt inſanabilis.*
10 *Tortura in teſte vario purgat vnum, non plures defectus.*
11 *Tortura in teſte vario purgat periurium de conſuetudine, non alios defectus.*
12 *Teſtis prima depositio sine tortura præualet ſecundæ depositioni cum tortura, quando ipſe teſtis vltra varietatem laborat alijs defectibus.*
13 *Teſtis prima depoſitio sine tortura, quando pro ſe habet fortiores præſumptiones, & adminicula, præualet ſecundæ depositioni cum tortura.*
14 *Teſti aſſerenti ſe falſum depoſuiſſe diminuitur fides quoad primam depositionem, quando aſſertio emanat incontinenti poſt confeſſionem, & communionem.*
15 *Teſtis præſumitur depoſuiſse tædio longæ carcerationis.*
16 *Inimicitiæ inditium ceſsat ex reconciliatione.*
17 *Cauſa proportionata delinquendi ceſsante, ceſsāt præſumptiones, & inditia.*
18 *Inimicitia capitalis non ſufficit ad deſumendum mandatum ad homicidium, ſed requiritur orta ex atrociſſima iniuria correſpondente vindictæ.*
19 *Inimicitia non facit inditium ad torturam, quādo offenſus habet plures inimicos.*
20 *Inimici vbi ſunt plures grauior inimicitia facit inditium, non autem leuior.*
21 *Apochas, & ſchedulas tranſmittens exiſtenti in carceribus ſecretis, vel dans commoditatem ſcribendi, puniri poteſt.*
22 *Apochæ, & ſchedulæ tranſmiſſæ carceratis, non faciunt inditium, niſi aliud ex earum tenore percipiatur.*
23 *Alloquutio cum delinquente non facit inditium, niſi tribus copulatiuè concurrentibus, nempe inimicitia capitali, ipſa alloquutione, & offenſione incontinenti facta.*
24 *Negligentia non reſultat, niſi probetur, quod diligentia potuerit adhiberi, & ſcienter fuerit omiſſa.*
25 *Inditium non oritur ex eo, quod vno, vel altero modo, præter delictum poteſt contingere.*
26 *Contumacia mandatarii, eiuſque condemnatio non officit prætenſo mandanti.*
27 *Inditia remota non conſiderantur, niſi probata per duos teſtes non patientes exceptionem.*
28 *Mendacia non præiudicant, quando conſiſtunt circa ea, quæ ſi Reus confeſſus fuiſſet, ſibi non præiudicaſset.*
29 *Inculpatio, et querela exiſtentis in articulo mortis non facit inditium, niſi ad tranſmittendam inquiſitionem.*
30 *Inditia non coniunguntur ad inferendam torturam, quando teſtes non ſunt idonei.*
31 *Inditia non coniunguntur, qnando ſunt in genere ſuo imperfecta.*

CONSILIVM XXXIII.

Inditia quæ contra D. Doctorem Cæſarem ex offenſiuo contra eum formato reſultare prætendūtur ſuper participatione homicidij commiſſi in perſonam Capitanei Pompeij nulla ſubſiſtente ratione cenſeri poſſunt ad torturam ſufficientia, adeout etiam illis non obſtantibus, ſit in ſtatu obtinendi iure merito abſolutoriam.

Non enim releuans iudicari poteſt confeſſio extraiudicialis huius aſſertæ participationis ex depoſitione Notarij Rinaldi aſſerentis, Pompeiū prædictum interfectum fuiſſe à Franciſco ex tractatu inito cum eodem D. Cæſare.

Primo quia confeſſio extraiudicialis Rei de delicto,
1 tanquam inditium remotum non eſt ad torquendum ſufficiens, niſi fuerit legitime probata per duos teſtes conteſtes, idoneos, & legales, Bero. c. at ſi clerici, num. 135. verſ. requiritur etiam, & num. 136. & ſeq. de iudic. Farinac. quæſt. 82. nu. 44. & 47. & conſ. 40. num. 34. & conſ. 60. nu. 44. & conſ. 70. num. 43. lib. 1. & conſ. 193. num. 12. 18. 38. & 47. ex communi Caball. reſolut. crimin. caſ. 81. num. 1. & ſeq. Giurb. conſ. 87. n. 20. verſ. confeſſio tamen extraiudicialis, Menoch. præſumpt. 89. num. 2. lib. 1.

2 Cum immo nec in ciuilibus afficiat confeſſio extraiudicialis ex teſtibus ſingularibus, etiam quod ſingularitas ſit adminiculatiua, Put. deciſ. 466. n. 1. lib. 2. in nouiſ. Seraphin. deciſ. 1172. num. 5.

Secundo quia nec in criminalibus, nec in ciuilibus
3 confeſſio extraiudicialis attendenda, niſi concurrant quatuor, quę in hoc caſu ex relatis in facto, prorſus deficiunt, quod ſcilicet confeſſio ſit veriſimilis ex cauſa pręexiſtente, quod facta fuerit ſerio, quod fuerit ſpecialis, & deſumpta ex conteſtibus, Foller. in prax. crim. in verbo, etſi confitebuntur, in 2. par. 3. par. numer. 22. Menoch. d. præſumpt. 89. num. 17. 18. 19. 20. & ſeq. lib. 1. Farin. d. conſ. 193. num. 38. ante finem, verſ. quæ confeſſio, lib. 2. & quæſt. 82. num. 33. & 35.

Tertio quia non ſolùm teſtis prædictus eſt varius in
4 depoſitis inueriſimilibus, ſed ſibi ipſi contrarius, & per-

& periurus in pluribus, & præcipue quoad ipsam assertam extraiudicialem confessionem, Farinac. de testib. quæst. 66. num. 5. & cons. 60. num. 14.

Quarto quia etiam in substantialibus, in quibus Curia insistit, immo etiam in prætensa confessione
5 extraiudiciali testis prædictus alios in contestes allegat, qui examinati ab eo discordant, Farinac. cons. 37. num. 24. & cons. 127. num. 11. & consil. 138. num. 31. Giurb. cons. 70. num. 36. Magon. decis. Lucen. 17. num. 8. & seq.

Et quòd testimonium eius, qui alium nominat aliud testificantem, prosternatur, est decisio Rotæ apud Card. Mant. 317. n. 8.

Quinto quia non etiam testis prædictus fuit repeti-
6 tus; testes autem pro Curiæ informatione examinati inditium aliquod non faciunt in criminalibus, nisi fuerint repetiti, aut Reus illos habuerit pro ritè, & rectè examinatis, Bart. in l. fin. in fine, ff. de quæst. Farinac. attestans, hanc esse magis communem, & veriorem in criminalibus, de testib. quæst. 72. num. 89. 91. & 93. & seq. Caball. resol. 55. in princ. Caputaq. decis. 207. n. 9. par. 2. Seraph. dec. 1359. num. 4.

7 Adeout nec inditium ex testibus non repetitis desumi possit ad torturam, quando testes sunt mortui, & repeti propterea nequeunt, Honded. cons. 101. num. 12. lib. 1. cum alijs per Farinac. de testib. quæst. 72. n. 133. vers. contra, Caball. resolut. 269. num. 8.

Nec obstat, quod idē testis fuerit tortus, tū quia tor-
8 tura nō suffragatur pro repetitione, quando Reus est præsens, & negat, Farin. de testib. d. quæst. 72. n. 97. præcipuè quando testis non fuit tortus in faciē Rei, vt ibi. idem Farin. cons. 38. num. 10. & cons. 156. num. 28. & 50. Caball. resolut. 200. num. 128. cum
9 immò defectus torturæ in faciem Rei sit insanabilis, vt per eumdem Farin. cons. 156. num. 50.

Tum etiam quia tortura in teste vario à primo dicto
10 licèt purget vnum defectum, non tamen purgat plures, quibus laborare hunc testem, satis in facto demonstratur, Roland. cons. 16. num. 9. & seqq. lib. 1. Natt. cons. 298. num. 6. Honded. cons. 100. nu. 37. & seq. lib. 1. Farin. quæst. 42. num. 178. & seq. & nu. 184. & 185. & de testib. quæst. 56. num. 193. & seqq. & quæst. 62. n. 381. & quæst. 66. n. 188.

Neque releuat, quod de consuetudine aliud seruari dicat Baiard. ad Clar. quæst. 21. num. 32. quoniam
11 huiusmodi consuetudo iuxta regulas Iuris recipi potest quoad defectum periurij, ex quo alioquin testes recedentes a primo dicto, & confirmātes secundum in tortura, vbi non facerēt aliquod inditium, facilius plura delicta remanere possent impunita, secus vero extra periurium respectu Causæ, in qua redditur testificatio, si laboret testis etiam alijs defectibus, quia tunc quod neque verum sit, adesse consuetudinem, neque si adesset, admitti posse, tanquam peccati nutritiuam, firmant respondendo contrarijs Farinac. quæst. 43. num. 184. ante med. vers. hæc tamen consuetudo, & in addit. & num. 179. ad finem, & plenius cons. 216. num. 1. ad finem, & num. 20. & seq. & Guazzin. defens. 30. cap. 40. num. 13.

Atque hinc est, quod conclusio, quod magis attendendum sit dictum testis in tortura, quam primū extra torturā duas habet limitationes huic casui
12 applicabiles, alteram, quia aliud est, quando testis vltra varietatem alios patitur inhabilitatis defectus, Aym. cons. 6. num. 54. vers. 6. respondeo, Farin. de testib. d. quæst. 66. num. 188.

Et alteram, quia aliud est, quando primum dictum
13 extra torturam habet pro se fortiores, & magis verisimiles præsumptiones, vel aliàs magis est adminiculatum, Farin. d. quest. 66. nu. 178. & 183. & cons. 38. num. 15. & cons. 55. num. 39. ad med. vers. nulla verior, & magis infallibilis regula, & cons. 193. num. 84. Rol. cons. 40. num. 14. vers. & tamen istud, lib. 1.

Vrgentior autem adminiculatio pro primo dicto nedum in hoc casu concurrit ex pluribus dedu-
14 ctis in facto, sed quia idem testis pro exoneratione suæ conscientiæ immediate post sacramentalē peccatorum confessionem, & acceptam sanctissimam Eucharistiam iurauit, se falsò à primo dicto recessisse, quamuis enim per extraiudicialem cōfessionem testis asserentis falsum deposuisse non tollatur eius prima iudicialis depositio, ex Farin. quæst. 46. num. 6. negari tamen non potest, quin saltem diminuatur illi fides, quoad recessum à primo dicto, vt ibi, præcipuè, quando agnitio falsitatis in ipso teste emanat dicto tempore confessionis, & communionis immediatè, vt per eumdē Farin. ead. quæst. 46. n. 70.

Et præsertim hoc casu, quo idem reddit causam, & rationem sui recessus à primo dicto, ex eo quia
15 tædium longæ carcerationis, & minæ, quas asserit aduersus se sequutas, eumdem concusserunt, vt per Farinac. cons. 193. num. 3. vbi de carceratione per duos menses.

Inimicitia etiam prætensa minime ad torturam releuans censeri potest, tum quia de illa deponentes asserunt ortum habuisse ex leuibus, adeout etiam ante prætensum mandatum reconciliatio
16 tam verbis, quam factis sequuta fuerit, Farinac. cons. 147. num. 5. & 28. & seq. & cons. 130. nu. 8. & seq.

Tum etiam quia, cum in delictis non impetu, sed deliberate patratis non sit attendenda causa delinquendi impulsiua, sed ratiocinatiua, & consequutiue proportionata, & correspectiua ad vindictam, nulla proportio, aut correspectiuas dari potest hoc casu ad prætensum mandatum ad ho-
17 micidium ex assasinio qualificatum, cessante nāq. causa proportionata delinquendi, cessant quoque præsumptiones, & inditia delicti, Cason. de indit. tract. 2. c. 2. num. 1. & seqq. & c. 3. nu. 3. Blanch. de indit. num. 255. & seqq. Farin. quæst. 52. num. 145. & d. cons. 147. num. 32. vers. & propterea
18 vbi fortius, quod adhoc, vt mandatum ad homicidium desumatur ex inditio inimicitiæ, non etiā sufficit, quod inimicitia sit capitalis, sed oportet, eam esse ortam ex atrocissima iniuria correspondente vindictæ homicidij mandati, & cons. 192. num. 2. & seqq.

Tum, & tertio quia nec ex inimicitia oritur inditiū
19 sufficiens ad torquendum, quando offensus habet alios inimicos, Farin. cons. 192. num. 27. & quæst. 49. num. 114. Giurb. cons. 97. num. 10. & præci-
20 pue cum inter plures inimicitias, illa, quæ est grauior, possit inditium facere, non etiam leuior, Farin. cons. 102. num. 18. & quæ magis adminiculatur, vt num. 19. & d. cons. 147. num. 29.

Receptio schedulæ tempore carcerationis inditio ascribi nequit, cum in se non contineat aliquid, ex quo suspicio oriri posset; quamuis enim custo-
21 des carcerum, vel alij tradentes apochas, aut schedulas carceratis, immo etiam illis existenti-

bus

bus in carceribus secretis dantes commoditatem scribendi puniri possint tam de iure, quã ex Bulla Pij Quinti, de qua Farin. cons. 192. num. 16. tamen carceratis exinde, sicut dolus ascribi nequit,
22 ita nec aduersus eos inditiũ aliquod oritur, quatenus aliud ex scripti tenore non percipiatur, vt per Iaderch. cons. 203. num. 1. & seqq. Farin. cõs. 130. num. 40.

Alloquutio cum Capitaneo Nicolao sæpius, & frequens conuersatio cum Lazzaro, & Senesio inditium nec etiam inferant, dum deficiunt tria, quæ
23 ad huiusmodi effectum copulatiue requiruntur, quod scilicet præcedat cum offenso inimicitia capitalis, quod sequatur dicta alloquutio, & quod offensio fuerit incontinenti, Farinac. cons. 147. num. 7. & cons. 37. num. 23. & quæst. 134. n. 60.

Incuria, & negligentia in causę inuestigatione, ex qua delinquens motus fuerit, retentione delinquentis, aliisque in causa necessarijs caret supposito,
24 cum ex actis constet, diligentiam, quę adhiberi potuit, adhibitam fuisse, nullaque negligentia fuerit probata, vt requiritur, scilicet, quod specifice potuerit adhiberi, & tamen scienter fuerit omissa, Ruin. cons. 93. num. 8. lib. 5. Becc. cons. 37. num. 13. & seqq. lib. 1.

Discessus Notariorum Curiæ die commissi delicti nõ etiam illatiuus est inditij, quia fuit ex causa, de qua in facto, & in omnem casum inefficax, cum
25 inditium non oriatur ex eo, quod vno, vel altero modo præter delictum potest per accidens cõtingere Bald. cons. 259. numer. 4. vers. nec quæ possunt, lib. 1. Vulpell. cons. 97. num. 3. Aym. cons. 6. num. 12. Becc. cons. 85. numer. 1. in fin. lib. 1.

26 Fuga, contumacia, & condemnatio Capitanei Pazzani non etiam pro inditio cõsiderabilis, quia illi nocet, non autem prætenso mandanti, Caball. resolut. 56. num. 101. Giurb. cons. 97. num. 7. ad medium.

Negatio, quod nunquam audiuerit, Senesium haberi pro culpabili, & tamen contrarium constet ex depositione Ioannis Dominici famuli de audita à Rinaldo, accessus Senesij ad terram Fasulæ ad explorandã D. Ducis super homicidio prædicto voluntatem, ex depositione eiusdem Rinaldi, aliaq; prætensa mendacia minus inditium faciunt, &
27 quia inditia remota minime afficiunt non probata per duos testes, exceptiones non patientes, Ossasc. decis. Pedem. 79. num. 14. & seq. Honded. cons. 96. num. 42. lib. 2. etiam in atrocissimis, Farin. cons. 22. num. 7. & cons. 192. num. 23. Caball. resolut. 200. num. 129.

Et quia nec alia prædicta afficiunt, dum minime ver-
28 santur circa substantialia, sed potius circa id, quod si Reus fuisset confessus, sibi non præiudicasset, Marsil. cons. 15. num. 15. vers. prætereà, Farin. quæst. 52. num. 14. & seq.

Demum nec inditium desumi potest ex assertione vulnerati, & quia vulneratus eius dicto declarationem adiecit exclusiuam delicti, vt in facto, &
29 quia neque etiam inculpatio, & querela existentis in articulo mortis, siue conualuerit, siue non, facit aliud, quam inditium ad transmissionem inquisitionis, Farin. quæst. 46. num. 23. & seqq. & à num. 26. ad 33.

Neque subsistit, quod ex huiusmodi prætensis inditij resultet saltem, quod simul iunctis sit locus
30 torturæ, tum quia nunquam coniunctio admittitur ad inferendam torturam, quando testes non sunt idonei, Farin. cons. 193. num. 166. Tum quia non etiam coniunctio admittitur, quando
31 inditia sunt in suo genere imperfecta, sicut ex iã dictis imperfectissima constat esse, quę ex aduerso magis ad numeri constitutionẽ, quam substantiam fuerunt deducta, Peguera decis. 17. num. 41. & seq. Maiuas. cons. 110. numer. 6. & seq. Eugen. cons. 27. num. 61. & cons. 76. num. 11. lib. 1. Farinac. cons. 34. num. 7. & cons. 70. n. 47. & cons. 108. nu. 44. & quæst. 37. nu. 37. Caball. resol. 200. num. 139. Giurb. cons. 37. num. 49.

ARGVMENTVM.

De eadem re. Et an homicida magis præsumatur sui causa occidisse, quàm ex mandato alterius.

SVMMARIVM.

1 *Homicida torqueri potest ad indicandum mandantem absque aliis inditiis, quando deficiebat inimicitia, vel causa offendendi.*

2 *Mandatarius non prius torquendus est ad indicandum, quo mandante homicidium commiserit, quàm ex se confiteatur.*

3 *Inimicitiæ negatiua probatio per testes, non includitur sub probatione actuum amicitiæ affirmatiua.*

4 *Homicidium proditorium dicitur, quando committitur simulata amicitia in incautum, & sibi non præcauentem.*

5 *Ad Homicidium proditorium requiritur, quod simulatio amicitiæ intercedat in ipso actu proditionis.*

6 *Aequiuoca verba in dubio magis referuntur ad proferentem, quàm ad alios.*

7 *Delinquens nemo præsumitur sine causa ipsum delinquentem respiciente.*

8 *Homicida sui causa præsumitur occidisse, subsistente etiam leui causa.*

9 *Præsumptio exclusiua delicti, & maioris delicti fortior est quàm contraria.*

10 *Probatio debet concludere per necesse.*

11 *Possibile, & non possibile pro constanti poni non debet.*

12 *Præsumptio ex præsumptione sumi non debet.*

13 *Inditia leuiora sufficiunt ad torquendum in delictis occultis, dummodo sint legitima, & in suo genere perfecta.*

14 *Mandatarii dictum non facit inditium ad torturam contra mandantem, nisi concurrant præsumptiones perfectæ, & tangentes delictum.*

15 *Conuersatio cum scelestis hominibus non est inditium ad torturam.*

16 *Conuersatio cum scelestis non facit inditium, nisi constet, quod tales existimarentur ante incohatum processum.*

CONSILIVM XXXIV.

NOn obstat textus in l. & si seruus. 6. & l. prius. 17. ff. ad senat. cons. Sillan. allegati per Farin.
1 quæst. 37. num. 154. ad probationem conclusionis, quod quando inter homicidam, & occisum nulla

nulla aderat inimicitia,& causa offendendi, possit absque alijs inditijs torqueri ad indicandum mãdantem ob rationem, quia vbi occidens non habuit causam propriam, necesse sit, vt ad alterius instantiam id fecerit, quia textus prædicti, cum alijs per eumdem Farin. adductis procedunt, sicut idem Farin. intelligit, vt ipse homicida in genere torqueri possit, ad cuius instantiam occiderit.

Hæc autem conclusio applicari nequit casui, de quo agitur, tum quia in fortijs Curiæ non reperitur aliquis ex prætensis mandatarijs, qui possit torqueri, quique de Iure non solum torquendus est, priusquam contra alios prætensos mandantes ad
2 torturam procedatur, sed quo mandante homicidium commiserit, non prius sit interrogandus, quam ex se confiteatur, vt in verbis inquit idem textus in d.l. prius, 17. ff. ad Senat. cons. Syllan. idéque Farin. cons. 4. num. 3. ante med. vers. & si mandatarius.

Tum quia deficit in hoc casu subiectum prædictæ conclusionis, quod prætensus mandatarius nullã propriam habuerit occidendi causam, quia contrarium supponitur constare in processu; nec subsistit prætextus, quod propria inimicitia excludatur per depositionẽ plurium testium dicentium, inter Franciscum Pompeij interfectorem, eumdẽque Pompeium semper beneuolentiam, & amici-
3 tiam intercessisse, cum hæc, quamuis depositio affirmatiua, non includat pernecesse, nec implicitè negatiuam inimicitiæ, cùm illius causa potuerit esse testibus prædictis ignota, ac propterea non benè, nec concludenter cadat in sensum testium, præcipuè absque coarctatione, vt distinguit Farin. de testib. quæst. 65. num. 217. post princ. vers. dummodo tamen affirmatiua.

Prætextus etiam ex sententia lata contra Franciscũ, cum qualitate proditionis non etiam concludit,
4 quia licèt ex qualitate homicidij proditorij resultet, quod illud commissum fuerit simulata amicitia in incautum, & sibi propterea non præcauẽtem, Bart. in l. respiciendum, §. delinquunt, num. 1. & seq. ff. de pœn. Gomez var. resolut. tom. 3. cap. 3. de homicid. num. 5. Guttier. pract. lib. 1. quæst. 2. nu. 3. & 9. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 29. nu. 19. Franc. decis. 713. nu. 14. & seqq. non tamen sequitur, quin potuerit occisor esse inimicus ex causa iniuriæ ad animum reuocatæ, cuius tamen reuocatio non fuerit ipsi occiso, vel cognita, vel præuisa, aut opinata, ex simulata reconciliatione extincta, Farin. cons. 168. num. 76. Giurb. cons. 60. numer. 20. vers. proditoriè ergo, ideoque ad effectum, vt homici-
5 dium dicatur proditorium requiritur, quòd simulatio amicitiæ intercedat in ipso actu proditionis, Farin. eodem cons. 168. num. 70. ad finem.

Minusque prætendi potest, quod probatio inimicitię non resultet ex verbis prolatis ab eodem Francisco in actu illationis vulnerum, tò impara à parlare, ex eo, quod non expresserit, tò impara à parlare di me, quia immò ex verbis prædictis apertè resultat inimicitia inter occidentem, & occisum, ex iniuriosa oblocutione, etiam quod vlterius nõ expresserit, illam eiusdem occisoris honorem of-
6 fendisse, tum quia etiam verba æquiuoca in dubio magis referenda sunt ad ipsum proferentem, quã ad alios, Rot. apud Seraphin. decis. 553. n. 7.

Tum quia pro huiusmodi sensu non solum concurrit præsumptio, quod nemo censeatur delinquere
7 sine causa ipsum delinquentem respiciente, Bart. inter cons. crimin. diuers. cons. 8. num. 8. lib. 1. in magnis, Cason. de indit. tract. 2. cap. 2. n. 1. & seqq. & cap. 3. num. 3.

8 Adeoquod quando constat, quem occidisse, etiam leuior sufficiat causa ad indicandum propositum, quia propter effectum malum sequutum, illud propositum in homicida sui causa præsumitur, Farin. quæst. 52. num. 152. ante med. vers. secundo autem casu.

Sed concurrit etiam præsumptio exclusiua maioris
9 delicti cùm longè minus sit delictum homicidia cõmittere ob occidenti illatam iniuriam, quàm alijs extraneis, eadem ratione, qua præsumptio exclusiua delicti semper fortior est inclusiua, Farin. quæst. 47. n. 284.

Neque aliquid facit, quod Franciscus potuerit verba prædicta proferre sic instructus à Pazzano, à quo prætenditur inductus ad dictum homicidium cõmittendum, vt quia de hoc dubitari non possit, ex quo pro dicta inductione, & inflammatione fuerit iamdiù in pœnam vltimi supplicij condemnatus, siquidem obiectum hoc cessat, & quia adducitur tanquam possibile contra regulas Iuris, quod pro-
10 batio debeat concludere pernecesse, Boss. tit. de defens. Reor. num. 13. quodque possibile, & non
11 possibile pro constanti poni non possint, Farinac. cons. 15. n. 67.

Et quia ad peius ex prætensa possibilitate prætendi posset, quod Franciscus occiderit de mandato Pazzani, quandoquidem neque hæc præsumptio afficit hunc D. carceratum, vbi ipse præsumatur ipsi Pazzano mandasse contra aliam regulã, quod
12 præsumptio ex præsumptione minime desumi possit, Farin. cons. 55. num. 25. & cons. 114. num. 40. & cons. 127. num. 7. Rot. post lib. 2. cons. Farin. decis. 267. num. 9.

Minus obstat, quod in delictis occultis, & difficilis
13 probationis, prout sunt tractatus, qui secretè fiunt, sufficiant inditia leuiora ad torquendum, Bald. qui ad id communiter allegatur, in l. quicumque, num. 25. in 8. not. C. de seru. fugit. & in l. 3. num. 3. C. de Episc. aud. cum alijs relatis per Farin. quæst. 37. num. 150. quia in alia, omnibus prætensis inditijs respondendo, ostendi, illa minime censeri posse alicuius releuantię tãquam omnino imperfecta, & quia idem Farin. eadem quest. 37. num. 152. ex Osasco decis. Pedemont. 79. num. 55. vers. nec obstat, & num. 56. melius ponderante verba Baldi, in d.l. quicumque, etiam in delictis occultis, & difficilis probationis requirit illa legitima, & sufficientia, & licèt Farinac. num. 153. subiungat, veritatem esse, & ita magis communiter à Doctoribus receptum esse, leuiora sufficere, idem tamen intelligendo, inditia requiri, ex hoc ipso intelligit, inditia imperfecta in suo genere minimè suffragari, vt etiam in alia comprobaui.

Idque præcipuè admittendum, vbi agitur contra
14 prætensum mandantem, cum nec contra eum inditium sufficiens ad torturam censeatur dictum socij criminis, nisi aliæ concurrant præsumptiones in suo genere perfectæ, ac proxime tangentes delictum, non autem remotæ, Farin. cons. 10. num. 31. 32. & seqq. & cons. 19. num. 18. etiam quod agatur de occultis, idem Farin. cons. 55. numer. 4. 17. & 34.

Demum nec etiam inditium desumi potest ex amicitia, & conuersatione D. carcerati cum Francisco, & Pazzano, ex Farin. quæst. 52. num. 85. & 86. quo loci

15 loci prætenditur id pro regula firmari, quia immò idem Farin.num.88.inquit, quòd non obstantibus adductis num.87.quo loci refert, inditium prædictum sufficere ad torturam, hæc ampliatio non est vera,nec vllo pacto tenenda ex eo, quia conuersatio malorum hominum sit inditium remotum,& generale, & consequutiuè minimè ad torturam sufficiens, idque magis tenendum hoc
16 casu,quo deficit applicatio, quod prædicti Franciscus,& Pazzanus ante processum,de quo agitur, inchoatum, essent in existimatione malorum, & contrarium ante processum prædictum esset præsumendum ex authoritatibus, quas allegaui in meo consilio impresso sub 230.n. 5. & seqq. inter cons. Farin. lib. 3.

ARGVMENTVM.

Reus,qui de complicibus interrogatus in tortura grauiore tacuit,& in secunda tortura leuiore inculpauit aliquem de mandato,& participatione homicidij, an faciat inditium.

De exclusione causæ, & inditiorum prætensi mandati, & participationis homicidij.

SVMMARIVM.

1 *Excarceratus sub fideiussione de se repræsentando censetur ex deductis ante excarcerationem tacitè absolutus.*
2 *Condemnatus de proximo moriturus præsumitur veritatem deponere,& præsertim in tortura.*
3 *Testis & socij criminis depositio siue prima, siue secunda magis attenditur,quæ emanauit in tortura grauiore.*
4 *Mandatario substinente torturam, præsumitur innocentia mandantis.*
5 *Tortura repetita non datur testi.*
6 *Testis primæ depositioni sine tortura statur magis,quàm secundæ cum tortura,quando fuit tortus tanquam principalis quoad se, & testis quoad alios.*
7 *Testis secunda depositio in tortura præualet,quãdo testis torquetur ad purgandam infamiam, secus quando ad videndum, in quo dicto persistat.*
8 *Testis prima depositio sine tortura, quando fortiores habet præsumptiones,& adminicula,præualet secundæ cum tortura.*
9 *Testis prima depositio sine tortura præualet secũdæ cum tortura,quando testis vltra varietatem laborat alijs desectibus. Et num.12.*
10 *Testis recedens à prima depositione post alloquutionem cum Parte,præsumitur instructus.*
11 *Testis à prima depositione recedens in tortura sub spe impunitatis non probat ob exceptionem proprij interesse.*
13 *Consuetudo quod tortura in teste purget plures defectus,non habet locum in Vrbe.*
14 *Amicitia,& amor erga personam offensam inducit præsumptionem innocentiæ.*
15 *Causa delicti cessante,cessant inditia,& confessio. Et num.19.*
16 *Socius criminis deponens inuerisimilia non facit inditium.*
17 *Testis non probat,quando adducit alios in contestes,qui ab eo discordant.*
18 *Altercatio verbalis tanquam leuis nõ sufficit pro causa proportionata homicidio, & præsertim stante reconciliatione.*
20 *Inimicitia capitalis non sufficit ad præsumendum homicidium,nisi probetur orta ex atrocissima,& correspondente iniuria.*
21 *Epistola continens generalia, & æquiuoca, quæ habent se ad delictum,et non delictum,non facit inditium.*
22 *Verisimilitudo sicut delictum includit, ita inuerisimilitudo excludit.*
23 *Comparitio spontanea signum est innocentiæ.*
24 *Occasione occidendi impunè conscium, et socium prætensi homicidii non vtens, præsumitur innocens.*
25 *Fuga,et contumacia mandatarii non officit mandanti.*
26 *Alloquutio secreta non facit inditium,nisi tria concurrant,nempè inimicitia,alloquutio, et delictum incontinenti.*
27 *Inditium non resultat ex iis,quæ citra delictum accidere possunt.*
28 *Variatio,quæ non tangit immediatè delictum,nõ facit inditium.*
29 *Fama bona in specie delicti,de quo agitur,infringit contraria inditia.*

CONSILIVM XXXV.

SVperuenientia inditiorum, quam Fiscus prætendit post excarceratos DD.Io: Baptistam, & Hie-
1 ronymum sub fideiussione de se repræsentãdo,releuans censeri nequit, nec ad effectum, quin tacitè ex deductis ante excarcerationem prædictã censerentur absoluti, Boff. de sent. nu. 60. & seq. Clar. §.fin. quæst. 46. num. 10. Farin. quæst. 34.n. 64. & cons. 50. num. 26. post med. vers. at vbi inquisitus,Guazz. defens. 2. cap. 7. num. 6. Caball. resolut. 93. num. 25. nec quin non obstante prætensa superuenientia adhuc expressam mereantur absolutionem.

Etenim illud totum,in quo superuenientia consistit, fundamentum recipit ex depositione Troili, hanc autem nullius prorsus esse considerationis, sed meram imposturam, quatenus dd. Io. Baptistam, & Hieronymum mandantes, & complices homicidij Tiburtij constituit, apertissime liquet.

Quod autem nullius considerationis esse possit, Primo constat, quia postquam Troilus fuit de hoc homicidio in pœnam vltimi supplicij damnatus, & deinde recognita eius persona in carceribus cogitare debuisset, se de proximo suspendendum, ac proinde desperato corpore solum animæ suæ saluti incumbere, non solum sub iuramento interrogatus de complicibus dictos Ioannẽ Baptistam, & Hieronymum nullatenus nominauit,sed tortus per mediam horam negatiuam sustinuit;
2 hinc enim iudicari aliud non potest, quam quod merã veritatem iurauerit, Osasc. decis. Pedemõt. 79. num. 20. non autem quando deinde contrarium deposuit, & sustinuit in tortura per vnum miserere,ex conclusione etiam certa, quod statur
3 vltimæ torturæ, quando illa fuit grauior prima, sicut e conuerso statur primæ, quando illa fuit grauior

grauior vltima, vt in terminis per Decian.cõſ.92. n.47. lib. 2. quē etiam ſequitur Farinac. de teſtib. quæſt.66. num. 174.

4 Et pro regula etiam traditur, per torturam illatam prætenſis mandatarijs, quando ſuſtinent, præſumendam eſſe aſſertorum mandantium innocentiã l. 1. §. ſi quis vltro, verſ. præcedenter ff. de quæſt. Farin. conſ. 130. num. 14.

5 Non autem Curiæ ſuffragari poſſet repetitio alterius torturæ ad finem, vt vltima appareret grauior, tum quia repetitio torturæ in teſtibus non datur, Boſſ. de homicid. numer. 31. Bertaz. conſ. 549. num. 4.

6 Tùm quia licet in teſtibus, qui non ſimpliciter in alios torquentur, ſed torquentur tanquam principales quoad ſe, & teſtes quoad alios, ſint opiniones, an potius ſit attendendum primum dictum etiam extra torturam quam ſecundum in tortura, vt per Farin. de teſtib. d. quæſt. 66. nu. 181. & ſeq. tamen vel verior, & magis recepta eſt opinio, quod ſtandum ſit primo dicto, Bart. in l. 1. §. quæſtioni num. 1. in fin. verſ. quandoque torquetur in ſe, & in alium, per illum text. ff. de quæſt. Oſaſc. deciſ. Pedem. 79. num. 22. Lentulus Cappellus inter conſ. Farinac. conſ. 55. numer. 15. idemq; Farinac. eod. conſ. 55. numer. 39. poſt princ.

7 Et præſertim cum regula, quod in teſte magis attẽdatur ſecundum dictum in tortura, quam primũ extra, procedat, quando teſtis torquetur ad purgandam infamiam, ſecus vero quando torquetur ob varietatem, & ad videndum, in quo dicto perſiſtat, vt actum fuit in hoc caſu, Farinac. conſ. 171. num. 21.

8 Vel quando adhærendum magis eſſet opinioni contrariæ procedit, quando ſecundum dictum in tortura haberet pro ſe præſumptiones, ſecus verò quando primum dictum extra torturam præſumptiones haberet, vel magis eſſet adminiculatum, Decian. d. conſ. 92. num. 47. verſ. tertio reſpondeo, lib. 2. Aym. conſ. 6. num. 45. & 49. Farin. de teſtib. quæſt. 66. num. 178. & 183. & conſ. 38. num. 15. & d. conſ. 55. num. 39. ad med. verſ. nulla verior, & magis infallibilis regula, & conſ. 193. num. 84. Roland. conſ. 40. num. 14. verſ. & tamen iſtud lib. 1.

9 Nullaque eſt in hac concluſione difficultas, quando ſecundum dictum in tortura fuit teſtis, qui vltra varietatem aliàs eſt inhabilis, & alios patitur defectus, prout abſque dubio patitur Troilus ex deducendis infra, Aym. conſ. 6. num. 54. verſ. 6. reſpondeo, Farin. de teſtib. d. quæſt. 66. num. 188.

10 Secundo quia Troilus receſſit a primo dicto in tortura graui confirmato, poſtquam ex licentia attributa patri de ſæpius cum filio alloquendo fuit ſecum alloquutus; ab eo enim inſtructus præſumendus eſt hanc impoſturam confinxiſſe, Boſſ tit. de oppoſ. contr. teſtes num. 1. prope finem verſ. debet etiam conſiderare, Hieron. de Federic. reſol. 20 in fine, Farin. conſ. 130. num. 23. & conſ. 139. num. 9 & conſ. 171. nu. 18. ante med. verſ. & prima eſt declaratio.

11 Tertio quia Troilus conſtat, quod à primo dicto receſſit ſub ſpe impunitatis, exorditus enim eſt, io ho mandato a chiamare V.S. da mio padre, perche mi ſon riſoluto di volere dire la verità integramente ſopra l' homicidio di Tiburtio, e ſcoprire tutti li complici, e delinquenti col rimettermi nel reſto alla benignità de Padroni, & licet Iudex, ſibi dixerit, vt dicat, ſed abſque vlla ſpe gratiæ, nihilominus idem Troilus reſpondit, com' hò detto, mi rimetto nelle braccia de' Padroni, ſiquidem negari nequit, quin ſubſequens depoſitio fuerit retenta adhuc ſpe Superiorum benignitatis, neque enim quiſque priuatur ſpe, quam habet ſine eius conſenſu, Tiraquel. de legib. connub. glo. 2. n. 39. quamobrem ex proprio intereſſe fundato in dicta ſpe, conſtat, Troilum deueniſſe ad receſſum prædictum, & conſequenter clarũ eſt, quod tortura quæcumque vitium hoc intereſſe minime ſupplet, Lentulus Cappellus inter conſil. Farinac. conſil. 60. numer. 52. poſt med. verſ. etiam ſi atteſtaretur, & præſertim cum depoſitio ſit admixta proprio crimini deponentis, vt eodem num. 52. verſ. ſemper reprobatur. Farin. conſ. 116. n. 7.

12 Quarto, quia dictum ſocij criminis quamuis cum tortura minimè inditium facit ad torquendum contra alios, quando non ſolùm patitur defectum periurij ex priori iurata depoſitione contraria, ſed alios defectus, quos plurimos etiam variationum ſubſtantialium Troilum pati, ſatis liquet ex relatis in facto, Rolan. conſil 16. numer. 9. & ſeqq. lib. 1. Natt. conſil. 298. num. 6. Honded. conſ. 100. numer. 37. & ſeqq. lib. 1. Farinac. quæſt. 42. numer. 178. & ſeq. & numer. 184. & 185. & de teſtib. quæſt. 56. numer. 197. & ſeqq. & quæſt. 62. numer. 381. & d. quæſt. 66. numer. 188.

13 Nec obſtat, quod de conſuetudine aliud ſeruari dicant Baiard. & alij per eumdem ad Clar. quæſt. 21. numer. 32. quoniam vel aſſerta conſuetudo tanquam corruptela, & nutritiua peccati non eſt de Iure admittenda, vel tenenda ſolum in locis, in quibus Baiard. alijque per eum relati verſati fuerunt, non autem in Vrbe, in qua contraria conſuetudo fuit recepta, vt teſtatur, & pluribus etiam auctoritatibus comprobat Farinac. quæſt. 43. nu. 184. ante med. verſ. hæc tamen conſuetudo, & in addit. & num. 178. ad finem, & plenè conſ. 216. num. 2. ad fin. & numer. 20. & ſeq. Guazzin. defenſ. 30. cap. 40. num. 13.

Et quod Iudices criminales reiecta hac aſſerta conſuetudine teneantur ſeruare Ius communẽ in Cauſis carceratorum, etiam ex Bulla Pauli Tertij confirmata per ſa. mem. Paulum Quintum in reformatione Tribunalium, firmat Almontes Ciazzius diſceptat crimin. ad Reorum defenſam, 9. numer. 32.

Quod verò depoſitio Troili iudicanda ſit mera eiuſdem impoſtura, liquet etiam ex pluribus.

14 Primo enim conſtat per plures teſtes ad defenſam examinatos, inter hos fratres, & Tiburtium amicitiam, & amorem interceſſiſſe, eamque fuiſſe continuatam ex ſociali, & communi exercitio aromathariæ, alijſque actionibus huius beneuolentiæ ſignificatiuis notabilibus relatis in facto; amicitia namque, & amor erga perſonam offenſam inducit euidentem innocentiæ demonſtrationem, Bald. in cap. 1. num. 4. de confeſſis, Aym. conſ. 75. num. 17. in fine, Gram. voto 3. n. 7.

15 Neque enim præſumi poteſt, aliquem ſine cauſa delinquere, quapropter ceſſant omnes delicti præſumptiones, & inditia, Bart. inter conſ. crim. diuerſ. conſ. 8. num. 8. lib. 1. in magnis, Farinac. conſil. 56. num. 13. & conſ. 147. num. 4. adeout nec confeſ-

sio delicti sit attendenda deficiente delinquendi
causa, idem Farin. cons. 185. num. 28. ad finem
Caball. de homic. num. 294.

Non autem aliquid facit prætextus, quod inter hos
fratres, & occisum ortæ essent maleuolentiæ, al-
tercationes, & dissentiones occasione voluntatis
Tiburtij in dissoluenda societate, & eiectione Hie-
ronymi a seruitio, quoniam huiusmodi prætextus
caret iustificatione, dum Troilo nulla poterat ad-
hiberi fides tam ex præallegatis, quam quia nec
16 socij criminis depositio inuerisimilis facit inditiũ,
dum de inuerisimili constat hoc casu apertissime
ex probata continuatione tam societatis, quam
beneuolentiæ, Farin. cons. 192. num. 13.

Minusque alijs testibus, in quibus exaduerso insisti-
17 tur, cum allegent alios in contestes cum ipsis non
concordantes, Farin. cons. 37. num. 24. & cõs. 127.
num. 11. & cons. 138. num. 31. Giurb. cons. 70. n.
36. Magon. decis. Lucen. 17. nu. 8. & seq. & quod
testimoniu n eius, qui alium nominat, aliud te-
stificantem, prosternatur, est decis. Rotæ apud Car-
din. Mantic. 317. num. 8.

Et quando etiam aliqua dissentio inter eosdem ali-
18 quando orta esset, non etiam exinde inditium
prætensi mandati ad homicidium resultat, tum
quia altercatio verbalis tanquam leuis non est
considerabilis, Farin. cons. 147. num. 5. & num. 28.
& cons. 130. num. 8. & seq. & præsertim sequuta
reconciliatione etiam ex nuda voluntate, vt eod.
cons. 147. num. 29.

Tum etiam quia, cum in delictis deliberatis non de-
beat attendi causa delinquendi impulsiua, sed ra-
tiocinatiua, & consequenter proportionata, &
correspectiua ad vindictam, nulla proportio, aut
correspectiuitas dari potest hoc casu ad mandatũ
homicidij, & præcipuè qualificati ex assasinio ex
sola verbali altercatione, & voluntate dissoluendi
societatem, & eiectione alicuius à famulatu, cum
ex obitu consocij absque dubio societas dissolue-
retur, l. actione, 66. §. morte vnius, ff. pro soc. ces-
19 sante autem causa ad delictum proportionata,
nulla est difficultas, quin cessent omnes præsum-
ptiones, & inditia delicti, Cason. de indit. tractat. 2.
cap. 2. num. 1. & seqq. & cap. 3. num. 3. Blanc. de in-
dit. num. 255. & seqq. Farinac. quæst. 52. num. 145. &
cons. 147. numer. 32. vers. & propterea, vbi fortius,
20 quod ad hoc, vt mandatum ad homicidium præ-
sumatur ex Inimicitia, non sufficit, quod inimici-
tia sit capitalis, sed oporteat, eam esse ortam ex
atrocissima iniuria correspondente homicidio
mandato, & cons. 192. num. 1. & seqq.

Neque inditia desumi possunt ex ijs, quæ exaduerso
ponderantur,

Non enim ex epistola scripta per Troilum Ioanni
Baptistæ, quia significatio ex illa, che sono quattro
giorni, che manca il Sig. Tiburtio, che non si dice
altro, per non potere scriuerlo in carta, che li mã-
da le sue chiaui secretamente, per aprire le casse, e
pigliare quello li farà di bisogno, e poi se le porti
seco, che alla cassa di sopra stanno li denari, che
strappi subito la presente, e venghi in ogni modo
à Ciuitauecchia, e che si sospetta di più cose, ac hu-
ius epistolæ per Ioannem Baptistam receptio sub
circumstantijs facti probati etiam ex parte Cu-
riæ amplius demonstrant eiusdem Io: Baptistæ in-
nocentiã, tum quia cum epistola litteraliter nihil
certi significaret concernens personam Tiburtij,
21 sed solam genericam suspicionem ex causa disces-
sus eiusdem, nec Io: Baptista, nec quilibet debuis-
set hanc scribendi formam accipere in malam
partem, tanquam applicatam soli discessui sine
reditu, qui poterat contigisse ex alia causa, quàm
homicidij, Farin. loquens in epistola, cons. 147.
num. 10. in princip. & consil. 56. num. 11. Honded.
loquens etiam in his terminis epistolæ, cons. 87.
num. 101. ante fin. vers. dum in epistola, cum num.
105. & n. 154. lib. 2.

Tum etiam quia, vbi Io: Baptista re vera dedisset
mandatum ad occidendum, vtique exinde de-
buisset percipere sensum mentalem scribentis;
quemadmodum autem sensus hic nulla ratione
probabili prætendi potest à Io: Baptista percep-
tus, dum recepta epistola illam iuxta admonitio-
nem scribentis non lacerauit, immò nedum reti-
nuit, sed pluribus publicauit, & deinde iudiciali-
ter in hoc ipso iudicio produxit, quinimmò re-
cepta epistola, cogitauit discessum Tiburtij fuisse
confictum, vt ipse Io: Baptista cogeretur ad Ci-
uitatem Neapolis, nauigando in triremibus Pon-
tificijs se transferre, & deinde Ciuitatem vetulam
delicti locum petijt, nunquam petiturus, vbi
sensum epistolæ intellectæ, vt Fiscus interpreta-
tur, intellexisset, insuper post accessum ad Ci-
uitatem vetulam, & audito homicidio, ac loco, in
quo cadauer reperiretur, sibi à Troilo negato,
etiam mediante Curia illud perquisiuit: ita præ-
sumi nunquam cum aliquo fundamento potuit,
quod vbi mandatum fuisset verum, Troilus secum
in dicta negatiua permansisset, & ipse Io: Baptista
se se periculo carcerationis exposuisset, & præser-
tim concurrente etiam inuerisimili, quod tracta-
tum huius homicidij cum Troilo habuisset, dum
non à Io: Baptista, sed ab ipso Tiburtio fuerat ser-
uitiis apothecæ receptus; pro regula namque
22 traditur non minus inuerisimilitudinem exclu-
dere delictum, quam verisimilitudinem include-
re, Farin. cons. 22. n. 34. & cons. 55. n. 18. Caball. reso-
lut. 287. n. 35.

Et præsertim cum idem Io: Baptista se sponte con-
23 stituerit, quia proindè magnum innocentiæ re-
sultat inditium, Farin. cons. 10. n. 52. & cons. 130. n.
13. Giurb. cons. 46. n. 30.

Magisque dum constat oblatam fuisse ipsi Ioanni
24 Baptistæ occasionem occidi faciendi Troilum,
antequam se constituerit, idque impunè posset
committere, stante quod Troilus iam fuerat capi-
taliter damnatus, & tamen recusauit. Surd. decis.
21. n. 15. vers. & non dicitur, Giurb. cons. 54. nu. 24.
vers. nec cum fraude.

Non etiam inditium desumi potest ex fuga Troili
procurata à Io: Baptista paulò post eius accessum
ad Ciuitatem vetulam, quia de prætensa procu-
ratione nihil constat, nisi ex depositione Troili,
cui non credendum ex iam dictis, fuga verò Troi-
25 li ex se nihil facit, cum fuga, & contumacia asserti
mandatarij minime noceat mandanti, Caball.
resolut. 56. num. 101. Giurb. consil. 97. numer. 7. ad
med.

Et non etiam ex secreta alloquutione Hieronymi
cum Troilo ante delictum, & post, dum erat for-
tiatus in triremibus Regis, sed potius præsu-
menda est in bonam partem, & inditium nun-
26 quam facit, nisi tribus coniunctim concurren-
tibus, quod scilicet præcedat capitalis ini-
micitia, secundo ipsa secreta alloquutio, & tertio
quod delictum incontinenti sit sequutum, Farin.
d. cons.

d. cons. 147. num. 7. & cons. 37. num. 23. & quæst. 134. num. 60.

Minusque ex veteribus vestibus per Io: Baptistam donatis Troilo ante delictum, & ex reintegratione Hieronymi ad seruitia, quia exiguum munus magis interpretandum ex causa preititi seruitij in exercitio apothecæ, & reintegratio ex causa coniunctionis sanguinis, cum nunquam inditium
27 resultet ex ijs, quæ etiam citra delictum accidere possunt, & pluribus modis possant interpretari, Bald. cons. 256. num. 4. vers. nec quæ possunt, lib. 1. Vulpell. cons. 97. nu. 3. Bursatt. cons. 336. num. 16. lib. 3.

28 Sicut nec variationes Ioannis Baptistæ relatę in facto inditio ascribi possant, cum non tangant immediate prætensum delictum, nec punibilia, Farin. cons. 60. num. 69.

29 Ac demum prætensa inditia infringuntur ex probata bona fama prædictorum fratrũ in specie, quod prætensum mandatum non dederint, Boss. tit. de mand. ad homicid. num. 45. Roland. cons. 3. num. 58. lib. 1. Farin. cons. 161. num. 10.

ARGVMENTVM.

De insufficientia causæ ad homicidium, & inditiorũ deductorum ex testibus sibi contrarijs, & alias patientibus exceptiones.

SVMMARIVM.

1 *Iudex tenetur ex officio quærere veritatem, Reorumq; innocentiam.*

2 *Comparitio spontanea in delictis, in quibus agitur de discrimine vitæ, signum est innocentiæ.*

3 *Inditia, immo etiam confessio cessat, cessante causa delicti.*

4 *Causa proportionata delicto requiritur ad effectũ torturæ.*

5 *Testi deponenti sub impunitate nulla adhibetur fides.*

6 *Probatio, quæ sumitur ab effectu, dicitur efficacissima, & sensitiua.*

7 *Voluntas metienda est a potestate.*

8 *Furti actio famosa non datur contra filium, sed actio in factum.*

9 *Testes deponentes de eorum iudicio non probant.*

10 *Causa homicidij non est admittenda, ex qua effectus cogitatus sequi non potest.*

11 *Testes de fama deponentes non probant, nisi specificent tempus originis famæ.*

12 *Fama non vniformis in vniuerso Populo, sed varia non attenditur.*

13 *Testes sibi ipsis contrarij contrarietate manifesta non probant, neque concordantur.*

14 *Testis non probat, quando adducit alium in cõtestem, ab eo discordantem.*

15 *Verisimilitudo sicut includit, ita inuerisimilitudo excludit delictum.*

16 *Testis repetendus cum tortura, torqueri debet in faciem Rei.*

17 *Tortura in teste purgat vnum, non plures defectus.*

18 *Tortura in teste vario de consuetudine purgat solum periurium.*

19 *Testis secunda depositio cum tortura non præualet primæ sine tortura, quando testis patitur plures defectus vltra varietatem.*

20 *Testis primum dictum sine tortura magis adminiculatum præualet secundo cum tortura.*

CONSILIVM XXXVI.

VVlgata non minus quam vera est sententia, Iudices nedum ad Partis instantiam, sed ex se
1 & officio suo teneri quęrere veritatem, Reorumque innocentiam, Bart. in l. pen. §. ad crimen, n. 5. in fin. ff. de public. Iud. ex textu in l. & si non defendantur, ff. de pœn. & l. 1. §. fin. ff. de quæst. Farin. quæst. 11. num. 10. & cons. 35. num. 2. & cons. 172. num. 18. Caball. resol. 60. num. 13.

Quæsita autem veritate, in casu, de quo agitur, innocentia Rei apparet talis, vt locum esse tormentis Iure iudicari nequeat, cum præter spontaneã
2 constitutionem in delictis, in quibus agitur de vitæ discrimine, innocentiæ maxime significatiuam etiam post Rei citationem, Farin. cons. 22. n. 33. Giurb. cons. 46. num. 30. nulla ex processu detur probabilis causa, ex qua iudicari valeat D. Andream hoc scelus commisisse; cessante enim
3 delinquendi causa, cessant omnia inditia, cum nemo non fatuus sine causa delinquat, Bart. inter cons. crim. diuers. cons. 8. nu. 8. lib. 1. Follerius in pract. crim. in verb. itemquod sororem venenauit, post num. 19. Bertaz. cons. 446. num. 20. & seqq. lib. 2. Farin. quæst. 50. num. 31. & quæst. 52. num. 150. & cons. 50. n. 34. ante med. vers. sicut enim, & cons. 56. n. 13. & cons. 130. num. 15. & cons. 147. num. 4. hæc enim naturalis, & fortissima est præsumptio, alias quascumque superans, vt firmat idem Farin. cons. 192. n. 1. & cons. 185. num. 38. ad fin. adeout nec ipsa confessio delicti sit attendenda, vbi causa delinquendi deficit, vt ibi num. 28. ad fin. & per Caball. tract. de homicid. num. 294.

Atque adeo vt nec sufficiat quælibet causa ad effe-
4 ctum tormenti, sed requiratur delicto proportionata, Cason. de indit. tract. 2. cap. 2. num. 1. & seq. & cap. 3. n. 3. Blanc. de indit. n. 255. & seq. Farin. quæst. 52. n. 145. & cons. 192. num. 1. & seqq.

Etenim in causarum consideratione cadit discussio qualitatis illarum, an iudicari iure possint impulsiuæ, aut ratiocinatiuæ, prima namque in delictis non deliberatis, in quibus ex impetu mouetur animus ad delinquendum sine cogitatione per ipsius animi impulsum, & affectum ad delictũ, datur causa incongrua, vt quia animus ita afficiatur, vt non prospiciat, quid agat; secunda autem datur causa ratiocinatiua, ad quam solum Iudicantes respicere debent in delictis deliberato animo patratis; in his enim non est habenda ratio, nisi causæ ad delictum commissum proportionem habentis, Cason. de indit. d. tract. 2. cap. 2. nu. 1. & seqq. & d. c. 3. n. 3. Blanch. de indit. n. 255. & seq. Farin. d. q. 52. n. 145. & d. cons. 192. nu. 1. & seqq.

Nec obstat, quod in hoc casu concurrant duæ causæ proportionatę tanquam desumptæ ex voluntate subtrahendi patruo notabiles pecuniarũ quantitates penes ipsũ existentes, & ad finẽ impediendi comminatam reuocationẽ testamenti conditi ad patris fauorem, & alium hæredẽ instituendi, quoniã de veritate huiusmodi causarũ minime cõstat.

Non enim datur cauſa pecunias ſubripiendi, tum
5 quia de illa ſolus Stephanus deponit, cui tanquã
illi, qui ſub impunitate conceſſa ex edicto publico
emanato de auctoritate huius Sacræ Conſultæ
depoſuit, nulla poteſt in aliquo adhiberi fides, &
præcipuè cum in pluribus detegatur mendax,
Boſſ. de oppoſ. contr. teſtes, num. 21. Franc. deciſ.
459. num. 1. & ſeq. vbi etiam teſtatur, ita obſeruari,
Farin. conſ. 161. num. 9. verſ. & venit ad deponendum,
& conſ. 182. num. 25. & quæſt. 43. n. 19. Caball.
caſ. 29. n. 1. & ſeqq.

Tum quia conſtat de voluntate contraria ſubripiẽ-
di notabilem quantitatem ex depoſitione eiuſdẽ
Stephani, quatenus aſſeruit, Andręam receptis
clauibus ſcriniorum, in quibus pecuniæ aſſerua-
bantur, nihil inde deſumpſiſſe, efficaciſſima nam-
6 que, & ſenſitiua eſt probatio deſumpta ab effectu,
vt inquit Farin. conſ. 26. num. 18. & præſertim, cũ
licet Stephanus dicat, ſcrinia non potuiſſe cum
dictis clauibus aperiri, nihilominus facile eſſet aut
ſcrinia abſque rumore dirumpere, aut occulte
7 aliò tranſportare, & voluntas metienda ſit à pote-
ſtate, l. nolle, 4. ff. de acquir. hæred. Bald. c. 1. num. 3.
de iuramen. cal. Alex. conſ. 127. num. 5. lib. 4. Corn.
conſ. 102. num. 6. lib. 2. Rot. deciſ. 434. num. 6. par. 4.
recen.

Tum, & tertio quia conſtat, quod vbi cupiditas pe-
cuniæ fuiſſet cauſa ſubripiendi in Andręa, poterat
ſumma facilitate ſubripere patri habẽti pecunias
aureas, & argenteas cum torquibus, & alijs faci-
lioris contrectationis, ac timore nullius, patre
non querelante, aut querelante minoris admodũ
8 pœnæ, cum iſto caſu nec detur actio furti famoſa,
ſed in factum, l. ſi quis vxori, §. ſed ſi filius, ff. de
furt. Farin. de furt. quæſt. 174. n. 101.

Minuſque concurrit cauſa impediendi aliud teſta-
mentum reuocatorium primi, tum quia de hac
nihil ex dicto Stephani; id autem, de quo aliqui
circa cauſam prædictam deponunt, nullum habet
9 fundamentum, niſi imaginarium ex eorum iudi-
cio, quod ad effectum torturæ non releuat, etiam
quod eſſet iudicium peritorum, Farin. conſ. 179. n.
5. verſ. quod ſi eos, lib. 2.

Tum etiam quia nec cauſa prædicta operari poterat
10 aſſecurationem permanentiæ effectus teſtamenti
iam conditi, cum Fiſcus ſtante homicidio hæredi-
tatem tanquam ab indignis auferret, l. 1. & l. Lu-
cius, ff. de iur. Fiſc. Pereg. de iur. Fiſc. lib. 2. tit. 2. n. 1.
& 6.

Minuſque obſtant inditia ex alijs deſumpta, nam te-
11 ſtes deponentes de fama, nihil faciunt, cum non
ſpecificent tempus ortus famæ, & propterea in
dubio præſumendum ſit, quod fama ortum ha-
buerit poſt incohatum iudicium criminale, Fari-
nac. quæſt. 47. n. 173. & ſeq. & n. 176. & quæſt. 49. nu.
156. Cabal. reſol. 200. n. 132. & ſeq.

Quinimmò conſtet etiam ex teſtibus Curiæ, famam
12 non fuiſſe vniformem, & eamdem in vniuerſo Po-
pulo, ſed variam, & diuerſam in eius etiam origi-
ne, Aug. ad Ang. de malef. in verb. quod fama pu-
blica præcedente, num. 45. verſ. dixit, Brun. de in-
dit. par. 1. quæſt. 3. n. 32. in fin. Farin. d. quæſt. 47. nu.
163.

Teſteſque etiam deponentes de aſperſione ſanguinis
ex corpore interfecti in alijs locis, quàm in eo, in
quo affirmat Andręas, patruum in aperitione
oſtij Abbatiæ fuiſſe occiſum, inditium minimè fa-
ciunt, & quia non ſolum ſunt ſingulares, & inter
13 ſe varij, l. qui falsò, vel variè, ff. de teſtib. immò
etiam ſibi ipſis contrarij contrarietate clara, &
manifeſta, quo caſu teſtium cõcordia fieri nequit,
Farin. de teſtib. quæſt. 65. n. 94.

Et quia adducunt etiam alios in conteſtes, qui aut
14 contrarie, aut difformiter deponunt, Farin. conſ.
37. num. 24. & conſ. 127. num. 11. & conſ. 138. n.
31. Giurb. conſ. 70. nu. 36. Magon. deciſ. Lucen.
17. num. 8. & ſeq. Card. Mantic. deciſ. 317. n. 8.

Ac etiam quia tam is, qui depoſuit ſub impunitate,
quam cœteri omnes deponunt inueriſimilia ex
rationibus plene in facto deductis, quandoqui-
15 dem nulla eſt difficultas, quin ſicut veriſimili-
tudo incluſiua eſt delicti, ita e conuerſo inueriſi-
militudo ſit delicti excluſiua, Farin. conſ. 22. nu.
34. & conſ. 55. numer. 18. & conſ. 166. numer. 14.
verſ. inueriſimilia autem, Caball. reſol. 287. num.
35.

Neque releuat tortura illata cuicumque teſti, tum
quia tortura nõ ſuffragatur pro repetitione, quã-
16 do Reus eſt preſens, & negat, Farin. de teſtib. q.
72. num. 97. precipue quando teſtis non fuit tor-
tus in faciem Rei, vt ibi, ac per eumdem Farinac.
conſ. 38. num. 10. & conſ. 156. num. 28. & 50. Ca-
ball. reſol. 200. num. 128. adeout defectus tortu-
ræ in faciem Rei ſit inſanabilis, idem Farin. conſ.
156. num. 50.

Tum etiam quia tortura in teſte vario a primo dicto
17 licet purget vnum defectum, non tamen purgat
plures, quibus teſtes Fiſci laborare, ſatis in facto
demonſtratur, Rol. conſ. 16. num. 9. & ſeqq. lib.
1. Natta conſ. 298. num. 6. Honded. conſ. 100. n.
37. & ſeq. lib. 1. Farin. quæſt. 42. num. 178. & ſeq.
& num. 184. & 185. & de teſtib. quæſt. 56. n. 192.
& ſeq. & quæſt. 62. num. 381. & quæſt. 66. n. 188.

Non autem ſuffragatur, quod de conſuetudine aliud
ſeruari dicat Baiard. ad Clar. quæſt. 21. num. 32.
18 quoniam huiuſmodi prætenſa cõſuetudo aduer-
ſus Iuris regulas recipitur ſolum quoad defectum
periurij, ex quo alioquin teſtes recedentes a pri-
mo dicto, & confirmantes ſecundum in tortura,
vbi non facerent aliquod inditium, facile poſſent
plura delicta impunita remanere, ſecus vero re-
ſpectu aliorum defectuum, quia in hoc nec ſubſi-
ſtit aſſerta conſuetudo, nec ſi adeſſet admiſſibilis
iudicari poſſet, tanquam nutritiua peccati, Farin.
plene contrarijs reſpondens, quæſt. 43. num. 184.
ante med. verſ. hæc autem conſuetudo, prout
etiam in addit. & num. etiam 179. ad finem, &
plenius conſ. 216. numer. 2. ad fin. & num. 20. &
ſeq. & Guazzin. defenſ. 30. cap. 40. num. 13.

Atque hinc eſt, quod concluſio quod magis atten-
dendum ſit ſecundum dictum teſtis in tortura
quam primum extra torturam duas habet limi-
tationes huic caſui applicabiles.

19 Alterã, quia aliud eſt, quãdo teſtis vltra varie-
tatem alios patitur defectus, Aym. conſ. 6. n. 54.
verſ. 6. reſpondeo, Farinac. de teſtib. d. quæſt. 66.
num. 188.

20 Alterã vero, quia aliud eſt, quãdo primum di-
ctum extra torturam habet pro ſe fortiores, &
magis veriſimiles præſumptiones, vel alias magis
eſt adminiculatum, Farin. d. quæſt. 66. num. 178.
& 183. & conſ. 38. num. 15. & conſ. 55. num. 39.
ad med. verſ. nulla verior, & magis infallibilis re-
gula, & conſ. 193. num. 184. Roland. conſ. 40. n.
14. verſ. & tamen iſtud. lib. 1.

AR-

ARGVMENTVM.

Facta, & acceptata di fidatione sub prætextu, quod diffidatus obloquutus fuerit de diffidante, an homicidium à diffidante commissum in personam diffidati censeatur cum præmeditatione ad effectum pœnæ ordinariæ.

SVMMARIVM.

1 *In Homicidio doloso locus est pœnæ ordinariæ, in culposo autem pœna extra ordinem.*
2 *Homicidium dolosum præcedente deliberatione committitur.*
3 *Animus occidendi differt ab animo cum præmeditatione occidendi.*
4 *Homicidium in rixa non præsumitur præmeditatum.*
5 *Homicidium præmeditatum non dicitur, quando occisor aliquo prius dicto congressus fuit aperto Marte.*
6 *Prouocans dicitur etiam, qui dat causam prouocationi.*
7 *Pugnæ acceptatio excludit criminationẽ exaduerso obiectam, sed includit acceptationem eorum, aduersus quæ obiectum proponitur.*
8 *Honori alicuius detrahens tenetur satisfacere.*
9 *Homicidium præmeditatum non dicitur, quod processit calore iracundiæ.*
10 *Calor iracundiæ durat etiam ex interuallo, ad euitationem pœnæ ordinariæ.*
11 *Honoris defensio dicitur semper præsens esse hominibus ingenuis, & propterea homicidium ex causa honoris etiam ex interuallo non punitur pœna ordinaria.*

CONSILIVM XXXVII.

QVoniam homicidia aut ex proposito, aut impetu committuntur, vt inquit textus in l. respiciendum, 11. §. delinquunt, ff. de pœn. ac proinde non vna, eademque pœna plectuntur, sed receptissima est conclusio, quod cum solum homicidium ex proposito censeatur dolosum, commissum verò ex impetu culposum, Clar. §. homicidium, num. 5. vers. deliberatum autem, Farinac.
1 quæst. 119. numer. 7. & seq. in doloso sola pœna est ordinaria, non autẽ in culposo, cuius pœna est solùm extra ordinem, ex quo culpa neque etiam lata dolo æquiparatur, l. in lege Cornelia, in principio, ff. ad leg. Cornel. de sicar. vbi glos. in verbo culpa lata, Clar. d. §. homicidium, num. 3. vers. culpa dicitur, Menoch. de arbitr. cas. 324. num. 11. Farin. quæst. 126. n. 50. Caball. tract. de homicid. num. 197. 202. & seqq. cum alijs infra.
In casu autem, de quo agitur, nulla probabili ratione
2 censeri potest, homicidium fuisse dolosum, & ex proposito, quod præcedente deliberatione committitur, Boss. de homicid. num. 53. Clar. d. §. homicidium, num. 1. & 6. vers. ex proposito, Farin. dicta quæst. 126. num. 3. quia in dubio, an homicidium præsumendum sit premeditatum, vel non præmeditatum, licet controuersa sit quæstio, verior tamen, & magis recepta est sententia, quæstio nem non esse simpliciter Iudicantibus arbitrariam, sed arbitrium regulandum esse iuxtà Iuris regulas, earum applicationem ex circumstantijs facti desumendo; quamobrem desumptis illis ex qualitate facti relati liquet, præmeditationem excludi,
3 & præsertim cum longè differat, quod circumstantiæ præseferant simplicem animum occidendi, cũ in primo casu non sit locus pœnæ ordinariæ, sed solùm in secundo, Clar. d. §. homicidium, num. 8. post med. vers. sed ego in hoc proposito, Bertaz. cons. 85. num. 10. & cons. 308. num. 7. in fine, & seq. lib. 1. Farin. d. quæst. 126. num. 10. Surd. cons. 40. nu. 29. Giurb. cons. crim. 51. n. 2.
Qua ratione quamuis etiam controuersa sit questio, an homicidium in rixa commissum censendum sit culposum potius, quàm dolosum, & consequu-
4 tiuè, an intret pœna ordinaria, vel extraordinem, tamen in dubio magis tenendum, homicidium non præsumendum præmeditatum, ac propterea pœnam ordinariam excludi, l. 1. §. Diuus ff. ad l. Cornel. de sicar. Farinac. d. quæst. 126. numer. 48. & seq. Laderch. cons. 181. num. 29. Surd. d. cons. 40. nu. 19. Honded. cons. 99. n. 45. & alijs, lib. 1. Caball. dict. tract. de homicid. n. 383.
Constat verò, circumstantias huius facti exclusiuas esse homicidij præmeditati, dum ex processu supponitur constare, inquisitum non fuisse aggresso-
5 rem occisi aliquo non dicto, sicut aggrediuntur habentes prius animum præmeditatum occidendi, vt per Giurb. d. cons. crim. 51. numer. 8. sed præmissis, & replicatis verbis, quello, che hauete detto di me hauete detto male, e son quì per manteneruelo con questa; aduersarium armatum eodẽ armorum genere, quo ipse diffidans, illum ad pugnandum secum diffidasse, immò etiam instantiæ ipsius aduersarij, quod daret sibi tempus se eximendi ab impedimento vsus armorum, quo ex pallio detinebatur, consensisse, aperto Marte, Castill. decis. 172. num. 7. vers. nisi quando, & vers. & nihilominus in facto; quem etiam sequitur Giurb. d. cons. 51. num. 8.
Neque obstat, quod satis sit Fisco, quod interfector mediante dicta diffidatione ad pugnandum fuerit prouocator iuxta cons. Cepol. 28. & seq. quem etiã sequitur Farin. quæst. 115. nu. 524. tum quia cau-
6 sam huic prouocationi dedit ipse occisus, dum, quando prouocãs præmisit verba prædicta, quel, che hauete detto di me, hauete detto male, aduersarius acceptauit pugnam, idem Farin. quæst. 52. num. 144. & d. quæst. 125. num. 122. & seq.
Aut enim ex hac acceptatione pugnæ censetur confirmasse dicta contra diffidantem pro benè dictis,
7 ex quo acceptatio pugnæ excludit quidem criminationem exaduerso obiectam, sed includit acceptationem eorum, aduersus quæ obiectum proponebatur, Alciat. in cons. post tract. de singulari certamine, n. 26. cum 46. in tractat. nouiss. tom. 12. fol. 302. & seq.
Aut vbi ex acceptatione pugnæ non resultat acceptatio illatæ verbalis iniuriæ, negari non potest, quin aggressus debuisset vnico verbo satisfacere interroganti, vel negando, se verba aliqua iniuriosa protulisse, quia ex negatione honori interrogãtis fuisset satisfactum, vel quatenus verba iniuriosa protulisset, dando interroganti conuenientem
8 satisfactionem, quia quisque tenetur, qui alicuius honori, vel famæ detraxit, vt in his terminis per Ber-

Bertazz.conf.307.ante num. 1. eodemque num.1. lib. 2.

Tum etiam, quia nunquam prætendi potest homici-
9 dium præmeditatum, quando processit calore
iracundiæ ob illatam iniuriam, Caball. de homi-
cid.n.383.vers.certè ex quo durabat calor iracun-
10 diæ.dicitur nāq;calor durare etiam ex interuallo
plurium annorum, ne dum mensium, seu dierum
ad euitationem pœnæ ordinariæ, Farinac. quæst.
126.num.214.& consi.2.num.8.& cons.166.num.9.
post med.

Et præsertim cum diffidatio processerit ex dicta cau-
11 sa honoris, & iniuriæ receptæ, quia dicitur, non
obstante interuallo annorum, semper præsens esse
hominibus ingenuis defensio proprij honoris, &
ex hac ratione Senatus Neapolitanus nunquam
consueuerit homicidas damnare in pœnam ordi-
nariam, vt post Gram.decis.23. num 5. ad med. &
seq.per Gizzarellum decis.18.n.3.4.& seq.& Giur-
bam cons.crim.86.n.19.

ARGVMENTVM.

An prærogatiua Ciuitatis Bononiæ, ne bona cōfiscentur, impediat exequutionem sententiæ contumacialis quoad bonorum confiscationem latæ contra Bononiensem sub pretextu, quod militauerit pro Principe extraneo.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas Bononiæ prærogatiuam habet, ne bona in eius territorio confiscentur pro maleficijs inconcusse obseruatam.*
2 *Cardinalium Papæ nepotum assertioni standum est.*
3 *Cardinalis assertioni statur concurrente præsentia Papæ, & tempore, & materia verisimili.*
4 *Crimen læsæ Maiestatis committens non semper est rebellis, sed non datur casus, in quo quis rebellis dicatur, quin etiam dicatur Reus læsæ Maiestatis.*
5 *Exceptio detractiua priuilegij Ciuitatis Bononiæ circa confiscationes intelligitur de crimine læsæ Maiestatis in primo capite de Iure communi, non de Iure speciali.*
6 *Qualitas commissi criminis non arguitur necessario ex qualitate impositionis pœnæ.*
7 *Exceptio in priuilegio quando fit de crimine læsæ Maiestatis, intelligitur de vere, & proprie cōmisso in Principem, non autem improprie.*
8 *Bannimenta imponentia pœnam rebellionis intelligenda sunt de rebellibus vere, & proprie, in quibus datur inobedientia cum damno Principis, non autem improprie.*

CONSILIVM XXXVIII.

QVamuis sententia contumacialis 6. Martij preteriti à D. Auditore Turroni lata declaret, D. Marchionem, & alios incidisse in penā rebellionis ob accessum in Statum Venetum ad militādum pro illa Republica, & ob conductionem aliorum militum pro dicto seruitio, eosdemque propterea condemnet in pœnam bonorum omnium confiscationis, in aliasque rebellionis pœnas, & hæc sententia iustificari dicatur ex Constitutionibus Apostolicis, ac bannimentis de expresso Summorum Pontificum ordine publicatis, & signanter ex bannimentis Romæ 14. Aprilis 1635. de expresso S.D.N. ordine per Eminentissimum D. Cardinalem Barberinum subscriptis, prohibentibus quibuscumque cuiuscumque gradus, & conditionis discessum absque expressa licentia in scriptis ad effectum militandi sub quocumque Principe, ac Domino sub pœna vitæ, rebellionis, priuationis Statuum, dominiorum, feudorum, ac dignitatum, demolitionis domorum, ac bonorum omnium confiscationis ad fauorem Cameræ Apostolicæ ipso facto absque alia declaratione incurrenda.

Tamen exequutio huius sententiæ nō videtur, quod
1 attinet ad confiscationem, permittenda tanquam inductiua nouitatis aduersantis antiquissimæ, & immemorabili Ciuitatis Bononiæ prærogatiuæ hactenus inconcusse obseruatæ, quod in ea Ciuitate, & districtu sententiæ confiscantes minimè effectuationem recipiunt, prout etiam hanc esse huius Ciuitatis prærogatiuam semper obseruatā testantur Salic.in l.1.num.22. vers.quæro de secūdo membro, C.de hæred.instit.Gozad.cons.96.nu.4.Maluas.cons.10.num.13.& seq.Bertaz.cons.crim.447.num.7.lib.2.Ant.Scappius de Iure non scripto, lib.5.cap.174.num.12.Baiard.ad Clar.quæst.78.num.9.Guazzin.tract. de confisc. limit. 13. concl. 47.fol.187.num.2.Farin.quæst.11. num.4. in princ. eamque obseruari præceperunt particularibus dispositionibus tam Iulius III. & Gregorius XIII. quàm etiam ex proprijs litteris Cardinalis Moronus sub 2.Octobris 1546. & Cardinalis Petrus Aldobrādinus de ordine expresso Clementis VIII. sub 23.Octobris 1599.

Et in hisce eisdem terminis respectu bannimentorum, quæ emanauerant contra accedentes absque debita licentia ad militandum Principibus exteris, vt non censerentur comprehensiua huius Ciuitatis, ac districtus in concernentibus interesse confiscationis, declarauit expresse suis litteris Cardinalis Burghesius 10.Iulij 1613. quamobrem stante hac indiuidua declaratione, & obseruantia quicquam in eius præiudicium innouandum mi-
2 nimè videtur, ex quo nedum dubitandum non est, quin assertioni Cardinalium Papæ nepotum sit standum, Lancellott.de attentat.par.2. cap.4.n. 424.Cæs.de Graff.decis.1.num.1.& decis.2.num.6. de præb. Rota in Carthaginen. pensionis. 11. Maij
3 1592.coram Penia; sed etiam aliorum Cardinaliū, concurrentibus præsentia Papæ, & tempore, & materia verisimili, vt per Rotam in Lauretana iurisdictionis, 5. Martij 1618. coram Cardinali Sacrato.

Nec obstat, quod hæc prærogatiua quamuis antiquissima, & immemorabilis patiatur exceptionē criminis læsæ Maiestatis, magisque rebellionis, quæ fuit pœna imposita in bannimentis de ordi-
4 ne Sanctissimi D.N. publicatis, ex quo non omnis committens crimen læsæ Maiestatis dicitur committere crimen rebellionis; sed nullus datur casus, in quo quis rebellis dicatur, quin etiam læsæ Maiestatis Reus Iure reputetur, vt per Farinac. quæst.113.n.66.

Quoniam quemadmodum hæc exceptio intelligen-

5 de est de crimine læsæ Maiestatis in primo capite verè,& propriè ex dispositione Iuris communis, non autem ex Iure speciali alicuius particularis dispositionis extra Ius commune, Afflict. in his terminis in Cōstit.foro iudicatorū, lib.2.rubr.6.de Fisco succedente foro iudicatis, num. 14. & seqq. dicens, priuilegium à Rege concessum Ciuitati Neapolitanæ prohibitiuum confiscationis crimine læsæ Maiestatis excepto,intelligendum, de eo qui verè commisit crimen læsæ Maiestatis iuxta terminos Iuris communis, non autem de eo, qui fictè effectus est hostis Regis,vt eod.num.15. post princ.vers.scilicet,Rot.post lib.2.cons. Farin.decis. 61.num.27.

Etenim cum aliud sit,quod quis verè, & non fictè in pœnam læsæ Maiestatis in primo capite incidat,& aliud,quod verè crimen hoc committat, ideoque
6 ex qualitate impositionis pœnę, necessariò non insurgat qualitas commissi criminis, vt ex Boss.de crim.lęsę Maiestatis, num.6. Rota d. decis.
7 61.n.27.sequitur, quod stante dispositione generaliter comprehendente omnia crimina, prçter læsę Maiestatis,intelligenda est exceptio de verè, & propriè,ac principaliter,& directè committente in ipsum Principem,non autem impropriè,Mastril.in comment. ad Indultum generale, cap. 26. num.16.Franc.decis.713. num.16. ante finem, & num.17.

Ita quoque bannimenta imponentia pœnam rebel-
8 lionis,intelligenda sunt de rebellibus verè,& propriè,Bart.super Constit.qui sint rebelles,in verbo, rebellis,num.6.cum alijs infra,& consequenter de rebellibus, in quibus datur inobedientia cum damno,& pernicie Principis,& eius dominij, non autem impropriè,Bart.cons.271.nu.1. lib. 2. Dec. cons.410 num.28.& seq.Gabr.cons.179.num.4.lib. 1.Natt.cons.596.num.1.& seq. Decian. tract.crim. lib.7.cap.32.num.2.ante med. vers.& propriè dicetur,Gram.decis.6.num.16.& seq.Bero.cons.176. n. 98.99.& seq.lib.1.Farin.d. quest.113. num. 101. & seq.Flauius Tortus ad Statut.Papię,Statut.1.num. 176.& 182.

ARGVMENTVM.

De exclusione præmeditationis homicidij.

Quando quis reperitur occisus ex vnico vulnere, & inter plures rixantes ignoratur occisor, an omnes torqueantur, vel is, contra quem magis vrgent inditia.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas non datur sine subiecto.*
2 *Præsumptiones leuiores sufficiunt concurrente difficultate probationis.*
3 *Ex inditijs indubitatis non est locus pœnæ ordinariæ, sed extra ordinem*
4 *Torturæ non est locus in casibus, in quibus pœna extraordinaria est imponenda.*
5 *Vindicta vbi non est, non applicantur termini vindictæ transuersalis.*
6 *Homicidium sine præmeditatione non punitur pœna ordinaria.*
7 *Homicidium non præsumitur præmeditatum, sed in rixa.*
8 *Rixæ authoris incertitudine data, omnes rixantes tenentur Fisco ad pœnam, dummodo non agatur de pœna corporali.*
9 *Rixæ author, aut alij rixantes pœna ordinaria non puniuntur, quando quis mortuus fuit ex vnico vulnere, & incertum est, quisnam fuerit occisor.*
10 *Occisor quando est incertus, proceditur ad torturam contra omnes rixantes.*
11 *Occisor quando est incertus, proceditur ad torturam contra eum, contra quem plura, & grauiora vigent inditia.*
12 *Maleficium imputandum est ei, in quo præsumptiones propter illatam sibi iniuriam, magis incalescunt.*

CONSILIVM XXXIX.

Ex deductis pro hac Parte nec repetitione, nec suppletione egentibus plene liquet, hos DD. Fratres ex improuiso eorum domi permanentes audito rumore incognitorum tunc rixantium nedum post rixam cœptam, sed iam terminatam ad locum rixæ accessisse, ac proinde stante hac veritate prætensi homicidij exclusiua ex processu tam repetitiuo, quam informatiuo resultante contestatio plurium inditiorum releuās censeri nequit;
1 cum qualitates impossibile sit, applicari deficiente substantia entis, Baldus dicens, neque totum Mundum probare posse accidentia delicti sine subiecto, vt quia accidentis esse sit ipsum inesse, cons.465. nu. 1. 2. 3. & seq. lib. 4. Paris. cons.167. num. 1. in fine,lib. 4. Gram. cons. crim. 36. nu. 8. post med. vers. & sic,Caball. resol. crim. casu 286. num. 3. & seq.

Eademque ratione cessat prætextus vindictæ transuersalis, quia licet in hoc crimine concurrente
2 difficultate probationis possent forsan sufficientes censeri leuiores præsumptiones, ex Farin. cons.55. num. 55. & seq. tamen id nec recipitur cessante probādi difficultate,nec quando præsumptiones, & inditia minime indubitata existunt, siquidem
3 stantibus etiam indubitatis, cum ex illis non sit locus pœnæ ordinariæ, sed solum extra ordinem, vt per Add.ad Farin. cons. 55. in antepenultima addit. vers. verum ne decipiaris, & in addit. penult. vers. vt pariter procedat.
4 Sequitur, quod in casibus, in quibus extraordinaria pœna est imponenda, non est locus torturæ, vt per Giurb. cons. crim.91. num. 18. in fine vers. in delictis tamen, & num. 19. & sine dubio hoc casu; quo constat, Dominum non reuocasse nec reuocare debuisse ad animum iniuriam illatā famulo ex ipsius famuli prouocatione, & propria
5 culpa, quia vbi non est vindicta, nec termini vindictæ transuersalis applicantur, Farin. cons.2.n.7.

Cœterum in casu,dequo agit: r.ies clara videtur pro absolutoria, non solum quia ex processu liquet, nec diuinare, nec probabiliter suspicari, hos DD. fratres potuisse eo sero, quo casus homicidij euenit, occisum fore transiturum prope eorum do-
6 mum, ac proinde quamcumque in ijs præmeditationem, & animum offensionis, ac etiam prætensum quemcumque dolum cessasse, sine quibus excluditur omnis ordinariæ pœnæ locus, Hond. cons.

conf. 104. num. 8. & seqq. lib. 1. adeout nec lata culpa dolo sit æquiparabilis, Farin. quæst. 87. n. 22. vbi de communi.

7 Et præcipue cum præcedens tractatus, & deliberatio minime præsumatur, sed quod casu, & nõ appensate quisque in rixa interuenerit, Farin. q. 96. num. 75.

Sed ex eodem processu constat etiam ex relationibus Chirurgi, & aliorum in visitatione, & adnotatione cadaueris, occisum vnicum dumtaxat vulnus læthale habuisse, quamuis enim data in-
8 ceptoris rixæ incertitudine, vterque, aut omnes rixantes teneantur ad pœnam delicti Fisco, dummodo non agatur de pœna corporali, Vulpell. conf. 114. per tot. Caball. resol. 202. num. 16.

9 Tamen in mortuo vnico vulnere læthali nullus pœna ordinaria punitur, neque ipse rixæ inceptor, sed omnes à pœna ordinaria propter incertitudinem absoluuntur, Caball. resolut. 192. num. 12. Farin. quæst. 96. num. 38. vbi licet n. 39. plures referat contrarium tenentes, primã tamen opinionem magis communem testatur, vt nu. 40.

10 Neque ideo locus est in hoc casu torturæ contra omnes ad sciendum, quis eorũ vulnerauerit, quemadmodum dicunt Farin. d. quæst. 96. num. 80, vbi etiam num. 81. quod torquendi sunt astantes homicidio ad sciendum, an deliberatè, & præcedente tractatu vulnerauerint, & Caball. d. resolut. 192. num. 13. & seq. quia hoc procedit, quando inditia non sunt magis contra vnum, quàm contra
11 alium, secus verò quando datur in ijs qualitas grauioritatis, ne indebitè innocens pro nocente torqueatur, vt per eumdem Caball. eadem resolut. 192. num. 14. ante med. vers. stante incertitudine nullus possit torqueri.

In casu autem, de quo agitur, satis constat cessare in his DD. fratribus inditiorum æqualitatem, dum probatur, ipsos initio rixæ non interuenisse, sed illa iam terminata accessisse, ipsisque ad effectum, vt non sit locus torturæ sufficere, quod in dubio
12 magis maleficium imputandum sit famulo, in quo præsumptiones Iuris propter illatam sibi iniuriam in amotione proprij ensis, & pugionis à secum dimicãte, & alias facti circumstantias pro aggressione incalescunt, Vulpell. d. conf. 114. num. 3. Menoch. de arbitr. cas. 363. n. 31. & seqq. idem Caball. resol. 231. n. 33. & seq.

ARGVMENTVM.

De Statuto prohibente bonorum in forẽses alienationem sub pœna confiscationis.

De Officiale Baronis allegato suspecto.

SVMMARIVM.

1 *Statuta prohibentia alienationem bonorum in forenses sub pœna confiscationis, valent.*
2 *Feudatarij perpetui inuestiti de mero, & mixto imperio, & habentes dignitatem possunt valide condere Statuta.*
3 *Statutum ex lapsu longissimi temporis cum obseruantia præsumitur confirmatum.*
4 *Restitutio in integrum ex capite ignorantiæ non datur contrauenientibus Statuto prohibitiuo alienationis bonorum in forenses.*
5 *Ignorantia Statuti in ijs, qui sunt de loco, dicitur crassa, & supina.*
6 *Consuetudini contra Ius quadraginta annorum spatio præscribitur.*
7 *Inuestiti de omnimoda iurisdictione cognoscunt Causas primæ instantiæ priuatiue neadum quoad alios, sed quoad Dominum inuestientem.*
8 *Officiale Baronis allegato suspecto, non priuatur Baro sua iurisdictione, sed Superior mãdat Baroni, vt alium deputet.*

CONSILIVM XXXX.

Validitas Statuti, quod seruatur in Castro Guardeiæ Amerinę Diœcesis, non videtur posse cõtrouerti, quia cùm disponat, quod nullus possit, vel audeat alienare, vel in alium quoquo titulo transferre etiam in vltima voluntate aliquam rẽ immobilem, quam haberet, in aliquem forensem, non habitantem, & non subditum sub pœna confiscationis rerum, quæ sic alienarentur, vel alio titulo transferrentur, quę ipso facto Cameræ, seu Fisco applicentur, & incorporentur, & talis contractus, vel vltima voluntas quoad dictas res sic trãslatas sint nullæ auctoritate eiusdem Statuti, talis
1 statutaria dispositio, communiter valida reputatur, Carpan. ad Statut. Mediolan. in c. Collegijs. nouarum Constit. in princip. num. 7. Surd. consil. 176. num. 7. & 9. lib. 2. & conf. 313. num. 84. lib. 3. Tortus ad Statut. Papiæ, rubr. 147. in ciuilibus, numer. 2. Honded. conf. 6. num. 12. lib. 2.

Et præsertim cum hoc Statutum, vt testes sexagenarij, & vltra, etiam de auditu à senioribus deponũt, fuerit ab antiquissimo tempore, cuius non est memoria, conditum à Ducibus Ciuitatis Castri, sub cuius Statu tunc erat dictum Castrum Guardeiæ, & sub eodem continuauit, vsque quo peruenit in authorem DD. Comitum pręsentium; nam feuda-
2 tarij perpetui inuestiti de mero, & mixto imperio, & habentes dignitatem non solum Ducalem, aut Marchionalem, sed etiam Comitum, possunt validè condere Statuta, vt post alios plenè per Laderch. conf. 72. num. 1. & seqq. ac Morot. conf. 26. n. 1. seqq. & per tot.

Eoque magis, quo testes probant etiam ab antiquissimo tempore certitudinaliter respectu eorum recordatus, & de auditu à senioribus etiam ex publica vocę, & fama, semper Statutum fuisse in
3 viridi obseruantia, nam propterea illa stante cũ lapsu antiquissimi temporis præsumitur etiã Statutum auctoritate Apostolica confirmatum, vt per Seraphin. decis. 536. num. 5.

Accedente præcipue, quod huiusmodi Statuta tanquam honesta vigent non solum in locis conuicinis, sed etiam fere per totam Italiam, adeout
4 propterea neque etiam ex allegatione præsumptę ignorantiæ concedatur contrauenientibus in integrum restitutio, Carpan. d. c. Collegijs, num. 2.
5 ignorantia enim in ijs pręsertim, qui sunt de loco, vbi Statutum viget, dicitur crassa, & supina, vt ibidem per eumdem Carpan. num. 114. & seq. & num. 174. & 175.

Adeout stante probatione huius antiquissimæ ob-
6 seruantię proinde etiam quod Statuto non esset locus, sit tamen locus consuetudini legitimo temporis spatio pręscriptę, ex quo etiam con-
6 suetudo contra Ius spatio 40. annorum pręscribitur

tur Abb. Butr. Io: Andr. & alij in c. fin. de consuetud. & c. cum dilectus, eod. tit. Rot. decis. 6. ex nu. 4. de consuet. in nouis.

Non autem locus est auocationi Causæ a Gubernatore dicti loci sub prætextu, quod sit suspectus ex eo, quia confiscatio cedat commodo huius Partis, & propterea Causa veniat remittenda ad A.C. a quo emanauit monitorium super iactationibus, quia vbi hæc esset legitima causa suspicionis, actum esset de omnibus Causis, vbi ageretur de materia confiscationum, quamobrem non propterea recedendum a regulis, quod inuestiti de omnimo-
7 da iurisdictione censentur saltē quoad Causas primæ instantiæ habere iurisdictionem priuatiue nedum quoad alios, sed etiam quoad ipsum Dominum inuestientem, c. Imperialem, §. fin. de prohib. feud. alien. per Frider. Bald. in l. 1. quæst. 43. num. 36. ff. de rer. diuis. Osasc. decis. Pedemont. 29. n. 8. & cons. 65. num. 20. Natta cons. 409. numer. 1. & per tot. Brun. cons. 27. num. 18. Vinc. de Anna allegat. 52. per tot. Rot. post lib. 2. cons. Farin. decis. 27. num. 9.

Cum immo etiam in casu, in quo locus est legitimę su-
8 spicioni officialis Baronis, non tamen Baro sua iurisdictione in ea Causa sit priuandus, sed in hoc casu Superior mandet Baroni, vt ipse alium deputet non suspectum, Freccia de different. feud. quaternati, & de tabula, in fine, Carauita ritu 265. Capoblanc. de auctorit. Baron. pragm. 3. num. 166.

ARGVMENTVM.

Prohibita à testatore alienatione ad fauorem agnationis, an bona, vel fructus confiscari posśint in vita delinquentis.

SVMMARIVM.

1 *Alienationis bonorum prohibitio pro conseruatione agnationis impedit confiscationem ex delicto grauati.*
2 *In legitima onus imponi potest, quando illud concernit commodum filij.*
3 *Alienatione expresśè prohibita à fideicommittēte, fructus non pertinent ad Fiscum durante vita delinquentis.*
4 *Alienationis prohibitio personalis efficitur realis ex amplitudine rationis adiectæ ad fauorem agnationis.*
5 *Alienatione prohibita à testatore non per modum rationis, sed dispositionis inducitur fideicommissum reale.*
6 *Verbum, volo, est dispositiuum, & fideicommissum dispositiuum importat.*

CONSILIVM XXXXI.

Bona quæ ex hæreditate bo. me. Petri Lupi peruenerunt primo ad Ioannem Baptistam eius filium legitimum, & naturalem, & deinde ex fideicommisso ab eodem Petro in testamento, sub quo decessit, iniuncto ad D. Franciscum Lupum eiusdem testatoris fratrem germanum, & auum paternum DD. Francisci Mariæ, & fratrum nullā de Iure pati possint confiscationem ex prætenso delicto alterius ex dicti D. Francisci Mariæ fratribus, quia cum Petrus prædictus instituto vniuersali hærede d. Ioanne Baptista filio, illique sine prole decedenti, prout decessit, non solum substituerit dictum Franciscum ipsius testatoris fratrem, eidemque Ioanni Baptistæ omnimodam omnium bonorum immobilium venditionem, & alienationem prohibuerit, sed vlterius disposuerit, quod ea perpetuò esse, & manere deberent penes domum, & agnationem, & familiam de
1 Lupis, ex huiusmodi dispositione tanquam facta ab eo, qui nec deliquit, nec delinquere cogitauit, in bonis proprijs, in quibus hanc legē potuit imponere citra fraudem Fisci, ille ab omni prætensa confiscatione fuit exclusus, Boss. de public. bonor. num. 30. & 31. vers. sed tibi, Marzar. in epitom. fideic. quæst. 47. num. 70. vers. sed idem, Peregr. de Iur. Fisci, lib. 5. tit. 1. num. 103. & seq. Rol. cons. 56. n. 11. & seq. lib. 1. Menoch. cons. 91. num. 6. lib. 1. Gabr. cons. 123. num. 12. lib. 2. Odd. cons. 53. num. 9. 10. & seq. vbi de communi, Farin. quæst. 25. num. 22. & cons. 150. num. 29. & cons. 159. num. 2. Fusar. de substit. quæst. 442. num. 11. Rot. in Romana fructuum dotis 28. Nouembris 1625. coram Reuerendiss. D. Coccino Decano.

Et validè etiam hæc dispositio compræhendit portionem legitimæ dicto Ioanni Baptistæ fideicommittentis filio in paternis Iure naturæ debitam, quatenus ad successores prædictos peruenit, quia licet vulgatum sit, ex legitima, onus quodcumque
2 reijci, tamē secus est in casu, in quo dispositio commodum filij, non etiam onus concernit, Boss. de public. bonor. num. 41. in fine, Dyn. cons. 129. num. 6. & seq. lib. 2. Cephal. cons. 682. numer. 16. Panciroł. cons. 181. num. 6. vers. potest etiam, idque procedit, siue filius sit minor, siue maior. Dec. cons. 442. num. 28. vers. quia respondetur, Bero. quæst. 87. numer. 5. Rot. in d. Romana fructuum dotis, coram Reuerendiss. Decano.

Ac stante hac alienationis prohibitione sub ratione prædicta, minus confiscationi locus est quoad fructus, & commoditates ex huiusmodi bonis fideicommittentis ad delinquentem peruentis, quia licet verum sit, conditionem fideicommissi non verificari, nisi in morte naturali, non autem in ciuili, ac propterea durante vita naturali delinquētis fructus, & commoditates ad Fiscum pertinere, ex l. Statius, §. Cornelio, ff. de Iur. Fisc. cum alijs per
3 Farin. quæst. 25. numer. 34. tamen secus est, quando expresśè alienatio per fideicommittentem fuit prohibita, Castr. in l. filius familias, §. Diui, col. 2. vers. interdum, & ibi Rip. num. 47. & cæteri communiter, ff. de leg. 1. Clar. recept. sent. §. fin. quæst. 78. num. 10. Farinac. ex communi, d. quæst. 25. n. 36. & seqq. & cons. 135. nu. 20. Odd. de fideic. quæst. 13. art. 7. n. 164.

Nec obstat, quod prohibitio alienationis fuerit personalis, tanquam non egrediens personam Ioannis Baptistæ filij fideicommittentis, quamobrem nec extensibilis sit ad alios successores, ex adiecta ratione prædicta, quòd bona immobilia perpetuo permanere deberent in familia de Lupis, tanquam posita consequutiuè pro eadem personali prohibitione vestienda; tum
4 quia verius, & receptius est, fideicommissum absolutum, & reale induci, vbi testator respe-

rei extat, vt in hoc casu, ad perpetuitatem permanentiæ bonorum in familia, ex quo sine tali fideicommisso perpetuo in familia cõseruari nequeũt, ac proinde adiectio rationis prædictæ tanquam generalior dicto, non totum illud declarat vestiendo, sed ampliat disponendo iuxta limites adiectæ rationis, adeo quod propterea fideicommissum, quod per dictam prohibitionem erat personale in casu alienationis per dictum Ioannẽ Baptistam faciendæ extenditur ex dictæ rationis amplioritate ad reale, ac proinde etiam ad alienationem ex causa delicti. Fusar. de substit. quęst. 673. num. 13.

Tum etiam quia, testator non solum per modum
5 rationis, sed dispositionis ordinauit, bona sua immobilia perpetuo remanere debere in agnatione, & familia de Lupis, quandoquidem hoc casu cõmunis est opinio pro reali fideicommisso, Curt. Iun. cons. 43. num. 10. in fine, & cons. 145. num. 10. Alciat. cons. 102. num. 4. ad finem, vers. 4. & vltimus, tom. 3. lib. 9. Castr. cons. 447. num. 1. ad med. vers. cũ velim, lib. 1. Soc. in l. qui Romæ, §. cohæredes, nu. 21. & seq. ff. de verb. oblig. Ruin. cons. 158. num. 11. in fine, lib. 2. Pereg. de fideic. d. art. 14. num. 13. & 18. Rot. decis. 568. in fine par. 1. & decis. 121. num. 2. & seq. par. 2. diuers. & decis. 221. num. 2. in fin. par. 2. rec.

Constat autem in casu, de quo agitur, testatorem vsum fuisse verbis dispositiuis, dum dixit, volo, immobilia mea perpetuo esse, & manere penes domum, & agnationem, & familiam de Lupis,
6 cum verbum, volo, sit dispositiuum, & fideicõmissum dispositiuum importet. Rot. d. decis. 10. n. 2. & d. decis. 193. nu. 6. ante med. vers. quæ magis. par. 1. rec.

Et in his terminis Castr. cons. 447. num. 1. ad med. vers. cum velim, lib. 1. Seraph. decis. 1373. num. 4. Rot decis. 14. num. 4. & 7. & decis. 44. num. 5. vers. negari tamen, par. 1. rec. & in Perusina fideicommissi de Bigazzinis 14. Nouembris 1595. coram Litta.

ARGVMENTVM.

De exclusione probationis corporis delicti, & causæ proportionatæ delicto.

An probetur delictum exonerationis archibusiorum in aliquẽ ex depositione socij itineris, & aliorum testium patientium exceptiones.

SVMMARIVM.

1 *De Corpore delicti vbi non constat, non est locus torturæ.*
2 *Causa delinquendi cessante, cessant inditia.*
3 *Testis prima depositio est attendenda.*
4 *Inditium non desumitur ex eo, quod vno, vel altero modo esse potest.*
5 *Socius itineris non potest esse testis iniuriæ illatæ socio, quando ipse quoque lædi potuit.*
6 *Inimicitia non facit inditium, quando offensus habet alios inimicos.*
7 *Amicitia, & conuersatio cum inimico alicuius non inducit cum eo inimicitiam, ex qua oriatur inditium ad torturam.*
8 *Consanguineorum, & affinium defensio mediante Iustitia non debet eorum inimicis afferre ægreferentiam.*
9 *In homicidio deliberato requiritur causa ratiocinatiua, & proportionata.*
10 *Tortura in teste, vel socio criminis purgat vnũ, non plures defectus.*
11 *Consuetudo, quod tortura in teste purget plures defectus, non procedit in Vrbe.*
12 *Testis, vel socius criminis deponens sub impunitate vera, vel opinata, non facit inditium, etiã si in tortura deponat.*
13 *Testis varius torquetur ad videndum, in quo dicto persistat, alioquin non probat contra Reũ.*
14 *Testis dicens, se corruptum, etiam tortus, non facit inditium contra corrumpentem.*
15 *Testibus probantibus negatiuam coarctatam ad fauorem Rei magis creditur quam contrarijs.*

CONSILIVM XXXXII.

1 Absolutioni non torturæ locus est in casu, de quo agitur, vel quia sufficienter non cõstat de corpore delicti, prout ad huiusmodi effectum hoc est requisitum indubitatum ex textu in l. 1. §. item illud, ff. ad Syllan. qui textus proprie loquitur in tortura, vt per Clar. in pract. crim. q. 4. in princ. & alios per Farinac. quæst. 2. num. 3.

Vel quia non solum prætensa omnia inditia prorsus destruũtur ex defectu causæ prætensi delicti, adeo
2 ut cessante delinquendi causa, cessent omnia inditia, Bart. inter cons. crim. diuers. cons. 8. nu. 8. lib. 1. in magnis, Farinac. cons. 156. num. 13. & cons. 192. num. 1. & seq. vbi quod hęc est naturalis, & fortissima præsumptio omnes alias superans, Caball. tract. de homicid. num. 294.

Sed quia omnia quoque prætensa inditia corruunt, dum desumuntur ex dictis eorum, qui in primo examine dixerunt contrarium, quamobrem pri-
3 mum dictum est attendendum ex pluribus adductis per Farin. de testib. quæst. 66. num. 124. vbi etiam num. 127. quod ab hac regula tanquam communiori, & veriori non est recedendum.

Quod autem sufficienter non constet de delicti corpore, liquet, quia retenta conclusione certa, quod de delicti corpore debeat constare, non per coniecturas, & præsumptiones, sed per liquidas, & concludentes probationes in ijs, in quibus post factum remanent vestigia, aut facti euidentia est probabilis, secus vero in ijs, in quibus vestigia non remanent, aut sunt difficilis probationis, releuantia probationis tam respectu primi, quam secundi casus excluditur, dum licet Notarius adnotauerit, vestem querelantis vidisse in pluribus partibus perforatam, tamen nec ipse, nec alij deponunt, hanc perforationem talem fuisse, vt pilas plumbeas ex archibusiorum ictibus præseferret, quapropter, cum possibile sit, vestis perforationem euenisse per accidens ex alia causa, inefficax remanet non solum probatio, sed indi-
4 tium, tanquam illud, quod desumi nequit ex eo, quod vno, vel altero modo esse potest, Bald. cons. 259. num. 4. vers. nec quæ possunt, lib. 1. Vulpell. cons. 87. num. 3. Bursatt. cons. 336. num. 16. lib. 3. Becc. cons. 86. num. 1. in fin. lib. 1.

Testes verò deponentes de exoneratione archibusiorum aduersus querelantem, quamuis dici possent

ſcnt probare exonerationem prout ij, qui deponunt de ſolo auditu ſonitus, non tamen probant qualitatem exonerationis aduerſus querelãtem, dum ſe affirmarunt ſocios itineris eiuſdem querelantis, licet enim ſocius itineris poſſit eſſe teſtis iniuriæ illatæ ſocio, niſi illam ad animum re-
5 uocauerit, tamen vbi iniuria eſt talis, quæ perſonam etiam ipſius ſocij itineris lædare facile potuit, depoſitio huiuſmodi efficax cenſeri nequit, vt per Rimin.Iun. in terminis fortioribus, in iactu ſcilicet lapidis, conſ. 124. num. 23. lib. 5.

Facilius autem probatio qualitatis exonerationis prædictæ in querelantem excluditur, aduertendo caſum alterius exploſionis archibuſiorum in eumdem querelantem ante ortum aliquem prætenſæ inimicitiæ cum querelatis, quandoquidem
6 nec inditium aliquod oritur ex inimicitia, præſertim non exiſtente illius cauſa congrua, ſed leui, quando offẽſus habet alios inimicos, Farin. quæſt. 49. num. 114. & conſ. 192. n. 2. lib. 2. Giurb. cõſ. crim. 97. num. 10.

Quod verò omnia quoque inditia ceſſent ex defectu cauſæ delinquendi, conſtat ex prætenſa cauſa declarata ab eodem querelante, ex eo ſcilicet, quia querelati egretulerunt, querelantem ſuſcepiſſe defenſionem eiuſdem cognati imputati de homicidio fratris alterius ex querelatis, non ſolum enim hæc cauſa, quæ ſolos reſpicit fratres dicti occiſi, applicabilis minime cẽſeri poteſt alijs querelatis ex vnica exaduerſo adducta ratione, quia amici ſtricti ſint dictorum fratrum occiſi, cum
7 neque etiam amicitia quantumcumque ſtricta, immo etiam cum cohabitatione pariat inimicitiã talem, vt ſufficiens ſit ad torquendum, Farin. d. quæſt. 49. num. 61. & d. conſ. 192. num. 26. ante finem.

8 Sed reſpectu omnium inquiſitorum nullius eſt conſiderationis, cum defenſio coniunctorum, tam conſanguinitate, quam affinitate mediante Iuſtitia tanquam omni Iure licita non pariat prętenſam ægreferentiam, Marſil. conſ. 101. nu. 40. Honded. conſ. 87. num. 107. lib. 2. & in omnem caſum non ſit cauſa proportionata prętenſo delicto; ſiquidem Iudices, & ſi in delinquentibus impetu poſſint animum applicare cauſæ ſolum impulſiuæ ſine aliqua cogitatione, id tamen atten-
9 dere non poſſint in delictis deliberatis, cum in iſtis ad effectum conſiderandi cauſæ proportionẽ debeant ſolum attendere cauſam delinquendi ratiocinatiuam, Caſon. de indit. tract. 2. cap. 2. num. 1. & ſeqq. & cap. 3. num. 3. Blanch. de indit. num. 255. & ſeqq. Farin. quæſt. 52. num. 145. & conſ. 192. num. 1. & ſeqq.

Demum quoad prętenſa inditia deſumpta ex dictis eorum, qui prius ſub iuramento depoſuerunt cõtrarium ex prætextu, quod ſecundum aut poſterius dictum fuerit ſub tortura, quoniam & ſi illa
10 poſſit purgare vnum defectum, veluti ex ſocietate criminis, non tamen purgat defectus plures & præcipue periurij, & alios plene in facto relatos, Rol. conſ. 16. num. 9. & ſeq. lib. 1. Natt. cõſ. 298. num. 6. Honded. conſ. 100. num. 37. & ſeq. lib. 1. Farin. quæſt. 42. num. 178. & ſeqq. & nu. 184. & 185. & de teſtibus, quæſt. 56. num. 193. & ſeqq. & quæſt. 62. n. 381. & conſ. 216. num. 6. Guazzin. tract. ad defenſ. 30. defenſ. cap. 40. n. 13.

Nec obſtat, quod de conſuetudine aliud dicant ſeruari Baiard. & alij per eumdem Baiard. ad Clar. quæſt. 21. num. 32. quia vel aſſerta conſuetudo tanquam abuſus, & corruptela nutritiua peccati minimè admitti debet, vel tenenda ſolum in locis, in quibus Baiard. & alij, quos allegat, verſati fuerunt,
11 non autem in Vrbe, in qua contraria recepta eſt conſuetudo, de qua teſtatur, Farin. quæſt. 43. num. 178. ad fin. & 184. ante med. verſ. hæc tamen conſuetudo, & in addit. & d. conſ. 216. n. 2. ad fin. & nu. 20. & ſeq.

Nullaque prorſus eſt difficultas in tribus defectibus
12 prędictorum teſtium, Primò ſcilicet ob prouenientem ex impunitate, aut conceſſa, aut opinata ab eiſdem etiam ab alijs delictis, quæ illos omninò repellit, itaut nec propterea aliquod inditium faciant, quamuis torti, Boſſ. tit. de oppoſ. contra teſtes, num. 21. Franc. deciſ. 459. num. 1. & ſeq. vbi etiã quod ita obſeruatur, Farin. conſ. 161. num. 9. verſ. & venit ad deponendum, & conſ. 182. nu. 25. & quæſt. 43. n. 192. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 86. num. 35. ad med. verſ. inhoneſtum.

Ideoque neque etiam ſocius criminis, quamuis ſub tortura in dicto contra inquiſitos perſiſtens, aliquid facit, non obſtante adminiculorum concurſu, data impunitate ſiue expreſſa, ſiue tacita, idem Baiard. ad Clar. d. quæſt. 21. n. 33.

Secundo, quia tortura nec fuit illata ad videndum, in
13 quo dicto perſiſterent, quemadmodum requirebatur, Bald. in l. Presbyteri, 8. num. 2. C. de Epiſc. & Cler. Boſſ. de tortura teſtium, num. 19. ante finem, verſ. contrarium, & num. 20. & ſeq. Clar. quæſt. 25. n. 4. vbi etiam, quod ita practicatur, Farin. de teſtib. quæſt. 66. num. 98. & ſeq. & d. conſ. 216. num. 7. vbi etiam ad med. verſ. nec credo, quod hoc caſu nec ſufficiens eſt tortura illata ad faciem Rei.

Tertio, quia dum prędicti reuocationem primi dicti iurati voluerunt honeſtare ex aſſertione, quod fuerint corrupti, magis ſe reddiderunt inhabiles ad inditium aliquod cõſtituendum, quoniam ex hoc
14 ipſo, quod quis ſe corruptum inquit, nullum inditium facit, quamuis tortus contra aſſertum corrumpentem, Farin. quæſt. 45. n. 22.

Et procedit concluſio etiam, quando aſſerentes ſe corruptos eſſent plures, ſaltem quando conſtat, illos fuiſſe in alijs criminoſos, ne ſit in poteſtate cuiuſlibet ribaldi probos viros vexare, vt vtar verbis Farin. conſ. 192. poſt med. verſ. ſi aliter diceremus, lib. 2.

Ceſſantque etiam difficultates circa prætenſa omnia inditia ex concludente probatione negatiuæ co-
15 arctatæ, nam ea ſtante, magis abſque dubio ſtandum eſt teſtibus negantibus tanquam deponentibus ad Rei defenſionem, quàm cæteris affirmantibus, etiam ſi eſſent plures, multoque facilius ob plures exceptiones in facto deductas, quas teſtes Fiſci, & adherentis patiuntur, Felin. c. 3. n. 2. de probat. Marſil. conſ. 2. n. 12. & conſ. 51. n. 13. lib. 1. Boſſ. de defenſ. Reor. poſt n. 31. & ſeq. Farin. conſ. 22. num. 6. lib. 1.

ARGVMENTVM.

An homicidium censeatur præmeditatum, quando post iniuriam committitur ex interuallo, vel præsumatur potius commissum durante calore iracundiæ.

SVMMARIVM.

1 *Delinquens deliberato animo magis punitur quam inconsulto.*
2 *Homicida inconsulto delinquens non punitur pœna ordinaria, sed extra ordinem, Et num. 5.*
3 *Delinquens iusto calore iracundiæ, dolore, vel timore mitius punitur.*
4 *Amici videntes amicum rixantem, si se ingerant in homicidio, debent mitius puniri.*
6 *Iracundiæ calor præsumitur durare pluribus diebus.*
7 *Testis vnicus in criminalibus non probat.*
8 *Alloquutio secreta potius præsumitur in bonam, quam in malam partem.*
9 *Tractatus homicidij non sufficit præsumptiuus, sed requiritur concludens ad effectum torturæ.*
10 *Qualitas armorum in consueto ea portare, non facit inditium.*
11 *Qualitas loci non inducit præmeditationẽ homicidij durante calore iracundiæ.*
12 *Tractatus durante calore iracundiæ non inducit præmeditationem homicidij.*

CONSILIVM XXXXIII.

1 FVit sententia Platonis dialogo 9. de legibus, maiora supplicia imponenda esse illis, qui consulto, sedatoque, & deliberato animo interfecerunt, leuiora ijs, qui repente, & inconsulto, & sententiam hanc Platonis referunt etiam Menoch. de arbitr. cas. 352. num. 26. vbi etiam nu. 25 alijs pluribus comprobat, & Ioseph. Ludou. decis. Lucen. 16. num. 6.

Repente autem, & inconsultò dicuntur ij delinquere, qui calore iracundiæ, vel iusto dolore, alioque animi effectu, impetu, & sine cogitatione ad delinquendum prorumpunt, vt ex Cicerone lib. 2. de inuentione, alijsque comprobat idem Menoch. de arbitr. cas. 361. n. 8. & seq. & Caball. tract. de omni gener. homicid. num. 173.

Quamobrem in hoc casu receptum est, nunquam
2 hos homicidas damnandos esse in pœnam ordinariam, sed extra ordinem, Gram. dec. 23. n. 5. ad med. & seq. Giurb. cons. crim. 86. numer. 19. Gizzarell. decis. Neap. 18. num. 3. 4. & seq.

In hoc autem casu pœnæ ordinariæ locum minime esse, liquet ex iniurijs grauissimis illatis per occisũ nocte immediate præcedente occisionem; cum enim plures testes probent, per interfectum fuisse Ambrosium verbis non solum honoris maxime læsiuis, & alapa, ac per minatis archibusij affectũ, sed etiam ex minis adeo fuisse territum, vt coactus fuerit vitã Dei amore exponere, & per prius etiam eisdem, alijsque iniurijs sæpius pessime tractatum ab eodem interfecto, quem etiã ijdem testes probant fuisse in hoc genere solitum delinquere absque vlla causa, vtique negari ne-
3 quit, quin homicidium sequutum appareat ex iracundiæ calore, iustoque dolore, quem refrenare impetuosus animi affectus non potuerit, ac proinde quin ratione non existentiæ in plenitudine intellectus mitius sit puniendus, Boss. tit. de homic. num. 60. dicens auctoritate Diui Gregorij, 1. dialogo, difficilius esse iram continere, quàm miracula facere; ira namque licet secundum plures in delictis non excuset, hoc tamen recipitur ad effectum, vt in totum non excuset, secus verò, vt delinquens mitius puniatur, Clar. recept. sent. §. fin. quæst. 60. num. 9. Honded. cons. 105. num. 47. lib. 1. Farin. quæst. 91. num. 1. cum num. 4. 5. & seqq. & cons. 2. num. 10. post med. lib. 1. Giurb. cons. crim. 17. num. 15. & cons. 63. num. 14. Caball resol. 300. n. 24. vers. sed alia mitiori.

Eademque ratione mitius puniendi alij, qui eidem
4 occisioni interuenerunt; constat namque eos videntes Ambrosium inermem cum occiso armato rixantem, & scientes, & ex publica voce, & fama, inimicitiam inter eos præcedentem, facto, & culpa eiusdem occisi ortam, quam etiam testes probant, iustè ad iram tunc commoti fuerunt tanquã ipsius Ambrosij amici, & affines, Gizzarell. d. decis. Neapol. 18. num. 2.

Ac præterea etiam mitiori pœnæ locus est, quoniam in recognitione cadaueris, cum non fuerint adhibiti periti ad effectum describendi, quæ vulnera fuerint læthalia, ac propterea incertum sit à quo, vel quibus fuerint læthaliter vulnera illata, locus est dictæ conclusioni, dum non constat, homicidiũ
5 ab ijs fuisse commissum ex proposito, & deliberato animo, Cla. §. homicidium, num. 41. Menoch. de arbitr. d. casu 362. num. 18. Thes. decis. 31. num. 5. Farin. quæst. 96. num. 14. Ioseph Ludou. d. decis. Lucen. 16. num. 5.

Nec obstat, quod calor iracundiæ possit excusare ab ordinaria, quando delictum sequitur incontinenti, non autem ex interuallo post diuersionem ad extraneos actus, quia incontinenti sequutum probatur, dum ante interfectionem interemptus repetijt minas, stante qualitate offensionis in nocte præcedente, applicabiles ipsi Ambrosio, & nihilominus non etiam interuallum, quod intercessit à nocte immediata præcedente ad diem sequuti homicidij prætendi potest tale, quod recedendum sit a superioribus conclusionibus, quia licet in hac materia plures dẽtur Doctorum opi-
6 niones, magis tamen recepta est, quod subsequẽs dies, immo etiam alij nonnulli arguant absque dubio permanentiam eiusdem caloris iracundiæ, iustique doloris, Boss. d. tit. de homicid. num. 61. & seq. vbi quod immo Senatus Mediolanensis idẽ iudicauit in diebus triginta, ex l. si vendicari, 20. C. de pœnis, quod etiam prius firmauit Luc. de Penn. in l. omnes Curiales, num. 4. post med. vers. vel vsque ad mensem, C. de Decurion. lib. 10. Dec. in l. quicquid calore iracundiæ, 49. num. 9. ff. de reg. Iur. Menoch. de arbitr. dicto casu 361. num. 20. Farin. quæst. 126. num. 214. per tot. præcipuè ante fin. vers. & calore iracundiæ, & vers. quod idem, si committatur, Farin. cons. 2. n. 8.

Minusque releuat, quod dicitur constare de tractatu præcedente ex depositione Seruilij; tum quia hic
7 testis est vnicus, qui præcipuè in criminalibus, in quibus agitur de vitæ periculo, nihil probat, Farinac. de testib. quæst. 63. num. 7.

Tum

Tum quia nihil certi ex dicto huius habetur circa
8 tractatum, secreta namque alloquutio cum altero ex prætensis delinquentibus potius præsumenda in bonam, quam in malam partem, Farin.consf.37. num.23.lib.1.& quæst.134.n.6.

Et licet verum sit, ex secreta alloquutione præcedente inimicitia, & subsequente delicto incontinenti resultet inditium contra alloquentes, non
9 tamen illa conuincit tractatum indigentem concludente probatione, nec sufficiens reputandum, quod de illo constet præsumptiuè ad effectum torturæ, Farin.quæst.96.num.77.Eugen.cons.76.n. 37.lib.1.

Neque probatio tractatus prætendi potest concludere ex concurrentia adminiculorum, quæ desumuntur ex qualitate vulnerum cum securi, & ex verisimili, quòd Ambrosius non ausus fuisset baroncellum armatum irritare in ipsa platea Ciuitatis, absque auxilio proueniente ex precedente
10 cum pluribus tractatu, quoniam arma prædicta rusticalia probant testes in defensiuo, prædictos consuetos fuisse portare, Farinac.quæst.25. numer. 452.

11 Locus verò commissi homicidij cum solis dictis armis, magis demonstrat exclusionem tractatus antecedentis, & efficax est ad præsumendum casum, prædictos accessisse ad dictum locum eo tempore, cum tutius ijdem possent se archibusijs, & alijs armis armare, & homicidium per insidias committere, sed hæc tutiora omisisse, quia adeò acerbus fuerit dolor, & tàm ardens ira ex iniurijs verbo, & facto præcedente nocte per interemptũ illatis, vt impulerit ad vindictam desumendam cum solis armis solitis ab ipsis deferri, & in quouis loco, verba sunt hæc Menoch.de arbitr. d.casu 361.num.38.ad med.vers.ego dubito, & verè sentio.

Cessatque omnis dubitandi scrupulus de præcedentia pretensi tractatus, quia quando etiam de illo constaret, non tamen releuans censeri posset ad inclusionem pœnę ordinariæ, ex quo etiam tra-
12 ctatus quicumque exaduerso elicitus percutit solum tempus, quo durauit, & creuit calor iræ ob passas verbis, & facto paulò ante iniurias, vt per Boss.exemplificantem in eo, qui prouocatus deinde conuocat amicos ad homicidium, de homic. n.61.vers.pœna enim.

ARGVMENTVM.

De eadem re. Et an præstantes opem cooperatiuam homicidio maiori pœna puniri debeant, quam principalis occisor, qui ob calorem iracundiæ punitur extraordinarie.

SVMMARIVM.

1 *Calor iracundiæ durat pluribus diebus, ad effectũ euitandi pœnam ordinariam.*

2 *Calor iracundiæ oritur etiam ex iniuria illata consanguineis, vel amicis, vel socijs.*

3 *Iniuria illata vni censetur ratione affectus illata alteri.*

4 *Homicidium commissum dolose, & animo vlciscendi mitius punitur, quando prouenit ex dolo occisi insultantis.*

5 *Homicida dicitur tam qui tenet, quam qui interficit.*

6 *Auxiliantes, & cooperantes maiori pœna non puniuntur quam principalis delinquens, quando hic solam extraordinariam pœnam meretur.*

CONSILIVM XXXXIV.

IRacundiæ calor, iustusque dolor, ex quibus excusandum esse à pœna ordinaria Ambrosium principalem baroncelli occisorem in alia probaui, excusare quoque debent alios carceratos, qui opem cooperatiuam homicidio prestiterunt, nòn solum enim probantur iniurię, & offensiones atroces per eumdem baroncellum illatas eisdem, ac matri Francisci, & Tiberij per Seruilium, proc. fol. 72. & per alios plures testes examinatos in defensiuo, fol.261.& seqq.sed idem D.Procurator Fiscalis aliquas notabiles recenset in eius denunciatione facta in actis sub 16.Iunij 1637.qui fuit dies immediatè homicidio subsequutus, vt eod. proc. fol.17.
1 quod enim calor iracundiæ ad effectum euitandi pœnam ordinariam censeatur etiam durare per dies triginta præter alios, quos in alia adduxi, probat etiam Nauarr.in c.si quis iratus, num.5. de pęnis, distin. 1. & pluribus comprobat etiam Farin. cons.2.num.8. post princ. vers. & paulò post dicetur commissum, lib.1.

Et hæc conclusio magis applicabilis est hoc casu, ex quo calor iracundiæ iustusque dolor reuocatus, & auctus fuit ex offensione, & iniuria maxima illata per d. baroncellum nocte antecedente delictum
2 commissum, nam ad huiusmodi effectum, iniuriæ illatæ tam agnatis, & cognatis, quam socijs sufficiunt, quales sunt alij carcerati prædicti, Farin. quæst. 126. num. 214. & quæst. 105. n.288.
3 & seq. cum immo regula sit, quod iniuria facta vni censeatur ratione affectus facta alteri, prout propterea ratio affectus negari nequit hoc casu, etiamquod non adesset alia, quam existentia in eadem patria quoad iniuriam factam ab extero, præcipue solito iniuriare, & iactare se iuuenes Ciuitatis male tractaturum, textus est in l. 1. ante med. vers. vel affectu, cum alijs per Farinac. d. quæst. 105. num. 253.

Siquidem propterea licet dici posset, omnes delin-
4 quentes dolose, & animo vlciscendi homicidium commisisse, cum tamen homicidium fuerit causatum a dolo occisi insultantis, mitius est puniẽdum, vt ex communi firmat idem Farin. d. cons. 2. num. 14. lib. 1. & quæst. 91. num. 7.

Preterea etiam ex hoc ipso, quod Ambrosius tanquã is, qui ex sequuta in ipsum offensione nocte ipsa homicidium præcedente pœna ordinaria damnari nòn potest, quamuis fuerit in hoc homicidio principalis tam ratione proximæ sibi illatæ iniu-
5 riæ, quam quia asserunt testes in informatiuo, per Ambrosium amplexum fuisse baroncellum, eumdemque detentum, donec fuit ab alijs interemptus, Farin.quęst.130.nu.45. post med. vers. quando vnus tenuit: cœteri difformi pœna affici non possunt; quamuis enim dissentientes sint inter Doctores opiniones, an auxilium, & opem cooperatiuam prestans delicto puniri possit maiori pœna, quàm principalis delinquens, vt quia in delinquente ex ratione non applicabili socijs cũ principali

cipali mitius sit agendum, ex relatis per Farinac. quæst.131.num.26.in princ. & post med. vers. vbi facit conclusionem contrariam.

Tamen verius,& receptius est, quod vbi principalis
6 delinquens mitius quàm ordinaria est puniendus, cœteri auxiliantes, & delicto cooperantes maiori pena minime sunt plectendi, Clar. §.homicidium,num.mihi 51. prope finem, vers. quinimmò multi tenuerunt,& Baiard.ad eum, num. 185. Rol.cons.34.num.8.& seq.Decian.tract.crim.lib.9. cap.33.num.13.& cap.36. num.29. Paris. cons.154. num.21.lib.4.Gomez ad l.Tauri,80. num.62. Viu. commun.opin.33.num.9.idemque Farinac.quæst. 121.n.14.& seq.& n.20.& n.87.

ARGVMENTVM.

An, & quando de homicidij mandato inquiri possit contra mandantem nō constito plene de mandatario, sed solum præsumptiue.

Pluribus existentibus inimicis, an homicidium, vel mādatum homicidij magis cōtra vnum inimicum præsumatur quàm contra alios.

SVMMARIVM.

1 *De mandatario quando non constat, non inquiritur de mandato contra mandantem. Et n. 3.*
2 *De Mandatario quando plene non constat, sed præsumptiue, & vlterius contra mandantem concurrunt inditia, proceditur etiam contra ipsum mandantem.*
4 *De Mandatario quando non constat, non dicitur constare de corpore delicti.*
5 *De Mandatario quando non constat, non potest mandans facere suas defensiones.*
6 *Causa delicti cessante, cessant omnia inditia, et confessio.*
7 *Causa proportionata requiritur ad delictum, et quidem ratiocinatiua, quando prætenditur delictum deliberatè commissum.*
8 *Inimici vbi sunt plures, redditur dubia præsūptio quod quis fuerit offensor.*
9 *Inimicitia vnius ex causa, & iniuria grauiori magis attenditur pro inditio, quam alterius ex leuiori.*
10 *Reconciliatio de recenti non tollit inditium inimicitiæ ortæ ex causa graui.*
11 *Delictum non præsumitur, vbi quis actum gerere impune potuisset.*
12 *In rixa inopinata delinquens excusatur.*
13 *Fama negatiua delicti præualet affirmatiuæ fauore Rei.*
14 *Fama orta post incohatum iudicium criminale nihil facit.*
15 *Tractatus verbales cum famulis in locis solitis præsumuntur liciti.*
16 *Alloquutio cum delinquente præsumitur in bonam partem, præsertim inter domesticos.*
17 *Alloquutio non facit inditium ad torturam, nisi fuerit secreta, & concurrat inimicitia capitalis, et homicidium incontinenti commissum.*
18 *Inditium non oritur ex ijs, quæ accidentaliter sine delicto contingere possunt.*
19 *Mendacia non tangentia delictum, sed solas circumstantias non substantiales, non faciunt inditium.*
20 *Mendacia non faciunt inditium ad torturam, quando consistunt circa id, quod si Reus confessus fuisset, non sibi præiudicasset.*

CONSILIVM XXXXVI.

Releuantia censeri nequeunt inditia, quæ contra D.Fęlicem prætenduntur. Primo, quia contra
1 mandantem non potest inquiri de mandato, non constito prius de mandatario, & sic de principali delinquente, ex textu in l.si is, qui rem, 68. §. si tu Titium, vbi ita Bart. per illum textum, num.2.ff.de furt.& cons.199.incip. Tudertinus, numer. 2. post princ.vers.cū igitur principalis, lib.1.cū alijs pluribus per Farin.quęst.3.num.1.vbi in vers.& quidem omnes, inquit, neminem, quem viderit, discrepare, & num.5.quod de delicto principalis delinquentis debet constare plenè, verè, & certè, non autem per præsumptiones, & inditia, cum alijs infra.

Neque obstat, quod immò Farin.ead.quæst.3.num.5.
2 vers.ego autem, dicat, apud Tribunalia Vrbis conclusionem prædictam, quatenus requirit, quod nō dicatur sufficienter constare de mandatarijs per inditia, & præsumptiones, non substineri in practica, sed sufficere, quod de mandatario, seu principali delinquente non ita plenè, & certè constet, quoniam Farinac. se ipsum declarat loco citato, quòd practica prædicta procedit, quando de mādatarijs constat per inditia, & vlterius concurrūt etiam inditia de mandato contra prætensum mādantem, vt declarat eod.num.5.post vers.non obstat si diceretur, vers.nam non dico; procedit, inquam, ad effectum, vt tunc contra mandantem possit inquiri, transmitti monitorium, ac etiam eo non comparente procedi ad condemnationem contumacialem, quamobrem prædicta practica extendi de Iure non potest ad casum, quo non agitur contra prætensum mandantem contumacem, sed carceratum, nam hoc casu non datur ratio, quare recedi possit à regula Iuris certa, quod
3 mandans vexari nequit, non constito plenè de mandatarijs, Boss.de delict.num.35. cum num. 38. in fine, & de mandato ad homicidium, num.36. in fine, Marsil. cons. 49. num. 11. & seqq. Menoch. de arbitr. cas. 349. num. 13. & casu 352. num. 15. Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 33. quomodo mādans, & mandatarius sint correlatiua, num. 1. & & seq. Hect. Felic. alleg. 114. nu. 13. vers. & quia non constat, & alleg. 167. num. 1. vers. in primo casu, par. 2. Giurb. cons. 91. num. 18. & seq. & cōs. 97. num. 7. & vtrobique, quod non constito de
4 mandatarijs, non dicitur constare de corpore delicti ipsius mandati, ac etiam eodem cons.97.num.
5 8.quod si verè de mandatarij persona non constaret, denegata esset Reo prætenso mandanti defensio, declarans, illam præcipuè consistere posse, vel quia probari possit, alium, seu alios fuisse occisores, vel negatiua coarctata, quod prætensi mādatarij fuerint in loco remoto tempore commissi delicti, vel quòd prętensi mandatarij essent inimici prætensi mandantis, in quibus assertus mandans confidere non deberet, & in alijs, vt ibi per eum.

Secundo, quia nulla probabilis causa ex processu apparet,

paret, ex qua iudicari valeat, D. Felicem huiusmodi necis committi mandasse; cessante autem cau-
6 sa, cessant omnia inditia, cum nemo non fatuus delinquat sine causa, Bart. inter cons. crim. diuersor. cons. 8. num. 8. Foller. in pract. crimin. in verb. item quod sororem, post num. 19. Bertazz. cons. 446. n. 20. & seqq. lib. 2. Farinac. quæst. 50. num. 31. & quæst. 52. num. 150. & cons. 50. nu. 34. ante med. vers. sicut enim, & cons. 56. num. 73. & cons. 130. num. 15. & cons. 147. num. 4. hæc enim naturalis, & fortissima est præsumptio, alias quascumque superans, vt inquit idem Farin. cons. 192. num. 1. & cons. 185. num. 38. ad fin. adeout, nec ipsa cōfessio delicti sit attendenda, vbi causa delinquendi deficit, vt ibidem num. 28. ad fin. Caball. de homicid. num. 294.

Neque obstat, quod ex processu probetur causa delinquendi ex eo, quod Ioannes Carolus occisus contemplatione matrimonij donauerit D. Felici eius bona, qui, cum non obstante promissione retrodonandi nollet illam adimplere, ortæ sæpius fuerint inter hos fratres altercationes, & quia ex probatis nō constat de recusatione retrodonandi, immò constat de oblatione adimplendi, licet fuerit dilata, & hæc causa nullam parere poterat ęgre ferentiam in D. Felice, sed magis in fratre, ad cuius fauorem retrodonatio erat implenda, & quia hæc
7 causa nunquam iudicari poterat proportionata fratricidio, sicut de Iure ad effectum inditij requiritur, Cason. de indit. tract. 2. cap. 2. num. 1. & seqq. & cap. 3. num. 3. Blanc. de indit. num. 255. & seq. Farinac. quæst. 52. num. 145. & cons. 192. numer. 1. & seqq.

Et enim in causarum consideratione cadit ratio discutienda ex earum qualitate, siue impulsiua, siue ratiocinatiua, prima namque in delictis non deliberatis, sed in quibus ex impetu mouetur animus sine aliqua cogitatione per animi impulsum, & affectum ad delinquendum vt amor, iracundia, egritudo, violentia, & cœtera similia, in quibus animus ita afficitur, vt non prospiciat cura, & consilio deliberatè; ratiocinatiua autem causa est diligens, & considerata delinquendi cogitatio ex causa odij, vindictæ, honoris, gloriæ lucri, aut libidinis, quapropter cum delictum, de quo quæritur, prætendatur deliberatè commissum, congruitas causæ petenda est à ratiocinatiua, non autem impulsiua qualitate, atque ideò, cum hoc casu omnis prorsus causa ratiocinatiua cesset, cessare quoque debet in Iudicantis sensu delicti, & precipuè grauissimi, de quo quæritur, prætextus, Cason. de indit. d. tract. 2. cap. 2. num. 1. & seqq. & cap. 3. num. 3. Blanc. de indit. n. 255. & seqq Farin. quæst. 52. nu. 145. & d. cons. 192. n. 1. & seqq.

Tertio, quia ex eodem processu constat, occisum habuisse plures inimicos, & signanter Christophorū Nicolai, & Franciscum eiusdem occisi famulum ab ipsa Curia prætensum occisorem, cum enim verū
8 sit, ex inimicorum offensi pluralitate præsumptionem contra mandantem, vel occidentem reddi dubiam, & incertam, Farin. quæst. 49. num. 114. & cons. 192. num. 27. Iudicantis arbitrium iuxta Iuris regulas versari debet in iudicando, mandantem,
9 vel homicidam illum, cuius inimicitia proueniebat à grauiori iniuria, quique magis ad animum inimicitiam reuocauit, quamobrem in casu, de quo ar[illegible] datur proportionabilis ratio, quin potius occidendi causa applicabilis sit illi, quem constat à Ioanne Carolo prius mediante explosione archibusiatæ vulneratum fuisse, vel dicto Francisco eiusdem Ioannis Caroli famulo ex adulterio, quod in processu probatur cum vxore eiusdem Francisci per Io: Carolum commissum, & pręsertim cum in d. Francisco potuerit etiam concurrere causa furti pecuniarum, quas ex eodem processu constat penes Io: Carolum extitisse, Foller. in pract. crim. in verbo, recipiantur defensiones, n. 2. in fine, vers. item potuit, Franc. Marc. decis. 423. nu. 27. vers. sed alia causa inimicitię, par. 1. Eugen. cons. 27. num. 32. & seq. lib. 1. Farin. d. quæst. 49. à nu. 115. ad 120. & cons. 55. nu. 22. & cons. 102. n. 18. & consil. 47. num. 29.

Neque obstat, quod cum Christophoro prædicto pax
10 inita fuerit, quia quando inimicitia orta fuit ex causa graui, reconciliatio de recenti, qualis fuit in hoc casu, non est considerabilis. Roman. sing. 319. num. 1. Surd. cons. 401. num. 27. Becc. cons. 67. num. 17. lib. 1. Farin. quæst. 12. n. 42. reconciliatus enim de recenti adhuc odium, & nocendi animum retinere præsumitur, vt firmat, & pluribus comprobat idem Farin. de testib. quæst. 53. n. 59.

Et quando recens reconciliatio esset considerabilis, multo magis arbitrium Iudicātis versari quoque deberet in exclusione omnis prætensæ causæ in D. Felice ratione prætensæ dissentionis occasione altercationum ob dictam faciendam retrodonationem, cum ex defensiuo non solum probetur bona intelligentia D. Felicis cum fratre, sed etiam fere vsque ad obitum insimul conuersatio, & promiscua beneuolentia etiam in procurando totis viribus, quod frater ex causa delicti, de quo fuit inquisitus, non condemnaretur in pœnam capi-
11 talem, quod vtique non fecisset, vbi habuisset animum illum offendendi, cum sequuta condemnatione capitali potuisset illum occidi mandare impunè, Surd. cons. 300. num. 17. & decis. 21. num. 15. vers. & non dicitur, Giurb. cons. 54. num. 24. post princ. vers. nec cum fraude.

Præterea non etiam prætensa inditia considerabilia censeri possunt, quoniam fratricidium in personā Antonij constat tam ex testibus, quam ex qualitate ipsius condemnationis fuisse commissum nedū
12 ex inopinata rixa ex leuissima causa, sed ex prouocatione proueniente ab eodem Antonio, qui primus in D. Felicem archibusium explosit, adeout propterea mediante sola solutione scutorum 30. fuerit gratiatus, Farinac. quæst. 91. numer. 7. & seqq.

Prætensa publica vox, & fama tantum abest, quod fuerit probata, quod immò probata fuit fama negatiua in loco, & ab initio commissi delicti, fauore
13 autem Rei præualet fama negatiua affirmatiuæ, Farin. quæst. 47. nu. 168. & cons. 78. num. 36. & cons. 79. num. 24. fama verò post incohatum iu-
14 dicium criminale nihil facit, Farin. quæst. 47. n. 173. & seq. & num. 176. Caball. resol. 200. n. 132. & seq.

Assertus tractatus cum Theseo famulo ipsius D. Felicis, ac prætenso per Curiam sicario non est mo-
15 menti, cum tractatus verbales cum famulis, & in locis solitis præsumptionē tractatus illiciti excludant, Vulpell. cons. 96. nu. 4. vers. & licet, Mascard. de probat. concl. 1139. num. 19. vol. 3. Farin. cons. 55. num. 18. & seq.

Prætensa etiam alloquutio, & tractatus cum Fran-
16 cisco occisi famulo, & prætenso per Curiam sicario

cario minus releuare censeri possunt, & quia magis præsumenda in bonam partem, præsertim inter domesticos, Farin. cons. 37. num. 23. & quest.
17 134. num. 60. Et quia alloquutio nunquam inditium facit ad torturam, nisi tribus concurrentibus, primo scilicet, vt sit secreta, & ad aures, secundo vt præcedat capitalis inimicitia, & tertio vt homicidium incontinenti sequatur, quorum singula in hoc casu deficiunt, vt pluribus comprobat idem Farin. cons. 147. num. 7.

Transmissio Blasij ad terram Bectonæ, & alia, quę per
18 accidens, vno, vel altero modo euenire potuerunt absque necessaria illatione delicti, non etiam inditium aliquod faciunt, Bald. cons. 259. num. 4. vers. nec quæ possunt, lib. 1. Aym. cons. 6. nu. 12. Vulpell. cons. 97. num. 3.

Ac demum prætensa mendacia D. Felicis non etiam
19 illum afficiūt, tùm quia immediatè factum delicti non tangunt, sed solas circumstantias minimè substantiales, Boss. de indit. nu. 36. vers. & tale, Nonius cons. 99. num. 24. vers. accedit, Roland. cons. 3. num. 53. lib. 3. Pedem. decis. 70. num. 17. & seq. Farin. cons. 230. n. 1. Caball. resol. 200. n. 135.

Tum quia neque etiam mendacia conuicta ad tor-
20 quendum sunt sufficientia, quando consistunt circa id, quod si Reus confessus fuisset, sibi non præiudicasset, Marsil. cons. 15. num. 15. vers. præterea, Bertaz. cons. 59. num. 7. lib. 1. Farin. quæst. 52. num. 14. & seq. & cons. 192. n. 11. ad med. vers. tum etiam, & cons. 322. n. 14.

ARGVMENTVM.

An, & quando Fiscus posit relictum auferre illegitimo.
Cum sponsa alterius per verba de futuro an committatur adulterium?

SVMMARIVM.

1 *Filius in dubio præsumitur naturalis, non autē spurius.*
2 *Statutum Perusinum rubr. 47. lib. 2. spurios reddit capaces.*
3 *Statutum spurios admittens, valet, quando agitur de successione parentum, sobolem legitimā non habentium.*
4 *Incapax differt ab indigno, quando agitur, an Fiscus auferat ab eo.*
5 *Substitutus compendiose spurio excludit Fiscū.*
6 *Reus, & possessor ad agentis exclusionem dare potest de iure tertij.*
7 *Cessionario ex cedentis persona licet, quod non liceret ex propria.*
8 *Referens non probat sine relato.*
9 *Negatiua probatur ex inspectione libri, in quo aliquid adnotatum non reperitur.*
10 *Testes examinati sine Partis citatione non probant.*
11 *Acta iudicialia ad certum finem non præiudicāt ad finem diuersum.*
12 *Matrimonium inter impuberes non intelligitur contractum, sed sponsalia. Et num. 14.*
13 *Adulterium an committatur in matrimonio putatiuo.*
15 *Adulterium non dicitur commisisse is, qui coiuit cum sponsa alterius, sed fornicationem cū qualitate aggrauante.*
16 *Sponsus, qui statim contractis sponsalibus discessit, censetur à sponsalibus recessisse.*

CONSILIVM XXXXVI.

NVllo iure vexatur D. Bartholomeus à Camera ad instigationem adhęrentium super paterna hæreditate ex prætextu spurietatis, neque enim Camera prætensam hanc qualitatem, suæ inten-
1 tionis fundamentum, probauit, & in dubio filius naturalis, non spurius præsumitur, vt per Lup. de illegit. com. 1. §. 5. num. 2. & seq. siquidem, dicentes, quem præsumi spurium, loquuntur ad differentiam filij simpliciter verè, & propriè naturalis, non autem ad differentiam spurij concepti ex damnato, vel non damnato coitu, vt per Rot. decis. 808. num. 4. par. 1. diuers.

Neque si probaret, releuat, quia licet spurij sint incapaces, tam paternæ, quam maternæ successionis tam ex testamento, quam ab intestato, tamen
2 capaces redduntur ex dispositione Statuti Perusini à sancta Sede Apostolica confirmati rubr. 47. lib. 2.

Huius autem Statuti validitas controuerti in casu, de quo agitur, non potest, quia & si hæc quæstio perdifficilis sit ob pugnantes Doctorum sententias, quas refert. Lup. de illegit. d. com. 1. §. 5.
3 num. 156. tamē affirmatiua pro validitate verior est, & magis recepta, quando agitur de successione parentum sobolem legitimam non habentiū, Nicol. de Vbald. loquens de eodem hoc Statuto Perus. de succeß. ab intest. in prima par. seu spec. liber. num. 39. & seq. Calder. cons. 4. num. 3. & per tot. de constit. Paleot. de noth. & spur. cap. 54. num. 3. & seqq. Menoch. cons. 285. num. 30. lib. 3. cum alijs per Lup. d. com. 1. §. 5. post d. n. 156. incip. quæritur nunc, vers. contrarium tamen.

Sed quando etiam Statutum non subsisteret, non propterea de incapacitate dari posset à Camera, tum quia incapacitas non aperit successionem ad fauorem Fisci, quando relictum spurio fit palam in testamento nuncupatiuo coram septem testibus publico rogato instrumento, sed ad fauorem successorum parentum remanet pro non scripto,
4 cum hoc casu, quo clam confidentialis dispositio non accommodatur, spurius, cui palam relinquitur, dicatur incapax, non autem indignus ad effectum, vt Fiscus auferat ab eo tanquam tali, quamobrem longe differunt termini incapacis ab indigno, vt per Peregr. post alios de Iur. Fisc. lib. 3. tit. 1. de incapac. num. 1. & seqq. & lib. 2. tit. 2. de indign. num. 4. vbi casus, & lib. 3. tit. 19. de relict. clam, & palam.

Tum etiam quia in d. paterno testamento institutioni, & relicto ad fauorem filij subordinata fuit cō-
5 pendiosa substitutio ad fauorem Monasterij, quo casu nōn dubitatur, quin substitutio subsistat ad Cameræ exclusionem, Angel. in l. in tempus, ff. de hæred. instit. & in l. 2. C. eod. per text. in l. cogi, §. hi, qui solidum, ff. ad trebell. Peregr. de Iur. Fisc. lib. 3. tit. 18. de not. & spur. num. 91.

Neque enim dubitari potest, quin de Iure ex dicta substi-

substitutione prouenientes hæc Pars excipere valeat, nam regula est certa, quod Reus, & possessor ad agentis exclusionem dare potest de iure tertij, l.fin.C. de rei vendic.Surd.decis.144. nu. 19. Rot.decis.709. num.10.par.1.in rec.

Qua tamen regula non indiget D. Bartholomeus, dum cessionem iurium d. Monasterio substituto competentium habet à fabrica S. Petri in locum d. Monasterij succedente, quandoquidem licet
7 propterea cessionario ex cedentis persona, quod alias non liceret ex propria, vt per Surd.cons.166. num.13.& seqq.lib. 2.

Cœterum difficultates cessant, quia ex deductis cōstat, D. Bartholomeum fuisse naturalem, & non spurium, obiectis exaduerso non resistentibus; aut enim non constat de prætenso matrimonio, quod contractum dicitur inter Hortensiam matrem ipsius Bartholomæi, & quemdam Theodorū Pisaurensem, aut si constat, illud omnino fuit nullum, ac proinde carens omni effectu.

Non constat, quia prætensa fides asserti præsbyteri affirmantis, matrimonium prædictum perlegisse in libro matrimoniali nihil facit, tum quia de asserto libro non constat, ac proinde referens sine
8 relato attendi nequit, auth. si quis in aliquo, C. de eden. Rot.decis.461.in fin.par.2.in rec.

Tum quia constat de contrario ex fide Parochi eiusdem Ecclesiæ, in qua enunciatur celebratio matrimonij, cum testetur, facta per eum diligenti perquisitione libri matrimonialis tale prætensum
9 matrimonium in eo minime reperiri, nam negatiua satis probatur ex eiusdem libri inspectione à parocho, ad quem spectat, Cassad.decis.8.num.2. super regul.Achill.decis.387.alias 9. num. 4.etiam super regul.Cardin.Mantic.decis.32.n.5.& seq.

Non etiam probatur ex testibus, quia præter id, quod sunt singulares de auditu, & non reddentes
10 causam scientiæ, fuerunt sine Partis citatione examinati, & nunquam repetiti, Grammatic.decis.11.num.2. in fine, Clar. ex communi, quæst. 11. num. 2. & seqq. Rot. in Romana donationis de Gualterutijs, 13. Nouembris 1615. coram Cardin. Caualerio.

Minusque ex libello dato pro obtinenda declaratione nullitatis eiusdem matrimonij, sicut sententia declaratoria huius nullitatis cum re iudicata superuenit, effectuata per contractum alterius matrimonij, nam acta quæcumque ad certum finem
11 nullum inferunt præiudicium quoad effectum, & finem diuersum, Grat.cons.14.num.17.lib.1.Seraphin.decis.946.num.2.Ludouis.decis.467.numer.8. Rot.decis.445.num.4.par.1.diuers.& decis.285.n.4. post med.par.2. in recent.

At quando etiam de matrimonio, vt asseritur constaret, constat de illius nullitate absque vlla dubitatione non solum ex sententia, & re iudicata effectuata, vt præfertur, sed etiam ex illius iustificatione, dum tam ex fide baptismatis, quam depositionibus testium constat, eosdem Hortensiā, & Theodorum tempore, quo inter eos dicitur contractum matrimonium per verba de præsenti, fuisse impuberes; cum enim impuberes, ambo, vel
12 alter, nisi pro bono pacis coniungi non debeant, ex textu in c.2. de desponsat. impub. contractus ante pubertatem, etiam cum nexu carnalis copulæ non facit matrimonium, vt inquit textus in c. attestationes, 10. de desponsat. impub. quamobrem hoc casu, quo de copula nullatenus constat, immò contrarium constat ex testibus concludentem rationem reddentibus ob ætatem vtriusque octo, vel nouem annorum, non potest intelligi matrimonium fuisse contractum, quamuis per verba de præsenti, sed duntaxat intelligūtur contracta fuisse sponsalia, etiam subharratione non obstante, vt inquit textus in c.fin.eodem tit. de desponsf.impub.atque ita nuper resoluit Congregatio Concilij.

Spurietas autem exaduerso prætensa non ideo datur in hoc casu, quia adulterium committatur cum coniugata matrimonio nullo ante senten-
13 tiam declaratoriam nullitatis, quoniam non versamur in terminis matrimonij putatiui, quo casu nihilominus pugnantes sunt sententiæ cum Castrensem consil.147. num. 1. post princip. vers. sed adhoc potest responderi, lib.2.optimis rationibus improbet Aym.cons.205. num. 36.37.38.& seqq.

Sed versamur in solis sponsalibus, cum inter impu-
14 beres contrahentes per verba de præsenti, etiam cum subharratione non contrahatur matrimonium verum, vel putatiuum, aut præsumptum, sed duntaxat sola sponsalia contracta intelligantur iuxta textum in c. fin. vbi glos. fin. in verb.subharrata, de desponsf.impub. Ludouis. decis. 395.n.4.

Suppositis autem sponsalibus, & non matrimonio
15 ex prædictis non possunt filij nati ex fornicatione cum sponsa de futuro censeri adulterini, sed solum naturales, quia adulterium est coitus realis, vel mentalis, per quem alterius thorus violatur, c. lex illa, ad fin. in §. seu vers.adulterium, 36.quæst.1. l.inter, §. 1. ff. ad leg.Iul. de adulter. Diu. Thom.2.2.quæst.154.artic.8. in corpore, glo. in rubr. C. de adulter. quamobrem cum coitus cum sponsa non violet alterius thorum, quia ius sponso non competit accedendi ad sponsam ante coniugalem consensum, qualitas sponsalium speciem peccati non mutat, itaquod fornicatio transeat in adulterium, licet fornicatio aggrauetur ex illatione iniuriæ factæ sponsæ, vt in his terminis firmant Couar.in 4.decret.par.1.cap. 1.num.8.& seq.& præcipuè nu. 13. & 14. & alij infra allegandi.

Neque enim obstat textus in l.si vxor, 13. in fine, vers. Diuus Seuerus, ff. ad l. Iul. de adulter. cum alijs per Sarmient. select. interpretat. lib. 1. cap. 5. & Farinac. quæstion. 141. de delict. carn. à numer. 5. ad 54. quatenus putant, adulterium committi etiam cum sponsa de futuro, fundantes se in dicto textu, dum inquit, idem vindicandum, quia nec matrimonium qualecumque, nec spem matrimonij violare permittitur, quoniam contraria opinio, quicquid dicant prædicti, verior est, & communis, ex quo textus in d. §. Diuus, dat quidem vindicationem, sed dum non aperit, an ratione adulterij, potius interpretatio capienda est, vt vindicatio intelligatur ratione iniuriæ, Couar. vbi supra, Gomez in l. 80. Tauri, num.47. versic. dubium tamen, dicens in vers. sed in hoc articulo, veram esse resolutionem in sponsa per verba de præsenti, secus in sponsa de futuro, Clar. recept. sentent. §. adulterium, numer. 8. vbi testatur, hanc esse communem, & §. homicidium, num.48. in fine, Sanchez de matrimon. sub tit. de sponsal. disput.2.n.8.vers.cœterum, & nu.seq.

N & ple-

& pleniſſime poſt alios contrarijs omnibus reſpõdens Guttier. tract. de ſponſal. cap. 1. num. 16. & ſeq.

Et indubitata videtur opinio in hoc caſu, quo ſpon-
16 ſus ſtatim contractis ſponſalibus diſceſſit, quia cum nunquam redierit, cenſetur à ſponſalibus receſſiſſe, & hoc caſu non committi adulterium, firmat idem Sarmient. d. lib. 1. ſelect. cap. 5. num. 5. & ſeq.

ARGVMENTVM.

Constitutiones Apoſtolicæ, quod pater pro capitali delicto filij teneatur vſq; ad quantitatem legitimæ, an procedant, quando pater habet tres, vel plures filios.

SVMMARIVM.

1 *Liber æſtimi in archiuio authentice cõſeruatus probat.*
2 *Expenſæ factæ a patre pro filio ex neceſſitate occaſione delicti ipſius filij imputantur in legitimam.*
3 *Patre capitaliter damnato habente tres, aut plures filios, non eſt locus confiſcationi, ſed bona filijs reſeruantur.*
4 *Pater nõ compellitur ex Apoſtolicis Cõſtitutionibus ſoluere legitimam Fiſco pro filio condemnato, quando plures alios habet filios, quibus bona reſeruari debent.*

CONSILIVM XXXXVII.

Qvamuis ex Conſtitutione Marchiæ lib. 4. cap. 18 & Conſtitutione Sixti Quarti, de qua eod. lib. cap. 19. pater teneatur pro capitali delicto filij vſque ad quantitatem legitimæ, tamen nullo modo tenetur D. Ioannes Baptiſta in caſu, de quo agitur, tum quia calculato valore ſuorũ bonorum iuxta æſtimum, de quo conſtat, quodq.
1 cum ſit in libro antiquo, & in archiuio, & loco publico authentice conſeruato cõcludenter probat, Socin. conſ. 205. num. 1. in fin. verſ. ſecundo hoc idem, & num. ſeq. & per tot. lib. 2. Alex. conſ. 92. num. 6. lib. 2. Maſcard. de probation. concluſ. 274. num. 15. & ſeq. ac imputatis in legitimam
2 Matthiæ eius filij condemnati expenſis factis per ipſum patrem occaſione prætenſi delicti, nihil vlterius ratione d. legitimæ ſoluendum remanet, quandoquidem expenſas prædictas, de quibus docetur, imputandas eſſe in legitimam, non dubitatur, quando ſolutio non fuit ſpontanea: ſed ex neceſſitate, vt in hoc caſu, Bart. in l. Stichus, num. 2. ff. de pecul. leg. Alex. atteſtans de communi in l. in quartam, num. 23. ff. ad leg. Falcid. cum alijs per Craſſ. recept. ſentent. §. legitima, quæſt. 30. num. 1.

Tum etiam quia in omnem caſum nulla quantitas ratione legitimæ cenſeri poteſt debita à D. Io. Baptiſta, dum probat ſe vltra dictum Matthiam habere alios quinque filios viuentes, quoniam
3 qua ratione receptum eſt, patrem damnatum capitaliter, & habentem tres, aut plures filios minime puniri poſſe in bonorum confiſcatione, & Fiſcum nihil ex eius bonis capere poſſe, ſed bona ipſis filijs ex integro reſeruari, quia ampliari Imperium hominum adiectione magis, quam pecuniarum copia oportet, iuxta text. in l. cum ratio, §. ſi plures, & ibi glo. in verbo plures, ff. de bon. damnat. glo. in l. 1. in verb. portionem, vbi Bart. & alij, ff. eod. tit. Boſſ. de bonor. public. n. 10. Rol. conſ. 97. num. 30. & ſeq. lib. 2. Thob. Non. conſ. 95. n. 12. & conſ. 97. n. 8. & ſeq. Hond. conſ. 110. lib. 1. nu. 9. & ſeqq. Farin. dicens nullatenus ab hac opinione recedendum, poſtquam fuit expreſſa Iuris auctoritate, & communi Doctorũ calculo recepta, quæſt. 24. num. 39. & 40. præcipue in fine, & n. 170. Peregr. de iur. Fiſc. lib. 5. tit. 1. n. 38. Theſaur. deciſ. 104. num. 7. vbi quod Senatus ſæpiſsime, re diligentiſſime diſcuſſa, id iudicauit.

Eadem ratione pater minime compellendus eſt ex
4 dictis Conſtitutionibus pro filio condemnato, legitimam aliquam ſoluere, ex quo, cum plures alios habeat filios, ex legis indulgentia bona iſta non ſunt Fiſco, neque etiam quoad legitimam applicãda, ſed aliis conſeruanda, etenim cum per Conſtitutiones prædictas reditus fiat ad Ius antiquum quo ante auth. bona damnatorũ, C. de bon. damnat. diſponebatur, vt homicidarum bona publicarentur, iuxta d. l. 1. ff. de bon. damnat. Ius antiquum, ac conſequenter Conſtitutiones prædictæ recipiunt ex legis indulgentia eamdem paſſiuam interpretationem, vt nihil Fiſco ex paternis bonis in præiudicium trium, aut plurium aliorum filiorũ queratur, vt in his terminis firmatur per Thob. Non. conſ. 95. num. 12. & ſeq. dicentem ante fin. d. num. 12. huic ſuæ opinioni ſe ſubſcripſiſſe Galleſiũ M. Antonium Burgheſium, & omnes fere Romanos Aduocatos, prout etiã per Farin. d. quæſt. 24. num. 170. & ſeq. vbi de communi.

ARGVMENTVM.

Quantitas, quam pater Fiſco ſoluit vigore Conſtitutionum Apoſtolicarũ pro delicto filij, an imputanda ſit nepoti in legitimam.

SVMMARIVM.

1 *In Legitimam non imputatur quantitas, quam pater Fiſco ſponte, et ex pietate pro filio ſoluit, ſecus ſi coacte.*
2 *Legitima præſeruata auo ob nepotis exiſtentiam in caſu delicti à filio commiſſi, nõ applicatur nepoti, neque illi viuente auo debetur.*
3 *Statutum mandans, omnia bona alicuius publicari, intelligitur, niſi ex eo filii extent.*
4 *Pater, et auus non ſolum tenentur filium, et nepotem alere, ſed eorũ bona hæreditaria tranſeũt in quemcumque cum eodem onere alendi.*

CONSILIVM XXXXVIII.

Difficultas in hac quæſtione verſatur ex coacta ſolutione legitime facta per patrẽ Fiſco ratione legitimæ filij delinquentis ex debito legitimæ in hoc

hoc casu vigore specialium Constitutionum, nam
1 in voluntaria solutione, in qua loquuntur decisiones in Romana legitimæ 27. Iunij 1614. & 15. Ianuarij 1616. coram b.m. Card. Verospio, non est dubitatio, & de spõtanea ad coactam solutionem non est inferendum ex rationis diuersitate.

Quod autem diuersitas huius rationis sit omninò considerabilis, clarissimè patet ex decisis in eadẽ Romana legitimæ 18. Martij 1616. coram eodem Card. Verospio, in fine; in quæstione enim, an essent in legitimam computanda scuta quindecim millia, quæ pro compositione cum Fisco Cardinalis pro Roberto erogauerat, ideò resoluit pro negatiua, quod pater pro filio sponte, & ex pietate soluerat, contrarium admittens in solutione coacta, ex Surd. decis. 167. num. 10. in fin. & nu. 11. & seq. Gabr. cons. 109. num. 10. lib. 1. Peregrin. de fideic. art. 36. num. 137. Crass. de success. §. legitima. quæst. 30. num. 1.

Nec obstat, quod ob fauorem personæ nepotis liberetur auus à solutione legitimæ filij delinquentis, quia huiusmodi liberationem parit quidem existentia personæ nepotis, sed non ipsius nepotis fauor; adeoquod liberatio proueniat ob fauorem ipsius aui habentis filium, & nepotem, & in hoc casu mixto non intelligatur loqui Constitutio loquens in casu simplici filij delinquentis, & quod
2 hoc sit verum patet ex quæstione decisa per Rot. de qua Farin. cons. 52. per tot. lib. 1. & decisione illi subsequente; firmat enim non propterea legitimam præseruatam auo ob nepotis existentiam in casu delicti à filio commissi applicari ipsi nepoti, neque illi viuente auo deberi, adeoquod fauore aui in hoc introductum quoque est, quod
3 Statutum mandans, omnia bona alicuius publicari, intelligatur, nisi ex eo filij extent, vt per Caball. resol. crim. cas. 250. n. 24.

Minus obstat quod magis subueniendum sit nepoti, cum amissa legitima ex coacta solutione prædicta, nihil sibi sit remansurum, sed è conuerso aliquid remaneat auo, non obstante solutione duplicis legitimæ, quoniam non videtur hæc mise-
4 ratio considerabilis, postquam auus non solum viuens tenetur nepotem alere ex Iudicis officio, sed etiam ipsius aui bona hæreditaria transeunt in quemcumque cum eodem alendi onere, Dec. cons. 376. num. 3. & seq. Becc. cons. 8. num. 7. & seq. lib. 1. Lup. in c. per vestras, §. 23. num. 6. & seq. de donat. inter vir. & vxor. Rot. in Bononien. alimentorum 23. Maij 1594. coram Penia.

ARGVMENTVM.

Pro delicto filij an, & quando confiscari possit legitima in bonis patris.

SVMMARIVM.

1 *Patri non denegatur audientia, ne molestias super legitimæ confiscatione patiatur, quando procediur contra filium delinquentem.*
2 *Patre delinquente, non confiscatur eius patrimonium, ob numerum trium, aut plurium filiorũ.*
3 *Filio delinquente in vita patris, legitima ex Constitutionibus, aut Statutis non confiscatur in præiudicium aliorum filiorum.*
4 *Fœminæ non minus quam masculi computantur in numero filiorum ad impediendam confiscationem.*
5 *Statutum Perusiæ confirmatum, et in viridi obseruantia, disponit, quod legitima filiorum viuente patre confiscari non possit, nisi in casu homicidij.*

CONSILIVM XXXXIX.

Non est locus confiscationi legitimæ in hoc casu in bonis D. Angeli. Primò, quia antequam condemnentur Troianus, & Io: Baptista eius filij, vigore bannimentorum generalium in pœnam vitæ, & confiscationis ob prætensum sacrilegium, ex prætextu vulnerum in Ecclesia illatorum, non
1 videtur patri deneganda audientia ratione proprij interesse, ne molestias super prætensa legitimæ confiscatione patiatur, & præcipuè cum legitimas exceptiones proponat, iuxtà terminos, qui etiam in praxi admittuntur, vt per Farinac. quæst. 99. num. 154. cum nu. 238. & seq. vers. si verò idem defensor.

Secundo, quia habet D. Angelus pater prædictorum
2 alios tres liberos; ex eadem enim ratione, qua delinquente patre in nulla parte confiscatur eius patrimonium ob numerum liberorum, iuxta tex. in l. cum ratio, §. si plures, vbi glo. ff. de bon. damnat. eadem quoque delinquente filio, viuente pa-
3 tre, legitima alioquin ex Statutis, aut Constitutionibus confiscabilis minimè confiscari potest in aliorum liberorum præiudicium, Thob. Non. cons. 95. num. 12. & seqq. plenè Farin. quæst. 24. num. 39. & 170. & seq. vbi de communi, Eugen. cons. 82. nu. 51. & seqq. Thesaur. decis. 104. num. 8. & decis. 198. num. 7. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. nu. 29. Grat. discept. 135. n. 12. & seqq.

Neque enim in hoc casu dubitari potest, quin etiam
4 patri filiæ fœminæ suffragentur, siquidem loquitur textus in d. l. cum ratio, §. si plures, non de filijs, sed de liberis, quorum appellatione certum est venire tam mares, quàm fœminas, l. 2. §. Pretor, ff. qui satisdar cogant, l. sed si hac, §. si liberos, vbi Castrens. num. 1. & Alex. nu. 1. & 4. ff. de in Ius voc. idem Alex. cons. 80. num. 14. lib. 1. Rebuff. in l. liberorum 220. col. 7. vers. ampliemus sub nomine liberorum, ff. de verb. signif. fol. mihi 967. & licet subiungat text. in eodem §. si plures, rationem, quod filiorum numerus fuit, vt considerabilis potius sit Imperij ampliatio hominum adiectione, quàm pecuniarum copia, tamen ex hoc ipso potius constat, fœminas quoque ad hoc suffragari, cũ hominis appellatione tam fœminam, quàm masculum contineri, non dubitari, dicat in verbis textus in l. hominis appellatione 152. ff. de verb. signific.

Tertio, quia in Ciuitate Perusiæ extat Statutum in
5 viridi obseruantia, in quo lib. 3. sub rubr. 72. in addit. disponitur expressè, quod legitima filiorum viuente patre confiscari non possit, nisi in casu homicidij, Statutum autem cum fuerit confirmatum auctoritate Apostolica, & demum etiam à Gregorio XIII. dubitandum non est, quin sit seruandum, prout hactenus obseruatum fuit, vt in puncto per Eugen. cons. 45. & seq. ac propterea illud quoque Sacra Consulta in pluribus Causis seruari iussit, & signanter de anno 1623. in alia Causa Perusina Constantij Saraceni.

ARGVMENTVM.

Debitor passus confiscationẽ, & propterea liberatus ab ære alieno, an reincidat in obligationes, quando gratiá impetrauit à Principe.

SVMMARIVM.

1 *Debitor per confiscationem liberatur ab ære alieno, ita quod creditor compellitur actiones suas dirigere contra Fiscum.*
2 *Debitor ab ære alieno liberatus per confiscationem, non reincidit in obligationes, etiam si obtineat à Principe restitutionem, nisi bona recuperet.*
3 *Debitor passus confiscationem, & deinde in gratiam Principis reintegratus cum exceptione quoad Fisco incorporata, vexari nequit à creditoribus.*
4 *Probatio æquiuoca non releuat.*
5 *Reo sufficit negare, ad excludendam intentionẽ agentis.*
6 *Reo sufficit offuscare, & dubiam reddere probationem agentis, ad obtinendam absolutionem.*
7 *Debitor passus confiscationem non tenetur creditoribus, etiam si postea ad meliorem fortunam peruenerit.*

CONSILIVM L.

QVamuis ex facto debitoris regulariter creditoris iura deteriora effici non possint, tamen vbi Fiscus debitori succedit ex causa delicti,
1 speciale est, quod debitor à creditoribus suis liberatur, & creditores compelluntur actiones sua. aduersus Fiscum debitoris successorem dirigere, text. est in l. 3. C. de sent. pass. Ang. in l. 1. C. eod. tit. Grammat. decis. 85. in fine, Farinac. quæst. 25. num. 177. & seq. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 59 nu. 10. vbi quod nec etiam debitor hoc casu tenetur naturaliter.

Et procedit conclusio, etiam quod debitor passus
2 confiscationem gratiatus & restitutus sit à Principe, quia nisi etiam mediante restitutione bona confiscata recuperauerit, non reincidit in priores obligationes, cum per restitutionem efficiatur nouus homo, textus est in l. seruus, 29. ff. de act. & oblig. l. 2. C. ad leg. Iul. de vi public. Cassan. in consuet. Burgund. rubr. 2. §. 2. num. 34. Baiard. ad Clar. quæst. 78. num. 157. Rot. decis. 575. numer. 1. ad fin. vers. & prædicta procedunt, par. 1. rec. Peregr. de iur. Fisc. lib. 5. tit. 1. n. 54. & seqq.

Ideoque siue gratiatus quis fuerit per solam indulgentiam, iuxta l. 2. C. de sent. pass. Odd. de restitut. quæst. 94. art. 5. siue etiam ex restitutione, vbi illa
3 habet exceptionem quoad Fisco incorporata, eadem ratione à prioribus creditoribus vexari nullatenus potest, d. l. 3. C. de sent. pass. Odd. de restit. quæst. 95. art. 1. num. 3. & quæst. 99. art. 5. numer. 35. Seraph. decis. 365. num. 5. vers. neque obstat, & decis. 993. num. 2. & 13. in fine.

Nec obstat, quod Fisco nõ fuerit incorporatum creditum scutorum mille, quod hæc Pars habebat cum D. Cardinale, sed illud idem hęc Pars exegerit post passam confiscationem præfatam, quoniã nullibi exaduerso iustificatur, quòd exactio processerit occasione crediti prouenientis ex tempore ante confiscationem, veluti exaduerso suppo-
4 nitur; cum autem, certum sit, probationem æquiuocam respectu temporis illi non suffragari, qui in eo se fundat, prout se fundat aduersarius, Caputaq. decis. 278. num. 4. & seq. par. 3. Rot. dec. 506. numer. 1. vers. neque obstant, par. 1. diuers. satis est
5 huic Parti excludere actorem ex eo, quod intentionem suam non fundauerit, licèt ipse Reus ex parte sua nihil probet, cum sibi sufficiat negatio intentionis agentis, Rot. decis. 1. & 3. de re iud. in nou. Seraph. decis. 871. num. 5. Rot. decis. 284. num. 4. in fin. par. 1. & decis. 520. num. 6. p. 2. rec.
6 Quamobrem, cum immò Reo sufficiat offuscare probationem actoris, seu illam dubiam reddere, ad hoc, vt veniat ipse Reus diffinitiuè absoluendus, Aym. cons. 6. num. 127. Natt. cons. 32. in fine, Surd. cons. 151. n. 119. lib. 2.

Sufficiens quoque est Reo releuantia huius funda-
7 menti, ex quo non dubitatur, quin verissima sit conclusio, quod debitor confiscationem passus adeò à creditoribus suis præcedentibus liberatur, vt licèt postea ad meliorem fortunam perueniat, nihilominus à pristinis creditoribus minimè possit conueniri, l. 4. C. de sent. pass. Angel. in l. si debitor, num. 4. C. eod. tit. de sentent. pass. Odd. de restit. quæst. 97. art. 2. num. 13. Farin. d. quæst. 25. nu. 179. Rot. d. decis. 575. num. 1. ad fin. par. 1. rec.

ARGVMENTVM.

An, & quando confiscari possit legitima filij delinquentis in vita patris.

SVMMARIVM.

1 *Confiscationi non est locus in bonis subiectis fideicommisso in casu delicti.*
2 *Fidecommissum in casu delicti comprahendit etiam legitimam filij, præsertim cum expressa alienationis prohibitione.*
3 *Fiscus ex persona filij delinquentis non potest prohibitionem alienationis impugnare quoad legitimam, vbi filius non contradixit.*
4 *In legitimam imputatur id, quod pater soluit coacte pro filio.*
5 *Patre delinquente, non confiscatur eius patrimonium, quando tres, aut plures filij extant, sed eis reseruatur.*
6 *Pater non tenetur ex Constitutionibus soluere legitimam pro filio delinquente, quando extant tres, aut plures filij.*

CONSILIVM LI.

QVamuis ex Constitutione Marchię lib. 4. cap. 18. & Constitutione Sixti Quarti, de qua eod. lib. 4. cap. 19. pater teneatur pro capitali delicto filij vsque ad quantitatem legitimæ, tamen nullo modo tenetur D. Ioannes in hoc casu: Primo, quia bona, in quibus prætenditur detractio legitimæ, non spectant ad ipsum patrem, sed ad alios filios vigore irreuocabilis donationis inter viuos factæ ab ipso patre 14. annis ante prætensum delictum, quandoquidem in eadem donatione portio donata

nata filio, qui deliquerat, etiam ante sequutum
1 delictum ex paterna expressa dispositione ex tūc applicatur alijs non delinquentibus, applicatio autem huiusmodi propterea subsistit, Boss. de public. bonor. num. 30. & 31. vers. sed tibi, Marzar. de fideic. quæst. 47. num. 70. vers. sed idem, Peregrin. de iure Fisci, lib. 5. tit. 1. nu. 103. & seq. Rol. cons. 56. num. 11. & seq. lib. 1. Menoch. cons. 91. num. 6. Gabr. cons. 123. nu. 12. lib. 2. Odd. cons. 53. vbi de communi, Farin. quæst. 25. num. 22. & cons. 13. num. 2. & alijs, & cons. 150. num. 29. & cons. 159. num. 2. Fusar. de substit. quæst. 442. num. 11. Rot. in Romana fructuum dotis 28. Nouembr. 1625. coram Reuerendiss. Coccino.

2 Et comprehendit etiam legitimam ipsi delinquenti in bonis paternis debitam, quia licet vulgatum sit ex legitima onus quodcumque reijci, tamen secus est, vbi pater fideicommittit in casu delicti, præcipuè cum expressa alienationis prohibitione, vt in hoc casu, cum huiusmodi prouisio non sit onus filij, sed commodum, Boss. de bonor. public. num. 41. in fine, vbi quod ita ex magis communi fuit iudicatum, Ruin. cons. 129. num. 6. & seq. lib. 2. Cephal. cons. 682. num. 16. Pancirol. cons. 181. num. 6. vers. potest etiam, siue filius sit minor, siue maior, Dec. cons. 442. num. 28. vers. quia responde-
3 tur, Bero. quæst. 87. num. 5. præsertim vbi non constat, quòd filius prohibitioni contradixerit, nam Fiscus ex persona filij delinquentis contra eius voluntatem, de nullitate dare non potest, Alciat. cons. 67. num. 5. lib. 7. Rol. cons. 98. numer. 29. lib. 2. Bero. d. quæst. 87. numer. 9. Peregr. de iur. Fisc. lib. 5. tit. 1. num. 85. Mastril. decis. 181. per tot. Thob. Non. cons. 97. num. 6. Farin. quæst. 25. num. 44. & seq. & cons. 173. per tot. vbi plenè, lib. 2. Guazzin. de confisc. in. 26. limit. 13. conclus. nu. 9. vers. quæ quarta, Surd. cons. 570. per tot. lib. 4. Gratian. disceptat. for. cap. 983. num. 25. vsque ad fin. vbi præcipuè respondet consil. Rimin. iun. 50. num. 81. lib. 1. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 32. n. 3.

Neque hodie de hac opinione dubitari potest ex alijs, quæ in contrarium allegari possunt, nā hanc partem plenè discussa Causa nuper tanquam magis receptam, firmauit Rot. in d. Romana fructuū dotis 30. Ianuarij 1626. coram Reuerendiss. Decano.

Secundo, non est locus detractioni legitimæ, quia calculato valore bonorum, detractis, vt par est, oneribus, ac aliorum filiorum legitima, nihil constat detrahi posse, imputatis in legitimam delinquentis expensis solutis Commissario, alijsque fa-
4 ctis occasione huius Causæ; siquidem cum solutiones non fuerint spontaneæ, sed ex necessitate, absque dubio filio delinquenti imputantur in legitimam, Bart. in l. Stichus, num. 2. ff. de pecul. leg. Alex. de communi, in l. in quartam, num. 23. ff. ad l. falcid. Crass. de success. §. legitima, quæst. 30. numer. 1.

Tertio quia constat, D. Ioannem grauatum esse alijs
5 filijs vltra numerum trium, qua enim ratione pater damnatus capitaliter, & habens tres, aut plures filios minimè puniri potest in bonorum confiscatione, & Fiscus nihil ex eius bonis capere potest, sed ipsis filijs ex integro reseruantur, ex quo ampliari Imperium hominum adiectione magis, quàm pecuniarum copia oportet, l. cum ratio, §. si plures, & ibi glo. in verb. plures, ff. de bon. damnat. glo. in l. 1. in verb. portionem, vbi Bart. & alij, ff. eo. tit. Boss. de bonor. public. num. 10. Rol. cons. 97. nu. 30. & seq. lib. 2. Non. cons. 95. nu. 12. & cons. 97. n. 8. & seqq. Honded. cons. 110. num. 9. & seqq. lib. 1. Farinac. dicens, nullatenus ab hac opinione recedēdum, postquam fuit expressa Iuris auctoritate, & communi Doctorum calculo recepta, quæst. 24. n. 39. & seq. præcipuè in fin. & num. 170. Pereg. de iur. Fisc. lib. 5. tit. 1. num. 38. Thesaur. decis. 104. num. 7. vbi quod Senatus sæpissimè, re diligentissimè discussa, ita iudicauit.

Eadem quoque ratione pater minimè compellendus est ex dictis Constitutionibus, seu alias pro filio condemnato legitimam aliquam soluere, minusque ab alijs filijs propterea auferri possunt, cū enim per Constitutiones præfatas reditus fiat ad
6 Ius antiquum, quo ante auth. bona damnatorū C. de bon. damnator. disponebatur, quod homicidarum bona publicarentur, iuxta l. 1. ff. de bon. damnat. Ius antiquum, & consequenter prædictæ Cōstitutiones eamdem passiuam interpretationem ex legis indulgentia recipiant, vt nihil Fisco ex paternis bonis in preiudicium trium, aut plurium filiorum acquiratur, ita namque in his terminis comprobat Thob. Non. d. cons. 95. num. 12. & seqq. dicens ante fin. eiusdem num. 12. huic suæ opinioni sese subscripsisse Gallesium, M. Antonium Barghesium, & omnes ferè Romanos Aduocatos, vt etiam per Farin. d. quæst. 24. num. 170. & seqq. vbi etiam de communi.

ARGVMENTVM.

De præuentione inter Iudicem Ecclesiasticum, & Sæcularem in cognitione super homicidio commisso à laico in personam clerici.

Confiscatio bonorum laici ob commissū homicidium in personam clerici, an pertineat ad Fiscum Episcopalem, vel ad Sæcularem.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium commissum à laico in religiosum est mixti fori.*
2 *In Homicidio commisso à laico in clericum processus Iudicis Sæcularis præuenientis facit cessare iurisdictionem Ecclesiastici.*
3 *Inquisitio fieri potest super vulnere cum protestatione, quod facta etiam censeatur super morte, quatenus mors eueniat.*
4 *Citatio secunda ad idem circumducit primam.*
5 *Qualitas aggrauans expressa in citatione operatur præuentionem.*
6 *Præuentio suffragatur quoad causam specialem expressam in citatione præueniente, non autem quoad diuersam.*
7 *Citatio non iuuat respectu causæ non expressæ.*
8 *Citatio ad informandum Curiam non suffragatur ad effectum præuentionis.*
9 *Iurisdictio Ecclesiastica in his, quæ sunt mixti fori videtur dignior.*
10 *Ad præuentionis effectum consideratur potestas grauius, vel leuius puniendi.*

11 *Epi-*

11 *E[illegible] de conſuetudine habent Fiſcum.*
12 *[illegible] quota contra [illegible] tinet ad Epi-[illegible] ſed ad Fiſcum [illegible].*
13 *[illegible] in Cau-[illegible] licet alie non [illegible].*
14 *[illegible] confiſcationem bono-[illegible] tenet Iure communi Authenticorum inſpecto.*
15 *Pro Parricidio non imponitur pœna confiſcatio-nis.*
16 *In Cōfiſcatione obſeruatur Ius Authenticorum, [illegible] Conſtitutionibus, vel Statutis caueatur.*
17 *[illegible], & confiſcationes prouenientes ex edicto [illegible] Principis pertinent ad eius Fiſcum, nō ad Fiſcum inferioris.*
18 *Notario [illegible] ſententias fuiſſe exequutioni demandatas, non creditur.*
19 *Sententiæ non effectuatæ non ſunt conſiderabiles.*
20 *In[illegible] in præiudicium tertij non procedit, niſi conſtito de illius ſcientia, & patientia.*

CONSILIVM LII.

COntra modum exequutionis ſententiæ confiſcanti bona [illegible] ob fratricidium in perſonā fratris Iacobi ordinis minorum de obſeruantia pertinet ad Curiam ſæcularem priuatiue ad Archiepiſcopalem ex triplici capite.

Primo ex capite præuentionis, etenim ſicut non du-
1 bitatur, quin cognitio huius criminis ſit mixti fori [illegible] a laico in Religioſum, l. ſi quis in hoc [illegible], 10. C. de Epiſc. & Cler. c. cum ſit generale, 8. de for. compet. vbi præcipue Abb. num. [illegible] declarat, quæ ſint crimina merè Eccleſiaſtica, quæ merè ſecularia, & quæ mixta, prout inquit [illegible]ard. conſ. 304. num. 3. & ſeqq. lib. 3. Caball. reſol. crimin. caſ. 194. num. 7. ad finem, & n. ſeq. ita nec dubitatur, quin in eo fuerit locus præuentioni ex ſola verbali citatione de mandato
2 Curiæ ſecularis exequuta, ita vt proceſſus præuenientis faciat ſiſtere iuriſdictionem Eccleſiaſtici, vt ſeſe ingerere, & intromittere in ea Cauſam non poſſit, cap. propoſuiſti, 19. de for. compet. l. ſi quis poſteaquam, ff. de iudic. vbi Barboſ. num. 6. & 22. & ſeq. Farin. quæſt. 7. num. 52. & 56. & conſ. 208. num. 23. & ſeq. vbi loquitur de homicidio cum ſacrilegio [illegible] Farin. quæſt. 8. nu. 156. [illegible] 117. num. 7. & ſeqq. Giurb. [illegible] 48. numer. 38. verſ. ſed præuentio, vbi [illegible], & conſ. 19. num. 104. [illegible] ſacrilego commiſſo in perſonam [illegible] Giurb. conſ. 70. nu. 10. & ſeqq.

C[illegible] de præuentione Curiæ ſecularis, in hoc caſu, [illegible] homicidio proceſſum mediante [illegible]
3 12. Decem[illegible] fuit ſuper vulnere cum proteſtatione, quod etiā ſuper mor[illegible] Curia verò Ar[illegible]copalis licet eadem [illegible] die citaſſet, [illegible] citatio reſtricta fuit ſolum ad vulnera, adeo quod ſequuto deinde homicidio proceſſum fuit ad nouam inquiſitionem, & citationem die 14. eiuſdem; ſiquidem duo exinde reſultant, alterum, quod per nouam inquiſitionem, & citationem ſuper vulneribus, & homicidio, inquiſitio, & cita-
4 tio præcedens reſpectu vulnerum tanquam ad idem, fuerunt circumducta, Rot. deciſ. 274. n. 1. & ſeq. par. 1. rec.

Alterum, quod qualitas homicidij aggrauans ex-
5 preſſa in citatione Curiæ ſecularis ſufficientem parit præuentionem reſpectu Curiæ Eccleſiaſticæ, quæ ſuper hac qualitate poſterior fuit in procedendo, vt ex ratione, quam comprobat Farin. d. quæſt. 7. num. 65. quamuis enim dubitet Giurb. d. conſ. 48. num. 39. idemque Farin. d. conſ. 208. nu. 6. lib. 3. quando inquiſitio eſt ſuper vulnere mortali, tamen Farin. loquitur per verbum, forſan, nec ipſe, nec Giurba in ea opinione figunt pedes, ideo que alteri magis eſt adhærendum, & quia communem teſtatur idem Farin. d. quæſt. 7. num. 65. ante
6 finem. & quia verior eſt, cum præuentio ſuffragetur duntaxat quoad illam cauſam ſpecialem expreſſam in citatione præueniente, non autem quoad diuerſam, Bart. in l. ſi pluribus, 33. numer. 1. ante fin. ff. de leg. 1. Afflict. deciſ. 294. numer. 5. Barboſ. in d. l. ſi poſteaquam, 7. num. mihi 8. & 90. 91. &
7 ſeq. ff. de iudic. qua ratione nec citatio reſpectu cauſæ non expreſſæ iuuat, vt num. 65. quamobrem
8 nec ad effectum præuentionis ſuffragatur citatio ad informandam Curiam, vt num. 58. quicquid ſit quando in inquiſitione ſuper vulnere exprimitur illud eſſe læthale, Farin. quæſt. 1. num. 71.

Cœterum vbi etiā citatio Curiæ Eccleſiaſticæ quoad ſequutum deinde homicidium ſuffragari poſſet, non tamen eius confiſcationi locus eſſet, dum negari non poteſt, quin citatio vtriuſque Curiæ proceſſerit ſub eadem die, quandoquidem vbi non conſtat de præuentione, & Iudices ſunt ſub eodē Principe declarandum eſt ab eo, Cauſam ad eum ſpectare, per quem magis Iuſtitiæ locus aperiri vi-
9 detur, cum & ſi Eccleſiaſtica iuriſdictio in his, quæ ſunt mixti fori videatur dignior, Maſtril. deciſ. 210. num. 7. Giurb. d. conſ. 70. num 11. verſ. ſed Eccleſiaſticus; tamen ad effectum, de quo agi-
10 tur conſideratur ſolum poteſtas grauius, & leuius puniendi iuxta criminum qualitatem, Farinac. d. quæſt. 7. num. 63. & in his terminis d. conſ. 208. num. 5. lib. 3.

Secundo non etiam locus eſt confiſcationi Curię Archiepiſcopalis, quia licet Epiſcopi de conſuetu-
11 dine habeant Fiſcum eiuſq. iuribus vtantur, Felin. in c. irrefragabili, §. cœterum nu. 10. de offic. ordin. Rot. deciſ. 7. de teſtam. in antiq. & in Tudertina damnorum datorum 9 Decembris 1602. coram Lancellotto, tamen quicquid ſit in crimi-
12 nibus merè Eccleſiaſticis, & in alijs commiſſis à laicis mixti fori, vbi agitur de confiſcando totam, vel quotam bonorum, pœna confiſcationis applicanda eſt Fiſco ſeculari, licet aliud ſit in pœnis pecuniarijs, Anchar. conſ. 15. num. 4. ante med. verſ. præterea præſuppoſito, Peregr. de iure Fiſci, lib. 1. tit. 2. n. 107. & 108. Baiard. ad Clar. quæſt. 80. num. 1.

Tertio, quia ſententia Curiæ Eccleſiaſticæ eſt nulla non ſolum tanquam lata ſub die feſto ex præcep-
13 to, cum in Cauſis fiſcalibus, licet aliæ feriæ non ſeruentur, tamen ſeruari debeant indictæ in honorem Dei, l. publicis, C. de ferijs, Peregr. de iur. Fiſc.

Fisc. lib. 7. tit. 3. numer. 3.

Sed etiam quia Iure communi inspecto, sententia
14 quatenus confiscat, lata est contra formam sacrarum Constitutionum, Bald. in c. 1. num. 13. de pac. tenend. Dec. cons. 251. incip. agitur causa, num. 7. Marsil. in l. 1. num. 189. ff. de iurisd. omn. Iud. Cagnol. in l. ea sola, num. 7. post med. ff. de reg. Iur. Roland. cons. 98. num. 4. lib. 2. dicitur namque nullitas ex defectu iurisdictionis, Peregr. de iur. Fisc. lib. 5. tit. 1. num. 7.

Etenim de Iure communi pro parricidio non impo-
15 nitur pœna confiscationis, l. parricidij, 8. ff. ad leg. Pomp. de parricid. Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 14. num. 3. & cap. 15. num. 17. Farin. quæst. 120. nu. 16. & num. 18. vbi quod nec etiam de Iure canonico, & cons. 186. num. 32. de Iure autem authenticorũ nouissimo, ex text. in auth. bona damnator. C. de bon. damnat. correcta sunt iura antiqua in illis casibus, in quibus pœna confiscationis bonorum est imposita in consequentiam alterius pœnæ, prout quando imponitur pœna mortis, vel deportationis, vt etiam in §. fin. auth. vt nulli Iud. quorum
16 iurium dispositionem totus Mundus obseruat, nisi aliter Constitutionibus, vel Statutis caueatur, vt per Honded. cons. 110. num. 11. & seqq. lib. 1. Caball. resol. crim. cas. 99. numer. 19. & seq. & cas. 137. num. 18 vbi quod propterea excipiuntur dũtaxat casus læsæ Maiestatis diuinæ, vel humanæ, in quibus specialiter secundum iura antiqua procedebat confiscatio, & num. 21. Rot. decis. 575. n. 3. & seq. par. 1. recent.

Data verò nullitate sententiæ ex Iuris communis dispositione, cum solum saluari possit ex Constitutionibus, & bannimentis generalibus, Honded. d. cons. 110. num. 11. & seqq. lib. 1. Caball. d. cas. 137. num. 20. hoc solum sufficit pro fundanda intentio-
17 ne Curiæ secularis, cum pœnæ, & confiscationes prouenientes ex Constitutionibus, & edictis editis à supremo Principe spectent ad eius Fiscum, non autem ad Fiscum inferioris, Menoch. consil. 604. nu. 28. & seq. vsque ad fin. lib. 7. Panciroł. cons. 605. num. 14. & per tot. inter cons. eiusdem Menoch. Surd. cons. 152. num. 16. cum alijs in Romana confiscationis 14. Iunij 1624. coram Reuerendiss. Merlino.

Nec quicquam facit, quod Curia Episcopalis sit in possessione, seu quasi similes sententias ferendi cũ effectu confiscationis, quoniam de prætenso effe-
18 ctu non constat, cum Notario attestanti ex processibus desuper formatis, & fabricatis constare prædictas sententias fuisse exequutioni demandatas, non credatur, Rot. decis. 687. n. 1. vers. nisi ex fide Notarij, par. 1. recent.

19 Sententiæ autem non effectuatæ non sunt considerabiles, Aym. cons. 10. num. 5. Gozad. cons. 23. n. 9. Cephal. cons. 96. num. 18. lib. 1. Rot. recent. decis. 683. n. 1. in fin. par. 1.

Sed vbi etiam effectuatio probaretur, non tamen ad-
20 uersus Curiam sæcularem suffragaretur, non docto de illius scientia, & patientia, Rip. in c. cum Ecclesia, num. 64. de caus. poss. & propr. Put. dec. 281. num. 2. & seq. lib. 2. Rot. in Bononien. exemptionis 4. Decembris 1617. coram bo. me. Buratto, & alias sæpius.

ARGVMENTVM.

An vocatus ex fideicommisso in casu delicti excludat Fiscum.

An sub nomine filiorum, & descendentium in fideicommisso compræhendantur filij naturales.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum in contractibus valet.*
2 *Fideicommisso subiecta bona non cadunt sub cõfiscatione ex delicto grauati.*
3 *Fideicommissum cum prohibitione expressa alienationis operatur, vt bona neque etiam in vita grauati delinquentis transeant in Fiscum.*
4 *Fideicommissum in casu delicti valet.*
5 *Filio delinquentis substituto, & succedente in casu delicti, non quæritur patri vsusfructus ratione patriæ potestatis.*
6 *Naturales filij compræhenduntur cessante cõcursu legitimorum, quando vocatio fit per nomina naturalia.*
7 *Qualitas expressa discretiue in vno capitulo non trahitur ad aliud capitulum.*
8 *Naturales in Etruria retinent familiam patris, & nobilitatem, eiusque insignijs, & armis vtuntur.*
9 *Naturales continentur in fideicommissis, & in alijs dispositionibus loquentibus de familia, & agnatione quando ex consuetudine loci retinẽt familiam patris.*

CONSILIVM LIII.

NOn est locus prætensæ confiscationi, quia cum D. Franciscus in contractu donationis irreuocabilis inter viuos fideicõmissum cõstituerit, de
1 cuius validitate dubitari nequit, Caball. resolut. crimin. cas. 286. n. 77. in eo autẽ disposuerit, quod res donatæ subiaceant perpetuo fideicommisso ad fauorem primo loco D. Iannotti donatarij, & deinde eius filiorum, & descendentium in primis masculorum, & in eorum defectu fœminarum cũ ordine successiuo in stirpem, & non in capita, eosdem vulgariter, & per fideicommissum reciprocũ
2 in infinitum substituendo. nulla quoque est dubitatio, quod propterea respectu perpetuæ vtilitatis res, quæ subiacent restitutioni, non cadunt sub confiscatione ex delicto primi donatarij, l. Imperator, vbi Bart. ff. de fideic. libert. auth. res, quæ, C. com. de legat. Alex. cons. 23. lib. 1. Marzar. de fideic. par. 2. quæst. 47. plenè Farin. quæst. 25. num. 22. Mastril. decis. 181. n. 2. par. 2

Sed neque cadũt sub confiscatione respectu fructuũ; & commoditatum durante vita naturali delinquentis ex eo, quia fideicommissum sub conditione mortis cõceptum verificari debeat in morte naturali, non etiam in ciuili, ex text. in l. Statius, §. Cornelio, ff. de iur. Fisc. cum alijs per Farin. d. quæst. 25. num. 34. tum quia idem donator
3 in donatione sub perpetuo fideicommisso prædicto adiecit expressam alienationis prohibitionẽ, quo casu bona fideicommissaria nec etiam in vita grauati

grauati transeunt in Fiscum, sed sequuto delicto pertinent ad successorem, Castren. in l. si ius familias, §. Diui, col. 2. vers. interdum res subiectæ, & ibi Rip. num. 47. & cœteri communiter, ff. de leg. 1. Car. recept. sent. quæst. 78. num. 10. & ex communi Farin. d. quæst. 25. num. 30. & seqq. & cons. 135. nu. 20. lib. 2.

Tum etiã quia adiecit vlterius donator etiam particulare fideicommissum in casu delicti, disponẽs expresse, quod casu, quo idem D. Iannottus, eiusq. filij, & descendentes, vt præfertur, vocati committerent, aut cogitarent aliquod delictum, ex quo bona donata prætenderentur confiscari, tunc etiã per annum ante cogitationem, & patratum delictum priuati essent, bonaque donata transeant in alios vocatos, declarans insuper, hoc non fecisse, nec facere in præiudicium, aut odium Fisci, sed ad hoc, vt bona perpetuò conseruarentur pro vocatis vt supra, & ad effectum, vt à delictorum cogitatione, & commissione abstineant, quandoquidẽ
4 talis dispositio seruanda cum vnusquisque habeat liberam facultatem disponendi de rebus suis cum indictione, & conditione legis sibi benè visæ, neque hæc dicatur fraudolenta, cum non complectatur casum delicti ipsius disponentis, sed alterius, & cum causa, vt bona conseruentur in vocatis, Boss. de publicat. bonor. numer. 30. in fine, vers. vndè videmus, Marzar. de fideic. d. par. 2. quæst. 47. Farin. d. quæst. 25. num. 23. 24. 25. & seqq. & d. cons. 135. num. 20. & 56. lib. 2. Peregr. de iur. Fisc. lib. 5. tit. 1. num. 103. Gabr. cons. 123. num. 19. & cons. 184. n. 3. lib. 1. vbi de magis communi, plenè Odd. consil. 53. num. 9. 10. 11. & seq. & Giurb. cons. 54. num. 22. & seq. cum immò etiam sola Fisci exclusio absque causa sit valida, Boss. d. tit. de publicat. bonor. num. 31. cum alijs per Giurb. eod. cons. 54. num. 24. adeo
5 quod vbi bona ex hoc capite transeunt ad substitutum, quamuis ille sit filius delinquentis, non quæritur patri in ijs bonis vsusfructus ratione patriæ potestatis, Peregrin. de iur. Fisci, d. tit. 1. lib. 5. num. 105.

Nec obstat, quod filius, ex cuius persona obijcitur purificatio fideicommissi, sit naturalis, quoniam donans in contractu huius donationis, vt supra dictum est, vocauit filios, & descendentes; hæc au-
6 tem, cum sint nomina naturalia conuenientia etiam filijs naturalibus, appellatione filiorum, & descendentium, penes quos donator bonorum conseruationem ordinauit, veniunt etiam descẽdentes naturales cessante concursu legitimorum, quicquid sit, quando disponens non concepit vocationem per nomina naturalia, sed per ciuilia, Bart. in l. tutelas, num. 4. ff. de capit. dimin. Angel. in l. ex facto, §. si quis rogatus, num. 4. vers. fallit si Statutum, ff. ad trebell. Peregr. cons. 54. num. 1. 2. & seq. lib. 2. & de fideicom. art. 22. num. 80. Fusar. alios plures allegans, de substit. quæst. 314 num. 11. vbi etiam, quod ita sæpius fuit iudicatum, Rot. decis. 388. n. 7. par. 1. rec.

Neque refert, quod donans in ipsa etiam donatione qualificauerit conseruationem in vocatis permanentibus in sæculo, qui sustinebunt nomen fa-
7 miliæ & agnationis, quia præterquam quod hanc qualitatem duntaxat expressit in capitulo particulari, in quo voluit excludere ingredientes in aliquã Religionẽ, quamobrem hæc qualificatio non est trahenda ad alia capitula, & casus, in quibus non sine misterio specificationem huius qualitatis omisit, Rot. d. decis. 388. n. 12.

Adhuc obiectum in casu, de quo agitur, non releuat,
8 cum de consuetudine naturales in Etruria, & præcipuè Florentiæ retineant familiam, & nobilitatẽ patris, eiusque armis, & insignijs vtantur, Bart. in tract. de insign. & armis, numer. 13. Angel. in d. l. ex facto, §. si quis rogatus, ff. ad trebell. & cons. 30. nu. 6. vers. nisi communis vsus, Gemin. in c. Statutum, il 2. num. 5. ante med. vers. & hoc est verum, de heret. in 6.

Vbi autem viget hæc consuetudo, nulla est dubitatio, quin naturales admittantur non solùm ad fideicommissum, vt pluribus ex communi comprobat Fusar. de substit. quæst. 361. numer. 16. & quæst. 360. num. 7. vers. venirent tamen, sed etiam in alijs dispositionibus de familia, & agnatione veluti in retractu agnatis competente, Guttier. pract. cap. 155. num. 2. & per tot. lib. 2.

ARGVMENTVM.

An, & quando Iudex, cui fit remissio, teneatur stare processui Iudicis remittẽtis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex Ecclesiasticus non tenetur stare processui Iudicis laici.*

2 *Iudex, cui fit remissio ex vrbanitate, vt quia delictum sit mixti fori, tenetur stare processui remittentis.*

3 *Iudex, cui fit remissio ad instructionem, tenetur stare processui remittentis.*

4 *Iudex, cui fit remissio ex necessitate, non tenetur stare actis remittentis.*

5 *Iudex sæcularis, ad quem fit remissio ab Ecclesiastico in delictis mere Ecclesiasticis, non potest de viribus sententiæ cognoscere.*

6 *Delinquens ante clericatum a suo Iudice non punitus, debet a solo Iudice Ecclesiastico puniri.*

7 *Clericatus assumptus etiam in fraudem operatur, vt delinquens puniri non possit à Iudice laico in persona, quicquid sit in bonis.*

8 *Occidens vnum, volens occidere alium, non punitur pœna ordinaria.*

9 *Mandans occidi vnum non tenetur de occiso, si mandatarius occidat alium.*

10 *Iudex, cui fit remissio, non exequitur, quando remittens iudicauit secundum Statuta, non autem secundum Ius commune.*

CONSILIVM LIV.

Non videtur in hac Causa agẽdum de exequutione sententiæ, ex qua D. Frater Franciscus Antonius Eques professus Religionis Hierosolymitanæ dicitur condemnatus, & pro iudicatus in magna Curia Vicariæ ex prætenso homicidio sequuto in personam Ioannis Baptistæ, & Cæsaris eius rhedarij, quoniam pro regula traditur per Iu-
1 dicem Ecclesiasticum non debere stari processui Iudicum sæcularium, Grammat. cons. 42. ante n. 1. vers. verum quia, vbi quod Curia Ecclesiastica nũquam consueuit fidem adhibere processui fabricato in Curia sæculari, Dec. in c. at si clerici, 4. nu.

16. &

16 & ibi Felin.num.4.post princ.vers. tu tamen tene,de Iudic. Raim.cons.7.nu.6.post princ. vers. nec ille processus, & num.seq.vbi de communi lib. 5. Guid Pap.decis.419.num.1.& decis.202.nu.6.Clar. quæst.96.num.49.& ibidem Baiard.n.53. vbi quod opus est nouo processu, itaquod neque ex illo formato in Curia sæculari potest formari inquisitio, Decian. tract. crim.lib.4.cap.11.n. 5. Farin. quæst. 7.num.43.& cons.76.num.1.lib.1. Guazzin. defens. 1.cap.5.num.1.

Et licet huius conclusionis ratio ea secundū aliquos sit,quia processus Curiæ sæcularis emanauerit à Iudice incompetēte, hæc autem non videatur applicabilis huic casui, quo processus fabricatus, & sententia lata fuit tempore, quo D.Franciscus Antonius non adhuc erat in Religionem prædictam ingressus, tamen non propterea à regula videtur recedendum, quia locus est alteri rationi, quod
2 vbicumque remissio laici non fit ex vrbanitate, veluti in delictis mixti fori, in quibus vterque Iudex procedere potest, quo casu loquitur Farin. d.quæst.7. num. 43. ad fin.vers. sublimita secundo,
3 neque fit ad initi actionem, quo casu tenetur is, cui remittitur stare actis remittētis,Bald. in auth. Clericus quoque,num.11.vers.aut remissio fit ad instructionem,C.de Episc.& Cler. Chartar.de exequut.sent. cap.fin.nu.4.Farin.d.quæst.7.nu.43.post princ.vers.item facit.
4 Sed ex necessitate fit remissio Clerici,aut personæ Religiosæ,tunc non statur processui remittentis, sed nouus est fabricandus,Bart.in l.Diuus Adrianus,6.num.3.ff.de custod.& exhib. Reorum, per tex.in §.si quis contra aliquem Clericum, vers. si verò crimen,auth.de Sanctiss.Episc.quemadmodū enim sæcularis Iudex non tenetur stare processui Iudicis Ecclesiastici,ita è conuerso nec conuenit, Ecclesiasticum iudicia fori sæcularis sequi, Felin. in d.c.at si Clerici,numer.4. post princ.vers.&,ideo dicas,quod sæcularis,de iudic. Ambrosin. de immun.Eccles.cap.11.num.3.vers.& si Iudex sæcularis,Decian.tract.crim.lib.4.cap.38.n.5.Guazzin.d. defens.1.n.2.& seq.

Et conclusio recepta est ex communi etiam perpen-
5 sis rationibus,quæ dantur in remissione,quæ fit à Iudice Ecclesiastico ad sæcularem,vel è contra ab Ecclesiastico ad sæcularem, quia exceptis criminibus mere Ecclesiasticis, in alijs sicut sæcularis non consueuit esse merus exequutor Iudicis Ecclesiastici,ita Ecclesiasticus nō debet esse exequutor,sed Iudex inter suos subditos cum plena causæ cognitione,quandoquidem ratio, quæ militat in criminibus Ecclesiasticis, quod iudex sæcularis,ad quem fit remissio per Ecclesiasticum, non possit de viribus sententiæ cognoscere, quia remissio fiat à superiore inferiori ob defectum potestatis capitaliter puniendi, non militat in alijs, Clar.quæst.96.numer.7.Chartar,de exeq.sent.cap. fin.num.6.& 7.Decian.tract.crim.d.cap.38. num.5. lib.4.Guazzin.d.defens.1.cap.5.num.4.& hinc est,
6 quod ille,qui commisit delicta ante clericatum, de quibus à tunc suo Iudice non fuit punitus,à solo Iudice Ecclesiastico est puniendus,Caball.resolut.crim.59.per tot.

Constat autem in casu,de quo agitur, remissionem sequutam fuisse ex necessitate, non obstante prætextu,quòd Religio post delictum, & fortius post sententiam præsumatur assumpta in fraudem causa euitandi exequutionem iudicij sæcularis,quia
7 receptissima est in hoc distinctio, quod quicquid sit respectu bonorum, nihilominus respectu personæ etiam ex tali assumptione persona Clerici, aut Religiosi eximitur a potestate sæculari,vt post alios per Farin.quæst.8.num. 107. & Caball. resol. crim. 108.nu.4.& seqq. Chartar.de exec.sent. cap. fin.num.308.vers.non tamen pœna corporali.

Cæterum absque difficultate constat, non esse locū exequutioni huius sententiæ in hoc casu, quia cum ex eodem processu à Iudicibus laici formato liqueat, equitem voluisse vnum occidere, &
8 alios præter intentionem occidisse, & consequēter respectu occisorum cessare dolum, sine quo homicidium in aliorum personam non est punibile pœna ordinaria, Gram.cons.5.nu.7.ad fin.vers. tamen verius, & seq.Ludovic.cons. 181. num. 29. ante vers.& certe,vers. sed & Grammaticus,Farin. quæst.225.num.139.& 152. & cons.1. n.120. lib.1.
9 qua ratione, mandans occidi vnum, si mandatarius alium occidat, non tenetur de occiso pœna capitali, Decian.tract.crim.lib.9.cap.36.nu.9. Farin.quæst.135.num.159.proinde sequitur, pœnæ prædictæ capitalis, de qua in sententia, non potuisse locum esse, nisi ex particularibus Constitutionibus illius Regni, vbi autem primus Iudex iudicauit secundum Statuta, & non secundum Ius commune, tunc Iudex, ad quem fit remissio,non exequitur, Marsil.sing.138.Decian. tract. crim.d. lib.4.cap. 38.nu.7. vers.vel nisi primus Iudex,vers. tene tamen menti.

ARGVMENTVM.

De adulterio, & suppositione partus an possit extraneus accusare.
De exclusione simulationis apochæ, subornationis testium, & negationis propriæ manus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non potest aliquem inter Reos ponere, nec interrogare, nisi præcedentibus legitimis indicijs.*
2 *Absolutus à delicto non potest amplius molestari.*
3 *De Adulterio accusare non potest extraneus.*
4 *De Adulterio marito, aut consanguineis non querelantibus Iudex non debet inquirere ex officio.*
5 *Turpitudinē propriam allegans non auditur.*
6 *De Adulterio non potest accusare is, contra quē viget præsumptio calumniæ.*
7 *Testis depositio scindi nō potest.*
8 *Actus gesti per iocum non inferunt delictum, nec obligationem.*
9 *Suppositio partus non datur sine causa.*
10 *De suppositione partus non possunt accusare nisi parentes, & illi, de quorum interesse agitur.*
11 *Filius præsumitur mariti, non autem adulteri.*
12 *Simulatio apochæ tollitur ex re iudicata super eius exequutione.*
13 *Simulatio apochæ cessat ex approbatione, & ratificatione Partis aduersæ.*

14 *Simulatio punibilis non datur sine fraude.*
15 *Testes deponentes inuerisimilia, & implicantia contradictionem, non probant.*
16 *Testes plures, & habentes concomitantiam ex Iuris præsumptione magis probant, quam contrarij.*
17 *Subornatio testium eget particulari probatione.*
18 *Litteræ amatoriæ non recognitæ non probant.*
19 *Qualitas inditij nõ datur deficiente subiecto delicti.*

CONSILIVM LV.

VErius, & sanctius est tam ex Iuristis, quàm
1 Theologis, Iudices non posse aliquem inter
Reos ponere, & interrogare, nisi præcedant legitima inditia, ita namque ex Diuo Thoma, Soto, Sarmiento, Nauarro, Marsilio, Chartario, & alijs firmat Farin. quæst. 81. num. 14 & 15. per tot. & cons. 184. num. 58. & in prætenso crimine falsi, cons. 110. per tot. atque ita in eo casu fuit iudicatum.

In hoc autem casu in nullo ex criminibus in querela D. Piscinæ deductis datur prorsus inditium, aut aliud sufficiens prætensæ interrogationi, & positioni D. Angelæ inter Reos, quoniam respectu adulterij cum eodem querelante commissi D.
2 Angela molestari nequit; tum quia alias in hoc ipso Tribunali fuit absoluta, c. de his, de accus. l. qui de crimine, C. de accus. Angel. de malef. in verbo, & ad querelam, numer. 90. Bertazzol. consil. 129. numer. 1. lib. 1. & consil. 396. nu. 1. & seqq. lib. 2.

Tum etiam quia aduersarius reijciendus est ab hac querela, ex quo licet ex magis recepta, crimen
3 adulterij sit publicum, tamen ex veriori, & magis communi, ac in praxi quoque seruata extranei in propositione huius querelæ non solum minime sunt admittendi ex ratione textus in l. quamuis, la 2. in princ. in verb. solummodo, & in §. extraneos, C. ad leg. Iul. de adult. disponentis expresse, extraneos procul arceri ab accusatione, ne illis liceat aliena connubia fœdare, Fulgos. cons. 135. post nu. 2. Gomez. ad leg. Tauri, 80. num. 49. ante med. vers. hodie tamẽ de Iure nouo Codicis, Clar. §. adulterium, num. 4. Farin. quest. 140. nu. 36. Caball. resol. crim. cas. 114. num. 6. vers. tamen, & num. seqq.

Sed & Iudex marito, aut coniunctis non querelanti-
4 bus debet ab inquisitione ex officio abstinere ex eadem ratione, ne aliena matrimonia fœdentur, Fulgos. d. cons. 135. col. 1. & seq. Vulpell. cons. crim. 94. num. 6. & in 2. dub. Caball. d. resol. 114. num. 12. & seqq. vbi num. 14. vers. & Iudex, quod nec Iudex ex officio procedit, qualitercumque adulterium ad eius aures deueniat.

Videtur autem indubitatum hoc casu, quo querela est de adulterio cum eodem querelante commisso post litem ciuilem super exequutione apochæ, in qua debitor est querelãs d. D. Angelæ que-
5 relatæ; nam hæc est allegatio propriæ turpitudinis, quo casu querelans non auditur, l. cum profitearis, C. de reuoc. donat. l. transactione, C de transact. Mohed. decis. 2. num. 3. de simon. & præsertim cum querela tendat ad impediendum exequutio-
6 nem prædictam, quo casu intrat præsumptio calumniæ exclusiua facultatis in hoc crimine querelandi, Gomez ad d. l. Tauri, 80. n. 49. post princip. vers. sine metu calumniæ.

Respectu vero prætensæ suppositionis partus, tum quia idem testis, ex quo prætenditur dicta suppositio probari, deponit, suppositionem confictam fuisse per iocum, vt risus concitaretur, quodque propterea fuit idem aduersarius de hac causa cer-
7 tificatus, ac partus proiectus, siquidem sicut dictũ testis scindi non potest, Specul. de testib. §. 1. nu. 69. Archid. in c. si quid veri, nu. 2. vers. nota tamen, 37. distin. Zabarell. in clem. 1. n. 14. de testib. per tex. in c. præsentium, eod. tit. Rot. in Spoletana bonorum,
8 18. Maij 1590. coram Penia, ita gesta per iocum nõ inferunt delictum, nec obligationem, l. 3. ad fin. vers. nec enim si per iocum, ff. de act. & oblig.
9 Tum etiam quia deficit non solum causa suppositionis partus, sine qua non datur hoc crimen, Boss. de partu supposito, n. 16. Mascard. de probat. concl. 1147. n. 28. Farin. quæst. 150. n. 266. sed defi-
10 cit interesse querelãtis in hac accusatione, in qua pariter siue crimen sit priuatum, siue publicum non admittuntur nisi parentes, aut illi, de quorũ interesse agitur, Farin. d. quest. 150. n. 263. siquidem
11 causa, & interesse deficit, dum D. Angela erat coniugata, ac propterea partus præsumebatur mariti, itaquod ex hac præsumptione querelans ab omni periculo proueniente ex hac suppositione erat exemptus, l. miles, 11. §. defũcto, ff. ad l. Iul. de adul. l. filium, ff. de his qui sunt sui, vel alien. Iur. l. Titia, ff. de carbon. edicto, l. quia semper, ff. de in ius voc. l. si vicinis, C. de nupt. Couar. in epit. de sponsal. par. 2. c. 8. §. 3. n. 8. Card. Mantic. de coniect. lib. 2. tit. 14. n. 8. Sarnen. in reg. de annal. quæst. 58. Menoch. de arbitr. cas. 89. n. 19. & seq. Achil. decis. 1. qui filij sint legitimi.

Quoad simulationem vanus est prætextus, non solũ
12 stante re iudicata super exequutione apocharum, Farin. q. 4. n. 1. sed quia idem aduersarius cessato prætenso concubitu, ac post contractum à se
13 matrimonium, declarauit veras easdem apochas, quas nunc prætendit simulatas, Farin. quæst. 162. n. 54. cum n. 56.

Tum quia in toto processu nihil cõstat, ex quo fraus
14 argui possit; cessante autem fraude, non datur simulatio punibilis, idem Farin. d. quæst. 162. n. 59.

De subornatione testium nec etiam aliquid constat in actis; vbi verò subornatio prætendatur ex qualitate depositionum tanquam contradicentium alijs testibus exaduerso examinatis, prætensio est
15 sine fundamento; tum quia testes aduersarij non percutiunt tempus apocharum, & deponunt inuerisimilia, & implicantia sibi contradictionem, Gabr. cons. 159. n. 14. lib. 1. Caputaq. dec. 276. n. 6. p. 3. qua ratione sola Rot. 13. testes contestes reiecit in Perusina laudi 23. Ianuarij 1619. coram bo. me. Cardinale Verospio.

Tum etiam quia testes examinati pro hac Parte sunt
16 numero plures, & habent pro se concomitantiam ex Iuris præsumptione, Card. Mantic. dec. 61. n. 8.

Tum & tertio quia non ideo sequitur præsumptio su-
17 bornationis, quæ tanquam delictum eget particulari probatione, de qua in hoc casu nullo modo liquet, Greg. in fortioribus terminis, dec. 351. n. 24.

Demum negatio manus in litteris amatorijs nec de-
18 lictũ arguit, dum in processu non constat, illas scriptas manu D. Angelæ, Rot. dec. 772. n. 9. p. 2. rec. nec etiã si recognoscerentur aliquid facerent, & quia non percutiunt tempus apocharũ, & quia ex illis
19 non resultat delictum punibile, deficiente autem subiecto delicti nulla datur qualitas inditij, Boss. de delict. num. 26. vers. nam qui vult probare, Bald. cons.

conſ. 465. num. 1. & ſeqq. lib. 4. Grammat. conſ. criminal. 36. num. 8. poſt med. Caball. reſolut. criminal. caſ. 286. num. 3. & ſeq.

ARGVMENTVM.

An officia Romanæ Curiæ, quorum decretum ſit alteri reſeruatum, confiſcari poſsint ex delicto titularis in præiudicium reſeruatarij decreti, vel eius hæredum, & fideicommiſsariorum.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum in caſu delicti commiſſi à grauato excludit confiſcationem.*
2 *Officia Romanæ Curiæ ſunt in dominio emptoris cum reſeruatione decreti, et tranſeunt ad hæredes, licet titulus reſideat in capite alterius.*
3 *Diſpoſitio qualibet recipit paſſiuam interpretationem à Iure communi.*
4 *Pœnam nemo incurrit ex alieno facto.*
5 *Officiorum vacatio per priuationem titularis diſpoſita in decreto alteri reſeruato, intelligenda eſt caſu, quo titularis delinquat in officio.*

CONSILIVM LVI.

NOn eſt locus prætenſæ confiſcationi reſpectu bonorum, ac rerum prouenientium ab hæreditate bo. mem. D. Lucæ, cum in vltimo, quod condidit teſtamento, tam in bonis quibuſcumque, quam iuribus, locis montium, ac officijs tam vacabilibus, quam non vacabilibus, & ita in eius capite, quam aliorum acquiſitis, & acquirendis vniuerſalem hæredem inſtituerit D. Bernardinum ſuum ex fratre nepotem, eidemq. Bernardino quocumque tempore decederet, vulgariter, & per fideicommiſſum eius filios, nepotes, & deſcendentes in perpetuum ſine aliqua diminutione ſubſtituerit, prohibita expreſſe, tam ipſi Bernardino, quam filijs, & deſcendentibus eiuſdem cuiuſcumq. gradus etiam vltra vigeſimum, detractione falcidiæ, trebellianicæ, aut cuiuſcumque alterius portionis, quamuis de Iure, vel conſuetudine, alioquin debitæ, etiam ex cauſa melioramentorum, ac prohibita quoq. omnimoda alienatione, & obligatione in ampliſſima ſignificatione extra familiam effectiuam deſcendentem ab eodem Bernardino, ſub ratione expreſſa, quia eius mens erat, quod dicta eius hæreditas integra, bonaque pariter integra in perpetuum in eadem familia deſcendentiũ conſeruarentur, ac vlterius, quia idem teſtator maxime cupiebat, quod Bernardinus, eiuſque filij, & deſcendentes in perpetuum, & in infinitum abſtinerent à quouis delicto, caſu quo aliquis eorum delinqueret, intelligeretur etiã per octo dies ante delicti cogitationem, & euentum ipſo Iure, & ipſo facto abſque alia declaratione, aut Iudicis ſententia delinquens vniuerſa hæreditate priuatus, prout idem teſtator eumdem priuauit, tam reſpectu proprietatis, quam fructuum, eademque hæreditas vniuerſa vna cum fructibus perueniret abſque vlla diminutione ad alios deſcendentes, vt præfertur vocatos, quemadmodum ſi delinquens naturaliter obijſſet, ac ita vt vocati ex tunc poſſent eiuſdem hæreditatis, & bonorum poſſeſſionẽ propria auctoritate abſque vlla pœna capere, ſubiuncta proteſtatione, quod prædicta non diſpoſuit, & ordinauit in fraudem Fiſci, ſed vt vocati præſeruarent ſe a delictis, & bona in familia prædicta conſeruarentur, ac ne innocentes nocentium, & delinquentium pœ-
1 nas luerent; vnde nulla eſt dubitatio, quin diſpoſitio taliter ordinata excludat quamcumque prætenſam confiſcationem, *Boſſ.* de public. bonor. num. 30. & ſeq. verſ. ſed tibi, Marzar. in epit. fideic. quæſt. 47. num. 70. verſ. ſed idem, Peregr. de iur. Fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 103. & ſeq. Rol. conſ. 56. nu. 11. & ſeq. lib. 1. Menoch. conſ. 91. num. 6. lib. 1. Gabr. conſ. 123. num. 12. lib. 2. Odd. conſ. 53. num. 9. 10. & ſeq. vbi de communi, Farin. quæſt. 25. numer. 22. & conſ. 13. num. 2. & alijs, & conſ. 159. num. 2. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 442. num. 11. Rot. in Romana fructuum dotis 28. Nouembris 1625. coram Reuerendiſſ. D. Coccino Decano.

Neque dubitari poteſt, quin officia, de quibus agi-
2 tur, quãuis titulus reſideat in capite Bernardini, ſpectent tam ratione proprietatis, quam fructuũ, & omnimodæ illorum diſpoſitionis ad eamdem hæreditatem fideicommittentis, ac propterea eidem fideicommiſſo, prohibitionibus, vinculis, ac ſubſtitutionibus ſubiaceant, dum ex eorumdem officiorum acquiſitionibus, & ſupplicationibus deſuper ſignatis in ventre, legitur reſeruatio decreti, huiuſmodi enim decretũ quãuis ſit qualificatũ, durante vita dicti D. Lucæ, tamen quia cauſa reſeruationis decreti prouenit ab officiorum emptione cum pecunijs ipſius reſeruatarij, proinde idem officiorum dominium, eademque omnimoda diſpoſitio tranſit ad hæredes, & fideicommiſſarios ipſius reſeruatarii ſolo, & nudo nomine remanente titulari, vt ſæpiſſimè deciſum fuiſſe in Rot. firmatũ fuit in Romana officii Iannizzeratus, 6. iunij 1622. corã Cardinale Caualerio, citand. deciſ. 603. n. 1. 2. 3. & ſeq. & in eadẽ 10. Iunii 1624. coram Reuerendiſſimo D. Decano, in quibus aliæ deciſiones præcedentes citantur, adeout hęc opinio hodie ſit indubitata.

Dubitatio igitur duntaxat conſiſtit in qualitate exceptionis adiectæ præfato decreto, nempè dummodo officium prædictum per obitum, vel priuationem titularis oratoris vacet, & vacare cenſeatur, ſed in hoc quoque capite magis eſt, quod
3 nec confiſcationi, nec priuationi ſit locus, cum enim eiuſmodi exceptio recipiat interpretationẽ paſſiuam à Iure communi, Bellon. conſ. 53. num. 11. Pedemont. deciſ. 169. numer. 6. ad fin. Caputaq. deciſ. 67. num. 7. par. 2. Rot. deciſ. 475. num. 4. & ſeq. & deciſ. 724. num. 15. & 16. par. 1. diuerſ. & de Iure ob delictum vnius aliena non cadant in confiſca-
4 tionem, quia pœnam nemo incurrit ex alieno facto, Rot. deciſ. 567. numer. 2. par. 1. recen. vtique
5 propterea priuatio exceptuata intelligenda eſt, vbi titularis officij, cuius decretum alteri reſeruatum, delinquat in officio, quia hoc caſu intrat de Iure officii priuatio, Capic. deciſ. 121. num. 17. per text. in l. ſi aliquid, 12. C. de ſuſcept. lib. 12. vbi Ioan. de Platea, & alii, & in l. Iudices, 12. C. de dignit. eodem lib. 12. Farin. quæſt. 19. numer. 43.

& quæst.48.n.18.& conf.48.nu.43. ante med. verf. & qui delinquit in officio, lib. 1.

ARGVMENTVM.

Stante fideicommisso in casu delicti cũ declaratione, quod si delinquens rediuerit in gratiam Principis, restituãtur ei bona cum fructibus perceptis, an legitima, vel fructus pro tempore vitæ confiscari possint.

SVMMARIVM.

1 *Confiscationi non est locus in bonis subiectis fideicommisso in casu delicti.*

2 *Fideicommissum in casu delicti cum prohibitione alienationis comprehendit etiam legitimam filij, ne confiscari possit.*

3 *Fiscus ex persona filij delinquentis nõ potest dare de nullitate prohibitionis alienandi respectu legitimæ.*

4 *Legitima filij comprehenditur in fideicommisso, quando filius hoc onus expresse acceptauit.*

5 *Fructus, & commoditates bonorum subiectorũ fideicommisso in casu mortis pertinent ad Fiscũ durante vita grauati delinquentis.*

6 *Fructus bonorum fideicommissi in casu tã mortis; quam delicti, non pertinent ad Fiscum durante vita delinquentis, sed ad fidecommissarios.*

7 *Fructus bonorum fideicommissi cum expressa prohibitione alienationis non ad Fiscum, sed ad fideicommissarios pertinent durante vita delinquentis.*

8 *Constitutio Sixti V. deferens Fisco fructus bonorum fideicommissi durante vita delinquentis, procedit in casu receptationis bannitorũ, non in alijs.*

9 *Testator, qui hæredem priuauit in casu delicti, valide disponit, quod bona restituantur hæredi, si rediuerit in gratiam Principis.*

10 *Testatoris dispositio vbi concernit solum fauorẽ delinquentis, non impedit confiscationem.*

11 *Ratione id, quod non differt, nec Iuris dispositione differt.*

12 *Testatoris dispositio substinetur, vbi vltra fauorem delinquentis concernit etiam fauorem alterius.*

13 *Fructus ex dispositione testatoris restituendi delinquenti, si rediuerit in gratiam Principis non possunt interim confiscari.*

14 *Confiscationi non est locus in conditionalibus prouenientibus ex vltima voluntate.*

15 *A Principe in restitutione gratiosa disponi potest, quod restituantur delinquenti fructus ab alijs percepti. Idque etiam a Testatore disponi potest, vt num. 16.*

CONSILIVM LVII.

1 NOn est locus confiscationi nec quoad bona, nec quoad fructus, quoniam respectu bonorum est difficultas, cum pater, à quo bona, de quibus agitur, proueniunt in vltimo, quod condidit, testamento, disposuerit, quòd quandocumque aliquis ex eius descendentibus crimen committeret, cuius causa locus esset confiscationi, bona deuoluerentur ad eius filios, quatenus illos haberet, sin autem ad alios fratres non delinquentes, etiam respectu legitimæ, & trebellianicæ, prohibita expresse illarum detractione cum expressa etiã, & amplissima alienationis prohibitione, siquidem
1 huiusmodi dispositio tanquam facta à patre, qui nec deliquit, nec cogitauit delinquere, sed iussit filios, & descendentes suos à criminibus abstinere sub pœna priuationis, potuit in rebus proprijs paternis hanc legem imponere, nec dicitur in fraudem Fisci, Boss. de public. bonor. nu.30. & 31. vers. sed tibi, Peregr. de iur. Fisci, lib.5. tit.1. num.103. & seq. Odd. conf.53. numer.9.10. & seqq. vbi de communi, Farinac. quæst.25. num.22. & conf. 13. num. 2. & alijs, & conf.150. num.29. & conf.159. num. 2. Fusar. de subst. quæst.442. numer.11. Rota in Romana fructuum dotis, 28. Nouembris 1625. coram Reuerendiss. D. Decano.

Et validè quoque comprehendit legitimam ipsi delinquenti in bonis paternis debitam, tum quia licet vulgatum sit, ex legitima onusquodcumque
2 reijci, tamen secus est, vbi pater fideicommittit in casu delicti, cum expressa alienationis prohibitione, etiam respectu legitimæ, cum huiusmodi prouisio in hoc casu non sit onus filij, sed commodũ, Boss. de public. bonor. num.41. in fine, vbi quod itá ex magis communi fuit iudicatum, Ruin. consil. 129. num.6. & seq. lib.2. Cephal. conf.682. num. 16. PanciroI. conf.181. num.6. vers. potest etiam, siue filius sit minor, siue maior, Dec. conf.442. num.28. vers. quia respondetur, Bero. quæst.87. num.5. præsertim vbi non constat, quod filius prohibitioni
3 contradixerit, nam Fiscus ex persona filij delinquentis contra eius voluntatem de nullitate huius prohibitionis dare non potest, Alciat. conf.67. num.5. lib.9. Rol. conf.98. nu.29. lib.2. Bero. d. quæst. 87. num.9. Peregr. de iur. Fisci, lib.5. tit.1. numer.85. Non. conf.97. num.6. Mastrill. decis.181. per tot. Farin. quæst.25. num.44. & 45. & conf.173. per tot. vbi plenè contrarijs omnibus respondet, Guazzin. de confisc. in 26. limit. concl.13. nu.9. vers. quæ quarta, Surd. cõf.570. per tot. lib.4. Gratian. discept.983. a num.25. ad finem, vbi præcipue respondet conf. Rim. iun.56. num.81. lib.1. Merlin. de legitim. lib. 3. tit.1. quæst.32. num.3. Rota in d. Romana fructuũ dotis 30. Ianuarij 1626. coram Reuerendiss. D. Decano.

Tum etiam quia, cum idem pater in eodem testamento ordinasset, quod filij infra certum tempus eius testamentum, omniaque in eo contenta acceptare sub certa pœna deberent, cum expressa suppositione eorum legitimæ prohibitionibus prædictis, & D. Germanicus parendo paterno mãdato in eius exequutionem longè ante prætensũ
4 delictum omnia, & singula in eodem testamento contenta etiam explicitè quoad legitimam, & in omnibus, & per omnia approbauerit, casus hic ex huiusmodi approbatione redditur indubitatus, Rube. conf.33. num.12. & seq. Paris. conf.43. nu.39. & conf.63. num.3. lib.3. Becc. conf.55. num.9. lib. 1. plenè Surd. plurimos alios congerens, & contrarijs omnibus respondens, conf.412. à num.22. vers. ad prædicta, vsque ad num.30. lib.3. Merlin. de legit. lib.3. tit.2. quæst.9. n.10. ante med. vers. ideo dũ filius approbat, & num.35. & 38.

Re-

Respectu autem fructuum,& commoditatum ex huiusmodi bonis prouenientium minus confiscationi locus est,quia licet verum sit, conditionem fideicommissi in casu mortis non verificari, nisi in morte naturali,non autem in ciuili, ac propterea
5 durante vita naturali delinquentis fructus, & commoditates pertineant ad Fiscum,ex l. Statius, §. Cornelio,ff.de iure Fisc.cum alijs per Farin.quæst.
6 25.num.34.tamen secus est,non solùm,quando fideicommissum expresse iniunctum est tam in casu mortis,quàm delicti,Boss.de public. bonor. nu. 31.Giurb.cons.54.num.24.Caball.resol.crimin.cas. 286.num,77.cum alijs supra,Peregr.de iur.Fisc.lib. 5.tit.1.num.99.vers.sed ad hanc.

Sed etiam quando fideicommisso adiecta fuit ex-
7 pressa alienationis prohibitio, Castr.in l. filius familias, §.Diui,col.2. verb.interdum res subiectæ; & ibi Rip.num.47.& cæteri communiter;ff.de leg. 1.Clar.quæst.78.num.10.Farin.ex communi,dicta quæst.25.num.36.& seqq.& cons.135.n.20.Odd.de fideic.quæst.13.art.7.n.164.

Neque aliud prætendi potest ex dispositione Bullæ Sixti Quinti in nouo Bullario,tom.2. fol.493. in §. 8.ad fin.vers.necnon quæcumque fideicommissa, de qua etiam Farin d.quæst.25.num.30. vers.limi-
8 ta tertio; quia Constitutio deferens Fisco fructus bonorum subiectorum fideicommisso durante vita naturali delinquentis,non obstante fideicommisso in casu delicti,& expressa alienationis prohibitione procedit in casu speciali receptationis bannitorum,& aliorum auxiliorum, & fauorum eis præstitorum, nullatenus autẽ in alijs casibus, vt in puncto eiusdẽ Constitutionis Sixti,per Odd. cons.53.num.14. vers.quoad secundum, vbi etiam ponit verba ipsius Bullæ,& numer.16.& seqq. vbi plenè,quem ètiam sequitur Guazzin.de confiscat. limit.17.concl.13.n.16.

Minus obstat,quod testator in casu,quo filius delinquens restitueretur voluerit,vt statim eo ipso, & absque aliqua declaratione Iudicis intelligatur pariter restitutus tam ad bona, quàm fructus, & prouentus illorum medio tempore ab alijs vocatis perceptos, etiam cum facultate reassumendi corporalem possessionem propria auctoritate, & de facto absque alicuius Iudicis licentia,quoniam nec propterea prætendi potest insubsistentia huius dispositionis quoad bona,quia in illis nulla est
9 difficultas,quin sustineatur tanquam collata in tempus,quo delinquens peruenit ad gratiã Principis,Plot.inter cons.crim.diuers.130.num.58. lib. 1.Roland.cons.45.num.32.vers.pariter nõ obstat, lib.4.Odd.de restit.quæst.99.num.44.textus in l.in tempus,62.ff.de hæred.instit.Farin.d.quæst.25. nu. 28.Mastrill.decis.181.num.19. vers.item faciebat, & num.26. & seq.Gratian.dicta disceptat.983.numer.25.

Quoad fructus verò valida quoque est testatoris prohibitio,non obstante conclusione Bart. in l. si quis in tantam,num.12.C.vnde vi, quod vbicum-
10 que dispositio concernit solum fauorem delinquentis,non impedit transitum bonorum in Fiscum,ex quo eum fauorem perdit delinquens delinquendo, vt etiam per Gabr.de malef. conclus. 24.num.10.& Farin.d.quæst.25.num.46. & Guazzin.de confisc.d.limit.17.concl.13.num.30.vers.3. quoniam hæc conclusio nulla ratione applicabilis est huic casui.

Primo,quia non datur ratio diuersitatis inter restitutionem bonorum, & restitutionem fructuum dispositam à testatore,cum vtroque casu subsistẽtia fundetur in tempore, quo delinquens restitutus est in gratiam, non habita ratione,quod hæc restitutio concernat fauorem eiusdem delinquẽ-
11 tis,cui facienda est restitutio; ea enim, quæ non differunt ratione, nec differunt Iuris dispositione,l.fin.C.ad leg.falcid. l.sed & si restituatur, 28. §. ex quibus,ff.de minor.

Secundo,quia non est verum, quod hæc dispositio restitutionis fructuum concernat solum fauorem delinquentis, quia vbi delinquens non restituatur,sed moriatur in eadem condemnatione, fructus in nulla parte sunt restituendi,vbi verò restituatur,interim substituti in casu delicti potiuntur commoditate eorumdem fructuum,adeout fauor substituti non solùm existat in hac commoditate, sed etiam in spe euitandi restitutionis onus; vbi-
12 cumque autem prohibitio continet etiam fauorem alterius,absque dubio sustinetur, Curt. iun. cons.21.num.1.Suarez recept.sent.in verb. alienationis prohibitio,n.149.Farin.ead.quæst.25. n. 47. vers.secus si prohibita.

Tertio,quia non versamur in sola prohibitione alienationis,in qua loquuntur Bart.& alij allegati per Farin.d.quæst.25.num.46.cum alijs supra, sed in expressa etiam vocatione substitutorum in casu delicti,in qua ex præallegatis constat,indubitatam esse opinionem ad substitutorum fauorem, hac
13 autem supposita,durante condemnatione,& banno delinquentis,impossibile est, quod fructus bonorum ad substitutos peruentorum ab illis per Fiscum auferantur,quia hoc esset destruere communissimam opinionem,vbi verò Fiscus prætendat confiscabilem eam spem recuperandi fructus, quam habet bannitus ex futura possibili gratiæ impetratione,nec illa aliquid interim substitutis detrahet ex adductis per Merlin.de legit.lib.3.tit. 1.quæst.32.num.5.7.& seq.nec immò confiscabilis
14 censeri potest,cum pendeat à futura incerta conditione,& hæc conditionalia in Fiscum non transeant,presertim prouenientia ex vltima voluntate,Farin.d.quæst.25.num.138.& 142. Caball.resol. crim.cas.264.n.8.& seq.& n.18.

Quarto,quia qua ratione ex restitutione gratiosa
15 Principis validè restituendi sunt fructus etiam medio tempore ab alijs ex bonis delinquentis percepti,vbi sic Princeps expresse disponit, quia per huiusmodi restitutionem causa acquisitionis reducitur ad non causam,Roland.d.cons.45.num. 25.& 32.lib.4.Odd.de restit.quæst.99.num.130.ea-
16 dem debuit hoc licere testatori.c.1. & c. auctoritate,de concess.præbend. in 6. cum alijs per Euerard.in loco à disposit. vlt.volunt. ad rescriptum, num.1.

ARGVMENTVM.

De irreleuantia plurium inditiorum super prætensa participatione fraudolẽtæ decoctionis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra Reum contumacem non nocet tertio non citato.*

2 *Sen-*

2 *Sententia super statu personæ habente causam infallibilem, & perpetuam, facit ius inter omnes, secus vero si pronuncietur super qualitate patrimonij.*
3 *Sententia etiam super statu personæ lata in contumaciam non facit ius [illegible] omnes.*
4 *Sententia [illegible] potius lata in odium contumaciæ [illegible] ex iustitia causæ.*
5 *Mercatores cessantes [illegible] cõueniuntur, et possunt torqueri, nisi fortunæ vitio decoxerint.*
6 *Auxiliator non punitur corporali pœna, quando non præstitit causam delicto, sed illud sine eius auxilio [illegible] fuisset.*
7 *O[illegible] ex [illegible] palam gesto.*
8 *Furtum non [illegible] sine furandi animo.*
9 *Inditium non oritur ex eo, quod vno, vel altero modo esse potest.*
10 *Testes non præsumuntur [illegible] simulatio cõtractus.*
11 *[illegible] simulationis de vno tempore non concludit de alio tempore.*
12 *Dolus excluditur ex actu concernente vtilitatẽ creditorum.*
13 *Occultationis inditium cessat in eo, qui exhibet ante querelam.*
14 *Testis habens interesse, & affectionem in Causa nihil probat.*
15 *Mercator ante decoctionem exigere potest.*
16 *Creditor exigens post decoctionem debitoris non præualeat alijs creditoribus.*
17 *In Solutione [illegible] creditoribus anterioribus cessat dolus.*
18 *Testis non probat, quando adducti ab eo in contestes negant.*
19 *Furtum considerari non potest in re propria.*

CONSILIVM LVIII.

Licet de dolosa decoctione Ioannis Baptistæ dici possit non esse dubitandum quoad eũ, quia fuerit condemnatus, non tamen prætendi potest, sententiam hanc latam in contumaciam facere
1 ius quoad omnes, quia regula stat in contrariũ, quod sententia contra Reum contumacem lata non nocet tertio non citato, Rot.dec.15. post lib. 2.cons.Farin.num.1.quæ est decisio Seraphin.551. vbi quod talis confessio dicitur ficta, & non vera.

Nec obstat, quod Abbas in cap.penult.25.numer.20. ante fin.de re iud.firmat, sententiam afficientem
2 personam facere ius inter omnes, tum quia conclusio intelligitur, quando status personæ habet causam infallibilem, seu perpetuam annexam de necessitate, veluti quando pronunciatur, aliquem esse Clericum, vel laicum, aut ascriptitium, aut censitum, vt ibi Abbas exemplificat, ac veluti quando quis pronuunciatur hæreticus, vt est in casu allegatæ exaduersi decis.6.num.1.vers.& hæ sententiæ post lib.2.cons. Farin.secus vero si pronuncietur super qualitate patrimonii, quia ista [illegible] non habet infallibilem causam, seu perpetuam annexam de necessitate, vt post Bald. [illegible] Abb. eodem c. penult.n.20 post med. vers. quod autem si pronũcietur, de re iudic.

Tum etiam quia quidquid sit de hoc, certum est,
3 quod conclusio non procedit, etiam quod sententia lata sit super statu personæ, quando lata est in contumaciam, Bald. eod.c.penult.25.nu.6. post med.vers.quando pronunciatio, & vers.& inter præsentes, de re iudic. Tiraquell. de nobilit. c 37. num. 4. & præsertim cum non sit dubiũ, quia
4 sententia lata in contumaciam cẽsenda sit potius lata in odium contumaciæ, quam ex iustitia causæ, idẽ Abb.exaduerso allegatus, in d.c.quãuis penult. alias 25. nu. 21. ad med. vers. & ad id, quod dicitur, de re iudic. etiam quod ex Statutis, & Cõstitutionibus contumax habeatur pro confesso, quia confessio dicitur ficta, non vera, Seraphin. decis.354.num.14. & seq.

Consequenter aduersus DD. Io: Antonium, & Thomam tanquam prætensos participes, & consocios huius asserti sceleris deueniendum minime est ad examẽ rigorosum, ex Straccha de mercat.decoct. par.7.num.2.quia Straccha affirmat quidem, mer-
5 catores cessantes torqueri posse, vt indicent pecunias ipsis datas ad mercandum, quas denegant habere, & dicunt perdidisse, sed si fortunæ vitio decoxerint, ex crimine contra eos agi non posse, vt num.3 de prætensis vero auxiliatoribus nihil, sed contra illos constat ad torturam procedi non
6 posse, tum quia etiam probata auxiliatione, non esset locus pœnæ corporali, ex quo auxiliatio illorum nullam præstitit causam prætensæ decoctioni, Farin.quæst.130.num.42. & seq. sed illa etiam sine illorum auxilio, & participatione erat sequutura, Clar. ex communi quæst.88.num. 1.& seqq. Farin.quæst.129.nu.108.& 111. Caball. de homic. num.122.& seq. Peguer.decis.83. num. 4. ante fin. vers.aut vere ille, Giurb.cons.2.num.25.

Tum etiam quia prætensa inditia non sunt talia, vt ex illis locus sit torturæ.

Primum enim desumptum ex prætensa occultatione libri magistri, ac giornalis anni 1630. nec subsistit in facto, nec releuat in Iure, in facto, quia occultatio horum librorum prætenditur ex asserta occultatione librorum veterum, qui postea dicũtur exhibiti, sed ex processu apparet, libros veteres fuisse cum alijs mobilibus palam ad domum
7 trans Tiberim conductam aductos, & in eadem fuisse repertos absque vlla prorsus occultatione, Caball.resol.199.num.29.Farin.quæst.162. nu.206.
8 & certum est, furtum nunquam committi sine furandi animo, Boss.de furt.numer.7.Marsil.cons.35. num.10.

In Iure autem non releuat, quia liber magister, & diurnus prædicti non fuerunt exhibiti ab inquisitis, sed ab alijs, quapropter argumentum, quod fit exaduerso, quod credendum sit illos, qui deficiant, occultasse, caret fundamento, & quia satis est inquisitis possibilitas, quòd qui exhibuit eos habue-
9 rit à Ioanne Baptista, cum inditium non oriatur ex eo quod vno, vel altero modo esse potest, Bald. cons.259.num.4.vers.neque possint, lib.1. Aymon. cons.6.num.12.Vulpell.cons.97. numer.3. Bursatt. cons.336.num.16.lib.3.Becc.cons.85.num.1. in fin. lib.1.Farin.cons.37.num.20.lib.1. vbi quod inditia non debent esse dubia, & æquiuoca.

Et quia argumentatio non resultat ex l.qui tabulas, 27.ff.de furt.quia probat solum, surripientem, vel occultantem scripturam teneri ad interesse, & non etiam ex l.eum qui emit, 14. ff.de furt. quia probat solum, emptorem ante traditam sibi rem furti actionem non habere, quodque si ipse emptor ante traditionem, & solutum pretium surripit, tenetur furti, minusque ex Gen.de script.priu. lib. 1. quæst 5.num.

5.num.1.quia nihil amplius,quàm quod surripiēs, seu occultans scripturam,ne veritas appareat, falsum committit.

Secundum etiam sumptum ex participatione simulatæ venditionis mercium factæ, vt dicitur paulò ante decoctionem,& contra apocha,& instrumentis confectis cum Altouito manu ipsius D.Thomæ roboratis,& penes ipsum conseruatis, nullius est releuantiæ,quia aut deducitur ex interuentu vēditioni, & nihil est,cum venditioni non interue-
10 nerit Thomas tanquam contrahens,sed tanquam testis,& tertius, qui debuit credere venditionem licitam,non simulatam,Bart.in l.gerit,nu.20. ff.de acquir.hered. Decian.cons.22.num.23. lib.5. Surd. cons.327.num.14.lib.3.& cons.576.num.8.lib.4.eademque ratione tollitur septimum de prætenso mutuo,& precio mercium simulato.

Aut deducitur ex contra apocha, & tunc aut ex ea arguitur scientia præcedentis simulationis,& obie-
11 ctum non releuat, cum ex scientia simulationis de vno tempore,non sit inferendum ad aliud,Rot. decis.751.num.3.par.4.diuers.& post lib.2.cons.Farin.dec.193.num.3.

Aut dolus prætenditur ex corpore scripturæ ipsius
12 contraapochæ,& ex eo non arguitur,sed excluditur prorsus omnis dolus,cum illa esset ad vtilitatem creditorum,vt per Rot. decis. 157. post lib. 2. cons.Farin.n.4.

Aut demum ex retentione huius scripturæ apud se,
13 & pariter cessat,cum sponte fuerit tradita illi, qui exhibuit ante querelam,nedum citationem, Farinac.cons.10.num.52.& cons.55 nu.27.& cons. 130. n.13.Giurb.cons.46.nu.30.

Tertium argumentum ex prætensis folijs albis subscriptis vt prætenditur cum antidata à Ioanne Baptista,& relictis ad effectum exigendi à debitoribus,cum aliquibus exactionibus subsequutis, & alijs attentatis,non est considerabile, quia, quod folia essent alba,minimè probatur, cum solus Zucchinus,qui de hac qualitate dicitur deponere, sit procurator in Causa, & patiatur exceptiones re-
14 latas in facto,& præcipuè ex proprio interesse, quod ita detrahit de fide,vt Iudici, cui alioquin probationes sunt arbitrariæ,in hoc casu nullum detur arbitrium, Bald. in c.cum Nuntius,num. 1. vers.& nota, quod commodum,de testibus,Farin. quæst. 60. num.18.

Qua ratione tollitur etiam quartum inditium sūptum ex asssertis oblationibus per inquisitos factis cum diminutione medietatis debiti in fraudem creditorum, vt deponere dicitur idem Zucchinus, nam stante interesse, quod habet in Causa,& affectione, quam habet, vt Procurator, illi nulla fides adhibenda,l. omnibus,C. de testib. c. veniens extra,eod. tit. Pedemont. decis. 79. num.40. idem Farin.d.quæst.60.num.196.& seqq.

Quoad verò attentatas , & subsequutas exactiones,
15 tum quia aut de hoc tempore nō constat præcessisse decoctionem,cum non esset factum bilanciū, & exactio fuit licita,Rot.post lib.2.cons.Farin. dec. 110.num.4.& num. 2.& seq.

Et præsertim cum non adhuc data esset creditoribus aliqua administratio, nec aliqui electi deputati, Franc.decis.55.num.3. 249.num. 8. ad fin. Stracch. de decoct.par.1.vltimæ par.princ.num.46.& seqq. Rot. in Romana discussionis de Magonibus 10. Martij 1514.coram bo.me.Vbaldo.

Aut si constat præcessisse decoctionem,exactio nul-
16 lum attulit alijs creditoribus præiudicium,Castr. cons.446.num.3.lib.1.Ruin.cons.76.num.11. lib.1. Rot. in Romana pecuniaria de Bartholatijs 24. Octobris 1597. coram Penia, & in Romana pecuniaria 25.Iunij 1601.coram Card.Millino.

Nullaque est difficultas, cum quoad pecunias exa-
17 ctas, & solutas creditoribus anterioribus cesset omnis scrupulus,Rot. d.decis.157. num.4.ante fin. post lib.2.cons.Farin.& extra summam anterioribus solutam non cōstet quicquam nec a fratribus nec a Thoma exactum, quod in proprios vsus fuerit conuersum.

Quamobrem cessante omni lucro, cessat quoque cuiuscumque delicti prætextus, & consequenter desumptus ex sexto inditio, Rot.decis.111. nu.1. par. 2. diuers.

Neque enim vis aliqua fieri potest in depositione Rezzani, quia præterquā quod extractio partitarum ex libris etiam in domo trans Tiberim non concludit, quod earum causa exactio fuerit subsequuta, nullū potest in hoc dicto fieri fundamen-
18 tum, exquo Carolus, & Mazzantes, quos adduxit in contestes examinati negant, vidisse libros post fundaci venditionem, Bald. in c. cum causā il primo, num. 17. de testib. Magon. decis. Lucen. 17.n.8.& seq. Mascard.de probat. concl.1368.n. 1.

Demum sextum inditium, quod resultare prætenditur ex contrectatione mercium non in domo solitæ habitationis Io.Baptistæ, & Io. Antonij,sed in domo Thomæ trans Tiberim,non etiam considerabile censeri potest, quia non applicantur ter-
19 mini contrectationis, dum domus fuit insimul conducta, & bona transportata non fuerunt fundacalia, sed mobilia propria dumtaxat, quæ etiā fuerunt ibidem reperta, ac proinde in hoc actu cessauit omnis dolus,Farin.quæst. 165.num.5.

ARGVMENTVM.

An, & quando fama de homicidio,& aliæ præsumptiones ad probandum corpus delicti sufficiant sub prætextu difficultatis probationis.

SVMMARIVM.

1 *In Homicidio corpus delicti probandum est antequam procedatur ad inquisitionem.*

2 *In Homicidio constare debet de corpore delicti liquide, & per plenas probationes, non autē per solas præsumptiones.*

3 *Corpus delicti vt probari possit per præsumptiones in casibus difficilis probationis, requiritur, quod de probationis difficultate constet in actis.*

4 *Doctores intelligendi sunt iuxta authoritates, quas allegant.*

5 *Corpus delicti quando probatur per præsumptiones stante difficultate probationis, requiruntur præsumptiones Iuris, non autem hominis.*

6 *Homicidium non reputatur inter casus difficilis probationis.*

7 *Fama de homicidio certæ personæ iuncta confessione Rei probat corpus delicti.*

8 *Fama sufficit ad formandam inquisitionem, non autem*

[illegible] *corpore delicti.*

[illegible] *quando non reijcit* [illegible] *de quo agitur.*

CONSILIVM LIX.

IN alterа [illegible], in qua consultatio petitur [illegible] an fama probata non ex decreto Cō[illegible] ex testibus vna cum indicijs ad inquirendum [illegible] de carcere [illegible], & de tortura, [illegible] contra quem est conditum decretum [illegible] de nece Iacobi.

[illegible] videtur negatiua am[illegible] quoniam pro [illegible] regula in omniū [illegible], quod in quæstionibus, in quibus [illegible] homicidio certi hominis, in quo prop[illegible] ex post facto remanent vestigia, corpus de[illegible] debet, antequam Iudex procedat ad [illegible] ex text. in verbis in l. 1. §. occise[illegible] ff. ad Syllan. [illegible] §. si quis vitro, [illegible] §. fin. ff. ad l. Aquil.

[illegible] in huiusmodi casu nec satis iac de delicti [illegible] constare per coniecturas, & præsumptiones, sed liquidè, & per plenas probationes, sic nā[illegible] textus in d. l. 1. §. item illud. ff. ad [illegible] igitur debet, & in l. si quando, C. [illegible] per Farin. quæst. 2. n. 6. vbi etiam [illegible] autem, quod [illegible], & plene dicitur constare de corpore delicti, si de eo, vel per e[illegible] facti, vel per testes deponentes de as[illegible] constat, subiungens in fine eiusdē [illegible] quæst. 4. vers. quando verò, quod [illegible] non dicitur constare de delicto, nisi Iu[illegible] corpus oculis subijciat, & ex [illegible] in princip. num. 3. quod Iu[illegible] certus de homine mortuo, & quod alioquin Iudicibus interdicta sit potestas procedend., & ligatæ sint sibi manus, plenè Marsil. cons. 8. num. 1.

N[illegible], quod conclusio procedat in casibus, in quibus corpus delicti probari potest per probationes liquidas, & concludentes, secus verò in de[illegible], & difficilis probationis, de quorum corpore sufficit constare per coniecturas ex eodē [illegible] in prima limit. num. 12. [illegible]

3 [illegible] prætensæ qualitatis difficultatis probationis minimè suffragari potest, nisi in casu, in quo de hac difficultate constet in actis, cum ex quo Iudicibus non constitó concludenter de corpore delicti sint ligatæ manus ex præallegatis, [illegible] propterea indectiua dictæ limitationis, tanquam fundamentum recipiens ex dicta probationis difficultate, & consequutiuè tribuens iu[illegible] in primis sit probandum, antequam iurisdictio exerceatur, l. 2. §. sed si dubitatur, ff. de [illegible]

Tum [illegible] intelligi nequit, nisi iu-
4 [illegible], in quibus [illegible] Doctores allegat. per Farin. [illegible], eadem quæst. 2. [illegible] Bart. in l. non solum, § [illegible] etiam per Rot. de[illegible] Coccin. Rotæ Decis. [illegible] 67. n. 8.

Quamobrem Doctores allegati per Farin. non vidē[illegible] huic casui applicari, quia Boss. de delict. nu. 20, quatenus in principio inquit, dico, quod debet plenè constare de corpore delicti, vbi constare potest, non applicatur, nisi per Curiam doceatur, quod constare plenè non possit, quatenus verò in vers. & ita pari modo, ex Ias. in l. si quis ex argentarijs, §. Prætor ait, ff. de eden. obijcit, quod aliud sit in delictis difficilis probationis, obiectum euitatur, & quia idem Boss. ibidem respondet, quòd res ita se non habet, quia in criminalibus plene debet constare de corpore delicti in his, quæ sunt facti permanentis, & quia Ias. in d. §. Prætor ait, nu. mihi 24. conclusionem prædictam intelligit in ijs, in quibus à communiter accidentibus probatio solet esse difficilis, inferens, quod hoc solum casu fama facit probationem.

Foller. autem in pract. crim. verbo, capiat informationem, num. mihi 9. vers. fallit tamen, se restringit ad coniecturas validas, & à Iure approbatas, quam
5 obrem & Follerius, & cœteri per Farin. vbi supra allegati intelligendi sunt de præsumptionibus Iuris, non autem hominis, nisi & illæ sint tales, vt a Iure constet, illas esse approbatas, vt etiam per eosdem per Farin. allegatos, Menoch. de præsump. quæst. 58. num. 1. ante fin. lib. 1. vbi Follerium, vbi supra adducit, & numer. seq. lib. 1. Ioseph Ludouic. conclus. 45. post vers. ampliatur sexto, vers. quia in occultis, & Decianum cons. 18. nu. 221. ante med. vbi etiam, quod oportet constare, hominem illum non esse in humanis, lib. 1.

Atque hinc etiam Clarus per Farin. pariter vbi supra allegatas, quæst. 66. num. 2. vers. bene verum est, intelligit qualitatem difficultatis probationis in delictis non dari, nisi quatenus communiter reputentur difficilia probatu.

6 Et præsertim cum neque etiam delictum homicidij inter casus difficilis probationis enumeretur per eumdem Menoch. de arbitr. cas. 116. per tot. & d. præsumpt. 58. lib. 1.

Minusque obstat. quod probatio publicæ famæ ex
7 testibus, quando est de certa persona interempta, sufficiat ad probationem corporis delicti, ex allegatis per Farin. eadem quæst. 2. num. 9. quoniam allegati per Farin. hoc num. 9. loquuntur, sicut & idem Farin. quando cum fama concurrit confessio Rei, vt patet quoad Farin. dum d. num. 9. limitat sextam ampliationem, de qua numer. 8. & in qua agitur de confessione eiusdem Rei, prout etiam in his terminis loquuntur Boss. de delicto, nu. 15. post med. vers. que opinio mihi mirum in modum displicet, ex Bald. in l. cum probatio, ff. de probat. August. ad Ang. de malef. verbo, quod fama publica preced. num. 114. & seq. Foller. in pract. crimin. verb. & si confitebuntur, num. 34. atque ita intelligendus, vers. capiat informationem, num. 5. quatenus se remittit ad d. nu. 34. proximè adductum, Clar. quest. 55. nu. 11. ante finem, vers. benè verum est, quod si confessio, Guazzin. tract. ad defensam in defens. 4. cap. 4. num. 3. vbi etiam num. seq. quod vbi occisus erat persona cognita, debet constare de corpore delicti aliter, quàm per confessionem, & solam famam ad impositionem pœnę ordinariæ, & in fama coniuncta cum confessione loquitur etiam Caball. resol. crim. cas. 255. nu. 15. in princ. vers. tamen quando confessio, & numer. 6. & seqq.

Insuper non etiam reieuat Foller. in pract. crim. in verbo, item quod suffocauit vxorem, numer. 16. & 28. relatas etiam per Farin. d. quest. 2. num. 29. vers. & vna in proposito, quia preter id, quod d. nu. 28. exclu-

excludit releuantiam probationis famæ ex pluribus, eius dictum declarationē recipit a dictis per eum num. 16. vt scilicet probatio famæ suffragetur
8 ad effectum, vt inquisitio procedat, prout ita intelligendus est d. verbo capiat informationem, num. 16. in fine, quatenus ad locum supra proxime adductum se remittit, non autem ad effectum transmittendi inquisitionem, cum ad huiusmodi effectum requirantur inditia grauiora, vt dixi in alia.

Neque enim iuxta veriorem, & magis receptam, & seruatam apud primos, & graues Iudices ex sola fama, licet inquisitio formari possit, procedi potest ad transmittendum inquisitionem, vt firmat, & comprobat ex pluribus idem Farin. quæst. 47. n. 41. & 42.

9 Ideoque nō repugnat Statutum, quod inquisitus contumax debeat condemnari, prout si esset cōfessus delictum, vel de eo conuictus, quia nec cōfessus, nec conuictus quisquam censeri potest, imo etiam nec condemnari, nec inquiri, non constito sufficienter de corpore delicti, vt etiā per Caball. dicta resol. 255. num. 3.

Minus vero releuans censeri potest, quod vltra publicam famam ex testibus, concurrant inditia de carcere priuato, & de tortura, quia non est con-
10 siderabile inditium illud, quod non respicit immediate veritatem homicidij, de quo agitur, sed alia prætensa delicta diuersa, delictum homicidij minime tangentia, Osasc. decis. Pedemont. 79. nu. 15. vers. inditia vero mediata.

ARGVMENTVM.

Ex offensione facta amasiæ an resultet inter offendentem, & amasiam inimicitia capitalis, adeout præsumi possit mandatum ad occidendum.

An resultent sufficientia inditia mandati ex retentione sicariorum in domo, & vagatione per locum, vbi homicidiū fuit commissum.

SVMMARIVM.

1 *Inditia ad torturam siue remota, siue proxima non sunt Iudicantibus arbitraria.*
2 *Ad Torturæ effectum non coniunguntur inditia, nisi in suo genere perfecta.*
3 *Inditia ad torturam leuiora sufficiunt in occultis, & difficilis probationis, sed tamen requirūtur legitima, & proxime tangentia delictum.*
4 *Adminicula in omni materia, in qua deducuntur, debent in suo genere esse perfecta.*
5 *Causa proportionata delinquendi cessante, cessāt inditia, & confessio.*
6 *Testes non repetiti, nec habiti pro rite, & recte examinatis, non probant.*
7 *Testes de auditu, etiam vbi sunt plures, non faciunt inditium ad torturam.*
8 *Inimicitiæ inditium ex riualitate non est applicabile respectu meretricis, quæ proprijs impensis ex integro non retinetur. Et num. 11.*
9 *Inimicitia capitalis non oritur ex impedimento carnaliter cognoscendi meretricem.*
10 *Meretrici non dicitur quis inferre iniuriam, neque vim per carnalem cognitionem.*
12 *Amor quamuis possit esse causa impulsiua delinquendi, tamen non facit inditium ad torturā, non concurrente causa ratiocinatiua.*
13 *Qualitas non datur absque substantia entis.*
14 *Testi conuicto de mendacio nulla est fides adhibenda.*
15 *Error probatur, quando apparet, rem aliter se habere.*
16 *Actum licitum gerens non tenetur de delicto resultante ex illo actu.*
17 *Ignorantia delicti excludit complicitatē, & participationem.*
18 *Inimicitia nō facit inditium ad torturam, quando offensus plures habet inimicos.*
19 *Inimicitia grauior, & magis adminiculata consideratur, quando plures extant inimici.*
20 *Inditia etiam remota, etiam in criminibus exceptis non probantur per testes, qui non sint omni exceptione maiores.*
21 *Vagatio per locum commissi delicti non facit inditium, quando adducitur iusta causa illac trāseundi.*
22 *Inditium non resultat ex eo, quod vno vel altero modo sine delicto per accidens euenire potest.*
23 *Inditia æquiuoca, et dubia non sunt in consideratione.*

CONSILIVM LX.

Inditia siue illa sint remota, siue proxima, non esse Iudicantibus arbitraria ad effectum tormentorū
1 rectè non dubitatur, vt per Cason. de indit. & tortura in quæstionibus, cap. 1. de periculo tormentorum, & de errore Iudicum, numer. 10. quem sequitur Farin. quæst. 37. num. 200. quamobrem requiritur semiplena perfecta probatio, vt per eumdem Farin. quæst. 36. num. 231. & 232. & seq.

Quod autem dicitur ad effectum torturæ plures
2 præsumptiones coniungi ad perficiendam semiplenam probationem ex adductis per ipsum Farin. eadem quæst. 36. num. 234. & seq. non ita absolutè recipiendum, sed duntaxat, quando inditia sunt in suo genere perfecta, Maluas. conf. 110. nu. 6. & seq. Peguera decis. 17. numer. 41. & seq. Eugen. conf. 27. num. 61. & conf. 76. num. 11. lib. 1. idem Farin. conf. 34. num. 7. & conf. 56. num. 7. & consil. 70. num. 47. & conf. 108. num. 44. & quæst. 37. num. 37. Caball. resolut. 200. num. 139. Giurb. consil. 37. numer. 49.

Illudque etiam, quod circumfertur, in delictis occul-
3 tis, & difficilis probationis, prout sunt ttactatus, qui secretè fiunt; sufficere inditia leuiora ad torquendum, ex Bald. qui ad hoc communiter allegatur in l. quicumque, num. 25. in notab. 8. C. de seru. fugit. & in l. 3. num. 3. C. de Episc. aud. alijsque relatis per Farin. d. quæst. 37. num. 150. in contrarium habet Osasc. decis. Pedem. 79. nu. 55. vers. non obstat, & num. seq. melius ponderantem verba Bald. in d. l. quicumque, itaquod inditia esse debeant in suo genere perfecta, ac proinde legitima, quamuis enim idem Farin. declaret, num. 153. leuiora in occultis, quàm in alijs delictis ob probationis difficultatem sufficere, tamen requiruntur proximè tangentia delictum, idem Farin. conf. 10. num. 31. 32. & seqq. & conf. 19. num. 18. etiamquod

agatur de occultis,vt per eumdem conf. 55. nu.4. 17.& 34.

Quandoquidem non folùm vbi agitur de torquendo ex inditijs,fed etiam de ipfis inditijs adminiculandis,in cafibus, in quibus adminicula requi-
4 runtur,receptum quoque eft,ipfa adminicula debere effe perfecta in fuo genere , cũ immò in quacumque materia,in qua adminicula deducuntur in auxilium probationum, neceffe fit,illa effe in genere fuo perfecta,idem Bald.in l.fi quis,§.2. nu. 2.ff.de eden.Surd.conf.372. num.10. lib. 3. Rota post lib.2.conf. Farinac. decif. 38. numer. 3. verf. cum enim agatur,& decif.519.numer.7. par.2. recen.

In cafu autẽ,de quo agitur, inditia per Curiam prætenfa nulla ratione fubfiftente fufficientia ad torquendum cenferi poffunt, quoniam fiue refpiciatur perfona huius carcerati, fiue afferti mandantis,nullatenus ex proceffu conftat de caufa aliqua delinquendi,fed potius de amicitia, & beneuolẽtia vtriufque cum occifo ; abfolutum eft autem in Iure,in delictis non impetu, fed deliberatè patratis,non effe attendendam caufam delinquẽdi impulfiuam,fed requiri ratiocinatiuam,&confequutiuè proportionatam , & correfpectiuam ad vin-
5 dictam,itaut hac caufa proportionata ceffante , ceffent quoque omnes præfumptiones,& inditia delicti,Cafon.de indit.tract.2.cap.2.num.1. & feq. & cap.3.num.3.Blanc de indit. num.255. & feqq. Bart.inter conf.crim.diuerf.conf.8.numer.8. lib.1. Foller.in prax.in verbo,itemquod fororem,poft n. 19.Farin.quæft.50.num.31.& quæft. 52.num. 150. & conf.50.num.34.ante med. verf. ficut enim , & conf.56.num.12.& conf.130.num.15. & conf. 147. num.4.Caball.de homicid.numer.294.adeout nec confeffio ipfa delicti fit attendenda,vbi delinquẽdi caufa ceffat, fecundum eumdem Farin. confil. 185.n.28.ad fin.

Nec obftat,quod de caufa liqueat ex ipfo proceffu , quatenus ex eo prætenditur refultare , affertum mandantem violenter manus inieciffe in perfonã amafiæ dicti occifi,& ab eodem occifo impeditũ, id egrèferendo mediante in os digiti pofitione vindictæ minas fignificaffe , quia quatenus Curia id deducat ex affertione eiufdem amafiæ , cenferi nullius momenti poteft, nedum qnia non
6 fuit per Curiam repetita, nec per carceratum habita pro ritè,& rectè examinata,Bart.in l.fin.in fine,ff.de quæft.Farin.de teftib.quæft.72. numer.89. 91.93.& feq.Caball.refolut.55.in princ. Caputaq. decif.207.numer.9.par.2.Seraphin.decif.1359.numer.4.

Sed quia etiam fi fuiffet repetita,inefficax eft eius dictum,cum ex proceffu conftet , eam effe meretricem,ac à pluribus nominatis cognitam,l.palam, §.non folum,ff.de ritu nupt.Farin.conf.156. n. 10. ante finem.

Neque eius dictum adminiculari poteft ex depofitionibus matris,ac patris eiufdem meretricis afferentium,quemdam famulum nomine cuiufdam Magnatis eamdem meretricem requifiuiffe , cum ijd in fateantur,eum nullatenus fuiffe nominatũ; neque etiam adminiculatio defumi poteft ex alijs deponentibus de auditu dictæ ægreferentiæ afferti mandantis , cum omnes deponant de fimplici
7 auditu,& huiufmodi depofitiones in criminalibus minimè faciant aliquam præfumptionem ad effectum torturæ , etiam vbi teftes de auditu effent plures,vt reiecta opinione contraria,per Farin. de teftib.quæft.69.num.10.& feqq.& num. 16.& num. 18.ad finem,verf.ego tamen,& feq.vbi quod ipfe neque etiam ex pleno teftimonio de auditu prætenfum Reum in crimine àffafinij torqueret,alios adducens eodem num.19. ante finem , verf. fecus autem .

Tolliturque in hac parte omnis fcrupulus,tum quia
8 inditium inimicitiæ defumptum ex riualitate non eft applicabile cum meretrice , quæ proprijs impenfis ex integro non retinetur , minufque quando illa viuit in eius libertate , amicos plures admittens , Farin. conf.102.num.42.& feq.& conf. 147.num.17.& 18.

Et quatenus etiam effet applicabile,non tamẽ egre-
9 ferentia ex folo impedimento carnalis cognitionis cenfetur productiua capitalis inimicitiæ , vt in his terminis per Farin.conf.138.num.7.per tot. & præfertim verf.& in omnem euentum .

Tum etiam magis,quia vbi affectatio dictæ mulieris fuiffet vera,illa,& amafius fuiffent offenfi, non autem affectator,fed veritas eft,quod inimicitia neque ex parte affectantis,neque ex parte amici af-
10 fectatæ oriebatur,cum mulieri inhoneftæ tantum abfit,quod per folam affectationem fiat iniuria , vt immò nec etiam per carnalem cognitionem vis inferri dicatur,vt in his quoque terminis per Farin.d.conf.147.nu.17. poft med. verf. & tantum abeft.

Ideoque licet idem Farin.d.conf.102.numer.4.& 16. referens obiecta Fifci opponat ex riualitate inimi-
11 citiam defumi,tamen huiufmodi obiectum benè confutat,ac reprobat, num.29. & feqq. & per tot. dicens neque ad torturam, neque ad pœnam extra ordinem fufficientem,aut confiderabilem cenferi poffe.

Atque hinc etiam idem Farin.quæft.52.num.145.fir-
12 mat,quod licet caufa impulfiua delinquendi poffit effe amor,vt quia abfque aliqua cogitatione in quodam impetu hortari hominem poffit ad delinquendum,tamen,nifi concurrat caufa ratiocinatiua,nempè diligens,& confiderata delinquendi cogitatio propter vindictam proportionabilẽ iniuriæ refultare , & infurgere nequeat inditium ad torquendum fufficiens,vt etiam per eumdem Farin.conf.193.num.23.

Præterea neque etiam in alijs inditijs fundamẽtum aliquod ad effectum torturæ fieri poteft ex illis teftibus,qui afferuntur probare,carceratum die antecedente homicidium, eodemque die retinuiffe in fuis domibus plures , qui prætenduntur ficarij,& homicidium commififfe.

Primo quia nullatenus,conftat homicidium ab aliquo ex prædictis fuiffe commiffum;deficiente autem hoc fubiecto,impoffibile eft, quod ex dicta
13 retentione,qualitas aliqua inditij infurgere poffit cum qualitas non detur abfque fubftantia entis , Boff.de delict.num.26.ante fin. verf.nam qui vult probare,Bald.dicens,neque totum Mundum probare poffe accidentia delicti fine fubiecto, vt quia accidentis effe fit ineffe,conf.465.nu.1.2.3.& feqq. lib.4.Parif.conf.167.num.1. in princ. & in fine, lib. 4.Gram.conf.crim.36.n.8.poft med. verf.& fic vbi, Caball.refol.286.num.3.

Secundo quia teftes Curiæ,ex quibus dicta hominũ retentio defumitur, in primo examine depofuerunt contrarium,ac proinde tanquam periuri , & laborantes alijs exceptionibus,de quibus in facto, nihil

nihil faciunt,Clar.in prax.crim.§.periurium,num. 7.verf.repellitur,Farinac.d.conf.193.numer.1.in fine.

Tertio quia ijdem fupradicti teftes depofuerũt,quod die 18.Octobris 1639. qui per Curiam prætenditur dies antecedens delictum, eodem tempore, quo homines prædictos affirmant vidiffe, viderũt etiam in domo coquinæ inferuientem Catherinã famulam,cum autem poftea eamdemCatherinam conftet ex iuftificatis in facto,fuiffe abfentem, ex quo difcefferat 14. eiufdem Menfis Octobris a Ciuitate, & deinde nunquam per totum d. tem-
14 pus redijt,liquet ex huiufmodi mendacio,de quo teftes prædicti conuincuntur, nullam ipfis effe fidem adhibendam,vt per Rot.decif.79.nu.1.ante med.ver.accedit,quòd conuincitur de mendacio, poft lib.2.conf.Farin.

Vel faltem,exinde conftat, eos circa tempus prædictum diei antecedentis delictum erraffe, eorumque depofitiones intelligi folum poffe de aduentu,& retentione eorumdem hominum fub die 13. dicti menfis Octobris,quo etiam ex proceffu conftat,homines,qui accefferunt,non occultè,fed palam retentos fuiffe à d.carcerato in eius manfionibus,ficut publicè etiam tunc per Ciuitatẽ am-
15 bularunt,error namque fatis apparet, dum conftat,rem aliter fe habere,Surd.conf.202.num.13.& decif.288.n.41.

Tollitur pariter omnis fcrupulus in hac parte, quia quando etiam dici poffet, homines prædictos fuiffe die antecedente delictum in domibus huius carcerati, nullam tamen fubfiftẽtiam habet cõfequentia, per Curiam elicita, quod ex hoc refultet aliquod inditium contra retinentem, dũ nullatenus probatur aliqua fcientia retinentis, quod illuc accefferint delinquendi caufa, fiquidem actũ
16 licitum gerens non tenetur de delicto ex illo actu fequuto, Farin.conf.1.num.1.lib. 1.

17 Atque hinc ignorans delictum nunquam dici poteft illius fautor, aut defenfor, ac proinde hoc cafu ceffat omnis prætenfa complicitas, & participatio,Farin.conf.60.num. 126.

Et præfertim hoc cafu, quo etiam ex proceffu infor-
18 matiuo conftat, occifum habuiffe alios maleuolos, & inimicos, quia tunc neque etiam ex inimicitia oritur inditium fufficiens ad torquendum Farin.quæft.49.num.114.& conf.192. incip. in hac Fauentina. num.37. Giurb.conf.97.num.10. et inter plures inimicos illa inimicitia eft magis confi-
19 derabilis, quæ grauior, nunquam autem,quæ leuior, idem Farin. d.conf.102. num.18.& feq. ficut etiam confideratur magis adminiculata, vt per eumd.d.conf.147.num.29.

Minus autem inditio afcribi poteft, quod carceratus die ipfo commiffi delicti vagauerit per loca ipfi delicto proxima,eifdemque fere horis, tum quia prætenfa vagatio minime probatur, cum teftes, qui ad eius probationem adducuntur, vt præfertur, fint periuri ac fibi ipfis contrarij,vt plene de-
20 monftratur in facto, & tamen certum fit, inditia etiam remota minime probari per teftes, qui nõ funt omni exceptione maiores, etiam in criminibus exceptis,Farin.quæft.37.n.31. ante med. verf. ego tamen,& num.feq.

Quinimmò quando etiam probata diceretur, non
21 tamen ad effectum torturæ releuaret,cum carceratus haberet tunc iuftam caufam tranfeundi per ipfa loca,de quibus præfati teftes loquuntur, & præcipuè caufa compofitionis,& receptionis medelæ ab Aromathario pro matris feruitio, & pro tradenda frumenti monftra D.Monaldenfi,vt etiã per eofdem teftes deponitur, ex adductis per Farinac.quæft.52.num.143. poft princ. verf. vel tunc temporis habuerat aliquam iuftam caufam.

Tũ quia etiam in cafu,in quo caufa aliqua illac tranfeundi,vel permanendi non probatur,non tamen exinde refultat inditium ad torquendum fuffi-
22 ciens,cum inditium nõ infurgat ex eo,quod vno, vel altero modo præter delictũ per accidẽs euenire poteft,Bald.conf.259.nu.4. verf.nec quæ poffunt,lib.1.Aym.conf.6.n.12.Vulpell. conf.97.nu.3. Becc.conf.85.n.1.in fin.lib.1.Burfatt.conf.336. nu. 16.lib.3.

Ideoque inditia æquiuoca,& dubia, ac multipliciter intelligibilia non fint in aliqua confideratione, Farin.d.quæft.37.n.6.7.& feq.& conf.37.num.20.& conf.192.n.20.

ARGVMENTVM.

An plene conftare debeat de mandatario ad homicidium, ante quam procedatur contra mandantem.

An mandatum ad homicidium excludatur ex deficientia probationis caufæ proportionatæ, & tractatus præcedentis.

SVMMARIVM.

1 *De mandatario vbi non conftat, et quidem plene vere, et certe,procedi non poteft contra mandantem. Et num. 3.*

2. *De mandatario quando plene non conftat, fed præfumptiue non eft procedendum ex inditijs contra mandantes carceratos, quamuis in Vrbe procedi foleat contra mandantes contumaces.*

4 *Identitas perfonæ in criminalibus concludenter eft probanda.*

5 *Sententia contumacialis non facit inditium contra tertium.*

6 *Sententia contumacialis non probat delictum vere contra condemnatum, etiam fi à Statuto cõtumax habeatur pro confeffo.*

7 *Sententia lata contra abfentem ex probationibus teftium pro informatione Curiæ examinatorum, non definit effe contumacialis.*

8 *Confeffio vnius fiue ficta,fiue vera neque in criminalibus, neque in ciuilibus præiudicat tertio.*

9 *Inimicitiæ inditium ceffat in prætenfo mandante homicidium,quando conftat de alijs grauioribus inimicis.*

10 *Ad Homicidium præfumendum requiritur caufa proportionata, nec fufficit proueniens ex leui altercatione, pro qua præftitæ fint fideiuffiones de non offendendo.*

11 *In Mandato ad homicidium requiritur probatio tractatus, alioquin non conftat de corpore delicti.*

12 *Alloquutio vt operetur inditiũ, requiritur quod fit fecreta, quod præcedat inimicitia capitalis, & quod homicidium incontinenti fequatur.*

13 *Homicidium non dicitur incontinenti post alloquutionem, quando cōmissum fuit post tres dies.*
14 *Testis vnicus deponens directe de mãdato ad homicidium, facit inditium ad torturam.*
15 *Mandatum non præsumitur ex verbis generalibus, quamuis deinde homicidium committatur.*
16 *Testis non probat, quando dicit audiuisse ab ijs, qui viuentes possunt, et tamen non examinãtur.*
17 *Fama orta post querelam, et inquisitionem non facit inditium.*
18 *Alloquutio secreta non præsumitur ad malum finem tam inter domesticos, quam inter alios.*
19 *Latitatio tollitur ex comparitione spontanea.*
20 *Testis inimicus repellitur etiam in criminibus exceptis.*
21 *Testis non repetitus non facit inditium.*
22 *Inditium non oritur ex actu, qui vno vel altero modo contingenter sine delicto fieri potest.*

CONSILIVM LXI.

INditia, quæ contra carceratos prætenduntur, nullatenus censeri possunt ad torquendam sufficiẽtia, quia in primis omnia destrui videntur, dum insistitur exaduerso, quod constet homicidium, de quo agitur, fuisse commissum ab Alphonso sicario tanquam mandatario, & tamen non etiam concludenter constat, ipsum fuisse occisorem, re-
1 cepta namque est conclusio, quod contra mandãtes procedi nequit, non constito prius de mandatario, & sic de principali delinquente, ex textu in l. si is, qui rem, 68. §. si tu Titium, vbi ita Bart. per illum textum, num. 2. ff. de furt. idem Bart. consil. 199 post princ. lib. 1. cum alijs per Farin. quæst. 3. n. 1. vbi etiam in vers. & quidem omnes, quod nemo, quem viderit discrepat, & num. 5. quod de delicto principalis delinquentis debet constare plenè, verè, & certè, non autem per præsumptiones, & inditia, & textum in d. l. si is, qui rem, 68. §. si tu Titium, esse dedecus ignorare, inquit Boss. de delict. num. 35.

Neque enim obstat, quod idem Farin. eadem quæst. 43. eodemque num. 5. vers. ego autem, dicat apud Tribunalia Vrbis superiorem conclusionem ad effectum plenæ, & concludentis probationis mã-
2 datarij minimè recipi, quoniam idem Farin. seipsum declarat ad effectum inquisitionis contra mandantes, & transmittendi monitorium ad personaliter comparendum, quando etiam aduersus ipsos mandantes dantur inditia releuantia pro transmittenda inquisitione, non autem, quando ij, qui mandantes prætenduntur sunt carcerati, quia hoc casu cõsuetudo Tribunalium Vrbis procedens contra prætensos mandantes contumaces non patitur extensionem, vt procedatur aduersus prætensos mandantes carceratos, aduersus regulam Iuris, quòd mandans vexari non possit, non constito plenè de mandatarijs, vt per ipsum Farinac. eadem quæst. 3. num. 5. post vers. non obstat, si diceretur, vers. nam non dico.

Stante namque prætensorum mandantium carceratione, quod sic à prædicta conclusione non sit re-
3 cedendum, firmant Boss. de delict. num. 35. cum n. 38. in fin. & de mandato ad homicidium, num. 36. in fine, Marsil. consil. 49. num. 11. & seqq. Menoch. de arbitr. cas. 249. num. 13. & cas. 352. num. 15. Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 33. quomodo mandans, & mandatarius sint correlatiui, num. 1. & seq. Hect. Felic. alleg. 114. num. 13. vers. & quia non constat, & alleg. 167. nu. 1. vers. in primo casu, par. 2. Giurb. cons. 91. num. 18. & seq. & cons. 97. num. 7. & seqq. Farin. cons. 24. nu. 11. post med. vers. & in tantum, & cons. 102. num. 31. ad fin. Surd. cons. 40. n. 9. & 10. lib. 1.

Facilius autem conclusio in hoc casu est admissibilis, quia testes ipsi pro informatione Curiæ examinati, quique affirmant, vidisse fugiẽtem eodem tempore homicidij commissi, & occisorem imaginarunt ex ea fuga, asserunt etiam, eum non cognouisse, immò etiam discordant in habitu, & vestitu deferri solito à prætenso mandatario ab alijs
4 testibus Curiæ; certum namque est, identitatem personæ debere concludenter in criminalibus probari, Aym. cons. 244. n. 2. Farin. cons. 158. ex numer. 14.

Neque ad hoc releuans iudicari potest sententia lata contra eumdem prætensum sicarium, quia cum
5 lata sit in contumaciam eiusdem condemnati, inditium aduersus prætensum mandantem minimè oritur, cum hæc sententia mandanti asserto in aliquo non noceat, Chartar. de exequut. sent. capto bannit. cap. 1. num. 348. Farinac. d. cons. 24. num. 11. ante fin. vers. immò non sufficit contumacia, lib. 1. Giurba d. cons. crim. 97. n. 7.

Et ratio est conuincens, quia sententia lata in con-
6 tumaciam nec probat delictum verè contra ipsũ condemnatum in casu, quod adsit Statutum, vel Constitutio, quod contumax habeatur pro confesso, Abb. in c. penult. 25. n. 21. de re iud. Seraphin. decis. 354. nu. 14.

Etiamquod delictum prætendatur probari per te-
7 stes examinatos pro Curiæ informatione, quia quando sententia lata est contra absentem, non propterea desinit esse contumacialis, Rot. decis. 265. n. 8. p. 3. rec.

Quamuis enim ex contumacia resultet, stante Statuto, vel Constitutione, confessio, ea tamen est ficta, sufficiens quidem ad condemnandum contumacem, non tamen ad effectum, vt in aliquo præ-
8 iudicet tertio, ex quo dum nec vera confessio vnius tàm in criminalibus, quàm in ciuilibus præiudicat tertio, l. duobus, §. 1. ff. de iure iur. Surd. decis. 325. n. 3. Farin. quæst. 81. vers. limita 24. in princ. multò minus nocere potest tertio ficta confessio resultans ex sententia lata in contumaciam contra alium, Seraphin. decis. 551. n. 1. Farin. quæst. 34. num. 174. Rot. post lib. 2. cons. Farinac. decis. 15. num. 1.

Sed minus afficit, quod assertus sicarius nullam haberet causam committendi homicidium, ac proinde illud censeatur de alterius mandato commisisse, & præsertim cum magis esset eiusdem occisi beneuolus, & quia immò iustificatur causa ex plenè deductis in facto, & quia contraria conclusio
9 procedit, quando non constat, occisum habuisse alios grauiores inimicos, sicut constat pariter hoc casu ex facto, immò etiam ex ipsis querelis primo datis, Poller. in pract. crimin. in verbo, recipiantur defensiones, num. 2. in fine, vers. item poterit, Frãc. Marc. decis. 423. num. 27. vers. sed alia causa inimicitiæ, par. 1. Eugen. cons. 27. num. 32. & seq. lib. 1. Farinac. quæst. 49. à num. 115. ad 120. & cons. 55. num. 22. & cons. 102. n. 18 & cons. 147. num. 29.

Cæterum non etiam iudicari possunt alia prætensa inditia; quoniam inditium, quod desumitur ex asserta inimicitia capitali tam ipsius D. Bonapacis,

cis,quàm D.Vincentij eius filij tollitur tam per alias probatas inimicitias grauiores, & querelas contra personas diuersas ex diuersis causis multò prius,quam querelati fuerint prædicti ex præallegatis,quàm etiam quia exclusio prætensæ qualitatis inimicitiæ capitalis habetur ex facto,cum enim in delictis non animi impetu,sed deliberatè patratis non sit attendenda causa delinquendi impulsiua,sed requiratur ratiocinatiua, & consequutiuè proportionata,& correspectiua ad vindictam,quæ subsequuta prætenditur, ex quo in excessibus impetu commissis solus animi impulsus, & affectus ad delinquendum mouet, prout amor, iracundia,ægritudo,violentia,& cœtera similia, secus verò in excessibus, ad quos animo pacato, & ratiocinante peruenitur, vtique in casu,de quo agitur,inquo mandatū occidendi, & illius executio prætenditur deliberata, præsumi minime potest,hos carceratos esse culposos,postquam ne-
10 dum minime probatur inimicitia aliqua dicto homicidio proportionata, sed inter easdem Partes occasione leuium altercationum, quæ multo prius intercesserunt, fuerunt vicissim præstitæ fideiussiones de nō offendendo sub notabili admodum pœna, Cason. de indit. tract.2.cap.2. num.1. & seqq.& cap.3.num.3.Blanc.de indit.num.255.& seqq.Bartol.inter cons.crim.diuers.cons.8. num.8. lib.1.Foller.in praxi crim.in verbo ,itemquod sororem,post num.19.Bertaz. cons. 446. num. 20. & seqq.lib.2.Farin.quæst.50.num.31.&34.ante med. & quæst.52.num.150.& cons.56.n.13. & cons. 130. n.15. & cons. 147.num.4.Caball.tract.de homicid. num.294.

Eoque magis, quo neque ex Parte Fisci, neque ex Parte adhærētium probatus fuit tractatus aliquis huius prætensi mandati, quandoquidem certum
11 est,ad probationem mandati requiri probationē tractatus, qui consistit in discussione indagine, & colloquio inter aliquos de aliquo peragēdo, Soc. Iun.cons.3.num.25.ad med.vers.nam tractatus dicitur,lib.3.adeout necessaria sit probatio tractatus mandati tanquam corpus delicti ipsius mandati, Decian.cons.67.nu.5.lib.3.dicens propterea trium probationem coniunctim requiri, primo scilicet, quod præcedat colloquium, secundo tractatus committendi maleficij, & tertio ipsa deliberatio, & modus committendi,Giurb.cons.63.numer.25. quapropter cessante hac probatione, deficit corpus delicti huius prætensi mandati, Eugen. cons. 76.num.37.lib.1.Farin.quæst.96.nu. 77. vbi etiam ex veriori, & magis recepta, quod debet de tractatu huiusmodi certe, & liquide, non autē præsumptiue constare.

Nec aliud prætendi potest ex asserta alloquutione Vincentij cum asserto sicario per tres dies circiter ante commissum homicidium,quia de hac alloquutione Curia habet vnicam depositionē solius Io. Dominici,qui referendo verba, quæ asserit a d. D. Vincentio prolata, inquit, che detto Signor Vincenzo disse nel passare, ch' io feci, a detto Alfonso, fallo à chi ti viene alla mano, quoniā aut insistitur in hac alloquutione sola ad effectum ex illa inditium eliciendi, & tunc ex ea inditium desumi nequit, nisi tribus coniunctim concurrē-
12 tibus,quorum vnumquodque in hoc casu deficit, primo scilicet, quod alloquutio fuerit ad aures secreta, & tamen hoc casu idem testis Fisci fatetur, illam fuisse in loco publico de die, & non secrete, sed palam ipso audiente, secundo quod præcedat capitalis inimicitia inter alloquentem, & occisum, quæ inimicitiæ capitalis qualitas omninò deficit, tertiò, quod homicidium incontinenti fuerit sequutum, quod etiam deficit, quod enim hæc sint requisita, fuit doctrina Bart. in l.si ventri,§.fin.ff.de priuil.cred. Farinac. quæst. 134.num.60.& cons.37.num.23.& 24.& cons. 102. num.29.cum alijs in addit.in verbo,tria requisita,
13 sub lit.C.& cōs.147.n.7.quod verò homicidiū dici nequeat incontinenti,dum ex eodem teste,& aliis fuit post tres dies circiter,idem Farinac. eod.cons. 147.num.8.in fine,vers.& tertium requisitum.

Aut in dicta alloquutione insistitur, vt quia etiam
14 vnicus testis deponens directè de mandato ab ipso inculpato dato,ex Farin.quæst.44.num.14.faciat inditium ad torquendum,&hoc minimè subsistit in facto, minusque in Iure, tum quia testis prædictus minimè deposuit directe de mandato ad homicidium,quo casu loquitur Farin. eodem num.14.sed de verbis generalibus, fallo à chi ti
15 viene alla mano; verba autem generalia minimè interpretari possunt pro mandato,etiamquod deinde homicidium sit sequutum,vt post Bald. cons. 259.in prin.& num.seq.lib.1.quem allegat in fortiori casu, in verbis nempè, dà, dà al traditore, quod non propterea inferri possit ad mandatum de occidendo,firmant Rim.iun.cons.88.n.26.lib.1. Eugen.cons.27.n.39.lib.1.& Honded. cons.87. nu. 166.lib.2.

Tum quia testis iste præter exceptiones, quas patitur,relatas in facto,affirmat,se eadem verba, quæ vt præfertur,asseruit, D. Vincentium protulisse, communicasse duobus fabris lignarijs,alterius nomen,& habitationem significans, & asserens nomen alterius ab eodem sciri posse, & tamen neuter ex ijs fuit examinatus, prout tanquam viuens examinari debebat,& præcipuè cum non sit verisimile,quod vbi vera fuissent,quæ asseruit, potius istis,quàm habentibus interesse ad delictum obuiandum communicare voluisset, siquidem eadē in hoc est ratio,ex qua testi fides non solum dimi-
16 nuitur,sed omninò tollitur, quando testis dicit aliquid audiuisse ab ijs,qui viuentes possunt,& tamen non examinantur,vt per Farinac.de testib.q. 69.num.92.

Prætextus publicæ vocis, & famæ statim sequuto homicidio, quod illud commissum fuerit ab inimicis occisi, quoad carceratos cessat ex facto, dum statim commisso delicto, alij fuerunt querelati; publica autem vox, & fama orta post querelas,& in-
17 quisitiones contra carceratos, nullum facit inditium ad torturam, & præcipue non probata illius origine, data possibilitate satis verisimili, quod originem habuerit ab ipsis querelis vltimo loco datis, Boss. tit.de mand. ad homicid. nu. 38. vers. fama, Farin.quæst.47.num.173.& seq.Caball.resol. crim.cas.200.num.132.& seq.

Amicitia intrinseca cum D.Alexandro, tam ante, quam post commissum homicidium prædictum, cuius Alexandri famulus fuit prius assertus sicarius,assertæque alloquutiones cum eodē D. Alexandro, præterquam quod non constat,alloqu-
18 tiones fuisse secretas, nihil faciunt, cū non probentur fuisse ad malum finem, & magis præsumēdæ sunt in bonam partem, tam inter domesticos, quam alios, Farin.d.cons.37.nu.23.& d.quæst.134. num.60.

Lati-

Latitatio post aduentum Commissarij ad Ciuitatem Perusiæ, & permansio cum alijs in loco tuto, & immuni non etiam inditium infert, & quia fuit ad effectum excludendi consensum in iurisdictionē illius, stante incohatione Causæ in Sacra Consul-
19 ta, & quia quodcumque prætensum inditium fuit sublatum ex accessu ad Vrbem, & spontaneam constitutionem, Farin. cons. 10. n. 52. & cons. 130. n. 13. Giurb cons. crim. 46. n. 30.

Publica declaratio voluntatis auxiliandi assertum sicarium, & impetratio licentiæ deferendi arma non subsistit in facto.

Associatio verò D. Vincentij post homicidium commissum, quia nauicularij, qui prætendebantur assertum sicarium in lacu Transimeno transportasse ad locum proximum statui sereniss. Ducis Etruriæ omnes examinati negarunt, illum cognouisse, & iam fuerunt excarcerati; solus autem Franciscus, qui asseruit post transitum è lacu prædicto Alphonsum prædictum cognouisse, nullam prorsus meretur fidem, & quia ex actis constat, ipsum fuisse inimicum eiusdem Alphonsi, ex quo erat amasius Paulæ sororis eiusdem testis, & ęgrètulisse, quod instante eodem Alphonso è domo dictæ sororis ab ea eijceretur, quamobrem repellitur e-
20 tiam in criminibus exceptis, Farin. de testib. q. 53. num. 5. & 6.

Et quia fuit absque repetitione, non obstante huius
21 Partis oppositione dimissus, quapropter non repetitus neque etiam inditium facit, Bart. in l. fin. in fin. ff. de quæst. Caputaq. decis. 207. numer. 9. par. 2. Seraphin. decis. 1359. numer. 4. Farinac. de testib. quæst. 72. num. 89. 91. 93. & seq. Caball. resol. 55. in princ.

Demum nec inditium aliquod desumi potest ex accessu ad locum de la Rocca, quia accessus eo loci de per se nullum parit inditium, ex quo est actus, qui vno, vel altero modo contingenter fieri potest absque delicto, Bald. cons. 259. nu. 4. vers. nec quæ possant, Vulpell. cons. 97. n. 3. Bursat. cons. 336. n. 16. Becc. cons. 37. n. 20. lib. 1.

Quod autem prætenditur, accessum fuisse ad effectū perducendi d. Alphonsum, & alios assertos complices in ditionem dicti Magni Ducis, nullatenus probatum ex iam dictis, ac præallegatis censeri potest, ideo hæc Pars remanet in statu absolutionis, ex vulg. l. qui accusare, 4. C. de edendo.

ARGVMENTVM.

Quando cōstat de homicida, an posit alteri imputari complicitas, & participatio in homicidio ex prætextu dumtaxat inimicitiæ, & diffamationis.

SVMMARIVM.

1 *Ex inimicitia leuiori non oritur inditium, quādo alter extat inimicus ex causa grauiori.*
2 *Diffamationes in criminalibus nec etiā semiplene probant, sed sufficiunt tantum ad inquirendū.*
3 *Fama bona de non vlciscendo, nec reuocando ad animum iniurias ad effectū vindictæ tollit malam famam.*
4 *Diffamatio ex causa grauiori contra vnum præualet diffamationi contra alterum, vel saltem inuicem conquassantur.*
5 *Inimicitia sola destituta alijs inditijs, nō facit inditium ad torturam, neque ad transmittendam inquisitionem.*
6 *Inimicitia, vbi non est capitalis, non facit inditium ad torturam.*
7 *Verba æquiuoca recipiunt interpretationem pro delicti exclusione.*
8 *Pecuniæ receptio præsumitur potius ad bonum, quam ad malum finem.*
9 *Fuga purgatur per spontaneam comparitionem.*
10 *Cifræ non consuetæ nihil faciunt contra Reum, nisi constet præcessisse inter scribentes declarationem.*

CONSILIVM LXII.

Ratione homicidij, de quo agitur, nihil imputari potest D. Ludouico, quin locus sit absolutoriæ ad eius fauorem; cum enim constet Curiæ de homicida, & ex processu defensiuo pariter constet præter causam obloquutionis de honore D. Lu-
1 cretiæ inter homicidam, & occisum intercessisse inimicitiam grauiorem, ex quo occisus iniuriam illatam ex recusatione matrimonij reuocauit ad animum ratione solius personæ occisoris, ac propterea minatus sæpius fuerat de illum occidendo, vtique aduersus D. Ludouicum inditium aliquod prætendi nequit ex prætensa inimicitia occasione solius obloquutionis, aut recusationis dicti matrimonij, Foller. in pract. crim. in verbo, recipiantur defensiones, num. 2. in fin. vers. item poterit, Franc. Marc. decis. 423. num. 27. vers. sed alia causa inimicitiæ, par. 1. Eugen. cons. 27. num. 32. & seq. lib. 1. cū alijs per Farin. quæst. 49. à n. 114. ad n. 119. inclusiuè, & cons. 55. n. 22. lib. 1.

Diffamationes autem contra Ludouicum nihil fa-
2 ciunt, tum quia in criminalibus nec etiam semiplenè probant, sed sufficiunt tantùm ad inquirendum, Caball. post alios, de homicid. numer. 302. &
3 præsertim stante bona fama ipsius Ludouici formiter probata tam generice, quàm specificè in nō vlciscendo, nec reuocando ad animum iniurias ad effectum vindictæ, idem Caball. eodem tract. de homicid. n. 295.

Tum etiam quia probantur diffamationes ex causis
4 prædictis vrgentioribus contra interfectorem, quamobrem vel magis attendenda est diffamatio proueniens ex causa, Farin. d. quæst. 49. num. 101. & 127. 128. & seq. vel saltem inuicem conquassantur, Bart. in l. is potest, num. 25. vbi cœteri communiter, ff. de acquir. possess. Dec. in c. 1. num. 20. vers. 5. de appellat. Rot. decis. 160. numer. 12. ad fin. par. 1. recent.

Præterea inditium ex inimicitia minimè considera-
5 bile est in hoc casu, nedum quia sola inimicitia destituta alijs inditijs, quicquid aliqui in contrarium senserint, non operatur inditium habile ad torquendum ex veriori, & magis communi, de qua plurimi relati per Farin. d. quæst. 49. num. 102. cum immò secundum Boss. tit. de indit. num. 47. in fine, neque etiam sufficiens faciat inditium ad inquirendum specialiter quoad formandam, & trāsmittendam inquisitionem, vt per eumdem Farin. d. quæst. 49. n. 106.

Sed quia probant testes in defensionibus examinati, in Ciuitate Vrbis veteris denegationes, ac reiectiones petentium in nuptiarum tractatibus, iniu-

iuriç minimè adſcribi, adeoquod cum propterea
6 excludant eo magis qualitatem capitalis inimicitiæ,excluditur quoque omnis operatio inditij ad torturam ſufficientis,Clar.§.fin.quæſt.21.verſ.inimicitia vrgens,Peguer.deciſ.crim.17.num.8. verſ. ex quibus,Farin.d.quæſt.49.n.101.& 107.

Nec releuant verba,quæ prætenduntur prolata a Ludouico ſignificatiua animi vlciſcendi, quia ni-
7 hil de hoc cõcludunt,& in dubio,etiã verba æquiuoca interpretanda ſunt pro delicti excluſione,Farinac.quæſt.134.num.15.Caball.de homicid. numer.140.

8 Sicuti eadem ratione pecuniæ magis acceptæ præſumuntur ad omnem alium effectum, quàm ad malum finem,Bero.conſ.175.nu.54.lib.3.Farin. d.quæſt.134.n.38.

9 Fugæ autem inditium abſque dubio purgatur per ſpontaneam conſtitutionem, Bart.in l.quis ſit fugitiuus,§.1.per illum text. ff.de ędil. edict. Clar. §.fin.quęſt.21.num.24.vbi quod neque etiam hoc caſu prætendi poteſt quodcumque leue inditium, Menoch.de præſumpt.lib.1.quæſt.89.n.37.

emanet ſolum aſſertum inditium deſumptum ex epiſtola interfectoris,quatenus ex Parte Fiſci prætenditur ex illius verbis reſultare incluſionem demonſtratiuam homicidij committendi, ſed neque etiam hoc aliquid facit, tum quia obiectum tollitur ex facto,dum ex teſtibus ad defeſam examinatis,et ex apocha crediti exigendi liquet,verba retinere ſenſum ſuum litteralem,tum quia tol-
10 litur etiam de Iure, ex quo cifræ non conſuetæ nihil faciunt contra prætenſum Reum,niſi probetur,inter ſcribentes præceſſiſſe earumdem cifrarũ declarationem,vt firmauit in puncto Rot. viden. deciſ.63.n.2. poſt princ. verſ. nam in litteris miſſiuis,& n.ſeq.poſt lib.1.conſ.Farin.

ARGVMENTVM

Conſilium, vel auxilium an, & quando puniatur eadem pœna qua principale delictum homicidij.

De inſufficientia inditiorum conſilij,aut auxilij ad homicidium.

SVMMARIVM.

1 *De homicida inimico vbi conſtat,non poteſt contra alterum prætendi niſi conſilium, vel auxilium.*

2 *Conſilium ad homicidium non punitur pœna ordinaria, ſed mitiori, quando principalis nihilominus erat crimen patraturus.*

3 *Auxilium eadem pœna non punitur, vbi delicto cauſam non dedit.*

4 *Auxilium non punitur eadem pœna, vbi actus auxilij non fuit proximus, ſed remotus.*

5 *Actus remotus, non proximus is dicitur, ſine quo delictum commode committi poterat.*

6 *Conſilium, vel auxilium non punitur pœna ordinaria, vbi non habuit cooperationem facti.*

7 *Coniecturis probatur, an quis aliàs eſſet facturus ſine conſilio, vel auxilio. Et num. 9.*

8 *Inimicitia capitali præcedente præſũptio eſt, quod quis eſſet homicidium patraturus ſine conſilio, vel auxilio.*

10 *Inditium remotum eget probatione duorum conteſtium omni exceptione maiorum. Et num. 15.*

11 *Inimicitia non capitalis non facit inditium, niſi remotum.*

12 *Inimicitia leuior non conſideratur, quando alter extat grauior inimicus.*

13 *Verba dubia, & æquiuoca intelliguntur in bonã partem.*

14 *Teſtis dubitatiue deponens non probat.*

16 *Alloquutio ſecreta non facit inditium ſine cauſa delicto proportionata, etiam concurrente difficultate probationis.*

17 *Aſſociatio delinquentis non facit inditium, non probata ſcientia delicti.*

18 *Latitatio, & fuga non probatur niſi per duos teſtes.*

19 *Teſtibus probantibus negatiuam coarctatam pro Reo magis creditur quam contrarijs.*

CONSILIVM LXIII.

SVpponendum eſt,in hac Cauſa non agi de delicto capitali,quia cum plenè conſtet,homicidium in
1 perſonam Abbatis Herculis commiſſum fuiſſe ab Alexandro, & Petro ex cauſa capitalis inimicitiæ inter eos,ac interfectum præcedentis, proinde prætextus Fiſci contra D.Carolum reducitur ad ſolum conſilium, & ad omne peius ad auxilium homicidij preſtitum,Giurb.conſ.2.num.26. conſi-
2 lium autem ad homicidium non punitur pœna ordinaria,ſed alia mitiori extra ordinem,quando principales nihilominus erant delictum patraturi,Clar.atteſtans de communi,in prax.crim.quęſt. 88.num.1.vbi etiam num. 2. communem teſtatur hanc diſtinctionem in exortante,Marſil.in l.in rixa,num.30.verſ.& ibi poſtea,ff.ad leg.Cornel. de ſicar.Farin.plurimos côngerens,quæſt.129.n.108. & num.111.vbi etiam teſtatur hanc magis communiter receptam,Caball.de homicid. num. 122. & ſeq.Peguer.deciſ.83.n.4.ante fin. verſ. aut verò ille,Giurb.d.conſ.2.n.25.

3 Prout pariter auxilium eadem pœna non punitur,vbi delicto cauſam non dedit, ex relatis per Farin.quæſt.130.num.42.& ſeq.vbi quod ità communiter eſt receptum,itaquod in conſulendo, & iudicando non eſt recedendum,& præcipuè,ſi ac-
4 tus,ex quo auxilium infertur, non ſit proximus, ſed remotus,Farin.quæſt.131.numer.40.& ſeqq.& quæſt.126.num.63.in fine,Giurb.d.conſ.2. numer.
5 25. actus namque remotus, & non proximus is dicitur,ſine quo delictum commodè patrari poterat,vt per eumdem Giurb.conſ.7.num.5.

Multoque magis,vbi nec conſilium, nec auxilium
6 quodcumque prætenſum habuit aliquam cooperationem facti,ſed ſimplex duntaxat, ac verbale nudum prætenditur, Farin. d.quæſt.129. num.98. Giurb.conſ.4.n.10.

Siquidem cum ad dignoſcendum,an quis aliàs eſſet
7 facturus,vel non,ſatis probetur coniecturis,Farin. ead.quæſt.129.num.141.dubitari non poteſt,quin
8 prædicti facturi eſſent,poſtquam conſtat de præcedente capitali inimicitia,vt per eumdem Farin. eadem quæſt.129.n.145. & ſeqq. attenditur nam-
9 que in hoc veriſimilitudo,Caball.de homicid. dicto num.122.

Retento igitur hoc ſuppoſito, nulla ex Parte Curiæ videntur iuſtificari inditia, ex quibus abſolutoria

poſſit

posset impediri; nam auditus ab occiso, quod D. Carolus secum conquestus esset, quod ipse occisus se examinasset ad fauorem D. Fausti, probatur duntaxat ab vnico teste patiente exceptiones relatas in facto, [illegible] vel [illegible] inditium
10 non dicitur sufficienter probatum, cum tanquam remotum egeat probatione per duos testes contestes omni exceptione maiores, Pedemont. decis. 70. num. 14. & seq. [illegible] cons. [illegible] numer. 13. lib. 3. Bert. cons. 67. num. 11. lib. [illegible] cons. 96. num. 42. lib. 2. Farin. quæst. 37. n. 18. & 30. & seq. etiam in atrocissimis, vt per eumdem Farin. cons. 22. num. 7. lib. 1.

Etenim remotum dicendum est inditium, cum ini-
11 micitia ex causa dicti examinis non esset capitalis, Clar. §. fin. quæst. 21. ver. inimicitia vrgens, Farinac. quæst. 49. n. 101. & 107. [illegible] decis. 17. nu. 8. vers. ex quibus.

Vel non est considerabile, postquam constat Curiæ
12 de interfectore ex causa inimicitiæ longè grauioris, Foller. in pract. crim. in verbo, recipiantur defensiones num. 2. & fin. ver. item poterit, Franc. Marc. decis. 423. num. 27. vers. sed alia causa, p. 1. Eugen. cons. 27. n. 32. & seq. lib. 1. Farin. d. quæst. 49. à nu. 114. ad 119. & cons. 55. n. 22. lib. 1.

Auditus quoque verborum, quæ prolata dicuntur à D. Carolo, nempe non è più redentione, bisogna lenarlo dinanzi & [illegible] bisogna farla, minimè probatur, cum [illegible] primæ & secundæ partis huius dicti Curia non habeat nisi vnicum testem, nõ perficiet [illegible] inditium, ex præallegatis, & nihilominus neque etiam in hac parte depositio releuet, quia verba prædicta non sunt clara, nec concludentia consilium, aut auxilium, sed immò etiã
13 quod possent recipere bonam, aut malam interpretationem, in dubio interpretanda sint in bonam, vt in his terminis per Farin d. quæst. 129. numer. 72.

Alloquutio etiam D. Caroli cum interfectoribus die commissi homicidij, non probatur ex vnico teste,
14 tam ex præallegatis, tum quia loquitur dubitatiue, & per verbum, ni fallor, reddens etiam dubitationis causam ex debilitatione sensus visus, Cæsar de Graff. decis. 76. alias 7. num. 2. de testib. Caputaq. decis. 275. num. 4. par. 3. & nihilominus neque etiã
15 releuat, cum sit inditium remotum per vnicum solum testem probatum, Honded. in his terminis, cons. 96. num. 42. lib. 2. Farinac. consil. 37. numer. 2. lib. 1.

Cum immò etiam alloquutio secreta probata per
16 plures testes non sit inditium sufficiens ad torturam, vbi tria non concurrunt, quorum præcipuum est causa delicto proportionata, etiam in delictis occultis, & difficilis probationis, Farinac. d. consil. 37. num. 25. & seq. & cons. 102. n. 34. lib. 1. cons. 147. n. 7. & seqq. & nu. 42. lib. 2. & cons. 219. num. 4. in fin. lib. 3.

Associatio etiam delinquentium post delictum ab Augustino [illegible] D. Caroli, quia vitra quod neque etiam per testes contestes probatur, nedum minimè aliquid infert contra D. Carolum,
17 sed neque etiam infert contra Augustinum ipsum, cum non probetur scienter [illegible] commissi, Giurb. d. cons. 2. n. 27. & cons. 41. n. 8.

18 Latitatio quoque prætensa minimè iustificatur, cum tamen plenè, & sufficienter sit probanda, saltem per duos testes, Farin. quæst. 48. num. 59. cum par sit ratio in probatione fugæ, & in probatione latitationis ex deductis per eumdem Farin. eadem quæst. 48. num. 8. & nihilominus ea sola ad torquẽdum non sufficiat, vt num. 5. vbi de communi, & præsertim cum pro hac Parte probetur contrarium, publica scilicet conuersatio per Ciuitatem, & alia loca publica.

Cessatque omnis scrupulus circa prætensa inditia ex
19 concludente probatione negatiuæ coarctatæ, nã ea stante, magis absque dubio standum est testibus negantibus, tanquam deponentibus ad Rei defensionem, quam cœteris affirmantibus, etiam quod essent plures, multoque facilius ob plures, & releuantes exceptiones, quas testes Fisci patiuntur, Felin. in cap. 3. numer. 2. de prob. Marsil. conf. 2. num. 12. & conf. 51. num. 13. lib. 1. Boss. de defens. Reor. post num. 31. & seq. Farin. d. cons. 22. num. 6. lib. 1.

ARGVMENTVM.

Condemnatus in exilium egrediens è Ciuitate, & rediens durante adhuc termino concesso ad colligendum sarcinulas, an censeatur contrauenisse.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus illegitime, ante omnia est relaxandus.*
2 *Termino ad colligendum sarcinulas durante, potest condemnatus in exilium se publice habere per Ciuitatem.*
3 *In Exilium condemnatus egrediens e Ciuitate non censetur renunciare viteriori termino adhuc duranti, ad colligendum sarcinulas.*
4 *Dilationis causa cessante, non cessat dilatio in pœnalibus.*
5 *Clericus pro simplici homicidio non traditur Curiæ sæculari, cessante incorrigibilitate.*
6 *Inditijs ad torturam concurrentibus, remittitur arbitrio Iudicis, an velit Reum torquere, vel in pœnam extraordinariam condemnare.*
7 *Fides publica seruanda est.*

CONSILIVM LXIV.

Pro regula traditur, quod illicite captus ante omnia est relaxandus, & pristinæ libertati resti-
1 tuendus, Bald. in l. pleriq. 18. num. 1. in fin. ff. de in ius voc. ibique Paul. de Castr. numer. 4. firmans, quod spoliatus propria libertate sicut de facto fuit carceratus, ita ante omnia de facto est relaxãdus; adeout spoliatus libertate longe magis grauetur, quam spoliatus bonis, Bart. in quæst. 6. n. 2. in fine, & seq. atque hinc locus sit interdicto ff. de lib. hom. exhib. l. 1. & seq. Rot. decis. 151. num 2. ad fin. par. 2. diuers. vbi etiam num. 4. quod captura, & carceratio nulla non iustificatur ex superueniente probatione legitima.

Constat autem carcerationem in casu, de quo agitur fuisse illicitam, dum liquet, processisse durante
2 termino concesso Marco Antonio Clerico à Reuerendiss. Ordinario Cauense post eiusdem condemnationem in exilium à toto Regno ad recolligendum sarcinulas, cum eo durante libere posset se publice habere per Ciuitatem, nedum extra loca

loca exilio præscripta, vt in his terminis per Guazzin. tractatu de defens. Reor. in 33. defens. cap. 27. ante num. 12. vers. solet dari terminus, ex cons. Io: Antonij Lanarij 38. per tot.

Nec obstat, quod terminus prædictus suffragari non posset, quamuis duraret, dum satis censetur sarcinulas recollegisse, Regnum Neapolis egrediēdo, tum quia non propterea sequitur, quod sarcinulę fuerint integre iuxta suam indigētiam recollectę,
3 neque exinde censeri potest vlteriori dilationi sibi ad eas recolligendas concessæ renunciare, & ad effectum, vt illi minime censeri debeat renunciatum, quælibet etiam leuissima sufficiat occasio, vt per Tiraquell. de retract. lignag. §. 36. glo. 2. nu. 50. ad finem.

4 Tum etiam quia regula contraria, quod dilationis causa cessante cesset dilatio, limitatur in penalibus, vt bene comprobat Aretin. in l. cum stipulatus, 113. num. 3. ff. de verb. oblig. vbi etiam infert n. 5. ad med. quod verus contumax, qualis est, qui dixit nolle comparere, nihilominus quousque durat dilatio, expectandus est ex ratione, quia ea durante potest mutare propositum.

Id autem facilius hoc casu admittendum, quo Ordinarius Cauensis hunc clericum non confessum, nec conuictum non poterat condemnare in pœnā ordinariam, qua ad peius possunt clerici in eo fo-
5 ro damnari, cum in simplici homicidio cessante incorrigibilitate omnes communiter concludant, clericum non esse Curiæ sæculari tradendum, vt per Farin. quæst. 8. nu. 80. & quæst. 119. nu. 46. Chartar. decis. 66. num. 48. vbi etiam in qualificato.

Hinc namque non solum potuit Ordinarius prædi-
6 ctus arbitrio suo clericum iuuenem robustum nō torquere, sed eum in pœnam extraordinariam, sicut fecit, condemnare, Farin. quæst. 86. num. 17. & seq. & cons. 109. num. 15. & 27. Caball. resolut. crim. cas. 288. n. 20. & seq.

Sed nulla est difficultas, quin ex quo post condemnationem terminum prædictum ad sarcinulas recolligendas concessit, quemadmodum hæc concedendi facultas omnibus Iudicibus, qui condemnant, passim reseruatur, debeat idem terminus ser-
7 uari, & fides publica seruanda, vt plenè per Pegueram decis. 39. n. 2. seqq. & per tot. Farinac. cons. 131. num. 6. lib. 2.

ARGVMENTVM.

An, & quomodo probetur furor, ad effectum excusandi à pœna homicidam furiosum.

SVMMARIVM.

1 *Furiosus in furore delinquēs excusatur à pœna.*
2 *Homicidium a furioso commissum reputatur casuale.*
3 *Furiosus neque etiam in atrocissimis punitur.*
4 *Testes deponentes de furore nō probant, nisi reddant causam scientiæ, etiam non interrogati.*
5 *Negatiua sanæ mentis habet implicitam affirmatiuam, quæ probatur per actus, & signa furoris, & dementiæ.*
6 *Furiosus differt a demente, vel mentecapto.*
7 *Furiosus præsumitur, quando quis retinetur in vinculis ex causa furoris.*
8 *Furor probatur per testes singulares.*
9 *Furor probatur, quando quis nudus incedit publice per Ciuitatem.*
10 *Furoris signum est, quando quis eligit malum, dum potest eligere bonum.*
11 *Furoris signum est, quando quis voluntarie se submittit periculo.*
12 *Furor dignoscitur ex eo, quod, dum quis est infirmus, non patitur medelas, nec vult medicis obtemperare.*
13 *Furiosus præsumitur is, qui pro tali reputatur à parentibus, & consanguineis.*
14 *Furor probatur ex publica voce, & fama.*
15 *Furor probatur ex depositione medici phisici.*
16 *Furor probatur ex actibus, & verbis deridendis, non nisi furioso conuenientibus.*
17 *Furiosus præsumitur is, qui alios sine causa offendit.*
18 *Furor probatur ex testibus de suo iudicio, vel credulitate deponentibus.*

CONSILIVM LXV.

NVlla difficultas est, quod furiosus in furore delinquens excusandus est à pœna ex plurimis
1 adductis per Farin. quęst. 84. num. 1. & in fragm. crimin. par. 1. ver. furiosus, n. 211.

Furiosus enim mortuo æquiparatur, Tiraq. de pœnis temper. aut remit. tertia causa, num. 3. & homici-
2 dium ab eo in furore commissum iudicatur casuale, Caball. tract. de omni gener. homicid. num. 179. vbi etiam num. 180. quod tales non peccant, cum non habeant consensum, vel voluntatem, nec furiosi possunt molestari criminaliter, Guazzin. defens. 1. cap. 39. n. 36.

Adeout nec etiam in atrocissimis locus sit alicui pę-
3 næ, quia licet aliqui contrarium teneant relati per Farin. d. quæst. 84. num. 36. præcipuè quoad pœnam aliquam extraordinem ratione grandis, & mali euentus, tamen sententia negatiua indistinctè sit tenēda, ex textu in l. Diuus Marcus, 14. loquente in crimine parricidij, ff. de offic. Præsid. & in l. fin. §. fin. ff. ad leg. Pomp. de parricid. Farin. ead. quæst. 84. num. 27. & 37. vbi plerosque refert ex veriori, ex quo in eo, qui in furore delinquit, vrgent omnes rationes in regula consideratæ, & num. 39. ad finē, vbi propterea, quod furor excusat à crimine læsæ maiestatis.

Difficultas est, an furor legitimè probatus sit iudicādus, quia reputatur difficilis probationis, cum quilibet præsumatur sanæ mentis, cumque & furor, & dementia sit quid inuisibile, ac propterea sensu corporis non percipiatur, sed iudicio intellectus, perspicua inquisitio requiritur; ideoque non cre-
4 ditur testibus, nisi etiam non interrogati causam sui dicti manifestam faciant, Surd. cons. 89. num. 3. ante finem, & num. seq. lib. 1. Rot. decis. 107. n. 2. ante finem, vers. nam licet furor, & nu. 3. & seq. par. 2. diuers.

Attamen in casu, de quo agitur nulla quoque prorsus inest difficultas, quin furor de tempore commissi delicti sit legitimè probatus, ac proinde lo-
5 cus sit liberationi, siquidem negatiua sanæ mentis non est improbabilis, quia habet implicitam affirmatiuam, quæ probatur per actus, & signa furoris, & dementiæ, Farin. d. quæst. 84. num. 50. & in fragm. crim. d. par. 1. verbo, furor, num. 33. Rot. decis. 129.

num.4.cum seq. par. 2. diuers. vbi etiam,quod ne-
gatiua,quę probatur per factum sonans in affirma-
tiuam,non differt ab ipsa affirmatiua.
Primo namque de huiusmodi furore constat ex de-
positionibus quatuor testium affirmantium etiam
per sensum visus vidisse d. Io: Baptistam sæpius ex
causa furoris fuisse ligatum,retentum , & aliquan-
do etiam cum manicis ferreis ; in hoc enim differt
6 furiosus à demente,seu mentecapto, quod furiosus
tanquam intellectu priuatus habet euidentem fu-
roris rabiem,adeout si dimitteretur, sæuiret in se ,
& alios,Surd.d.cons.89.num. 14.in fine,& seq.ideo-
7 que,quod retētio in vinculis ex dicta furoris cau-
sa furorem probet.Farin.in fragm.crimin. d. par.1.
verbo furoris signa,num.27.Surd.d.cons.84.nu.21.
vers.quarto fuit.
Et præsertim cum testes sint inter se cōtestes,& qua-
8 tenus etiam essent singulares, adhuc in hoc casu
admittuntur,cum sufficiat ad furoris probationē ,
quod in genere circa actus illius deponant, vt per
Rot.eadem decis.167.num.12.diuers. par. 2. Farin.
vbi supra,num.292.
Secundo quia ijdem testes etiam contestes deponūt,
vidisse d.Io. Baptistā in hebdomada Sācta,se è vin-
culis dissoluisse , & nudam per Ciuitatem etiam
9 ante Ecclesiam Cathedralem se contulisse,& cum
maxima difficultate fuisse coacte ad domum per
plures reconductum , Farin.in fragm.crim. vbi su-
pra,num.255.Rot.d.decis.107.num.5. post vers. se-
cundo probatur,vers.quia ibat ad chorum in ca-
misia .
Tertio quia probant ijdem testes,eumdem Io.Bapti-
stam non solum recusasse medicamenta, sed sæpius
pluribus diebus noluisse aliquid gustare , nisi de-
mum per vim ad instar infantium,est enim signum
10 hoc notabile,vbi posset eligi bonum, electio mali,
Farin.in fragm.vbi supra num.260.
Quarto quia post commissum homicidium nedum
minime aufugit sicut poterat,sed casu inuentus ab
11 vnico birruario voluntarie se submisit illi in car-
cerem eum deducenti , Farin. in eisdē fragm. vbi
supra num.259.
Quinto quia,quamuis infirmus noluit pati medelas
12 medicoque obtemperare , vt ijdem testes pro-
bant , quinimmo barbitonsorem volentem illum
per vim sanguinare pugnis affecit, & aromatha-
rio præstanti sibi medicinam potandam iussit , vt
non mediante ore , sed auribus inueheret , Farin.
vbi supra num. 264.vers.furor etiam dignoscitur .
Sexto quia non solum a parentibus,& consanguineis
13 & ab alijs publice , probant ijdē testes,d.Io.Bapti-
stam fuisse furiosum communiter habitum , & re-
putatum , Farin. vbi supra num. 272. sed etiam ex
14 publica voce, & fama,vt num.273.Surd.d.cons.89.
num. 20. Rot. d.decis.107. nu. 5.vers.secundo pro-
batur,par.2.diu.
Immo etiam ab ipso medico phisico, vt ipsemet de-
ponit,talis reputatus , Rota eadem decis. 107. nu.
15 5.vers.quarto ista dementia , & num. 6. & 7. Card.
Mantic. decis.60.in princ.vers.nam primus .
Septimo quia probatur etiā ex eisdem testibus,quod
ab eodem Io. Baptista processerunt continuo plu-
16 res actus , & verba deridenda , nonnisi furiosis, &
dementibus conuenientia insanorum more etiam
per viam , & vicos, Farin. in fragm.vbi supra num.
240.&242.Surd.d.cōs.89.num.22.vers. verba fatua.
& seq.Rot.d.decis.107.num.5.in prin.& vers.in pri-
mis,& vers.secundo probatur .

Octauo demum quia deponunt quoque testes de
17 aliorum offensione etiam conspuendo alijs in fa-
ciem , Farin.in fragm.vbi supra num.268.
Quæ omnia eo facilius admittenda,quo in hac ma-
18 teria probationis furoris probant testes etiam de
suo iudicio , vel credulitate deponentes , vt per
Surd.d.cons.89.num.27.
Et prę cæteris maxime aduertendum, quod occisio
vxoris processit a viro , qui summo amore illam
sēper prosequutus fuit , & quidem iure,stāte eius
qualitate honestissima apud omnes , vt pariter te-
stes concorditer deponunt .

ARGVMENTVM.

An, & quando magis præsumatur persua-
sio, vel consilium , quam mandatum
ad homicidium , ad effectum euitan-
di pœnam ordinariam.

SVMMARIVM.

1 *Mandatarius quando erat sine mandato homi-
cidium patraturus, non est locus pœnæ ordina-
riæ contra mandantem .*
2 *Inquisitio , in qua continetur , quod familiaris
mandauerit domino , continet manifestam fal-
sitatem .*
3 *Mandatum non resultat , sed persuasio , & con-
silium,mitiori pœna dignum , quando agitur de
vindicta pertinente ad mandatarium , etiamsi
mandans vsus fuerit verbis præceptiuis .*
4 *Ad Mandatarium dicitur pertinere vindicta ,
quando magis ipsi quam mandanti fuit illata
iniuria .*
5 *Ex Inimicitia capitali inter mandatarium , &
occisum oritur præsumptio,quod etiam sine mā-
dato fuisset homicidium commissum .*
6 *Inimicitia antiqua præsumitur durasse vsque ad
vindictam .*
7 *Inimici vbi sunt mandans , et mandatarius ex
pari causa, non est locus punitioni ex mandato,
sed mitiori,tanquam ex consilio .*
8 *Mandatarius quando erat etiam sine mandato,
homicidium patraturus , locus est mitiori pu-
nitioni mandantis,tanquam ex consilio , non
attenta confessione , quod ipse mandauerit , et
ordinauerit .*

CONSILIVM LXVI.

Recedendum à resolutione, quod in casu,de quo
agitur , locus sit impositioni pœnæ ordinariæ
ex prætextu , quod Isabella mandauerit eius viro,
vt, de quo inquiritur, committeret homicidium;
quamuis enim , plures velint , nullam faciendam
esse distinctionem , an mandatarius homicidium
esset perpetraturus , vel non,attamen in hoc casu
nedum distinctio videtur admittenda, verum etiā
1 quod prætensus mandatarius absque mādato fuis-
set commissurus, ac propterea, quod locus sit
pænæ extra ordinem , non etiam ordinarię,vt post
alios plene per Surd.cons.40.nu.14. lib. 1. & Farin.
quæst.129.num.141.
Admittenda autem est distinctio, quoniam ex dupli-
ci ca-

ci capite constat, casum hunc minime versari in mandato proprie sumpto, sed magis in persuasione, consilio, & sollicitudine.

Primo scilicet, quia proprietas mandati cadit in superiore mandante inferiori, non autem in inferiore mandante superiori, ideoque Bald. in l. 1. num.
2 mihi 14. ad fin. C. de seru. fugit. firmat, quod in quadam inquisitione fuit manifesta falsitas, in qua continebatur, quod familiaris mandauerat Domino, & num. 15. rationem reddit, quæ huic casui applicatur, dum mandasse prætenditur vxor proprio viro sibi superiori, rationem scilicet, quod verificari debent sermones secundum communem opinionem habentium intellectum, idque ita applicatur, quod mandatum dici non potest in casu, in quo prætenditur filium mandasse patri, vel minorem fratri maiori, subiungens, experimentum verorum sermonum esse, vt concordent cum rebus sensatis, vel verisimilibus.

Secundo quia non etiam mandatū prætendi potest, quando agitur de vindicta, cuius exequutio per-
3 tinet ad pretensum mandatarium, etiamsi assertus mandans vsus fuisset verbis imperatorijs, præceptiuis, vel mandatorijs, quandoq; siquidem non resultat ex illis mandatum, sed persuasio, consilium, & sollicitudo, ex qua minor solum pœna est applicabilis, vt per Angel. cons. 22. ex num. 3. vers. cum enim exequutio vindictæ, Ruin. cons. 5. ex n. 2. vers. aliquando vero negotium, lib. 5.

Constat autem, exequutionem vindictæ spectasse ad maritum, & non vxorem, cum sensate pensatis omnibus causis inimicitiæ prætensæ inter occisum, & coniuges prædictos ex informatiuo resultantibus, & signanter vltima proxima, ac impulsiua homicidij, fuerint citationes ad instantiā occisi exequutæ ad effectum obtinendi mandatum de euacuando domum per dictos coniuges habitatam, cum
4 exinde desumpta ægreferentia principaliter spectaret ad ipsum virum, cuius erat onus manutentionis habitationis prædictæ, vel alteram prouidendi, Ruin. d. cons. 6. num. 2. post princ. lib. 5. Menoch. cons. 788. num. 34. post vers. præterea quod mandatarius, vers. quod non erat, lib. 8. Giurb. cōs. crim. 91. ex num. 10. vers. quarum altera.

Constatque insuper, quod non solum assertus mandatarius sine mandato vxoris fuisset homicidium prædictum commissurus, dum ex defensiuo, ac deductis in facto liquet de inimicitia capitali inter
5 occidentē, & occisum, & præcipue tam ex verberibus occidēti ab occiso illatis, quā amotione eidē armorum, & iniuria honoris maxime offensiua, Ruin. d. cons. 6. nu. 2. post princ. lib. 5. Hended. cons. 87. num. 86. lib. 2. Farin. d. quæst. 129. nu. 145. & seqq. Giurb. d. cons. crim. 91. num. 10.
6 Siquidem inimicitia etiam antiqua præsumitur durasse vsque ad vindictam, Rim. sen. cons. 51. ex n. 5. vers. quæ causa, seu inimicitia præsumitur durare, & num. 7. lib. 1. Surd. d. cons. 40. num. 3. lib. 1.

Verum quia etiam in casu, in quo supponi potest, pa-
7 riter inimicos fuisse mandatorem, & mandatariū, vt quia etiam causæ inimicitiæ fuerint inter eos, & occisum communes, adhuc non est locus punitioni ex mandato, sed mitius tanquam ex consilio Bald. in d. l. 1. C. de seru. fugit. num. mihi 17. vers. & si erāt pariter inimici, Ruin. d. cōs. 6. n. 2. ad med. vers. quandoque, & tertio negociū spectat ad vtrumque pariter, & num. 3. ad med. lib. 5. Surd. d. cons. 40. nu. 15. in fine, & num. 16. lib. 1.

8 Præmissa autem adeo vera sunt ad exclusionem mādati proprie sūpt., quod præmissis concurrentibus punitioni duntaxat mitiori locus sit, vt nec attendi iure possit confessio ipsa asserti mandatoris, quod ipse mandauerit, aut ordinauerit homicidium, & ex ipsius ordine fuerit perpetratum, Angel. d. cons. 22. num. 3. ante finem post vers. nec obstant verba inquisitionis, vers. & confessio facta per eum, August. de Arim. ad Ang. Aret. de malef. in verb. Sempronium Rodulphi, in prima addit. n. 2. in fine, Bertaz. cons. crim. 341. num. 33. post princ. lib. 2.

ARGVMENTVM.

Homicidio commisso in rixa, an occisus, vel occidens censeatur prouocator, & author rixæ, adeo vt sit locus pœnæ ordinariæ.

SVMMARIVM.

1 *Ad Homicidium dolosum requiritur præcedens deliberatio.*
2 *Animus occidendi differt, ad effectum pœnæ, ab animo deliberate occidendi.*
3 *Homicidio commisso in rixa non est locus pœnæ ordinariæ.*
4 *Animus occidendi desumitur ex armorum qualitate, et modo percussionis, sed non concluditur præmeditatio.*
5 *Prouocator censetur ille, qui præsenti statu cōtentus non est, et prouocatus censetur ille, contra quem vltra quæritur ab aduersario.*
6 *Iniuria, quæ verbis fit, verbis purgari potest.*
7 *Rixa censetur durare, donec aggressor ex ea non discedit.*
8 *Prouocator est is, qui vtitur verbis iniuriosis.*

CONSILIVM LXVII.

IN casu, de quo agitur minimè censeri potest, homicidium fuisse dolosum, & ex proposito, quia nō
1 videtur constare, quod præcedente deliberatione commissum fuerit, Bald. in l. 1. num. 53. Clar. d. §. homicidium, num. 5. & 6. & in d. §. an homicidium præmeditandum sit, præmeditatum, vel non præmeditatum, quamuis controuertatur, verior tamen, & magis recepta est opinio, quæ tenet, hanc non esse simpliciter Iudicantibus arbitrariā, sed arbitrium regulandum esse iuxta Iuris regulas, desumpta earum applicatione ex circumstantijs
2 facti, & præsertim cum longe differat, quod circumstantiæ facti præseferant simpliciter animum occidendi, vel inferant animum deliberatè occidēdi, ideoque in primo casu nō sit locus pœnæ ordinariæ, sed solum in secundo, Clar. d. §. homicidiū, num. 8. post med. vers. sed ego in hoc proposito, Bertaz. cons. 85. num. 10 & cons. 308. num. 7. in fin. & seq. lib. 1. Farin. quæst. 126. n. 10. Surd. cons. 40. n. 29. Giurb. cons. crim. 51. n. 2.

Qua ratione licet controuersa etiam sit quæstio, an homicidium in rixa commissum censendum sit culposum potius, quàm dolosum, & consequutiuè an locus sit pœnæ ordinariæ, vel extra ordinem,

Q 2 atta-

3 attamen in dubio magis iudicandum ordinariam pœnam excludi, l. 1. §. Diuus, ff. ad leg. Corn. de sicarijs, Farin. d. quæst. 126. num. 48. & seqq. Laderch. cons. 181. num. 29. Surd. d. cons. 40. numer. 19. Hond. cons. 99. num. 45. & alijs, lib. 1. Caball. d. tract. de homicid. n. 383.

4 Etiam non obstante, quod animus occidendi desumi possit ex armorum qualitate, & modo percutiendi, quia non propterea sequitur, animum occidendi fuisse cum præmeditatione, & deliberatione, quemadmodum ad effectum pœnæ ordinariæ requiritur, Clar. d. §. homicidium, num. 8. post med. vers. sed ego in hoc proposito, Farin. d. quæst. 126. n. 10. Surd. d. cons. 40. n. 29.

Constat autem, circumstantias huius facti exclusiuas esse homicidij præmeditati, dum supponitur in facto, inquisitos ante aliquam percussionem, immò ante vlla prolata verba iniuriosa pacificè sermonem hunc habuisse cum Io: Carolo, & alijs personis astantibus, siate testimonij, che qui Gio: Carlo non dice niente per noi, & Io: Carolum dixisse, io non mi disdico, perche non hò detto niente per voi, non hò da far con voi, eosdemque inquisitos respondisse, questo ci basta.

Hinc namque satis liquet, quod quamuis superior conclusio, quod homicidium in rixa commissum, non sit punibile pœna ordinaria, limitetur, quando constat, interfectorem fuisse illius rixæ authorem, tamen hæc qualitas censeri nequit huic casui applicabilis.

Tum quia prouocator censetur ille, qui præsenti sta-
5 tu contentus non est, nec prouocator, sed prouocatus censendus est ille, contra quem vltrà quæritur ab aduersario, vt firmat Alciat. cons. 6. num. mihi 34. vers. quia ipse est, qui præsenti statu contentus non est, tom. 3. lib. 5. quod consilium habetur etiam post tractatum eiusdem Alciati de singulari certamine, num. 24. ante med. eodem vers. quia ipse est, in tract. nouiss. tom. 12. fol. 298.

Tum etiam quia quicquid dici possit circa originem alloquutionis inter istos, hoc certũ videtur, quod inquisitis licitum fuit interrogare dictum Io: Carolum, an ea, quæ affirmasse dicebatur pro personis ipsorum inquisitorum, dixerit, cum id tenderet ad eorumdem honorem, eoque magis interro-
6 gatio fuerit licita, quo iniuria, quæ verbis fit, verbis purgari potest, ac propterea Iure inquisiti declararunt sibi satis esse responsionem sibi datam, vt per eumdem Alciat. d. cons. num. 10. alias 12.

Atque ideò merito prouocator censendus est occisus, dum audito, quod inquisiti erant satisfacti, &
7 nihil vltra quærebant, ac proinde, quæ præcessit rixa, fuerat mediante hac satisfactione terminata, & eorumdem inquisitorum à loco alloquutionis recessu, Farin. quæst. 125. num. 339. quatenus firmauit, rixam censeri durare, donec aggressor ab ea non discedit, idem occisus fuit nouæ rixæ author, recedendo à loco, quo discesserant inquisiti eosq. ad irã prouocauit, dicendo, se che se l'hauessi detto, che vorreste? cum hæc verba non fuerint verba amicabilia, prout fuerant verba inquisitorum, sed iniuriosa tanquam approbatiua iniuriæ, ac proinde qualitas prouocationis soli occiso applicari iure possit, vt per eumdem Farinac. quæst. 125. num. 508.

ARGVMENTVM.

Commisso homicidio a clerico in rixa, an pœna ad triremes temporaliter, & priuationis beneficiorũ sit excessiua. An vindicta transuersalis resultet, quãdo offenditur tertius in rixa ad defensionem.

SVMMARIVM.

1 *Pœna non debet esse maior delicto.*
2 *Contumax non punitur in plus, quam si venisset.*
3 *Pro Contumace quilibet de Populo auditur extraiudicialiter ad allegandum excessiuitatem pœnæ.*
4 *Rationi boni regiminis præualet ratio, ne quis indebite condemnetur.*
5 *Pœna excessiua, nec condigna delicto non est exequibilis contra bannitum, qui etiam ad manus Curiæ deuenit.*
6 *Homicidium commissum in rixa orta à prouocatore occiso, non punitur pœna ordinaria.*
7 *Homicidium in dubio præsumitur potius commissum ex causa rixæ, quam insultus.*
8 *Homicidij dolosi pœna ordinaria in clerico est triremium.*
9 *Pœna ad triremes temporaliter vti extraordinaria est excessiua, quando ordinaria esset ad triremes in perpetuum.*
10 *Pœna extraordinaria diuersa, & mitior imponitur clerico, quam laico.*
11 *Pœna priuationis beneficiorum non imponitur, nisi expressim Iure canonum sit statuta.*
12 *Clericus ex homicidio simplici sine dolo, & præmeditatione non censetur beneficijs priuatus.*
13 *Vindicta transuersalis non dicitur, quando offensor est coadiutor rixantium.*
14 *Vindicta transuersalis non dicitur, quando offenditur tertius incontinenti ad defensionem, quamuis in offensione sit modus excessus.*

CONSILIVM LXVIII.

Stante conclusione indubitata, quod in sententia contumaciali pœna maior apponi non potest ea, quæ veniret imponenda, si Reus esset præsens, ex
1 quo regula est, quòd pœna non debet esse maior delicto, vt per Bart. in l. rescriptum, 6. in principio,
2 ff. de his, quib. vt indignis, quamobrem firmat Bald. in c. 1. §. iniuria punitur, numer. 19 ante med. vers. quia si venisset, quod contumax non potest in plus condemnari, quàm si venisset, tit. de pace iuramẽto firmanda, & ex Bald. quod ficta confessio resultans ex contumacia non potest operari effectum in eo, in quo Reus non potuisset puniri ex vera confessione, firmat Barbat. cons. 23. num. 27. ante med. vers. & ideo multum singulariter dixit Bald. lib. 2. idemque etiam alijs comprobant Farin. cons. 14. num. 4. ad fin. lib. 1. & Giurb. cons. crim. 83. n. 18. & seq.

Sequitur, quod dum ex homicidio, quod dicitur a clerico commissum in pura rixa, non potuit de Iure

Iure imponi pœna damnationis ad triremes per septennium,& priuationis beneficiorum ex alle-
3 gandis proximè,ac proinde excessiuitas huius pœnæ probatur ex dispositione Iuris, quilibet de populo in hoc regulis contumaciæ non obstantibus extraiudicialiter audiendus,Bald.cons.238.num.2. lib.2.ex Innocen.in c.cum inter, 16. numer. 3. post princ. vers. sed dic,quòd vbicumque, de elect. & Bald.sequitur Bosss.tit.an in crimin.iudic.quis possit pro absente interuenire,num.14.post med.vers. quod quilibet, idemque firmat idem Bald. consil. 335.num.1.ante med.vers.præterea ad hanc defensionem,lib.3.

Et præsertim cum magis efficax censeri non debeat
4 ratio boni regiminis,quam ratio, ne quis excessiuè,& sic indebitè condemnetur,vt per Farin.quest. 99.n.234.ad finem.

Atque hinc est,quod neque etiam pœna in sententia
5 contenta exequibilis est contra bannitum condemnatum,qui ad manus Curiæ deuenit, quando pœna in dicta sententia contenta non est condigna delicto per illum bannitum commisso, Farin. quæst.11.num.62.Clar.§.fin.quæst.93. num. 4. vbi etiam quod sententia ob excessum pœnæ est nulla, idemque firmat Plot.cons.72.num.31.& seqq.inter cons. crim.diuers.tom.2.idem Farin. cons.28. nu.1. & cons.101.num.48.lib.1.& cons.121.nu.6.ad med. vers.si verò,lib.2.& Giurb.d.cons.83.n.5.& seq.& n. 8.& plurib.seqq.

Constat autem in casu, de quo agitur,condemnationem ad triremes per septennium censeri minimè posse extraordinariam, quoniam attenta veritate
6 facti supponitur,homicidium constare, quod fuit commissum in pura rixa, nulla prorsus præcedente deliberatione,quinimmò ex rixa, quæ ortum habuit à prouocatione alterius Partis, hoc namque casu non dubitatur, quin minimè locus esse possit pœnæ ordinariæ,sed dumtaxat extrà ordinem,de quo neminem dubitare testatur, & pluribus comprobat Farin. cons.2. n. 4. cum alijs pluribus per add.sub lit.C.lib.1.

7 Idque adeo verum,vt etiam in dubio magis homicidium iudicandum commissum ex causa rixæ, quàm insultus,Farin.cons.142.num.5.lib.2. Giurb. cons.82.n.50.

Quapropter non releuat,quod condemnatio in hoc casu ad triremes per septennium iudicari nequeat,nisi extraordinaria, tum quia cum in clerico
8 pœna ordinaria homicidij dolosi, & deliberati sit triremium,qualem Ecclesiastici Iudices maiorem habent,vt c.cum non ab homine,10. ante fin. de iudic.Farin.quæst.8 num.79.& seq.& quæst.119. n. 4.& plur.seqq.Chartar.decis.crim.66.nu.38.Guazz. defens.39.cap.1.n.3 & seqq.

Condemnatio ad triremes,quamuis temporalis, dici nequit extraordinaria; sicut enim homicidium ex indubitatis inditijs resultans ex veriori, & magis communi puniri nequit pœna ordinaria,ac proinde pœna in hoc casu ad triremes temporaliter est
9 excessiua; ita pœna ad triremes temporaliter infligi non potest,sed alia mitior, quando pœnæ ordinariæ non est locus,Clar.quæst.20.numer.5.vers. scias tamen,quod etiam inquit Caball.resol. crim. cas.288.num.15.& seqq.& Guazzin.defens.33. cap. 14.num.15.vers.tandem,Farin.quæst.86.num.118. & seqq.

Tum etiam quia opinio contraria destituta esset rationibus,dum respectu homicidij commissi in rixa non daretur differentia inter committentem laicum,& inter committentem clericum,inter quos tamen absque dubio differentia datur ex præmis-
10 sis,adeout exinde summa redũdet ratio,vt in homicidio commisso in rixa, & consequutiue absque dolo,& præmeditatione,alia debeat qualitas pœnæ esse extra ordinem in clerico, quam in laico, postquam in persona clerici duæ concurrunt rationis qualitates,scilicet rixæ,& clericatus, quarũ altera duntaxat concurrit in laico, Rot.decis.749. aliàs 748.incip.fuit resolutum,num.2. ad finem, p. 2.recen.

Nullatenus autem substineri potest condemnatio in pœnam priuationis beneficiorum, cum sit funditus excessiua,& consequutiuè nulla, nàm certissi-
11 ma est conclusio, quod pœna priuationis beneficiorum irrogari non potest à Iudice,nisi expressim Iure Canonum sit statuta, Abb. in cap.fin.aliàs 31. post glos.num.7.ad fin.vers.nota glosam singularẽ, quod pœna priuationis,de Iure patron. & c. cum vos, 4.num.5.de offic.ordin. Diaz in pract. crimin. Canonica,cap.134.num.2. Gonzal. ad reg. 8. Cancell.glo.15.num.136.& seq.cum num.139. Garz.de benefic.par.11.cap.10.numer.2. Seraph. decis. 286. num.6.

Iudices verò per sententiã minimè possunt pœnam priuationis beneficiorum indicere, nisi ratione criminis, in quo pœnæ ordinariæ sit locus,vel tanquam imposita ipso Iure,vel quia crimen homicidij non sit simplex, sed qualitate qualificatum ex
12 dolo,& præcedente deliberatione, ex quo hisce qualitatibus cessantibus clericus ex simplici homicidio ipso Iure beneficijs priuatus non censetur,ex doctrina Innocentij communiter recepta in c.in nostris,6.num.3. col. 3. in princ. de concess. præbend.vt per Plaz.in epitom.delicti. cap.11.n.2. Diaz in pract.crim.can.cap.94.numer.2.& Farinac. quæst.119. num.63. à pœna verò ordinaria homicidij excusatur in ijs casibus, in quibus laicus excusatur à pœna mortis, ac proinde cessante dolo, ac præmeditatione,idem Diaz d.cap.94. numer.3. & d.cap.134.num.2.& 3.idemque Farinac.d.quæst. 119.num.64.

Nullumque fundamentum fieri potest in prætextu
13 vindictæ transuersalis, & quia tertius qui prætẽditur occisus, supponitur ex eodem processu cõstare,quod fuerit coadiator rixantium; Constitutio autem 4. Pauli II. in nouo Bullario tom. 1. fol. 328.post princ. vers. sane,ad effectum pœnæ trãsuersalis vindictæ requirit qualitatem, quod offẽsus fuerit expers iniuriæ alteri illatæ.

Et quia ad dictum effectum requiritur in Constitutione prædicta, quod offensio appareat facta ad vindictam, quæ qualitas prorsus cessat, quando offensio tertij procedit incontinenti ad defensionem, quamuis in offensione tertij prætendatur modus excessus, vt in his terminis per Farinac. cons.2.num.5.6.7.& seqq. lib.1.

ARGVMENTVM.

De eadem re An clericus pro homicidio commisso in rixa non animo deliberato priuandus sit beneficijs.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *C[illegible] pro simplici homicidio non priuatur be-[illegible], sed venit per sententiam pri-[illegible].*

2 *C[illegible] homicidio deliberato, vel qualificato [illegible].*

3 *C[illegible] pœna ordinaria homicidij excusatur [illegible] mortis pœna eximitur.*

4 *H[illegible] deliberate commissum differt à [illegible] commisso, ad effectum priuandi cleri-[illegible].*

5 *Pœna [illegible] imponitur in homicidio commis-[illegible] imponitur in homicidio delibe-[illegible], & ex proposito.*

6 *Pœna ordinaria nō imponitur in homicidio cul-[illegible].*

7 *H[illegible] dolosum, & ex proposito solum dici-[illegible], [illegible] præcedente ex interuallo delibera-tione committitur.*

8 *Homicidium commissum in rixa, [illegible] prouocante, non dicitur dolosum, & ex proposito.*

CONSILIVM LXIX.

COnclusio desumpta ex Claro, §. homicidium, [illegible] num. [illegible] fol. 101. mihi 35. & §. fin. quæst. 74. nu. 7. [illegible] 9 [illegible] mihi quæst. 73. num. 7. ante fin. vers. [illegible] clericus committens homicidium, fol. 255.
1 [illegible] in sensu ex aduerso assumpto, quod [illegible] pro simplici homicidio non priuatur ipso [illegible], sed venit per sententiam priuandus, iuxta t[illegible] c. cum non ab homine [illegible] de iudic. prout intelligunt Innoc. & cæteri, quos allegat idem Clar. d. §. homicidium, numer. 21. assumpto sensu, [illegible] idem Clar. ibidem declarat eodem num. 21. ante finem, vers. siquidem in simplici homicida, [illegible] intellecta sub distinctione, quod ea procedat [illegible] homicidio simplici contradistincto ab homicidio deliberato, vel qualificato, in quo pœna in-[illegible] iuxta c. pro humani, quod est [illegible] homicid. lib. 6. & consequutiuè ipso [illegible] idem Clar. eodem §. homicidiũ, d. num. 21. ad fin. vers. sed in homicida deliberato,
2 [illegible] tamen, et ex Canonistarum, & [illegible] quidem in pœnam sit [illegible] ipso facto, sed tamen requiratur sen-[illegible] huius facti, ex Igneo in l. ne-[illegible] alias, in lectura, num. 13 & mihi in [illegible] 7. vers. & dicant, & num. 15. & num. 22. [illegible] & 52. ff. ad sen. cons. Syllan. prout idem [illegible] d. §. fin. quæst. 73. num. 7. ante finem, vers. item clericus committens homicidium.
[illegible] applicabilis censeri potest casus, de [illegible] ex duplici capite.
[illegible] vbi ex [illegible] processus informatiuo, cuius [illegible] religioni Iudicantium [illegible] innotesce-[illegible] non fuisse simplex, sed cō-[illegible] in pura rixa, proinde [illegible] exemptum esse à pœna ordinaria, cū cle-[illegible] à pœna ordinaria homicidij immunis sit, & [illegible] in quibus laicus homicida [illegible] vt [illegible] Petrus [illegible] tit. lib. 1. c. 11. n. 19. in fine, [illegible] clericus à pœna ordinaria, [illegible] & Diaz in pract. crim. can. c. 94. n. 3. vers. crederem tamen in ista materia, clericum in his casibus excusari à pœna ordinaria homicidij.

Altero, quia maxima est differentia inter homicidiũ,
4 quod animo deliberato non perpetratur, & homicidium deliberatè commissum, & hanc differētiam in hac ipsa quæstione, in qua agitur de priuatione beneficij agnoscit, ac comprobat idem Clar. d. §. homicidium, num. 21. ante finem, vers. & quidem in simplici homicidio, cum vers. subsequente, sed in homicida deliberato.

Neque releuat, quod Clarus homicidium simplex intelligat, quando deliberato animo non perpetratur, quia ad hoc nihil allegat, & contrarium est verius, cum de Iure detur differentia inter homicidium deliberatè, & non deliberatè commissum, & licet homicidium possit appellari simplex respectiuè ad qualificatum, nō tamen subsistit, quod in ordine ad homicidium deliberatum possit appellari simplex commissum sine præcedente deliberatione, quia cum homines, aut ex proposito, aut impetu, vel casu delinquant, vt inquit textus in l. respiciendum, 11. §. delinquunt, ff. de pœn. non
5 vna, eademque pœna plectendum est homicidium deliberatè ex proposito commissum, ac homicidium commissum impetu, quandoquidem recepta est in Iure conclusio, quod delictum deliberatè, & ex proposito commissum, censetur dolosum, commissum verò ex impetu culposum, idem Clar. d. §. homicidium, num. 5. vers. deliberatum autem, Farin. quæst. 119. num. 7. & seqq. quamobrem clarè
6 sequitur, quod pœna culposi homicidij non debet esse ordinaria, ex quo culpa lata ad effectum pœnæ ordinariæ minimè æquiparatur dolo, l. in lege Cornelia, in prin. ff. de sicarijs, vbi glo. in verb. culpa lata, idem Clar. d. §. homicidium, numer. 3. vers. culpa dicitur, Menoch. de arbitr. cas. 324. num. 11. Farin. quæst. 126. num. 50. Caball. tract. de omni gener. homicid. n. 197. 202. & seq.

Etenim cum illud homicidium dumtaxat dicatur
7 dolosum, & ex proposito commissum, quod præcedente ex interuallo deliberatione committitur, Boss. de homicid. num. 50. & 53. Clar. d. §. homicidium, num. 1. & 6. Farin. quæst. 126. n. 3.

Sequitur, quod tale censeri nequeat in calore rixæ,
8 & præcipue altera Parte prouocante, Laderch. cons. 181. n. 29. Surd. cons. 40. nu. 19. Honded. cons. 99. n. 45. Caball. de homicid. n. 383.

ARGVMENTVM.

Homicidio commisso an, & quando procedi possit contra alterum sub prætextu mandati, vel consilij, vel auxilij, vel ratificationis.

SVMMARIVM.

1 *In mandato non constat de corpore delicti, nisi probato tractatu.*

2 *In mandato tria probanda sunt, colloquium præcedens, tractatus committendi maleficij, & modus committendi.*

3 *In mandato ex præsumptionibus, & coniecturis probando, requiritur probatio alicuius actus inferentis tractatum.*

4 *Tra-*

4 *Tractator homicidij, ordinator, consulens, persuasor, confortator, seu inflammator non dicitur, nisi quando istis communicatur homicidiũ futurum.*

5 *Auxiliator dicitur etiam is, qui destinatum auxilium promisit.*

6 *Ex Inimicitia præsumitur, quod quis etiam sine consilio fuisset homicidium patraturus.*

7 *Testes singulares respectu temporis, & loci non probant.*

8 *Testes varij, & inter se contrarij se inuicem collidunt.*

9 *Mendacia detrahunt fidem testibus.*

10 *Testibus pro Reo negantibus coarctate magis creditur, quam pro Curia affirmantibus.*

11 *Associatio post delictum, quando censeri potest ad alium finem, quam vt delinquens ponatur in tuto, non est actus punibilis.*

12 *Ratificatio delicti non datur, nisi delictum commissum fuerit nomine mandantis.*

13 *Inimicitia ex causa graui cum occisore excludit alterius mandatum.*

14 *Ex Verisimili sicut oritur inditium culpæ, ita ex inuerisimili oritur præsumptio innocentiæ.*

CONSILIVM LXX.

NEc de prætenso mandato ad occidendum, nec de consilio, seu inflammatione, nec de aliquo auxilio siue in delicto, siue post illud, minusque aliqua illius ratificatione vllatenus constat, quamobrem nihil impedit, quin exclusis quocumque rigoroso examine, ac quacumque pœna extra ordinem, locus sit horum DD. fratrum carceratorum liberationi.

Non de prætenso mandato, quoniam certum est, ad illius probationem requiri probationem tractatus, qui est discussio quadam, indago & colloquium inter aliquos de aliquo peragendo; quamobrem cum ex ipso processu informatiuo nihil habeatur ad tractatum prætensi mandati conferens, & pro
1 tractatu asserto probatio illius sit necessaria tanquam corpus delicti, consequutiuè, neque etiam potest prætendi, constare de corpore delicti ipsius mandati, Soccin. iun. cons. 3. num. 25. ad medium, vers. nam tractatus dicitur, lib. 3. Decian. cons. 67.
2 num. 5. lib. 3. dicens propterea trium probationem requiri, nempè primò colloquium præcedens, secundò tractatum committendi maleficij, et tertio tam deliberationem, quam modum committendi, Giurb. cons. crim. 63. num. 25. Eugen. consil. 76. num. 37. lib. 1. Farin. quest. 96. num. 77. vbi etiam ex veriori, & magis recepta, quod debet de tractatu certè, & liquidè, & non præsumptiuè constare.

Et procedit conclusio, etiam vbi agitur de probatio-
3 ne mandati ex præsumptionibus, & coniecturis, quia & hoc casu non solum requiritur iustificatio alicuius actus inferentis tractatum in genere, sed immò, quod concurrant aliqua inditia specialia ipsius tractatus contra inquisitos, Farin. cons. 32. n. 30. post med. vers. primo quod constet, & vers. quod adsint, lib. 1.

Non etiam de consilio, seu inflammatione constat,
4 quia licèt quis dici possit tractator, seu ordinator homicidij, consulens, persuasor, confortator, seu inflammator, tamen huiusmodi termini cum solũ applicabiles censeri possint, quando istis communicatur homicidium futurum, sequitur è contra quod nullatenus applicabiles sint, quando, vt hic, nihil de istis ante commissum homicidium legitimè docetur, vt per Bald. in l. ob hæc verba, num. 2. ante fin. vers. vnde si tu volebas occidere, ff. de his, qui not. infam. cum alijs per Farin. quæst. 129. nu. 29. & num. 78. vbi quod regula contraria procedit in consilio dato ante delictum, vel in delicto, secus si post delictum, cum tale consilium non sit punibile, & quamuis num. 79. aliquos adducat, dicentes, quod ad hoc, vt consilium sit punibile, debeat prestari in ipso actu, tamen in vers. cuius contrarium ex pluribus probat, consilium in delictis præstari ante factum, vt num. 80.

Ac non etiam de aliquo auxilio ex actis constare
5 pretendi potest, quod releuet, nam & si Clarus in pract. crim. quæst. 90. numer. 1. ante finem, vers. ego tamen, & vers. & hoc quocumque tempore, velit, auxilium destinatum à principio etiam sufficere sequuto deinde delicto.

Attamen aduertendum, quod de auxilio in delicto nullus prorsus deponit, sed ijdem, qui retulerunt verba occisoris, deponunt, quod quando primum significauit his fratribus, se homicidium commisisse, dixit, se solum in eius commissione extitisse, neque aliquid de alicuius auxilio affirmauit.

De auxilio verò præstito ante delictum semoto nepote occisi, qui etiam fuit querelator, adducuntur dumtaxat duo testes, scilicet Carolus Pedona, qui dixit, Don Alessandro discorrendo con li miei socci si lamentaua, che haueua gridato con detto arciprete in Turrita, e che però era risoluto di volerlo occidere, e li detti miei socci li dissero, che lui l'hauesse pur ammazzato, che loro l'hauerebbero aiutato, e che non hauesse dubitato, ch'hauesse lassato fare à loro, & Iulianus Desiderius, qui dixit, Don Alessandro disse, che già, che detto arciprete gl'haueua fatto leuare le robbe, lui voleua buttar via anco la tonica, e che lo voleua ammazzare, detto Settimio disse, se voi lo fate, io vi aiutarò di danari, & in quello più, che potrò.

Testes autem isti præter exceptiones, quas quoad eorum personas patiuntur, deductas in facto, nullatenus considerabiles censeri possunt; nam quatenus ambo affirmant, occisorem deliberasse, di-
6 ctum homicidium committere ratione propriæ inimicitiæ inter ipsum, & occisum, quo casu nedũ excluditur prætensum auxilium, sed præsumitur, quod occidens etiam sine consilio esset homicidium patraturus, vt per Farinac. quæst. 129. num. 145.

Exceptiones patiuntur tam in præfatis depositionibus, quam in alijs eorum dictis, etiam assertarum
7 minarum, dum non solum sunt singulares, tam respectu temporis, quàm loci, Marsil. cons. 72. num. 1. Aldobr. cons. 72. num. 13. lib. 1. Osasc. decis. Pede-
8 mon. 79. num. 16. sed, vt ex facto clarè demonstratur, sunt varij, & contrarij, adeout nihil omninò probent, Farin. quæst. 66. num. 19. ac etiam inter se contrarij, ideoque se inuicem collidant, Farinac. quæst. 65. n. 2.

Quinimmò quod nulla prorsus illis adhiberi possit
9 fides, conuincitur non solum ex mendacijs, vt in facto, quæ etiam de per se sufficiunt ad detractionem fidei, Rot. decis. 79. nu. 1. post med. post lib. 2. consil. Farinac.

Sed etiam ex testibus huius Partis in substantialibus
10 negantibus coarctatè, quo casu non dubitatur, quin Reorum testibus negantibus sit credendum ma-

magis, quàm testimus Curia [illegible] antibus, Marsil. cons. [illegible] num. 12. & cons. [illegible] num. [illegible] lib. 1. Boss. de defens. [illegible] num. 32. & seq. Farin. cons. [illegible] num. [illegible].

Minusque constat de associatione, aut auxilio præstito occi[illegible] ad effectum, vt locus sit condemnationi, seu torturæ super præcedente tractatu, vt quia ex auxilio sic post delictum præstito oriatur præsumptio occulti consilij contra associantem, & auxilium præstantem, ex Claro vbi supra, & alijs relatis per Farin. quæst. 132. num. 34. quoniam Farin. & alij per eum allegati, loquuntur, quando associatio, & præstatio auxilij post delictum fit dolosè ad euadendam occisorem; siquidem in hoc casu nullatenus subsistit, quod is associatus fuerit vsque ad exitum de Ecclesiastico Statu, neque vsque ad locum, in quo occisor poneretur in tuto, sed dumtaxat, quod aliquis fuerit cum eo per breuissimam viam extra locum, in quo soliti erant incedere; cessante autem supposito associationis ad
11 euadendam delinquentem, quod nullatenus probatur, associatio, quæ censeri potest ad alium finem, quam dictæ euasionis, censeri minime potest actus punibilis, Menoch. cons. 89. num. 13. lib. 1 idem Farin. ead. quæst. 132. num. 39. & cons. 219. n. 3. & 4. lib. 3. vbi etiam quod nec alloquutio cum delinquente ex interuallo est considerabilis.

Ratificatio autem delicti ex ijs, quæ deducũtur mi-
12 nus prætendi potest, cum nũquam illi possit esse locus, nisi delictum fuerit commissum nomine mandantis, Farin. cons. 26. ibique additio littera A. vers. limita secundo, & cons. 225. num. 21. & seq. vbi etiam, quod neque ratificatio tacita inferri potest.

Cæterum omnes difficultates in hoc casu cessant, dũ pro carceratis concurrunt rationes exclusiuæ delicti plures etiam bene ex facto comprobatæ, & signanter altera, quia constat ex ipsis testibus contrarijs, & ex alijs in summario, quod vrgentissima aderat causa propria in occisore, dum facto occisi spoliatus fuerat non solum omnibus bonis immobilibus, sed etiam mobilibus, adeout exinde adductus fuerit, vt etiam idem met sæpius declarauerat, ad homicidium spoliantis deuenire, in his vero carceratis leuissima, immo nulla fuit causa inimicitiæ ex lite super confinibus vnius siluæ, & retractu, ex quo res vendicabatur mediante præcij solutione, adeout in occisore iniuriam ma-
13 ximè ad animum reuocatam fuisse plene liqueat, secus vero in carceratis, Foller. in pract. crim. in verb. recipiantur defensiones, numer. 2. in fine, vers. item poterat, Franc. Marc. decis. 423. num. 27. vers. sed alia causa inimicitiæ, par. 1. Eugen. cons. 27. nu. 32. & seq. lib. 1. Farin. quæst. 49. à num. 115. ad 120. & cons. 55. num. 22. & cons. 102. nu. 18. & cons. 147. num. 29.

Altera quia generalis est conclusio, quod sicut ex
14 verisimili oritur inditium culpę, ita etiam ex inuerisimili oritur præsumptio innocentiæ, in hoc autem casu vrgentissima est præsumptio innocentię, quod dum delinquens sæpius huic Parti significauit se deliberasse d. homicidium committere, nullum sibi opus erat animo iam deliberato consiliũ, vel auxilium præstare, Bruno a Sole in suo cons. crim. num. 17. Farin. cons. 22. num. 34. ante med. lib. 1. Caball. resol. crim. cas. 287. num. 35.

ARGVMENTVM.

An homicidium post rixam censeatur commissum adhuc durãte calore iracundiæ, vt euitetur pœna ordinaria.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium non præmeditatum non meretur pœnam ordinariam,*
2 *Homicidium in rixa commissum in dubio nõ punitur pœna ordinaria.*
3 *Prouocator dicitur is, qui verbis iniuriosis, & actibus offensiuis aduersariũ ad iram prouocat.*
4 *Pœna maior imponitur in delictis animo sedato quam inconsulto commissis.*
5 *Homicidium non dicitur præmeditatum, nisi sedato calore iracundiæ, & vt dicitur, à sangue freddo.*
6 *Iracundiæ calor præsumitur durare post plures dies.*
7 *Testis vnicus in criminalibus, vbi agitur de periculo vitæ, non probat, neque etiam testes singulares probant.*
8 *Minor homicida carceratus non punitur pœna ordinaria, non obstante Constitutione Pij IV. quæ solum procedit contra minores contumaces.*

CONSILIVM LXXI.

MInimè censeri potest dolosum homicidium in casu, de quo quęritur, attento processu defensiuo ex ordine Sacræ Consultæ facto, postquam prius ex solo informatiuo, aliud decisum dicitur,
1 nam exinde excluditur qualitas illius præmeditationis, quæ ordinariam pœnam meretur, Boss. de homicid. num. 53. Clar. §. homicidium, num. 1. & 6.

Et in dubio, an homicidium præsumendum sit taliter præmeditatum, vel non præmeditatum, quamuis quæstio sit cõtrouersa dependens ex circumstãtijs facti, & an homicidium in rixa commissum censendum sit potius culposum, quam dolosum, & consequutiuè sit locus pœnæ ordinariæ, seù ex-
2 traordinariæ, tamen in dubio magis iudicandum, pœnam ordinariam in homicidio in rixa commisso excludi, l. 1. §. Diuus, ff. ad leg. Cornel. de sicar. Farin. quæst. 126. nu. 48. & seq. Laderch. cons. 181. num. 29. Surd. cons. 40. numer. 19. Honded. cons. 99. numer. 4. & alijs, lib. 1. Caball. de homicid. num. 383.

Ex circumstantijs autem facti, de quo agitur, non videtur probabiliter dubitandum, quin præmeditatio excludatur, quæ à Curia, & adhęrentibus dolosa prætenditur; probant namque ex defensiuo quinque testes de loco etiam, & tempore contestes, paulò ante homicidium occiso prouocante rixam inter eum, & occisorem interfuisse, in qua non solum occisor fuit grauiter ab occiso iniuriatus, sed etiam aperta manu alapa in facie percussus, iuncta etiam comminatione mortis inferendæ mediante terzarolo impugnato, quamobrem attento tempore, quo cœpit, & durauit rixa, absq.
3 dubio occisus fuit huius rixæ, etiam à se præmeditatæ prouocator non solis verbis iniuriosis, sed acti-

actibus,& aggressionibus offensiuis sequentibus, ac proinde ad iram prouocantibus, vt per Farin. quæst.125.n.504.505.506.507.508.& seqq.& cons. 67.n.4.lib.1.

Atque ideo nullatenus locus esse potest pœnæ ordinariæ non obstante, quod homicidium non fuerit commissum in ipsa rixa ea durante, sed ex interuallo, cum interuallum ex eodem defensiuo constet, fuisse duarum, vel trium horarum circiter;
4 etenim fuit sententia Platonis, dialogo 9. de legib. maiora supplicia imponenda illis, qui consulto, sedatoque, & deliberato animo occidunt, & leuiora ijs, qui repente, & inconsultò, & sententiam hãc Platonis referunt Menoch. de arbitr. cas. 362. num. 26. vbi etiam n. 25. alijs pluribus comprobat, & Ioseph Ludouic. dec. Lucen. 16. n. 6.

Nec obstat, quod calor iracundiæ possit censeri considerabilis, quando delinquitur, aut incontinenti, aut saltem quando sequitur ante diuersionem ad extraneos actus, quia in hac materia attenditur,
5 an delictum sequatur post acceptam iniuriam sedato calore iracundiæ, vt aiunt, à sangue freddo, Boss. d. tit. de homicid. num. 50. & seq. Clar. d. §. homicidium, num. 8. Caball. de homicid. num. 383. & seq. Surd. d. cons. 40. n. 19. lib. 1.

Atque hinc receptum quoque est, quod permanen-
6 tia caloris iracundiæ, iustique doloris admittatur etiam in delicto post diem, immò etiam post dies plures ab iracundia incohata, Boss. de homicid. numer. 61. & seq. vbi quod immò Senatus Mediolani idem iudicauit in diebus 30. Menoch. de arbitr. cas. 361. num. 20. Farin. quæst. 126. numer. 214. per tot. præcipuè ante fin. vers. & calore iracundiæ, & vers. quod idem si committatur, & cons. 2. numer. 8.

Minusque obstat, quod vnicus testis Curiæ deponat de alia causa homicidij committendi expressa ab eodem occisore, & alter testis de alia causa diuersa, & leuiori, quia deponens de grauiori est vni-
7 cus, qui in criminalibus, vbi de vitæ periculo agitur nihil probat, Farinac. de testib. quæst. 63. numer. 7.

Deponens verò de leuiori, quia idem est in ea vnicus, & quia ambo sunt omninò singulares, cum in sua depositione contestem non habeant, & in eo, quod deponunt, sint soli, & minimè concordent, Farin. de testib. quæst. 64. n. 28.

Hæc autem eo magis admittenda, quo carceratus
8 erat, & est ætate minor annis 25. in quo nõ solum debet etiam in homicidio pœna esse minor ordinaria ex Statuto Beneuenti, sed de Iure, non obstante etiam Constitutione Pij Quarti, cùm procedat in minoribus homicidijs condemnatis in contumaciam, non autem in alijs carceratis contumacia cessante, vt per Farin. cons. 66. num. 9. lib. 1. & cons. 187. num. 2. lib. 2. vbi etiam quod ita Sacra Consulta declarauit, vt etiam per eumdem Farin. quæst. 11. n. 30. vers. quid dicendum.

ARGVMENTVM.

Confessio extraiudicialis homicidij, an, & quando probata censeatur

De irreleuantia inditiorum homicidij.

SVMMARIVM.

1 *Inditia in suo genere imperfecta, non sunt consideranda, etiam si plura concurrant.*
2 *Veniæ petitio intelligitur ad redimendum vexationes.*
3 *Venia petita extraiudicialiter non operatur cõfessionem delicti.*
4 *Testium debet esse testimonium, non iudicium.*
5 *Confessio extraiudicialis non probatur, nisi per duos contestes deponentes directe de confessione, non autem deponentes de coniecturis eam inferentibus.*
6 *In Confessione extraiudiciali quatuor requiruntur, quod sit vera, nitida, seria, specialis, & desumpta ex contestibus.*
7 *Delictum non præsumitur sine causa.*
8 *Ex Verbis æquiuocis non infertur confessio delicti.*
9 *Inditium non infertur ex ijs, quæ vno, vel altero modo ex accidenti contingere possunt.*
10 *Armorum delatio, & retentio non facit inditiũ contra eum, qui solet ea deferre, & retinere.*
11 *Possibile, & non possibile pro constanti poni nequit.*
12 *Inditia ad torturam requiruntur grauia, vrgentia, probabilia, & luce meridiana clariora.*
13 *Fama non sufficit ad torturam.*
14 *Schedula transmissa carceratis non facit inditiũ, & præsertim quando non constat de approbatione.*

CONSILIVM LXXII.

NVlla probabili ratione prætendi potest aduersus Reuerendum hunc Sacerdotem, locum esse inditijs sufficientibus ad torturam, quamuis ex parte D. Procuratoris Fiscalis plura deducantur;
1 ea enim etiam insimul coniuncta, cum sint in suo genere imperfecta, releuantia censeri nequeunt, Peguera decis. 17 num. 41. & seqq. Maluasia consil. 110. num. 6. & seq. Eugen. cons. 27. num. 61. & consil. 76. num. 11. lib. 1. Farin. cons. 34. num. 7. & cons. 56. num. 7. & cons. 70. num. 47. & cons. 108. num. 44. & quæst. 37. num. 37. Caball. resolut. crimin. casu 200. num. 139. vers. secus autem quando singula, Giurba cons. 37. num. 49.

Imperfecta autem in suo genere existunt, quoniam desumptum ex verbis relatis à testibus, ac, vt asserunt, prolatis à dicto D. Vrbano illis, qui post commissum homicidium ipsum audiuerũt, nempè, sono qui nelle vostre mani, vi prego aiutarmi per carità, non est momenti, cum illatio exindè argumentata, vt hæc fuerit petitio veniæ, minimè sub-
2 sistat, ex quo supplicatio pro auxilio in hoc casu potius iudicanda est ad effectum, vt à vexationibus liberaretur, ex texta in l. exhibita, 22. ante finem, in verbo, veniam, cum glos. in verbo, postulasti, de homicid. videtur enim magis veniam impetrare quæsiuisse ad cautelam pro maleuolorum suggestionibus submouendis, Roman. firmans glossam prædictam singularem in l. 1. num. 3. vers. circa primum, vbi quod petitio veniæ potest esse gratia humanitatis, & humilitatis, ibique Alex. num. 7. ff. de nou. oper. nunciat. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 8. num. 36. & seq. Decian. tract. crim. lib. 3. c. 35. num. 82. Farinac. cons. 120. num. 5. & cons. 127.

numer. 8. lib. 2.

Ac prætereà quia quicquid ſit in venia petita iudicialiter a Superiore, quando venia petitur extra-
3 iudicialiter, opinio communiter recepta eſt, vt nullatenus inferri poſſit ad aliquam delicti confeſſionem, Boſſ. tit. de remedijs ex ſola clementia Principis, num. 29. verſ. qui petit gratiam, Decian. vbi ſupra num. 82. ante med. verſ. quod tamen intellige, cum alijs plurimis per Farin. quæſt. 5. num. 25. verſ. ſecundo vero caſu.

Neque releuat, quod amici huius prætenſi Rei, qui ſecum in eadem domo Eccleſiæ parochialis erāt ea nocte, qua caſus homicidij euenit, ex turbatione, deprecatione etiam flexis genibus, fletu, & alijs, quas referunt, circumſtantijs, argumentati fuerint, ipſum dictæ parochialis Rectorem fuiſſe interfectorem, tum quia cum nihil viderint, vnde argumētatio deſumi poſſet ex ſenſu corporis, id totum, quod iudicarunt ad effectum torturæ nihil releuare poteſt, cum teſtium non ſit
4 conſiderabile iudicium, ſed ſolum teſtimonium attendatur, Rot. deciſ. 737. nu. 3. par. 3. & deciſ. 407. num. 35. par. 5. rec. minuſque in aliquo officiunt, dum, vt hoc caſu deponunt de ſua imaginatione, vt per Farin. conſ. 40. num. 32. lib. 1.

Tum etiam, quia neque confeſſio extraiudicialis prætenſi Rei, quod deliquerit, eſt ad torquendū ſufficiens, niſi fuerit legitimè probata per duos teſtes conteſtes, idoneos, & legales, vnde minus cenſeri poteſt releuans hoc caſu, quo teſtes non
5 deponunt directe de confeſſione, ſed illam deſumunt ex aſſertis coniecturis, adeo vt confeſſio extraiudicialis iudicari nō poſſit legitimè probata, Bero. in c. ar. 1. clerici, n. 15. verſ. requiritur etiam, & num. 136. & ſeq. de iud. Farin. quæſt. 82. num. 44. & 46. & dicto conſ. 40. & nu. 34. & conſ. 60. n. 44. & conſ. 70. num. 43. lib. 1. Caball. reſol. 81. num. 1. & ſeq. Giurb. conſ. 87. num. 20. verſ. confeſſio tamen, Menoch. præſumpt. 89. num. 21. lib. 1.

Tum, & tertio quia confeſſio ipſa delicti extraiudicialis neque in ciuilibus, neque in criminalibus
6 conſiderabilis iudicari poteſt, niſi quatuor concurrant, quod ſcilicet confeſſio ſit veriſimilis ex cauſa proportionata delicto præexiſtente, quod facta fuerit ſerio, quod fuerit ſpecialis, & deſūpta ex conteſtibus directe, non autem præſumptiue, Foller. in praxi crim. in verbo, & ſi confitebuntur, 2. par. 3. par. num. 22. Menoch. dicta præſumpt. 89. num. 17. 18. 19. 20. & ſeqq. lib. 1. Farin. conſ. 193. nu. 39. ante fin. verſ. quæ confeſſio, lib. 2. & d. quæſt. 82. num. 33. & 35.

Deficiunt autem in caſu, de quo agitur, omnia requiſita præfata, in primis, quoniam aſſerta, ſiue præſumpta, ſiue quomodolibet deſumpta confeſſio tantum abeſt ab omni prorſus veriſimili, quod omnino veriſimile, immo certum eſt contrarium, cum inter occiſum, & aſſertum Reum nulla, nec per imaginationem iuſtificetur maleuolentia, nedum inimicitia, cum nemo, niſi ſit furioſus, cenſeatur
7 ſine cauſa ratiocinatiua delinquere, Bart. inter conſ. crim. diuerſ. cōſ. 8. n. 8. lib. 1. in magnis, Caſon. tract. de indit. tract. 2. c. 2. num. 1. & ſeqq. & cap. 3. n. 3. Blanc. de indit. n. 255. & ſeq. Farin. quæſt. 52. num. 145. & conſ. 192. num. 1. & ſeqq.

Deficit etiam qualitas ſeriē prætenſæ confeſsionis, cum quicquid referunt teſtes, prætenſum Reum dixiſſe, quando poſt homicidium dominus, cui pro auriga per annos antea inſeruiuerat occiſus, cum eo fuit alloquutus, interpretari à Religione Iudicantis debeat ad finem occurrendi vexationibus, quæ per Curiam fieri ſolent aduerſus vicinos loci, in quo homicidium appareat commiſſum, ex ſupra allegatis quoad veniæ petitionem.

Deficiunt inſuper aliæ duæ requiſitę qualitates, quod ſcilicet aſſerta confeſsio ſpecialis, & ex conteſtibus deſumpta fuerit, cū immo ad omne peius
8 ſint æquiuoca relata verba, quamobrem ſenſus eorum iudicandus eſt pro delicti excluſione, non autem incluſione, Farinac. quæſt. 47. num. 284.

Et præſertim cum omnes circumſtantiæ ex verbis, ex quibus exaduerſo deducitur, teſtes deſūpſiſſe dictum D. Vrbanum pro delinquente, ſint adeo friuolæ, vt nullatenus releuantes cenſeri poſſint ad torquēdum ex concluſione in Iure certa, quod
9 inditium nunquam oritur ex eo, quod vno, vel altero modo per accidens abſque delicto contingere poſſet, Bald. conſ. 259. num. 4. verſ. nec quæ poſſunt, lib. 1. Aim. conſ. 6. nu. 52. Vulpell. conſ. 97. num. 3. Burſatt. conſ. 336. num. 16. lib. 3. Becc. conſ. 85. num. 1. in fine, lib. 1.

Prout friuola prorſus ſunt ea argumenta, quę ex alijs circumſtantijs facti eliciuntur, nā quod D. Vrbanus retineret apud ſe plura archibuſia, nullum parit inditium, cum ex defenſiuo proceſsu iuſtificetur, ipſum habuiſse, & habere inimicitiam cum furibus, & latronibus, qui ipſi notabilem pecuniā, & bona ſurripuerunt, inter quos etiam plures fuerunt in eadem Curia ad triremes perpetuas damnati, adeout adhuc remaneant aliqui, qui
10 adhuc impune exulant, ſiquidem ex armorum delatione, aut retentione deſumi poteſt inditiū in non ſolito deferre, aut retinere, ſecus in ſolito, Farin. de homicid. quæſt. 126. nu. 203. verſ. niſi quis eſset ſolitus, & quæſt. 52. num. 79. & ſeq.

Quod idem D. Vrbanus extra ſolitum ſuum die poſt ſequutum dictum homicidium, quamuis feſto S. Apollinaris Ciuitatis Rauennæ Protectoris miſſam non celebrauerit, cum Populi ſcandalo, minus inditio aſcribi poteſt, quia eodem ipſo die alter ſacerdos celebrauit, & cum omiſſio celebrationis accidere potuerit ſiue ex cauſa, quam narrat, ſiue ex alia, quæ Deum ſolum habuiſſet vltorem, non etiam Curiam criminalem, & expediens non eſſet patefacere, ſequitur, quod nec inditium
11 parere poſſit, dum poſſibile, & non poſſibile pro conſtante poni nequit, Farin. conſ. 75. n. 67.

Quemadmodum nec inditium eadem ratione intelligi poteſt, quòd archibuſiata euenerit à feneſtra ſacriſtiæ dictæ parochialis ex diametro correſpondente loco, in quo percuſſus obijt, conſideratis etiam pilarum archibuſiatæ ſignis relictis in arbore vlmi in eodem loco exiſtente, quoniam nullus eſt, qui deponat, archibuſiatam ex dicta feneſtra emanaſſe, congruitas verò loci pro inditio aſſumi nequit, dum etiam euenire potuit ab alia perſona ſubtus dictam feneſtram exiſtente; indi-
12 tia autem in ſuo genere probationem requirunt concludentem, Caball. d. reſol. 200. num. 13. ideoque certum eſt, quod inditia ad torquendum debent eſſe non ſolum veriſimilia, grauia, vrgentia, & probabilia, ſed etiam certa, clara, & vt aiunt, in ſuo genere luce meridiana clariora, vt per Farin. quæſt. 37. n. 3. & ſeqq. & quæſt. 47. n. 7. verſ. ſecunda eſt ratio.

Atque hinc neque etiam fama ſit ad torquendum ſuffi-

13 sufficiens, cum vt plurimum sit fallax, & ex dicto vnius facile consueuerit sequi multitudo, vt per eumdem Farin. eadem quæst. 47. nu. 7. vbi plurimis comprobat.

Demum non etiam aliquid facit schedula, quæ dicitur reperta in carceribus, quamuis enim custodes carcerum, vel alij tradentes apochas, aut schedulas carceratis, immò etiam illis existentibus in carceribus secretis dantes commoditatem scribendi puniri possint tam de Iure, quàm ex Bulla
14 Pij Quinti, de qua Farin. cons. 192. num. 16. attamē carceratis exindè sicut dolus ascribi nequit, ita nec aduersus eos inditium aliquod oritur, vt per Laderch. cons. 203. n. 1. & seqq.

Et præcipuè cum neque etiam legitimè constet de transmissione, & aliqua approbatione carcerati, Farin. cons. 130. n. 40.

ARGVMENTVM.

An homicidium præsumatur commissū ad defensionem, & propterea mitiorem pœnam mereatur, quando non constat, quisnam fuerit aggressor.

SVMMARIVM.

1 *Occidens ad sui defensionem non punitur.*
2 *Ad Defensionem dicitur facere, qui percutientē repercutit.*
3 *Percussus, qui cecidit, si deinde surgit, & percussorem repercutit, nullam pœnam meretur.*
4 *Armorum terror sufficit, vt homicidium dicatur ad defensionem.*
5 *Excessus non punitur pœna ordinaria, sed extra ordinem.*
6 *Ad Excessum tria considerantur, circa arma, circa tempus, & circa modum percutiendi.*
7 *Armorum inæqualitas non tollit moderamen inculpata tutelæ, quando quis tuetur se incontinenti.*
8 *Aggressus, & insultatus non potest habere stateram in manibus, seu vulnera dare ad mensuram.*
9 *Rixantibus duobus, præsumitur aggressor ille, qui remansit mortuus.*
10 *Torturæ non est locus, quando concurrit præsumptio, quod is, qui remansit mortuus, fuerit aggressor.*
11 *Rixantibus duobus, quando nescitur, quisnā fuerit aggressor, non est locus pœnæ ordinariæ.*
12 *Aggressor quisnam fuerit, probatur coniecturis.*

CONSILIVM LXXIII.

NOn est locus pœnæ inflictæ pro homicidio in casu, de quo agitur, qnoniam regula vulgaris
1 quidem, sed certa est in Iure, quod occidens hominem ad sui defensionem non punitur, vulg. l. vt vim. ff. de Iust. & Iur. siquidē cum ex infra dicendis liqueat, occisum fuisse insultantem, & aggressorem, præsumitur insultatus fecisse ad sui necessariam defensionem, omnemque pœnam euadit, si insultantem, & aggressorem occidat, l. is qui aggressorem, C. ad leg. Cornel. de sicar. vbi Odofred. Butrig. Bart. Bald. & cœteri communiter, Felin. in c. significasti, il secondo, num. 13. de homicid. cum alijs per Honded. cons. 99. nu. 9. & seqq. plurib. lib. 1. & per Farin. de homicid. quæst. 125. nu. 57. culpa namque semper residet apud inuasorem, vnde aggressor dici potest a se ipso, non autem ab insultato occisus, Marsil. in prax. §. quoniam, n. 82. Bertaz. cōs. 1. n. 3. & cōs. 307. n. 10. Far in d. q. 125. n. 7. & seqq. itaquod neque tenetur pœna ordinaria, vt ibidem num. 58. prope finem.

Aut saltem cum negari non possit, quin illatio vulneris, ex qua mors dicitur sequ uta, processerit, postquam Comes percusserat Ludouicum in capite, effracto proprio ipsius Ludouici ense, & postquam ipsum Ludouicū sub genibus in terra proiectum retinens suppressā vna manu ipsius Ludouici gula ad suffocationem tendebat, & alia manu gestans terzarolum depresso cane minans persistebat, prout testes concludenter probant, hoc solum sufficit, vt præcedens percussio iustum timorem præbuerit reiterandæ percussionis, qua
2 propter repercutiens, cum non debeat expectare, vt iterum percutiatur, dicitur facere ad necessariam defensionem, Bart. in l. si ex plagis, §. tabernarius, num. 1. vers. quandoque quis est prius percussus, ff. ad l. Aquil. Farinac. d. quæst. 125. nu. 77. nam & semel percutiens durante eadem rixa præsumitur habere animum iterum percutiendi, donec non discedit, ac proinde, eum, qui percussus
3 fuit in capite, & in terram cecidit, nullam pœnam incurrere, si deinde excitatus videns ibi percussorem illum repercusit, ex Bald. cons. 221. lib 4. inquit Farinac. ead. quæst. 125. num. 79. & ex Gram. vot. 24. numer. 3. Caball. resol. crimin. cas. 231. num. 9.

Cum immo sufficiat armorum terror, vt homicidiū
4 dicatur factum ad necessariam defensionem, cum ex tali armorum vsu, & impulsione probabile mortis periculum inducatur, & hoc casu ex ipsa qualitate terzaroli depresso cane probatio consistat in ipsius rei euidentia, quod inferior præsertim humi proiectus, & vulneratus crediderit se in vitæ periculo constitutum, vt pluribus comprobat idem Farinac. ead. quæst. 125. num. 52. 53. 54. & seqq.

Qua ratione neque dari potest de excessu, cum præter id, quod excessus non punitur pœna ordina-
5 ria, sed extra ordinem mitiori, Bald. d. l. vt vim. num. 9. post med. vers. sed quando exceditur modus, vbi etiam Ias. num. 11. Farin. d. quæst. 125. nu. 395. 396. 397. 398. & seq. & 409. & 414. & præsertim in ipsa rixa, vt num. 401. & 403. quia in dubio excessus potius præsumitur culpa, quam dolo, vt ibidem num. 416. quamuis culpa dici posset lata, vt num. 412. prorsus excessus omnis cessat hoc in casu, & quia nullum concurrit ex tribus requisi-
6 tis, quæ ad effectum excessus desiderantur, nēpe circa arma, circa tempus, & circa modum percutiendi, vt per Farin. d. quæst. 125. nu. 406. cum
7 immo neque inæqualitas armorum tollat moderamen inculpatæ tutelæ, quando fit incontinenti, quia dum agitur de defendendo propriam vitam, non omnia possint ponderari in illo calore, vt n. 360. quamobrem in terminis fortioribus eum, qui proiectus in terram à suo aduersario solis pugnis pulsatum euaginato paruo gladio, quem ad latus deferebat, percussorem occidit, exilij dumtaxat pœna damnatum fuisse, inquit Baiard. ad Clar. in §. homicidium num. 71. vers. item adde, & sequitur

Farin.ead.quæſt.125.num.363.ad fin.vbi quod hec opinio abſque dubio procedit, vbi aggreſſor eſt fortior, & robuſtior inſultato, vt num. 364.

8 Et quia inſultatus non poteſt ſtateram in manibus habere, quando ſe defendendo inſultantem percutit, nec poteſt ictus dare ad menſuram, ex quo tempus non patitur deliberandi conſilium, homoque iracundiæ furore accenſus, præcipuè hoc caſu ex percuſſione recepta, proſtratione in terra, & ignominioſa militi proprij ab aduerſario effracti enſis iniuria, non eſſet in plenitudine intellectus, Marſil.conſ.4.num.24.& conſ. 137.num. 17.& in pract.d.§.quoniam,numer.83. Boer.deciſ. 168.num.7.ante med.cum alijs per Farin. d. quæſt. 125.num.252.& numer.417. præcipuè in flagranti rixa incontinenti,quod ita factum dicitur, donec aggreſſor non recedit à rixa,& ad extraneos actus non conuolat,vt n.339.

Cóſtat autem, occiſum cenſendum eſſe aggreſſorem, & inſultantem,quia cum origo, & prouocatio ad quæſtionem minimè probetur,ſed benè,& concludenter per teſtes omnes cæpta iam quæſtione ſuperuenientes iuſtificetur,homicidium ſequutum fuiſſe in rixa,vel adhærendum eſt opinioni, ex qua

9 quando ex duobus rixantibus vnus tantum reperitur mortuus,& neſcitur quis fuerit aggreſſor, & viuus dicit,ſe fuiſſe inſultatum, viuus præſumitur inſultatus,mortuuſque preſumitur aggreſſor,quapropter viuens aliter non conſtito, quod prouocauerit,abſoluendus eſt,l.ſciendum, §.ſi cum ſtramenta,ff.ad leg.Aquil.& per illum textum glo. in l.1.§.cum arietes,in verbo,ſibi, ff. ſi quadrup. pauper.feciſſ.dicat.vbi etiam Fulgoſ.Cepol. conſ.crim. 29.num.11.Menoch.de arbitr. caſ.363. num. 15. & 20.vbi contrarijs reſpondet, cum alijs per Hond. conſ.99.num.21.& ſeq. vbi pariter contrarijs omnibus reſpondet,adducés bonam rationem, quod vbi ignoratur,quis fuerit author rixæ, cum poſſit eſſe,quòd occidens non fuerit ipſe aggreſſor, ſed mortuus,hæc ſola poſſibilitas ſufficit ad abſolutionem, cum magis abſoluendus ſit nocens, quam innocens condemnandus,iuxta textum in l.abſétem,ff.de pœn.adeoquod neque hoc caſu homicida puniendus eſt de exceſſu, ſaltem quando pro ipſo aliquæ concurrunt coniecturæ, vt per eumdem Honded.eod.conſ.99.nu.25.vbi etiam, quod quod neque locus eſt torturæ, quando concurrit præſumptio, quod mortuus fuerit aggreſſor, vt num.27.

Vel ſaltem recedendum eſt ab opinione contraria,

10 aut ad effectum pœnæ ordinariæ, vt per Farin. d. quæſt.125.num.496.ad finem,vel quia vrgentiſſimæ probantur circumſtantiæ ad præſumendam aggreſſionem in occiſo, cum enim certi iuris ſit, quod coniecturis probatur, quis fuerit aggreſſor, Alber.d.l.1.§. cum arietes,num.5. verſ. & hoc niſi, Vulpell.conſ 7.num.12.&conſ.86.num.1.Menoch. de arbitr.d.caſ.363.num.1.Honded.d.conſ. 99. nu. 27.ad med.lib.1.Farin.d.quæſt.125.num.436.proinde verior,& receptiſſima eſt opinio prima,quádo contra ſuſpectum vehementiores probantur coniecturæ, Boſſ.de homicid.num.89.Honded. d. conſ.99.num.28.& ſeqq. lib.1. Farin.d.quæſt. 125. num.496.ad med.Caball.reſol.crim.d.caſ.231. nu. 20.verſ.niſi aliæ extarent.

ARGVMENTVM.

De pluribus exceptionibus teſtium probantium inditia homicidij.

De exhumatione cadaueris ad probandam identitatem hominis occiſi.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis ſuper nocturno facto ſimpliciter deponens non reddita ratione, quod Luna luceret, vel lumina eſſent accenſa, non probat.*

2 *Teſtis ſuper nocturno facto deponens de viſu ex loco diſtanti, non lucente Luna, nec accenſis luminibus, eſt de falſo ſuſpectus.*

3 *Iudex,vt debet, cenſetur ſuper toto negocio teſtes interrogaſſe.*

4 *Inuériſimilia teſtis deponens nullam fidem facit.*

5 *Teſtis loquens per verbum, videtur, non probat.*

6 *Teſtis poſt lógam carcerationem præſumitur tædio carcerationis depoſuiſſe.*

7 *Inditium non oritur ex eo,quod ex accidenti poteſt contingere.*

8 *Suſpicio remota probanda eſt per duos conteſtes omni exceptione maiores.*

9 *Inditia remota ſunt, quæ non reſpiciunt immediate delictum, vel eius circumſtantias.*

10 *Teſtis vnicus de viſu non ſufficit ad torturam, niſi omni exceptione maior, & aliunde adminiculatus.*

11 *Teſtis recuſans interrogatorijs reſpondere, non meretur fidem.*

12 *Teſtis inimicus,etiam in criminibus exceptis, nihil probat.*

13 *Fuga differt à receſſu.*

14 *Fama præſumitur orta poſt incohatam inquiſitionem,& à maleuolis.*

15 *Ad Confeſſionem extraiudicialem requiruntur teſtes idonei,& legales.*

16 *Subornatio vnius teſtis infert præſumptionem ſubornationis aliorum.*

17 *Teſtis non probat,quando adducit in conteſtem eum,qui negat.*

18 *Confeſſio extraiudicialis ex teſtibus ſingularibus, & varijs,non ſufficit ad torturam.*

19 *Delictum atrox non præſumitur ſine cauſa proportionata.*

20 *De inditijs fruſtra dubitatur, quando de corpore delicti non conſtat.*

21 *Cadaueris exhumatio, & oſſa reperta, non ſufficiunt ad probandum corpus delicti, niſi concurrente confeſſione delinquentis.*

22 *Ad Identitatem hominis certi occiſi probandam requiruntur qualitates concludentes, incerti verò,& incogniti, qualitates ſignificatiuæ ſceleris.*

23 *Identitas in criminalibus concludenter eſt probanda,itaut alteri non conueniat.*

24 *Delinquens deponens contra alium ſub impunitate,nullam fidem facit.*

25 *Falſus in vno ex ſubſtantialibus,falſus in omnibus.*

26 *Teſtis eſt ſuſpectus, qui poſt annum recordatur de certa die, & hora ſuper re ad eum non ſpectante.*

27 *Te-*

27 *Testis depositio debet percutere diem, quando tempus est de substantia.*

CONSILIVM LXXIV.

HOmicidium perpetratum in personam Caroli Brancaccij nulla probabili ratione ascribi potest D. Francisco Mariæ, nullaque ex quinque prætensis inditijs, in quibus Curia se fundat ad effectũ torturæ releuantia censeri possunt, quia primum desumptum ex testibus deponentibus de visu dicti Francisci Mariæ in loco delicti cum famulis, & armis destruitur ex qualitate temporis; cùm enim ex ipsa inquisitione, eisdemque testibus Curiæ constet, homicidium patratum 14. Iunij 1627. de nocte circa horam cum dimidia, & tunc certum sit, Lunã lucere non potuisse tam ex ephemeridibus impressis Magini, & Argoli, dum ex illis constat, Lunam in coniunctione cum Sole fuisse die antecedente penè in meridie, quæ computatio plenè probat Polid. Rip. tractat. de noctur. temp. cap. 57. num. 47. vers. quare si ad calcula, quã etiam ex testibus in defensiuo deponentibus etiam de experientia, ea nocte adeò fuisse tempus obscurũ, vt nec incedentes per viam alioquin cogniti sine lumine cognosci possent, vtique depositiones sim-
1 pliciter de visu circa factum nocturnum attendi nequeunt, sed de falso suspectæ remanent, Bursat. cons. 34. num. 6 & seq. lib. 1. Farin. de testib. quæst. 62. num. 38. & seq. Polidor. Ripa alijs pluribus cõprobans tract. de nocturn. temp. cap. 57. num. 7. & seqq. Giurb. cons. crim. 37. num. 41. & cons. 17. num. 18. vbi in vers. & testi, loquitur de maleficio commisso hora noctis cum dimidia.

Talis autem suspicio magis detegitur aduertendo qualitatem ipsam depositionum; nam primo mulieres, quæ ex fenestris asserunt cognouisse Franciscum Mariam, mendaces esse constat, quia cum
2 testes ad defensam probent, incedentes per viam, ac obuiam sibi venientes cognosci ob eam noctis obscuritatem non potuisse, fortius probant Impossibilitatem per naturam cognoscendi per fenestras tanquam loca magis distantia sine auxilio luminis, vt etiamijdemmet testes deponunt, inter quos coniuncti ipsis mulieribus, Bald. & Angel. in l. si cum exceptione, 14. §. in hac actione, per glos. in verbo, ignorantiam, vers. cum talia fiant de nocte, ff. de eo quod met. causa, Bald. inquam, num. 1. ante fin. vers. refert, & Angel. numer. 3. dicentes, Oldradum obtinuisse absolui imputatum de homicidio, non obstante depositione duorum testiũ asserentium, vidisse de nocte illud ab inquisito cõmitti ex sola probatione, quod ea nocte Luna minime luceret, reddẽdo rationem, quod Luna tanquam corpus opacum non habet radios reddentes lumen, nisi in quantum recipit à Sole, ac propterea testes prædictos fuisse vti falsos damnatos, Ias. in l. non minorem, num. 4. C. de transact. idem Angel. cons. 194. num. 2. ante med. vers. & audiui iã Oldradum, Angel. de malefic. in verbo, comparent dicti inquisiti, in fine, num. 32. & seq. Dec. cons. 163. mihi 162. num. 4. Menoch. de arbitr. cas. 279. num. 3. dicens, quod probato eam noctem illucem fuisse, ex necessaria Iuris præsumptione resultare, testes falsum asseruisse, & sic Athenis testes tanquam falsos conuictos fuisse ex relatione Plutarchi in Alcibiadis vita, Cels. Vgo cons. 62. num. 5. vbi post Aretin. quem allegat, quod fuit decapitatus quidam testis tanquã falsarius, qui deposuerat, quod viderat de nocte, quod Titius interfecerat Meuiũ, ex quo fuerat probatum, quod tunc Luna non luceret.

Præterea quælibet quoque cuiusque testis depositio patitur exceptiones destructiuas, quoniam Claudia in prima depositione non nominat Franciscũ Mariam, quemadmodum nominasset, si vere vi-
3 disset, cum testes a Iudice censeantur super toto negocio, sicut Iudex debet, interrogati, Giurba cons. 23. num. 4. licet autem deinde nominauerit, dicens eum vidisse insequentem duos praeuntes, tamen eius assertio est omnino inuerisimilis ob rationes in facto ponderatas; testis autem inueri-
4 similia deponens nullam fidem facit, cum vt inquit Gram. cons. crim. 62. num. 1. & seqq. depositionis fides habenda sit ex rebus sensatis non distantibus à verisimili, Caball. resolut. crim. cas. 231. num. 21. & seqq. vbi num. 23. & infra, quod per iustum Iudicem cuncta sunt rimanda, & vbi detegit inuerisimilia in testibus, neque illis quamuis pluribus, & contestibus fidem aliquam adhibere debet, qua ratione Rota tresdecim testes contestes reiecit in Perusina laudi 23. Ianuarij 1614. coram bon. mem. D. Cardinale Verospio.

Clorida soror Claudiæ ne dũ eamdem patitur exceptionem, & maiorẽ, quia ipsa asserit ad fenestram accessisse, postquam Claudia rumorem auditum significauerat, sed eadem met in repetitiuo recedens à priori dicto affirmatiuo, loquuta est per
5 verbum, videtur, Farin. de testib. quæst. 68. nu. 25.

Anthiopes senex decrepita dicēs, post tresdecim dies quibus permãsit carcerata, se per foramen parietis
6 vidisse ea nocte Ceratum vnum ex famulis Francisci Mariæ, attendi nequit, cum talis detentio decrepitæ in carceribus efficiat, vt depositio censenda magis sit ratione tœdij, quàm veritatis, Farin. cons. 193. num. 3.

Helena autem, quæ dicit vidisse mediante lumine, quod præ manibus habebat, Franciscum Mariam sedentem super scalis è conspectu fenestrarũ Cloridæ, magis excludit in eo animum delinquendi, cum deponat, eum solùm fuisse, coarctando etiam negatiuam respectu aliorum, dum subiunxit, quod si alius ibi fuisset, vidisset, & nihil quoad eum deponit tendens ad offensionem: quamobrem ex depositione huius mulieris nec vllum insurgit inditiũ, cum Franciscus Maria, quatenus verè illic fuisset,
7 id potuerit ex accidenti contingere, quo casu inditium non oritur, presertim sufficiens ad torquendum, Bald. cons. 259. num. 4 vers. nec quæ possunt. lib. 1. Aym. cons. 6. num. 12. Vulpell. cons. 97. n. 3. Bursat. cons. 336. num. 16. lib. 3. Becc. cons 85. n. 1. in fine, lib. 1. Farin. quæst. 37. nu. 7. & seq. & cons. 37. num. 20. lib. 1. vbi etiam, quod inditia non debent esse dubia, æquiuoca, & perfunctoria, & cons. 147. num. 39. post med. vers. ex regula communi, lib. 2.

Et quatenus aliquid suspicari posset, hæc non esset nisi suspicio ex ratione præmissa admodum remota,
8 quę propterea nequè considerabilis est nisi saltem probata per duos testes contestes maiores omni exceptione, Pedemont. decis. 79. num. 14. & seq. Honded. cons. 95. nu. 42. lib. 2. Bursatt. cons. 36.
9 num. 15. lib. 3. remota namque absque dubio censenda sunt omnia inditia, quæ non respiciunt immediatè veritatem delicti, seu circumstantias, Pedemont. eadem decis. 79. num. 15. in fine, Farin. quæst. 37. num. 47.

10 Cum

10 Cum immò neq; etiam vnicus testis de visu suf-
ficiat ad torturã, nisi tribus concurrentibus, nem-
pè quod maior sit omni exceptione, quod ex alijs
adminiculetur, quodde se nihil resultat, Carer. in
prax.crimin. fol. 47. ad num. 3. & seqq. Farin.
quæst. 36. num. 224. 225. & seq. Intrigl. sing. 168.
num.4. & seqq. lib.1.
Eademque ratione minimè releuant alij testes depo-
nentes, Franciscum Mariam vidisse per Ciuitatem,
& non omninè à loco [illegible] nam Lelius, & Paulus
11 nullam [illegible] fidem, quia recusarunt interro-
gatorijs respondere, Caball.resol.crim.casu 248.
num.46.Seraphin.d.cit. 836. num. 2. immo etiam
12 omnes singulares, & inimici notorij, ac instiga-
tores in Causa, qui propterea nec etiam in crimi-
nibus exceptis aliquid faciunt, Farinac. de testib.
quæst.53.num.5. & seq.
Secundum inditium desumptum ex absentatione
die immediate sequenti post delictum non etiam
aliquid facit, quia datur causa discessus ad effectũ
accedendi ad Ciuitatem Ducalem ratione relata
13 in facto, aliud enim est recessus, & aliud fuga,
vt inquit Natta cons. 430. num. 2. & Giurba cons.
crim.43.num.2.
Tertium assumptum ex prætensa publica voce, &
fama minime releuat, quia præsumitur ortum ha-
14 buisse post incohatam inquisitionem, & à male-
uolis, sumpta occasione dicti recessus, Farin.quæst.
47.inum.173.& seqq.Caball.resolut.200.num. 132.
& seq.cumq.probata fuerit bona fama, non est du-
bium, probationem hanc excludere inditia ex fa-
ma prouenientia, Caball.cas.84.num. 15.
Quartum desumptum ex asserta confessione extraiu-
diciali nullius est momenti, quia præter confes-
sionem contrariam displicentiæ huius delicti per
testes probatam, & præter exceptiones, quas in
persona patiuntur octo testes contrarij sufficien-
tes ad effectum, ne Reus ex illis torqueatur, cum
15 certum sit, ad probandam extraiudicialem con-
fessionem requiri testes idoneos, & legales, Bero.in
c.at si clerici, num.137.de iudic.Farin.quæst.82.nu.
86.& præsertim, accedente ex omni parte inuerisi-
militudine ex deductis in facto, satis est, quod non
16 solum constat, aliquem ex illis subornatum, ac
propterea non repetitum, ex qua subornatione
cæteri quoque subornati præsumuntur, Farinac.
cons.130.num.43.& aliquos etiam eorum deposi-
17 tionem reuocasse, aliquos verò dedisse in conte-
stem, qui negauit, Farin.cons.37. numer. 4. & cons.
127.num.11.& cons.138.num.31. Giurba cons. 70.
num.36.sed omnes singulares, & varios esse inter
18 se, quamobrem confessio extraiudicialis nunquã
inditium facit ad torquendum, vt per Farinac. d.
quæst.82.n.44.& seq.
Quintum autem inditium assumptum ex causa de-
linquendi ex contemptu scilicet, & ad vindictam
Gubernatoris patrui dicti Caroli interfecti, tan-
tum abest, quod tale nuncupari possit, quod im-
mò excludit totam machinam huius prætensi ho-
micidij; cum enim nullibi probetur, Gubernatorẽ
aliquam nec facto, nec verbis in Franciscum Mariã
vnquam iniuriam intulisse, & Franciscum Mariam
solum exaduerso prætendatur conquestum de
Gubernatore, quia ipsius famulos inquisitos no-
luisset liberare, vtique hæc causa proueniens ex
19 Iustitia, nulla ratione censeri potest, quod potue-
rit Franciscum Mariam prouocare ad committen-
dum crimen cum læsione maiestatis, & vindicta
transuersali prorsus dictæ prætensæ causæ inpro-
portionata, Bart.inter cons.crim.diuers. cons.8. nu.
8.lib.1.Cason.de indit.tract.2.cap.1. num. 2. & cap.
3.num.1.2.& 6.Bertaz.cons.50.nu.34. lib.1. & cons.
556.num.20.& seq.lib.2.Farin.quæst.50. numer.31.
quæst.52.num.144.& cons.192.n.1.& seq.
Homicidium etiam, quod commissum prætenditur
in personã Georgij nullam habet probabilem in-
quirendi rationem contra Franciscum Mariam, cũ
nedum minimè inditium aliquod contra ipsum
ad torquendum resultet, quia non constat de cor-
pore delicti, Georgium scilicet scelere interem-
ptum, l.1.§.item illud, ff.ad Sillan.sed nec etiam di-
20 ci posse, Georgium obijsse, adeout cessante proba-
tione corporis delicti, frustra de inditijs hæsitetur,
Giurb.cons.37.n.21.& 46.
Neque enim ad probationem corporis delicti suffra-
gari potest exhumatio, & effossio cadaueris visi, &
inspecti à Commissario primo loco transmissi, quia
immo ex eiusdem inspectione excluditur proba-
tio corporis delicti, cum idem Commissarius No-
tario desuper rogato attestatus fuerit, de identita-
te nullo modo constare posse ex illius deformita-
te; minusque suffragari potest inspectio alterius
Commissarij secundo loco transmissi post dies 36.
à prima transmissione, quia neque ex capite secun-
do loco inuento resultat de per se cognitio inte-
remptionis ex scelere; quamuis enim aliquando
ad probationem corporis delicti sufficere possit
non solum effossio cadaueris mortui de recenti,
21 Farin.quæst.2.num.5.sed etiam, quod in loco re-
perta sint ossa sepulta; tamen id solum admittitur,
vbi delinquens cõfitetur eiusdem hominis inter-
fectionem, cuius sunt ossa, & ita loquitur Paris.de
Put.de syndic.in verbo, confessio, numer.6.in tract.
nouiss.diuers.par.7.fol.254. Marant.de ordin.iudic.
in 6.& vlt.par.princ.tit.de inquis.numer.18.Clar.§.
fin.quæst.55.num.11.post med.Farinac. d.quæst.2.
num.10.
Nec obstant testes examinati super identitate capitis
22 dicti Georgij, quia ad probandam identitatem
cadaueris effossi respectu hominis certi, præter in-
frascriptas, requiruntur descriptiones qualitatum
pernecessè concludentium, respectu autem incer-
ti, & incogniti requiruntur qualitates significati-
uæ obitus per scelus, vt per eumdem Clar.quæst.4.
numer.4.ante med.vers.& debet recognosci. pract.
Conrad.lib.1.cap.9.§.3.de offic.Prætor.in caus.cri-
min.nu.24.Iodoc.in pract.crim.cap.75. de inspect.
occisi, num.11.Farin.d.quæst.2. nu.4. in hoc autem
casu neque ex inspectione dicti capitis de aliqua
qualitate illatiua sceleris constitit, neque si consti-
tisset, prætensæ qualitates caraturæ, & supradentis
identitatem inferrent; tum quia à prima transmis-
sione ad secundam intercessit tempus, in quo
facile potuit aliud caput cum similibus qualitati-
bus supponi ab inimicis, Boss.de defens.Reor.num.
13.tum quia nec qualitates sunt tales, quæ non
possint alterius capiti conuenire sine scelere de-
functi, & præsertim stantibus rationibus adductis
per Chirurgos, quorum opera Georgius in dicta
23 caratura fuit vsus; identitas namque in criminali-
bus concludenter est probanda, itaut alteri non
conueniat, Bursatt.cons.116.n.29.lib.1.Foller.inter
cons.crim.diuers.cons.140.n.17.lib.1. Aymo. cons.
244.num.2.
Non etiam obstant depositiones eorumdem sicario-
rum, qui dicuntur, Georgium de mandato Frã-
cisci

cifci Mariæ occidiffe, & quia multis, quas patiũtur exceptionibus accedit qualitas depofitionis
24 fub impunitate, quæ illis omnem prorfus fidem detrahit, Boff.de oppof.contra teftes,n. 21. Franc. decif.459.num.1.& feq.Baiard.ad Clar.quæft. 21.n. 33. Caball.refol.29.num.1. & feqq.

Et quia plura depofuerunt, de quorum falfitate cõuincuntur, & fignanter circa tempus occifionis,
25 quapropter falfi in vno ex fubftantialibus cenfentur etiam falfi in omnibus,Caball.refolut. 287. num.33.

Minus obftat adminiculum defumptum ex eo,quod fub die 23.Maij1627.circa horam falutationis Angelicæ de fero Francifcus Maria affociauerit Georgiũ, qui deinde nunquam amplius fuit vifus, & quia teftes funt inimici, & quia non folum inter fe funt varij circa tempus,l. qui falfo, vel varie
26 ff. 16. de teftib. fed funt fufpecti,dum poft annum de certa die, & hora rei ad ipfos non fpectantis memoriam inuerifimilem afferunt habere, Farin. conf.110.num.2.& conf.182.num.7.& feq.

Demum nec facit aliud adminiculum affumptum ex depofitione Andreæ ianitoris portæ Ciuitatis afferentis,Francifcum Mariam exiuiffe e Ciuitate circa tempus delicti,quia nec percutit diem, ficut requiritur,quando tempus eft de fubftantia,Farin. quæft.47.num.174.nec depofitio aliquid infert, cũ exitus potuerit effe ex accidenti citra cogitationẽ delicti, Vulpell.d.conf.97.num.3.Farin. conf. 192. num.20.lib.2.

ARGVMENTVM.

De infufficientia, & irreleuantia inditiorum homicidij.

SVMMARIVM.

1 *Mẽdacium non facit inditium ad torturã, quando confiftit circa id, quod fi Reus confeffus fuiffet, fibi non præiudicaffet.*
2 *Inditium non oritur ex actu remoto à delicto.*
3 *Inditium non oritur ex eo, quod vno, vel altero modo accidentaliter contingere poteft.*
4 *Teftes de auditu ab alio non magis probant, quam author.*
5 *Inculpatio proueniens ab exiftente in articulo mortis non facit inditium ad tranfmittendam inquifitionem, quamuis aperiat viam ad inquirendum.*
6 *Teftis deponens de vno folo vulnerante excludit alios.*
7 *Identitas perfonarum in criminalibus præcipue probanda eft.*
8 *Delictum fine caufa non præfumitur, et quidem proportionata.*

CONSILIVM LXXV.

INditia huius homicidij non videntur prę fe ferre aliquam releuantiam,nam primum ex eo desũptum, quod Io.Baptifta conuictus fuerit de mendacio,quatenus negauit nocte, quæ diem homicidij præceffit, permanfiffe in tenuta, maccarefe, nuncupata,minime releuat, quoniam mendaciũ
1 conuictum non facit inditium ad torturam, quãdo confiftit circa id,quod fi Reus fuiffet cõfeffus, fibi non præiudicaffet, Marfil. conf. 15. n. 15. verf. præterea etiam refpondeo, Farin.quæft.52.nu.14. & feq. vbi quod conclufio eft veriffima, Honded. conf.102.num.78.conf.106.num.76.& conf.93.n.
2 63.lib.2.Et præfertim cum huiufmodi permanfio fit remota à delicto, Farin.d.quæft.52.num.11. & feq.Hect.Felic. alleg.79.n.9.par.2.poft Hond.conf. 107.num.49.lib.1.idem Farin.conf.192.n.21. & 46 & conf.222.num.14.

Secundum verò ex eo defumptum, quod ipfo die fequuti delicti ex eodem loco manè difcefferint primo Ioannes, & paulo poft Ioannes Baptifta, & focius,minus releuat,quia inditium non oritur
3 ex eo, quod vno, & altero modo accidentaliter effe poteft citra delictum,Bald.dicens non præbere inditium ea, quæ pluribus modis poffunt accidere, & interpretari,conf.259.nu.4. verf. nec quæ poffunt, lib.1.Aim.conf.6.n.12.Vulpell.conf.97.n. 3.Burfatt.conf.336.num.16.lib.3.Becc.conf.85.n.1 in fin.lib.1.Farin.quæft.37.nu.7. & feq. & conf. 37. num.20.lib.1.& conf.147.num. 39. poft med. verf. ex regula communi,lib.2.

Minus etiam inditium pariunt verba prolata à Ioãne poft illata fibi vulnera, de quorum auditu deponunt Dominicus Pauli, & Marcus Antonius teftes Fifci, quia præterquam quod teftes de au-
4 ditu ab alio non amplius faciunt, quam author ipfe, a quo audiuerunt, ne amplius tribuatur copiæ, quam originali,c.licet ex quadam, de teftib. Surd.conf.135.num.96.lib.2.dictum autem offenfi
5 non eft confiderabile, cum nec inculpatio exiftẽtis in articulo mortis faciat inditium habile de per fe ad tranfmittendam inquifitionem, quamuis ad inquirendum viam aperiat, fiue conualuerit, fiue non.Farin.quæft.46.n.23.&feqq.& a n.26. ad 33.

Adhuc confideratio, quæ ex teftimonio huius auditus refultat magis fauet Reo, quoniam Domi-
6 nicus alter teftis Fifci deponendo, Ioannem fibi dixiffe,fuiffe vulneratum in capite, & in manu à Rocchetto folo vulnerante,excludit offenfionem ab altero, & præfertim cum hæc depofitio coadiuuetur depofitione Petri Pauli dicentis,fibi refponfum fuiffe à Ioanne,fe fuiffe ab vno vulneratum,Iaf.in l.1.numer.8.& feq. ff. fi quis Ius dicenti non obtemp. Rot.decif.796.num.1.p.4.diuerf.

Marcus Antonius verò afferendo, dici audiuiffe a Ioanne, quod vulneratus fuerat à duobus, quos non cognouerit, magis excludit tam Ioannem Baptiftam,quàm Rocchum,cum illos benè fuiffe cognitos offenfo, ex ipfo proceffu informatiuo
7 plenè conftet,nullaque fit difficultas, quin præcipuè in criminalibus identitas perfonarum fit probanda, Aym.conf.244.num.2. Foller. inter confil. crim.diuerf.conf.140.n.17.lib.1. Burfatt.conf.116. num.29.lib.1.

Profternitur autem quodcumque prætenfum inditium,quia refpectu Ioannis Baptiftæ nec de vlla quidem conftat offendendi caufa, fine qua huiuf-
8 modi delicta non funt præfumenda, Bart. inter conf.crim.diuerf.conf.8.num.8.lib.1.Foller.in praxi crim.in verbo,item quod fororem, poft numer. 19.Bertaz.conf.446.num.20.& feqq.lib.2.Farinac. quæft.52.num.150.& conf.50. num. 34. ante med. verf.ficut enim,& conf.130.numer.15.& conf.147 num.4.Caball.tract.de homicid.num.294.

Et refpectu Rocchi,quia,quæ pro Fifco ponderantur nulla ratione cenferi poffunt proportionata ad homi-

homicidium, quemadmodum de Iure requiritur ad effectum, vt exindè inditium resultet, Cason. de indit. tract. 2. cap. 3. num. 8. & seq. Vulpell. cons. 99. num. 2. Bianc. de indit. num. 130. Farin. d. cons. 147. num. 5. & cons. 192. nu. 2. lib. 2. & cons. 221. num. 22. lib. 3.

ARGVMENTVM.

De exclusione participationis in delicto homicidij.

Resistentes birruariis, quos credebant inimicos, an excusentur.

An homicidium commissum in mansionibus hospitalis magis puniatur sub prætextu immunitatis loci.

SVMMARIVM.

1 *Conuersatio cum publica meretrice non præbet alteri conuersanti cum ea causam inimicitiæ.*

2 *Ex conuersatione cum meretrice oritur inimicitia, quando alter ita ipsius mulieris amore captus est, vt riualem sufferre non possit.*

3 *Ignorans illatam sibi iniuriam non præsumitur inimicus.*

4 *Actus, qui potuerunt ex accidenti contingere sine delicto non faciunt inditium.*

5 *Inditia sola ea sunt, quæ non sunt in suo genere dubia, vel æquiuoca.*

6 *Causa delicti cessante, cessant omnia inditia, & confessio.*

7 *Amicitia, & conuersatio excludit causam homicidij.*

8 *Testis inimicus non probat, neque etiam in casibus exceptis.*

9 *Occidens bannitum, etiam si eum talem esse ignorauerit, non punitur, sed obtinet præmiū dari solitum.*

10 *Testis vnicus probat contra Fiscum inducentē.*

11 *Birruarijs iuste resistitur ab ijs, qui credunt eos inimicos.*

12 *Birruarijs excedentibus officium suum resisti potest ad necessariam defensionem.*

13 *Birruarijs ad excludendam resistentiam ponderandæ sunt facti circumstantiæ.*

14 *Birruarijs resistēs verbaliter sine offensione facti excusatur à pœna.*

15 *Priuilegium vbi datur Causæ, vel personæ ratione certæ qualitatis, probāda est illa qualitas per probationes legitimas, nō autem præsumptiuas.*

16 *Qualitates exgrauantes magis præsumuntur in delictis, quàm aggrauantes.*

17 *Qualitas tribuens iurisdictionem probanda est concludenter, non autem præsumptiuè.*

18 *Testis de auditu non probat.*

19 *Testis de auditu à ministro Curiæ nihil probat contra inquisitum.*

20 *Testes de auditu ab eo, qui actum gessit, magis probant quam de auditu ab alijs.*

21 *Possibile non potest poni pro constanti.*

22 *Hospitale potius præsumitur laicale quam Ecclesiasticum.*

23 *Hospitali adhærentes mansiones solitæ locari priuatis personis non gaudent immunitate.*

24 *Bannitus capitaliter repertus in Ecclesia non gaudet immunitate.*

25 *Occidens in Ecclesia bannitum non punitur de homicidio, sed solum de violatione Ecclesiæ.*

CONSILIVM LXXVI.

Participatio homicidij in personam Mariani nulla ratione ascribi potest Francisco, dum ex processu nihil prorsus habetur, ex quo aliqua suspicio in hoc sit deducibilis, quandoquidem desumpta ex conuersatione, quam dicitur Marianum habuisse cum Catherina meretrice, inanis est, non solùm
1 quia solæ conuersationes cum Curialibus proprijs impensis viuentibus, & existentibus in libertate quoslibet admittendi, non sunt considerabiles pro inditio inimicitiæ, Farin. cons. 102. num. 42. & seq. & cons. 147. num. 17. & seq. ideoque ad effectum huius inditij nec sufficit sola riualitas, sed requiruntur qualitates, in hoc casu funditus deficientes,
2 quod scilicet sit talis, ex qua vel rancoris, & odij signa resultauerint, vel propter alterius conuersationem, alter fuerit impeditus, vel saltem adeo quis eius mulieris amore sit captus, vt neminem cum illa conuersari sufferre possit, idem Farin. in his terminis, cons. 138. n. 7.

Sed quia nec quidem constat de scientia Francisci,
3 nedum ægreferentia, quod Marianus cum dictā Curiali conuersaretur, quin etiam ignorantia satis resultat ex eo, quod Curialis ipsa deponit, nihil vnquam sibi à Francisco dictum fuisse, Farin. quæst. 49. num. 96. & cons. 127. num. 7. & cons. 130. num. 6. vers. nisi etiam constaret, & cons. 147 n. 24.

Minusque participatio aliqua ascribi potest Carolo ex stricta eiusdem conuersatione cum prætensis interfectoribus, eorumdemque receptione in propria domo, ac obdormitione in domo Iosephi eadem nocte, qua homicidium patratum dicitur, quodque eadem nocte fuerit ipse Carolus vocatus ab altero ex prædictis, & extra domum exiuerit, & post horas duas redierit, tū quia omnes isti actus,
4 cum faciliter potuerint ex accidenti contingere, & ex alijs causis, quàm prætensæ participationis, proinde non potest lex eis inditium aliquod delicti desumi, Vulpell. cons. 97. num. 3. Farin. quæst. 37. num. 6. & seqq. & cons. 192. num. 20. qua ratione nunquam inditium oritur ex eo, quod vno, & altero modo esse potest, Bald. cons. 256. num. 4. vers. nec quæ possunt, lib. 1. Aym cons. 6. numer. 12. Bursatt. cons. 336. numer. 16. lib. 3. Becc. cons. 85. nu. 1.
5 in fin. lib. 1. sed ea solum inditia dici possunt, quæ non sunt in suo genere dubia, & æquiuoca, Farinac. quæst. 37. num. 7. & seq. & cons. 147. numer. 39. post med. vers. ex regula, & d. cons. 37. n. 20.

Tum etiam quia ex processu non solum minimè constat de aliqua causa in Carolo de hoc homicidio
6 participandi, quia certum est, cessante causa delinquēdi cessare omnia inditia, cum sine causa nemo non fatuus delinquat, Bart. inter cons. crim. diuers. cons. 8. num. 9. lib. 1. Foller. in pract. crim. in verbo, item quod sororem, post num. 19. Bertaz. cons. 446. num 20. & seqq. lib. 2. & hæc fit præsumptio omnes alias superans, vt inquit Farin. cons. 192. n. 1. & cons. 185. n. 38. ad finem.

Immò etiam ad effectum inditij nec sufficiens sit quæcumque causa, sed requiratur ratiocinatiua, & proportionata delicto, Cason. de indit. tract. 2. cap. 2. num.

2.num.1.& seqq.& cap.3.num.3. Blanc. de indit.n. 255.& seqq.Farin.quæst.52. num.145. & cons. 192. num.1.& seqq.in tantum quod nec confessio ipsa delicti attenditur, vbi deficit causa proportionata delinquendi, idem Farinac.cons.185.numer.28. ad finem.

Sed apparet in hoc casu de non causa ex defensiuo per sex testes deponentes de amicitia, & conti-
7 nuata conuersatione Caroli, & Mariani etiam die præcedente noctem delicti, Farin. cons.27.nu. 9. & cons.62.num.6.in fine.

Neque enim dubitandum, quin sex testes prædicti præualere debeant duobus, in quibus Curia se fundat, cum præter qualitatem numeri constet,
8 prædictos duos esse inimicos Caroli; testi autem inimico nec adhiberi possit aliqua fides in casibus exceptuatis,& difficilis probationis, vt per Farin. de testib.quæst.46.num.42.& quæst.53.n.7.

Cæterum nec inditia participationis, nec participatio ipsa illatiua censeri possunt alicuius pœnæ, dum ex actis publicis liquet, Marianum prædictum fuisse capitaliter bannitum, nam occidentes bannitũ, quem talem ignorabant, licet sint opiniones, an propterea immunes sint à pœna, tamen in praxi
9 pro faciliori bannitorum extirpatione, non solum euitant pœnam, sed premium consequuntur, quod occidentibus bannitos defertur, Farinac.de var. & diuers.quæst.103.num.30.& seqq.præcipuè numer. 34.& 35.&cons.101.num.21.23.& seq.Caball.resol. crim.cas.274.num.11.& 16.

Multoque magis, dum ex depositione baroncelli resultat in Carolo scientia banni capitalis, qui etiam
10 quod vnicus, probat contra Fiscum, Aymo consil. 100.num.13. Soc. iun.cons.69.numer.11.lib.1.Cephal.cons.141.n.15.

De prætensa verò resistentia Curiæ minus inquisiti damnari possunt, tum quia probatur inimicitia inter eos,& birruarios Curiæ Viterbij tam ex depositione testium, quam ex querela præcedente data per Carolum de pluribus insultibus, & vulneribus subsequutis, quapropter iustè resistebant timentes offendi in persona ab illis tanquam inimicis,& præsertim cum constet, in aduentu D. Locumtenentis fuisse sibi permissum non solum accessum ad mansiones, in quibus reperiebantur, sed sese in posse eiusdem Curiæ tradidisse, eadem, im-
11 mò fortiori ratione, quia iuste resistunt birruarijs, qui credunt eos inimicos; Bart. in l.prohibitum,n. 1.vers.fateor tamen,C.de iur.Fisc.lib.10.August.ad Angel.de malef.in verbo, quod fama publica præcedente, numer.54.ad fin.vers.hoc verum, Farinac. quæst.32.n.37.

Tum etiam, quia in hoc casu birruarij eorum officiũ
12 excesserunt, exonerando plures archibusiatas, ideoque licita fuit resistentia ad suarum personarum necessariam defensionem, vt in his, ac fortioribus terminis per Farin.cons.120.num.6.& seq. & num.13.immo etiam birruarij exonerantes deberent puniri, Caball.resol.crim.cas.132.n.11. post princ.& n.7.in fine.

Tum,& tertio quia cùm in hac materia ad exclusio-
13 nem resistentiæ diligenter ponderandæ sint facti circumstantiæ magis verisimiles, ac propterea standum depositionibus firmantibus, Locumtenentem semel, non bis accessisse, & in eius aduentu ante sonitum campanæ ad arma inquisitos se in posse Curiæ ob ipsius Locumtenentis præsentiã tradidisse, Caball.resol.crim.cas.126.num.16.& cas.
14 127.num.5.& seq.vtique in omnem casum ad euitationem omnis pœnæ satis est, quod omnis prætensa resistentia fuit verbalis, absque conuocatione auxilij prohibiti, pro salute propria personarum ad euitandos excessus facti, quodque Curia facto in aliquo minimè fuit offensa, Farin. d.quæst.32.n. 23.ad finem, vers.sed quicquid sit, vbi ex sensu Boerij decis.170.num.5.vers.vnde in casu, illam solum reputat qualitatem aggrauantem resistentiam, ex qua detur punitio, in qua ministri iustitiæ fuerint facto in personam offensi.

Prætextus verò Curiæ, quod homicidium in personã Mariani commissum fuerit in mansionibus hospitalis nec subsistens in facto, nec releuans in iure censeri potest.

Neque enim quoad factum, fundamentum fieri potest in deductis ex Parte Curiæ, quoniam omnia, quæ adducuntur circa hanc qualitatem, sunt inditia, ac præsumptiones, & Curia nullam habet in hoc probationem concludentem; certum autem
15 est in Iure, quod quando ex illius dispositione datur priuilegium causæ, vel personæ ratione certæ qualitatis, illa qualitas probanda est per probationes legitimas,& concludentes, nõ autem præsumptiuas,& priuilegiatas, Aret.cons.163. num.5. vers. sed antequam constet de ista qualitate, Farin.cons. 10.num.15.ad med.vers.& facit ratio,& numer.57. post med. vers.de illa qualitate verè sibi constare debet, Giurb.in his terminis, cons.10. num.24. an-
16 te med.& præsertim cum in delictis potius præsumendæ sint qualitates exgrauantes, quàm aggrauantes, idem Farin.cons.61.num.12. ante finem, vers.in delictis enim potius, qua ratione qualitas
17 etiam tribuens iurisdictionem non sufficit, quod probetur præsumptiuè,& per coniecturas, sed eius probatio requiritur concludens, Farinac. cons. 37. num.11.

Præterea neque etiam adducta præsumptiuam constituunt huius prætensæ qualitatis probationem, quia testes, qui adducuntur, deponunt solum de
18 auditu, non exprimentes à quo, Menoch.de arbit. cas.475.num.14.Surd.cons.135.num.95.in fine, lib. 1.cum alijs per Farin.de testib.quæst.69.num.75.& 78.vbi quod nec testis non interrogatus probat,&
19 alter ex testibus Fisci deponit de auditu à ministro Curiæ, nihil propterea faciens, ne magis creditur copiæ, quàm originali, Surd.d.cons.135.n.96. Honded.cons.102.num.58.lib.1.

Et præsertim dum repugnat depositio alterius testis
20 Fisci de auditu, ab ipsis interfectoribus, homicidium commissum fuisse in platea, Farin. de testib. dicta quæst.69.n.80.

Non obstat, quòd ex quo non nisi ex mansionibus hospitalis datur ingressus in Ecclesiam S. Antonij, vbi cadauer Mariani dicitur sepultum, proindè resultet, quod homicidium in eisdem mansionibus fuerit perpetratum, quia hæc non est consequentia necessaria ad commissionem homicidij in mansionibus hospitalis, dum nec Marianus in ijs habitabat, sed ad solam possibilitatem, quod in illis committi potuerit, dum potuit etiam Marianus in platea, aut via occidi, & deinde per mansiones hospitalis ad sepulchrum in dicta Ecclesia trans-
21 ferri; quod autem est possibile non potest pro cõstanti poni, vt inquit Farin.cons.75.n.67.

Præcipuè cum ex depositione duorum testium constet, claues semper retentas fuisse sub altari, & inde ab omnibus sumi potuisse, quandoquidem ex

his, quę diuersimodè contingere possunt absque delicto, non oritur inditium, vt supra fuit comprobatum.

Sed quando etiam homicidium in dictis hospitalis mansionibus commissum fuisset, non tamen prætendi potest aliquid releuans exinde in Iure resul-
22 taret: tum quia in dubio hospitale potius præsumitur laicale, quàm Ecclesiasticum, secundum Gonzal. super reg. 8. Cancellar. §. 4. glo. 5. n. 24. quia cuilibet licet domum propriam ad hospitalitatē, seù alias ad pauperes recipiendos deputare sine Diœcesani licentia propria auctoritate, Innoc. in c. ad hęc de relig. domib. quemadmodū habent nobiles, & Vniuersitates, Bald. in auth. hoc Ius porrectū, n. 11. C. de sacros. Eccles. quamobrē magis propriè dicendæ sunt domus ad hospitalitatem deputatæ, quàm hospitalia, Calder. cons. 23. in princ. & fin. de testam. & cons. 4. de relig. domib. Lap. alleg. 41. incip. Quæritur, n. 2. Ancar. cons. 129. n. 2. Zabarel. cons. 13. n. 3. Bald. cons. 320. ante med. uers. alias non esset hospitale, lib. 5. Castr. cons. 350. post princ. vers. secus, lib. 1. Roman. cons. 477. n. 7. & 15. in fin. & in his terminis Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 25. n. 18. ante med. uers. quia si sine.

Tum etiam, quia etiamquod hospitale esset Ecclesiasticum, & Ordinarij auctoritate erectum, adhuc mansiones prædictæ immunitate Ecclesiæ non
23 gaudent, ex quo licet de Iure ratione adhærētiæ ea gauderent, tamen gaudere non possunt, dum sunt mansiones, quæ consueuerunt locari priuatis personis sæcularia in eisdem exercentibus, Decian. tract. crim. d. lib. 6. cap. 24. n. 10. ante fin. vers. in domib. ... Ecclesiæ.

Tum, & tertiò quia licet controuersa sit quæstio, an
24 capitaliter bannitus repertus in Ecclesia, aut loco immuni gaudeat immunitate, tamen iuxta magis receptam minimè gaudet, nec in casu, quo studiose hoc loco habitat, vt per Decian. dicto tract. crimin. lib. 6. cap. 26. n. 8. per tot. nec in casu, quo bannitus, & condemnatus est pro crimine excepto à Constitutione Gregorij XIIII. quale est assasinium in hac condemnatione, Farin. de Immun. n. 42.

Et in omnem casum occidens in Ecclesia bannitum
25 non punitur de homicidio, sed solum de violatione Ecclesiæ, Decian. post Bald. dicto tract. crim. lib. 6. cap. 26. n. 8. ante med. vers. vbi concludit, & tenet.

ARGVMENTVM.

Statuto, quod pater soluat legitimā pro delicto filij, an sit locus extante nepote ex ipso filio.

In computatione legitimæ, ad quam pater obligatur pro delicto filij, an habeatur ratio temporis delicti, vel cōdemnationis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum obligans patrem pro delicto filij vsque ad legitimam non procedit, quando superest nepos ex filio.*

2 *Legitima, quam tribuit Statutum Fisco in bonis patris pro delicto filij debetur, etiamsi extēt nepotes concepti, & nati post condemnationem.*

3 *Filius existens in vtero habetur pro nato in fauorabilibus ad exclusionem Fisci.*

4 *In legitima computanda, quam tribuit Statutū Fisco pro delicto filij in bonis patris, habetur ratio temporis sub distinctione, an Statutum respiciat delictum, vel condemnationem.*

5 *Legitimam Fisco non tenetur soluere pater pro filio delinquente in contumaciam condemnato, quando Statutum respicit delictum, secus autem quando respicit actum condemnationis.*

6 *Fisco nullum ius quæritur, nisi quando bona per sententiam publicantur.*

7 *Contractus etiam ex titulo lucratiuo initi post delictum, sed ante condemnationem subsistunt.*

CONSILIVM LXXVII.

Qvamuis valeant statuta disponentia, quod pater teneatur pro delicto filij, quatenus sit in eius legitima, tamen receptissima communi-
1 ter est limitatio, id non procedere, quando filius delinquens habet & ipse filium, quoniam cum Statutum sit contra Ius, rationabilius in dicta legitima succedit nepos, quàm Fiscus, prout decidit Rota in Spoletana legitimæ, vltima maij 1596. coram Cardinale Blanchetto, quæ habetur impressa post cons. Farin. 52. n. 6. & seq. plurib. lib. 1. idemq. Farin. post alios ex communi cōprobat eod. cons. 52. vbi etiam aliæ rationes per totum, & quæst. 24. n. 172. & Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 36. n. 3. & fuit originalis sententia Baldi, quem cæteri communiter sequuntur in l. si qua pœna, 7. n. 5. ante fin. vers. vel dic, quod Statutum debet intelligi, ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, vbi etiam per Surd. decis. 167. n. 14. & decis. 314. n. 2. & seqq.

Et licet verum sit, hanc limitationem sublimitari in
2 nepotibus post condemnationem filij delinquētis conceptis, & natis, ex Farin. d. quæst. 24. n. 172. attamen non minus verum est, eam suffragari con-
3 ceptis ante condemnationem, quia existens in vtero habetur pro nato ad ipsius commodum, licet sit incommodum Fisci, Bart. in l. ex facto, 17. §. ex facto, n. 2. vers. oppono, qui est in vtero, ff. ad Trebell. Boss. tit. de crimine læsę Maiestatis, ex n. 138. Ludou. d. decis. Perus. 11. n. 29. Surd. d. decis. 314. ex nu. 2. vers. idem est, quando extaret nepos in vtero.

Neque obstat decretum Serenissimi Ducis Vrbini, in quo statuitur, quod pater pro quolibet delicto filij, pro quo omnium bonorum confiscationis pœna fuerit de Iure communi, vel municipali, decretis, & bannimentis imposita, nedum pro homicidio ad integram legitimā filio in bonis parentum debitam Fisco soluendam teneatur, & cogi possit, & debeat, etiamsi filius in meram contumaciam in dictam pœnam fuerit condemnatus; vndè pro parte Fisci infertur, quod cum decretum respiciat delictum tanquam dicens, quod pater teneatur pro delicto filij, attendendum sit tempus delicti, non autem condemnationis, quoniam hæc illatio nullam habet subsistentiā ex duplici capite.

Altero, quia deducta per Farinac. pro dictę illationis
4 comprobatione quæst. 24. n. 177. & 187. nullatenus applicantur, loquitur namque Farinac. dicto n. 187 & seq. in principio, ad effectum cognitionis commensurationis, & computationis legitimæ debitę filio

filio delinquēti in paternis ſcilicet, an reſpectu patrimonij, quod pater delinquentis habebat tēpore vel delicti, vel potius condēnationis, vt quia medio tempore inter delictum, & condemnationem paternum patrimonium fuiſſet auctū, vel diminutū, & in hac quæſtione vtitur diſtinctione prædicta reſpectu augumēti, quod hoc non intret in cōmenſuranda legitima, quando ſtatutū reſpicit tēpus delicti, ſecus verò ſi reſpiciat tempus condēnationis reſpectu verò patrimonij inter vtrumque tempus diminuti, vt patet ex dicto n. 188. verſ. ſed quid ſi in caſu, Farinaccius vtitur alia diſtinctione pro decidenda quęſtione, an hæc diminutio cedat damno Fiſci, vel poſſit Fiſcus dicere, volo legitimā ſecundum tempus delicti, & non condemnationis, hac inquā diſtinctione ſcilicet, vt diminutio cedat damno Fiſci, nec poſſit Fiſcus tēpus delicti eligere, vbi de Iure eſt inſpiciendū tempus condemnationis, dūmodo diminutio patrimonij non euenerit ex dolo, vel lata culpa ipſius Patris.

Farinaccius verò eadē quæſt. 24. d. n. 177. minus ap-
5 plicabilis cenſeri poteſt, dum ſublimitando ſextā limitationem præcedentem, num. 173. in qua firmauerat, quòd pater non teneretur ad legitimam debitam filio delinquenti, vbi de delicto filij non conſtaret per veras, & concludentes probationes, vel per eius veram confeſſionem, ſecus ſi per factum reſultantem ex contumacia vigore Statuti, vel Conſuetudinis, d. num. 177. declarauit ſolummodo procedere, quando Statutum reſpicit delictum, ſecus reſpiciendo actum condemnationis, vt quia hoc caſu ſufficeret etiam condemnatio in contumaciam, & ſi pleroſque etiam in contrariū, n. 178. & ſeq. adduxerit.

Altero quia in terminis, de quibus agitur minimè reſpicientibus computationem quantitatis legitimæ, ſed ſubiectum ipſum, an legitimam filij pater pro filij delicto ſoluere teneatur de Iure attendi non poteſt, niſi ſolùm tempus condemnationis, cū
6 prius Fiſco nullum Ius quæratur, ſed ſolùm quando per ſententiam bona publicantur, Boſſ. tit. de public. bon. num. 25. Peregrin. de iur. Fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 52. cum alijs per Rot. deciſ. 545. num. 2. par. 1. recen.

7 Adeout contractus etiam ex titulo lucratiuo, ſicut donationes factæ poſt delictum, ſed ante condemnationem ſubſiſtant ex magis communi, de qua poſt alios, Farin. quæſt. 164. nu. 3. 6. & ſeq. & nu. 11. & Sanchez ad præcept. decalog. lib. 2. cap. 21. num. 32.

ARGVMENTVM.

Vir nobilis, qui ſe in carceribus conſtituit, an relaxandus ſit ſub fideiuſsione de ſe repræſentando, vel de habendo in Vrbe domum pro carcere, attenta eius mala valetudine, & præſumptione innocentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Iudicantes tenentur ex officio inquirere veritatem.*
2 *Defenſor, & inſtructor innocentiæ admittitur ad aures Iudicis extraiudicialiter ad allegandū veritatem, quamuis non admittitur iudicialiter pro contumace.*
3 *Iudex cognita innocentia debet à contumacis cōdemnatione abſtinere.*
4 *In Carcere retineri, vel dare fideiuſſores de ſtando in loco certo, paria ſunt.*
5 *Nobili, & diuiti non ſolum domus ampla, ſed Ciuitas aſſignari poteſt pro carcere, quando inditia non ſunt grauia.*
6 *Innocentia præſumitur in prætenſo mandante, quando conſtat de inimicitia capitali mandatarij cum occiſo.*
7 *Innocentia præſumitur, quando cauſa homicidij non eſt proportionata vindictæ.*
8 *Ex Negatiuæ coarctatæ probatione reſultat præſumptio innocentiæ.*
9 *Fama orta à maleuolis non eſt momenti.*

CONSILIVM LXXVIII.

Qvamuis non dubitetur contumaces audiēdos non eſſe extra carceres, quando quereiantur, aut inquiruntur de prætenſis delictis, pro quibus veniret imponēda pœna corporis afflictiua magiſque capitalis, tamen nec etiam dubitari poteſt, quin Iudicantes teneantur ex officio in-
1 quirere veritatem facti, Roland. conſ. 47. num. 9. & pluribus ſeqq. lib. 3. Bertaz. conſ. crim. 303. num. 8. lib. 2. per textum in l. ſi non defendantur 19. in fine, ff. de pœnis, Farinac. quæſt. 99. n. 232. & 234. & num. 238. & ſeq. vbi reſpondet adductis num. 236.
2 vbi etiam quod quilibet Defenſor, & Inſtructor, innocentiæ, immo etiam quilibet de Populo, licet non admittatur, prout nec procurator admittitur ad contumaces defendēdos, iudicialiter, admitti tamen debet ad allegandum ad aures Iudicantium facti veritatem, & ad illius ſinceram cognitionem teſtes de ea informatos nominandum, adeout Iudices ex officio teneantur hanc veritatē agnoſcere, tam de Iure, quam ex praxi, Farin. eadem quæſt. 99. num. 238. 239. & ſeq.

Hoc autem poſito, multo magis admitti poteſt D. Comes, vt poſtquam ſe in carceribus conſtituerit & examinatus fuerit, relaxetur ſub idonea cautione de ſe repreſentando ad omne mandatum, vel ſaltem de habendo in Vrbe domum pro carcere, & præſertim ſtante eius mala valetudine, de qua medici atteſtantur, quandoquidem hoc minus eſt, quàm quod Iudices, ex quo debent omni via, ſtudio, & diligentia perquirere, & inueſtigare veritatem, & inquiſiti innocentiam, ea cognita, debeant
3 quoque conſequutiuè ſe à contumacis condemnatione abſtinere, Auth. qui ſemel, C. quomod. & quando Iudex ibi perquiſita veritate pronunciat, l. penult. §. ad crimen, in fin. ff. de public. iudit. vbi Bart. nu. 6. Boſſ. tit. an in criminalibus iudicijs quis poſſit pro abſente interuenire, in 5. concluſ. num. 6. ante finem, verſ. quemadmodum etiam Iudex, & num. 7. & ſeq. Roland. dicto conſ. 47. à num. 9. ad 23. lib. 3. Bertaz. d. conſ. 303. num. 8. & 9. lib. 2.

Et quod paria ſint, vel quod quis in carcere retinea-
4 tur, vel det fideiuſſores idoneos de ſtando in certo loco, Boſſ. num. 3. tit. de carcerato fideiuſſionibus
5 committendo, pręcipuè in viro nobili magnæ exiſtimationis, & diuite, cui poteſt, non ſolum domus ampla, ſed Ciuitas aſſignari pro carcere, vt numer. ſeq. Farin. quæſt. 33. num. 60. & ſeqq. ſaltem, quando

Iudex inditia grauia contra nobilem, & diuitem non habet, nec probabiliter habere sperat, magisque quando de illius innocentia instruitur, vt numer.03.vers.prædictam enim limitationem.

Satis autem ad huiusmodi effectum liquet de huius nobilis innocentia.

Primo, quia constat de interfectore habente cum oc-
6 ciso propriam nedum grauiorem, sed capitalem inimicitiam, oblongè atrociorem iniuriam sibi illatam, & ad animũ reuocatam, minasque sibi incussas, Foller.in pract. crim. in verbo, recipiantur defensiones, numer.2.in fine, vers.item poterit, Franc. Marc.decis.423.num.27. vers. sed aliam causæ inimicitiæ, par.1.Eugen.cons.27.num.32.& seq. lib. 1. Farinac.quæst.49.à numer.114. ad 120. & cons. 55. numer.22.& cons.102.numer.18.& consil.147. numer.29.

Secundo quia causæ, ex quibus prætenditur, dictum
7 D.Comitem assertum homicidium mandasse nullatenus censeri possunt proportionatæ huiusmodi vindictæ, Cason.de indit.tract.2.cap.2. numer.1. & seqq.& cap.3.num.3.Blanc.de indit. numer. 255. & seqq.Farin.quæst.52.num.145.& dicto cons.192. n. 1.& seqq.

Tertio, quia ex attestationibus, quæ dantur, resultat
8 iustificatio negatiuæ coarctatæ, quod ij, quos Curia iuxta tenorem monitorij cõtra dictum D Comitem transmissi prætendit auxilium præstitisse fugæ dicti interfectoris, statim post delictum absentes continuò fuerunt ab eiusdem delicti loco, Felin.in c.3.num.2.de probat. Marsil.cons.2.nu.13. & cons.51.num.13.lib.1.Boss.de defens.Reor.ex nu. 31.& seq.Bertaz.cons.crim.251. num. 99. lib.2. Rimin iun.cons.644.n.2.lib.6.

Quarto, quia inditium prætensæ famæ nullius pror-
9 sus est momenti cum dentur iustificationes, hanc famam ortam habuisse à fratre, & nepote eiusdem occisi maleuolis, c.qualiter, & quando, il secondo, de accus.Farin.quæst.47.n.156.

A R G V M E N T V M.

An sit reformandum monitorium transmissum prætenso mandanti homicidium, ob defectum expressionis tractatus, & loci, & temporis mandati, & vlterius ob defectum causæ proportionatæ, concurrente etiam causa inimicitiæ capitalis inter occidentem, & occisum.

S V M M A R I V M.

1 *Defensor innocentiæ pro contumace extraiudicialiter auditur ad effectum moderandi monitorium ex eo, quod deficiat subiectum delicti, vel pœna sit excessiua.*

2 *In Monitorio specificari debet locus, tempus, & qualitas personarum.*

3 *Rationi boni regiminis præualet ratio, ne quis indebitè damnetur.*

4 *Iudex tenetur ex officio inquirere veritatem facti.*

5 *Mandans non molestatur, nisi constito quod mandatarij, vti tales commiserint homicidium.*

6 *De delicto mandatarij constare debet plenè, & certè non autem per præsumptiones, nec per fictam confessionem ex contumacia, vt procedi possit contra mandantem.*

7 *In Monitorio transmisso mandanti exprimenda est qualitas, quod mãdatarius non haberet causam propriam delinquendi.*

8 *Tractatus probatio requiritur, vt constet de corpore delicti mandati, etiam si prætendatur mandatum præsumptum. & coniecturale.*

9 *Præsumptio ex præsumptione non datur.*

10 *Appellans à sententia Iudicis, illi iniuriam non facit.*

11 *Causatum perimit causa perempta suum.*

12 *Minæ in nihilo afficiunt respectu delicti diuersi generis.*

13 *Ex vtilitate arguitur complacentia.*

14 *Consilium, vel inflammatio ad homicidium non punitur pœna ordinaria, quando principalis delinquens, vti inimicus erat aliàs facturus.*

15 *Inimicitiæ inditium cessat in mandante, quando constat de grauiori inimicitia inter occidentem, & occisum.*

16 *Iniuria, vt operetur indignationem, & inimicitiam, debet ad animum reuocari.*

17 *In Mandato non adhibetur distinctio, an mandatarius esset alias facturus, quia non præsumitur facturus, nisi gratia mandantis.*

18 *Mandatum non dicitur sed consilium, mitiori pœna dignum, quando occidens ex propria inimicitia erat aliàs facturus.*

19 *In Monitorio transmisso mandanti requiritur expressio temporis, & loci mandati.*

20 *In Monitorio transmisso mandanti exprimi debet, quibus verbis mandans vsus fuerit, imperatiuis scilicet, aut qualibus.*

C O N S I L I V M L X X I X.

Ex monitorio contra D. Marchionem expedito die vltima Februarij ad personaliter comparẽdum sub pœna amputationis capitis, & bonorum omnium confiscationis, ac prætensa superuenien-
1 te contumacia nullatenus cuicumque de Populo impedita censeri potest via audientiæ extraiudicialis ad iudicantium instructionem ad effectum, vt exindè non solum monitorium sit reformandũ respectu comminatæ pœnæ, vel quia imposita sit in casu, quo deficiat subiectum prætensi delicti, Rota apud Seraph in.decis.668. num.2. Farin.cons. 17.num.1.Caball.resol.crim. cas. 1. num.12. & cas. 151.num.9.Giurb.cons.crim.32. num.12. & consil. 69.num.4.

Vel quia pœna in casu proposito sit excessiua, Boss. tit.an in crim.iud.quis possit pro absente interuenire, numer.14. post med. vers.quod quilibet, Bald. cons.238.num.2.lib.2.& consil.335. numer.1. ante med. vers. præterea ad hanc defensionem, lib.3.

Sed etiam monitorium debeat in totum reuocare
2 ex illius nullitate ob defectum specificationis loci, temporis, personarum, & qualitatum necessariò in huiusmodi monitorijs exprimendarum, iuxta textum expressum, in l.libellorum, 3. ff. de accusat. & in c.fin.§.libellorum, 2.quæst.8.cum alijs per Farin.quæst.1.n.12.per tot.

Et ratio etiam est euidens, quia etiam Reipublicæ
3 magis, quam ratio boni regiminis interest ne quispiam

piam indebitè damnetur, vt per Farin. quæst. 99. n. 234. ad fin.

Ac præcipuè quoniam non dubitatur, quin iudican-
4 tes teneantur ex officio inquirere veritatem facti, ex textu in l. si non defendantur, 19. in fine, ff. de pœnis, Rol. conf. 147. num. 9. & plur bus feqq. lib. 3. Bertaz. conf. crim. 303 num. 8. lib. 2. Farin. quæst. 89. num. 232. & 234. & 238. vbi respondet obiectis, numer. 236. & quæst. 99. numer. 238. 239. & feqq. vbi quod ex officio teneantur iudicantes hanc veritatem agnoscere, receptum hoc est tam de Iure, quā ex praxi.

Reuocandum autem monitorium quoad caput in eo genericè expressum, quod D. Marchio prædictus mediantibus personis Iosephi, & Ioannis Iacobi mandauerit occidi Franciscum, nam in hoc monitorio nullatenus exprimitur, quod occisores prædictum homicidium commisisse asserant de mandato dicti D. Marchionis, cessante autem hac expressione, locus est receptæ conclusioni, quod non
5 possint contra prætensum mandatorem procedi omissa declaratione explicita, quod occisores tanquam mandatarij dicti Marchionis dictum homicidium commiserint, textus est in l. si is, qui rem, 68. §. si tu Titium, vbi ita Bart. per illum textum, num. 2. ff. de furt. Bossius de delict. num. 35. Farinac.
6 quæst. 3. num. 1. vbi etiam num. 5. quod de delicto principalis delinquentis debet constare plenè, verè, & concludenter, certè non autem per præsumptiones, & inditia, adeoquod nec sufficit ficta confessio ex sententia contumaciali vigore Statuti, vel Constitutionis disponentis, contumacem haberi pro confesso, vt eodem numer. 5. vers. amplia tertio, vbi de communi, & conf. 24. num. 11. ante finem, & conf. 102. n. 31. ad finem, Surd. conf. 40. nu. 10. lib. 1.

Neque enim refert, quod idem Farin. eodem num. 5. vers. ego autem, dicat de consuetudine Tribunalium Vrbis procedi contra assertos mandantes ad inquisitionem, illiusque transmissionem, & sufficere nominationem personæ principalis delinquentis, concurrentibus contra eosdem mandatores inditijs.

Tum quia hoc est intelligendum quando ex actis liquet, assertos mandatarios non habuisse causam
7 propriam, & congruam homicidium committendi, quia hoc casu cum possit de mandatoribus interrogari, hæc qualitas propterea in monitorio est exprimenda, ne asserto mandatori adimatur defensionis qualitas, Farin. quæst. 43. num. 49. ante finem, vers. propter particularem inimicitiam, vel aliam causam, & quæst. 44. num. 1. & ne in potestate cuiuslibet scelesti hominis sit alium lacerare, vt n. 161. per totum.

Tum etiam quia aut ex parte Curiæ admittitur in actis constare de aliquo tractatu inter assertum mandatorem, & mandatarios de dictum homicidium committendo, aut eiusmodi tractatus negatur, & in vtroque deficit monitorium ex omissione expressionis huius qualitatis, cum in vtroque
8 casu, vel siue entis defectu, vel siue defectu expressionis, loci, temporis, & verborum desuper adhibitorum, deficiat probatio corporis huius delicti mandati necessariò propterea in eodem monitorio exprimendi, Soccin. iun. conf. 3. nu. 25. ad med. vers nam tractatus dicitur, lib. 3. Decian. conf. 67. n. 5. lib 3. firmans propterea tria esse probanda, nempe primo colloquium præ cedens, secundo tractatum committendi maleficij, & tertio tam deliberationem committendi, quàm modi commissionis, Giurb. conf. crim. 63. num. 25. Eugen. conf. 76. n. 37. lib. 1. idem Farin. quæst. 96. num. 77. vbi etiam quod ex hac receptiori, & veriori conclusione debet de tractatu tanquam huius delicti mandati corpore certe, & liquido, & non præsumptiue constare.

Quandoquidem eadem quoque conclusio procedit, vbi agitur de probatione mandati ex præsumptionibus, & coniecturis, quia, & hoc casu nedum requiritur probatio alicuius actus inferentis tractatum in genere, sed etiam, quod existant inditia formalia, & specialia ipsius asserti tractatus, idem Farin. conf. 32. num. 30. post med. vers. primo, quod constet, & vers. quod adsint, lib. 1.

Cæterum, nec monitorium hoc casu à nullitate saluari potest ex ijs causis, quæ in ipso leguntur, sūpto prætextu quod illæ, prout exprimuntur suffragentur ad demonstrandam indignationem, quam dictus D. Marchio habuerit erga occisum, nam immo magis ex illarum expresſione euidèter detegitur, neque ex illis præsumi posse datum, nec acceptatum fuisse mandatum ad occidendum, obstante regula, quod præsumptio ex præsumpto su-
9 mi minime potest, Farin. conf. 55. nu. 25. & conf. 127. num. 7. & conf. 114. num. 40. Rot. post lib. 2. conf. Farin. decis. 267. num. 9. vers. tum etiam.

Non enim ex aliqua ex causis in dicto monitorio expressis præsumptio assertæ indignationis sumi potest, quoniam ex ea, quod habitus fuerit recursus ad Sacram Consultam pro auocatione Causæ pendentis in Curia D. Marchionis inter alios, eius-
10 que impetratione, præter id, quod appellans à sētentia Iudicis illi iniuriam non facit, Farin. quæst. 101. num. 1. & quæst. 105. num. 131. vers. nam quod isto casu, nec factum Iure publico, & Prætoris auctoritate ad iniuriam, aut indignationem pertinet Farin. ead. quæst. 105. n. 130.

Non etiam ex causa extractionis frumenti, inscio D. Marchione à dicto Francisco denunciatæ illatis per ipsum D. Marchionem in eum, vt in monitorio dicitur, grauibus minis, & quia dicta denunciatio, neque minas, neque displicentiam de se patet, quod operari poterat, quia causatum perimit, cau-
11 sa perempta suum, Caball. resolut. 59. num. 17. & quia ad cognitionem assertæ grauitatis minarum debuit exprimi earum qualitas, cum minæ in ni-
12 hilo afficiant respectu delicti diuersi generis à minis prolatis, Farin. conf. 22. n. 12.

Ac non etiam ex causis, quod idem Franciscus cum displicentia D. Marchionis indicauerit agrimēsoribus confinia rerum D. Marchioni venditarum, eiusdēque Francisci exemplo alij, qui prius indicatores esse noluerant, indicatores fuerint, quia quod displicuerit Marchioni, ea indicatio, & qualiter ea fuerit cognita in monitorio tacetur, eaque est omnino inuerisimilis tam ratione notorietatis confinium rerum stabilium, & loci, quam etiam quia ex qualitate cognitionis confinium, maior resultabat D. Marchioni vtilitas cognitionis rerum in venditione sibi facta compræhensarum ex causa acquisitionis cōsequutiuę maioris dominij in proprietate, quam consequutiuæ solutionis amplioris præcij exinde resultantis, ne-
13 que ambigi potest quin ex ampliori vtilitate maior oriatur complacentia, quam displicentia, l. magis puto, §. ne passim, vers. itē Prætor. ff. de reb. eor.

Can-

Camet. in extrauag.Siciliæ fol.mihi 92.num.5.
Præterea reuocandum quoque monitorium ratione
eius partis,in qua asseritur instigatio, & inflam-
matio dictorum Iosephi,& Ioannis Iacobi ad oc-
cidendum Iacobum eorum inimicum, quia in
primis ex hac ipsa expressione inimicitiæ propriæ
occidentium cum occiso constat, ex sola instiga-
tione,& inflammatione impositionem pœnæ or-
dinariæ aduersus inflammantem fuisse excessiuã,
14 quia verius est,quod ex coniectura,quæ oritur ex
inimicitia inter occisum,& occidentem,præsumi-
tur,quod occidens etiam sine consilio, aut inflã-
matione esset occisurus,& isto casu consulens non
tenetur d. occiso ex pluribus, quibus comprobat
Farin.quæst.129.n.145.vbi de communi.
Eademque ratione constat de excessiuitate pœnæ
ordinariæ quoad homicidium in personam dicti
Francisci commissum a dictis Iosepho, & Ioanne
Iacobo eius inimicis,non solum quia constat de
15 interfectoribus habentibus cum occiso grauiorẽ
inimicitiam ob longe atrociorem iniuriam sibi il-
latam, & ad animum reuocatam, Foller. in praxi
crim.in verbo recipiantur defensiones,num.2. in
fine,vers. item poterit, Franc.Marc.decis.423. nu.
27.vers.sed alia causa inimicitiæ,p.1. Eugen. cons.
27.num.32.& seq. lib.1.Farin. quæst. 49. a nu.114.
ad 120.& cons.55.nu.22.& cons.102.nu.18.& cons.
147 num.29.
Et præsertim cum causæ inimicitiæ occidentium cũ
occiso fuerint proportionatæ dictæ occisioni, se-
cus vero proportionatæ fuerint quoad D. Mar-
chionem, & quia nedum ipse nullam habuit cum
occiso inimicitiam proportionatam dictæ vindi-
ctæ,Cason.tract de indit.tract.2.cap.2.n.1 & seqq.
& cap.3.num.3.Blanch.de indit.num.255.& seqq.
Farin.quæst.52.num.145.& cons. 192. numer.1. &
seqq.
Verum etiam quia, neque in ipso monitorio aliquid
realiter exprimitur, per quod D.Marchio ex cau-
sis in eo expressis fuerit indignatus, adeout iniu-
16 rias ad animum, sicut requiritur, reuocauerit,
Farin.d.quæst.105.num.340.& 348.
Et ab omni prorsus verisimilitudine abhorret reuo-
catio ad animum respectu Marchionis, & è con-
uerso concurrit verisimilitudo inter occisores, &
occisum, cum ex qualitate grauium, & re vera
atrociam iniuriarum oriatur inimicitia, & cesset
è conuerso, vt in exemplis, Farinac. cons. 102.
num.42.
Ac insuper quoniam constat etiam de excessiuitate
pœnæ ordinariæ quoad D. Marchionem, non
obstãte, quod in monitorio assumatur pretextus,
quod fuerit mandator homicidij dicti Francisci,
& Mandatarij occisores, nam licet in mandato nõ
17 soleat regulariter adhiberi illa distinctio, an mã-
datarius esset alias facturus, vel non,quia presup-
ponitur, quod non esset facturus, nisi gratia mã-
dantis,ex doctrina Bart. in l. non solum,§.in man-
dato,n.17.ff.de iniur.cum alijs per Surd.d.cons.40.
n.13.lib.1.
18 Attamen verius, & magis communiter receptũ
est, quod quando quis mandat alias facturo, ex
inimicitiæ qualitate, aut alijs coniecturis, tunc
proprie non sit mandatum, sed solum consilium,
pro quo mitior pœna debet imponi, quam ordi-
naria, Farin.d.quæst.129.n.138.cum alijs per eũ-
dem Surd.d.cons.50.n.14.
Neque subsistentiam aliquam habere potest, quod
in Congregatione vltima in hac Causa habita di-
ctum fuerit in processu formato, de tractatu con-
stare, quia ex hoc dicto maior nullitas resultat,
dum in monitorio nullum prorsus verbum de eo
19 habetur,prout requiritur ad monitorij tenorem
substantiandum,ex textu in l.libellorum,3. ff.de
accus.cui locum esse etiam quoad expressionem
temporis, & loci mandati contra mandantem,
Ciriac.controu.488.num.54.& seqq.lib.3.
Neque suffragari potest,si dicatur ex Bart. in l. non
solum,§.si mandato meo,num.9.ff.de iniurijs non
requiri expressionem loci, & temporis mandati,
sed delicti propter mandatum,& in illius exequu-
tionem consumati,prout etiam dicitnr repetere
in l.Prætor,2.§.hoc ædicto, ff. de vi bonor.rapt. &
quia Bart.se declarat,quando agitur de augenda
pœna solius mandati propter sequutam mandati
consumationem,prout declarat Angel. de malef.
verb.& Sempronium,§.7.quæritur.
Et quia contrarium tenet idem Bart. Parte opponẽ-
te,reddens rationem,quia tunc tempus, & locus
sint declarandi,vt Reus possit sẽ defendere in d. l.
libellorum,n.12.ad fin.ff.de accus.
Atque etiam, quia tutiorem esse contrariam opi-
nionem aduersus Bartol.firmat,tit.de inquis.Boss.
num.94.ante finem, vers. ad effugiendas tamen
difficultates, prout etiam per Farinac.de inquisit.
quæst.1.num.14.
Cæterum constat etiam veriorem, & magis receptã
esse opinionem,quod in monitorio ad illius vali-
ditatem sit exprimendum tempus, & locus man-
20 dati,immò etiam,quibus verbis imperatiuis scili-
cet,aut qualibus,Corn.cons.57. num.1. & 2. lib.4.
Io.Maria Monticellus in pract.crim.reg.7.num.66.
& 67.vbi etiam numer.69. quod necessaria est ex-
pressio qualitatis verborum, quibus mandans
prætenditur vsum esse,vt percipi possit, an tenea-
tur de mandato,quo casu intrat pœna ordinaria,
vel vsus fuerit verbis instigationem,vel persuasio-
nem probantibus,quo casu non est locus,nisi pœ-
næ extra ordinem.

ARGVMENTVM.

De Confessione extorta per interrogatoria suggestiua.
De confessione in tormentis quam Reus non ratificauit.

SVMMARIVM.

1 *Confessio extorta per interrogatoria suggestiua siue in tortura, siue extra, non sufficit ad condemnandum.*

2 *Suggestiua censetur interrogatio super circumstantijs, & qualitatibus priusquam a Reo habeatur confessio delicti commissi.*

3 *Suggestiua est interrogatio, in qua ante confessionem mandati ad occidendum interrogatur Reus de pecuniarum summa, quam dederit homicidæ.*

4 *Ex Confessione in tortura, vel metu torturæ nõ condemnatur Reus, nisi eam ex interuallo ratificauerit.*

5 *Ex Confessione in tortura, vbi non ratificatur locus est repetitioni torturæ, qua data Reus nõ est*

est amplius torquendus.

6 *Particeps delicti non punitur pœna ordinaria, quando principalis delinquens ex propria inimicitia erat alias facturus.*

7 *Coniecturis probatur, an quis alioquin fuisset facturus.*

CONSILIVM LXXX.

Regula est certa, quod confessio per interrogatoria suggestiua extorta, siue in tortura, siue
1 extra ad condemnandum non est sufficiens, ex textu in l. 1. §. in causa, vers. qui quæstionem, ff. de quæst. inquit enim textus, quod, qui quæstionem habiturus est, non debet specialiter interrogari, quia hoc magis suggerentis, quam requirentis videatur, ideoque per illum textum communiter
2 traditur, suggestiuam censeri interrogationem, in qua Reus interrogatur de circumstantijs, & qualitatibus specialibus commissi delicti, priusquam a Reo habeatur mediante interrogatione generali confessio delicti commissi, Bart. in d. l. 1. §. qui quæstionem, nu. 2. dicens constito de delicto, velut homicidium esse commissum, vbi inquisitio sit generalis, quia ignoretur, a quo, interrogationem faciendam esse generaliter, quis homicidium commiserit, vbi vero inquisitio sit specialis, interrogationem debere esse super commissione homicidij, non tamen nominatim de modo, & quando, & in qua parte corporis delinquens prætensus percusserit, seu alijs circumstantijs, Salic. in l. fin. in fine, C. de accus. Boss. de exam. Reor. num. 12. Cason. de torment. cap. 15. num. 1. & seqq. in tract. nouissim. tom. 11. fol. 314. Chartar. de interrog. Reis, lib. 2. cap. 1. num. 54. & seqq. & num. 67. & 68. Foller. in praxi crim. in verbo Rei indurati torqueantur, num. 1. post med. vers. quia hoc esset suggerere, Scac. de iudic. lib. 1. cap. 86. num. 8. Farin. quæst. 83. num. 84. & 88. & seqq. vbi etiam num. 94. quod confessio per hanc suggestionem extorta neque nocet confitenti, etiamquod fuerit ratificata, idem Farin. cons. 22. nu. 20. lib. 1. & cons. 185. n. 13. lib. 2. & cons. 226. n. 10. lib. 3. Guazzin. defens. 32. cap. 22. num. 1.

3 Talis autem suggestiua videtur ea interrogatio, per quam Iudex in delicto prætensæ participationis homicidij priusquam habeat à Reo legitimã confessionem commissæ participationis monet illum torturæ alligatum, vt dicat, quam pecuniarum summam dederit homicidæ, & vnde illam habuerit, & quam participationem habuerit in homicidio, alias in altum eleuabitur, non solum ex dicto capite, quia interrogat de circumstantijs, & qualitatibus, priusquam Reus fuerit de subiecto prætensæ participationis confessus ex præallegatis.

Sed etiam quia ob dictam monitionem, quam pecuniarum summam dederit, vnde illam habuerit, & quam participationem in homicidio habuerit supponit interrogans, Reum fuisse confessum, vel conuictum de delicto principali commissæ participationis, quæ suppositio cessante illius veritate absque dubio iudicatur suggestiua, vt in terminis prætensæ participationis homicidij, per Farin. d. cons. 185. n. 14. lib. 2. & d. cons. 126. n. 1. n. 10. 16. 29 & 32. lib. 3.

Neque obstaret, quod præcessisset interrogatio super participatione, in qua Reus fuerit illam confessus, quoniam subsisteret obiectum, vbi illa cõfessio fuisset vel spontanea extra tormenta, vel illorum metum, vel in tormentis, postea tamen legitime ratificata, nam ratificatione legitima
4 cessante, sicut illa absque dubio sufficiens minime erat ad condemnandum, cum confessio in tormẽtis sit fragilis, & periculosa, quia plerique ita tormentorum sunt impatientes, vt potius mentiantur, quam illa pati possint, ita necessaria propterea erat ex interuallo ratificatio, & alioquin confessionis operationem nec de Iure, nec de consuetudine habebat, magisque stante confessionis reuocatione, etiam in tormento, l. 1. §. quæstioni, ff. de quæst. cum plurimis per Farin. dicta quæst. 83. num. 67. & 68.

Idemque procedit in confessione emanata extra torturam, metu tamen tormentorum, & præsertim reuocata, vt per Farin. d. quæst. 83. num. 70.

5 Quamuis autem ex confessione in tormentis, aut metu tormentorum extorta, & non ratificata locus sit torturę repetitioni, tamen data repetitione non amplius tertio est torquendus, Farin. quæst. 38. num. 91. & seqq.

Et præsertim in casu, in quo prætendi nequit, ex repetita tortura inditia non fuisse sufficienter purgata, sicut euenit, vel quando confessus nominat illos, quos constat, esse innocentes etiam ex eo, quod torti sustinuerint, ex textu in l. 1. §. si quis vltro, vers. prudenter, cum vers. nec frustra, ff. de quæstionibus, siquidem textus parificat in dicto vers. nec frustra, probationem innocentiæ nominatorum illi, de qua constitit in tormentis, illos conscios non fuisse.

6 Vel quando constat eos, quos prætenditur fuisse principales delinquentes, ex propria inimicitia, alijsque circumstãtijs fuisse delictum commissuros, etiam cessante alterius participatione, nam propterea cessat in asserto participante pœna ordinaria, Clar. ex communi quæst. 88. num. 1. & seq. Farin. quæst. 129. num. 108. & 111. & 142. & seq. vbi etiam testatur, hanc esse magis communiter receptam, Caball. tract. de homicid. nu. 122. & seq. Peguera decis. 83. num. 4. ante finem, vers. aut vero ille, Giurba cons. crim. 2. num. 25.

Siquidem ad dignoscendum, an quis alias fuisset fa-
7 cturus, satis probatur coniecturis, Farin. eadem quæst. 129. num. 141.

ARGVMENTVM.

An sententia contumacialis contra decoctum faciat inditium contra prætẽsos participes decoctionis.

Participatio occultationis bonorum decocti an cesset, quando non constat de eorum antecedente existentia.

SVMMARIVM.

1 *Sententia super statu personæ habente causam perpetuam, & infallibilem facit ius quoad omnes, secus vero super statu remouibili, & causam perpetuam non habente.*

2 *Sententia contumacialis non probat delictum contra condemnatum, etiamsi Statutum dispo-*

nat

nat contumacem haberi pro confesso.

3 *Sententia lata contra absentem ex probationibus per testes pro informatione Curiæ examinatos, non desinit esse contumacialis.*

4 *Confessio nec in criminalibus, nec in ciuilibus, nec ficta ex contumacia, nec vera præiudicat tertio.*

5 *Qualitas inditiorum non applicatur sine substãtia delicti.*

6 *In Furto de corpore delicti constat ex querela Partis ad effectum inquirendi, non autem ad effectum torquendi, vel condemnandi.*

7 *Furtum non probatur, nisi vltra conquestionẽ, vel fracturam constet, quod res fuerint in loco, vnde subtractæ dicuntur.*

8 *Cauponcs, nautæ, & stabularij non tenentur, non probata rerum, de quibus agitur, consignatione.*

9 *Particeps decoctionis alterius tenetur pœna extra ordinem.*

10 *Tortura non infertur in ijs delictis, in quibus nõ est locus nisi pœnæ extra ordinem.*

CONSILIVM LXXXI.

PRobaui in alia, sententiam contra Io. Baptistã
non posse defendi latam super statu personæ,
itaut afficiat omnes, ex quo conclusio contraria
1 intelligenda sit de statu personæ habente causam
infallibilem, & perpetuam annexam personæ de
necessitate, secus verò vbi agitur de statu personæ
remouibili, & non habente causam perpetuã
infallibilem, ex Abb. & alijs in cap. penult. nu. 20.
post med. vers. quid autem si pronuncietur, de re
iudicat.

Nulla autem in hoc est difficultas, quando sententia,
etiam quod sit lata super statu, lata fuit in
contumaciam, vt pariter in alia probaui in his
terminis, in quibus non potest dari limitatio, quæ
subsistat, cum etiam regula sit certa, & indistincta,
2 quod sententia lata in contumaciam nec etiã
probat delictum contra condemnatum in casu,
quod adsit statutum, vel Constitutio, quod contumax
habeatur pro confesso, Abb. in c. penult. 25.
num. 21. de re iud. Rot. apud Seraph. decis. 354. n.
14.

3 Etiamquod delictũ probetur per testes examinatos
pro informatione Curiæ, quia quando sententia
lata est contra absentem, non propterea
desinit esse contumacialis, vt per Rot. decis. 625.
num. 8. par. 3. rec.

Et licet ex contumacia resultet, stante Statuto, vel
Constitutione ficta confessio sufficiens ad contumacem
condemnandum, tamen cum nec tertio
4 præiudicet confessio alterius vera, nec in criminalibns,
nec in ciuilibus, l. duobus, §. 1. vbi Ias. ff.
de iureiur. Surd. decis. 325. num. 3. Farin. quæst. 81.
n. 65. vers. limita 24. in princ.

Multo minus nocere potest tertio confessio resultãs
ex sententia lata in contumaciam contra alium,
Seraph. decis. 55. num. 1. Rot. post lib. 2. cons. Farin.
decis. 15. n. 1. Farin. quæst. 34. n. 174.

Nec ad effectum torturæ, minusque condemnationis
suffragantur Fisco, & adherenti ea inditia
particularia, quæ contra D. Thomam, & D. Io.
Antonium adducuntur, nam omnia destruuntur,
tum quia prætensa exaduerso participatio decoctionis
fundata in occultatione, & expilatione
pecuniarum, & bonorum dicti Ioannis Baptistæ
decocti extra inuentariata, & tradita Antonio
caret probatione corporis delicti, ob non probatã
existentiam pecuniarum, & bonorum, quæ expilata
prætenduntur, sicut necessariam in hoc ad
eius substantiam requirit iustificationem, cum
5 impossibile sit, applicari posse qualitatem inditiorum
dictæ prætensæ subtractionis absque probatione
substantiæ entis, Boss. tit. de delict. nu. 26. ad
fin. vers. nam qui vult probare, Bald. dicens, neque
totum Mundum probare posse accidentia delicti
sine subiecto, cons. 465. num. 1. 2. 3. & seq. lib. 4. Paris.
cons. 167. num. 1. in fine, lib. 4. Gram. cons. crim.
36. n. 8. post med. vers. & si, Caball. resol. crim. casu
286. num. 3. & seq.

Qua ratione licet in furto de corpore delicti dicatur
6 constare ex querela Partis, quando scilicet querelans
est vir bonæ famæ, Bonifac. de furt. §. 2. n. 2.
Farin. quæst. 176. num. 3. tamen minime dicitur,
constare ad effectum prætensos Reos torquendi,
& multo minus condemnandi, idem Bonifac. de
furt. d. §. 2. num. 2. vers. non autem potest torqueri,
idemque Farin. quæst. 2. firmans, ad effectum criminalem
corpus delicti in furto probari ex querela
ad effectum inquirendi, non autem torquẽdi,
minusque condemnandi, num. 16. ad med.
vers. iuste tamen Iudices.

Quamobrem necesse quoque esse præter cõquestionem,
7 strepitum, aut fracturam, aut alia similia,
probare, quod res, quæ dicuntur subtractæ, fuerint
in loco, vnde subtractæ prætenduntur, pluribus
comprobat idem Farin. d. quæst. 176. nu. 19.

8 Quinimmo fortius vbi etiam inquiritur contra
caupones nautas, & stabularios, contra quos iura
præsumunt, minime inquisitio contra eos cum
effectu datur, non probata rerum, de quibus
queritur, consignatione, Bart. in l. 1. n. 4. ff. de furt.
aduersus nautas, Farin. in fragment. par. 1. in verbo
caupo, n. 48. & seq.

Tum etiam, quia nec probatur exaduerso prætensum
9 participem decoctionis alterius teneri alia
pœna, quam extra ordinem, quemadmodũ hac
pœna teneri stellionatus, & expilatæ hæreditatis
Reos, inquit textus in l. stellionatus, 3. ff. de extraord.
crimin.

10 In delictis autem, pro quibus extraordinaria
pœna est imponenda, tortura inferri nequit, cũ
non inferatur, nisi pro crimine, in quo pœna sit
supra relegationem, Intrigl. singul. 234. nu. 3. lib. 1.
Farin. quæst. 42. num. 9. vbi de communi, Peguera
decis. 16. nu. 2. cum alijs pluribus per Giurb. cons.
crim. 91. num. 19.

Particularibus autem exaduerso prætensis inditijs
cum singulis in alia responderim, & aduersas eam
nihil prorsus scriptum viderim, reliquum est, vt
solum illa ex benignitate reassumetur.

ARGVMENTVM.

Is, qui delinquentem associat post commissum delictum, an puniatur ex prætextu præsumpti tractatus delicti.

SVMMARIVM.

1 *Fama non facit inditium, quando à testibus non spe-*

specificatur, an ortum habuerit ante inquisitionem.
2 *Inditium non oritur sine probabili coniectura.*
3 *Inditium considerabile non oritur ex eo, quod frequenter, & facile contingit abesse.*
4 *Testibus pro Reo negãtibus coarctate magis creditur, quam pro Fisco affirmantibus.*
5 *Auxilium non cooperatiuum ad delictum, sed post delictum non punitur nisi extra ordinem.*
6 *Associatio post delictum non incontinenti, sed ex interuallo non inducit præsumptionem tractatus delicti.*
7 *Associatio consanguinei, vel affinis post delictũ non inducit præsumptionem tractatus.*

CONSILIVM LXXXII.

INdebitè D. Ludouicus adhuc carcere vexatur, ex prætextu auxilij præstiti ad euadendum Francisco de Sancto Laurentio, quoniam ex processu informatiuo nullum resultat inditium considerabi-
1 le, dum prætensa fama non specificatur à testibus, an ortum habuerit ante inquisitionem, sicut necessariò requiritur, Farin. quæst. 47. num. 173. & seq. & cons. 24. num. 7. Caball. resolut. crim. cas. 200. nu. 132. & seq.

Testes vero deponentes de exitu Ludouici de nocte ab eius patria equitantis insimul cum alio, ab eisdem non cognito, nihil faciunt, cum nec testes ipsi excludant possibilitatem concomitantiæ famuli eiusdem Ludouici, immo de famulo loquatur relatio ministrorum ipsius Curiæ, & tamen
2 certum sit, inditium non dari, quando probabilis coniectura non consurgit, Farin. quæst. 36. nu. 29.
3 & quando actus, ex quibus desumuntur inditia, frequenter, & facile contingunt abesse, vt ibidem per Farin. num. 54.

Quodcumque autem prætensum inditiũ excluditur ex negatiua coarctata iustificata in defensiuo, cũ enim probent testes, eumdem Franciscum de Sãcto Laurentio permãsisse in domibus archipręsbyteri Canariæ tribus continuis diebus, postquam ab Ordinario Assisiensi de ordine expresso Congregationis super immunitate fuit ad Ecclesiam restitutus, ex qua fuerat captus, vtique propterea satis liquet, quod ille, quem Ludouicus equitans ea nocte comitem habebat, non poterat esse prædictus Franciscus de Sancto Laurentio, sed aut famulus, aut alius, postquam non dubitatur, quin d. equitatio fuerit prima ex dictis tribus diebus; in criminalibus autem certum est, magis credendũ
4 esse testibus Rei negantibus coarctate, quã alijs Fisci affirmantibus, Felin. in c. 3. num. 2. de probat. Marsil. cons. 2. nu. 12. & cons. 51. num. 13. lib. 1. Boss. de defens. Reor. post num. 32. & seq. Farin. cons. 22. num. 6.

Tollit autem difficultatem quoad effectum excarce-
5 rationis cum tal. iussione, quod non agitur de auxilio cooperatiuo ad delictum, sed de auxilio post delictũ præstito prætenso delinquenti, immo attentanti solum delinquere effectu nõ consumato, cum autem talis auxiliator, & opem maleficio præstare dici non possit, sequitur, quod etiam quod casu probata esset, nihilominus mitiori pœnæ, & solum extra ordinem locus esset, Farin. quæst. 132. num. 1. & 4. Caball. resolut. crim. cas. 273. num. 3. Giurb. cons. 4. num. 16.

Nec obstat, quod ex huiusmodi auxilio insurgit inditium tractatus attentati præcedentis delicti, tũ
6 quia obiectum procedit, quando auxilium præstatur incontinenti post maleficium commissum, secus vero ex interuallo, vt in hoc casu, Farin. d. quæst. 132. n. 10. & seq. & n. 15. Giurb. cons. 42. n. 19.

Tum etiam, quia receditur a dicta conclusione, vbi associatio, seu auxiliatio tendit ad fauorem, &
7 commodum consanguinei, vel affinis, quemadmodum est in hoc casu, cum attentatio delicti ascribatur fratri germano dicti D. Ludouici, Menoch. pręsumpt. 89. n. 111. lib. 1. Farin. dicta q. 132. n. 39. & cons. 219. num. 6.

ARGVMENTVM.

Inimicitia ex leui causa, & minæ cũ alijs prætensis inditijs, an probent participationem mandati ad occidendum.

SVMMARIVM.

1 *In Mandato ad occidendum requiritur tractatus, alioquin non constat de corpore delicti.*
2 *Inditia debent esse legitima probabilia, & concludentia etiam in delictis occultis, & difficilis probationis.*
3 *Inimicitiæ inditium non oritur ex leui causa.*
4 *Inimicitiæ inditium ex atrocissima causa, et proportionata vindictæ requiritur in mandato ad occidendum.*
5 *Inimici vbi sunt plures, inditium oritur contra inimicum ex iniuria grauiori, et ad animum reuocata.*
6 *Minæ non probantur per testes singulares.*
7 *Minæ non faciunt inditium sine causa correspõdente, et proportionata delicto.*
8 *Minæ non faciunt inditium ad torturam contra non solitum minas exequi, sed illas solum iactantiæ causa proferre.*
9 *Alloquutio secreta præsumitur magis in bonam, quam in malam partem.*
10 *Alloquutio secreta sequuto incontinenti homicidio non facit inditium, nisi constet de præcedẽte inimicitia proportionata.*
11 *Alloquutio non facit inditium, quando fit in via publica, vel quando de scientia qualitatis alloquutionis aliunde constat.*
12 *Recessus a loco non facit inditium, quando causa recedendi assignatur.*
13 *Inditium non oritur ex eo, quod vno, vel altero modo sine delicto contingere potest.*
14 *Latitatio non facit inditium, quando inquisitus deinde publice conuersatus fuit.*
15 *Latitatio, et fuga non facit inditium post inquisitionem, et ordinatam carcerationem.*
16 *Latitatio, et fuga purgatur per comparitionem spontaneam.*

CONSILIVM LXXXIII.

ABsque probabili ratione prætenditur, D. Theo-
dorum sponte constitutum grauatum censeri
inditijs infrascriptis de prætensa participatione
mandati ad occidendum cum assertis mandanti-
bus principalibus, tum quia omnia destruuntur,
1 ex quo ad iustificationem mandati cum requira-
tur probatio tractatus præcedẽtis, adeout hæc pro
batio sit necessaria tanquã corpus delicti, Decian.
cõs.67.n.5.lib.3.dicẽs tria coniunctim ad hãc pro-
bationem requiri, colloquium scilicet præcedens,
coniũctum cum tractatu committendi maleficiũ,
& tertio ipsam deliberationem, & modum com-
mittendi, Blanch.de indit.num.225.Mascard. de
probat. concl.1386.num.2.& seq. Giurb.cons. cri-
min.63.num.25.propterea cessante hac probatio-
ne deficit corpus delicti huius prætensi mandati,
Eugen.cons.76.num.37.lib.1.Farin. quæst.96.num.
77.vbi ex veriori, & magis recepta, quod debet
de tractatu eiusmodi constare certe, & liquide,
non autem præsumptiue.

Tum quia consideratis prætensis inditijs vti singu-
lis, in singulis etiam datur imperfectio talis, vt il-
lis non obstantibus hæc Pars sit in statu absolutio-
2 nis, inditia namque etiam in delictis occultis, &
difficilis probationis debent esse legitima, Farin.
cons. 37.num.25.& cons.29.n.21. & proinde non
releuant dubia, vel æquiuoca, sed requiruntur
certa, probabilia, verisimilia, & concludentia,
Farin.d cons.37.num.20.& seq.

Non igitur releuat prætensum inditium ex inimici-
tia præcedente, quia desumitur ex carceratione
3 Theodori per horas ex leuissima causa, Farin. cõs.
182.num.13.& ex altercationibus, & querelis in
leuibus super confinibus scilicet prædiorum co-
hærentium damnisque datis hinc inde, ac rixis
cum saxis, & armis, nulla tamen intercedente
offensione, solo iracundiæ per accidens calore
cum prompta deinde, & certa reconciliatione,
quamobrem ex his cessat inditium considerabile,
cum certum sit, ad effectum præsumptionis man-
dati ex inimicitia requiri, quod correspondeat
vindictæ, & delicto subsequuto, ac propterea, vbi
4 commissum est homicidium excludi inditium ex
inimicitia, quando non est orta ex atrocissima
iniuria, homicidio subsequuto proportionata,
Fulgos. in l.si quis mihi bona, §.sed si mandauit, n.
17.ff.de acquir.hæred.Bertaz.cons.crim.85. nu. 16.
vers.sexto, & num.seq.lib.1.Farin.cons.147.nu.32.
post med.lib.2.

Nullaque videtur difficultas hoc casu, quo constat
in eodem processu, occisum habuisse cum alijs ini-
micitiam capitalem ex offensione grauissima per
occisum illis illata, iuxta enim regulas Iudicantis
5 arbitrium versari debet in iudicando mandatores
homicidij illos, quorum inimicitia proueniebat
à grauiori iniuria, quique magis ad animum inia-
riam reuocauerant, Foller.in pract.crim.in verbo,
recipiantur defensiones, num.2. in fine, vers. item
poterit, Franc.Marc.decis.423.nu.27.vers. sed alia
causa inimicitiæ, par.1.Eugen.cons.27. num. 32. &
seq.lib.1.Farin.quæst.49.a num.115.ad 120. & cõs.
55. num. 22. & cons. 102. num. 18. & d. cons. 147.
num. 29.

Nec releuat inditium desumptum ex prætensis mi-
6 nis etiam ad occidendum, quia præterquam quod
illæ non probantur, nisi per testes singulares, Pe-
dem.decis.79.num. 16. Marsil.cons.72.nu.1. Aldo-
brand.cons.71.num. 13. lib. 1. præcipue patientes
exceptiones, de quibus in facto, Cardin. Mant.
decis.142. num.13.Farin.cons.70.num.40.Rot.post
lib.2.cons.Farin.decis.172.num.2.& decis. 194. etiã
7 num.2.considerabile censeri nequit, tum ex ces-
satione causæ correspondentis, Farinac.quæst.50.
num.31.

Et præsertim cum occisus haberet inimicos longe
grauiores, Farin.cons. 22.num.14.

Tum etiam, quia ex solis minis quantumcumque
probatis non oritur inditium sufficiens ad tortu-
8 ram contra non solitum minas exequi, vel alias
malæ famæ, multoque minus stante probatione
famæ optimæ etiam specifica quoad innocentiam
respectu huius imputationis, & probatione, quod
nunquam fuerit solitus minas exequi, sed illas so-
lum iactantiæ causa proferre, Farin.cons.22.nu.9.
& cons.102.num.21.

Non etiam ex asserta secreta alloquutione cùm Fe-
derico prætenso eiusdem mandati complice per
9 diem ante delictum, quia præter id, quod alloquu-
tio secreta potius præsumenda est in bonam par-
tem, quàm in malam, Farin.cons.37.nu.23.& quæst.
134.num.60.conclusio, quæ recipitur in Iure, quòd
10 secreta alloquutio præcedente inimicitia, & se-
quuto incontinenti delicto inferat malum finem,
adaptari nequit hoc casu, quia limitatur, quando
non constat, inimicitiam fuisse præcisam, & corre-
spectiuam, ac proportionatam delicto subsequuto,
Farin.cons.55 num.24.& cons.147.num.6.& quæst.
134.num.57.in principio, vers. secundo, vt præce-
dat capitalis inimicitia.

Ac præterea non est considerabilis, quando vel fit in
11 via publica, vel scientia qualitatis huius alloqu-
tionis aliundè habetur, sicut habetur hoc casu ex
significatione scilicet, quam fecit Federicus Theo-
doro, quod Ferdinandus intendebat ipsum baculo
offendere, cui tamen significationi ipse Theodo-
rus nullam præstitit credulitatem, vt idemmet
Theodorus ex tunc pluribus testibus, qui hoc ip-
sum deponunt, affirmauit, Farin.d.cons.147.nu.8.&
14.& d.quæst.134.n.61.

Et præsertim cum constet de particulari inimicitia
capitali aliorum cum occiso, Eugen.cons.27. num.
32.lib.1.Farin.d.cons.147.n.13.

Non etiam commutatio habitationis ex villa Por-
chiani loco, in quo fuit commissum delictum ad
Ciuitatem Tuderti per paucos dies ante delictum,
12 quia constat, fuisse ex causa hebdomadæ sanctæ, nõ
etiam dimissa habitatione in dicta villa, & ex cau-
sa monachandi filias, Giurb.cons.43.num.2. Farin.
cons.191.n.6.

Et nihilominus non etiam exinde inditium aliquod
13 insurgit, cùm nunquam oriatur ex eo, quòd vno,
vel altero modo contingenter absque delicto esse
potest, Bald.cons.259.num.4.vers.nec quæ possint,
lib.1.Vulpell.cons.97.num.3. Bursatt.cons.336.nu.
16.lib.3.Becc.cons.37.n.20.lib.1.

Demum nihil facit prætensa latitatio post delictum
14 in Ecclesia, & hospitali, quia præter id, quod idem
Theodorus conuersatus fuit post dictum patra-
tum delictum publicè, ac palàm in platea Tuder-
ti, in eodem loco Porchiani, & alibi, quod fuit
maximum inditium innocentiæ, Farin. consil. 19.
num.26.

Nec

Nec latitatio, nec fuga potest parere inditium hoc casu, cum non solum minime inditium faciat post
15 inquisitionem formatam, vel porrectam querelam, magisque post capturam colonorum eiusdē Theodori, eiusdemque carcerationem ordinatā, Farin.cons.88.num.10.

Sed quia idem Theodorus spōtè se in carceribus cōstituit post calores æstiuos, quibus durantibus
16 constitutionem distulit, siquidem ex hac spontanea constitutione non dubitatur, quin inditia omnia etiam ex fuga resultantia fuerint penitus sublata, Farin.cons.10.n.52.& cons.130. num. 13. Giurb.cons.46.num.30.

ARGVMENTVM.

Ex bannimentis particularibus, vel de Iure communi an,& quando receptator furti cum præcedente oblatione emendi res furto subtractas, eadem pœna puniatur, qua fures principales.

SVMMARIVM.

1 *Bannimenta, quod auxiliatores furum eadē pœna puniantur, qua fures, intelliguntur non de simplici auxilio, sed de eo, quod fuit causa effectiua furti.*
2 *Opem delicto præstans verbaliter non dicitur delicto causam dare, sed solum quando cooperatur.*
3 *Auxiliator quando post præcedentem tractatum assistit delicto, licet sine alia cooperatione, dicitur tamen causam dare delicto.*
4 *Receptator furum non punitur eadem pœna, qua fures, nisi copulatiue receptet fures, & furta.*
5 *Receptans scienter furtum reuera non est fur, sed furto opem præstat.*
6 *Statutum, quod auxiliatores eadem pœna puniātur, qua fures, non procedit in simplici receptatore furti.*
7 *Receptatio furti cum præcedente conuentione receptandi, non sufficit ad pœnam ordinariam, si sit vnica, secus vero si sit reiterata, vel magni furti.*
8 *Opem præstans siue in delicto, siue post, siue ante, non punitur eadem pœna, qua principalis, nisi causam dedisset delicto*
9 *Opem præstans non punitur eadem pœna, quādo delicto principalis inest qualitas aggrauās ignorata ab ipso auxiliante.*
10 *Auxiliator non punitur eadem pœna, nisi Fiscus probet, fures sine spe huius auxilij nō fuisse furtum commissuros.*
11 *Furtum quando fuisset commissum sine auxilio, auxiliator non punitur, nisi mitiori pœna extra ordinem.*
12 *Ex præsumptione quantumcumque violenta nemo ad mortem condemnatur.*
13 *Absolutioni locus est in dubijs quæstionibus.*

CONSILIVM LXXXIV.

NEque ex bannimentis Illustrissimi D.Gubernatoris num.43.neque ex dispositione Iuris cōmunis videtur in casu, de quo agitur, locus esse pœnæ vltimi supplicij.

Ex bannimentis, quoniam etsi disponerent, eadem pœna mortis affici auxiliatores furum, qua fures
1 ipsos, tamē ea intelligenda sunt in casu, in quo auxilium fuit causa effectiua furti, non autem simplex, quia in casu simplicis auxilij tanquam recipientia passiuam interpretationem a Iure cōmuni non procedunt ob rationis diuersitatem inter auxilium dans causam furto,& auxilium simplex' Salicet.in l.1.num.14.ante finem. vers. tamen credo, C.de rapt.virgin.Cepol.cons.27.num.14.ante fin.vers.& eamdem conclusionem, & numero sequenti, Marsil.singul.15.num.2.Ruin.cons.82.n.5. lib.4.Menoch.de arbitrar.cas.349. num. 10. cum alijs per Farin.quæst.130.num.44.& 57. Guazzin. tract.ad defensam, in 33.defens.cap.10. num.4. ad med.

In hoc autem casu nulla ratione dici potest hæbræū
2 opem furto præstitisse, quæ illi causam dederit, quoniam in ipso delicto certum est non astitisse, & ante delictum constat dumtaxat, ipsum dixisse furi, io gli diceuo, che pigliasse pur della robba, che l'haurei comprata, quandoquidem vel opem delicto prestans non dicitur causam delicto dare, nisi ex ope cooperatiua,& proxima, non sola verbali, ex pluribus per Farin.quæst.130.num.45.& seq. & quæst.131.num.63.& seq. idemque sensit in furto, quæst.168.n.44.

Vel si absque operatione dātur casus talis auxilij, vt ex illo iudicari debeat datam causam proximam, & non remotam fuisse delicto, ij solum applican-
3 tur, quando post tractatum præcedentem auxiliator astitit delicto, licet sine cooperatione, vt per eumdem Farin.eadem quæst.131.num.65.& seqq. pręcipuè in fine, vbi quod cooperari dicitur is, qui auxilium,& opem fert, vt hat, & sic quod verbum cooperari significet simul,& eodem tempore operari.

post delictum autem licèt hæbræus res furtiuas emerit,& sese empturum obtulerit, non tamen hoc sufficit, vt eadem pœna afficiatur, qua fures ipsi, cum
4 in qualitate huius auxilij requiratur copulatiuè, quòd receptentur fures,& furta, & alias identitati pœnæ non sit locus, vt conciliando opiniones cōtrarias plenè comprobat Farinac quæst.133. num. 86.ad quem locum se remittit, quæst.168.num.57.
5 reuera enim receptans quamuis scienter, non tamen ipse est fur, neque tunc furatur, sed furto iam patrato opem præstat, vt per Bart. Marsil.& alios plures relatos per Bonifac.de furt.§.contrectatio num.77.

Et in puncto, quòd non obstante Statuto, in quo ca-
6 uetur, vt præbentes auxilium eadem pœna, qua principales puniri debeant, nihilominus mitius in hac auxilij pœna auxiliantes sint puniendi, quia Statutum non sit intelligendum in huius auxilij qualitate, firmant quoque plures relati per Bonifac.de furt. dicto §. contrectatio num.78.

Non autem obstat, quod aduersus hæbrēu, qui conuenerat cū furibus, vt furarentur,& postea res furtiuas receperit, sit cons.Rim.sen.80.nu.4.relati per Farin. d. quæst. 133. num. 93. ad fin.in qua causa

7 consuluit etiam Ruin.cons.82.lib.4.quia hanc cõclusionem bene declarat Farin.eadem quæst. 133. [illegible] num. 93. in princ. vt non [illegible] in hoc promissio facta furibus de receptando cum vnica receptatione, sed ad effectum pœnæ ordinariæ requiratur vel receptatio reiterata, vel receptatio [illegible], vt etiam per Bald. cons. 48. in fin. lib. 3. vel quod alias receptator sit particeps furti, vt per eundem Farin.cons.[illegible] lib.2. post Bonif. de furt. dicto §. contrectatio, n.78.vers. tamen.

Quamobrem ad fauorem [illegible] bene facit, quod D. Iudex firmat, non esse attendendam distinctioné Bart.in l.in furti.51.§. opem.4.ff.de furt. quod vbi auxilium est post delictum, vt puta ad euadendũ, & ad celandum, & nullus præcessit tractatus ante delictum, tunc non intret eadem pœna, vbi vero præcessit tractatus, seu auxilium, vt puta, facias quia te adiuuabo, tunc puniatur eadem pœna, sed 8 esse attendendam Dini opinionem in eadem l. dicentis, quod præstans opem, siue in delicto, siue post, siue ante, nunquam puniatur eadem pœna, nisi [illegible] deliquisset ipsi delicto, & fuisset eius author, vt quia licet sententia Bartoli de Iuris rigore, esset verior, tamen [illegible] sit opinio Dini tanquã magis æquitatis, ex Dinotomo in §. interdũ quoque, num.9. [illegible] quæ ex delicto nascuntur, hanc enim [illegible] in casu, in quo [illegible] esse meram veritatem [illegible] Farin. dicta quæst. 130.nu.42. vbi [illegible] Gandinũ, & pract. Papien. quos [illegible] & sequitur Gandinus, inquit, quod opinio [illegible] indistincte tenentis, auxiliatorem puniri eadem pœna, occidit animam iudicum, & propterea in practica non est tenenda.

Et quamuis idem D. Iudex subdat, opinionem Bartoli procedere, quando lex, vel Statutum disponit, eos simili pœna affici debere, quia tunc non intret mitior pœna, sed seruanda sit lex, ex eodem Dinotomo, vbi supra, n. 12. prope finem, vers. verum enim vero, tamen Dinotomus quoque intelligendus est, quando auxiliatio fuit causa productiua furti, non etiam simplex, & verbale, ex superius allegatis.

Remanet igitur sola difficultas in dispositione Iuris communis, quatenus prætenditur ex Bart. in l. is, qui opem.33.num.5.ff.de furt. & alijs adductis per Decian. tractat.crimin.lib.9.cap.33. num. 8. & seqq. & Caball.resolut.50 nu.105. 111. & alijs, auxiliatorem puniendum esse eadem pœna, qua fures principales, ob qualitatem furti ab initio ratione modi ipsi furto inhærentem, non obstante ignorantia huius qualitatis in auxiliante, ex eisdẽ [illegible] Deciano, & Caballo, cum quibus Dinotom. dict. num. 12. vers. & licet Angelus, tum quia 9 verior, & magis recepta videtur opinio contraria, vt [illegible] requiratur scientia qualitatis aggrauantis in præstante opem, & alioquin puniri non possit pœna [illegible], dum illam tenẽt Angel.in l.1. [illegible] princ. vers. videte Domini, C.de [illegible] nili agger.non rumpen. Corn.cons.8.n. 5. in princ. lib.3. Clar. [illegible] princ. vbi etiam Baiard. n.3. Dec. [illegible] 7 [illegible] Conrad. in pract. [illegible] Valpell. de pace, quæst.42. n.3. Farin. [illegible] quæst. 107. num.391. in fine, Guazzin. [illegible] 79.n.3.& tract.ad defẽs. [illegible] 33. [illegible] n.18.

Tum etiam, quia hæc quoque conclusio intelligenda solum est, quando auxiliatio fuit causa furti effectiua, non autem in simplici auxilio non cõsubstantiali, nec medio, sed valde remoto, quale est auxilium, de quo queritur, aut enim hoc non 10 est sufficiens, nisi ex Parte Fisci probetur, fures sine spe huius auxilij nõ fuisse furtum commissuros, Laderch.cons.194.num.6.Guazzin.defens.30.c.10. num.4.post princip.vers.quos sequitur, vbi reprehendunt Clarum aliud tenentem.

11 Siquidem quotiescumque ex ope, auxilio, vel fauore nõ est sequutum furtum, sed perinde fuisset etiam patratum absque dicto auxilio, tunc auxiliator puniri nõ debet pœna ordinaria, vti principalis, sed mitiori extra ordinem, Bonifac. pluribus comprobans de furt. dicto §.contrectatio, nu. 71.Farin.quæst.168.num.41.& quæst.132.num.31. vers.secundo quod sine.

Aut saltem cum negari non possit, quod, dũ Fiscus prætendit, promissionem auxiliatoris de emendo fuisse causam immediatam, quod fur delinqueret, se solum fundet in præsumptione, nõ autem in probatione, ex quo licet id sit possibile, tamen possibile quoque est, quod fur ex ea promissione minime fuerit ad furandũ inductus, sed sine ea pariter deliquisset sequeretur, auxiliatore puniri pœna ordinaria ex sola præsumptione, quod non est admittendum, cum ex præsumptio-12 ne quantũcũque violenta nemo debeat ad mortẽ condemnari, Cepoll.cons.27.n. 12. post med. vers alia ratione, & num.seq. Marsil.dicto singular.15. num.2.ad med. vers. & quando hoc expresse, Laderch.cons.194.num.5.post princ.vers.quin etsi nõ constaret, Guazzin.defens.33.c.10. n. 3.post med. vers.& quia.

Et præsertim cum casus hic versetur in quæstione respiciente efficaciam qualitatum aggrauantium, quam ipse Farinacius nedum sæpius proposuit, & non resoluit, ponens illam solum remissiue ad alios, vt quæst.129.num.101.sed illam appellauit materiam multum intricatam, quæst. 131. nu. 44. post princ.& quæst.135.num.34.nam propterea nõ 13 ambigitur, quin in dubijs quæstionibus pro Reo sit tenendum ex vulgatis iuribus.

ARGVMENTVM.

Stante prohibitione alienationis, & fideicommisso in casu delicti, an legitima debita filio delinquenti veniat in confiscationem.

SVMMARIVM.

1 *Hæredis interest, quod voluntas testatoris seruetur, cique pro hac obseruantia datur tam exceptio, quam actio.*

2 *Legitima filij non patitur confiscationem, quando pater subiecit eam fideicommisso in casu delicti.*

3 *Fiscus ex persona filij delinquentis dare non potest de nullitate prohibitionis alienandi respectu legitimæ.*

4 *Prohibitio alienãdi facta solum fauore ipsius prohibiti non impedit confiscationem.*

5 *Minor ad sui beneficiũ prohibitus alienare perdit priuilegium per delictum.*

6 *Le-*

6 *Legitima etiam digna speciali nota nòn comprahenditur sub generali dispositione* .

CONSILIVM LXXXV.

SVpposito themate transmisso, quod Sempronius in testamento, sub quo decessit, institutis hæredibus vniuersalibus Titio, Meuio, & Ascanio eius filijs, vt infra disposuerit, ogn'vn di loro per terzo, e rispetto à Meuio con conditione, che non possa disporre della sua parte di detta heredità, sin che non habbia compita l'età d'anni 30. quodque dictus Meuius proximus ætati annorum 30. sed ante ipsam ætatem completam commiserit delictum, ob quod fuerit factus exul capitalis, & omnia eius bona fuerint Illustriss. Cameræ confiscata.

Visis, & maturè pro viribus consideratis duabus cōsultationibus pro Illustrissima Camera, alijsque duabus pro cohæredibus dicti Meuij, quas ingenue fateor tali doctrina, & eruditione refertas, vt in hoc casu nec auctoritates, nec rationes ampliores deduci valeant.

Requisitus de sensu meo pro veritate in eo sum, vt excepta legitima debita dicto Meuio, vt præfertur, delinquenti, in bonis hæreditarijs paternis, de qua infra, reliquum dictæ tertiæ partis hæreditatis paternæ minimè confiscabile censeri possit, stante Statuto Sereniss. Reipublicæ Genuēsis, lib. 5. tit. 12. de testam. & vltimis voluntatibus, in §. & valeant; disponit namque expresse, valeant nuda præcepta testatoris, seu disponentis de non alienādo bona, vel aliter ordinando, immo quod si grauauerit hæredem, seu legatarium de non alienando, vel de restituendo bona, seu aliquam partem, aut rē alicui, seruetur, & exequutioni mandetur talis voluntas, & non valeat alienatio dictorum bonorum partis, seu rei facta ex quauis causa quantumuis priuilegiata, nisi fieret nō extantibus alijs bonis causa, vel facto testatoris, seu disponentis, vel pro qua teneretur, vel de Iure obligari debuisset.

Siquidem sublata propterea præcepti, de quo agitur, nuditate, ex dispositione vlterius clarè ordinata, vt testatorum huiusmodi præcepta sint seruanda, & exequutioni demandanda, vti ex necessario cōsequente cessat confiscatio, ex qua alioquin Statuti dispositio absque dubio destrueretur; ac etiam de Iure pro relictis sub modo siue danda, siue faciendi competit tam actio, quàm exceptio, ex textū in l. 2. ibique præcipuè Salicet. C. de ijs, quæ sub modo legata, seu fideicommissa relinquuntur.

Ac etiam locus esse potest Auth. hoc amplius, C. de fideicommiss. disponenti, quòd hæres defuncti iudicium lege repræsentatum non implens, priuetur omni lucro hæreditario, applicando vel substitutis, vel alioquin cohæredibus; quamuis enim quoad implementum præcepti testatoris affirmatiui requiratur monitio, tamen requiri non videtur quoad præceptum testantis negatiuum, sed sufficiens est contrauentio præcepti negatiui spreti, adeout lucrum hæredibus applicetur, cum eorum semper intersit, quòd voluntas defuncti seruetur, ac proinde pro huiusmodi obseruantia competat quoque illis tam exceptio, quàm actio etiā ad effectum priuationis inobseruantis, Bart. in l. quibus diebus, 40. §. Termilius, num. 17. in princ. & post medium, vers. quia semper sua interest, ff. de cond. & demon. per text. in l. Titio, 70. ff. eod. tit. de cond. & demon. Paul. de Castro in eod. §. Termilius num. 5. ante fin. vers. quia sua interest voluntatem defuncti impleri, numer. 9. in fin. vers. quia interest hæredis, quòd voluntas defuncti seruetur, per tex. in l. his consequenter, 18. §. primo, ad med. vers. & voluntas defuncti non intercidat, ff. famil. ercisc.

Cum quibus confert etiam textus in l. vnica, §. & cum triplici, ante finem, dum inquit, in causa caduci cōpræhendi relictum, quod expirat forte quadam conditione, C. de caduc. tollend.

Quoad legitimam verò dicto Meuio in paternis debitam etiam in confiscationem non venire, non dubitarem, quamuis vulgatū sit ex legitima onus quodcumque etiam dilationis reijci, vbi pater in casu delicti filij de substituto prouidisset etiam respectu legitimæ, ob prohibitæ temporaliter dispositionis contrauentionem, cum huiusmodi prouisio in hoc casu non sit onus filij, sed commodum, Boss. de public. bonor. num. 41. in fine, vbi quod ita ex magis communi fuit iudicatum, Rolan. cons. [illegible] 29 num. 6. & seq. lib. 2. Cephal. cons. 682. num. 16. Pancirol. cons. 181. num. 6. vers. potest etiam, Dec. cons. 442. num. 28. vers. quia respondetur, Bero. quæst. 87. num. 5. præcipuè vbi non constat, quod filius prohibitioni contradixerit, nam [illegible]

3 persona filij delinquentis contra [illegible] de nullitate huius prohibitionis dare non potest, Alciat. cons. 67. num. [illegible] tom. [illegible] lib. 9. [illegible] 98 num. 29. lib. 2. Bero. d. quæst. 87. num. 9. [illegible] de iure Fisci, lib. 5. tit. 1. num. 85. Thob. Non. cons. 97. n. 6. Mastril. decis. 181. per tot. Farinac. quæst. 25. num. 44. & 45. Guazzin. de confiscat. in 26. limit. conclusionis 13. num. 9. vers. quæ quarta, Clar. recept. sentent. quæst. 78 num. 10. ante finem, Carpan. ad Statut. Mediol. vol. 2. in cap. omnium, num. 186. & seq. vbi de communi, Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 32. num. 3.

Eoque magis, quo Rota Romana sequendo opinionem, quam præter allegata [illegible] idem Farinac. cons. 173. num. 7. & 8. lib. 2. & Surd. cons. 570. num. 1. lib. 4. hanc etiam fuit amplexa in Romana fructuum dotis, 30. Ianuarij 1626. coram bo. me. Coccino Decano.

Cœterum quoniam in hoc casu testator prohibitioni disponendi ante tempus annorum 30. completum, nullam adiecit substitutionem, censeo, legitimam venire in confiscationem; tum quia Statutū ipsum Serenissimæ Reipublicæ Genuæ in dispositione, quòd præcepta testatorum quamuis nuda valeant, & obseruentur, ac exequutioni mandentur, excipit expressè falcidiam debitam Iure naturæ, immediatè sub dicto §. & valeant, §. saluis semper, sub his verbis, saluis semper falcidijs debitis Iure naturæ illis, quibus debentur secundum formam Iuris, & Statutorum, quæ falcidia locū etiam habeat in casu præteritionis, vel institutionis non factæ, vel exhæredationis, vel inofficiosi testamenti, quamobrem prohibitio disponendi non potest censeri facta, nisi fauore solius prohibiti, ex relatis per Farin. dicta quæst. 25. numer. 46. & 47. vbi etiam num. 48. quod illud, quod dicitur, bona alienari prohibita minimè posse confiscari, intelligendum est de prohibitione valida, secus de inualida.

4 ti, quamobrem prohibitio disponendi non potest

Tum etiam quia superior verior, & magis recepta conclusio procedit in contrauentione prohibitiuæ facultatis disponendi, aut alienandi per alios modos, quàm delinquendo, cum in hoc casu etiā pro-
5 hibitus disponere, aut alienare temporaliter perdat

dat ob delictum beneficium præfatum, & in hoc casu exinde maior ratio militet, quàm in contrauentione facultatis alienandi, etiã in minore alienante aduersus leges alienationem prohibentes, huius namque senius, & non alterius videtur recipi posse, Bart. in l. si quis in tantam, num. 12. C. vnde vi, & in l. si finita, 15. §. si de vectigalibus, nu. 13. ante med. vers. ibi erat prohibita, ff. de damn. infect. cum alijs per Excellentiss. DD. Consulentes pro Serenissima Camera, quibus adhæreo in hac parte, accedente Giurb. cons. crim. 56. n. 12. lib. 1.

Accedenteque insuper, quod idem testator nedum minimè in præfixa prohibitione facta Meuio, disponendi de sua parte dictæ hæreditatis, antequam compleret ætatē annorum 30. vllam prorsus mentionem fecit de legitima eidem debita iure naturæ; sed in specifica prohibitione ducendi vxorem sine consensu in scriptis suorum fratrum in euentū contrauentionis, illum dumtaxat priuauit medietate dictæ suæ partis hæreditatis, in ea hoc casu hæredes fratres suos instituendo, adeout eidem maiorem partem, quam legitimam liberam reser-

6 uauerit, quandoquidem non dubitatur, quin legitima nunquam sub generali dispositione comprehendatur, tãquam speciali nota digna, vt per Rot. apud Gregor. decis. 489. n. 18. & seqq. passim confirmata.

ARGVMENTVM.

An confiscatio impediatur ex fideicommisso cum prohibitione alienationis, & ex numero filiorum delinquentis.

SVMMARIVM.

1 *Confiscationi non est locus, quando condemnatus habet tres, vel plures filios, quibus omnia bona reseruantur.*

2 *Confiscationi bonorum locus est in crimine læsæ maiestatis, etiamsi condemnatus habeat tres, vel plures filios.*

3 *Fideicommissum in casu delicti impedit confiscationem.*

4 *Legitimam filij comprehendit fideicommissum cum prohibitione alienationis, quando purificatur ex casu delicti.*

5 *Fideicommissum in casu mortis cū expressa alienationis prohibitione purificatur etiam in morte ciuili ex condemnatione capitali.*

6 *Bulla san. mem. Sixti V. deferens Fisco fructus bonorum fideicommissi durante vita delinquentis, procedit solum in casu receptationis bannitorum.*

CONSILIVM LXXXVI.

Nulla prorsus ratione locus esse potest prætensæ confiscationi ex prætextu sententiæ capitalis latæ in contumaciam contra Dominum Troianū, dum constat in actis, ipsum habuisse, & habere

1 viuentes non solum quatuor filios, sed etiam sex, quia hoc casu tota hæreditas, & omnia bona paterna ex dispositione l. final. alias incipit, cum ratio, §. si plures, & ibi glos. eod. verb. si plures, ff. de bonis damnat. ipsis filijs reseruantur, Thob. Non. cons. 95. num. 11. & seq. & cons. 105. numer. 12. Rol. cons. 97. num. 32. & seq. lib. 2. Peregr. de iure Fisci lib. 5. tit. 1. num. 38. vers. si vero plures es, Hond. cons. 110. num. 9. 10. & seq. lib. 1. Thesaur. decis. 104. nu. 1. & seqq. & per tot. ac præcipue nu. 8. vbi quod hoc procedit etiam vita patris durante, itaut filij bonis paternis fruantur, siue pater fuerit cōdemnatus, siue bannitus, & decis. 198. etiam per tot. & præcipue ante finem, vers. ex quibus, Farin. quæst. 24. num. 29. Guazzin. de confiscat. limit. 23. in 13. conclus. num. 13.

Atque ita etiam seruat sacra Consulta in Vrbe, & passim seruauit, prout etiam in actis constat non habita ratione, quod in confiscatione sequuta in Vrbe contra Piccinardum fa. mem. Clemens VIII. ex gratia mandauerit filijs bonam partem bonorum patris restitui, vt refert Farin. cons. 145. in fine, lib. 2. cum dictus Piccinardus fuerit condemnatus ex crimine læsæ maiestatis eiusdem Papæ in primo capite ob libellum, & cantilenas, aliasque scripturas in dedecus, & infamiam dicti Principis compositas, vt pariter idem Farin. refert eodem cons. 145. in princ. & bona prædicta patris erant magni valoris vltra scuta quinquaginta millia, vt etiam testatur Guazzin. vbi sup. ra. num. 27. idemque Farin. eodem cons. 145 num. 26. testatur de contraria consuetudine minimè constitisse.

In casu autem, de quo quæritur, clarissime liquet, nec ex qualitate pinguis patrimonij, nec alia ratione procedi potuisse, nec posse ad confiscationē, quoniam ex publicis instrumentis in actis, citato Fisco, realiter productis constat, quod D. Angelus pater dicti D. Troiani fuit filius quondam D. Io: Baptistæ, cuius etiam fuit filius quondam D. Frãciscus, ac proinde germanus frater dicti D. Angeli, ac quod vniuersum patrimonium dicti D. Io: Baptistæ pro medietate spectauit ad dictū D. Frãciscum, & pro alia medietate ad dictum D. Angelum, defunctoque eodem D. Angelo, eiusdem patrimonium spectauit pro medietate ad dictum D. Troianum, & pro alia medietate ad dictum D. Io: Baptistam tanquam filios ipsius D. Angeli ex legitimo matrimonio.

Cumque dicti DD. Angelus, & Franciscus per reciprocam donationem irreuocabilem inter viuos se ipsos primo, & successiue ipsis mortuis vocauerint per fideicommissum conuentionale omnes, & singulos eorum descendentes masculos, prout in donationis instrumento celebrato anno 1597. 18. Septembris rogato per Laurentium Ferrettū, subsequuta dictæ donationis insinuatione ex alio publico instrumento rogato per Georgium Bartellã, anno 1611. 6. Iunij, idemque Angelus in suo testamento etiam subscripto institutis hæredibus prædictis Ioanne Baptista, & Troiano filijs pariter eorumdem descendentes vocauerit rogato quondam Petro Alberto 16. Augusti 1622. dictus vero Io: Baptista iunior dicti Troiani frater etiam in suo testamento cōdito 2. Februarij 1643. rogato quōdam Balthassare Bonacquisto pariter eosdem descendentes vocauerit.

Omnes verò prædicti, scilicet Angelus, & Franciscus fratres, idemque Angelus, & Io: Baptista iunior eius filius in dispositionibus præfatis voluerint, quod omnia bona integre, & in totum manuteneantur, & conseruentur in domo, & agnatione etiam pro eorum, & cuiuslibet eorum filijs, & ex eis per rectam lineam descendentibus, & successori-

ſoribus in infinitum ordine ſucceſſiuo, & gradus prærogatiuæ ratione, & reſpectu ſemper habitis, bonaque prædicta in totum, vel in partem aliquo pretextu, & modo etiam maioris commodi prohibuerit alienari, permutari, vel quocumque titulo, & cauſa in alium, vel alios transferri, & ſi ſecus fiat, voluerint prædicti donatores, & pro maiori præmiſſorum obſeruatione conuenerint, quòd bona quęcumque alio modo alienata ad ipſos non alienantes, & præſens pactum obſeruantes deueniant, quæ bona ad inuicem vt ſupra donata pro potiori cautela mutuo conſenſu, & expreſſa voluntate ſuppoſuerunt, & ſubiecta eſſe voluerunt perpetuo fideicommiſſo, obſeruando inuiolabiliter modo, quo ſupra, à dictis donatoribus, eorumque filijs poſteris, & deſcedentibus, & illa de vno in alium tranſeant, abſque aliqua detractione alicuius falcidiæ, trebellianicæ, vel cuiuſuis alterius portionis ad hoc, vt perpetuò dicta bona conſeruentur integrè in dictis eorum filijs, & deſcendentibus modo, quo ſupra, ad conſilium, & ſenſum Sapientis extēdendo.

Ac vlterius idem Angelus poſt vniuerſaliter inſtitutos hæredes Ioannem Baptiſtam, & Troianum eius filios ex legitimo matrimonio, deſcendentes in perpetuum ſine aliqua diminutione ſubſtituerit, & linea maſculorum deficiente, filias, & deſcendētes fœminas, & deindè proximiores in gradu maſculos ex legitimo matrimonio familiæ ſuæ, & tam hæredibus prædictis, quàm ſubſtitutis, & cuique eorum præceperit, vt viuerent cum Dei timore, vt bonum decet Chriſtianum, & cum obedientia Superioribus, & cum abſtentione à quolibet delicto, eoſdemque tam in caſu delicti, quàm tractatus, & commiſſionis, hæreditate, & omni eius commodo etiam futuro priuauerit, & alios non delinquentes ſubſtituerit, & vocauerit tam quoad proprietatem, quàm vſumfructum ipſo facto abſque alicuius Iudicis ſententia cum declaratione expreſſa, quod ita diſpoſuit non in Fiſci fraudem, ſed ſolum, vt prædicti à delictis abſtinerent, & ad hoc, vt bona ſua integrè in ſuis deſcendentibus perpetuò permaneant.

Ac inſuper eamdem quoque ſubſtitutionem, & vocationem ſub eadem declaratione, & tam quoad proprietatem, quàm vſumfructum fecerit dictus Io: Baptiſta iunior.

Vtique ex diſpoſitis, vt præfertur, duo reſultant, quæ ex Iuris regulis nullam patiuntur controuerſiam, ac propterea cum de illis ante tranſmiſſionem Commiſſarij ex actis conſtiterit, clarè liquet, pronunciandum eſſe, iniuſtam fuiſſe tranſmiſſionem, nullique confiſcationi fuiſſe, nec eſſe locum.

Alterum eſt, quod pro diſpungendis dicti Troiani bonis, eorumque valore detrahenda primò eſt integra medietas, quæ ſpectauit ad Franciſcum fratrem germanum Angeli dicti Troiani patris, & deinde dimidia bonorum eiuſdem Angeli, quæ ſpectauit ad Io: Baptiſtam iuniorem eiuſdem Angeli filium, dictique Troiani fratrem, ac ſucceſſiuè ex fideicommiſſis prefatis agnatitijs ſpectāt ad D. Angelum iuniorem, & fratrem dicti Troiani filios vocatos.

Alterum, dictæ quòd diſpoſitiones ſubſiſtunt, vti ordinatæ à patre, & patruo, qui nec delinquerunt, nec delinquere cogitarūt, ac præceperūt, quod vo-
3 cati à criminibus abſtinere deberēt ſub pœna priuationis, cū propterea potuerint in rebus proprijs fauore eorum agnationis hanc legem imponere, nec in fraudem Fiſci dicantur diſpoſuiſſe, Boſſ de public. bonor. num. 30. & 31. verſ ſed tibi, Peregr. de iur. Fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 103. & ſeq. Roland. conſ. 56. num. 11. & ſeq. lib. 1. Gabr. conſ. 123. num. 12. lib. 2. Odd. conſ. 53. num. 9. 10. & ſeq. Farin. quæſt. 25. num. 22. & conſ. 13. num. 2. & alijs, & conſ. 150. num. 29. & conſ. 159. num. 2. Rota in Romana fructuum dotis, 28. Nouembris 1625. coram bo. me. Coccino.

Neque hoc caſu obijci poteſt de detractione legitimæ ipſi Troiano debitæ in paternis, & quia cum habeat plures filios viuentes, eius bona de Iure filijs præſeruantur, ex præallegatis, in principio.

Tum etiam quia paterna prohibitio valida eſt reſpe-
4 ctu legitimæ ipſi delinquenti in paternis debitæ, cum huiuſmodi prouiſio non ſit onus filij, ſed commodum, Boſſ. de public. bonor. num. 41. in fine, vbi quod hæc eſt magis communis, & iuxta eam fuit iudicatum, Peregr. de iur. Fiſc. lib. 5. tit. 1. numer. 85. Non. conſ. 97. num. 6. Maſtril. deciſ. 181. per tot. Farin. quæſt 25. num. 45. & ſeqq. & conſ. 173. per tot. vbi contrarijs omnibus reſpondet, Guazzin. de confiſcat. concluſ. 13. num. 9. verſ. quæ quarta, Surd. conſ. 570. per tot lib. 4. Gratian. diſcept. 983. nu. 35. ad finem, Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. quæſt. 32. num. 3.

Et hanc ſententiam ſequuta quoque fuit Rota in dicta Romana fructuum dotis, 30. Ianuarij 1626. coram bo. me. Coccino.

Minuſque obſtat, quod ſaltem locus ſit confiſcationi fructuum bonorum ipſius Troiani durante vita naturali ipſius, vel quia fideicommiſſum in caſu mortis intelligatur de morte naturali, non autem ciuili ex condemnatione capitali, ex l. Statius, §. Cornelio, ff. de iur. Fiſci, vel ex Bulla Sixti Quinti in nouo Bullario, tom. 2. fol. 493. de qua Farinac. d. quæſt. 25. n. 39. verſ. limita tertio.

Quia quoad dictum §. Cornelio, limitatur ſtante fi-
5 deicommiſſo cum expreſſa alienationis prohibitione, Farin. poſt alios ex communi, eadem quæſt. 25. n. 36. & ſeqq. & conſ. 135. num. 20. Odd. de fideic. quæſt. 13. art. 7. n. 164.

Quoad verò dictam Bullam Sixti Quinti, quia hæc
6 Conſtitutio deferens Fiſco fructus bonorum fideicommiſſo ſubiectorum durante vita naturali delinquentis, non obſtante expreſſa alienationis prohibitione, procedit ſolùm in caſu ſpeciali receptationis bannitorum, & auxiliorum aliorum, ac fauorum bannitis præſtitorum, nullatenus autem in alijs caſibus, vt in puncto eiuſdem Bullæ per Odd. dicto conſil. 53. numer. 14. verſ. quoad ſecundum, Guazzin. de confiſcat. limitat. 17. concluſ. 13. num. 16.

ARGVMENTVM.

De eadem re. Et an fructus bonorum fideicommiſſi ex Bulla ſan. mem. Sixti V. deferantur Fiſco durante vita delinquentis extra caſum receptationis bannitorum.

SVMMARIVM.

1 *Fructus bonorum fideicommiſſi ex Bulla ſan. me. Sixti*

Sixti V. co[illegible]antur durante vita delinquentis in ca[illegible] [illegible] receptatorum bannitorum.

2 *Fructus [illegible] fideicommissi [illegible] expressa alienationis prohibitione non confiscantur.*

3 *Bulla [illegible] Sixti V. de exim[illegible] captum è manibus executorum non [illegible] in eximente [illegible] Populum ad arma conuocauerit, vel cum armis vim fecerit.*

4 *Birruarijs non creditur, nisi ostendant mandatum, vel [illegible] constiterit eos esse tales.*

5 *Birruarijs resistens excusatur, quando eos credebat inimicos.*

6 *Prohibitio alienationis cum vocatione substitutorum, [illegible] non expressè [illegible] excludit Fiscum.*

7 *Ad Confiscationem impediendam requiruntur tres filij, quando patrimonium est exiguum, plures autem, quando est amplum.*

8 *Curialis vbi est delinquens, ac dimidia bonorum filijs reseruatorum ex indulgentia legis participant fœminæ, secus autem de alia dimidia.*

9 *Liberorum appellatione veniunt tam fœminæ, quàm masculi.*

10 *In Crimine læsæ maiestatis confiscantur bona, non obstante numero filiorum.*

CONSILIVM LXXXVII.

SCribens exaduerso plura pro prætensa confiscatione objicit auctoritatibus tamen destituta.

Dum enim in alia reassumenda in §. vltimo, incip. quoad verò dictam Bullam Sixti Quinti, dixi, Bul-
1 lam Sixti Quinti editam contra bannitos, quæ in nouo Bullario tom. 2. est sexta, fol. 491. nullatenus applicari posse huic casui, ex quo restricta est ad bannitos, eorumque receptatores, & Troianus nec bannitus, nec bannitorum receptator fuerat, idq. probaui auctoritatibus in puncto, nempè Odd. consil. 53. num. 14. vers. quia secundum, & Guazzin. de confiscat. in 17. limitat. 13. conclus. numer. 16.

Exaduerso adducitur solum eadem Constitutio Sixti Quinti, §. Duces quoque, sed in hoc §. cum cuique legenti pateat, eam loqui de Ducibus, & domicellis, & feudatarijs, qui perduelliones, homicidas, latrones, & facinorosos homines in suis dominijs, Terris, Oppidis, Castris, fortalitijs, & territorijs receptant, & confouent, auctoritates supra proximè allegatæ, nedum assertam applicationem excludunt.

Sed excludit etiam auctoritas Farin. exaduerso adducta, quæst. 25. num. 29. vers. sic sublimita, vel iuxta aliam impressionem, limita tertio; nam expressè declarat, dictam Constitutionem Sixti Quinti non procedere, nisi in delictis compræhensis in illa.

Atque ideò extra casus speciales dictæ Constitutionis tenendum est Ius commune disponens, fructus
2 bonorum delinquentis eius vita durante confiscabiles minimè esse, stante fideicommisso cum expressa alienationis prohibitione, id autem non solum probat Peregr. de fideicom. quæst. 13. art. 7. num. 164. sed idem quoque Farinac. exaduerso allegat. dicta quæst. 25. num. 36. & seq. & consil. 135. num. 20.

Corruente itaque applicatione dictæ Constitutionis Sixti V. quicquid exaduerso dictum fuit de l. fin. §. cum ratio, ff. de bon. damnat. ex cumulatis per Guazzin. limit. 23. conclus. 13. nu. 1. fol. 129. & Facchin. contr. lib. 5. cap. 95. per tot. fol. 61. & de ratione, ne grauiorem pœnam luant, quos nulla contingit culpa, penitus facit pro hac Parte.

Corruit autem absque dubio hoc casu, non obstante, quòd prætendatur, Troianum resistentiam fecisse birruarijs volentibus ad ipsius capturam deueni-
3 re; quoniam nec Bulla prædicta Sixti Quinti, nec aliæ applicantur, loquentes de tertio eximente captum ex manibus exequutorum, non autem de se ipsum eximente, vt per Farin. quæst. 32. num. 23. vers. quæ quidem Bullæ, qui vlterius eodem num. 23. vers. sed quicquid, testatur, contrariam interpretationem in practica non seruari, nisi in casu, quo quis Populum ad arma, & franchigiam ad sui auxilium conuocauerit, & licet subiungat, aliud sentire, quando quis cum armis facit vim birruarios percutiendo, & vulnerando.

Attamen id intelligi non potest, nisi quando quis se
4 eximit, & birruarios, & satellites cognoscit, mediãte mandato Curiæ sibi ostenso, cum alioquin ipsis non sit credendum, vt per eumdem Farin. eadem quæst. 32. n. 17. & seqq.

Non enim illis, qui expendunt nomen Curiæ, est credendum, quando mandatum non ostendunt, ex quo constet, illos esse tales, idque in hoc casu redditur indubitatum, cum in facto minimè subsistat, quod exaduerso gratis dicitur, Troianum vnquam sciuisse, se fictum complicem homicidij sequuti in personam q. Vincentij, nec constet, illum vnquam fuisse super hoc citatum, & birruarij vim fecerint pro captura illius de nocte, immò in ea Ciuitate notorium dicatur, cum hominibus, quos exaduerso scribens, fuisse birruarios affirmat, interueuisse filium dicti q. quondam Vincentij cum suis famulis;
5 adeout in eo instanti Troianus debuerit credere, eos, qui se birruarios faciebant fuisse sibi inimicos, ad finem illum occidendi, Bart. in l. prohibitum, num. 1. vers. fateor tamen, C. de iur. Fisc. lib. 10. August. ad Angel. de malef. in verb. fama publica præced. num. 54. ad finem, vers. hoc verùm si cognoscebat illos, Farin. eadem quæst. 32. num. 37. Caball. resol. crimin. casu 126. num. 1. ad finem, & num. 2. & seqq. & casu 127. num. 2. vbi alios plures adducit, & contrarios plenè reprobat tanquam excedentes ea, quæ ad officium satellitum, & birruariorum spectant.

Dum verò exaduerso dicitur, non fuisse sufficientia fideicommissa ab antenatis ordinata etiam cum expressa, & omnimoda alienationis prohibitione, ex quo in ijs non fuerit expressa vocatio in casu alienationis in Fiscum ex delicto, nec in casu delicti descendentes fuerint exhæredati, ex Farin. allegata exaduerso quæst. 25. num 23. 24. & seqq. & num. 39. nihil releuat; tum quia Farinacius id, ad quod allegatur, minimè dicit, sed solùm, vt legenti patet, quod conclusio stante fideicommisso, præsertim cum prohibitione alienationis magis recipitur, quando exprimitur prohibitio, ne bona delinquentium transeant in Fiscum.

Tum etiam quia communis, & receptissima est con-
6 clusio, quòd prohibitio alienationis cum vocatione substitutorum in casu contrauentionis, etiamsi non fuerit expressa specialiter in casu delicti, & cõfiscationis, tamen excludit Fiscum, vt plenè per Oddum de fideicom. quæst. 6. art. 4. num. 60. & seq. vbi præcipuè adducit Boss. tit. de public. bonor. nu. 24. Surd. cons. 394. num. 21. lib. 3. idemque Farinac. dicta

dicta quæst.25.num.22.vbi etiam de communi testatur.

Sed error quoque Iuris fuit sensus, in quem assumitur ab exaduersò scribente distinctio Salicet. in l. quando lex, num.3.C.de bon. præscript. nam non est verum, quod Salicetus dicat, quod quando patrimonium delinquentis est paruum, seu exiguũ, reseruatur integrum filijs, secus si sit amplum, & magnum, quia tunc reseruatur tantummodo dimidia eius bonorum.

7 Siquidem Salicetus non ita distinguit, sed dumtaxat exiguitatem, seu amplitudinem patrimonij distinguit iuxta numerum liberorum, vt sufficiant tres, si patrimonium sit paruum, & quatenus amplum, plures, quam tres requirantur, & in hoc quoque, non in alio sensu Salicetus intelligit glossam in l.fin.§. si plures, in verbo, tres, ff. de bonis damnat. ac proinde, cum in hoc casu non sint tres filij, sed sex, distinctio Saliceti, & consequutiue obseruantia aliter, nisi erronea, intelligi non potest.

Quod verò ab eodem scribente dicitur in hoc liberorum numero connumerari non posse fœminas, ex eodẽ Saliceto vbi supra, maior est error, & quia Salicetus dicit contrarium, quando liberi excedunt numerum trium, & quia fœminæ de dimi-
8 dia, quæ reseruatur ex indulgentia participant, non tamen de alia dimidia participant, quando delinquens est curialis, iuxta textum ita distinguẽtem in eadem l.quando, 10.C.de bon. præscript. & & iuxta huius textus terminos loquitur Salicet. vbi supra, num.3.vers.vltimo nota, quod mares habent.

Neque alienus sẽsus de Iure assumi potest, cũ textus in d.l.fin.§.si plures, ff.de bon. damnator. loquatur de liberis, & quod appellatione liberorum veniãt
9 etiam fœminæ, est textus in verbis, in l.liberorum. 220.in fine, ff.de verb.signif.

Et præsertim cum iuxta hunc sensum non attenta cõtraria interpretatione ex Saliceto, iudicauerit Senatus Pedemontanus, hanc tanquam communẽ sequendo, vt per Thesaurum decis.104.n.7.seqq.& per tot.& decis.198.numer.7.post med. vbi addens plura.

De casu autem Piccinardi, & alijs, in quibus agebatur de incursu criminis lesæ maiestatis, haberi ratio nõ potest, vt dixi, & pluribus in alia comprobaui, si-
10 quidẽ bona patris in crimine læsæ maiestatis humanæ, vel diuinæ ex integro non obstante filiorum numero confiscantur, vt per Roland. cons.8. num.42.vers.sed præmissis non obstantibus, & nu. 43.& seqq. lib. 3. Boss. de crim. læsæ maiestat.num. 134.& seq. cum alijs per Farinac. eodem tit.quest. 116.num.75.

ARGVMENTVM.

An, & quando laicus occidens, vulnerãs, vel aliter offendens laicum, in Ecclesia puniẽdus sit à Iudice Ecclesiastico, vel à sæculari.

SVMMARIVM.

1 *In Ecclesia laicus delinquens a Iudice Ecclesiastico punitur. Contrarium, nempe quod punitur à Iudice sæculari, num.2.*

3 *In Ecclesia commisso delicto a laico locus est præuentioni inter Ecclesiasticum, & sæcularem Iudicem quoad sacrilegium, sed remanet iurisdictio sæculari quoad delictum sæculare.*

4 *Iudex Ecclesiasticus nõ se intromittit in delictis sæcularibus, in quibus imponitur pœna sanguinis.*

5 *In Delictis mixti fori laicus punitus a Iudice Ecclesiastico, punitur etiam quandoque à Iudice sæculari.*

6 *In Ecclesia delinquentem laicum Iudex Ecclesiasticus punire potest tam pœna spirituali, quam temporali tanquam sacrilegum.*

7 *In Delictis, in quibus infligenda est pœna sanguinis, Iudex Ecclesiasticus non potest Reum tali pœna punire, sed Curiæ sæculari tradere debet.*

8 *Ordinarius non solum, sed delegatus Ecclesiasticus potest absque speciali indulto inuocare bracchium sæculare.*

CONSILIVM LXXXVIII.

Qvamuis per difficilis videatur quæstio, an laicus occidens, vulnerans, aut aliter offendens laicum in Ecclesia puniendus sit a Iudice Ecclesiastico, an vero a sæculari, dum pro Ecclesiastica
1 iurisdictione tenent Cyn.in l.presenti, num.4.C.de his, qui ad Eccles.confug.pro quo sentit Salicet.in auth.item nulla communitas, num.3.C.de Episc. & cler. & Io. de Anan.in c.inter alia, nu.5.de immun. Eccl. Decian.alios referens in tract.crim.lib.6.cap. 29.num.5.

Contra vero pro iurisdictione laicali tenent Bart. in
2 l. si cui, §.fin.num.3.vers.quæro delictum, ff. de accus.per text.in l.si quis in hoc genus, C. de episc. & Cler.vbi Bald.per eumdem textum num.7.vers.itẽ est notandum, Abb.c.fin.num. 5.vers.nota vltimo, & c.inter alia, num. 29. vers. vlterius quæritur, de immun.Eccles.& c.cum sit generale, num. 27. vers. addo etiam, de for.compet.Roland.cons.24.num.5. & seq.lib.2.Clar.§.fin.quæst.38.num.18.Anton.Rosell.de indulgent.num.220.Steph. Aufre.de potest. sæcular.super Eccles.person.reg.4.num.21.Guttier. pract.quæst.lib.3.& 4.quæst.1.nu.13. Menoch.cons. 1000 num.27.vers.ad secundum obiectum, lib. 10. cum alijs pluribus per Farin. quæst.28.num.62.vbi de communi, & de immunit.cap.16.num.234.Caball. resolut.crimin.cas.194.num.1.2.& seqq.

Atque hinc distinguendo concilientur opiniones, vt exceptis delictis mere Ecclesiasticis, in quibus iurisdictio Ecclesiasticis Iudicibus priuatiue competit, quoad alia, vbicumque sæculare delictum
3 à laico patratum ratione loci, rei, vel personæ annexum habet sacrilegium, quod est delictũ mixti fori, locus propterea fit inter Iudicem Ecclesiasticum, & temporalem præuentioni quoad iudiciũ ipsius sacrilegij, respectu vero delicti sæcularis punitio extra pœnas spirituales remaneat ipsi Iudici tẽporali, ita quod vnus alterũ non impediat, Abb. in dicto cap.inter alia, num.29. post med. vers. ego sic

de singulis rem.de immunit. Eccles. Guido Pap. decis.62. & in Guttier.practic.dicto lib.3.& 4.quæst.1. num.14. Anders.d.tract.de potest.sæcular.super Eccles.person.reg.1.num.21. post med. vers. dicit tamen, Couar.var.resol.cap.20.numer. 18. Briar.ad Clar.d.quæst.38.num.31. Franc.Marc.decis.123. n. 8 par.2.Leon. in thesaur.for.Eccles.cap.13. nu. 23. post princ.vers.negari tamen non potest,Farin. dicta quæst.28.num.62.ante finem,vers. bene verum est, & de immunit.d.cap.16.num.235.& seqq. Caball.d.resolut.194.num. 5. 6. & 7. & seqq. Gratian. discept.154.num.25.

4 Et præsertim in ijs sæcularibus delictis, in quibus venit imponenda pœna sanguinis, nam in his cũ Ecclesiastici iudices se intromittere non possint, c.clericis §.per hoc,de pœn.in 6. c.sententiam sanguinis, ne Cler. vel monachi, consequens sit, vt
5 etiam laici puniti ratione delicti mixti fori à Iudice Ecclesiastico, nihilominus puniri quoque possint a Iudice laico in duobus casibus, primo quando imposita fuisset ab Ecclesiastico sola pœna medicinalis potius ad salutem animæ, quam corporis afflictionem, secundo quando ex qualitate delicti imponenda esset pœna,quæ sub iurisdictione Ecclesiastici non comprehenderetur,Scac. post alios,de Iudic.lib.1.c.12. n.91. Leon. in d. thesaur. for.Eccles.cap. 13. num. 24 Ambros. de immun. & libert.Eccles.cap.30.num.13.14.15.16.& seq.

6 Tamen quod immo iudex Ecclesiasticus præueniendo punire possit delinquẽtem in loco immunitatis Ecclesiasticæ tam pœna spirituali, quam temporali tanquam sacrilegum, text. est in cap. quisquis inuentus, & in c.diffiniuit,17. quæst.4. & in c.necessaria,§.nec in atrio,& cap.nulli 11.quęst. 1.Innoc.in cap.cum pro causa,num.1.in fin.& n. 3. in fine,de sentent.excommun.

Opinio autem contraria cum fundata sit in ratione, quia Episcopus non habeat territorium in Causis mixti fori contra laicos,neque familiam armatam, hæc autem ratio non subsistat, & contrarium canonizatum iam fuerit tempore fel.rec. recordat. Pij Quinti ad fauorem Sancti Caroli Borromei, & Ecclesiasticorum contra sæculares,contrariũ prætendentes,nõ videtur hodie de hac opinione dubitandum,quemadmodum propterea illam,& veriorem, & magis receptam testatur pluribus alijs comprobans Card. Tusc. in verb. immunitas,conclus. 59. num. 16. & seqq. & a num. 8. ad dictum num.16.quam etiam sequitur Guazzin.d.tract. ad defens.in prima defens.cap. 11.numer. 19.& seqq. & præcipue num.20. ante finem,vers. & contra Bart. & eius sequaces, vbi etiam testatur,hanc esse cõmunem.

7 Bene verum, quod detecto delicto capitali, vel tali in quo infligenda veniret pœna sanguinis Iudex Ecclesiasticus non possit delinquentem tali pœna punire, vt etiam admittit idem Tusc.ad. cõclus. 59. num. 13.& Guazzin.vbi supra,num. 18.sed tamen in hoc casu remissio Rei facienda esset ab ipso Iudice Ecclesiastico per inuocationem bracchij sæcularis, & traditionem sæculari Curiæ, cũ id possit non solum auxilium implorando, sed etiam ad effectum punitionis sibi non permissæ, cap. cum non ab homine,in fine,de iud. cap.2.in fin. de cler. excom.& cap. 1. & cap. quoniam in plerisque,de offic.ord.in.cum alijs per Mandos.de constit.in formul.2.in verb.auxiliumque bracchij sæcularis, in
8 princ.cum potestatem hanc non solum habeat Ordinarius, sed immo etiam delegatus absque speciali illius indulto, vt per Feder.de Sen. cons. 163.num.4.& seq.& ad effectum, de quo supra,idẽ Boss.dicto tit.de for.compet.num.247.

ARGVMENTVM.

An homicidium commissum nulla præcedente inimicitia dicatur proditorium ad effectum immunitatis Ecclesiasticæ.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium proditorium non dicitur, nisi constet de negatiua interuentus rixæ, vel de affirmatiua præmeditationis.*
2 *Homicidium in dubio non censetur præmeditatum, quamuis ex Parte occidentis non iustificetur pura rixa.*
3 *Amicitia præcedens ostendit, animum non fuisse occidendi, sed homicidium euenisse ex rixa superueniente.*
4 *Vulnerum iteratio non concludit deliberationẽ homicidij, quia potuit animus occidendi in rixa superuenire.*
5 *Homicidij præmeditatio excluditur ex omissa præparatione armorum, vestium, & pecuniarum.*
6 *Homicidium commissum in loco, vbi facile contra occidentem vindicta sumi poterat, non dicitur præmeditatum.*
7 *Immunitate Ecclesiastica gaudet homicida non obstante prætextu proditionis, quando nullum contra eum, qui occisus est, odium prius habuisse monstratur.*

CONSILIVM LXXXIX.

Competit immunitatis priuilegiũ in casu,de quo agitur, non obstante conclusione, quod homicidium proditorium dicatur committi, quando aliquis, nulla præcedente inimicitia alium interfecit, quia hæc conclusio non simpliciter est
1 intelligenda, sed quando constat, inter occidẽtem, & occisum nullam superuenisse rixam, vel alias constat, animum deliberatum in occidente extitisse, quia ex huiusmodi qualitatibus insurgit proditio qualificans homicidium,atque ideo cum in hoc casu neq. constet de negatiua interuentus rixæ, neque de affirmatiua præmeditationis merito excluduntur termini homicidij proditorij, Guttierez pract.quæst.lib. 1.quæst.2.nu.3. in princ. & num.9.Decian.tract.crimin.lib.7.cap.19.num.9. Caball.de homicid.num.397. & seq. Peguer. decis. 54.num.9.

Ideoque minime sufficiens est ad existentiam homicidij proditorij probatio amicitiæ interficientis, & occisum, tum quia generalis est regula
2 quod licet ex Parte interficientis non iustificetur

ficetur pura rixa, tamen homicidium non censetur præmeditatum, Cason. de malefic. cap. 5. num. 5. in tract. nouiss. tom. 12. par. 1. fol. 282. Blanc. de indic. d. tract. fol. 265. num. 54. Menoch. de arbitr. cas. 361. n. 23. Farin. quæst. 126. n. 106. Giurb. cons. crim. 82. num. 25.

Tum etiam quia probatio amicitiæ magis ostendit
3 animum, & intentionem non fuisse ad occidendũ, sed quod occidens fuerit ex superuenientia rixæ, vel improuiso casu, Carer. in praxi crim. §. homicidij autem, num. 72. fol. mihi 105. Menoch. præsumpt. 40. num. 22. & seqq. lib. 5. Bertaz. cons. crimin. 29. num. 14. & cons. 133. nu. 15. lib. 1. Io. de Amic. cons. 65. num. 11. & cons. 85. num. 15. Mascard. de probat. conclus. 864. num. 14. & seqq. Farin. quęst. 126. num. 182. & cons. 166. num. 5. post med. vers. vbi enim, lib. 2. & cons. 142. num. 5. Carol. de Graff. tract. de effect. amicitiæ, num. 203.

Neque aliud censendum ex iteratione vulnerum, &
4 quia licèt ex eorum qualitate aliquando insurgat animus occidendi, non tamen, quando nulla apparet præcedens occidendi causa insurgit præsumptio præcedentis deliberationis, dum animus potuit superuenire ex superuenientia rixæ, Clar. §. homicidium, num. 6. vers. ex opposito, post med. vbi quod Senatus Mediolanen. ita sæpius iudicauit, Menoch. de arbitr. cas. 361. num. 33. & seqq. Farin. quæst. 126. n. 188.

Et quia pro èxclusione præmeditationis præualent
5 præsumptiones prouenientes non solum ex omissa præparatione armorum, vestium, & pecuniarum Bertaz. cons. crim. 85. num. 14. ad med. vers. quarta coniectura, ac eorum, quæ præparari ad fugam solent, Alba. cons. 46. num. 9. sed præcipuè, quia supponitur, nec interfectorem secum detulisse palliũ, & pileum, Mantua cons. 325. nu. 16. ante med. vers. sextò erant.

Et quod caput est, homicidium dicitur commissum
6 in via publica ante domum ipsius occisi, à cuius habitatoribus homicidium poterat impediri, vel etiam vindicta de eodem interficiente facile sumi, Bertaz. d. cons. 85. n. 16. lib. 1. Mantua cons. 152. n. 8. Farin. cons. 61. n. 11. lib. 1.

Quamobrem ad effectum immunitatis maximè confert ratio textus sacræ Paginæ in Deutoronomio cap. 19. num. 6. in fine, vers. quia nullum contra eũ, qui occisus est odium prius habuisse monstratur;
7 dum enim disponit immunitate gaudere debere homicidam, quem non monstratur prius odium habuisse, satis exinde insurgit, quod proditio absq. hac demonstratione non præsumitur, vt etiam textum prædictum ad premeditationis exclusionem adducit, Menoch. dicta præsumpt. 40. nu. 24. vers. & hæc quidem, lib. 5. & Peguera decis. 54. num. 9. vers. prædicta.

ARGVMENTVM.

An particeps mandati ad occidendum mediante pecuniæ promissione gaudeat immunitate, quando homicidiũ non fuit sequutum. Et quomodo constare debeat de qualitate delicti exclusiua immunitatis.

SVMMARIVM.

1 *Immunitati non est locus, etiã non sequuta morte, quando concurrit animus proditoriè, vel cum assassinio occidendi. Contrarium num. 2.*

3 *Qualitas delicti exclusiua immunitatis, probanda est concludenter, non autem præsumptiuè.*

4 *Processui Iudicis sæcularis non statur ad probandam qualitatem delicti exclusiuam immunitatis.*

5 *Testes non repetiti non probant.*

6 *Ex Inimicitia non oritur inditium contra mandantem, quando constat de pluribus inimicis.*

7 *De Inimicitia interfectoris vbi constat, cessat præsumptio contra alium.*

8 *Mandatarij depositio nec etiam in crimine assassinij facit inditium ad torturam.*

9 *Delicti exclusiua interpretatio capienda est.*

10 *Inimici testes neque etiam in criminibus exceptis probant.*

11 *Recognitio epistolæ per comparationem non facit inditium sufficiens ad torturam.*

12 *Recognitio epistolæ per testes habentes notam manum, non admittitur in criminalibus, nec facit inditium.*

CONSILIVM XC.

Competit D. Faustino priuilegium immunitatis, quia prætensa complicitas in mandato, quod prætenditur datum mediante promissione pecuniæ per D. Martium de occidendo D. Octauianum non obstante prætextu illius iustificationis, non est impeditiua huius priuilegij, quoniam licet ali-
1 qui tenuerint, immunitatem non competere, etiã morte non sequuta concurrente animo occidendi, relati per Farin. quæst. 28. num. 25. & de immun. cap. 9. num. 146.

Tamen verior, & magis recepta est sententia tenen-
2 tium, immunitatem minimè excludi, nisi mors sit sequuta, & præcipuè non deuento ad actum proximum, Rebuff. in comment. ad Regias Constitutiones, tom. 2. tractat. de immunitat. art. 1. glos. 1. numer. 16. vers. secus ergo, Decian. tractat. crimin. lib. 6. cap. 28. num. 17. vbi testatur, hanc veriorem & in practica obseruandam, & num. seq. & consil. 80. numer. 18. & seqq. lib. 3. Baiard. ad Clar. quæst. 20. numer. 17. Germon. de sacror. immun. lib. 3. cap. 16. numer. 60. ad finem, vers. & si, Suarez de statu Relig. tom. 1. tractat. 2. lib. 3. cap. 11. num. 14. Villagut. de extens. legum, cap. fin. de immunit. à num. 54. ad 59. & 258. vbi quod ita decisum, Mar. Ital. de immunitat. lib. 1. cap. 5. §. 4. numer. 22. & seq. Peregr. de immunit. cap. 7. num. 13. idem Farinac. de immunit. d. cap. 9. numer. 145. & seq. ad fin. vbi postquam se ipsum, & alios contrarium tenentes recẽsuit, in vers. quibus non obstantibus, inquit non recedas à prima opinione, quam cum Germonio, & alijs supra allegatis, magis piam, & rectam credo, & hodie secundum Bullam Gregorij XIV. quæ in illis verbis, at qui proditoriè proximum suum occiderit, requirere videtur mortem sequutam, firmans propterea, hanc opinionem omni difficultate carere, cum immò etiam in dubio Ec-

clesiæ immunitati sit fauendum, Giurb. cons. 10. num. 25.

Sed res etiam difficultate caret in hoc casu, quoniam
3 qualitas prætensæ complicitatis minimè iustificatur, & non est dubium, quod qualitas immunitatis exclusiua probanda est concludenter, & præsumptiones non sufficiunt, Ambrosin. de immun. cap. 11. num. 4. Mar. Ital. de immunit. cap. 6. §. 1. num. 80. & seqq. Farin. de immunit. cap. vltimo, num. 374. & cons. 76. num. 3. & seqq. lib. 1. & plenè cons. 168. n. 8. & seq. vbi contrarijs omnibus respondet, lib. 2. Castill. decis. 156. nu. 5. & seqq. par. 2. Ricc. in prax. var. resol. 38. n. 4. & seqq.

Quod autem prætensa complicitas non probetur, nō
4 solùm satis ex hoc ipso constat, quod super hac probatione non statur processui Iudicum sæcularium, Mar. Ital. de immunit. lib. 1. cap. 6. §. 1. nu. 79. Ambros. d. cap. 11. num. 2. vers. secundo an sufficiat, & seq. Farin. de immun num. 367. & seq. & nu. 373. & dicto cons. 76. num. 1. & seqq. & d. consil. 168. numer. 26. & seqq. Ricc. in prax. variar. resolut. 450. num. 3.

5 Quodque nec testes probant, nisi fuerint repetiti Ambros. vbi supra, Farin. d. cons. 76. num. 1. & seq. & d. cons. 168. n. 39. & seqq.

Sed quia ex ijs, quæ deducuntur exaduerso, nihil ex-
6 hibetur, quod releuet, & præsertim cum constet, D. Octauianum habuisse alios inimicos, Farin. consil. 192. n. 27. & seq. & nu. 49. & 114. Giurba cons. 97. num. 10.

Quinimmò ex depositione eiusdem pretensi manda-
7 tarij, & ex querelis eiusdem D. Octauiani doceatur D. Martium assertum mandantem habuisse propriam, & particularem causam, & inimicitiam cum eodem D. Octauiano ex causa capitali, vt per Fari-
8 nac. cons. 147. num. 13. dictumque mandatarium nullatenus D. Faustinum nec etiam pro complice nominasse, & tamen mandatarij dictum, nec etiam in crimine assasinij inditium facit ad torturam, alijs præsumptionibus non concurrentibus proximis, & tangentibus delictum, non autem remotis, Farin. cons. 10. num. 31. 32. 33. 46. & seqq. & cons. 19. num. 18.

Nec obstat prætensa epistola, ex qua prætenditur, D. Faustinum scripsisse dicto Martio aliqua significatiua loci, qui proximus prætenditur habitationi D. Octauiani in Ciuitate Mediolani, & sollicitationis ad litis ciuilis expeditionem, quia præterquam quod ex tenore verborum epistolæ nihil concluditur illatiuum delicti, & interpretatio exaduerso desumpta ad impediendum D. Faustino liberatio-
9 nem à carceribus est contra regulam, ex qua magis semper capienda est interpretatio delicti exclusiua, Gram. decis. 18. n. 5. Farin. quæst. 31. n. 22. & cons. 25. n. 12. & 46.

Adhuc assumpta interpretatione in malam partem, nihil exindè inferri potest contra D. Faustinum, cum epistola recognita non fuerit quoad illius corpus, in cuius tenore fit exaduerso fundamentum; prætensi verò periti examinati super comparatione, & asserti testes deponentes, se habere notā manum, nullius sunt releuantiæ ad effectum, de quo agitur, tum propter exceptiones, quas patiūtur tanquam non solùm famuli Partis aduersæ, sed
10 D. Faustini inimici, quamobrem nec in criminibus exceptis releuant, Farin. de testib. quæst. 46. nu. 42. & quæst. 53. n. 7.

Tum quia ex sola litterarum comparatione, quam-
11 uis legitimè facta neque etiam inditium oritur sufficiens ad torquendum, multoque minus hoc casu, quo ijdem prætensi periti asserunt, corpus epistolæ fuisse manus coactæ, & adulteratæ, Bartol. communiter receptus in l. admonendi, num. 116. ff. de iureiur. Gram. decis. 34. num. 14. Triusan. dec. 52. num. 28. Guazzin. defens. 20 circa Reor. examē cap. 23. num. 3. ante med. vers. in contrarium autem est veritas, Farin. in fragm. crim. par. 1. in verbo, cōparatio, n. 446. & 448. Almontes Ciazz. discept. crimin. ad defens. cap. 28. n. 1. & seq.

Testes autem asserentes habere notam manum, nec etiam probant; cum & si talis forma recognitionis admittatur in ciuilibus ex stilo Rotæ, non tamen
12 admittatur pro sufficiente in criminalibus, Farin. in fragm. par. 1. num. 565. Guazzin. d. defens. 20. cap. 23. num. 5. & seqq. Almont. Ciazz. d. discept. crimin. 28. num. 5. & seq & num. 20. idem Farin. cons. 70. nu. 11. 12. & seq. Hect. Felic. alleg. 69. num. 4. par. 2. adeo quod talis recognitio in criminalibus neque etiā facit inditium, vt per Hect. Felic. alleg. 147. vers. & quæ dicuntur, & num. 5. par. 2.

ARGVMENTVM.

De iurisdictione Ordinarij in cognitione immunitatis confugientium ad Ecclesiam.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus habet intentionem fundatam in potestate exercendi iurisdictionem in qualibet parte, & contra omnes personas suæ diœcesis.*
2 *Episcopo ex Iuris assistentia datur manutentio exercendi iurisdictionem.*
3 *Ab Inhibitione non est incohandum, ne Episcopus exerceat iurisdictionem, & præsertim quoad immunitatem Ecclesiæ.*
4 *Possessio Prælati antecessoris iuuat successorem ad effectum manutentionis.*
5 *Visitatio arguit, Ecclesiam esse de iurisdictione visitantis.*
6 *Ecclesiam non esse de iurisdictione Episcopi probatur ex negatiua descriptionis in libris visitationum.*
7 *Beneficiorum collationes ab alio factæ in aliqua Ecclesia non impediunt Ordinarij iurisdictionem.*
8 *Ex Vnione vnius Ecclesiæ cum altera, non priuatur Ordinarius sua iurisdictione.*
9 *Archiuium non dat robur scripturis contra non subditos.*
10 *Enunciatiuæ prouenientes à Parte suspecta, ratione proprij interesse, non releuant.*
11 *Enunciatiuæ de recenti non probant.*
12 *Enunciatiua Summi Pontificis, quæ emanauit ad supplicationem extra concernentia proprium factum eget iustificatione.*
13 *Quasi possessio in incorporabilibus non suffragatur sine scientia, & patientia Partis.*
14 *Immemorabilis non probatur per scripturas.*
15 *Probationes habentes assistentiam Iuris cæteris paribus præferuntur.*

CON-

CONSILIVM XCI.

Cognitio immunitatis confugientium ad Ecclesiam Sancti Cataldi existentem intus Ciuitatem Panormi iure controuerti nequit, quin sit Archiepiscopi eiusdem Ciuitatis, itaut in illa Eminentissimus D. Cardinalis Doria sit manutenēdus, tum quia Episcopus tanquam Ordinarius habet in
1 potestate exercendi iurisdictionem intentionem fundatam nedum de Iure communi, sed ex dispositione Concilij Tridentini sess. 7. cap. 8. & sess. 21. c. 8. de reformat. in quacumque parte suæ diœcesis, & in omnibus Ecclesijs, & contra omnes vbique existentes intra eiusdem diœcesis fines, c. venerabilibus, & c. de xenodochijs, de relig. dom. c. conquerente, de offic. ordin. itaut ex hac sola Iuris cō-
2 munis assistētia sit in quasi possessione iurisdictionem exercendi manutenendus, Caputaq. decis. 306. num. 1. & seq. par. 1. Rot. decis. 397. n. 1. par. 1. & decis. 501. num. 1. par. 2. recent.

Neque possit contra eum incohari ab inhibitione si-
3 ne causæ cognitione, quo minus hanc iurisdictionem exerceat, ex textu in c. cum personæ, de priuil. in 6. Rot. ead. decis. 396. n. 1. post princ. vers. non est incipiendum ab inhibitione.

Et in terminis immunitatis sunt textus in l. pateant, §. hos vero, C. de his, qui ad Ecclēs. confug. & in c. ad Episcopum, 17. quæst. 4. & c. fin. de immun. Eccles. cum alijs per Farin. de immun. n. 367.

Tum etiam quia probat Eminentissimus Archiepiscopus Panormitanus per plures testes, etiam excedentes annum 60. ab annis vltra 40. & vsque ad præsens cōtinuasse in specifico, & indiuiduo exercitio huius iurisdictionis quoad confugientes ad ipsam Ecclesiam Sancti Cataldi, illosque carcerari fecisse, donec cognosceretur de eorum immunitate, illaque cognita, de eius mandato confugientes fuisse excarceratos, ac dimissos, aliosque non gaudentes de licentia eiusdem Archiepiscopi fuisse a Regijs extractos, ac vlterius etiam ludentes, ac furta in dicta Ecclesia, vel eius confinibus committentes debitis pœnis coercuisse, itaut etiā
4 possessio Prælati antecessoris iuuet successorem ad effectum manutentionis, iuxta decis. Guid. Pap. 629. Rot. dicta decis. 501. num. 2. par. 2. & decis. 313. num. 2. par. 4. recen.

Et præsertim cū depositiones prædictæ habeant concomitantiam ex visitationibus factis à visitatoribus Regijs de locis, & Ecclesijs subiectis Archiepiscopatui Montis regalis, cum enim in illis nulla fiat mentio Ecclesiæ Sancti Cataldi, sed aliarum, demonstratio est euidens, quod non fuisset omissa hæc mentio, vbi vere illa fuisset dicto Archiepiscopatui Montis regalis subiecta, siquidem,
5 quemadmodum visitatio arguit, Ecclesiam esse de iurisdictione visitantis, Rot. decis. 683, num. 4. par. 1. recent. ita e conuerso negatiua probatur ex
6 non descriptione in libris visitationū, Cassad. decis. 5. num. 5. super regulis, Acchill. decis. 387. alias 9. num. 4. etiam super regulis, Cardin. Mantic. decis. 32. num. 6.

Nec obstant deducta pro Parte Archiepiscopatus Montis regalis.

Collatio namque ordinum in ipsa Ecclesia Sācti Cataldi cum sit in Ciuitate Panormitana, præsumitur facta de licentia Ordinarij, sicut requiritur ex dispositione Concilij Tridentini sess. 6. c. 5. & sess. 14 cap. 2. 3. & 8. de reformat.

Collationes etiam factæ de beneficio dictæ Ecclesiæ præterquam quod non apparent continuatæ ad
7 effectum, de quo agitur, non releuant, quia non propterea impediunt ordinariam iurisdictionem, vt in his terminis firmauit Rota in Nucerina iurisdictionis prima Martij 1627. coram R. P. D. Pirouano, in hac enim resolutū fuit contra Archiepiscopum Salernitanum prætendentē iurisdictionem in Ecclesia Sanctæ Mariæ maioris Ciuitatis Nuceriæ ad fauorem illius Ordinarij, vt in dicta decisione, quæ est 41. num. 8. & numer. 13. vers. & Capellani, & num. 15. par. 5. recent.

Applicatio etiam, ac vnio fructuum dictæ Ecclesiæ
8 Sancti Cataldi seminario Montis regalis, illiusque confirmatio a san. mem. Clemēte Octauo minime releuant, quia exinde Ordinarius sua iurisdictione ordinaria non priuatur, Rota in his terminis eadem decis. 41. num. 9.

Prout nec faciunt prætensæ enunciatiuæ, quod dicta Ecclesia esset de diœcesi Montis regalis, tū quia non habentur ex scripturis, quæ sint in forma probanti, tanquam desumptis ex Archiuio Archiepi-
9 scopatus Montis regalis, quod non probat contra non subditos, Reuerendissimus Coccinus Decanus, decis. 88. num. 9. & decis. 128. nu. 2. & decis. 450. num. 3.
10 Tum quia enunciatiuæ, quamuis plures emanatæ ab vna tantum Parte suspecta ratione proprij interesse nihil faciunt, Rota decis. 768. nu. 2. par. 2. recent. Gregor. decis. 77. num. 8. & decis. 142. nu. 2.

Enunciatiua vero in confirmatione san. mem. Clementis Octaui dictæ vnionis Seminario minus facit, & quia de recenti Greg. decis. 77. namer. 8. &
11 decis. 387. num. 14. & decis. 407. num. 2.
12 Et quia emanauit ad supplicationem extra cōcernentia proprium factum, Crescent. decis. 3. de renunc. etiamsi Papa super ea se fundasset, Caputaq. decis. 139. par. 2.

Visitationes vero assertæ cœteriq. prætensi actus iurisdictionales, non etiam considerabiles censeri possunt ad iurisdictionem ordinariam impediendā
13 cum omnes sint clandestini, & eorum nulla probetur scientia Ordinarij, qui propterea ad acquirendam quasi possessionem in istis incorporalibus minimè suffragantur, Rot. d. decis. 501. nu. 4. par. 2. recent.

Et in his terminis in dicta decis. 41. Nucerina iurisdictionis, n. 10. in fine, vers. visitationes Archiepiscoporum, & n. 11. 12. & seq. par. 5. recent.

Nullaque est difficultas, dum prætensa immemorabilis frustra obijcitur, ex quo de illa nullatenus
14 constat, & per scripturas minimè probatur, cum ex illis haberi quidem possit affirmatiua, non autē negatiua, quod scilicet nunquam visum, aut auditum fuerit contrarium, ac propterea necessaria sit probatio per testes, Gregor. decis. 51. num. 4. Rota in Tudertina damnorum datorum, 24. Maij 1602. coram Lancellotto.

Assertæque probationes, si quæ dari possent, conquassentur à probatis pro hac Parte tanquam præ-
15 ualentibus ex assistentia Iuris, vt in his pariter terminis resoluit Rota in d. decis. 41. Nucerina iurisdictionis, num. 17. par. 5. recent.

A R-

ARGVMENTVM.

An confugienti ad ostium, vel ad schalas Ecclesiæ, vel domus religiosorum cópetat immunitas Ecclesiastica.

SVMMARIVM.

1 *Immunitate gaudet confugiens ad ostium Ecclesiæ.*
2 *Immunitate gaudet confugiens ad schalas Ecclesiæ.*
3 *Immunitas competit confugienti ad ostium, vel ad schalas domus religiosorum regularium, vel sæcularium.*
4 *Immunitas Ecclesiastica amplianda est quoad aliquos passus tam extra Ecclesias, quàm extra domos*

CONSILIVM XCII.

SIcut nulla est difficultas, quin confugientes non solum ad Ecclesias, sed etiam tàm ad ostium, quàm schalas illarum gaudeant immunitate, nam
1 quoad ostium, Bart. in l. præsenti, num. 2. C. de his, qui ad Eccles. confug. vbi quòd stans in ostio Ecclesię ibi capi non potest, Igne. in l. 1. in princ. num. 57. in fine, ff. ad Syllanian. dicens, quod idem in appræhendente manu portam Templi clausi, Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 20. & vltimo, num. 18. dicens, quod confugiens ad Ecclesiam, & eam clausam inueniens manu portas, earumuè ansam, aut vectes appræhendens inde extrahi nequit, prout firmat etiam Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 25. numer. 17. Nauar. in manuali, cap. 25. num. 17. & seq. Leon. in thesaur. fori Eccles. cap. 13. nu. 11. & seq. vbi etiam, quod gaudent immunitate adhærentes parietibus Ecclesiæ, Farin. quæst. 28. num. 14. & de immunitate, cap. 17. num. 279. & de adhærente portæ clausæ, Duard. in comment. ad Bullam cœnæ Domini, lib. 2. can. 15. quæst. 16. num. 3. in fine.
2 Et quoad immunitatem in schalis, Angel. de malefic. in verb. quod fama publica, numer. 59. & in verb. in schalis S. Petronij, num. 3. vbi de capto siue in ostio, siue in schalis, Nauarr. in manuali, dicto cap. 25. num. 17. dicens seruandam immunitatem capto tam existenti apud ianuam, quàm in gradibus, Farin. de immunit. d. cap. 17. num. 280. vbi licèt num. 281. referat contrarium tenere Vulpell. cons. 130. num. 12. tamen nu. 280. pluribus comprobat, immunitatem competere etiam confugienti ad schalas, & testatur vlterius ita censuisse Sacram Congregationem Cardinalium Episcoporum negocijs præpositorum, & dicta quæst. 28. nu. 14. præcipuè ante finem respondet Vulpellio, vbi supra, quod in suo casu extractus è schalis, ideò non gaudebat immunitate, quia vt dixerat in princip. dicti cons. 130. num. 1. & seq. deliquerat sub spe immunitatis Ecclesiasticæ, & nihilominus contra Vulpellium extare communem, à qua non recedendum. Ita nec difficultas est, quin eadem immunitas detur
3 confugientibus ad ostium domus tam religiosorum regularium, quàm sæcularium, & consequutiue ad eorum schalas, in quibus militat eadem ratio, quæ militat in schalis Templi, Barbat. consil. 33. num. 9. & seqq. lib. 4. loquens de ostio domorum Canonicorum, Decian. in tract. crimin. d. lib. 6. cap. 25. n. 17. & Decianum sequitur etiam Farin. de immunit. d. cap. 17. n. 279.
Et præsertim cum materia hæc immunitatis sit am-
4 plianda, non restringenda, tam quoad aliquos passus extra Ecclesias, quàm domos, ex textu in cap. id constituimus, 36. 17. quæst. 4. Butr. in c. inter alia, 6. num. 9. & seq. de immun. Eccles. Oldrad. cons. 55. num. 1. Couar. var. d. lib. 2. cap. 20. num. 5. Decian. d. lib. 6. cap. 25. num. 9. 14. & seq. Giurb. cons. 10. num. 13. cum alijs pluribus per Ambrosin. de immunit. & libert. Eccles. cap. 10. num. 7. vers. ac etiam, & Farin. de immunit. cap. 18. num. 283. 284. & plurib. seq.

ARGVMENTVM.

Homicidium an dicatur proditorium ad effectum excludendi immunitatem, quando commissum fuit ab inimico reconciliato, qui etiam præstiterat fideiussionem de non offendendo.

SVMMARIVM.

1 *Homicida ex proposito ante Bullam san. me. Gregorij XIV. non gaudebat immunitate Ecclesiæ. Contrarium num. 2.*
3 *Homicidium proditorium excipitur in Bulla san. mem. Gregorij XIV.*
4 *Ab Ecclesia extracti sub prætextu homicidij proditorij restituendi sunt Ecclesiæ non probata qualitate proditionis.*
5 *Homicidium proditorium illud solum dicitur, quod simulata amicitia in incautum committitur.*
6 *Iudicis officium implorari potest, vt præstetur cautio de non offendendo.*
7 *Occidens inimicum reconciliatum non dicitur proditor.*
8 *Proditio excluditur ex inimicitia homicidium antecedente.*
9 *Homicidium vt dicatur proditorium, requiritur, quod simulatio amicitiæ intercedat in ipso actu proditionis.*
10 *Homicidium dicitur proditorium, quando committitur contra fidem, vel verbum datum alicui Magnati, vel Militi.*
11 *Pœnæ, quæ infliguntur ratione contrauentionis pacis, induciarum, treguæ, aut fidei datæ non extenduntur ad cautionem de non offendendo.*
12 *Homicidium committens sub cautione pœnali de non offendendo, proditor non dicitur.*
13 *Iniuriæ remissio per modum reconciliationis differt à remissione per modum pacis, vel fidei datæ, ad effectum dignoscendi, an homicidium sit proditorium.*
14 *Immunitati Ecclesiæ in dubio fauendum est.*

CONSILIVM XCIII.

QVamuis ante Constitutionem Gregorij XIV. super immunitate Ecclesiarum controuersa admodum esset quæstio, etiam dispositione

Iuris

Iuris canonici inspecta, an homicidium ex proposito committens, & ad Ecclesiam confugiens eius immunitate gaudeat pro negatiua tenentibus re-
1 latis per Clarum receptar. sententiar. §. fin. quæst. 30. num. 12. vers. contrariam, & alijs per Peguer. decis. crimin. 54. num. 10. vers. contrariam, Farin. de immunit. Eccles. cap. 7. num. 112. affirmatiuam verò
2 sequentibus, plerisque relatis per Menoch. de arbitr. cas. 361. num. 25. post med. Caball. tract. de homicid. num. 397. eodem Farinac. cap. 7. numer. 111. & cons. 168. à num. 68. & seqq. ad num. 74. vbi amplius, quòd homicida ex proposito gaudet immunitate, non obstante, quod homicidium commiserit per insidias, ex Bart. in l. respiciendum, 11. §. delinquunt, num. 1. & seq. ff. de pœn. communiter recept. Cephal. cons. 57. num. 13. lib. 1. Caball. de homicid. num. 461. & seqq. Leon. in thesaur. for. Eccles. cap. 13. num. 26. Farin. cons. 76. num. 7. & 15. & seq. & in addit. ad dict. cons. 168. in vers. contrarium, il 2. vbi se ipsum repræhendit de scriptis quæst. 18. nu. 76. ante finem, dicens, mutato consilio, veram Bartoli sententiam arbitratum fuisse, etiam ex sæpius resolutis in Sacra Consulta, prout etiam in addit. ad dictam quæst. 18. num. 76. & plenissimè discusso articulo iunctis aulis Franc. decis. 713. per tot. Genuens. in prax. Archiep. Neap. cap. 92. num. 1. & seq. idem Farin. de immunit. cap. 9. num. 143. vbi quod habens causam sibi præcauendi, & non præcauens suam habet culpam, & occidens non est proditor.

Nulla post Constitutionem prædictam in hoc est dif-
3 ficultas, stante tenore illius excipiente solùm homicidas proditorios, Farin. de immunit. dicto cap. 7. num. 113. vbi respondet c. 1. de homicid. in 6. dicens, ex communi intelligi per insidias proditoriè, Ambrosin. de immun. Eccl. cap. 6. n. 5.

Quamobrem cum in hoc casu non probetur qualitas
4 homicidij proditorij exclusiua immunitatis, debet extracti ab Ecclesia, ad quam confugerant, illi restitui, Mar. Ital. de immunit. Eccles. cap. 6. §. 1. num. 80. & seqq. Farin. de immunit. cap. vlt. num. 374. & dicto cons. 76. numer. 3. & seqq. & dicto consil. 168. num. 7. & seqq. Ambrosin. de immun. cap. 11. nu. 4. Castill. decis. 156. num. 5. & seqq. par. 2.

Res autem caret probabili dubitatione in hoc casu, quoniam per testes, & inter eos præcipuè ex quatuor datis in summario constat, inter inquisitos, & occisum præcessisse inimicitiam capitalem, ex iniuria illata ob verbera cum baculis de mandato vxoris occisi cum eius complicitate in personam sororis germanæ inquisitorum virginis, ac nobilis,
5 quandoquidem homicidium proditorium illud solùm dicitur, quod simulata amicitia in incautũ, & sibi propterea non præcauentem committitur, Bart. d. l. respiciendum, §. delinquunt, num. 1. & seq. ff. de pœnis, Gomez var. resolut. tom. 3. cap. 3. de homicid. num. 5. Guttier. pract. lib. 1. quæst. 2. num. 3. & 9. Decian. lib. 7. cap. 29. num. 19. Farin. d. cons. 168. n. 70. Ambros. pluribus comprobans, proditorium tunc dici homicidium, vbi nullus præcedebat rancor, sed potius simulabatur amicitia, de immunit. dicto cap. 6. num. 3. & seq. plenè Franch. dicta decis. 7... num. 14. & seqq. vsque ad finem, Farinac. de immun. cap. 9. num. 137. Guazzin. tract. defens. 1. c. 38. num. 39.

Nullaque videtur difficultas, dum vlterius probant testes, tam occisum, quàm fratrem scientes dictam inimicitiæ causam, non solum incessisse armatos contra solitum, & ab inquisitis se custodisse, sed obtinuisse à Gubernatore Corsicæ, eosdem cogi ad præstandam fideiussionem de non offendendo, pro
6 qua à timentibus se offendi Iudicis officium imploratur, Hercul. tract. de caut. de non offend. cap. 1. num. 1. & seqq. Vulpell. tract. de pace, quæst. 74. n. 1. & seqq. Farin. quæst. 107. nu. 11. Guazzin. de caut. de non offenden. quæst. 1. num. 1. & seqq.

Nec obstat, quod inquisiti post dicta verbera salutarent occisum, & cum eo confabularentur, prout dicuntur probare testes Fisci, tum quia occidens
7 amicum reconciliatum non dicitur proditor, ex quo amicus reconciliatus æquipollet inimico, illumque vti pestem fugiendum esse, inquit Bart. in l. 1. num. 2. ff. ad Syllan. & propterea in his terminis occisorem minimè dici posse proditorem, sed gaudere debere Ecclesiæ immunitate, decisum testatur in Curia Archiepiscopali Neapolitana communi omnium voto Ricc. decis. 168. numer. 2. & seqq.

Tum etiam quia signa amicitiæ, de quibus testes Fisci deponunt, non percutiunt tempus, ex quo inquisiti certificati fuerunt de complicitate occisi in illatione verberum ex coactione impetrata à Gubernatore præstandi fideiussionem de non offendendo, iuncta etiam ex tunc publica voce, & fama dictæ complicitatis, sed percutiunt tempus ante actus prædictos, itaquod constat etiam, post sequutum effectum coactionis prædictæ nunquam postea inquisitos occisum salutasse, nec aliud amicitiæ signum inter eos, & interfectum intercessisse; hoc enim tempus immediate homicidium præcedens attendẽdum esse non dubitatur, cùm omnes præ-
8 allegati firment, proditionem excludi data inimicitia homicidium antecedente, Guttier. practic. dicto lib. 1. quæst. 2. num. 3. cum alijs per Farin. de immun. d. n. 137. & 143.

Cum immò ad effectum vt homicidium censeri pos-
9 sit proditorium requiratur, quod simulatio amicitiæ intercedat in ipso actu proditionis, & non sufficiat præcedens, vt per Farin. d. cons. 168. num. 70. ad fin.

Non etiam obstat, quod per fideiussionem præstitam de non offendendo videatur data fides non offendendi, & ex illa resultet proditio: quoniam obie-
10 ctum procedit in verbo, seu fide data alicui Magnati, Equiti, aut Militi de non offendendo, prout de hac fide loquuntur Farin. quæst. 18. num. 79. vers. septimo dicitur proditor, & dicto cons. 168. nu. 75. & Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 29. num. 23. atque ita etiam intelligit Guazzin. in tract. de pace, tit. de verbo, quæst. 8. num. 8.

Secus autem est in cautione coactè iussu Iudicis præstita de non offendendo, tum quia cautio de non offendendo constituit tertiam speciem differentẽ à verbo, vel fide data alicui de non offendendo, ac
11 propterea pœnæ, quæ infliguntur ratione contrauentionis pacis, induciarum, seu treguæ, aut fidei datæ non extenduntur ad fideiussionem de non offendendo, Hercul. tract. de caut. de non offend. cap. 15. num. 4. Vulpell. de pace, quæst. 73. n. 2. Farin. quæst. 107. n. 89. Guazzin. de caut. de non offenden. quæst. 4. n. 1. & 3.

Tum etiam quia in fideiussione præstita de non offendendo fuit promissio qualificata sub certa pœ-
12 na; etenim ea stante, quod solutio pœnæ stipulatæ habẽda sit pro obseruatione contractus, nec huic promissioni contrauueniens censendus sit proditor, firmat in puncto Hercul. de caut. de non offenden-

do,cap.10.num.3.vers.alij proditores,cum vers.ante finem d.num.3.incip.equidem sic distinguo, & num.seq.

Minus obstat, quod Gubernator Corsicæ scribens patri occisi significauerit illi reconciliationem, & quia scripta est epistola ante tempus coactionis ad fideiussionem prædictam præstandam, & quia nihil ad effectum,de quo agitur,nec est credendum,nec eius assertio releuat,cum differant remissio iniuriæ

13 per modum reconciliationis,& per modum pacis, vel fidei datæ,ex qua resultet proditio, specul. de treg.num.3.Fragosin l.1.num.2.& 4. ff.de pact. Farinac.cons.98.per tot.præcipuè num.8 9 10. & 14. vbi etiam num.13.de veriori, & magis recepta, Guazzin.de pace,par.1.quæst 80.n.9.in fine.

Et in dubio Ecclesiarum immunitati fauendum, Giurb.cons.10.n.25.

ARGVMENTVM.

An proditorium sit homicidium, quando occisus habuit causam sibi præcauendi.

SVMMARIVM.

1 *Immunitati Ecclesiæ locus est etiam in delicto enormi,exceptis casibus comprahensis in Bulla san.mem.Gregorij XIV.*

2 *Proditioni inest dolus,& animus deliberatus, nō autem è conuerso homicidio ex proposito proditio.*

3 *Proditorium non dicitur homicidium commissum ab inimico per quascumque insidias.*

4 *Testis vnicus ex certa scientia deponens cum alijs de fama plenè probat.*

5 *Offensio magis ex noua causa, quàm ex antiqua præsumitur,quando constat de aliquo dicto, vel facto,ex quo offendens moueri potuerit.*

6 *Opinio cedit veritati.*

7 *Testis depositio attenditur de obiecto sensibili,non etiam de intelligibili.*

8 *Offensio quod fuerit illata ex noua causa,probatur præsumptionibus,& probationibus imperfectis.*

9 *Qualitas delicti impediens immunitatem probanda est delinquente in suis defensionibus audito.*

10 *Homicidium non dicitur proditorium, quando occisus poterat sibi præcauere.*

11 *Ecclesiæ immunitati in dubio fauendum est.*

CONSILIVM XCIV.

Locus est immunitati in casu,de quo agitur, absque vlla difficultate,quia exceptis casibus expressis in Constitutione fel.rec.Gregorij XIV. in cæteris

1 quantumcumque enormibus delinquens ad Ecclesiam confugiens etiam ex dictæ Constitutionis dispositione absque dubio fruitur immunitate, Farin.cons.76.num.9.13.& seqq.lib.1.Ambrosin.de immunit.cap.5.num.6.Guazzin.tractat. ad defens. cap.38.defens.1.ex defectu iurisdict.num.10.ad fin. & num.12.etiam in fine,& sæpius fuit resolutum, vt per Giurb.cons.crim.30.n.5.

Nec obstat prætextus,quod homicidium fuerit proditorium, ac proindè ab eadem Constitutione Gregorij exceptum, quia aut proditio prætenditur insurgere ex animo doloso,& deliberato occidendi,& præterquam quod cessat huiusmodi qualitas in hoc casu,ubi tum neque etiam in Iure

2 subsistit,cum omni quidem proditioni insit dolus, & animus deliberatus,non autem è conuerso homicidio ex proposito proditio, Menoch. de arbitr. cas.361.numer.25. post med. Caball.tract.de omni gener.homicid.num.397.Farin.de immunit.cap.7. num.11.& 13.

Ideoque nec proditorium dicitur homicidium com-

3 missum ab inimico per quascumque insidias, Bart. communiter receptus,in l.respiciendum, §. delinquunt,num.1.ff.de pœn.Cephal.cons.57. num. 13. lib.1.Farin.dicto cons.76.num.7.ante med.vers.nec refert,& num.seq.& 15.lib.1.Ambrosin.de immun. cap.6.num.2.& seq.Genuens.in prax.Archiep.Neapol.cap.94.num.1.& seqq.Franc.decis.713. per tot. cum alijs per eumdem Farin.de immun. cap.9. nu. 143.post princ.

Aut proditio prætenditur ex eo,quod homicida vocauerit occisum,& secum duxerit ad domum, in qua eumdem interfecit,& attenta serie huius facti proditio quoque excluditur,quia constat ex attestatione Portiæ dominæ domus, in qua homicidiū fuit commissum,interfectum occasione alapæ sibi illatæ,verba iniuriosa,& infamiam irrogantia protulisse in percutientem, & hoc ipsum ex publica voce,& fama deponunt quatuor testes pro interfectore examinati; quamobrem testis vnicus ex

4 certa scientia deponens habens ex alijs concomitantiam famæ, plenè probat Bald.in l.Gallus, in 3. not.num.1.in fine,vers.& est argumentum, ff.de liber.& posthum.vbi etiam Socin.not.2. & Ias. num. 7.in fin.Menoch.præsumpt.41.numer.5.lib.1.Granut.theor.22.num.5.Rota decis.116.num.3. par. 2. recent.

Et præsertim cum offensio præsumatur ex noua cau-

5 sa,quando præcedit aliquod dictum offensi,ex quo offendens ad offendendum moueri potuerit potius,quàm ex causa antiqua, magisque hoc casu, quo causa præcedens,quæ leuis erat,per alapam satis fuerat vindicata,Honded.cons.97. numer.30. lib.1.& cons.86.num.75.lib.2.cum alijs per Farin. quæst.107.n.434.

Siquidem non obstat, quod Portia iudicialiter examinata de verbis prædictis iniuriosis nedum minimè deposuerit,sed interrogata de causa occisionis,aliam dicat se putasse,quia cogitatio illius non debet excludere veritatem causæ resultantem ex

6 verbali iniuria prædicta,cum opinio cedat verita-ti,Dec.cons.400.num.8.Aym.cons.35.num.5. ratio

7 autem intellectiua testis non sit attendenda, sed solùm testimonium,quatenus deponit de obiecto sensibili non etiam intelligibili,vt per Bald.in l.solam,n.1.per tot.C.de testib.

Attestatio verò in hoc sensibili, vel non obstante, quod sit extra iudicium est considerabilis ad declarationem primi dicti super qualitate, de qua

8 testis non fuit interrogata,cum offensio,quod fuerit illata ex noua causa probetur etiam præsumptionibus,& probationibus imperfectis,Farin.d.qu. 107.num.435.& 437.& seqq.

Vel super qualitate verbalis huius iniuriæ formiter est repetenda,cum ipsa Constitutio Gregorij XIV. disponat,quod extractio delinquentis, & traditio Curiæ sæculari non sit permittenda, nisi cognito prius per Iudices Ecclesiasticos, an illi verè crimina excepta commiserint,quamobrem hæc veritas

ca-

capienda est, delinquentibus in suis defensionibus auditis, Farin. comprobans quatuor fundamentis,d.conf.76.a num. 3. ad 7. lib. 1. & sequitur addito quinto, plene Ambrosin. de immun.c. 11. num. 4.

Cæterum nec habita dictæ attestationis consideratione excludendus est delinquens ab immunitate, cum proditio non probetur, sed immo excludatur à vocatione occisi, vt præfertur sequuta, cum enim non dubitetur, quin accessus simultaneus ad domum Portiæ fuerit ad effectum percunctandi ab ipsa,an vere occisus se iactasset,pro exigua summa habiturum in vxorem sororem ipsius homicidæ, quod homicida ægreferre non simulauit, sed aperte demonstrauit, se ad iniuriam reuocasse, præcauere debebat occisus, quod si Portia hanc iactationem confirmasset, sibi aliquid mali euenire poterat,cum autem non præcauerit,sua est culpa, & occidens non dicitur proditor ad effectum, vt priuetur Ecclesiæ immunitate, quandoquidē
10 non callide proximum nullam habentem præcauendi occasionem circumuenit, & seduxit, vt in periculum traheret, vnum ostendendo in animo, & aliud in corpore,sicut requiritur ad essentiam proditionis, sed aperto animo, qualis erat in displicentia d. iactationis illam significauit, vnde periculum proueniens ex d.iactationis confirmatione remansit patefactum, non autem occultum, & simulatum, & præsertim cum si voluisset homicida vti proditione, longe facilius per viam sine testibus potuisset homicidium committere, Luc. de Penn.in l.fin.in verb.proditorum,C.de delator. lib.10.Gig.de crim.læse maiest.tit.de proditor.q.1. num.2.Farin.de immun.d.cap.9.num. 137.& 143. & d.conf.76 num.7.& seq.& num.15.& seqq.lib.1.& in addit.incip.contrarium,ad conf.168.lib. 2. Ambros.de immun.cap.6.num.3.& seqq. Guazzin. vbi supra,num.39.Caball.tract. de homicid. num.461. & seqq.Gratian.discept.Forens.cap.380.numer.40. Leon. in thesaur.for.Eccles.cap.13.num.26.

11 Et in dubio Ecclesiæ immunitati est fauendū, vt inquit Giurba conf.10.num.25.

ARGVMENTVM.

De eadem re. Et an, & quando stetur testi repetito, qui aliquid in secūdo examine adiecit.

SVMMARIVM.

1 *Testis vnicus probat in criminalibus contra Fiscum inducentem.*
2 *Testis primæ depositioni standum est, quando incompatibilis est cum secunda,alioquin vtrique statur concurrente compatibilitate.*
3 *Causis duabus concurrentibus vna proxima, & alia remota, actus tribuitur proximæ.*
4 *Testis aliquid addens in secunda depositione, non tamen contrarium, non tenetur reddere rationem, quare illud in prima depositione omiserit.*
5 *Testis potest aliquid addere primæ depositioni etiam ex interuallo, quando secunda depositio fit sponte, vel Iudicis officio, secus vero ad Partis instantiam.*
6 *Testi: secunda depositio, quæ emanauit zelo veritatis, & magis est verisimilis, præualet primæ depositioni.*
7 *Testis tenetur totum factum recensere.*
8 *Testis primæ depositioni statur, quando est valida, secus vero quando de validitate non constat.*
9 *Testis pro informatione Curiæ examinatus non facit inditium contra Reum, nisi fuerit repetitus.*

CONSILIVM XCV.

Ex repetitione eiusdem Portiæ sequuta de ordine huius Sacræ Congregationis sufficienter cōstat de qualitate exclusiua homicidij proditorij, & consequenter locum esse immunitati, cum enim
1 fuerit testis Fisci, probat contra inducentem ad fauorem Rei in criminalibus,quicquid sit in ciuilibus, quamuis sit vnicus, Bursatt.conf.311. n.21. lib.3.Farin.conf.37.n.4.post princ.vers. etiamquod sit vnicus, & conf.67.num.3.vers.huic autem testi. lib.1.& conf.185.numer.23.& conf.142.numer. 15. lib.2.

Nec obstat, quod standum sit primæ depositioni iuratæ eiusdem testis, quatenus ad interrogationē examinantis asseruit, io non posso pensare altro, perche causa detto Bartolomeo l'hauesse ammazzato, solo che per causa, che detto Ascanio pretendeua pigliare sua sorella per moglie, quoniam
2 vulgaris conclusio, quod primo dicto sit standum, huic casui minime adaptatur, quia conclusio procedit in depositionibus contrarijs incompatibilibus, sicut loquuntur relati per Farinac. de testib. quæst.66.num.124.& 127.& alij, qui possunt allegari,secus vero in depositionibus compatibilibus, quamuis ex interuallo, ac propterea vera est prima depositio prædicta, inspecta originali causa rixæ, & vera est secunda depositio, quatenus eadem Portia subiunxit verba iniuriosa, ac infamia obiecta per occisum homicidæ, quatenus exinde insurgit causa immediata interfectionis,ex alia regula, quod vbi in aliquo actu concurrūt duæ cau-
3 sæ, vna scilicet proxima, & immediata, altera vero remota, & mediata, actus tribuendus est proximæ, Farin.conf.144. num.13. ante med.vers. vbi enim in aliquo actu,lib.2.

4 Et hinc est, quod licet in testibus non attendatur correctio ex interuallo, attenditur tamen secunda depositio, quando non inducit correctionem, sed additionem, adeoquod nec tunc tenetur reddere rationem obliuionis, vel causæ, quare in prima depositione additam qualitatem omiserit, Aret.in cap.per tuas,num.8.vers.secundo vero casu de probat.cum alijs per eumdem Farin.d.quæst.66. num. 246.

5 In hoc autem casu, res transit sine difficultate, tum quia controuersia, quæ inter Doctores datur, an licitum sit testi primæ depositioni addere ex interuallo, recipit conciliationem, vt admittatur, quando vel sponte fit,aut Iudicis officio,Farinac.de testib.d.quæst.66. num. 253. vel etiam vbi constat,
6 testem primum suum dictum corrigere non animi leuitate,aut odij fomite, seu corruptione, sed ex zelo veritatis, sicut accidit hoc casu, quo Portia sciens qualitatem, quam addidit veram, à patre spirituali admonita fuit, vt pro conscientiæ exoneratione qualitates omnes a se cognitas deponere deberet, & præsertim cum causa proxima ho-

micidij proueniens ex verbali, ac maxime famosa iniuria, fuerit verisimilis, admodum autem leuis, & non proportionata homicidio causa prima prætensionis ducendi in vxorem sororem homicidæ, Farin.ead quæst.66.num.151.& num.159.admonitio autem Confessoris Portiæ iuridica etiam fuerit,
7 cum testis teneatur totum factum recensere, idem Farin.cons.171.num.14.

8 Tum etiam, quia conclusio, quod primo dicto sit standum, procedit in depositione formiter facta, secus vero in ea, quæ de per se non est valida, vt pluribus cōprobat Farin.dicta quæst.66. n. 155. Etenim valida non fuit in hoc casu, dum Portia primo loco examinata fuit pro informatione Curiæ, cuius examen propterea absque repetitione neque etiam faciebat inditium contra Reum, Salicet.in l.fin.in fine,C.de quæst.Gram.cons.15.nu.1. & seqq.Clar.§ fin.quæst.11.num.2.& quæst. 45. nu. 13.Rota in Beneuentana census 16.Decēbris 1594. coram Penia, & in Romana donationis de Gualterutijs 13. Nouembris 1615.coram Cardinali Caualerio.

ARGVMENTVM.

Capella publica erecta cum auctoritate Episcopi an sit immunis.
An Statuta laicalia super retractu ligent clericos.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia, in qua diuina misteria celebrantur, licet adhuc non extiterit consecrata, gaudet immunitate.*
2 *Immunitate gaudet Capella publica cum ostio in via publica, quando erecta fuit cum authoritate Episcopi, & ibi diuina officia celebrantur.*
3 *Retractus excluditur ex lapsu temporis præfixi.*
4 *Statutum laicorum super retractu non ligat clericos.*
5 *Statutum restringens clericis ea, quæ sibi competunt de Iure communi dicitur contra libertatem Ecclesiasticam.*
6 *Clerici vti possunt Statuto laicorum, quatenus eorum fauorem concernit, nec ligantur in præiudicialibus.*
7 *In Clericum forensem bona alienari possunt, non obstante Statuto, quod non possint alienari in forenses.*
8 *Monasterij ædificationi, et ampliationi fauendum est.*

CONSILIVM XCVI.

MAnutenendi sunt Reuerendi Patres Clerici Regulares Theatini in possessione Ecclesiæ, seu Capellæ, ac domus, de quibus agitur, cum opportuna prouisione tam aduersus Senatum, quàm laicos quoscumque de desistendo à turbationibus, vel molestationibus facti, ac reintegratione ad naturalem, à qua dicuntur de facto, ac violenter eiecti,
1 quia, vt in verbis inquit textus, Ecclesiæ, in qua diuina misteria celebrantur, licet adhuc non extiterit consecrata, nullo Iure priuilegium immunitatis adimitur, quia obsequijs diuinis dedicata nullius est temerarijs ausibus profananda, text.inquam in c.Ecclesiæ 9.de immun.Eccles.

Neque enim dubitari potest, quin hac immunitate gaudeat Capella, de qua quæritur, nam illa, quod
2 non fuerit in priuatis domibus, sed publica, & cum ostio in via publica sub Sancti Caroli inuocatione, non solùm probant licentia Archiepiscopi Ianuensis illā aperiendi, ac visitatio, & benedictio ab eiusdem Vicario, sed etiam publica effectuatio celebrationis missarum, ac administrationis Sacramentorum publicè confluenti Populo, iuxta etiam attestationes, quæ in facto proprio ab ipsis quoque celebrantibus dantur, quamobrem de immunitatis priuilegio, ijsque, quę consequutiuè veniunt, dubitandum non videtur, Couar.var.resolut.lib.2.cap. 20.num.4.Nauar.in manuali, cap.25.numer.17.post princ.vers.primum quod per locum sacrum, Turrecremat.in cap.si quis in atrio, num.2.in 2. quæst. 17.quæst.4. Archidiac.in c.frater, num.5. vers.& nota, quod priuilegium immunitatis, d. 17. quæst. 4. Siluestr.in verbo, immunitas, il primo, numer.2.& eod.verb.immunitas, il terzo, numer.1.vers.& dico, Cardin.Zabarell.cons.13.num.1.& seq.Germon. de sacr.immun.lib.3.cap.16.numer.22.in fine, vers.hic opportunè, & num.23.& seqq. Franc.Leon.in thesaur.for.Eccl.par.1.cap.13.num.7. Azor. instit. moral.par.2.lib.9.cap.8. quæst. 1. Suarez de stat. Relig. lib.3.cap.3.num.1.vers.immo etiam si propriè consecrata non sit, cum alijs per Farinac. quæst. 28. numer.34. & de immunitat.cap.17.numer.252. & 255.

Nec quemquam excusare potest prætextus Iuris retrahendi occasione vicinitatis, seu cuiuscumque priuilegij, domum, sub qua Capella publice, vt præfertur, auctoritate Ordinarij fuit aperta, erecta, ac benedicta, tū quia cum emptio per Patres fuerit notoria, etiam per eorumdem possessionem vltra quinquennium, & eiusdem Senatus approbationem, dum mandauit solui gabellas, nisi Patres infra certum tempus illam habitarent, lapsus
3 huius temporis excludit a iure auocandi, vel retrahendi, Afflict. de Iur. prothom. in verb. vt intra 30.dies, alias §.2.in 4.not.num.24.Tiraq.de retr.lign.§.3.glo.4.num.2.3.& seq.

Tum etiam quia debebat de prætenso Iure auocandi cognosci seruatis seruandis, citatis Patribus corā suo Iudice, non autem de facto procedi, & præcipue cum Patres habeant intentionem fundatam in dispositione Iuris communis, iuxta text.in l.dudum, C.de contr.empt.

Cum immò neque etiam suffragari possit Statutum, quodcumque super retractu, nam & si plerique teneant, similia Statuta ligare etiam clericos tanquam honesta, & Sacris Canonibus non difformia, & præsertim vbi Statuta dirigunt verba in venditores laicos, tamen siue auctoritatibus, siue rationibus huius articuli inspectis, magis communis,
4 magisque recepta videtur conclusio auocationis, & retractus exclusiua, quandoquidem respectu auctoritatum, quia in his terminis ad fauorem clericorum firmāt illā Bald.cons.300.n.1.&4.lib.1.Abb. in c.constitutus, n.4.de cōst.Ias.cōs.152.n.9.vers.Statutum

tatum lib.4.Soc.iun.conf.1.numer.9.& seq.lib.2. Pisanell. ad decis.Afflict.72.in princip.& in fin. idem Afflict.de iur.proth.§.9.num.15.16.& seq. Honded. cons.3.num.11.& plur.seqq.lib.1. siquidem licet n. 28.& alijs in casu suo respondeat contrariam opinionem minus applicari, ex quo Statutum, super quo consuluit, dirigebat verba in ipsum clericum, tamen non ideo recedit a conclusione generali, vt patet eod.num.28.in vers.et si contraria opinio esset, Franc.decis.285.in fine, eãdemque plurimis fũdamentis plenissime contrarijs respondendo firmat in eodem puncto Surd.cons.2.num.14. seqq.& per tot. lib.1.

Respectu vero rationum, tum quia negari non po-
5 test, quin contra libertatem Ecclesiasticam sit Statutum tollens, vel restringens clericis ea, quæ sibi de Iure communi competunt, Alex.cons.210. num.11.lib.2.Natt.cons.280.num.2.Put.decis.99.in princ.lib.3.Rot.in Regien.seuCorrigien.bonorum. 6.Februarij 1589.coram Gipsio, & 20. Iunij 1591. coram clar.mem.Cardinali Pamphilio.

Tum etiam quia ratio illa, qua mouentur contrariũ tenentes, nempe seruandæ æqualitatis, itaquod clerici retractum patiantur, quo volentes vti possint ad eorum commodum, ex c. constitutus de in integr.restit.in Iure non subsistit, cum magis communiter recipiatur, clericos vti posse dispo-
6 sitionibus statutarijs, quatenus eorum fauorem concernunt, non etiam ligari, si eorum præiudicium includant, Card.Zabar.in clem.in plerisque. num.2.vers.in fauorabilibus,de elect. Alex. in l. in prouinciali,num. 12. ad fin.ff.de nou.oper.nunc. & cons.41.num.4.ad med.lib.7.Io. Andr.in c. fin.ante num.1.de offic.deleg.in 6.Abb.in c.fin.num.3. de vit. & honest. cler.Barbat.cons.1.n.39.& alijs,lib.3. Roman.cons.446.num.2.& fuit distinctio Oldr.cõs. 32.num.1.ad fin.vers.& idcirco, & n.seq.vbi etiam per Afflict. in his terminis d.tract.de iur.proth.§.9. num.16.& seq.

7 Sicut eadem ratione receptius est, quod alienatio à laico in clericum forensem facta substinetur, non obstante Statuto, quod bona in non subditos alienari nequeant, Abb.in c.a nobis.num.5.de sẽt. excom.in 6.Io. Andr.in cap.fin.num.1.vers.vidi dubitari,de immun.Eccles.eod.lib.Felin. in c. Ecclesia S. Mariæ, numer. 89. vers. & ista est communis, de constitut. vbi etiam Decius nu. 247. Gemin. d.c.fin.nu. 4.de immun.Eccles.in 6.Ias.in l.filius familias, §. Diui,in 1.lect.num.72.& in 2.nu.107.vbi etiam Crot.num.80.& Loaz.num.157.& Soc.Iun.n. 166.vers.circa secundum,& Rip.nu.81.vers.secunda conclusio,ff.de legat.primo. Alex.cõs.211.n.3.lib.2. Rim.iun.cõs.15.n.85.& seqq.cũ alijs per Honded.d. cons.3.n.22.& Surd.cons.2.n.34.lib.1.Boer.decis.75. Viu.opin.755.num.2.& seq.

8 Quæ quidem facilius sunt admittenda, dum domus fuit iam declarata ob Patrum indigentiam Monasterium sub clausura, nam hoc casu locus est rationibus l. si quis sepulchrum,cum ibi not.ff.de relig.& sumpt.funer. alijsque per Rot. in Romana demolitionis domus 29.Februarij 1608.coram Patriarcha Manzanedo, decis.213. par.2. in recentior.

ARGVMENTVM.

Quomodo probandum sit homicidium cum qualitate proditionis, vel assasinij ad effectum denegandi immunitatem iuxta formam Constitutionis san.mem. Gregorij XIV.

SVMMARIVM.

1 *Immunitatis exclusiua qualitas concludenter est probanda.*

2 *Immunitas excluditur in casibus exceptuatis in Bulla san.mem.Gregorij XIV. quando delictum probatur concludẽter,secus autem præsumptiue.*

3 *Homicidium proditorium dicitur solum, quando sub simulatione amicitiæ committitur in incautum.*

4 *Ad Homicidium proditorium non sufficit, quod commissum fuerit per insidias ex offensione retro in partem personæ posteriorem.*

5 *Ad Homicidium proditorium non sufficit simulatio amicitiæ præcedens, sed requiritur simulatio amicitiæ in ipso actu proditionis.*

6 *Assasinium non dicitur,nisi homicidium commissũ fuerit mediante datione,vel promissione pecuniæ, vel rei certæ.*

7 *Immunitas competit non obstante prætextu assasinij,nisi constet de datione,vel promissione pecuniæ,vel rei certæ.*

8 *Assasinium non dicitur quando occisor non ex alia causa motus fuit,quàm vt complaceret prætenso mandanti.*

9 *Occidens inimicum suum quamuis de mandato alterius cum datione pecuniæ,non est assasinus, neque immunitate priuandus est.*

10 *Ex Tortura quam substinuit mandatarius infertur innocentia mandantis.*

11 *Correctio erroris admittitur, quando allegatur causa.*

12 *Nominis mutatio sine fraude permittitur.*

13 *Nominis mutatio cum fraude punitur extraordinaria pœna.*

14 *Fama non facit inditium,nisi concurrente causa congrua,ex qua Populus in suspicionem deducitur.*

15 *Fama non sufficit ad probandum delictum exceptuatũ in Constitutione san.mem. Gregorij XIV. super immunitate.*

16 *Supposito cessante cessat dispositio.*

17 *Facultas attributa in priuilegio ad vnum qualificandum non extenditur ad aliud.*

18 *Defensionibus renunciari non potest à prætenso assasino. quando dubitatur,an delictum per assasinium fuerit commissum.*

CONSILIVM XCVII.

Competit carceratis istis priuilegium immunitatis Ecclesiæ,ex qua fuerũt extracti,quoniã prætensa qualitas assasinij, & proditionis minime iustificatur, nulla autem est dubitatio, quin
1 qualitas dictæ immunitatis exclusiua sit concludenter probanda, Farinac. de immunitat. capit.

 vit.

vlt. numer. 374 & conf. 73. num. 3.& feqq. lib. 1. & [illegible] conf. 168.n.8.& feqq. vbi contrarijs omnibus refpondet. lib. 2. Ambrofin. de immun. cap. 11. num. 4. Mar. Ital. de immun. cap. 6. §. 1. nu. 80. & feq. Cutti. decif. Siciliæ 150. num. 5. & feqq. par. 2.

2 Quamobrem tunc folam delictum qualificatum in cafibus exceptuatis à Conftitutione fa. me. Gregorij XIV. excludit ab immunitate, quando concurrunt gradus probationis concludentis, fecus verò quádo dumtaxat dátur præfumptiones, Ambrofin. de immun. dicto cap. 11. nu. 4. & feqq. Mar. Ital. eod. in tract. lib. 1. cap. 6. §. 1. num. 80. & feq. Farin. d. conf. 73. num. 6. & d. conf. 168. nu. 8. & feq. Cutil. d. decif. 150. num. 5. & feqq. par. 2. Ricc. in prax. var. refolut. in 38. refolut. num. [illegible] & feqq. Giurb. cõf. crim. 7. num. 35. verf. tertio affafinij.

In cafu autem, de quo agitur, tantum abeft, quod prætenfæ qualitates iuftificentur, quod immo neque etiam refpectu aliqua præfumptio adducatur, quæ in fuo genere fufficiens cenferi poffit.

Etenim, quòd attinet ad Conftitutionem prædictam Gregorij XIV. excipientem homicidas proditorios, 3 illud folum homicidium proditoriũ dicitur, quod fimulata amicitia in perfonam propterea fibi non præcauentem committitur, adeout nullo modo 4 ad qualitatem homicidij proditorij fufficiat, homicidium commiffum fuiffe per infidias, & fic ex offenfione retrò in partem perfonæ pofteriorem, prout à Curia, à qua formatus fuit proceffus offenfiuus prætenditur, Bart. in l. refpiciendum, §. delinquunt, num. 1. & feq. ff. de pœn. Gomez var. refolut. tom. 3. cap. 3. de homicid. nu. 5. Guttier. pract. quæft. lib. 1. quæft. 2. num. 3. & 9. Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 29. num. 19. Farin. d. conf. 168. num. 70. Ambrofin. pluribus comprobans, homicidium proditoriũ non dari nifi concurrente amicitiæ fimulatione, de immun. cap. 6. num. 3. & feq. laté Franc. dec. 713. num. 14. & feqq. vfque ad finem, Farin. de immunit. cap. 9. num. 137. Guazzin. tractat. ad defenfam, in 1. defenf. cap. 38. num. 39. Caball. tract. de omn. gener. homic. num. 46. & feqq.

Cum immò ad effectum, vt cenferi poffit proditoriũ, 5 requiratur, quod fimulatio amicitiæ interueniat in ipfo actu proditionis, & minimè fufficiat fimulatio amicitiæ præcedens, vt per Farinac. d. conf. 168. num. 70. ad finem.

Quoad verò aliam prætenfi affafinij qualitatem, quoniam in proceffu nihil probatum conftat, ex quo affa-6 finij qualitas prætendi poffit, cum affafinij termini non dentur, nifi probato, quod homicidium ab occifore commiffum fuerit conducta illius opera datione pecuniæ, aut alterius certæ rei, aut faltem certa promiffione, quæ à mandatario fuerit acceptata, & fub certa fpe habendi promiffa mandatum fuerit exequutus, quarum qualitatum iuftificationes omninò in hoc cafu deficiunt, Gabr. de malefic. concl. 1. num. 2. Bertaz. conf. crimin. 341. num. 38. lib. 2. Decian. tract. crimin. lib. 9. cap. 30. nu. 17. Vulpell. conf. 143. num. 5. & feq. Gabr. conf. 170. nu. 18. lib. 1. Clar. ex communi, §. affafinium, in princ. Caball. tract. de omni gener. homic. num. 471. & feqq. Honded. alios referens, conf. 93. num. 66. lib. 2. Farinac. quæft. 123. num. 153. vbi etiam num. feq. adeout non folum debeat interuenire pecunia, vt affafinium dicatur, fed etiam requiratur, quod conftet plenè, aut per teftes, aut per confeffionem Partis, quod ipfa pecunia fuerit data pro illa caufa, pro qua prætenditur datum mandatum, vt per eumdé Farin. d. quæft. 123. num. 154. Giurb. conf. 41. nu. 10. & conf. 46. n. 8. & conf. 70. n. 37.

7 Et in terminis effectus confequutiui immunitatis hoc ipfum firmant Ambrofin. de immunit. Ecclef. cap. 7. num. 6. in princ. verf. ex communi tamen vfu loquendi, & num. 7. 8. & 9. vbi etiam quod requiritur promiffio certa, & non vaga, ac generalis, veluti di non mancare mai à fuoi bifogni, præcipuè ex Vulpell. d. conf. 143. per tot. quem etiam fequitur Caball. de homic. num. 548. idemque Farin. de immun. cap. 8. num. 129. & d. quæft. 123. numer. 145. & 160.

Nec alicuius releuantiæ cenferi poteft prætenfio Curiæ, quæ proceffum formauit, dum in omnibus interrogatorijs factis in prætenforum Reorum conftitutis, fuppofito, quod illi effent de homicidio cõuicti, fæpè, ac fæpius enixè eofdem interrogauit pro habenda vlteriori prætenfa veritate, ad cuius inftantiam, & de cuius ordine, & mandato homicidium affertum commiferint, quia præter id, quod nec ex hifce interrogatorijs refultat prætextus alicuius dationis, aut promiffionis neceffariæ ad effentiam affafinij.

8 Non etiam illius qualitas prætendi poteft ex fola complacentia prætenfis mandantibus inferuiendi, cum in hoc opinio contraria fit verior, & magis recepta, ex quo alioquin femper mandatum contineret affafinium, quod falfum eft, etiamfi mandatum probetur, Honded. d. conf. 93. vbi pluribus comprobat, num. 68. lib. 2. Caball. d. tractat. de omni gener. homic. firmans etiam ex communi, folam complacentiam fatis non effe, fed requiri, quod probetur fpes aliqua præmij, aut lucri, num. 546. Giurb. conf. 70. num. 39.

Ac in terminis quoque effectus immunitatis, Ambrofin. de immunit. d. cap. 7. n. 9. ad med. verf. quia prædicta, & Farin. de immunit. d. cap. 8. num. 130.

Ceffatque omnis fcrupulus hoc cafu, tum quia prætenfi Rei femper interrogatorijs prædictis refponderunt, fe prætenfum homicidium non commififfe, licet habuerint particularem cum occifo inimicitiam, cuius qualitatem etiam recenfent, quapropter etiam quod de homicidio effent conuicti, non tamen prætendi poffunt affafini omnes, aut eorum alter, qui dicitur famulus inimici eiufdem 9 occifi, quandoquidem occidens fuum proprium inimicum, quamuis id faciat de mandato alterius cum promiffione, feu datione pecuniæ, non tamẽ eft affafinus, ac propterea non ideo fibi immunitas Ecclefiæ deneganda, Ambrof. de immun. c. 7. num. 10. Farin. de immun. d. cap. 8. n. 132. & d. quæft. 123. num. 157.

Tum etiam quia omnes prætenfi Rei paffi funt tor-10 mentum, femper negando prætenfum mandatum, quamobrem iniquum videtur, quod nullatenus conftito de prætenfis qualitatibus, adhuc contraria admittatur prætenfio contra omnes Iuris regulas, l. 1. §. fi quis vltrò, §. prudenter, ff. de quæft. Farin. conf. 130. n. 14.

Hinc autem ceffat prætextus variationis ex eo, quod carcerati primò dixerint, fe nullam habere inimicitiam, & demum fe inimicos occifum, & alios habere, & quia exinde inditium, fi quod refultauit, fuit per torturam purgatũ, ex præallegatis, & quia ijdem declararunt prius fic dixiffe, fupponendo ra-11 tione immunitatis Ecclefiæ, in qua fuerunt capti, non potuiffe conftitui fuper prætenfo homicidio, quamobrem detecto Breui Sanctiffimi, correctio

eorum

eorum dicti fuit emendatio magis, quàm variatio, Bertaz.consf.crim.60.numer.14.& 16. lib.1. Bursatt. consf.79.num.15.in fin.lib.1.Pedemont.decis.79.nu. 18.vers.quia in secunda depositione, Farin. quæst. 52.num.34.

Eademque ratione considerabilis censeri nequit mutatio nominis, nam easdem habet non solum excusationes, sed quia certum est, quod ex hac mutatione non insurgit amissio immunitatis, dum in
12 Iure mutatio nominis sine fraude libero homini est permissa, ex textu in l.vnica, C.de mutat.nomin.
13 cum fraude verò non meretur pœnam, nisi extra ordinem, propterea nō auferentē immunitatis Ecclesiasticæ priuilegium, Farin.quæst.150.n.139.

Minus etiam insistentia aliqua fieri potest in fama, quæ prætenditur orta post homicidium, quod fuerit à carceratis commissum de alterius ordine, &
14 quia solum parit inditium, quando siue orta tempore commissi maleficij, siue post, habet admixtam causam congruam, ex qua Populus, vel vicinia in suspicionem, & credulitatem deducitur, Farinac.
15 quæst.47. num.178. & quia fama non est sufficiens ad probationem delicti exceptuati à Constitutione fa.me.Gregorij XIV. super immunitate, cum concludentem probationem pro forma requirat ex iam allegatis, adeout neque hoc casu prætensum notorium releuet ab onere probandi, vt etiam per M.Ant.Genuensem in praxi Archiepisc. Neapolis, n.5.ante med.vers.& fuit per Curiam.

Reparandum autem grauamen euidens carceratis prædictis illatum ex denegatis defensionibus ad effectum probandi particulares inimicitias.cum occiso; nam Breuia Sanctissimi, nec immunitatem, nec defensiones tollunt, sed solum præbuerunt facultatem procedendi ad examen rigorosum, cuius effectus iam fuit ex illata tortura consumptus, siquidem emanarunt Breuia sub supposito supplicantium, quod homicidium fuerit commissum pa-
16 cta pecunia, ideoque cessante suppositi iustificatione, cessabat etiam dispositio, Surd.cons.385. nu. 27.lib.3.magisque stante tortura iam illata, denegatis defensionibus, cum ad hunc solum casum sit
17 restricta facultas in dictis Breuibus attributa, ac propterea non sit extensibilis ad denegationem post torturam iam illatam, defensionum concernentium qualitates comprahensiuas priuilegij dictæ immunitatis, Caputaq.decis.329.n.3.par.3.

Et præsertim cum Breuia recipiant passiuam interpretationem à Iure in non expressis, ex vulgatis.
18 De Iure autem nec etiam ipse Reus prætensus assassinus possit renunciare defensionibus, quando dubitatur, an delictum per assasinium fuerit commissum, vt per Caball.dicto tract.de homicid. nu. 519. & seqq.

ARGVMENTVM.

De requisitis, vt clericus gaudeat priuilegio fori.

An, & quando clericus careat priuilegio fori sub prætextu, quod clericatum in fraudem assumpserit, vel enormia cōmiserit.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non gaudet priuilegio fori, nisi deferat habitum, & tonsuram, & fuerit addictus seruitio alicuius Ecclesiæ de mandato Ordinarij.*

2 *Clericatus ad effectum fori probatur ex habitu, & tonsura cum communi fama, & reputatione.*

3 *Testes singulares probant seruitium præstitum à clerico in Ecclesia.*

4 *Clericus gaudet priuilegio fori, etiam si præstet Ecclesiæ seruitium discontinuum, & interpolatum ex iusto impedimento.*

5 *Clericus etiam ordinatus a non suo Episcopo sine dimissoria, exemptus est à iurisdictione laicorū.*

6 *Clericatus non præsumitur assumptus in fraudē, nisi præcesserit accusatio, vel diffamatio.*

7 *Clericatus in fraudem non præsumitur, quando clericus cum iuramento affirmat, se ex voto assumpsisse clericatum, & concurrit aliqua alia præsumptio.*

8 *Clericus, qui in fraudem assumpsit clericatum, nequit corporaliter puniri à Iudice laico, quicquid sit in bonis.*

9 *Qualitas tribuens iurisdictionem in primis est concludenter probanda.*

10 *Clericus sub prætextu, quod enormia commiserit, non perdit priuilegium fori, nisi constet de pluribus delictis enormibus, vel de vnico enormi, & qualificato.*

CONSILIVM XCVIII.

QVamuis Clericus primæ tonsuræ ex dispositione Concilij Tridentini sess. 23.cap.6.de reformat.
1 non gaudeat priuilegio fori, nisi præter delationē habitus, & coronæ doceat de addictione seruitio particularis Ecclesiæ de mandato Ordinarij, Ambros.de immunit.Eccles.cap.17.numer.13.ad med. Carol.de Graff. de effect. Cler. effectu primo, num. 1167.& seqq.Farin.quæst.8.num.5. vers. limita, Caball.resol.crim.cas.223.num.82.

Tamen conclusio in casu, de quo agitur, nulla ratione prætendi potest applicabilis, cum non solum
2 testes plures probent delationem habitus, & coronæ cum reputatione, & fama, requisitorum Cōcilij, quæ probatio sufficiens est ad effectum fori, Farin.d.quæst.8.num.44.

Sed etiam probent actuale seruitium non solum in Ecclesia, cui hic clericus fuit addictus, sed etiam in alijs, non obstante obiecto, quod sint singulares,
3 dum actus præstationis huius seruitij est reiterabilis, itaquod singularitas est adminiculatiua, non autem obstatiua, licet non concordent in loco, & tempore, glo.in l.ob carmen, §.fin.ff. de testib. Surd. cons.94.num.46.& seq.lib.1.Rot.decis. 579. num.7. par.1.rec. & ad rem nostram Farin. de testib. quæst. 65.num.28.& seq.

4 Sicut probant non obstante alio obiecto, quod pręstatio seruitij fuerit solum probata per quinque vices discontinue, & sine perseuerantia, quia cum constet de legitimo impedimento ex inimicitijs cum personis nobilibus, & potentibus, sufficiens fuit hoc seruitium etiam interpolatum, itaquod clericus non debet fori priuilegio carere, Barbosa tract.de Episc.par.2.alleg.12.num.14.

5 Nec releuat, quod clericatus fuerit absque dimissoria, & quia immo de litteris dimissorijs con-

stat

stat, & propterea obiectũ tollitur ex facto, & quia clerici sunt exempti a iurisdictione laicorũ, etiamquod clericatus sit susceptus a non suo Episcopo, & sine dimissoria, Bellett. disquisit. cler. par. 1. tit. de fauor. cleric. personal. §. 2. num. 1. in fin. fol. mihi 175.

Non etiam obstat, quod clericatus censendus sit in
6 hoc casu assumptus in fraudem, tum quia clericatus nunquam præsumi potest in fraudem susceptus nisi præcesserit accusatio, aut diffamatio. Farin. d. quæst. 8. nu. 111. Carol. de Graff. de effect. cler. effect. 1. num. 1076. & seq.

7 Tum etiam quia clericatus non censetur assumptus in fraudem, vbi clericus cum iuramento affirmat, se votum emisisse, clericatum assumendi, quando concurrit aliqua alia probatio, etiam non plena, veluti si probetur, hunc extraiudicialiter confessum fuisse votum tempore non suspecto, vel euasisse periculum grauis infirmitatis, prout in hoc casu probatum extitit, Bellett. disquis. cler. ead. par. 1. tit. de fauor. cleric. person. §. 2. num. 17. & seq. fol. 192. Farin. d. quæst. 8. num. 114. ante med. vers. arbitror.

Tum, & tertio quia etiam in casu, quo clericatus fue-
8 rit cum fraude assumptus talis clericus non potest a Iudice sæculari corporaliter puniri, quicquid sit in bonis, adeoquod laicus licet dicto casu esset Iudex Causæ, nunquam tamen est Iudex personæ, idẽ Bellett. d. §. 2. num. 3. post med. vers. & vt paucis, fol. 190. Farinac. d. quæst. 8. numer. 107. Giurb. cons. 15. num. 34.

Minusque obstat, quod hic clericus enormia dicatur commisisse, quoniam non solum ad effectum carendi priuilegio fori constare debet de delictis
9 enormibus, ex quo qualitas tribuens iurisdictionem in primis est concludenter iustificanda, Farin. d. quæst. 8. num. 58. & 85. & seq. vbi etiam quod nec sufficiens est sola imputatio, & accusatio.

Sed ad hoc, vt clericus in enormibus se immiscens
10 priuilegio fori priuetur, requiritur, quod legitime constet, quod plura sint delicta enormia, vel saltẽ vnicum delictum enorme, & qualificatum, vt per eumdem Farin. d. quæst. 8. num. 55.

ARGVMENTVM.

Quomodo constare debeat Episcopo de qualitate delicti exceptuati in Bulla Gregoriana ad effectum, vt Reus careat immunitate.

An gaudeat immunitate is, qui dolo, & malis artibus extractus ab Ecclesia capitur à birruarijs.

SVMMARIVM.

1 *Proditorium homicidium dicitur quod committitur in incautum simulata amicitia.*
2 *Constitutio quando requirit veritatem commissi delicti, non sufficiunt inditia, & præsumptiones.*
[illegible] *singulare supponit Ius commune in contrarium.*
[illegible] *non releuat ab onere probandi, quan-* [illegible] *requiritur pro forma.*
5 *Ad Immunitatis exclusionem sufficit, quod constet Episcopo extraiudicialiter, & præsumptiue de qualitate delicti exceptuati in Constitutione Gregorij XIV. Contrarium num. 6.*
7 *Pro Immunitate in dubio iudicandum est.*
8 *Verum id dicitur, nõ solum quod oculis cernitur, sed quod quis indubitanter nouit.*
9 *Indubitatum vt dicatur inditium, requirit, quod possibile non sit, rem aliter se habere.*
10 *Indubitata inditia non sunt sufficientia ad condemnandum in pœnam ordinariam.*
11 *Ex Inditijs vehementissimis, & luce meridiana clarioribus imponi nequit pœna mortis.*
12 *Immunitati locus esse debet, quando cessat pœna ordinaria.*
13 *Immunitate non gaudet ille, qui exiens sponte ab Ecclesia capitur à satellitibus.*
14 *Immunitate gaudet ille, qui dolo, vel malis artibus extractus ab Ecclesia sub spe tutæ fugæ ad manus Curiæ conducitur.*
15 *Immunitas non debet malis artibus reddi elusoria.*

CONSILIVM XCIX.

Consultus pro veritate circa probationem homicidij cum qualitate proditionis, quod patratum prætenditur à Nicolao in casu, & ad effectum, de quo agitur, an sit locus immunitati, quoniam indubitatum est, quemadmodum etiam vterque Fiscus
1 admittit, qualitatem homicidij proditorij, quatenus excipitur à Constitutione Gregorij XIV. super immunitate Ecclesiarum, intelligi de illo homicidio, quod simulata amicitia in incautum, & sibi propterea non præcauentem committitur, Bart. in l. respiciendum, §. delinquunt, num. 1. & seq. ff. de pœn. Gomez var. resol. tom. 3. cap. 3. de homic. num. 5. Guttier. practic. lib. 1. quæst. 2. num. 3. & 9. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 29. num. 19. Farin. cons. 168. nu. 70. & de immun. cap. 9. num. 137. Ambros. de immunit. cap. 6. num. 3. & seq. Guazzin. tract. ad defens. in 1. defens. cap. 38. num. 39. & plenè Franc. decis. 713. num. 14. & seqq. vsque in finem, ac propterea, prout etiam per vtrumque Fiscum, hæc quæstio ad duos articulos restringitur, primum num in terminis dictæ Gregorianæ Constitutionis in parte, in qua loquitur de delictis exceptis, probatio, quam requirit, debeat esse certa, plena, & concludens, & secundum, an tradita per Doctores aduersus extrahentes ab Ecclesijs Reos dolo, fraude, ac malitijs in præiudicium Ecclesiasticæ immunitatis casui, de quo quæritur, applicentur.

Quoad primum pro veritate censeo, Constitutionem prædictam intelligi Iure non posse, nisi de plena, & concludente probatione, non autem per sola inditia, aut præsumptiones, quia licèt Constitutio, an laici in casibus in ea Constitutione exceptis delinquẽtes, & ad loca sacra, seu religiosa confugientes, & in eis se recipientes, & morãtes delicta prædicta, eorumue aliquod commiserint, iudicio Episcopi se remittat, quale tamen hoc Episcopi iudicium esse debeat, satis clarè eadem Constitutio declarat in verbis subsequentibus, scilicet, cognito prius per Episcopum, seu ab eo deputatum, an ipsi vere crimina superius expressa commiserint. quando autẽ
2 lex, vel Constitutio requirit veritatem commissi delicti, insufficientes censendæ sunt probationes per inditia, & præsumptiones, vt in his terminis fir-

firmant Farin.conf.76.num. 6.lib.1.ac tres insignes Doctores inter conf.eiusdem Farin.conf.168.n.10. lib.2.firmantes ex Innoc.in cap.cum in causa 7.col. 2. post med.vers.illud autem.de iuram.calumniæ,& alijs illud solum verum dici, quod quis indubitanter nouit. Ambrof.de immun.cap.11.nu. 4. per tot. & præcipue vers. tertio quando,ad med. vers. sed immo expresse voluit, & vers.quinto ad confirmationem, & vers.cumque Constitutio ista requirat, quod vere constet Episcopo,Castill.decis.156.nu.6. ad med.vers.ex cuius dispositione, & num.seq.par. 2.Auendanus de exequendis mandatis Reg. par. 1. cap.22.num.4. vers. tamen, vt Iudex sæcularis, & vers.si vero præsumptiue, & num. 5. vbi etiã quod longe nimis distat, an aliquid sit vere probatum, an præsumptiue, & num.7. vbi etiam quod quãdo agitur de præiudicio tertij, sicut hic agitur de præiudicio immunitatis Ecclesiæ,non potest tolli priuilegium,nec infringi dispositio ex præsumptis probationibus, sed ex veris, & legitimis, vt etiam per Riccium in praxi var.resol.in 38.resolut.num.3. post princ.vers.verum Bulla Gregorij,& vers. quinto,quia ita in specie.

Nec obstat, quod f. me. Clemens VIII. 6. Februarij 1597. per eius litteras insertas in praxi Curiæ Archiepiscopalis Neap.Genuens.post cap.76.rescripserit Archiepiscopo Panormitano, vt inter quinque imputatos de assasinio, exceptis duobus ratione minoris ætatis, alios tres libere traderet Curiæ sæculari, si tamen sibi prius summarie, simpliciter,& extraiudicialiter, & quantum pro conscientiæ suę informatione sufficere videretur,illos homicidium prædictum perpetrasse,aut illi cooperatiuos, seu in illo culpabiles fuisse,constaret, tantum enim abest, quod ex rescripto prædicto in dicta Causa desumi possit regula generalis illatiua potestatis assumendi extraiudiciales informationes arbitrio, quod immo ex eisdem litteris magis constet de regula generali contraria,dum idem Pontifex inquit, nos itaque licet omnes supradicti carcerati Ecclesiasticæ immunitati gaudere, & frui debeant,nihilominus attenta huius homicidij qualitate,necnon circumstantijs prædictis cœteros ex rationabilibus causis animum nostrum mouentibus Curiæ sæculari tradendos censemus,&c. siquidem ex hoc satis
3 liquet,prædictum fuisse Ius singulare ex particularibus causis in ea Causa, supponens propterea Ius commune in contrarium,iuxta textum in l.Ius singulare 15. ff. de legib.

Atque hinc fuit, quod additio prima sub littera A. dicti conf.inter alia Farin.168.post numer.78. lib.2. quamuis primo dicat,sufficere visum fuisse Clemẽti VIII. in dicta Panormitana,quod eo casu non esset exquirenda plena, & concludens probatio, tamen in fine eiusdẽ additionis subiungũtur verba sequentia,nisi dixeris, Pontificem ad sic ordinandũ motum fuisse in illo speciali casu ex aliqua particulari causa, quod etiam patet, quia alias notorium
4 non releuat ab onere probandi, quandô probatio requiritur pro forma, vt per Genuen.in his terminis,prax. Archiep.Neap.cap.17.num.5. vers. & fuit per Curiam.

Quamobrem non etiam curandum est de Gratiano
5 discept.foren.cap.596. a num. 22. ad 30. præualent namque auctoritates, & rationes Farinac. d. conf.
6 76. num. 3. & seqq. & 168. num. 8. & seqq. & de immun. cap. vlt. num. 374. Mar. Ital. eodem tract. de immun. lib.1. cap. 6. §. 1. num. 80. & seqq. Ambrof. de immun. cap. 11. num. 4. & seqq. Castil. d.decis.156.num.5.& seqq.par.2.Auendan.de exeq. mand.Reg.d. capit. 22. numeris superius allegatis, Ricc.in praxi d.resol.38.num.4.& seqq.Giurb.conf. crim.70. num.35.vers.tertio.

7 Atque ita etiam in dubio pro immunitate esset iudicandum,idem Giurb. conf.crim.10.num.25.

Minusque obstat, quod inditia plura ex parte Curiæ sæcularis cumulata sint indubitata, id autem di-
8 catur verum, quod non solum oculis cernitur,sed id, quod quis indubitanter nouit, ex Innoc.in d.c. cum in causa 7.col.2.post med.vers. illud autem de iurament.calumn.cum alijs alleg.d.conf. inter illa Farin.168.num.10.tum quia suppositum, quod inditia sint indubitata, minime subsistere videtur in
9 facto, ex quo recepta est in hoc conclusio, quod ad huiusmodi effectum requiratur, inditia esse talia, vt possibile non sit aliter rem se habere, Farin. quæst.86.num.67.vbi de communi,Caball. resol ut. crimin.cas.288.num.10.Giurb.conf.71.num.3.

Tum quia quando etiam inditia iudicari possent in-
10 dubitata, tamen, cum nec indubitata sint sufficientia ad condemnandum in pœnam ordinariam, Boss.tit.de conuictis,num.34.Boer.decis. 164. nu.6. Gram.decis.42.nu.1 Clar.recept.sent.quæst.20. n.6. Farin.d.quæst.86.num.62.78.82.cum alijs, & plene num.110.& 113.vbi quod nulla excogitari possunt inditia, ac præsumptiones quantumcumque indubitatæ, vt quis pœna ordinaria afficiatur, & cõf. 100.num.10.& add.ad conf.eiusdem 55. lit. F. vers. secundo,Caball.d.resol.288.num.15.& seqq.Scac.de iud.lib.1.cap.97.nu.1.vers.sed prædictam, Guazzin. tract.ad defens.in 33.defens.circa pœnam,num. 14. & 16.vers.necnon deducta, adeoquod nec illi, qui
11 conuictus dici potest ex inditijs vehementissimis, & luce meridiana clarioribus pœna mortis imponi possit, vt per Almont. Ciazz. discept. crim. ad Reor.defens.discept.2.num.121.& seqq. & 112. in fine,ac seqq.plurib.

Sequitur propterea, quod cessante pœna ordinaria
12 locus esse debeat priuilegio immunitatis Ecclesię, vt contra deci siones Senatus Lusitaniæ, & Regni Aragonum, de quibus Gama decis. 179. & 281. quas tamen decisiones idem Gama fatetur nõ carere dubio, immo dubitatissimis esse,tanquam impugnatas à doctissimis viris,tenentibus contrariũ, debuisse declarari, firmant etiam authores d.conf. 168.inter alia Farin.num.19.lib.2.Auendan.de exequ.mand.Reg.d.cap.22 num.6. vers.& pro crimine vere probato,par.1.& Ricc.in d.prax.var.resol.38.n. 3.vers.non obstant secundo decisiones.

Quoad secundum pro veritate pariter censeo,restitu-
13 tionem faciendam esse Ecclesiæ, quia & si exiens sponte ab Ecclesia, si extra illius limites capiatur à Curia sæculari,non amplius gaudeat immunitate, vt per Farin.de immun.cap.19. num.306. tamẽ
14 secus est, quando à ministris, vel alijs Curiæ sæculari fauentibus dolo, aut malis artibus extrahitur sub spe tutæ fugæ, & exinde ad satellites dictæ Curiæ sæcularis, vel in illius fortijs conducitur, Bobadilla in Politica lib.2.cap.79.num. 11. cũ alijs pluribus per Castill.decis. 169.num.12. & seqq. lib. 2.Farin.de immun.d.cap.19.n.301.& 304.& cap.20. num.307.

Nã alias immunitas redderetur facile elusoria, itaut
15 non sit huiusmodi malis artibus adhærendum,Farin.de immun.d.cap. 20.n.324.& Ambrof. eodem tract. d.cap.11.num.7.

A R-

ARGVMENTVM.

Conuentio accedendi ad molendum in molendino alicuius priuatæ personæ an sit prohibita, & punibilis sub prætextu, quod indirecte impediatur accessus ad molendinum Ecclesiæ in præiudicium Ecclesiasticæ libertatis.

SVMMARIVM.

1 *Ad Molendinum alienum ne quis accedat, nemo potest prohibere sine legitimo titulo.*

2 *Ad Molendinum alienum accessus prohiberi nequit etiam ab eo, cui fuit concessa inuestitura cum molendinis.*

3 *Statutum cogens homines ire ad molendina Ciuitatis, vel Baronis, tanquam inductiuum monopolij non est seruandum.*

Actus est licitus, quando est consequutiuus actus liciti.

5 *Temporis limitatio continet post lapsum temporis contrariam dispositionem.*

6 *Dispositio impugnari nequit ab eo, qui simili dispositione fuit vsus.*

7 *In Mandato generali non veniunt ea, per quæ dominus incidere potest in pœnam.*

8 *Referens non probat plusquam relatum.*

9 *Episcopus, eiusque Vicarius non est Iudex competens in Causa, in qua ratione suæ mensæ habet interesse.*

10 *Episcopus in Causa suæ Ecclesiæ potest recusari.*

CONSILIVM C.

1 SVpposita conclusione certa, quod nec Ciuitates, nec etiam Domini locorum ius aliquod habent prohibendi subditis accessum ad molendina sibi placita absque legitimo titulo, vel legitima præscriptione, cum huiusmodi facultas sit priuati iuris, adeo vt nec etiam ius prohibendi competat ijs, ad quos pertinent regalia, Brun.cons. 56. in prin.vers.& breuiter, Io: Fab.§.æque, nu. 21.vers. & ideo credo.instit.de act.Guid Pap.decis. 298. in princ. Aym.cons.871.num.5.& cons.896.num.6.lib. 5. Veronen.de seruit. vrb.præd.cap.50.num.2. vers. sed contrarium, Surd.cons.127.num.35.55.& alijs,& cons.154.num.11.12.13.& seq.Rot.decis.530. nu.2. par.2.rec.confirmata prima Iulij 1619. coram Buratt.eius decis.414.prout etiam ita sæpius fuit decisum, vt in Tiburtina iuris molendi 4.Iulij 1614. & 20.Nouembris 1616.coram Remboldo, & prius in Mediolanen.farni 21.Iunij 1591. coram bo. mem.
2 Cardinali Pamphilio. Adeout nec etiam ius hoc prohibendi veniat in concessione inuestituræ cum molendinis, Capoblanc.de potest.Baron.pragm.14. num.4.5.& seq.Surd.d.cons.127.num.27. atque hac
3 ratione, nec seruandum sit Statutum cogens homines ire ad molendina Ciuitatis, vel Baronis tanquam sapiés monopolium iuxta magis receptam, quam etiam Rota sequitur, vt decis.50.nu.23. vers. ceterum, & num.24. & seq.par.2. diuers.
Nullo iure Curia Archiepiscopalis Firmi, eiusque procurator Fiscalis prætendere potest, procuratores constitutos ab hominibus Montis Tidoni Corradi tanquam singulis ad paciscendum cum communitate, & hominibus Falleroni eundi per annum ad molendum in molendinis dicti loci, subsequuta desuper inter easdem Partes conuentione prædicta sub promissione certæ quantitatis frumenti ad fauorem hominum Montis Tidoni, in excommunicationem, & censuram cum alijs prædictis incidisse, quoniam stante libertate accedendi ad quæcumque molendina ad libitum, conuentio eundi magis ad vnum molendinum, quam ad aliud fuit actus consequutiuus præcedentis libertatis, &
4 consequenter minime illicitus ex prætextu læsionis Ecclesiasticæ libertatis, Lancellott. de attent. par.2.cap.4.limit.5.num.7.in fine, vers. actus autem consequutiuus, & n.8.& seq.Aegid.Bellamer.cós.35. num.2.& seq.Paris.cons.172.num.12.lib.4.Flam.Paris.de resign.lib.2.quæst.3.num.28.& seqq.

Idque euidenter etiam demonstrat alia præcedens conuentio inita inter eumdem D. Archiepiscopũ, & singulos homines dicti Castri Montis Tidoni, quatenus in ea obligarunt se homines prædicti accedere ad molendum in molendino Archiepiscopatus ad triennium, sub promissione dictis hominibus certam annuam frumenti quantitatem præstandi, hinc namque duo clarissime resultant, alterum, quod cessante dicta promissione accedendi, erant prædicti paciscentes in libertate, & alte-
5 rum, quod cum limitatio temporis triennalis ad accedendum contineret post lapsum dicti triennij contrariam dispositionem, Surd.decis.75.num.2.& decis.207.num.18.& decis. 244. num. 11. eiusmodi
6 conuentio nõ potest ab eo impugnari, qui ea eiusdẽ formæ fuit vsus, l.1.& l.si quis iniquũ ius.ff. quod quisque iuris, Put.decis.434.num.3.lib.2.

Nec obstat, quod in bannimentis desuper in dicto loco Castri Tidoni publicatis directe fuerit insinuata prohibitio accessus ad molendinũ D.Archiepiscopi, quia huiusmodi directa prohibitio neque in mãdato procuræ facto per homines dicti Castri vti singulos, neque in conuẽtione desuper sequuta, nec alibi legitur, quod vero dicitur in dicta publicatione, publicatorem circa prætensam prohibitionem asseruisse, nullum potuit prædictis hominibus, eorumque Procuratoribus, & deputatis præiudicium inferre, tum quia non constat de aliquo mandato dicto publicatori dato ad prædictam prohibitionem faciendam, tum quia in generali
7 mandato minime veniunt ea, per quæ dominus incidere potest in pœnã, l.3.§.si procurator, ff. quod quisque iuris. Cardin. Mantic.de tacit.lib.7.tit. 16. num.8.& num.13.& seqq.Seraph.decis.969. num.6.

Tum etiam quia idem publicator in accessu ad singulos homines prædictos pro præstando iuramento ob dictæ conuentionis obseruantiam asserit, eas se enunciasse, de quibus fuit facta scriptura, quamobrem cum non amplius assertæ enunciationi sit
8 adhærendum, quam in scriptura, ad quam se retulit, habeatur, vtique cum in scriptura super iuramento prædicto prohibitio prædicta non legatur, nullum potest in ea fieri fundamentum, Rot. decis.20.num.9.& seq.par.4.rec.

Minus quoque vis aliqua fieri potest in asserto processu facto in dicta Curia post allegatam suspicionem, & denegatam receptionem protestationis, & declarationis factæ pro huius Partis defensione, &
9 quia obstant deducta in facto, & quia Episcopus, eiusque Vicarius non est Iudex competens in causa, in qua ratione suæ mẽsæ habet interesse, Nauar. cons.

conf.28.num.9.de rescript.Surd.conf.286. num.19.
10 lib.2.cum immo etiam quando est Iudex competens suæ Ecclesiæ, tamen possit recusari, vt per Reuerendissimum Rotæ Decanum decis.79.num.2.

ARGVMENTVM:

An, & quando delinquens in Ecclesia gaudeat immunitate:

Exiens ab Ecclesia seductus blandis verbis sub promißione securitatis an gaudeat immunitate.

SVMMARIVM.

1 *In Ecclesia delinquens ex proposito de Iure communi non gaudet immunitate.*

2 *In Ecclesia delinquens, non tamen ex proposito, & studiose, an de Iure communi gaudeat immunitate, controuersa est quæstio.*

3 *Immunitate gaudet iuxta Bullam Gregorianam etiam delinquens in Ecclesia, quando ex delicto non sequitur homicidium, vel mutilatio.*

4 *Immunitati an sit locus, cognoscere debet Iudex Ecclesiasticus absque eo, quod teneatur stare processui Iudicis sæcularis.*

5 *Immunitatis priuilegio vti concesso Ecclesiæ, & personis non possunt confugientes ad Ecclesiam renunciare contradicente Rectore.*

6 *Immunitatem violare dicuntur satellites, qui cõfugientem ad Ecclesiam seducunt blandis verbis, vt exeat, eumque deinde capiunt.*

7 *Ad Ecclesiam confugientes nec directe, nec indirecte malis artibus sunt extrahendi.*

8 *Ad Ecclesiam confugientes pro delictis non exceptis in Bulla Gregoriana non sunt seducendi sub promissione securitatis, vt exeant.*

CONSILIVM CI.

Carcerati de mandato D. Gubernatoris Rauennæ, mediante eius cancellario criminali iure gaudent immunitate Ecclesiæ, à qua fuerunt abducti, non obstante, quod in Ecclesia, eiusque cœmeterio dicantur deliquisse, quia licet regula sit,
1 quod delinquens in Ecclesia illius immunitate nõ gaudeat, ex textu in c.fin.de immun. Eccles. concurrentibus in hoc tribus rationibus, de quibus Farin.de immun.cap.16.num.205.

Controuersa autem, Iure communi inspecto admo-
2 dum sit quæstio, an immunitate fruatur delinquẽs in Ecclesia, non ex proposito, & studiosè, vt immunitate potiri possit, sed casu ex pura rixa, absque præmeditatione, ex Farin.quæst.28.num.54. & de immun.d.cap.16.num.212.213.& seq.& Ambrosin. de immun.& libert.Eccles.cap.5.n.4.& seqq.

Tamen hoc est certum, quod inspecta dispositione
3 Constitutionis fel.rec.Gregorij XIV. super immunitate, gaudent immunitate etiam in ecclesijs delinquentes, quando ex delicto non sequitur homicidium, vel membri mutilatio ex illis eiusdem Constitutionis verbis, quiuè homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesijs, earumuè cœmeterijs committere non verentur, vt etiam per eosdem Farin.& Ambrosin.illum d.quæst.28.num.53.ante finem, & de immun.d.cap.16. num.208. & 210.ante finem, & hunc de immun. & libert. Eccl. d.cap.5.n.6.

Hinc autem liquet, Curiam temporalem Rauennæ absque probabili ratione prætendere exclusionem repositionis carceratorum ad locum immunem; nam quatenus fundat se in regula, quod delinquẽtes in Ecclesia commiserint sacrilegium, & in hoc crimine tanquam mixti fori locus fuerit inter has Curias præuentioni, minimè regula huic casui applicatur, vel quia locus est immunitati, non obstãte commisso sacrilegio, stante dicta Constitutione Gregorij XIV. ex præallegatis.

Vel saltem negari nequit, quin huius articuli, an in
4 casu, de quo agitur, locus sit immunitati, solus Iudex Ecclesiasticus, ac propterea D. Cardinalis Episcopus debeat esse Iudex, itaut in hoc nec teneatur stare processui Iudicis sæcularis, Farin.consil.76.num.6.lib.1.& cons.168.num.26.lib.2. & de immunit.cap.22.num.367.& seq.& num.373. Ambrosin.de immunit.cap.11.numer.2.& seq. Ricc.in prax. var.resolut.450.n.3.Mar.Ital.de immun.lib.1. cap.6.nu.1.& seq.

Quatenus verò prætenditur, carceratos prædictos è loco immuni spontè exiuisse, ac proindè ex eo, quia censeantur immunitati sibi competenti renunciasse, potuerit Curia temporalis Rauennæ illos carcerare, tum quia hoc priuilegium immuni-
5 tatis concessum est Ecclesiæ, & non personis ad eam confugientibus, vel saltem est mixtum, tanquam concessum Ecclesijs, & personis, quamobrem nec personæ confugientes possunt expresse huic priuilegio renunciare, præsertim Ecclesiarum Rectoribus repugnantibus, ex veriori, de qua plene Mastrill.contrarijs omnibus respondens decis.69. num.8.post med.vers.cum tamen nouissimè audiuisset, & numer.seqq.per tot.lib.2. Decian.tractat. crimin.lib.6.cap.26 num.12.post princip.Mar.Ital. de immunit.lib.1.cap.6.§.2. num.84. & seqq. post plures alios, quos allegat Farinac. de immun. cap. 19.num.304.

Tum etiam quia contraria procedunt, quando existentes in Ecclesijs, aut locis immunibus sponte exeunt absque vlla Curiæ temporalis seductione,
6 secus verò illa seducente, mediante aliqua promissione, seu securitate, vt liquet actum fuisse hoc casu, mediante saluo conductu oblato, prout etiã de altero ex actis constat, nàm huiusmodi corruptiones dicuntur violentiæ factæ Ecclesiæ, textus est in c.id constituimus, 26.ante med. vers. quod si is, ibi, actus timore ab Ecclesia discesserit, 17.quæst. 4.& per hunc textum ita Senatus ipse Regius apud Mastril.d.decis.169.num.12.post med. vers. & maximè si per satellites sæculares blandis verbis, & num.13.& seq.par.2.Giurb.cons.100.num.123.

Etenim ad Ecclesiam confugientes nec directè, nec
7 indirectè, nec per vim expulsiuam, nec per compulsiuam, aut malis artibus sunt extrahendi, vt per Farinac.de immunitat.cap.19. numer.295. & seqq. & num.301.& alijs, & quæst.81. num.282. vbi in specie contra Iudicem, qui vt confugientem ad Ecclesiam extraheret sine vi, securitatem dedit.

Nullaque est difficultas, quando crimen, quod confu-
8 gientibus ad Ecclesiam imputatur, non est de exceptis in d.Constitutione Gregorij XIV. Cin.n.22. Petr.& alij in l.præsenti, C.de his, qui ad Eccles. cõfug.

fug.Fortunias Garsia in repet.l.conuentionũ, n.15. ff. de pact.Couar.var.lib.1.cap.2. num. 16. ante fin. Farin.d.quæst.81.num.282.ad med.& seq. Guazzinus defens.prima,cap.35.num.1.

ARGVMENTVM.

An delinquens in domo Ecclesiæ dicatur committere sacrilegium, adeout locũ habeat præuentio in procedendo inter Iudicem Ecclesiasticum, & Iudicem sæcularem.

SVMMARIVM.

1 *Domus Ecclesiæ ad habitationem clericorum est immunis.*

2 *Præuentioni locus est inter Iudicem Ecclesiasticum, & sæcularem pro delicto commisso in loco immuni ratione sacrilegij.*

3 *Præuentionis effectus est, vt vnus forus faciat alium silere.*

4 *Sacrilegium est rei sacræ violatio.*

5 *In Ecclesia delinquens puniri potest a Iudice Ecclesiastico præueniente ratione sacrilegij, & à sæculari ratione delicti principalis.*

6 *Sacrilegium quando cessat ratione loci commissi delicti, iurisdictio spectat ad forum sæcularem.*

7 *Immunitas Ecclesiastica violatur non solum extrahendo, sed etiam insultum faciendo, & verberando.*

8 *Sacrilegium committitur ex delicto non solum in Ecclesia, sed in alio loco immuni ad Ecclesiam pertinente, vt in atrio, vel in porticu.*

9 *Ecclesia, & alia loca immunia ad eam pertinentia, quoad sacrilegium æquiparantur.*

10 *Sacrilegij datur species consistens circa iniuriam, & irreuerentiam locorum deputatorum ad substentandum ministros Ecclesiæ.*

CONSILIVM CII.

EX delicto commisso à D. Iulio laico Fauentino in domo Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ de Vgone Ciuitatis Fauentiæ, iurisdictio merito fuit D. Cardinalis Episcopi eiusdem Ciuitatis, stante præuentione tam informando processum, quam in sententiando, quia cum non dubitetur quin do-
1 mus Ecclesiæ parochialis, in qua Parochus ipse inhabitat sit locus immunis, cap. quisquis 21. post princ vers. vel domos, quæ intra prædictos passus 17. quæst. 4. cap. pro causa 27. de sent. excom. Nauar. in manual. cap. 25. n. 18. in princ. vers. domus etiam Ecclesiæ ad habitationem clericorum, Dec. tract. crim. lib. 6. cap. 25. uum. 15. Farin. de immun. cap. 17. num. 232 Bellett. disquisit. cler. par. 1. tit. de fauor. cleric. real. §. 4. num. 34. Anast. Germon. de sacror. immun. lib. 3. cap. 16. num. 38. vers. & non solum Ecclesijs.

Sequitur, quod propterea ratione commissi delicti
2 in loco iurisdictionis iudicis ordinarij Iure ab eodem fuerit præuentum, prout resoluit, & firmauit in pluribus casibus Sacra Congregatio, & signanter in Amerina 7. Maij 1630. & in nullius .. rlicij 23. Decembris 1636.

Effectus namque præuentionis hic est, vt vnus alium
3 excludat, & altero præcedente, alterius forus sileat, vt plene in his terminis comprobat R. P. D. Sperell. decis. 4. fori Ecclesiast. n. 4. & seqq. vbi etiam num. 3. seqq. & per tot. quod in sacrilegio, alijsque criminibus mixti fori potest iudex Ecclesiasticus præueniens condemnare tam ad spirituales, quam etiam ad temporales pœnas citra sanguinem, cum plena omnibus contrarijs responsione, & decis. 3. num. 8. vers. bene verum est.

Nec obstat, quod ex delicto in loco immuni non resultet crimen sacrilegij, sed duntaxat in loco sacro,
4 vt quia sacrilegium sit rei sacræ violatio, vt per D. Thom. 2. 2. quæst. 99. art. 1. in quæstione autem, an
5 laicus delinquens in Ecclesia puniendus sit a Iudice Ecclesiastico, vel sæculari, distinguit Abb. in c. inter alia, num. 29. vers. ego sic distinguerem, & cap. fin. num. 5. vers. credo tamen, & nu. seq. de immun. Eccles. quod dato sacrilegio Ecclesiasticus puniat ratione illius, & iudex laicus ratione delicti principalis, cessante vero sacrilegio, opinio Cini in l.
6 præsenti, C. de his, qui ad Eccles. confug. quod solus Ecclesiasticus puniat ratione loci commissi delicti, qui est de sua iurisdictione, cuius respectu debeat sortiri forum ipsius Ecclesiæ, videtur communiter reprobata, ex allegatis per Caball. resol. 194. num. 1. & seqq. & per tot. & R. P. D. Sperell. d. decis. for. Eccles. 3. per tot. & præcipue num. 12. vers. vera itaque, & num. 13. & infra, vbi etiam de alijs criminibus mixti fori.

Quoniam aliud videtur tenendum in casu, de quo
7 agitur, cum enim certum sit, immunitatem Ecclesiasticam violari, non solum extrahendo, sed etiam insultum faciendo, & verberando, ratione irreuerentiæ loci, in quo fit offensio, Turrecremat. in cap. si quis contumax, 20. post med. vers. est notaudum, 17. quæst. 4. Abb. in c. fin. n. 5. ante med. de immun. Eccles. Guttierez. pract. quæst. lib. 3. q. 1. num. 32.

Sequitur exinde, quod cum eadem sit ratio irreuerentiæ, & iniuriæ tam in offensione in Ecclesia,
8 quam in loco immuni committatur ex huiusmodi offensione non minus sacrilegium in delicto in Ecclesia, quam in alio loco immuni ad eandem Ecclesiam pertinente, sicut propterea sacrilegium committitur ex offensione etiam in atrio, vel in porticu, vt per Bero. cons. 177. num. 32. & seq. lib. 3. quem sequitur Castil. decis. Sicil. 156. num. 24.

9 Siquidem Ecclesia, & alia loca prædicta quoad sacrilegium æquiparantur, ex textu in cap. sicut antiquitus, 6. & cap. si quis in atrio, 7. & d. c. si quis cõtumax, 20. & d. cap. quisquis, 21. 17. quæst. 4.

Atque hinc Siluestrina, in verbo sacrilegium, col. mihi prima, in fine, vers. idem de omni loco inquit, idem esse de omni loco gaudente Ecclesiastica immunitate, atque exinde sacrilegiũ esse opprimere locum pium, seu Hospitalia, & similia reddens rationem, quia talia sunt sub protectione, & iurisdictione Ecclesiæ.

Idemque firmat idem D. Sperellus d. decis. 3. for. Eccles. num. 6. dum inquit, sacrilegium consistere in violatione immunitatis Ecclesiasticæ, quæ non minus læditur percutiendo aliquem intra Ecclesiæ septa, quam in extrahendo ex illa confungientem per text. in d. capit. cum pro causa, 27. de sent. excom.

Et

Et huic speciei sacrilegij conuenit etiam ipsius sacrilegij diffinitio, quod sit rei sacræ violatio, quia plures dantur illius species, & licet in aliquibus non detur talis species, ex qua ob sanguinis, aut seminis voluntariam effusionem resultat pollutio, tamen
10 dantur aliæ species consistentes circa iniuriam, & irreuerentiam locorum deputatorum ad sustentationem ministrorum Ecclesiæ, siue sint mobilia, siue immobilia, vt per eumdem D. Tho. d. 2. 2. quæst. 90. art. 3. ad finem conclusionis, vt etiam aduertit Nauar. in manual. cap. 16. num. 2. vers. interrogatus autem, an monasterium, & dormitorium, & Azor. instit. moral. par. 1. lib. 9. cap. 27. de sacrilegio, col. 2. vers. quinto quæritur.

ARGVMENTVM.

An gaudeat immunitate committens in Ecclesia homicidium, vel mutilationem ex causa improuisa, & subitanea. Contra delinquentem in Ecclesia recusátem exire an, & quomodo Iudex Ecclesiasticus procedere poßit.

SVMMARIVM.

1 *In Ecclesia committens homicidium, aut mutilationem sub spe immunitatis, non est immunis.*
2 *De Immunitate quando dubitatur, publicari debet processus, ne auferantur defensiones.*
3 *Immunitate non gaudet committens homicidia, vel mutilationes in Ecclesia, etiam sine præmeditatione. Contrarium num. 4.*
5 *In Ecclesia delinquens casu, & repentino motu nō habet animum committendi in legem, & iniuriā inferendi Ecclesiæ.*
6 *Motus primi non sunt in potestate nostra.*
7 *Accidentia ex casu improuiso fato plerumque, non noxæ imputantur.*
8 *Homicidium calore iracundiæ, vel in rixa extra ordinem punitur.*
9 *Immunitatis effectus consistit, vt quisquam inuitus ab Ecclesia extrahi non poßit.*
10 *In Ecclesia delinquens puniri potest à Iudice Ecclesiastico extra pœnam corporis afflictiuam. Contrarium num. 12.*
11 *Immunitas est duplex, altera, vt quis fruatur libertate exeundi ab Ecclesia, & altera, vt inuitus non sit extrahendus.*
13 *Clerici delinquentes poßunt à suis Prælatis ab Ecclesia extrahi. Contrarium num. 14.*

CONSILIVM CIII.

Restituendus est D. Comes Alexander Ecclesiæ Sancti Ioannis Lateranen. à qua fuit extractus, quia licet ex Constitutione sa. mem. Gregorij XIV. super Ecclesiarum immunitate disponatur, quòd homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesijs committere non verentibus immunitas Ecclesiastica non suffragetur, tamen quia dispositio huius Constitutionis in hac parte desumpta est ex textu in c. fin. de immunit. Eccles. cuius textus verba sunt sequentia, nonnulli impunitatem suorum excessuum per defensionem Ecclesiæ obtinere sperantes homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesijs, vel earum cœmeterijs committere non verentur, qui nisi per Ecclesiam, ad quam confugiunt, crederent se defendi, nullatenus fuerant commissuri; cum in eo, in quo delinquit, puniri quis debeat, & frustrà legis auxiliū inuocet, qui committit in legem, mandamus quatenus publicè nuncietis, tales non debere gaudere immunitatis priuilegio, quo faciunt se indignos.

Consequens est necessarium, quod committentibus
1 homicidia, aut mutilationes membrorum in Ecclesijs, ecclesiastica immunitas in ijs solis terminis sit deneganda, in quibus loquitur textus in eod. cap. fin. de immun. Eccles. ex doctrina Bart. communiter recepta in l. non solum, §. liberationis, ff. de liber. leg. vt per Rot. decis. 479. num. 9. par. 2. rec. & Reuerendissimum Rotæ Decanum, decis. 67. n. 8.

Ac proinde concedenda, non deneganda sit immunitas in casu, de quo agitur, in quo aut notorium est, D. Comitem ab homine ei omninò incognito fuisse prouocatum ex causa subitanea ab eorum nullo vllatenus præuisa ex pura, ac mera accidentali rixa, & consequutiuè nulla probabili ratione applicari posse, quòd in ea Ecclesia delictum fuerit commissum sub sperata immunitate ab alioquin non commissuro, qui sunt termini, d. c. fin. de immunit. Eccles. & consequenter dictæ Constitutionis Gregorij. Aut vbi hæc notorietas prouocationis, & qualitatum prædictarum non admittatur, publicandus est processus, & decernendę desuper D. Co-
2 miti defensiones, ne illę per indirectum tollantur, vt in his terminis per Farin. cons. 168. numer. 65. & seq. lib. 2.

Nec obstat, quod opinionem pro denegatione immu-
3 nitatis aduersus non verentes committere homicidia, aut membrorum mutilationes sine præmeditatione teneant plures relati per Farinac. cum quibus ipse quæst. 28. num. 54. & seq. & de immun. cap. 16. num. 239.

Tum quia opinio contraria pro immunitatis compe-
4 tentia absque dubio verior, non solùm est, & magis recepta, sed communis, vt per Io: Andr. in d. c. fin. de immun. Eccles. num. 5. ibique Anchar. num. 4. Butr. num. 5. in fine, Card. Zabarel. num. 2. & 6. & Anan. n. 8. & alios plurimos relatos per eumdem Farin. quos propterea numeratim recensere superuacaneum, de immun. eod. cap. 16. num. 238. & 240. vbi recedēdo ab opinione, quam tenuit d. quæst. 28 num. 54. & seq. in hac tanquam communi residet.

Prout præter adductos per Farin. eādem tanquam magis receptam, & tenendam sequuntur Bobadilla in sua politica, lib. 2. cap. 14. numer. 25. & seq. Giurb. cons. 30. num. 22. & cons. 90. num. 3. Guazzin. firmās copulatiuè ad exclusionem immunitatis requiri, quod delictum committatur in Ecclesia, & animo consequendi immunitatem, & alias secus, defens. 1. cap. 38. num. 14. post med. vers. sed quod vtrumque, & R. P. D. Sperellus decis. for. Eccles. 59. num. 35. ante fin. vers. cæterum hæc omnia.

Tum etiam, quia omnes tenentes contrarium pro immunitatis exclusione, mouentur ex eo, quia cum textus in d. c. fin. de immun. Eccles. non solum ex

primat rationem spei assequendæ immunitatis in delinquente. sed etiam aliam rationem æque principaliter, quod frustra legis auxilium inuocat, qui committit in legem, satis est, quod hæc secunda ratio sit applicabilis, cæterum & hoc quoque fũdamentum ex hac secunda ratione desumptum
5 minime subsistit, cum in delinquente in Ecclesia casu, & repentino motu cesset etiam animus committendi in legem, & iniuriam Templo inferendi, vt præcipue respondent Guttier. pract. quæst. lib. 3. & 4. quæst. 1. num. 9. in fine vers. respondemus, & n. 10. & seqq. & Azeuedus lib. 1. tit. 2. lege 3. recopilat. num. 26. tom. 1. fol. mihi 23.
6 Cum quibus stat regula certa, quod primi motus nõ sunt in potestate nostra, glos. in l. 1. §. huius studij, in verbo coniugatio, ad med. ff. de Iust. & Iur. Peguer. decis. 14. n. 15. vbi etiam quod sapiẽtis animus moueri solet quibusdam motibus rapidis, & incõsultis officium mentis, ac rationis peruertentibus.
Ideoque ex Diuo Gregorio dialogo primo, inquit Bossius de homicid. n. 60. quod difficilius est iram continere, quam miracula facere.
Ac inquit textus in l. 1. vers. cæterũ, C. ad leg. Cornel.
7 de sicar. quod accidentia ex casu improuiso fato plerumque non noxæ imputantur, ideque Felin. in c. significasti, 18. n. 14. post princ. vers. homo enim incenso calore, de homicid.
8 Quamobrem homicidium commissum ex calore iracundiæ superueniente ex aliquo facto improuiso æquiparatur homicidio cõmisso in rixa, quod non ordinaria pœna, sed extra ordinem punitur, Bart. in l. respiciendum, 11. §. delinquunt, num. 2. ff. de pœnis, Boss. de homicid. num. 64. ante finem, Clar. §. homicidium, num. 7. & seq. cum alijs per Farinac. quæst. 129. num. 211. post princ. & Caballum de homicid. num. 134.
Subsistens autem minime videtur opinio, quod delinquenti in Ecclesia, in eaque capto priuilegium immunitatis competat de Iure in casu non compræhenso in exceptis per Constitutionem Gregorij XIV. super Ecclesiarum immunitate, & tamen in casu, quo in Ecclesia captus quis fuerit a ministris Ecclesiasticæ iurisdictionis, non sit Ecclesię restituendus, sed ab Ordinarijs fori Ecclesiastici Iudicibus iuxta huius fori sanctiones puniendus, vt quia immunitas solum suffragetur respectu fori laicalis, quoniam huiusmodi intellectus est destructiuus effectus immunitatis, cum certum sit, illius
9 effectum in hoc consistere, vt quisquam inuitus ab Ecclesia abduci, aut extrahi non possit, textus sũt clari de Iure ciuili, in l. 2. C. de his, qui ad Eccles. confug. & de Iure canonico in c. inter alia, 6. de immun. Eccles. cum alijs per Farin. de immun. c. 2. n. 6. & seq. & infra.
Nec obstat, quod nihilominus Iudex Ecclesiasticus
10 ratione loci delicti Reum punire debeat extra pœnam corporis afflictiuam, ex Mar. Ital. de immun. c. 5. §. 3. num. 53. quem sequitur Farin. de immun. c. 16. num. 209 ante fin. vers. & sic erunt puniendi a Iudice Ecclesiastico, & sequuntur etiam allegati per R. P. D. Sperellum decis. for. Eccles. 59. num. 9. & seq.
Quoniam qui fundantur in dicto textu c. inter alia 6. de immun. Eccles. non merentur allegari, cũ textus vel non loquatur de punitione a Iudice Ecclesiastico, sed de tradendis Curiæ sæculari, id enim patet, & quia textus monet Rectores Ecclesiarum, vt sibi obtineant membra, & vitam, & quia hic textus est Innocentij III. directus Regi Scotiæ, vt etiam per Abb. eod. c. inter alia 6. num. 9. post princ. vers. debent enim à Iudicibus sæcularibus.
Vel quatenus intelligi posset de punitione à Iudice Ecclesiastico, intelligendus sit in casu, quo Reus subiectus foro Ecclesiastico siue ratione loci delicti, siue ratione personæ, nullo modo velit de Ecclesia exire, forte timens potentiam Iudicum sæculariũ,
11 cum enim duplex sit immunitas, altera, vt restituatur Ecclesiæ, & exinde fruatur exeundi libertate, altera, vt si nullo modo de Ecclesia exire velit, inuitus extrahi non possit, hoc secundo casu poterit Iudex Ecclesiasticus Reum in Ecclesia citare, itaut teneatur comparere per se, vel procuratorẽ, in primo vero casu Reo ab Ecclesia exeunte, poterit contra eum præuio monitorio inquirere iuxta textum in l. præsenti, in princ. & §. 1. C. de his, qui ad Eccles. confug. quamobrem iuxta huiusmodi terminos semper verum erit, quod ex immunitate pœnam condignam non euadet, ac propterea nullum resultat absurdum, quin duplici hac immunitate frui debeat, vt etiam per Abb. d. c. inter alia 6. num. 9. ante med. vers. & eo exeunte poterit fieri processus, & post med. vers. duplex est immunitas, & vers. poterit tunc citari in Ecclesia, quem etiam sequitur Ioannes Vischis de immun. Eccles. num. 53. post princ. vers. sed Panormitanus in tract. nouiss. tom. 13. par. 1. fol. 14.
Qui vero tenent, Reum in Ecclesia delinquentẽ, vel alias subiectum foro Ecclesiastico gaudere immunitate, quatenus non sit remittendus Curiæ sæculari, nec ab ea puniri posse, sed nihilominus ab Ordinario puniendum, quales sunt relati per Farin. de immun. d. num. 109. & D. Sperellum d. decis. 59. n. 9. minime attendi possunt, tum quia ex hac eorum
12 opinione destruunt immunitatem, aduersus quos propterea stat verior, & magis recepta sententia, quam longe plures sequuntur relati per eumdem D. Sperellum eadem decis. 59. num. 11. & seqq.
Tum etiam, quia hæc quæstio, vt idem D. Sperellus comprobat eadem decis. 59. num. 34. cum seq. depẽ-
13 det ab alia numquid clerici, vel alij foro Ecclesiastico subiecti delinquẽtes possint à suis Prælatis ab Ecclesia extrahi, & sic, an immunitas liget dumtaxat manus Iudicum sæcularium, vel etiam Ecclesiasticorum quoad suos subditos, in hac enim quęstione licet Abbas in d. cap. inter alia, nu. 13. & alij relati per eumdem D. Sperellum, n. 35. teneant pro exclusione immunitatis.
Tamen contrariam sententiam tanquam magis rece-
14 ptam amplectuntur Roman. cons. 227. & cons. 234. per tot. alijque plurimi relati per eumdem D. Sperellum, ead. decis. 59. eodem num. 35. vers. contrariã tamen, inter quos præcipuè Couar. var. lib. 2. cap. 20. num. 16. Clar. quæst. 30. num. 16. idemque Farin. quæst. 28. num. 7. vbi de communi, & de immun. nu. 34. & seq. Giurb. cons. 40. num. 1. Ambros. de immunit. cap. 12. num. 3. & Duard. in Comment. ad Bullã in Cœna Domini, lib. 2. cap. 15. quæst. 16. numer. 13. Guazzinus defens. 1. cap. 37. num. 48. & cap. 98. numer. 18. & latius Decian. tract. crimin. lib. 6. cap. 26. num. 1.
Cumque de crebriori, & magis in iudicando sequenda plures attestentur relati per eumdem D. Sperellum vbi supra, vbi etiam ante num. 36. vers. nec valet contraria consuetudo.
Ac etiam hanc eamdem opinionem sequuta sit Sacra Congregatio immunitatis, vt testatur idem D. Sperellus

rellus eod.num.35.ante fin.ac etiam Sacra Congregatio Concilij, vt testatur idem Farin. de immunit. numer.36. in fine, non videtur amplius dubitandum.

ARGVMENTVM.

Quando Reus non vult exire ab ecclesia contra voluntatem Rectoris, & praeceptum Episcopi, an possit extrahi per vim.

In Ecclesia existens, mandans aliquem occidi extra illam, an gaudeat immunitate.

SVMMARIVM.

1 *In Ecclesia, vel loco immuni captus sine iustificatione delicti exceptuati in Constitutione Gregoriana, restitui debet.*

2 *Homicidio commisso in rixa, locus est poenae extra ordinem, & consequenter immunitati.*

3 *Banniti capitaliter in contumaciam ex causa delicti non excepti in Constitutione Gregoriana, gaudent immunitate.*

4 *Ad Immunitatis exclusionem non sufficiunt probationes praesumptiuae, & priuilegiatae.*

5 *Ab Ecclesia extrahere inuitum non licet, neque etiam ad euitandum scandala, vel ad alium bonũ finem.*

6 *In Ecclesia delinquens gaudet immunitate pro delicto leui.*

7 *Immunitate gaudet in Ecclesia delinquens, dummodo non delinquat sub spe immunitatis.*

8 *Immunitatem denegat Constitutio Gregoriana ijs, qui homicidium, vel mutilationem in Ecclesia committunt.*

9 *In Ecclesia repentino motu delinquens non caret immunitate.*

10 *In Ecclesia existens, mandans committi homicidiũ extra illam, gaudet immunitate.*

11 *Homicidium, quod pro assasinio habetur in aliquo casu ex Constitutione Principis, non impedit immunitatem.*

CONSILIVM CIV.

IOannes, & Bernardinus capti in Ecclesia Sancti Saluatoris, & ex ea per vim extracti, sunt eidem Ecclesiae restituendi, quoniam regula est certa, quod
1 captus in loco immuni, & extractus absque legitima, & sufficienti iustificatione delicti exceptuati in Constitutione fel. record. Gregorij XIV. in nouo Bullar.tom.2.Constit.7.fol.694. debet restitui, Remig.de immun.Eccles.quaest.17.ante finem, Genuens.in prax.Neapol.Eccles.cap.17.de immunitat.Eccles.numer.6.Bobadilla in sua politica, lib.2. cap.14. num.94.

Nullaque est difficultas hoc casu, quia constat, Ioannẽ ad Ecclesiam praedictam confugisse ex causa simplicis contentionis, & rixae habitae cum altero conciue, Felin.in c.significasti, 18.num.14. post princip. vers.homo enim incenso calore, de homicid. quam
2 obrem etiam homicidium commissum calore iracundiae superueniente ex aliquo facto improuiso aequiparatur homicidio commisso in rixa, pro quo non poena ordinaria, sed extra ordinem mitior imponitur, & consequutiuè ex eo non denegatur immunitas Ecclesiae, Bart. in l.respiciendum, 11. §.delinquunt, num.2.ff.de poen. Boss.de homicid. num. 64.ante fin.Clar.§.homicidium, num.7.& seq. Farinac.quaest.126.num.211.post princ. Caball. de homicid.num.134.

Bernardinum verò ad Ecclesiam praedictam confugisse ob praetensam condemnationem in poenam
3 triremium ob contumaciam, siquidem etiam banniti capitaliter in contumaciam damnati ex causa delicti in dicta Constitutione non excepti gaudent Ecclesiae immunitate, Farinac.quaest.28.num.47. & de immunitate, num.41.& seq.

Neque obstat, quod quamuis praedicti ex causis praefatis gauderent immunitate, non tamen ea frui possent pro criminibus, quae per eosdem commissa praetenduntur in eadem Ecclesia. Primò ex recusatione discedendi ab Ecclesia, non obstantibus instantijs, & mãdatis Fratrum, & Superiorum eiusdẽ, adiectis etiam in eosdem iniurijs, Secundo ob spretum praecepti Episcopi Foroliuien. de discedendo. Et tertio ob tractatum, consilium, & forsan mandatum de alterum extra Ecclesiam occidendo, tum
4 quia nec Curiam Ecclesiasticam, nec laicalem constat, habere in hoc probationem releuantem, & probationes, si quae adessent, praesumptiuae, & priuilegiatae non sufficiunt, Mar.Ital.de immun.cap.6.§.1. num.80.& seq.idem Farin.de immun.cap.vltimo, n. 374.& cons.76.num.3.& seqq.& plenè cons.168.nu. 8.& seqq.Castil.decis.156.nu.5.& seqq.par.2.Giurb. cons.10.num.24.ante med.plenè Ambros.de immunit.cap.11.num.4.per tot.praesertim cum super hac probatione non stetur processui Iudicis saecularis, Farin.d.cons.76.num.1.& seqq.& d. cons.168. num. 26.& seqq.& de immun.num.373.& num.367. Ambros.d.cap.11.num.2.vers.an sufficiant, & seq. Mar. Ital.de immun.lib.1.cap.65.num.1.& seqq.Ricc.in prax.var.resol.450.n.3.

Tum etiam quia quoad primum obiectum obstat,
5 quod Fratribus, & Superioribus praedictis non licebat praedictos inuitos ab Ecclesia extrahere, etiam quod praetenderent, id sibi licere ad bonum finem, & euitandi scandala, Farin.de immun.n.325.

Quoad secundum, quia etiam delinquentes in Eccle-
6 sia, quando delictum est leue, gaudẽt illius immunitate, & propterea inuiti ex ea extrahi non possũt, Farin.de immun.n.250.

Et praesertim cessantibus rationibus c.fin.de immun. Eccles.etenim cessat prima ratio in casu, de quo
7 agitur, quod excessus praedictus fuerit in Ecclesia commissus sub sperata immunitate, cum si qui fuerit commissus, fuerit ex impetu, nulla prorsus praecedente praemeditatione. Guazzin.defens.1.cap.38. num.14.post med.vers.sed quod vtrumque, vbi minimè immunitas excluditur, nisi duo copulatiue concurrant, quod delictum fuerit commissum in Ecclesia, & animo consequendi immunitatem, Giurb.cons.30.num.22.& cons.90. num.3. Bobadil. in d.politica lib.2.cap.14.num.25.& seq. D.Sperell. decis.for.Eccles.59.num.35.ante fin.vers. caeterum haec omnia.

Nullaque est dubitatio, dum eadem Constitutio Gre-
8 gorij XIV.inter casus exceptos, nonnisi homicidiũ in Ecclesia commissum, seu membri mutilationem includit, Farin.de immun num.208. & 210. ante finem, d.num.250.ad fin.cap.28.num.53.ante finem, Am-

Ambros.de immun.cap.50.num.16.& alijs.

Eoque magis, quo cessat etiam secunda ratio dicti c. fin.de immun.Ecclef.quod scilicet frustrà legis auxilium inuocet,qui committit in legem, quia hæc
9 nullatenus applicabilis censeri potest in excessibus commissis in Ecclesia repentino motu, ex quo hoc casu cessat animus committendi in legem, & iniuriam Templo inferendi, Guttier. pract. qq.lib.3. & 4.qu.tit.1.num.9.in fine,vers.respondemus,& num. 10.& seq. Azeued.lib.1.tit.2.lege 3 recopilat.nu.26. tom.1 folio mihi 23.

Quoad tertium verò,tum quia etiam existens in Ec-
10 clesia mandans committi homicidium extra illam gaudet immunitate, cum ob mandatum committendi extra habeatur Ecclesiæ reuerentia,Ambros. de immun cap.5.num.9.

Tum etiam, quia homicidium licet aliquo casu ex
11 Constitutionibus,seu bannimentis Principum, declaretur per assasinium,tamen quoad effectum excludendi ab immunitate declaratio huiusmodi,absque specifica expressione exclusionis immunitatis minimè suffragatur,Giurba conf.50. num.22. 23. & seqq.ex decis.Peguer.40.num.7.Ambros.de immun. cap.3.n.6.& Guazzin.defens.1.cap.38.n.36. vers.nec obstat.

ARGVMENTVM.

De irreleuantia inditiorum homicidij cũ qualitate assasinij ad effectum immunitatis.

SVMMARIVM.

1 *Ad Immunitatis exclusionem requiritur concludens probatio delicti exceptuati in Bulla Gregoriana, nec sufficiunt præsumptiones.*
2 *Processus Iudicis sæcularis non attenditur ad iudicandum super immunitate.*
3 *Testes pro informatione Curiæ examinati repeti debent ad excludendam immunitatem.*
4 *Mandatarij depositio in assasinij crimine non sufficit ad torquendum mandantem.*
5 *Fama, quæ oriri potuit à mandatario, non officit mandanti plusquam ipsius mandatarij depositio.*
6 *Testis de auditu alieno non probat.*
7 *Testes prosternuntur, quando nominatus ab eis aliud testificatur.*
8 *Fuga nihil facit, quando datur iusta causa, qualis est rumor auditus inculpationis.*
9 *Inditium non oritur ex eo, quod esse potest vno, vel altero modo sine delicto.*
10 *Negatiua probatur ex actorum reuolutione.*
11 *Assasinium non dicitur sine datione, vel promissione pecuniæ, vel rei.*
12 *In Assasinio requiritur datio, vel promissio certa, nec satis est promissio vaga, & generalis.*
13 *Mandans, qui nihil certi dat, vel promittit mandatario, non incidit in crimen assasinij, nec priuatur immunitate.*

CONSILIVM CV.

QVamuis ex Constitutione fa. me. Gregorij XIV. super immunitate Ecclesiarum in nouo Bullario tomo 2. Constit.7.fol.694. caueatur expressè, homicidas cum assasinij qualitate ab huiusmodi immunitatis beneficio excludi.

1 Tamen certum quoque est cessante huius prætensæ qualitatis probatione concludente immunitatem competere, adeout nec præsumptiones, & inditia censeri possint sufficientia, quo minus carcerati Ecclesiæ eidem, à qua fuerunt extracti, sint restituendi,Mar.Ital.de immun.cap.6.§.1.num.80. & seqq.Castill.decis.Regni Siciliæ 156.num.5.6.7 & seqq.lib.2.Giurb.cons.10.num.24. Riccius in prax. var.resol.38.num.4. & seqq. Ambrosin. de immun cap.11.num.4.& seq.Farin.de immun.cap.vlt.num. 374.& cons.76.num.3.& seqq.lib.1.& plenius cons. 168.num.8.& seqq.vbi contrarijs omnibus benè respondet,lib.2.Auendan.de exeq.mand. Reg. par. 1.cap.22.num.4.

Constat autem in casu, de quo agitur,D. Fabritium nullatenus iudicari posse ab immunitatis beneficio exclusum.

Primo quia, quicquid aduersus ipsum adducitur desumptum conspicitur ex processu Auditoris generalis Regni Siciliæ Iudicis sæcularis, qui quidem
2 processus in eo, quod attinet ad huius immunitatis iudicium, attendi minime debet, sed solius Iudicis Ecclesiastici competentis, Mar. Ital. de immun.d.lib.5.cap.6.§.1.num.79.Ambros.de immun. d.cap.11.num.2.vers. an sufficiat, & seq.Farin.de immun.num.367.& seq. & num.373.& dicto cons. 76.num.1.& seqq.& d.cons.168.n.26. & seqq. Ricc. in prax.var.resol.450.num.3.

Secundo quia in processu d.Iudicis sæcularis non vi-
3 di testes examinatos pro informatione Curiæ fuisse repetitos, prout ad effectum exclusionis ab immunitate requiritur, Ambros. vbi supra, Farin. d. cons.76.num.1.& seqq.& d.cons. 168.n.39.& seq.

Tertio quia neque etiam inditia, quæ prætenduntur pro prætenso mandato ad occidendum, releuantia censeri possunt ad torquendum, nedum ad cõuincendum.

Non enim mandatarij prætensi depositio, quia solũ
4 eius dictum in crimine assasinij, non est sufficiens ad torquendum, nisi alia concurrant, quæ sint proxima delictum tangentia,non autem remota, Farin.cons.10.num.31.32.33. 46.& seqq. vbi rationes, & cons.19.num.18.& add.lit.B.& q.44. nu.19.

5 Non etiam publicæ vocis,& famæ prætextus,que uis dici posset ortum habuisse tempore asserti dãlicti, cum potuerit hanc originem habere à depositione sola dicti prætensi mandatarii, Boss. de mãdat. ad homicid.d.num.38.vers.fama, Farin. quæst 47.num.173.& seq.& num.176.Caball. resol. crim. casu 200.num.132.& 133.

Non quoque testium depositiones, quod audiuerint à Maria famula eiusdem D. Fabritii dicto mandatario fuisse pecuniam solutam, tũ quia testes, quic-
6 quid sit in depositione de auditu ab asserto delinquente dum deponunt de auditu alieno, neque qualitatem huius auditus probant, Farin. de testib.quæst.69.num.2.& seqq. ex textu in cap. licet ex quadam.de testibus, alijsque pluribus rationibus, de quibus à num.3.ad 7.

7 Tum quia dicta Maria examinata nihil dixit super prætensa solutione, nam propterea depositiones prædictorum prosternuntur, Card. Mant. decis.317.num.8.

8 Non etiam prætensa fuga, & tremor dicti D. Fabritij, quia nec illa, aut ille aliquid faciunt quando datur iusta aliqua causa, qualis est rumor auditus

ditus prætensæ inculpationis, Farin.conf. 19. n.6.

Minus denique quod apud assertum mandatarium
fuerint inuenta scuta octo, & quædam litteræ cā-
bij, quoniam inuentio pecuniæ cum potuerit ha-
9 beri absque delicto nihil facit ad illius præsūptio-
nem, Baldus firmans, nunquam inditium oriri ex
eo, quod vno, vel altero modo esse potest præter
delictum, conf.259.num.4.vers.sed quæ possunt, lib.
1.Aym.conf.6.num.12.Vulpell.conf.97.nu. 3.Becc.
conf.85.num.1.in fin.lib.1.

Quoad vero prætensas cambij litteras, quia nullus ex
testibus asserit, illas legisse, nec etiam vidisse, sa-
10 tisque est ad illius negatiuam, quod illa satis pro-
batur ex actorum reuolutione, Rot.decis.429. n.1.
par.3.rec.

Cœterum quicquid sit de prætensis inditijs, ad effe-
ctum immunitatis, de qua quęritur, satis est, quod
qualitas pretensi assasinij nullatenus censeri potest
iustificata, nec respectu personæ asserti mandata-
rij, multoque minus respectu personæ dicti D.Fa-
britij.

Respectu autem dicti prætensi mandatarij, quia licet
ipse confessus fuerit, se homicidium commisisse
11 de mandato dicti D. Fabritij, tamen de pecunia
sibi data, vel promissa, nihil prorsus in eius con-
stitutis habetur, & propterea respectu suæ perso-
næ firmari nequit, quod homicidium per assasi-
nium commiserit, quamuis homicidium mediā-
te sclopo patrauerit, Castil.firmans id etiam dispo-
situm ex litteris sa. me. Clementis Octaui, d. decis.
156.n.38.præcipue ante finē, Giurb.conf.100.n.10.

Neque enim obstat, quod idem assertus mandatarius
in vltimo constituto dixerit, mi disse detto Don
Fabritio, ch' io non hauessi dubitato di cosa nes-
suna, e che ci haueria speso la robba, per mia de-
fensione, quoniam ad constituendum assasinium
12 necessaria est datio, vel promissio pecuniæ, vel
rei certæ dependentis à voluntate dantis, vel pro-
mittentis, nec sufficiens censeri potest spes, mi-
nusque promissio generalis, & incerta, Hond.conf.
93.num.66.& seqq.lib. 1. Caball. tract. de omni ge-
nere homicid.num.494.& 548. Giurb. alios plures
referens, conf.70.nu.37.38.& 39. vbi etiam eodem
num.38.quod à sæculo non fuit auditum, quod Ma
gna Regia Curia sequuta fuerit opinionem, quòd
ex incerta, & generali promissione probetur assasi-
nium, quod etiam testatur Intrigl. decis. Regni Si-
ciliæ 40.num.57.& alijs, Farin.quæst.123. num. 40.
& 145.& conf.225.num.3.cum quibus etiam Gabr.
conf. 170.n.15.& seqq.lib.1.

Respectu verò personæ dicti Don Fabritij, quia præ-
13 allegata fortius procedunt pro prætenso mandan-
te nihil certi dante, vel promittente, nisi generali-
ter, & incertè ad effectum fruendi ecclesiæ immu-
nitate, Ambrosin.de immun.cap.7. nu.9. post med.
vers quid si hæc declaratio reciperetur, Farin.eod.
tractat.de immun.cap.8. num. 129. & plenè com-
probans respondendo contrarijs, Giurb. conf. 70.
num.37.per tot. atque ita etiam in dubio pro im-
munitate iudicandum, vt per eumdem Giurb.
conf.10.num.25.

ARGVMENTVM.

An homicidium ad alterius complacentiā sub spe remunerationis, sicut ex bannimentis reputatur commissum per assasinium, ita censeatur exceptuatum in Gregoriana super immunitate.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium ad alterius complacentiam sub spe generali remunerationem consequendi, dicitur per assasinium. Contrarium num.2.*

3 *Mandatarius cessante datione, aut promissione certa, quamuis iuxta opinionem vulgarem proditorie delinquat, non tamen dicitur assasinus, sed gaudet immunitate Ecclesiæ.*

4 *Ex qualitate impositionis pœnæ non arguitur necessario ad qualitatem commissi criminis.*

5 *Bannimenta, quod assasinus is reputetur, qui aliū occidit ad solam alterius complacentiam, tollunt immunitatem. Contrarium num.6.*

7 *Ad assasinium non sufficit promissio subministrandi pecuniam pro aliquo exercitio.*

8 *Assasinium non inducitur ex mutuo, vel commodato.*

CONSILIVM CVI.

QVamuis indubitatum sit assasinij immunitatem
Ecclesiasticam non suffragari, sic expresse dispo-
nentes Constitutione sa. me. Gregorij XIV. super
immunitate Ecclesiarum, in nouo Bullario, tom. 2.
Constit.7.fol.694.

Tamen difficultas consistit in applicatione.

1 Neque enim conclusio, quæ firmatur ex aduerso,
quod per assasinium sit homicidium commissum
ad alterius complacētiam, cum spe generali remu-
nerationem consequendi, ex Decian. tract. crimin.
tit.de mand.pecun.inter lib.9.cap.30. num. 16. An-
gel.conf.14.& Aret.conf.63.num.16.in fine, & Fa-
rin.quæst.123.num.39.& 45.recipi potest, quia opi-
2 nio contraria, quod immo ad constituendum assa-
sinium necessaria sit promissio pecuniæ, vel rei cer-
tæ dependentis, à voluntate promittentis, nec suf-
ficiat promissio generalis, & incerta, pluribus pro-
batur per eumdem Farin.eadem quæst.123.nu. 40.
& 145.& conf.225.num.3.& vere, & bene probant
idem Gabr.exaduerso adductus, conf.170.num. 15.
& seq.lib.1.Honded.conf.93.num.66.& seqq. lib. 1.
Caball.tract.de omni genere homicidij, num. 494.
& 548.Giurb.alios plures referens, conf.70.num.37.
38.& 39.vbi etiam eodem num. 38. quod a sæculo
non fuit auditum, quod magna Regia Curia sequu-
ta fuerit opinionem, quod ex incerta, & generali
promissione probetur assasinium, quod etiam te-
statur Intrigl.decis.Regni Siciliæ 40.num.57.& alijs
& quod spes remunerationis certæ sit intelligenda
ex causa promissionis, Mastril.ad indult.gener.cap.
29.num.11.

Et pro hac opinione stat ratio conuincens, quoniam
si sola complacentia, vel spes. quod mandans cō-
mitti homicidium esset verisimiliter mandatarium
remuneraturus, sufficeret ad inductionem quali-
tatis assasinij, omnes mandatarij mandatum homi-
cidij exequentes essent assasini, cum semper man-
datarij tales quique frequentissime non abundant
diuitijs, aut ob præmium, aut spem remuneratio-
nis, aut saltem complacentiam huiusmodi man-
dati scelera, eorum famam spernentes exequantur,
Hond.d.conf.93.num.68.lib.1.idem Farin. d. quæst.
123.num.39.

Ac

Ac propterea mandatarij cessante datione, aut pro-
3 missione certa, quamuis mandata exequantur clã, & iuxta opinionem vulgarẽ proditorie, non tamẽ iuxta interpretationem Iuris censentur de Iure assasini, itaut cadant contra eos pœnæ c. pro humani, de homicid. in 6. ideoque fruuntur Ecclesiæ immunitate, Giurb. d. cons. 70. n. 37. post princ. vers. & Ecclesiæ gaudet immunitate. Ambr. tract. de immun. & libert. Eccles. c. 7. n. 9. post med. vers. quod si hæc declaratio reciperetur, idemque Farin. eod. tract. cap. 8. n. 129.

Ac non etiam releuans censeri potest obiectũ ex bannimentis de ordine Sanctissimi emanatis, quatenus in eorum cap. 18. disponitur, quod assasinus ille reputatur, qui ad solam alterius complacentiam aliũ occidit, quia bannimenta respectu immunitatis Ecclesiasticæ nihil disponunt, sed solum loquuntur in ordine ad pœnam capitalem, quapropter
4 ex qualitate impositionis pœnæ necessario argui nequit ad qualitatem commissi criminis, Boss. de crim. læsæ maiestat. num. 6. bon. mem. Oranus in voto decisiuo, de quo sub decis. 61. num. 27. post lib. 2. cons. Farin.

Neque obstat Farin. de immun. d. cap. 8. num. 130. ante
5 finem, asserens ex bannimentis tolli immunitatẽ, quia eius opinio destituta est auctoritate, cum nihil alleget, & quatenus bannimenta declarant Reũ assasinij ad effectum solius pœnæ, quam infligunt de Iure speciali, & extraordinario, consequutiue, non sunt extendenda ad eum, qui extra d. casum.
6 Iure ordinario non est talis in ordine ad immunitatem, Castrens. in l. lege 12. tabul. 14. num. 5. C. de legit. hæred. Afflict. ad constit. foro iudicatorũ lib. 2. rubr. 6. num. 15. post princ. vers. scilicet.

Minusque obstat, quod promissio mandantis fuerit certa ex confessione eiusdem mandatarij, quate-
7 nus dixit, non mi hà data, ne promessa quantità alcuna di denari, ma si bene promessomi di soccorrermi, & aiutarmi con mettermi negotio, e trafico, doue io fossi capitato da poter star bene, quia consequentia certitudinis exaduerso exinde desumpta minime subsistit, tum quia in terminis contrarium tenet Farin. cons. 10. num. 5. ante med. vers. primo quia, lib. 1. vbi in specie probat pollicitationem pecuniæ pro exercitio staminis minime censeri certam ad effectum qualitatis assasinij.

Tum etiam, quia ex traficis, exercitiis, & negociis, nihil promittens expressit quoad lucra exinde prouenientia, an spectare deberent ad mandatarium, ac propterea inest eorum respectu in hac promissione incertitudo, quod autem in promissione fuit expressum, da poter star bene, intelligi potest respectu operarum eiusdem mandatarij, qui traficum, & negocia deberet administrare, talisque
8 promissio non inducit assasinium, quemadmodum nec inducit mutuum, vel commodatum, Giurb. d. cons. 70. num. 37. ante med. vers. vt commodatum, vel mutuum Farin. d. cons. 10. numer. 5. ad med. vers. quod mutuum, depositum, seu commodatum, Guazzin. defens. 4. cap. 13. numer. 19. post med. vers. nec si aliquid fuerit sibi commodatum, vel mutuo datum.

ARGVMENTVM.

De monitorio continente pœnam indebitam, vel excessiuam pro prætenso delicto, quod minister publicus discesserit ab Vrbe, & occultauerit libros in præiudicium Cameræ Apostolicæ, & aliorum.

SVMMARIVM.

1 *Delictum vbi non adest, ibi non infligitur pœna, nec locum habet accusatio, nec inquisitio.*
2 *Audientia extraiudicialis conceditur defensoribus contumacis, quando in monitorio exprimitur pœna indebita, vel excessiua.*
3 *Audientia conceditur cuilibet etiam comparenti pro bannito capto post annum, quando obijcitur, pœnam non esse delicto condignam, sed excessiuam.*
4 *Interesse deficiente cessat actio, & exceptio.*
5 *Furti pœna ordinaria cessat in ijs, quorum animus non est furandi, & lucrandi cum iactura alterius.*
6 *In Pœnalibus non fit extensio.*
7 *Libros, quos retinet mercator pro suis memorialibus, & instructione non tenetur custodire, nec exhibere.*
8 *Fisco tenetur quis edere scripturas in Causis nũmarijs, non autem in Causis criminalibus capitalibus.*

CONSILIVM CVII.

Extra regulas impeditiuas audientiæ contumacibus sunt casus, in quibus liqueat, vel pœnam
1 imponi, vbi pœna non cadit, nec recipitur accusatio, nec inquisitio formatur, deficiente subiecto delicti, Bart. in l. vbi pactum, num. 10. vers. & ideo, C. de transact. Rot. apud Seraphin. decis. 668. num. 2. Farin. cons. 17. num. 1. Caball. resolut. crim. 1. nu. 12. & resolut. 151. num. 9. Giurba cons. crim. 32. nu. 12. & cons. 69. n. 4.

Vel vbi impositio pœnæ apparet excessiua, ex dispositione Iuris cum hisce casibus nulli de Populo au-
2 dientia extraiudicialis denegetur ad effectum, vel vt pœna comminata ex monitorio deleatur, vel in excessu sit moderanda, Boss. tit. an in crim. iudicio quis possit pro absente interuenire, numer. 14. post med. vers. quod quilibet, Bald. cons. 238. num. 2. lib. 2. Innoc. in c. cum inter, 16. num. 3. post princ. vers. sed dic quod vbicumque, de elect. idemque Bald. cons. 335. num. 1. ante med. vers. præterea hanc defensionem, lib. 3.

Adeout neque audientia cuiquam deneganda sit,
3 vbi bannito post annum carcerato quicumque obijciat, sententiam illius condemnatoriã exequibilem non esse ob pœnam prætenso delicto minimè condignam, Clar. §. fin. quæst. 93. nu. 4. vbi etiam quod sententia ob excessiuitatem pœnæ est nulla, Plot. cons. 72. num. 31. & seq. inter cons. crim. diuers. tom. 2. Farin. cons. 28. num. 1. & cons. 101. n. 48. lib. 1. & cons. 201. nu. 6. ad med.

Tales autem videntur casus in monitorio ad personaliter comparendum sub pœna vltimi supplicij, & confiscationis bonorum contra D. Antonium Franciscum exequuto, aut enim ex gestis per eum in dicto monitorio narratis, minimè delictum resultat, aut pœna, quæ in eodem comminatur, præ-

tensum delictum excedit, adeout applicationi qualitatis pœnæ, ex Constitutione Pij Quinti contra dolosos decoctores inflictæ nullatenus sit locus.

Non enim delictum resultat, quoniam discessus D. Antonij Francisci ab Vrbe, & prætēsa omissio prius satisfaciendi asserto credito Cameræ, & montistarum nihil facit, cum ex ipsis sequestris desuper emanatis ad instantiam Cameræ siue suo, siuè etiā montistarum nomine iam liqueat, bona, effectus, ac res per eumdem D. Antonium Franciscum possessas etiam in locis montium existentes non solum superare summam scutorum quatuordecim millium, & illius pluris, quod in monitorio exprimitur, sed etiam prætensa aliorum credita, & huiusmodi quantitatem ascendentem vltra summam scutorum quadraginta quinque millium sufficientem esse debitæ requisitæ satisfactioni de Iure, & præcipuè, cum nec in monitorio specifica aliqua mentio fiat nominum assertorum creditorum, & quando fieret, vel aliàs creditores certi, & liquidi veniant, possit etiam illis commodè debita satisfactio exindè applicari, neque enim dubitandum,
4 quin de Iure cessatio interesse tam exceptionem, quam actionem quamcumque tollat, Gregor. dec. 306. n. 3. & decis. 410. n. 6.

Idque & magis releuans censendum, quo eadem Cōstitutio Pij Quinti, de qua Bullario nouo 112. tom. 2. fol. 317. §. 3. ad finem, pœnam vltimi supplicij declarat imponere ob æquiparationem, quam facit de dolosis decoctoribus, qui de Iure, vel consuetudine, aut particulari, vel municipali statuto eadem
5 pœna plecti debent; quandoquidem cessat pœna furti ordinaria in ijs furibus, quorum animus non est furandi, & lucrandi cum aliorum iactura, vt in l. vulgaris, in princip. & §. sed & si de naui, & in l. si quis fur, & vtrobique, glos. & communiter Doctores, ff. de furt. per Farin. quæst. 174. n. 14.

Minus autem locus est dictæ pœnæ capitali, ac confiscationi, ex prætextu occultationis, & asportationis librorum suæ Rationis banchariæ; nam etiam ex illorum sequestro constat, nec occultationem, nec asportationem aliquam cōmissam fuisse, dum ex eorum inspectione liquet, omnes penitus libros ad interesse Cameræ spectantes realiter reperiri, & hodie custodiri de mandato Cameralium, & ex eorum lectura percipitur, in eis annotatas fuisse omnes pecuniarum quantitates apud D. Antonium Franciscum peruentas, earūdemq. exitus, prout etiam in eisdem, & ex instrumentis per Notarium Cameræ rogatis apparent Partita cum Camera conuenta], eorumdemque implementum, quamobrem facto sic iustificato constat etiam, quoad Cameram omne prætensum interesse cessare.

Quoad vero alios libros Rationis bancharię extra interesse Cameræ asserta occultatio, & asportatio nullum infert delictum, & præcipue, vt locus esse possit applicationi pœnæ constitutæ in dicta Constitutione Pij Quinti, tum quia Constitutio prædicta nullatenus loquitur de occultatione, & asportatione librorum, sed solum de bonis, & pecunijs,
6 quam obrem in hisce pœnalibus non est ad casus non compræhensos in verbis extensibilis, quinimmo nec locus est pœnæ in casu, in quo persona non læditur, nec patrimonium diminuitur, Card. Mantic. decis. 300. num. 3.

Tum etiam, quia extra libros Camerales, alij sunt libri proprij ipsius D. Antonij Francisci retēti domi ad suam recordationem, & instructionem, Abb. in cap. 1. num. 3. de probat. Dec. in eod. c. 1. numihi 125. ad med. vers. retenta tamen communi, add. ad Buratt. decis. 345. vers. intellige de libris.

Neque in contrariū adduci potest Fiscum, & Cameram quoad editionem esse priuilegiatam, & quia vt præfertur, cessat in prætensa exhibitione aliorum librorum interesse Cameræ, & quia dato interesse, priuilegium de Iure, quod datur Fisco in editione restringitur ad causas nummarias, & excluditur quoad causas criminales capitales, ex textu in l. 2. §. item diu, ff. de iur. Fisc. Boss. tit. de Fisco, num. 11. & Peregr. de iur. Fisci, lib. 7. tit. 3. nu. 23 ante fin. vers. & bene.

ARGVMENTVM.

De excesſiuitate pœnæ cōminatæ in monitorio.

Et an ſit excesſiua pœna cōfiſcationis bonorum comminata non in conſequentiam vltimi ſupplicij, ſed in conſequentiam relegationis.

SVMMARIVM.

1 *Contumax non auditur, sed pro eo extraiudicialiter auditur defensor super excessiuitate pœnæ, & inualiditate inquisitionis.*
2 *Inquisitio vbi est inualida, corruit processus, & omnia inde sequuta.*
3 *In Monitorio specificari debet qualitas delicti, & locus, & tempus.*
4 *Confiscationis pœna in monitorijs, & sententijs contumacialibus imponitur in consequentiam pœnæ vltimi supplicij, vel ratione læsæ maiestatis diuinæ, vel humanæ.*
5 *Confiscatio non intrat, quando delinquens non punitur nisi pœna extra ordinem.*
6 *Delicti subiecto cessante cessat pœna.*
7 *Cōfiscationis pœna duobus modis antiquitus imponebatur, primo in consequentiam pœnæ mortis, & secundo in alijs casibus in Iure antiquo expressis.*
8 *Banniti amittunt Ciuitatem, & propterea maximam, vel saltem mediam capitis diminutionē patiuntur.*
9 *Relegati ad tempus, vel in perpetuum iura ciuilia non amittunt.*
10 *Banniti nostri temporis nō æquiparantur deportatis.*
11 *Causa ciuilis præiudicialis criminali facit criminalem silere.*

CONSILIVM CVIII.

Nec monitorium secundo loco contra D. Antonium Franciscum emanatum, nec ipsa inquisitio, quæ contra eum formata dicitur sustineri de Iure possunt, quoniam, & si contumacem mediā-
1 tibus actibus iudicialibus tribunalia non audiant, audire tamen quemcumque debent ad Iudicantium instructionem, tam super prætensæ pœnæ excessiuitate, Boss. tit. an in criminalibus iudicijs quis

quis possit pro absente interuenire n. 14. post med. vers. quilibet, ex Bald. cons. 238. num. 1. lib. 2. Innoc. in c. cum inter, 16. n. 3. post princ. vers. sed dic, quod vbicumque, de elect. idemque Bald. cons. 335. nu. 1. ante med. vers. præterea hanc decisionem, lib. 3.

2 Quam etiam super ipsius inquisitionis inualiditate, cum cessantibus requisitis ad illius validitatem, inquisitio formata, non solum sit nulla, sed nullus etiam processus, nullaque omnia inde sequuta, vt plurimis comprobat Farin. de inquisit. quæst. 1. num. 5. vbi etiam, quod omnes Doctores intrepide ita tenent.

Constat autem de prætensæ inquisitionis inualiditate, quia in assertis delictis generice in monitorio
3 expressis non fuerunt specificatæ eorum qualitates loca, & tempora, quæ pro validitate sunt in libellis, ac huiusmodi monitorijs, quæ loco inquisitionis, & libelli succedunt specialiter exprimenda, ex textu in cap. fin. §. libellorum, 2. quæst. 8. & in l. libellorum, 3. ff. de accus. & in alijs plurimis relatis per Farin. dicta quæst. 1. de inquis. numer. 12. per tot.

Constat etiam de prætensæ pœnę excessiuitate euidenter.

Primo quatens in monitorio exprimitur pœna confiscationis omnium, & singulorum bonorum, Iuriũ, & actionum vbilibet existentium, quamuis enim de stilo in Monitorijs, & sententijs contumacialibus ponatur pœna confiscationis principaliter, id
4 tamen procedit, quando confiscatio imponitur in consequentiam pœnæ capitalis vltimi supplicij, vel ratione hæresis, vel læsæ maiestatis, & ita communiter totum mundum seruare testatur, Farin. q. 25. num. 9. cum seq.

Secundo quia confiscatio bonorum non intrat, vbi
5 delinquens, non potest puniri pœna ordinaria delicti, sed puniendus esset ex delictis expressis in aliam pœnam extra ordinem, Bald. in l. vnica, C. sine iussu Principis, vbi etiam, quod vigore cuiuscumque arbitrij iudex non imponit bonorum confiscationem, cum alijs per Farin. d. quæst. 25. n. 19. cum seq. & Guazzin. de confisc. in 7. 8. & 9. limit. 13. conclusionis, num. 2.

Tertio quia, neque vllus in dicto monitorio prætensus excessus delictum iudicari potest ex deductis, &
6 iustificatis in facto, certum autem est, cessante subiecto delicti, nulli prorsus pœnæ locum esse posse, Caball. resol. crim. 1. num. 12. & resol. 152. num. 9. Farin. cons. 17. n. 1. Giurb. cons. crim. 37. n. 12. & cons. 69. num. 4. Seraph. decis. 668. num. 2.

Neque releuat, si dicatur in eodem monitorio impositam legi pœnam perpetuæ relegationis in arce Ciuitatis vetulæ, & in consequentiam huius perpetuæ relegationis potuisse imponi pœnam confiscationis omnium bonorum, & de Iure com-
7 muni antiquo duobus modis pœnam confiscationis bonorum imponi posse. Primò scilicet generaliter in omni casu, in quo quis pœna mortis naturalis, vel deportationis afficiebatur, & sic in consequentiam pœnæ mortis, vel deportationis imponebat Iudex pœnam confiscationis bonorum. Secundo verò specialiter, & expresse in pluribus alijs casibus, in eodem antiquo Iure expressis, ex Farin. ead. quæst. 25. n. 7.

Quoniam in præfato monitorio pœna mortis non fuit expressa, sed relegationis, minusque ex Iure antiquo applicabilis aliquis est casus huic, in quo versamur, quamobrem non datur ratio, ex qua monitorium quoad dictam confiscationem sustineri possit, nisi aduersus Iuris regulas dicatur pœnam perpetuæ relegationis æquiparari pœnæ deportationis, siquidem & hoc minimè subsistit, tum quia maximam, & mediam capitis diminutionem patiuntur quidem damnati, in metallum, cuius pœna procedit in damnato ad triremes, &
8 forsan in bannitis, qui possunt impunè offendi, & amittunt Ciuitatem, ac proindè maximam, vel saltem mediam capitis diminutionem patiuntur, vt per Caball. resolut. crimin. casu 122. numer. 42. & seqq.

9 Secus verò in relegatis, siue ad tempus, siue in perpetuum, qui iura ciuilia non amittunt, & in pluribus differunt à deportatis, Peregrin. de Iure Fisci, lib. 3. tit. 5. de deportatis, numer. 15. cum seqq.

Tum etiam quia quicquid sit etiam in bannitis nostri temporis, an sint, vel non sint æquiparat de-
10 portatis, hodie cum nemo ingenuè natus efficiatur seruus pœnæ, ex textu in Auth. sed hodie, C. de donat. inter vir. & vxor. Peregrin. de iur. Fisc. dicto lib. 3. tit. 6. numer. 47. dictæ æquiparationi minimè locus esse potest, prout in his terminis decidit Rota in Lucana successionis, 1. Februarij 1630. coram Reuerendiss. Dunozetto, sub decis. 346. par. 5. recen. & in eadem 21. Iunij 1630. coram Reuerendiss. Ghislerio.

Et præsertim cum respectu omnium expressorum in dicto monitorio, occasione Depositariæ generalis lis ciuiliter pendeat coram Eminentissimo Cardi-
11 nale Camerario, nam propterea hæc causa ciuilis, tanquam præiudicialis criminali faciet criminalē silere, ex text. in l. 1. C. quand. ciuil. act. crimin. præiud. Rot. apud Cardinal. Caualer. decis. 530. num. 1. & seqq.

ARGVMENTVM.

An supersedendum sit in exequutione sententiæ contra bannitum vti mandatarium, donec dignoscatur veritas negatiuæ coarctatæ propositæ à mandante.

SVMMARIVM.

1 *Exequutionem sententiæ capitalis omni ingenio Iudex differre debet.*
2 *In Exequutione supersedere debet Iudex ex noua notitia innocentiæ Rei, etiam confessi.*
3 *Ab Exequutione abstinendum est, donec dignoscatur veritas oppositæ exceptionis.*
4 *Socio criminis tolli non possunt defensiones, sub prætextu, quod alter socius fuerit condemnatus.*
5 *Mandatario etiam condemnato suffragatur defensio mandantis inseparabilis, & indiuidua.*
6 *Priuilegiati ex persona defendi potest, etiam non priuilegiatus.*

CON-

CONSILIVM CIX.

Vulgatum est, exequutionem sententiæ capitalis omni ingenio Iudicem differre debere, Lan-
1 cellott. de attent. par. 2. cap. 12. ampliat. 3. numer. 2. Carpan ad Statut. Mediolan. in c. homicidia, §. ita quod moriatur, num. 963. Guazzin. defens. 37. cap. 3. ante num. 1. vers. tamen Iudex, Bald. in l. addictos. n. 3. in fin. C. de Episc. audient.

In hoc autem casu dilatio necessaria videtur ex de-
2 bito Iustitiæ, quoniam quo Iure Iudex per nouam notitiam innocentiæ Rei etiam confessi, ac condemnati in exequutione supersedere debet pœnæ corporalis, l. 1. §. fin. ff. de quæst. Bald. in l. vnica, numer. 45. ad fin. vers. dicit Innocen. C. de confess. & in d. l. addictos, num. 3. post med. vers. dicit etiam Innocen. C. de Episc. audient. Chartar. de exequut. sentent. capt. bannito, cap. fin. numer. 318. & seqq. vbi exemplificat in notitia innocentiæ mediante negatiua coarctata iuxta casum, de quo quæritur.

3 Eodem etiam abstinere debet, donec dignoscatur veritas oppositæ exceptionis, Alberic. de Statut. par. 1. quæst. 57. num. 9. & 15. Marsil. in prax. crimin. §. opportunè, n. 1. Chartar. de exequut. senten. cap. fin. n. 320. & seq.

Nec obstat, quod ex huiusmodi dilatione per indirectum bannitus captus admitteretur ad defensiones, quia & huiusmodi beneficium non consequitur ex propria persona, sed ex persona prætensi socij criminis carcerati, cui quemadmodum dene-
4 gari defensiones non possunt, ex plenè deductis per Farinac. cons. 73. incip. videbatur prima facie,
5 num. 8. lib. 1. ità necessariò suffragari debent prætenso criminis consocio, cum qualitas defensionis proueniens ex probatione negatiuæ articulatæ sit inseparabilis, glos. in c. si quando, in verbo, per exploratores, in fine, vers. item per socium, 2. quæst. 6. & in c. statuit, in verbo, alter illorum, vers. nisi velis, 2. quæst. 4. Bartol. de Valmarina consil. 69. num. 46. inter crimin. diuersor. lib. 1. Iul. Scarlatt. eodem lib. 1. consil. crimin. consil. 114. numer. 21. & seqq.

Et præsertim cum prætendatur, condemnatum fuisse mandatarium carcerati hanc defensionem proponentis; nam cum delictum asserti mandantis sit connexum, immò correlatiuum mandatarij, adeo quod sublato vno, necesse sit submoueri & alterũ, vtique in hac ratione idem debet esse in vtroque iudicium, Decian. tractat. crimin. lib. 9. cap. 33. numer. 1. & seqq. Farinac. dict. consil. 73. numer. 7. lib. 1.

Quamobrem cum ratione correlatiuorum qualitas defensionis sit indiuidua, non nocet, sed recepta applicatur conclusio, quod etiam ex persona priuilegiati defendi potest etiam non priuilegiatus, l. si communem, ff. quemadmod. seruit. amitt. l. 1. C. si in commun. eademque caus. rest. postul. glo. fin. in cap. 1. de iurepatronat. in 6. Aretin. consil. 25. numer. 3. vers. circa secundum, Cou. r. practic. quæst. c. 34. n. 2. nonenim est nouũ, quod beneficio socij consequi possit aliquis id, quod aliàs denegaretur. Bald. in l. quicumque, num. 12. C. de seru. fugit. Surd. cons. 100. numer. 8. ante med. vers. & hic videtur vnus, lib. 1. cum alijs per Giouagnon. cons. 1. nu. 37. & seqq. lib. 1.

ARGVMENTVM.

De sententia contumaciali in pœnam triremium, & confiscationis partis bonorum non exequenda, ob nullitatem ex defectu iurisdictionis, & citationis, & ob iniustitiam ex defectu inditiorum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia criminalis quando est nulla, non est exequenda, neque etiam iuxta terminos Constitutionis san. mem. Pij V.*

2 *Sententia lata contra clericum à Iudice sæculari est nulla.*

3 *Clericus contumax mulctari non potest à Iudice laico.*

4 *Iudex non potest reassumere Causam, quam remisit.*

5 *Clericus non potest renunciare priuilegio fori, etiam accedente consensu Episcopi.*

6 *Commissio Iudici ordinario non dat nouam iurisdictionem, sed ordinariam excitat.*

7 *Rescriptum vti subreptitium non suffragatur, quando rescribens si aliquid sciuisset, nullo modo, vel difficilius rescripsisset.*

8 *Nullitas ex defectu citationis impedit exequutionem sententiæ.*

9 *Citatio per affixionem, vel domi non sufficit de Iure, nisi præcedat diligentia de citando personaliter.*

10 *Constitutio Aegidiana disponit non habentes domicilium citari per edictum, habentes verò citari vel personaliter, vel domi.*

11 *Citatio ad valuas de consuetudine non sufficit in habentibus domicilium.*

12 *Citatio trina requiritur in condemnatione, nec satis est vnica pro omnibus, nisi vigeat contraria Constitutio, vel consuetudo.*

13 *Citationis decretæ forma quando non seruatur, corruit sententia.*

14 *Sententiæ iniustitia ex deficientia inditiorum ad transmittendam inquisitionem impedit exequutionem.*

CONSILIVM CX.

Non videtur locus exequutioni sententiæ contumacialis latæ contra D. Cælium in Curia Nursiæ in pœnam triremium, & confiscationis me-
1 dietatis bonorum, quia cum sententia patiatur nullitatem, huiusmodi exceptio absque dubio impeditiua est exequutionis, etiam iuxta terminos Constitutionis Pij Quinti, in nouo Bullario, 9. par. 2. fol. 186. Chartar. de exequut. sent. capto bannit. in præfat. num. 94. vbi idem intelligit, etiam in casu, in quo nullitatis discussio altiorem requirat indaginem, cum agatur de exequutione irreparabili, Farin. de inquisit. quæst. 11. numer. 34. vbi de communi.

Constat autem de nullitate, quia sententia condem-
2 natoria processit cõtra clericum à Iudice, & Curia laicali, c. cum non ab homine, cap. at si clerici, cap.

Clerici, & c.qualiter,de iudic.c.si diligenti, & c. significasti,de for.compet.Farin.quæst.8.num.1.Decian.tract.crim.lib.4.cap.9.num.1.& seqq.

Adeoquod, neque etiam Clericus contumax absque
3 nullitate mulctari potest à Iudice laico, Gram vot. 27.in princ.Couar.pract.quæst.cap.33. num.2. vers. Clericus vero,Farin.d.quæst.8.num.17.vbi de communi.

Et præsertim cum idem Iudex allegato priuilegio cle-
4 ricatus, illiusque litteris productis, remiserit causam ad Episcopum eius ordinarium, nam propterea, non poterat deinde causam reassumere, vt per Bald.in addit.ad Specul. tit. de remiss. post §. 6. in princ.vers.nota, quod remissio.

Nec obstant litteræ ipsius Ordinarij directæ Sacræ Consultæ, dum instat, sibi significari eius mentem circa processum ad vlteriora, & asserit ignorare, an hæc causa criminalis esset inter laicos,quia ex hac ipsa ignorantia prætendi nequit abdicatio,
5 iurisdictionis, cum immo neque etiam Episcopi consensus in hoc suffragetur, glos.in d. cap. significasti,de for.compet.Farin.d.quæst.8. num. 13. Gail. lib.1.obseruat.40.n.2.& seqq.Surd.cons.47.num.34. & cons.122.num.1.lib.1.

Minusque obstant litteræ eiusdem Sacræ Consultæ, quatenus iniungunt Præfecto, vt processum,& hanc causam expediret, quia vel per rescriptum Principis, & commissionem Iudici ordinario directam
6 nulla censetur dari de nouo iurisdictio,sed dumtaxat ordinariam,quam habebat excitari, c. licet in corrigendis,de offic.ordin.vbi Abb. num.3. adeoquod illa commissio appellatur iussus, & non delegatio,Marant.de ord.iudic.5.dist.princ. numer. 77. Acciat.neg.3.præs.35.numer.6. Seraphin. decis.515. num.3.

Vel saltem,quia cum Sacra Consulta non perceperit
7 exceptionem prouenientem ob dictum clericatū, & remissionem Causæ ad Iudicem suum Ecclesiasticum,non possunt litteræ suffragari, postquam exinde negari non potest, quin si Sacra Consulta sciuisset,aut causam ab Ordinario non auocasset, aut difficilius,Gemin.cons.33.num.2. Alex.cons.3. num.5.vers.tertio,lib.5.Aym.cons.749. num.26. ex ratione text.in c.ad aures,8.& c.postulasti, 27. de rescript.

Præterea non videtur à vitio nullitatis saluari posse, stante defectu citationis minus legitimæ exequu-
8 tæ; cum enim contumacia ex citationum qualitate fundamentum desumat, absque dubio defectus hic exequutionem sententiæ contumacialis impedit,Nell.de bann.par.2.temp.2.quæst.35. Chartar. de exequut.sent.capt.bannit.cap.fin.num.143. 155. & 162.184.& 186.vbi quod nec ista nullitas, quæ prouenit ex defectu citationis tollitur à motu proprio prædicto,& num.456. Farinac.d.quæst.11. numer.35.37.& 44. Scac.de iudic.lib.1.cap.97. numer. 32.

Liquet autem de huiusmodi defectu, quia Iudex, qui condemnauit post exequutam primam citationem domi solitæ habitationis dicti Cælij mandauit eūdem citari pro secunda,& exequutio huius citationis non aliter facta fuit domi iuxta primam;sed per affixionem ad valuas,quæ propterea nec de Iure, nec ex Constitutione Marchiæ,nec de consuetudine sustineri potest.

Non enim de Iure,quia neque per affixionem ad val-
9 uas,neque domi sufficiens est citatio,non præcedēte diligentia de citando personaliter,Innoc.in c.significauit.de testib.Alb.de communi,cons.83.lib.2. Chartar.de exequut.d.cap.fin.numer.183. Rota loquens in causa criminali,decis.685.n.3.

Non etiam ex dicta Constitutione Egidiana, quia in c.10. lib.4. forenses non habentes in loco domicilium,disponit satis esse,quod per edictum citentur, habentes verò alternatiuè,vel personaliter,vel domi,vt etiam per Chartar.d.c.fin.num.181.ad fin.cū num.seq.

Non denique de consuetudine,quia licèt secundum
10 eam sufficiat citatio domi,absque alia perquisitione,& diligentia, tamen habentes in loco domici-
11 lium,absque dubio ad solas valuas citari nequeūt, Boss.de citat.num.16.vbi quod ita practicatur,Nel. de bann.3.par.1.temp.quæst.3.Chartar.d.c.fin.num. 183.ad fin.vers.contrarium,Farin.d.quæst.11. num. 41.vbi num.42.& seq.quòd soli vagabundi,& forenses citantur per edictum,& affixionem.

Neque enim huius nullitatis vitium saluari potest,ex prætextu,quod sufficeret prima citatio, & secunda esset superabundans,quia de Iure nulla est difficul-
12 tas,quin trina requiratur citatio,& vna pro omnibus non sufficiat, atque ita seruandum esse, vbi contraria Constitutio,vel consuetudo non viget, ex pluribus comprobant ijdem Chartar. eod. cap. fin.num.186.vers.& licèt de Iure, & Farin. d. quæst. 11.num.38.post princ.vers.primò enim.

Sed in hoc casu, etiam in casu contrariæ consuetudinis sententia esset nulla,dum idem Iudex decreuit, & mandauit citari secundò pro secunda ad respondendum inquisitioni,quin etiam in ipsa sententia causam nō veram adiecit intimationis banni, cum de hoc intimatione nullibi constet,quandoquidem
13 hoc casu seruanda est omninò citandi forma à Iudice data,& alioquin sententia est nulla, vt per eūdem Farin.ead.quæst.11.num.41.ante fin.vers.& nihilominus aduerte.

Sunt autem hæc facilius admittenda,quo ex deductis in facto,& signanter ex contrarietate eiusdem querelantis in recensendo factum, in tarditate querelæ,& in contrarietate earumdem testium,qui sese in contestes adducunt,non videtur constitisse de inditijs sufficientibus ad transmittendam inquisitionem in re vllam habente causam præexistentē,
14 nam cum hæc sit iniustitia æquiparata nullitati, impedit quoque sententiæ contumacialis exequutionem,ex tenore eiusdem Constitutionis Pij Quinti,vt per eumdem Farin.d.quæst.11.numer.16.vers. aduerte secundo.

ARGVMENTVM.

De reductione præcepti ad viam Iuris,ex comparitione specialis procuratoris, allegantis pro excusatione factum notorium.

SVMMARIVM.

1 *A Præceptis non est incohandum in criminalibus. Nec in ciuilibus,num.3.*
2 *Præcepta fieri nequeunt absque clausula, si quis, &c.*
4 *Rescriptum Principis,etiam præcisum,semper intelligitur saluis rationabilibus defensionibus.*
5 *Præcepta cum clausula,resoluuntur in citationē, & post*

& post comparitionem reducuntur ad viam Iuris.
6 *Notorium procedit à scientia certa totius Populi, vel maioris partis.*
7 *In Notorium transire potest non solum id, quod est facti permanentis, sed etiam quod est facti momentanei, quando est notabile factum, & coram Populo.*
8 *Notorium releuat ab onere probandi.*
9 *De Notorio Iudex potest se extraiudicialiter informare ex officio.*
10 *Citatio non arctat, quando subest iusta causa nõ comparendi, vel impedimentum.*

CONSILIVM CXI.

Non videtur iure denegari posse reductio prætensi monitorij contra D. Ducem per edictum exequuti, ad viam iuris, quia cum non minus sit vulgaris, quam certa regula, quod à præceptis nõ
1 sit incohandum, hæc æque procedit in criminalibus, Boss. tit. quomodo procedatur per præcepta, num. 3. per tot. tit. C. comminat. vel epistolas, Bertaz. cons. crim. 79. num. 3. in fine, & n. seqq. & cons. 181. nu. 15. lib. 1. itaut saltem fieri nequeat absque
2 clausula, Bonacossa in commun. opin. crim. verbo præceptum pœnale debet fieri, Bald. in l. 1. eod. tit. C. comminat. vel epistolas dicens, num. 2. comminationem censeri, vbi mandatur aliquid fieri sub pœna, absque clausula, & sub num. 4. dicens, præcepta inualida resolui in comminationem, vt inquit etiam, cons. 463. n. 7. post princ. vers. nisi quis dixerit, lib. 4. Mandos. de monit. quæst. 17. num. 3.
3 Sicut procedit in ciuilibus, Ias. in l. nec quicquam §. vbi decretum, num. 5. ff. de offic. pro cons. Anchar. cons. 60. n. 3. Mandos. de monit. d. quæst. 17. per tot. Rot. decis. 185. n. 3. par. 2. rec.

Consequutiue, aut supponitur, monitorium emanasse cum aliquali causæ cognitione, & postquam monitus, mediante speciali mandato in actis iam exhibito comparuit, illud reducendum ad viam
4 Iuris, quia, vt inquit Feder. de Senis cons. 251. n. 2. ad med. quantumcumque Princeps supremus precise scribat, semper intelliguntur saluæ rationabiles defensiones, & præsertim cum in commissione huius causæ nedũ minime fuerit expressum, quod nullæ defensiones debeãt admitti, sed immo, quod prout iuris fuerit procedatur, textus est in capit. ex parte, 13. de offic. deleg.

Aut exaduerso non docetur de aliquali causæ cognitione, & tunc, cum eiusmodi monitoria de Iure
5 absque clausula improbentur, monito legitime comparente, non debent nisi effectum simplicis citationis operari, & consequenter ad iuris terminos reduci, Bald. d. l. 1. nu. 4. post princ. vers. breuiter, C. comminat. vel Epistolas, & d. cons. 463. n. 7. lib. 4. Feder. de Sen. d. cons. 251. num. 2. Siluan. cons. 27. num. 10. Mandos. de monit. d. quæst. 17. num. 46. & seqq. Rot. decis. 685. num. 3. par. 2. rec.

Cœterum insubsistẽs quoque videtur vexatio in hoc casu, stante notorietate, quia à tempore exequuti monitorij per edictum citra, monitus copias suas militares intra sui status limites redegit, nec in aliquo ex contentis in monitorio prætendi potest mentem offendisse supremi Principis, si quidem sicut hæc notorietas negari nequit, dum procedit
6 à scientia certa, non solũ maioris partis, sed totius Populi d. Status, & est euidentia facti subiecta quotidie oculis hominũ, Capr. tract. de notorio memb. 2. num. 3. & seq. Rota decis. 6. num. 5. post princ. vers. sed manifestum, & notorium, de except. in nouis. adeout hoc casu cum factum reductionis milita-
7 rium copiarum intra dicti sui Status fines sit factũ coram Populo, eiusque maiori parte, notorietas æquipararetur facto permanenti, non autem simpliciter transeunti, aut momentaneo, vt per Farin. pluribus comprobantem, quæst. 21. num. 44. & seq. vbi quod hoc præcipue procedit, quando factum in Ciuitate, & Statu, quale est hoc, huius reductionis est notabile, & tale, quod verisimile est peruenisse ad notitiam totius Status, nedum Ciui-
8 tatis, quapropter huiusmodi notorium releuat ab onere probandi, & sufficiens est illius propositio, & allegatio, Surd. cons. 371. num. 46. lib. 3. Frãc. Marc. decis. 119. nu. 9. par. 2. Farin. d. quæst. 21. n. 79. 80. & seq.

Ita in omnem casum satis est, quod Iudex de hac no-
9 torietate possit, & debeat ex officio, & extra acta extraiudicialiter se informare, mediantibus personis, præcipue Ecclesiasticis in eodem Statu permanentibus, Capra d. tract. de notorio membro 6. principali, num. 6. ad fin. vers. secundo modo debet se informare, Socc. iun. cons. 65. num. 40. post princ. lib. 1. Surd. d. cons. 371. n. 46. ante med. vers. & potest Iudex, lib. 3. Farin. d. quæst. 21. num. 96. post princip vers. sed quod immo sufficiet, Gratian. discept. 442. nu. 8. Rot. decis. 278. n. 2. par. 4. diuers. add. ad Greg. decis. 224. num. 7.

Et præsertim cum amplior probatio in casu, de quo agitur, haberi nequeat ex impedimentis, iustisq.
10 causis relatis in facto, adeout hoc casu nec monitorium, nec citationes arctent, vt plene post alios per Farin. quæst. 11. num. 50. & seqq.

ARGVMENTVM.

De nullitatibus sententiarum contumacialium ex defectu obseruantiæ Constitutionis Barberinæ circa publicationem, & intimationem bannimenti, & ex defectu citationis.

SVMMARIVM.

1 *Nullitatis exceptio impedit exequutionem sententiæ in criminalibus, etiam in terminis Constitutionis san. mem. Pij V.*
2 *Sententia corruit, quando forma citandi non seruatur.*
3 *Notario attestanti de publicatione banni non creditur.*
4 *Nunciorum relationi non statur, nisi sint publici, & iurati,*
5 *Nuncius debet adhibere testes in relatione.*
6 *Præposterum, & impossibile est, aliquid prius exerceri, quam nasci.*
7 *Mandatum non sufficit sine effectuatione.*
8 *Mandatum de faciendo non est factum.*
9 *Vitium visibile tollit fidem scripturæ.*
10 *Liber inordinate retentus, non vna conglutinatione, seu ligatura vti suspectus, non probat.*
11 *Scriptura suspecta est ex diuersitate atramenti, & chartæ.*

12 *Scri-*

12 *Scriptura restricta in breuiori spatio suspecta est.*
13 *Relatiua attestatio notarij non probat sine relato.*
14 *Citatio ad sententiã fieri debet præcise ad sententiam.*
15 *Citatio pro singulis diebus, & horis ad sententiã non sustinetur.*
16 *Commissio citationis faciendæ sub certa forma non concludit, quod citatio fuerit facta.*
17 *Domicilium qui habet, citari nõ potest vti absẽs.*
18 *Sententia lata sine citatione non est exequenda.*
19 *Nullitas sententiæ ex defectu citationis non censetur sublata ex Constitutionibus.*

CONSILIVM CXII.

NOn est locus exequutioni sententiarum, quarum altera lata dicitur anno 1636. in Curia D. Gubernatoris Sancti Seuerini in pœnam vitæ, & confiscationis bonorum pro prætenso homicidio, & altera in Curia Episcopali Perusiæ in penam triremium per septennium, & 500. scutorũ pro prætensis illatis vulneribus, quia cum vtraque sentẽ-
1 tia patiatur defectus nullitatum euidentes, hæc exceptio absque dubio impeditiua est exequutionis, etiam iuxta terminos Bullæ f.me. Pij Quinti, 9. in Bullario nouo, par. 2. fol. 186. Chartar. de exeq. sent. capto bannito, in præfat. num. 94. idem firmãs in casu, in quo nullitatũ discussio altiorem requireret indaginem, cum agatur de vita hominis irreparabili, Farin. alijs pluribus comprobans, de inquisit. quæst. 11. num. 34. vbi de communi.

Constat autem de nullitate sententiæ latæ in Curia Sancti Seuerini.

Primo quia non præcessit publicatio bannimenti requisita ex forma Constitutionis Barberinæ editæ de ordine expresso Sanctissimi sub 17. decembris 1631. cum enim in vers. il qual bando, disponat expresse, che il bando con l' inserta citatione a sentẽtia si debba publicare ad alta voce dal cursore, nuntio, balio, ò trombetta alla porta del Gouernatore, &c. & oltre la sudetta publicatione s' intimi ancora il bando con l' inserta citatione a sententia alla casa della solita habitatione del reo con lassarui la copia dell' intimatione, e del bando, sequitur apertissime, quod defectus obseruationis formæ in dicta Constitutione præscriptæ reddat sententiam prædictam nullam, vt in terminis monitorij, & citationum criminalium sub
2 certa forma exequendarum, per Farin. cons. 89. n. 3. & in eisdem pariter terminis criminalibus, per Rotam apud Seraphin. decis. 972. n. 6. & decis. 685. n. 3. par. 2. rec.

Nec obstat attestatio notarij de publicatione dicti banni tam a tergo illius, quam in libro inquisitionum, quoniam notario attestanti de huiusmodi
3 exequutione non creditur, Paris. cons. 31. num. 14. lib. 4. & ratio est, quia notarius testatur de actu à se non gesto, Rota in his terminis, decis. 492. nu. 3. par. 1. recent. Gregor. decis. 71. num. 2.

Neque prætendi potest huic notarij attestationi esse credendum, quia de prætensa relatione publicationis se rogauerit, tum quia rogitus in hoc nulla ratione prætendi potest, cum in dicta attestatione nulla fuerit facta expressio nominis illius, qui bannum prædictum dicitur publicasse, sicut requiritur tam in eadem Constitutione Barberina in vers. e della publicatione, & intimatione del bando, e della dimissione della copia di esso in quello, chi l' haueua publicato, & intimato farà la relatione in voce al caponotaro, ò cancelliere criminale, ò notaro, quale douerà annotare la relatione, come sopra, quam etiam de Iure, vt sciatur, an is. qui dicitur publicasse, fuerit de nũcijs
4 publicis, & iuratis, & ad similia facienda deputatis, ex quo istorum relationi, non etiam aliorum statur, Rot. decis. 269. num. 6. par. 4. recent.
5 Tum etiam, quia in relatione prætensæ publicationis nulli dicuntur adhibiti testes, sicut etiam de Iure, à quo dicta Constitutio passiuam in hoc recipit interpretationem, requiritur, Greg. decis. 426. n. 4. Put. decis. 5. lib. 3.

Præterea non etiam prætensa publicationis relatio afficit, quia notarius attestatur, bannum fuisse publicatum sub die 19. septembris 1636. & tamen cõstat, illud fuisse formatum die 20. eiusdem mensis;
6 præpolterum autẽ, & impossibile est aliquid prius exerceri, quam nasci, Bald. in l. vbi adhuc, nu. 10. C. de iur. dot. Seraph. decis. 681. num. 1. text. in l. bouem, 43. §. aliquando, vers. si sub conditione, ff. de ædil. edict.

Neque refert, quod commissio banni in libro inquisitionum legatur sub die 17. dicti mensis, & quia
7 mandatum non probat id, quod fuit mandatum, nisi quatenus apparet effectuatio, Rot. decis. 560. n. 6. post med. par. 3. rec. quemadmodum mandatum
8 de faciendo non est factum, Cassad. decis. 1. nu. 6. vt lit. pend. Acchill. decis. 18. n. 4. de proc.

Et quia non solum commissio dicti banni sub dicta die 17. respectu huius temporis dicitur pati vitium
9 visibile alterationis, sed etiam in alijs deductis in facto, quapropter fidem non meretur, Rot. decis. 366. num. 4. post lib. 2. cons. Farin.

Secundo constat etiam de nullitate sententiæ ex defectu intimationis dicti banni, nam attestatio exequutionis illius per solum notarium patitur defectus nullitatis, de quibus supra ex præallegatis.

Neque facit, quod relatio legatur etiam annotata, per notarium in libro inquisitionum sub 20. septẽbris, quatenus enunciatiue dicitur, exequutionẽ sequutam fuisse domi per Pierum Magnanum publicum baiulum, vt in folio, &c. vt retulit.

Primo quia in pluribus visibiliter dicta annotatio est non solum suspecta, sed liber ipse inquisitionum
10 nedum inordinate, & sub pluribus præposterationibus compositus, sed sub spatijs albis cum foliorũ interpositione, non vna conglutinatione, seu ligatura, alijsque suspicionem etiam de Iure augentibus, ex Bart. in l. si quis ex argentarijs, 6. §. si initium, n. 5. il 1. per totum, & §. si initium il 2. nu. 18. ad med. & num. 19. per tot. ff. de edendo.
11 Secundo quia eadem attestatio exequutionis dictæ intimationis non solum dicitur conspici scripta cum recenti atramento, & in qualitate chartæ difformis, Menoch. de arbitr. cas. 187. num. 37. Mascard. de probat. conclus. 740. numer. 21. & seqq.
12 Sed scripta apparet in breuissimo spatio folij, itaquod regulariter illud spatium dictæ annotationi seruire non poterat, Soc. iun. cons. 31. n. 7. lib. 1. Mascard. de probat. conclus. 740. num. 40. Menoch. de arbitr. cas. 187. num. 34.

Tertio quia eadem annotatio prætensæ exequutionis non solum patitur defectũ obseruationis formæ eiusdem Constitutionis Barberinæ, quatenus requi-

requirit in d.vers.e della publicatione, & intimatione, quod in relatione fiat mentio dimissionis copiæ in hoc casu, nullatenus seruata, sed mentio, quæ habetur in dicta annotatione in illis verbis, vt retulit in filo, est solum relatiua, absque
13 eo quod constet de asserto filo relato, quamobrē prætensa annotatio nulla ratione valida cēseri potest, Rot.decis.55.num.1.par.1.diuers. & decis.492. num.3.ante med.vers.vnde quatenus, & clare decis.535.nu.1.ante med.vers.et enim notarius,par.1. recent.

14 Tertio principaliter constat de nullitate dictæ sententiæ ex defectu citationis ad sententiam, nedum, quia citatio debebat fieri præcise ad sententiam diffinitiuam, Rota decis.486.num. 7.ad med. par.2.recent.

Sed quia in citatione nulla fuit expressa dies certa, sub qua sententia esset ferenda, hæc enim expressio necessaria ad eius validitatem fuit tam ex forma præfatæ Constitutionis Barberinæ,in verbo, spirato il termine, quatenus in ea disponitur, douerà il Giudice nel giorno giuridico, nel quale cadera la citatione à sententia, proferire la sententia contumaciale, sed etiam de Iure, quia nec etiā
15 citatio ad sententiam pro singulis diebus, & horis tanquam incerta, & vaga, ac proinde inductiua seruitutis substinetur, Bald.cons. 268. incip. factum tale est,lib.1.Mohed.decis.4.num.3.de testib. Greg.decis.71.num.3.Rot.decis.26.numer. 8.par.4. recent.

Neque releuat, quod notarius attestetur commissū fuisse bannimentum cum citatione ad sententiam pro prima die iuridica post prædictum terminum,
16 quoniam commissio citationis faciendæ sub dicta forma, nihil concludit, quod sub dicta forma fuerit facta, Ang.cons.28.nu.3.Paris.cons.57. num. 52. lib.4.Rot.d.decis.725.n.3.par.2.rec.Duran.decis.64. num.1.& seq.

Sententia quoque lata in Curia Episcopali Perusiæ, nullitatis defectum patitur, tum quia non apparet exequuta citatio ad respondendum inquisitioni, nec publicatum bannum, nisi per affixionem in valuis Palatij Episcopalis, & tamen ad eius validitatem requirebatur etiam exequutio in domo Sapientiæ veteris, in qua inquisitus tāquam scholaris illius Sapientiæ morabatur, cum hoc requisitum disponatur tam à prædicta Barberina Constitutione,in d.vers.il qual bando, in illis verbis,s' intimi ancora il bando con l' inserta citatione à sententia alla casa della solita habitatione del Reo,cō lassarui la copia dell'intimatione, e del bando,quā etiam de Iure, cum citari, quis non possit vti
17 absens, qui habet in ioco domicilium,Rot. decis. 466.n.1.par.2.rec.

Tum etiam, quia sententia non fuit lata sub die, sub quo cadebat citatio, vt pariter eadem Constitutio Barberina disponit,in dicto vers. spirato il ter-
18 mine, atque ideo cum sententia lata sit sine citatione defectus, hic absque dubio impeditiuus est exequutionis, Nellus de bannitis,par.2.temp. 2. q. 35.Chartar.de exequut.sentent.capto bannito,cap. fin.num.184.& seqq.neque enim nullitas ex defectu citationis cēsetur sublata ex Constitutionibus Chartar.d cap.fin.456.Farin.quæst. 11. num. 35. & seqq.Scac.de iudic.lib.1.cap.97.num. 32.

ARGVMENTVM.

An sola inditia sufficiant ad condemnandum inquisitos de stupro monialium in pœnam priuationis beneficiorum, & exilij.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiorum priuationis pœna non est ordinaria,sed extraordinaria in stupro monialium.*
2 *Inditia,vt dicantur indubitata,debent esse talia, vt credi non possit,rem aliter se habere.*
3 *Inditia etiam indubitata non sufficiunt ad condemnandum in pœnam ordinariam.*
4 *Inditia etiam indubitata non sufficiunt ad impositionem pœnæ corporalis.*
5 *Confessio emanata non præcedentibus inditijs,neo probato corpore delicti,non sufficit ad torturam.*
6 *In Stupro, in quo remanent vestigia violatæ virginitatis, constare debet de corpore delicti mediante inspectione.*
7 *Mulieri asserenti se stupratæ non est credendum.*
8 *Confessio alicuius confirmata in tortura non facit inditium ad torquendum socium criminis, nisi tortura illata fuerit in faciem ipsius socij criminis.*
9 *Stupratæ mulieris depositio nō facit inditiū contra stuprantem,nisi concurrant adminicula.*
10 *Litterarum recognitio per testes habentes notam manum, non sufficit contra Reum in criminalibus.*
11 *Comparatio litterarum per peritos non attenditur in criminalibus,nisi sint repetiti, aut confrontati.*
12 *Adminicula in suo genere imperfecta non coniūguntur in criminalibus.*
13 *Testes Fisci non repetiti, nec confrontati, nec habiti pro rite, & recte examinatis non probāt.*
14 *Confessio emanata in tortura, vel metu torturæ indiget ratificatione.*

CONSILIVM CXIII.

POst annorum quatuor carcerationem DD.Americi, & Georgij adducitur votum, in quo præmisso, quod illi inditijs contra eos laborantibus, sint extraordinaria pœna plectendi ex longa dicta carceratione minuenda declaratur D. Americum priuandum esse sua Ecclesia Archipresbyterali, ac omnibus, ac quibuscumque alijs Ecclesiasticis, & in exilium a Ciuitate, & illius Diœcesi, dictum vero D.Georgium condemnandum in priuatione sui canonicatus, & in exilium à dicta Ciuitate, & suburbijs intra duo milliaria.

Hoc autem votum non videtur aliqua probabili ratione substineri posse, quoniam pœna priuationis
1 beneficiorum est pœna ordinaria infligenda confessis, vel conuictis de stupro monialium professarum, non autem extra ordinem, atque ideo cū prædictis etiam ex eodem voto liqueat non fuisse nec confessos, nec conuictos, sed solum inditiatos excessus pœnę,absque dubio cōcluditur Menoch. de arbitr.casu 389.num.24.& cap.si quis Episcopus 6.& c.si qua Monacharum,28.ad finem,27.quæst.1. & pract.

& pract.canon.Diaz tit.de monialibus, cap.81.col.
3.in fin.verſ.vndè concludendo, Decian.tract.cri-
min.lib.6.cap.20.de cognoſcente monialem, num.
6.poſt princ.verſ.de Iure autem canonico,& ante
eos Paulus Grillandus tract.de pœnis omnifariam
coitus,quæſt.1.num.18.in tract.nouiſſimæ impreſ-
ſionis,tom.11.par.1.fol.299.Marſil.in rep.l.vnicæ,
num.56.poſt med.verſ.ſi autem eſt clericus, C.de
rapt.virg.Farin.alijs comprobans, de delictis car-
nis, tit.de ſacrilegio commiſſo cum moniali per
carnalem cognitionem,quæſt.146.num.26. Franc.
Marc.deciſ.96.n.4.par.1.

Nec obſtat,quod hoc caſu inditia iuxta votum præ-
dictum ſint reputanda indubitata; tum quia nul-
lum ex adductis meretur huius qualitatis ſenſum,
2 cum receptiſſima ſit concluſio, quod ad huiuſmo-
di effectum inditia debeant eſſe talia, vt credi nõ
poſſit, rem aliter ſe habere, quamobrem talia
cenſeri non poſſunt hoc caſu, quo ex deductis ple-
nè in facto facile poſſibile eſt contrarium, Farin.
quæſt.86.num.67.vbi de communi. Vaden.ad eum-
dem Farin.conſ.55.lit.F.verſ. verum,lib. 1. Caball.
reſolut.crim.caſ.288.num.10.Giurb.conſ.crim. 71.
numer.3.

Tum quia etiam, quod inditia eſſent adeo clara,
& indubitata, vt contrarium credi non poſsit, ac
ita, vt dicantur rem ante oculos ponere, non ta-
men vnquam ſufficiunt ad condemnãdum in pœ-
3 nam ordinariam, Boſſ.tit.de conuictis.numer. 34.
Boer.deciſ.164.num.6.Gram.deciſ.42.num.1. Clar.
quæſt.20.num.6.Farin.d.quæſt.86.num.62.78.82.&
alijs relatis,num.110.& 113.vbi quod nulla exco-
gitari poſſunt inditia, & præſumptiones quantum-
cumque indubitatæ, vt quis pœna ordinaria affi-
ci poſsit, & conſ.100.num.10.Caball. d. reſol. 288.
num.15.& ſeqq.Giurba conſ.82.num.27.Scac. de
iud.lib.1.c.97.num.1.verſ.ſed prædictum,Guazzin.
tractat.ad defenſam,in 33.defenſ.circa pœnam, nu.
14.& nu.16.verſ.necnon deducat.

4 Cum immo nec inditia indubitata ſufficiant ad
impoſitionẽ pœnæ corporalis, Caſtr.conſ.299. lib.
2.Brun.de indit. p.1.quæſt.4.nu. 14.&16. Boer. de-
ciſ.164.n.2.Menoch.de arbitr.caſ.279.n.4. Farin.d.
quęſt.86.numer. 113.& 17.& in terminis ſtupri, &
raptus,Burſatt.conſ.445.num.11.lib.4.

Cæterum nec prætenſa inditia ſufficientia cenſeri
poſſunt ad torquendum, nam prætenſæ confeſsio-
5 nes monialium emanatę nullis præcedentibus in-
ditijs, & ante expeditionem Breuis Sanctiſsimi, in
quo Ordinario facultatem conceſsit procedendi
conſtito de corpore delicti etiam aliunde, quam
per inſpectionem,quod propterea proceſſum futu-
rum, non autem præteritum compræhendit, ex
textu in c.fin.de conſtit.non poſſunt haberi in cõ-
ſideratione ex defectu probationis corporis deli-
cti, Farin.quæſt.2. num. 7. neceſſariæ in prætenſo
6 ſtupro, in quo remanent veſtigia violatæ virgini-
tatis, mediante inſpectione obſtetricum, Plot. in-
ter conſ.crim.diuerſ.conſ.132.num.22.lib.1.in ma-
gnis,Farin.ead.quæſt.2.num.24.poſt med.verſ.ſicut
in ſtupro commiſſo in virginem,Almont. Ciazzius
diſcept. crim.ad Reorum defenſam,c.24.de puella
ſtuprata,n.71.& ſeq.Simanca de cathol.inſtit.tit.54.
nu.2. ad med.verſ.ſic tres obſtetrices,in tract.tom.
11.par.2.fol.191.

Confeſsiones vero prætenſæ poſt Breue prædictum
minus afficiunt, non ſolum quia deficit probatio
corporis delicti aliunde iuxta formam præſcriptã
in dicto Breui, & prætenſæ confeſsiones ſunt re-
uocatæ, & ob exculpationem, & alia deducta in
facto detectæ ſunt erroneæ, & extortæ tædio car-
ceris diuturni ſub vinculis, alijſque grauiſsimis
corporis afflictionibus, adhuc non etiam releuãt,
7 quia mulieri aſſerenti ſe ſtupratæ, non eſt credẽ-
dum,Gram.conſ.crim.45.num.1.& deciſ.40.nu.16.
Boer.deciſ.319.num.7.Vulpell.conſ. 30. num. 1.2.
& ſeqq.

Neque facit, quod altera ex monialibus confeſsio-
nem confirmauerit in tormento ſibillorum, tum
quia præter defectum ratificationis, de qua infra,
8 non eſt ſufficiens ad torquendum prætenſum ſo-
cium criminis,niſi tormenta illata ſint in faciem
ipſius prætenſi conſocij, vt in his terminis per Fa-
rin.conſ.38.num.10.lib.1.

9 Tum quia communis eſt diſtinctio,quæ etiam in
practica prævaluit, quod dictum ſtupratæ ſiue
maioris, ſiue minoris, & ſiue ſponte,ſiue per tor-
menta minime inditium facit contra ſtuprantem,
niſi concurrant adminicula, vt per eumdẽ Farin.
quæſt.43.num.99.vbi etiam de communi.

Neque enim adminicula in hoc caſu prætendi poſ-
ſunt concurrere ex litteris amatorijs, & quia te-
ſtes non recognouerunt illas, niſi ſub qualitate,
quod haberent notam manum, quæ recognitio
10 in criminalibus minime ſuffragatur, Farin. conſ.
164.num.5.lib.2.& quia nõ conſtat de recognitio-
ne formiter, & prætenſa comparatio etiam per
11 peritos non attenditur, niſi ſint repetiti, aut cõ-
frontati, Bald.in l.data opera,poſt num.23. C.de
his, qui accuſ.Hond.conſ.101.numer.8.& 11.lib.1.
Caball.reſol.55.num 1.& reſol.269.num.2.& 4.

Cætera prætenſa adminicula non ſolum ſunt imper-
12 fecta in ſuo genere, quamobrem non admittunt
coniunctionem, præcipue in criminalibus, Farin.
conſ.58.num.3.& ſeq.& conſ.70.nu.47.& conſ.108.
num.44.Honded.conſ.102.nu.82.lib.1. Caball. re-
ſol.200.nu.13.Peguera deciſ.17.nu.41.& ſeq.

Sed proueniunt ex teſtibus Fiſci non repetitis cum
13 interrogatorijs,nec confrontatis, nec habitis pro
rite, & recte examinatis, vt in his etiam terminis
per Farin.d.conſ.38.num.14.

Minus autem ſubſtineri poteſt præfatum votũ quoad
moniales prædictas, quia pœnæ indictæ ex textu
in dicto c.impudicas 11.& in cap. virginibus 14. &
cap. virgines 25.& d.c.ſi qua monacharum 28. 27.
quæſt.1.loquuntur de ijs monialibus,quæ ſunt cõ-
uictæ, vel valide, ac legitime confeſſæ, in hoc autẽ
caſu ex præmiſsis nulla ratione prætendi poſſunt
conuictæ, aut inditia indubitata contra eas vrge-
re, aſſertæ vero confeſsiones tam ante, quã poſt
Breue Sanctiſsimi non ſolum corruunt ex defe-
ctu probationis corporis delicti, ſed quia non etiã
14 fuerunt ratificatæ, ſicut requiritur tam in con-
feſsione emanata per torturam, quam extra tor-
turam, metu tormentorũ, ex pluribus relatis per
Farin.quæſt.83.num. 70.

ARGVMENTVM.

**Birruarijs deponentibus de reſiſtentia ſi-
bi facta an credatur, Et an teſtes pro
Reo probantes negatiuam huiuſmodi
reſi-**

resistentiæ præualere debeant alijs testibus contrarijs.

SVMMARIVM.

1 *Birroarij etiam plures non probant pro Fisco.*
2 *Testis depositio destruitur quando alter allegatus in contestem deponit contrarium.*
3 *Testis vnicus contra Fiscum inducentem plene probat.*
4 *Testes pro Fisco examinati non repetiti non probant.*
5 *Testis sibi contrarius non probat.*
6 *Testes inter se inuicem contradicentes non probant.*
7 *Inuerisimilitudo diminuit fidem testibus.*
8 *Ad Iudicis officium spectat cõsiderare facti qualitates, & circumstantias circa prætensam resistentiam ministris Iustitiæ.*

CONSILIVM CXIV.

NEque resistẽtia per euaginationem, ictuumque admenationem, & baroncelli vulnerationem, neque per incitationem, & acclamationẽ aduersus Curiam, ex deductis in processu probatur, ac propterea absoluendus est D. Petrus, siquidem baroncellus, & birroarij de prætensis à Fisco deponentes nullam merentur fidem, tum quia satelli-
1 tibus, & similibus Curiæ personis, etiam quod essent plures, minime creditur, Boss. tit. de denunciat. num. 12. vbi quod apud ipsum hæc conclusio nullam habet dubitationem, licet quotidie multi pauperes ex solis dictis satellitum indebite vexẽtur, Alciat. reg. 3. præsumpt. 14. nu. 47. cum alijs per Farin. de carcer. & carcerat. quæst. 32. nu. 80. & seq. etenim isti capientes sunt loco accusatorum, qui non possunt esse testes, & quia videntur deponere in causam suam, vt per Caball. resol. crim. cas. 126. num. 1. ad fin. & num. 2. & seq. & cas. 127. num. 2. vbi alios plures allegat, & contrarijs respondet, probans eiusmodi depositiones tanquam excedentes ea, quæ spectant ad eorum officium nullam mereri fidem, cùm non solum personæ sint viles, sed in propria causa deponant.

Tum etiam quia Flaminius birroarius, & in captura ipsa socius deponit contrarium, quamobrem non
2 solum tanquam allegatus in contestem, & contrariũ deponens destruit ipsius baroncelli, & aliorum contraria dicta, Bald. c. cum causam, il primo num. 17. de testib. Mascard. de probat. concl. 1368. num. 1. Magon. decis. Lucen. 17. num. 8. sed etiam & si vnicus plene contra Fiscum inducẽtem probat,
3 Aym. cons. 100. num. 13. Soc. iun. cons. 69. n. 11. lib. 1. Gabr. de testib. concl. 1. num 13. vers. contrarium, Bursatt. cons. 311. num. 21. lib. 3. Cephal. cons. 141. n. 15. Farin. cons. 37. num. 4. & cons. 67. nu. 3. vers. huic autem, lib. 1. & cons. 185. num. 23. & cons. 142. n. 15. lib. 2.

Alij vero testes pro Fisco examinati, ij scilicet, qui
4 non fuerunt repetiti nihil penitus faciunt, Bursatt. cons. 192. num. 34. lib. 2. Clar. de communi, in praxi crim. §. fin. quæst. 11. num. 2. in fine, & quæst. 45. n. 13. Caputaq. decis. 207. num. 8. & seq. par. 2. Honded. cons. 101. num. 5. & seq. lib. 1. Rot. in Beneuentana census 16. Decembris 1594. coram Penia, & in Romana donationis de Gualterutijs 13. Nouembris 1615. coram Card. Caualerio.
5 Cæteri vero præter exceptiones, quas patiuntur, & præsertim varietatis inter se ipsos, ex qua oritur etiam periurium, Bald. in l. 1. C. de testib. Rot. decis. 303. num. 1. par. 1. diuers. minus obstant, tum quia plures sũt testes ex eisdem pro informatione Curiæ examinatis, qui d. capturæ interfuerunt, & ta-
6 men contrarium deponunt, quamobrem etiam quod neutri propterea esset standũ, remanet proinde destituta intentio Fisci, l. qui varia, ff. de testib. l. eos, ff. eod. tit. de fals. Alex. cons. 151. num. 2. lib. 5.

Tum etiam quia depositio pro Reo magis est verisimilis, non solùm ex eo, quod apud opinionẽ sensati viri cadere nequit fatuitas, quod capturandus pro Causa ciuili voluerit pluribus armatis satellitibus cum sola storta resistere, & tale crimen sine vlla probabili spe euitationis capturæ incurrere, sed quia testes specifice deponunt, birroarium socium baroncelli fuisse illum, qui Reo in terra cum baroncello proiecto denudauit stortam a Reo illã abstrahendo, quamobrem cum concordet cũ ipso birroario, qui abstulit, redditur hæc depositio om-
7 nino vera, alia vero contraria inuerisimilis, Gabr. cons. 159. num. 14. lib. 1. Surd. cons. 303. n. 39. & cons. 307. num. 16. Caputaq. decis. 276. num. 6. par. 3.

Tum etiam, quia tollitur difficultas omnis ex testibus formiter ad defensam examinatis deponentibus, ab initio capturæ vsque ad finem interfuisse, & tamen nullum de prætensis à Fisco ex veritate sequutum fuisse, neque sequi potuisse, quin ipsi tanquam, vt prafertur præsentes vidissent, si quidẽ hæc depositio, licet negatiua præualere debet, dum ita est coarctata, quod probatur per testes omni exceptione maiores, & magis veritati consonantes, postquam neque similitudinem veri habet, quod cum storta denudata fuerit baroncellus vulneratus in manu, & tamen vulnusculum fuerit tale, quod statim, allo vnguento, fuerit sanatum,
8 quandoquidem in istis terminis ad conscientiam Iudicis inprimis pertinet perquirere veritatem, & pro illius perquisitione considerare factum cum qualitatibus, & circumstantijs suis, adhærẽdo depositioni magis verisimili, vt per Caball. resolut. crim. d. cas. 126. num. 10. & cas. 127. num. 5, & seq.

ARGVMENTVM.

An testes inhabiles probent resistentiam factam birroarijs, ad effectum pœnæ ordinariæ.

SVMMARIVM.

1 *Resistentia birroarijs non est crimen læsæ maiestatis præsertim in primo capite.*
2 *Constitutio san. mem. Sixti V. contra bannitos tanquam exorbitans non recipit extensionem.*
3 *Constitutiones imponentes pœnam criminis læsæ maiestatis locum habent quoad pœnam secundi capitis, non autem quoad specialia, quæ veniũt ex primo capite.*
4 *Rebellionis pœna imposita à Constitutione inducit reatum læsæ maiestatis in primo capite.*
5 *Constitutio non habet locum, quando deficiunt qualitates in ea requisitæ.*

6 *Crimine læſæ maieſtatis inducto in genere à Con-
ſtitutione veniunt in conſequētiam omnia eius
ſpecialia. Contrarium num.7.*
8 *Conſtitutio correctoria, & exorbitans, vbi poteſt
operari vnum effectum, non operatur alium.*
9 *Teſtes inhabiles in crimine læſæ maieſtatis non
admittuntur, niſi quando veritas aliunde habe-
ri non poſſet.*
10 *Teſtium inhabilium ſpecialis admiſſio conſiſtit
quoad perſonas, ſecus verò quoad eorum dicta,
vt quia ſint periuri, mendaces, aut varij.*
11 *Teſtes inhabiles, quamuis admittantur in crimi-
ne læſæ maieſtatis, non tamen ſunt integri.*
12 *Teſtes inhabiles non ſufficiunt, vt ſit locus pœnæ
ordinariæ.*

CONSILIVM CXV.

Conclusio, in qua aliqui ſe fundant, quod in cri-
mine læſæ maieſtatis etiam teſtes inhabiles ad-
mittantur, nō videtur vllo iure caſui, de quo quę-
1 ritur, applicabilis, quoniam de Iure communi non
ſubſiſtit ſuppoſitum, quod pro aſſerta reſiſtentia, &
exemptione carcerati incurratur læſæ maieſtatis
crimen, præſertim in primo capite, à quo proce-
dant ſpecialia eius criminis, Bald.conſ.271.num.1.
ante finem, verſ.in contrarium, & nu.2.lib.2. Dec.
conſ.410.num.31.Gramm.deciſ.6.numer.16. Odd.
conſ.27.numer.26. ad med. verſ.tamen non prop-
terea.
Ex Conſtitutionibus autem Pontificijs nulla quoque
applicabilis videtur, quandoquidem illa Sixti V.
2 edita contra bannitos, de qua Bullar.nouo, tom.2.
fol.491.in 6.Conſtit.eiuſdem Sixti, §.2. & 8. loqui-
tur de impedientibus exequutores Iuſtitiæ in per-
quiſitione, captura, vel abductione perduellionū,
homicidarum, latronum, viarum graſſatorum, ſi-
cariorum, aliorumque ſimilium notoriorum de-
linquentium, quamobrem tanquam Conſtitutio
exorbitans non eſt extra hos caſus extenſibilis,
eoſque præcipuè, in quibus diuerſa omninò eſt ra-
tio, Aym.conſ.6.in princ.Maſcard. de probat. con-
cluſ.462.num.35.36.& ſeq.Farinac.de teſtib.quæſt.
62.num.88.
Illæ verò Iulij Tertij 17. Pij Quarti 47. & Gregorij
XIII.12.minus allegari poſſunt, tum quia licet im-
3 ponant pœnam capitalem criminis læſæ maieſta-
tis, tamen hæc impoſitio, quæ etiam datur in ſe-
cundo capite huius reatus, non trahitur ad ſpecia-
lia, quæ veniunt in reatu primi capitis, vt per Odd.
dicto conſ.27.num.18. quem ſequitur etiam Fari-
nac.de crim.læſæ maieſt.quæſt.112.num.17.
Tum etiam quia licet Sixtus Quintus dicti Gregorij
Conſtitutionem confirmauerit, addendo pœnam
rebellionis, quæ inducit reatum læſæ maieſtatis in
4 primo capite ſecundum Farin.conſ.55. à num.93.
ad 98. lib.1.& conſ.100.n.24. tamen tā Conſtitu-
tio eiuſdem Gregorij, quàm Sixti in hac parte non
ſolùm reſtricta eſt ad homicidas, alioſque facino-
roſos prædictos, de quibus etiam loquitur Farin.
eod.conſ.55.& 100.ſed ad impedientes exequuto-
res in eorum officij libera exequutione prætex-
5 tu franchitię, vndè cum hęc qualitas omninò in
hoc caſu ceſſet, abſque dubio Conſtitutionibus
prędictis locus eſſe non poteſt, Bart.in l. 1. §. ait
Prętor, ff.ne quid in loc.public.Marſil.ſing.287. &
in l.ſi quis in quæſtionibus, ff.de quæſt. Caball. re-
ſol.crim.caſ.125.n.2.
Cæterum quando etiam in Conſtitutione Sixti, vel
alia vis aliqua fieri poſſet, quod tamen omninò ex
prædictis creditur negari, non tamen concluſioni
ſupradictæ locus eſſet in hoc caſu; primò enim
ſubſiſtere non creditur conſequentia, quam facit
6 Farin.d.conſ.55.num.99. quod inducto ex Bulla
crimine læſæ maieſtatis in genere, in conſequentiā
poſtea veniant omnia eius ſpecialia, quia Farin.ad
7 hoc probandum allegat dumtaxat generalem re-
gulam, quod in generalibus inſunt ſpecialia; hæc
autem regula non videtur applicari poſſe, nam
cōtradicit alia ſpecifica regula, quod priuilegium
conceſſum rei vti tali, ad hoc vt militet prius cō-
ſtare debet, rem illam eſſe talem, ac pro regula
etiam ſtatuitur, quod non idem priuilegium datur
ad probandum rem eſſe talem, quod datur re exi-
ſtente tali, quamobrem licèt ex Bullis inducatur
reatus læſæ maieſtatis, non tamen propterea ſe-
quitur, quòd delictum, ex cuius reatu crimen præ-
dictum inducitur, ſpecialibus probationibus iuſti-
ficetur, l.Diuus Traianus, ff.de teſtam.milit. Ca-
gnol.in l.1.num.15.& ſeqq. C. de eden. Auguſtin.
Lazarin. inter conſ. Farinac.conſ.10.numer.23.ad
med.lib.1.
Et hinc eſt, quod vbi Conſtitutio correctoria, vel ex-
8 orbitans vnum, vel plures effectus poteſt operari,
interpretanda eſt, vt vnum tantum operetur, vt
minus corrigat Ius commune, quàm ſit poſsibile,
vt per Rot.deciſ.475. num.6. vbi idem intelligit,
quamuis Conſtitutio vtatur verbis vniuerſalibus,
p.1.diuerſ.
Secundo quia teſtes inhabiles ita demum in crimine
9 læſæ maieſtatis admittuntur, ſi veritas aliunde
probabiliter haberi non poſsit, ſecus verò, quando
ſi eſſet verum, veriſimiliter per habiles probari
poſſet, vt in hoc caſu, quo exceſſus commiſſus di-
citur in publica platea de die, ac plurimis aſtanti-
bus, Gig.de crim.læſæ maieſt.lib.2.tit.quom.& per
quos prob.quæſt.6.num.1.& ſeqq. & quæſt.12. &
ſeqq. Farinac. de teſtib. quæſtion. 58. numer. 29.
& 36.
Tertio quia ſpecialitas admiſſionis teſtium inhabi-
10 lium conſiſtit quoad inhabilitatem reſpectu per-
ſonarum, ſecus quoad eorum dicta, vt quia ſint
periuri, mendaces, aut varij, vt in hoc caſu ex aliàs
deductis, Aym.d.conſil.6.numer.58.& ſeqq. Ma-
ſcard. de probat. d.concluſion.462. numer.39. &
ſeqq.
Et præſertim ad effectum pœnæ ordinariæ, nam etiā
11 in crimine læſæ maieſtatis quamuis teſtes inha-
biles admittantur, quia tamen non propterea di-
cuntur teſtes integri, Gig.de crim.læſæ Maieſtat.d.
lib.2.& tit.quom.& per quos, quæſt.3.num.3.Fari-
nac.d.quæſt.58. num.34. proinde ad pœnam ordi-
12 nariam minimè ſuffragantur, vt per eumdem Fa-
rin.d.quæſt.62.num.89.

ARGVMENTVM.

**An birroarijs reſiſti poſsit, quando reſi-
ſtentes veriſimiliter ignorant eos eſſe
tales:**

An

An resisti posit birruarijs, quando in actu capturæ non ostendunt mandatum.

SVMMARIVM.

1 *Birruarij non probant pro Fisco.*
2 *Resistentes birruarijs excusantur, quando ignorant eos esse tales, & credunt inimicos.*
3 *Resistens birruarijs non deferentibus insignia iuste allegat ignorantiam.*
4 *Verisimilis probatio prævalet.*
5 *Iudex considerare debet ex officio qualitates, & circumstantias facti verisimiles circa prætensam resistentiam birruarijs.*
6 *Testis secunda depositio in tortura magis attenditur quam prima extra torturam. Contrariũ quando testis non patitur exceptiones, vt nu.7.*
8 *Testis prima depositio extra torturam prævalet secundæ in tortura, quando non torquetur simpliciter vt testis, sed vt principalis in se, & testis in alios.*
9 *Testis prima depositio extra torturam, quando est magis verisimilis, & adminiculata prævalet secundæ in tortura.*
10 *Birruarij exceptis quibusdam casibus non possũt aliquem capere sine mandato.*
11 *Birruarijs resisti potest, quando illicite procedũt ad capturas sine mandato.*

CONSILIVM CXVI.

Absoluendi sunt Domini de Stellis, quoniã prætensa resistentia, nec per satellites, ac birruarios Curiæ probatur, cum illis, & similibus Curię
1 personis, etiamquod essent plures minime sit credendum, Boss.tit.de denunciat.num. 12.vbi quod apud ipsum hęc conclusio nullam habet dubitationem, licet, vt inquit quotidie multi pauperes ex solis dictis satellitum indebite vexentur, Alciat.reg.3.pręsumpt.14.num. 47. cum alijs per Farin.queſt.32.num.80.& seq.siquidem sunt birroarij loco accusatorum, qui non possunt esse testes, cum videantur deponere in causam suam, vt per Caball.resol.crim.cas.126.num.1.ad fin.& nu.2. & seqq.& cas.127.num.2.vbi alios plures adducit, & contrarijs respondet.
Nec etiam per alios, tum quia nullus probat DD.de Stellis cognouisse eos, quos Curia prætendit fuis-
2 se birroarios, & Iure merito excusandi sunt, dicentes, quod ignorabant, eos esse tales, sed credebant inimicos, Bart.in l.prohibitum,n.1.vers. fateor tamen, C. de iur.Fisc.lib.10.August.ad Ang.de malef.in verbo, quod fama publica præced.nu.54. ad fin.vers.hoc verum si cognoscebat illos, cum alijs per Farin.quæst.32.num.37.
Tum etiam quia præsumptiones adductæ exaduerso ad eliciendam huiusmodi cognitionem, conquassantur ex vrgentioribus ponderatis in facto pro DD. de Stellis, & præcipue ex qualitate noctis, &
3 qualitate insultus eorumdem prætensorum satellitum, ex defectu insignium illorũ, Farin. cons.65. num.28.& cons.100.num.1.& quæst.32.num.35.ac ex acclamatione eorumdem de Stellis auxilium altis vocibus deprecantium aduersus insultantes non solum enim generalis est regula, quod omni-
4 no prævalere debent magis verisimiles, Gabr. cõs. 159.num.14.lib.1.Surd.cons.303. num. 39. & cons. 307.num.16.Caputaq.decis.276.num.6.par.3.
Sed in his terminis, quod ad exclusionem resisten-
5 tiæ diligenter perquirenda sit veritas ex facto cũ qualitatibus, & circumstantijs magis verisimilibus, bene comprobat Caball. resol. crim. cas. 126. num.10.& cas.127.nu.5.& seq.
Atque hinc magis quoque attendendum est primũ dictum iuratum illius testis, qui deinde tertia vice examinatus contrarium deposuit in tortura, quia, & si regula sit, quod quando testis in tortu-
6 ra dicit contrarium eius, quod dixerat extra torturam, attendatur posterius dictum in tortura, ex allegatis per Farin.de testib.quæst.66.num.165. &
7 seqq.tamen vel aliud dicendũ est in teste libero, ac sine exceptionibus, vt per eumdẽ Farin. d.quæst.
8 66.num.180.& præcipue vbi non torquetur simpliciter, vt testis, sed vt principalis in se, ac testis in alios, vt eadem quæst.num.181.Farin. cons. 55. num.39.
9 Vel non procedit, vbi magis pro primo dicto, quam pro posteriore incalescunt rationes ex verisimili, seu ex alijs adminiculis concurrentes, vt per eumdem Farin.post alios, ead.quæst.66. n. 183. & d.cons.55.num.39.
Sed cessat præterea difficultas in hoc casu, dum etiã data cognitione satellitum, aut birroariorum, ex qualitate huius casus minime videtur punibilis resistentia, cum enim, exceptis quibusdam casibus particularibus delationis armorum, contrauentionis bannimentorum, aut reperitionis in
10 flagranti in cœteris non possint satellites aliquem capere sine mandato, itaquod illud tenentur capiendo ostendere, d.l.prohibitum, vbi Bart.Luc.de Penn.& alij, C. de iur. Fisc. lib.10.proinde quando
11 contingit, quod birroarij procedunt ad capturas, vel exequutiones absque huiusmodi mandato cũ iniuste agant, licita est illis resistentia, Angel. in l. item apud, §.si quis virginem, ff.de iniur. vbi quod ita in facti contingentia fuit determinatum, Farin. plures alios allegans, d.quæst.32.num.31.& nu.34. & seqq.& num.101.vbi quod exequutoribus excedentibus modum suæ exequutionis, potest de facto resisti, dicuntur namque hoc casu birroarij procedere prout solent facere priuati, ideoque quod hoc casu Iure illis fiat resistentia, & birroarij ipsi sint magis puniendi, comprobat quoque Caball. cas.132.num.11.post princ.& n.7. in fine, vbi ponit exemplum in birroarijs capientibus aliquem sine mandato in casibus à Iure non permissis, vel in excedentibus modum in exequendo.

ARGVMENTVM.

De resistentia facta Curiæ. Et an resistens excusetur, quando de iniustitia exequutionis notorie constat, & nullo alio modo succurri potest.
De reiectione testium deponentium per eadem verba præmeditata, & nulliter examinatorum.

SVMMARIVM.

1 *Resistentia facta birroarijs non probatur ex eorū depositionibus.*
2 *Iudex debet ex officio considerare qualitates facti verisimiles circa resistentiam birroarijs.*
3 *Testes varij, & viles iidem non merentur in criminalibus.*
4 *Inditium non oritur ex æquiuocis.*
5 *Fuga prouenit ex iusta, & probabili causa, quando fugiens timet sæuitiam Iudicis.*
6 *Birroarijs resisti potest, si notorie constet de iniustitia exequutionis, & nullo alio modo succurri possit.*
7 *Per Procuratorem admittitur Reus in delictis, pro quibus imponitur pœna pecuniaria.*
8 *Iudici malæ qualitatis, & inimico inquisiti non est committenda Causa.*
9 *Bracchium sæculare non debet Iudex Ecclesiasticus absque indigentia adhibere.*
10 *Testes pro Reo deponentes de negatiua coarctata præualent contrarijs testibus.*
11 *Testes deponentes per præmeditatum sermonē nō merentur fidem.*
12 *Attētata sunt acta coram vno Iudice, dum Causa reperitur alteri delegata.*
13 *Testes plures præferuntur paucioribus, & præsertim in probatione actus gesti coram multitudine personarum.*
14 *Testes de fama deponentes, dantes authorem inimicum inquisiti nihil probant.*
15 *Testis non probat, quando alius adductus in cōtestem deponit contrarium.*
16 *Iurisdictionem exercens sub titulo probabiliter putatiuo excusatur.*
17 *Credulitas etiam ex leui, & iniusta causa excusat à dolo.*

CONSILIVM CXVII.

EX deductis non constat de aliqua resistētia Curię Hidruntine, & præsertim cum eius respectu
1 nulla sit prestanda fides Curiæ illam prætendenti, Farin.q.32.nu.80.& seq.Caball.resolut.crimin.cas. 126.num.1.ad finem, & num.2.& seqq.& cas.127. numer.2.

Nec vllatenus redditur verisimilis tam ex qualitate fugæ D.Ludouici, quam ex numero militum, ac satellitum, quorum operam Curia Hidruntina ad-
2 hibuit, debent namque Iudicantes pro dignoscēda veritate attendere diligenter factum cum eius qualitatibus, & circumstantijs, cum in his terminis id dumtaxat sit considerabile, quod magis consonat verisimili, vt per Caball.dicta resol.126. nu.10.& resolut.127.num.5.& seq.

Nec obstant duo testes, qui coram Hidruntino dicuntur deponere, Vicariū ordinasse famulis Epi-
3 scopi, vt aduenientibus militibus darent signū, quia præter id, quod tanquam varij, & viles in criminalibus fidem non merentur Cardin. Mant. decis.142.num.13.Rot.post lib.2.cons.Farin.decis. 137.num.4.decis.172.num.2.& decis. 194.etiam num.2.adhuc nihil faciunt, cum ordinatio signi non concludat resistentiam, sed tanquam æqui-
4 uocus magis interpretandus sit ad finem fugæ, prout etiam euentus docuit, Brun.de indit.par.1. quæst.3.nu.12.in princ.& vers.& fait, Marsil.cons. 49.num.38.& præcipue cum fuga ob sæuitiam
5 Hidruntini, malamque affectionem erga Vicariū, ex causis relatis in facto, proueniret ex iusta, & probabili causa, Menoch.lib.1.præsumpt.quæst.89. num.38.vers.tertium exemplum, cum alijs pluribus per Farin.quæst.48.num.47.

Quinimo iusta etiam in hoc casu fuisset resistentia,
6 cum enim ad huiusmodi effectum duo copulatiue requirantur primo, vt notorie constet de iniustitia exequutionis, secundo vt alio modo succurri non posset, Luc.de Penn.in l.prohibitum, nu. 9.& 29.C.de iur.Fisc.lib.10.Farinac cons.65.n.39. & seq.lib.1.Caball.resol.crim.cas.132.nu.13.vtrūq. in hoc casu euidentissime concurrit.

Primum quia iniustissimum erat mandatum de capiendo personam D.Ludouici, cum alias in eadē
7 Curia Hidrūtina admissus fuisset per procuratorē ex speciali decreto desuper interposito, l. 1. ff. an per alium caus.appell.Menoch.de arbitr.quæst.80. num.82.in fin.& num.83. vbi de communi, & nu. 106.vers.sexto est casus, Farin.quæst.99. numer.76. in fin.

8 Multoque magis, dum Curia Hidrūtina adhibuit ad hoc Commissarium non solum male qualitatis vt supponitur, eidem Hidrunrino satis cognitæ, sed inimicū dicto Vicario, Clem. pastoralis de re iud. Gail.practic.obseruat.52.num.3.lib.1. Laurent. de iudic.suspect.cap.13.num.1.

Secundum, quia pro facienda captura adhibuit Hi-
9 druntinus bracchium sæculare absque vlla indigentia, militesque, & satellites sæcularis Curiæ nimium eorum officium excesserunt, l.si in aliquē, ibi, si ministeria quoque militum, si opus fuerit ff. de offic.procons. c. vt famæ §. laici vero, de sent. excom.c.1.de offic.ordin.Angel cons.47.num.3.vt enim inquit textus in d.c. 1. in fin. de offic. ordin. cum opus fuerit, publicum conuocandum est auxilium, non ad præiudicandum, sed potius ad ea, quæ Deo sunt placita, prosequendum.

Excessus ptætensæ alapæ nullatenus etiam iustificatur, immo iustificatur contrarium per decem testes, quorū nouem repetiti sunt ab Episcopo Castrense delegato Apostolico, cum enim sint omni
10 exceptione maiores, & coarctent negatiuam, nedum respectu exclusionis alapæ, sed etiam respectu interuentus illorum, qui propterea falso cōtrarium deposuerunt, vtique probatio hæc ad fauorem præualet alteri testium informiter examinatorum, immo etiam incognitorum, Felin. in c. 3.num.2.de probat.Boss.de defens.Reorum, post n. 31.& seq.Marsil.cōsil.2.n.12.& cons.51.n.13.lib.1. Farin.cons.22.num.6.lib.1.

Neque enim considerationis sunt alij tres testes, qui examinati dicuntur coram eodem Hidruntino 15.
11 maij præteriti, quia vltraquod deponunt per sermonem præmeditatum Cæs.de Grass.decis.128. num.7.Rot.decis.170.num.2.par.1.diuers.examen
12 etiam est omnino nullum, & attentatum, tanquam factum tempore, quo Causa erat alteri delegata, & ipse delegatus reperiebatur in Ciuitate Licien. fabricans processum, Rota decis.3. vt lit. penden.in nou.Lancellott.de attent.lit.pen.cap.4. ampliat.1.num.4.

Eoque magis, quo nec quinque testes, qui primo loco deposuerūt, nec isti tres allegant in contestes alios supradictos quinque, nam proinde satis conspicitur, machinatam, non veram esse eorum de-
13 positionem, & præcipuè cum agatur de actu gesto

sto coram multitudine personarum, quamobrem præualent testes decem contrarium deponentes, Farin.de hæresi quæst.188.n.62.

Receptio quoque scutorum centum nullam habet
14 iustificationem, tum quia deponentes de prætēsa fama non dant authorem præter vnum, qui dat in authorem ipsum Commissarium inimicum Natt.consil.473.num.16.ante med.Surd.cons.135. num.90.lib.1.

Tum etiam quia Testes deponentes de numeratione non solum sunt nulliter examinati coram Hidruntino, postquam Causa erat alteri delegata ex præallegatis, sed adducunt in contestes eos, qui
15 contrarium testantur, Bald.in cap. cum causam, nu.17.de testib. Mascard. de probat.conclus. 1368. num.1.Magon.decis.Lucen.17.num.8.

Citatio demum per edictum Vicarij Metropolitani ad dicendnm causam, quare declarari non debe-
16 ret excommunicatus, non est delicto ascribenda, cum Vicarius Liciensis putauerit, id sibi iure licere tanquam Conseruatori Apostolico, & consequenter vti delegato, Nauar.cons.3.nu.1.de offic. deleg. cum alijs per Monet.de conseruat. capit.7. numer.36.

Et in omnem casum huiusmodi credulitas fundata
17 etiam in rationibus adductis in facto, excuset ab omni pœna, cum immo effectus huius excusationis proueniat à credulitate leui, & iniusta, Farin. quæst.90.num.1.& seqq.

ARGVMENTVM.

Resistens Curiæ an, & quando incidat in pœnas impositas ex Constitutionibus Gregorij XIII. & Sixti V. vel ex bannimentis generalibus.

SVMMARIVM.

1 *Pro Contumace auditur extraiudicialiter quilibet de Populo allegans ea, quæ non sunt facti, sed Iuris, vt quia proponat nullitatem, vel ineptitudinem inquisitionis.*

2 *Reipublicæ interest, ne quis indebite, & excessiue condemnetur.*

3 *Constitutio pœnalis non habet locum, nisi concurrant qualitates in ea expressæ.*

4 *Constitutio pœnalis localis ad alia loca non extenditur.*

5 *Pœna non habet locum, nisi in casu dispositio.*

6 *Pœna sanguinis de Iure canonico non infligitur.*

7 *Pœna arbitraria etiam mortis, quæ ab aliquo Iudice imponi potest, non imponitur extra casus atrocissimos.*

8 *Minori delinquenti circa irascibilia ex motu ætatis, & imprudentia, minuitur pœna.*

9 *Pœna imposita ex Constitutionibus, vel bannimentis minuenda est ob leuitatem delicti, vel aliam iustam causam.*

CONSILIVM CXVIII.

Vulgata quidem, & vera est conclusio, quod contumaces non audiuntur, sed illa non est indistincta, admittit namque distinctionem, quod
1 procedat quando quod proponitur ab aliquo in auxilium contumacis eget probationibus facti, secus, quando, id quod allegat consistit in Iure tantum, quia tunc quilibet non tanquam procurator, aut defensor, sed tanquam vnus de Populo extraiudicialiter est audiendus, vt firmat Bald. in cons.238.num.2.lib.2.ex Innoc.in c. cum inter. 16.num.3.post princ.vers.sed dic, quod vbicumq. de elect.& Baldum sequitur etiam Boss. loco proxime allegando.

Et hac ratione idem Bald.cons.335. nu. 1. ante med. vers. præterea ad hanc defensionem lib. 3. firmat, audiendum esse eum, qui proponit Iudicantibus non tangentia substantialia defensionis ex facto, sed ex nullitate procedendi, quemadmodum eadē quoque ratione quod quilibet disputare possit de ineptitudine inquisitionis, firmat Boss.tit. an in criminal.Iudic.quis possit pro absente interuenire, num.14.post med.vers.quod quilibet.

2 Interest namque etiam Reipublicæ, ne quis indebite, & excessiue condemnetur, vt inquit Farin.quæst.98.num.234.in fine.

Constat autem indebitam, & excessiuam esse pœnā capitalem in hoc casu, siue ex parte Fisci prætendatur incursus in hanc pœnam ex Constitutione Sixti Quinti, siue ex alia Constitutione Gregorij XIII. siue etiam ex bannimentis generalibus.

Ex Constitutione Sixti V. in nouo Bullario tom. 2. fol. 491. quia, vt patet ex §.2.loquitur de perduellionibus, homicidis, latronibus, viarū grassatoribus, raptoribus, incendiarijs, sicarijs, exitijs, publicæ quietis perturbatoribus armatas facientibus, Statum Ecclesiasticum hostiliter peragrantibus pro quocumque crimine capitali, etiam in contumaciam bannitis, alijsque similibus notorijs delinquentibus, & facinorosis hominibus, etiam nondum condemnatis, eorumque fautoribus, & complicibus, quamobrem nulla ratione
3 applicatur inquisitio de leuissimo delicto, in quo qualitates prædictæ minime conueniunt, Seraphin.decis.393.num.18.& decis.1442.num.7.Cardin.Mantic.decis.27.numer.9. & decis. 54. num. 1. Rota decis.519.nu.2.par.4.diuers.

Et in his terminis Farin.cons.101.n.37. & seqq. Odd. cons.53.nu.14.vers.quoad secundū, & n.16. & seq. Guazzin.de confisc.limit.17.concl.13.nu.16.

Ex Constitutione Gregorij XIII. in nouo Bullar. 12. eodē tom.2. fol. 373. quoniam restricta est ad Vrbē, idq.clarissime patet in §.1.dū inquit, quam plurimos adhuc esse in Vrbe, qui vel ob commissa crimina, vel ob æs alienum contractum sibi à ministris Iustitiæque exequutoribus timentes ad ædes Primatū etiam S. R. E. Cardinalium, ac Oratorum Principum vti loca tuta, quas franchitias appellant, confugiunt, & in §. 2. dum inquit, Nos volentes omnino in Alma Vrbe nostra, & rursus §.3.dum vtitur verbis sequentibus, mandantes Gubernatori, Magistratibus, Iudicibus, & exequu-
4 toribus dictę Vrbis, nulla enim est difficultas, quod pœnalis Constitutio localis ad alia loca minime extenditur, vt per Hect.Felic.alleg.71.in princ.p. 2.& Azor.instit.moral.par.3.lib.11.cap.20. sub littera C.vers.dubium secundum.

Neque obstat, quod in d. Constitutione Sixti comprehendente vniuersum Statum Ecclesiasticum immediatum, & meditatum in §. 8. fuerit dicta Gregorij constitutio innouata, quia vt patet in
5 eod.§.8.ante med.in vers.seu franchitias, hæc innouatio est restricta cōtra appellātes franchitias, in illis

in his verbis, seu franchitias appellauerint, cōtra quos aliam Constitutionem d. Gregorij prædecessoris, d. super editam innouamus, Acchill. decis. 2. num. 6. de consti. Seraph. d. decis. 1442. n. 7. Cardin. Mant. d. decis. 27. nu. 9.

Ex bannimentis vero generalibus, quia in ijs nihil disponitur de resistentibus Curiæ, & licet sub n. 45. vers. & acciò alla giustitia, contra offensores birruariorum imponantur pœnæ contentæ in Constitutione, incip. dierum crescente malitia, edita à Papa Ioanne, & vlterius etiam vitæ ad arbitriū iuxta qualitatem casuum, & personarum, tamen nec illis locus esse potest hoc casu, quo offensio ex ipsa inquisitione prætenditur solum ex pugnis, & calcibus, nam quatenus attinet ad d. Constitutionem, quæ est in cap. vnico, de pœn. in extrauag. d. Papæ Ioannis XXII. in ijs non legitur pœna aliqua
6 sanguinis, quæ neque ex Iure canonico infligitur, Abb. cōs. 1. de homicid. Farin. quæst. 19. n. 8. Caball. resol. crim. cas. 200. n. 73.

7 Quatenus vero ad pœnam arbitrariam, etiā vitę, quia cum in eisdem bannimentis disponatur, regulandum esse arbitrium iuxta personarū, & casuum qualitatem, non est locus huic arbitrio extra casus atrocissimos, Farin. quæst. 17. n. 34. in fine & seq. & cons. 30. n. 69. & cons. 32. nu. 6. Guazz. tract. ad defens. in 33. defens. cap. 4. num. 7.

Et præsertim hoc casu, quo agitur de infligenda capitali aduersus minorem, quia extra casus Sixti, & Vrbem, ad quam restringuntur Constitutiones Gregorij, & aliæ Pij IV. & Iulij III. antecedentes, respectu bannimentorum, non est recedendum à regula, quod minuenda sit pœna minoribus de-
8 linquentibus circa irascibilia ex motu ætatis, impetu, & imprudentia, quæ hic ob ætatem negari nequit, dum resistentia carcerationi fuit non habitā consideratione, quod carceratio erat ex leuissima causa excessus, de quo minor erat imputatus. Farin. quæst. 92. num. 181.

9 Cum immo, & in ipsis terminis bullarum Pij, & Sixti pœnæ ex leuitate præcedentium delictorum mereantur commutationem, Hond. cons. 99. n. 51. ante med. vers. non tamen ex ea aufertur, liber. 1. Guazzin. d. defens. 33. cap. 17. num. 3. vers. ac etiam intellige, & in bannimentis, idem Farin. in fragm. vers. bannimenta, num. 3.

ARGVMENTVM.

Impedimentum præstitum, birroarijs, quo minus exequutionem facerent, eorumque offensio à famulis alicuius, an censeantur processiue de mandato Domini.

De reiectione plurium inditiorum prætensi mandati ad impediendum, & offendendum birroarios.

SVMMARIVM.

1 *Inditium est coniectura ex probabilibus, & non necessarijs orta, ex quibus potest abesse veritas sed non verisimilitudo.*
2 *Testis pro Curiæ informatione examinatus, non repetitus, nec habitus pro rite, & recte examinato, non facit inditium.*
3 *Testis in vno falsus, censetur falsus in omnibus ratione indiuiduitatis iuramenti.*
4 *Testis depositio prosternitur, quando alter allegatus ab eo in contestem deponit contrarium.*
5 *Testis ob vilitatem personæ non meretur fidem.*
6 *Contrarietas inconciliabilis tollit fidem testi.*
7 *Dolus non præsumitur in ignorante.*
8 *Euidentia rei superat quascumque præsumptiones, & probationes.*
9 *Argumentum non concludit, quando oppositum consequentis stare potest cum antecedente.*
10 *Præsumptio præsumptionis non admittitur.*
11 *Alloquutio secreta non facit inditium, nisi concurrat præcedens causa delinquendi, & incontinenti delictum sit sequutum.*
12 *Fama in dubio præsumitur orta post incohatum criminale iudicium.*
13 *Birroarios impediens excusatur, quando ignorat, eos esse tales.*
14 *Birroarios non deferentes insignia Curiæ non præsumitur quis cognouisse.*
15 *Birroarij non possunt exequutiones ciuiles facere sine mandato.*
16 *Birroarijs excedentibus modum in exequēdo resisti potest.*
17 *Birroarij excedentes fines mādati procedunt tāquam priuati, & propterea puniuntur.*
18 *Mandatum recipit interpretationem pro exclusione maioris delicti.*
19 *Testis, qui reputat se offensum non probat.*
20 *Testis, qui in repetitione reuocauit primum dictum, sibi ipsi tollit fidem.*
21 *Inditium non oritur ex eo, quod vno, vel altero modo sine delicto esse potest.*
22 *Creditor ex mutatione pignioris magisq. stante deposito non recipit præiudicium, immo magis cautius redditur.*
23 *Mandatum non præsumitur stante inopinato, & subitaneo accidenti.*
24 *Filij, vel famuli offendentes eum, qui iniuriam intulit patri, vel domino, non præsumuntur offendisse de mandato.*
25 *De loco vno ad alium nulla est illatio.*
26 *Birroarijs volentibus aliquem capere, non licet exonerare archibusia.*
27 *Patientia, & tolerantia non datur sine scientia.*
28 *Scientia in delictis non præsumitur.*
29 *Scientia in delictis excluditur per coniecturas.*
30 *Probatio debet concludere per necesse, non autē per possibile.*
31 *Tempus quando est de substantia, precise probari debet.*
32 *Fugam, non arripere, signum est innocentiæ.*
33 *De mandato alterius se fecisse, dicenti non est credendum.*
34 *Famuli differūt ratione seruitij nobilis, vel ignobilis.*
35 *Verisimilitudo innocentiæ destruit inditia.*

CONSILIVM CXIX.

INditia ex aduerso prætensa inditiorum nomen minime mærentur, cum inditium sit coniectu-
1 ra ex probabilibus, & non necessarijs orta, à quibus potest abesse veritas, sed non verisimilitudo, vt inquit Bald. in l. non hoc, num. 6. vers. est enim indi-

inditium.C.vnd.legitimi, & vnde cognati, quem sequuntur Felin.in c.in presentia, 8.nu. 16. de probat. Curt.sen.in repet.l.admonendi, num. 290. ff.de iure iur. inter Repetêtes, vol.2. fol.229. alijque per Farin. quest. 31. num. 28.

Nec enim inditia relata in contestatione huius Causę prætendi possunt orta ex causis probabilibus, minusque in ijs verisimilitudinem adesse, quoniã quod attinet ad probabilitatem, illa omnino excluditur.

Primum namque desumptum ex eo, quod D. Ducẽ ex fenestra palatij tempore rumoris constet ex depositione solius Seraphini loquutum fuisse cum Ioanne Baptista, eumdemque Ioannem Baptistam nuncium extitisse apud alterum ex condemnatis in cõtumaciam, omnem probabilitatem excludit, non solùm quia Seraphinus non est repetitus, &
2 testis pro Curiæ informatione examinatus, nisi fuerit repetitus, vel assertus Reus illum habuerit pro ritè, & rectè examinato, nullum prorsus facit inditium, Bart.in l.fin.in fine, ff.de quæst. Caputaq. decis.207.num.9.par.2.Caball.resol.55.in princ.

Sed etiam, quia depositio huius alloquutionis detegitur falsa, tum ex eiusdemmet Seraphini depositione, quatenus affirmauit, non interuenisse rumori, sed accessissè, quando conducebantur carcerati duo famuli Mazzapiotæ querelantis, siquidẽ hanc carcerationem fuisse post sequutum rumorem, probant nedum testes in defensiuo, sed etiã ijdem testes Curiæ in informatiuo, testis namque
3 in vno falsus, in omnibus est falsus ratione indiuiduitatis iuramenti, Rot.post lib.2.conf.Farin. decis.100.num.1.idemque Farin.de testib. quæst. 67. num.14.Rot.etiam decis.535.num.4.par.2.rec.

Tum etiam quia conuincitur d. alloquutionis falsitas ex allegatione dicti Io. Baptistæ in illius con-
4 testem, cum idem Io. Baptista deposuerit, D.Ducem dicta die minime vidisse, Farin.conf.37.n. 24. & conf.127.num.11.& conf.138.nu.31.Giurb.conf. crim.70.num.36.Magon.decis.Lucen.17.num.8.& seq.Rot.decis.337.num.6.post lib.2.conf.Farin. vbi quod ob repugnantiam neutri creditur.

Secundum etiam inditium desumptum ex eo, quod D. Dux ante incohatum rumorem vocauerit caporalem, caret omni prorsus probabilitate, non obstante vnica depositione Simonis hospitis, non
5 solum ratione qualitatis, & vilitatis personę, Rot. post lib.2.consil.Farin.decis.194.num.2.post princ. vers.& est vilis.

Sed quia est sibi ipsi in pluribus cõtrarius, cum examinatus coram Commissario Gubernatoris dicat, caporalem fuisse à D. Duce vocatum, sed illi non respondisse, in examine vero coram Commissario A.C. dicat, D. Duci interroganti caporalem, quem ordinem haberet, respondisse, non lo voglio mostrare a te, & rursus examinatus à Commissario Gubernatoris dicat, Cortellaccium vnum ex famulis D. Ducis dixisse hospiti, che non restituisse le caualle senza ordine di sua Eccellenza, examinatus autem coram Commissario A.C. deposuerit, eumdem dixisse, che non restituisse le caualle, se non gli mostraua l' ordine, hæc namque contra-
6 rietas est inconciliabilis, cum in primo examine qualificet depositionem quoad ordinem D.Ducis, & in secundo quoad ordinem, & mandatum Curiæ, Rot.post lib.2.consil.Farin.decis. 166.nu. 7. ad me d.vers.ista contrarietas.

Et hæc contrarietas tantum abest, quod adminiculũ recipere possit à depositione Marci famuli eiusdẽ querelantis, quatenus in informatiuo asserit, ex fenestra palatij audiuisse vnum dicentem, che gente sete, che volete le caualle, non vi conoscemo, & in repetitiuo excludit, illum fuisse D. Ducem tanquam à se cognitum, quod immo qualitas huius depositionis, vel satis adminiculat falsitatem depositionis hospitis, vel saltem satis demonstrat, hospitem æquiuocasse de vna persona ad aliã, & præ-
7 sertim, cum dictum relatum à d. famulo restrictũ ad verba, non vi conoscemo, sit exclusiuum presumptionis delicti, l.semper in dubijs, 57.& l.factum cuique, 198.vers.in pœnalibus, ff. de reg.iur. Farin. conf.45.num.47.lib.1.Caball.resolut.107.num.14.

Tertium desumptum ex eo, quod prædictus Cortellaccius dixerit hospiti, che non restituisse le caualle, che ne voleua auuisare il Duca, & ingressum fuisse in palatium, & exinde postea exiuisse armatum cũ alijs de familia, sumpta exaduerso argumẽtatione, quod D. Dux fuerit à d.Cortellaccio certioratus, quodque eidem Cortellaccio resistentiã ordinauerit.

Hæc argumentatio nedum omni prorsus est probabilitate facti destituta, sed vndique fallaciæ regularum Iuris contentiua.

Etenim respectu facti supponitur, Cortellaccium fuisse ingressum in palatium, in eam scilicet illius partem, in qua D. Dux morabatur, hoc autem tantum abest, quod fuerit probatum, vt immo probetur contrarium ex hoc ipso, quod ingressus fuit per portam appartamenti inferioris loci, in quo familia comedebat, & exinde illico exiuit cum armis, quandoquidem cum rei euidentia probata per accessum duorum notariorũ de Iudicum mandato constet, ex d.appartamento inferiori nullum dari aditum ad superius, in quo D. Dux morã trahebat, & propterea ad effectum, vt à loco rumoris peruenire posset ad palatium, & D. Ducẽ alloqui, necesse esset, quod iret per plateam, & ascẽderet palatij schalas, & deinde per eamdem plateã, rediret, vtique impossibilis fuit reditus breuissimo illo temporis spatio cum ordine D. Ducis, rei au-
8 tem euidentia non solum præsumptiones quascũque, sed quascũque superat probationes, Gregor. decis.575.num.6.

Respectu vero regularũ Iuris, quia quod ex ingressu palatij sine expressione, inqua parte, resultet ingressus in eam partem, in qua Dux degebat, & quod ex dicto ingressu resultet, quod ingrediens Ducem fuerit alloquutus, & quod ex alloquutione resultet, quod Dux dederit ordinem resistentiæ, non solum sunt argumentationes sine consequentia,
9 tãquam in neutro ex dictis casibus necessariè, Rot. post lib.2.conf.Farin.decis.201.numer.8.post med. vers.& ideo ex hoc nihil, Farin.conf.85.n.162.vers. quia non valet.

Sed etiam quia regulis Iuris repugnat, quod multi-
10 plicentur præsumptiones, & ex præsumptionibus præsumptiones eliciantur, Farin.conf.55.num.25. & conf.127.num.7.& conf.114.n.40.Rot.post lib.2. conf.Farin.decis.267.num.9.

Eoque magis, quo conclusio est certa, quod etiam in casu, in quo probata est concludenter secreta alloquutio, non tamen exinde resultat inditium
11 delicti, nisi præter ipsam secretam alloquutionẽ concurrant copulatiue alia duo, scilicet præcedẽs causa delinquendi, & delictum incontinenti sequutum, neque enim dubitari potest, quin omnis causa

causa resistendi in D.Duce defecerit, cum ex restitutione equarum eius creditum, & mandatum pro illo relaxatum in aliquo, præsertim stante deposito non deteriorentur, Farin.consf.55.num.23. in fin.& seq.& consf.147.num.6.& 10.& consf.234.n. 56.& seqq.& quæst.134.n.57.& 60.

Quartum desumptum ex publica fama, quod D.Dux prohibuerit, ne restituerentur equæ, non est consi-
12 derabile, & quia præsumitur in dubio, quod ortũ habuerit post incohatum iudicium criminale, Farinac.quæst.47.num.173.& seqq.

Et quia licita etiam fuisset hæc prohibitio, tum quia
13 ab initio birroarij non fuerunt cogniti, & iuste ignorabatur, illos esse tales, Bart.in l.prohibitum, num.1.vers.fateor tamen, C.de iur.Fisc.lib.10. August.ad Angel. de malef. in verb. quod fama publica præced.n.54.ad fin.vers.hoc verum si cognoscebat illos, cum alijs per Farinac.quæst.32.numer. 37.

Et præsertim cum asserti birroarij non etiam defer-
14 rent insignia satellitum Curiæ, & accessissent in societate hominum debitoris, Farin.consf.65.num. 28.& consf.100.num.1.& seqq & quæst.32.n.37.

Tum etiam quia exceptis casibus particularibus delationis armorum, contrauentionis bannimento-
15 rum, & reperitionis in flagranti delicto, in cæteris non possunt satellites sine mandato rigoroso, illiusque ostensione exequutiones saltem ciuiles facere, d.l.prohibitum, vbi Bart. Luc.de Penn. & alij, C.de iur.Fisc.lib.10.

Adeout illis in materijs ciuilibus aliter exequenti-
16 bus, cum iniustè agant, licitè resisti possit, Angel. in l.item apud, §.si quis virginem, ff.de iniur. vbi quod ita in facti contingentia fuit determinatum, Farin.quæst.32.num.31.& seq. & numer. 34. & numer.101.

Nullaque erat difficultas hoc casu, quo dicti birroarij non habebant, nisi mandatum gratiosum, nam resistentia etiam licita in casu, quo illi in exequendo modum excedunt, Farinac.d.quæst.32. numer. 101.

Et ratio est, quia birroarij dicuntur hoc casu procedere, non tanquam ministri Curiæ pro eorum officij exequutione, itaut sit locus Constitutioni Sixti
17 V. sed tanquam priuati, qui propterea magis sunt puniendi, vt per Caball.casu 132.nu.11.post princ. & num.7.in fine.

Magisque dum ex prohibitione restitutionis equa-
18 rum minime resultat ordo resistendi offendendo, Farin.consf.37.num.20.

Quintum inditium desumptum ex eo, quod D. Dux promiserit strenam exequutori, vbi relationem prætensi excessus tacuisset, non etiam considerabile censeri potest, cum de hoc deponat solus exe-
19 quutor in primo examine, cui credi nequit, cum in ipsa denunciatione reputauerit se offensum, Farin.d.consf.65.num.28.& consf.100. num.1. & seqq.
20 & præsertim cum repetitus expressè hoc dictum reuocauerit, declarando, strenam fuisse promissam à D.Petro Antonio, Rot.post lib.2.consf.Farin.d.decis.166.n.8.ante med.

Sextum, quod tẽpore rumoris D.Dux reperiretur in Castro poterat omitti, cum incidentia dicti casus præuideri non potuisset sine diuinatione, & regula
21 sit certa, quod nunquam inditium oritur ex eo, quod vno, vel altero modo præter delictum esse potest, vt inquit Bald.consf.259.numer.4. vers.nec quæ possant, lib.1. vt etiam per Vulpell. cõs.97.n.3.

Septimum quoque non minus friuolum, immò magis infert totius processus destructionem, cum cre-
22 ditor ex restitutione animalium in exequutione captorum, mediante mandato prouisionali de restituendo, nullum patiatur interesse, immò in hoc casu, stante actuali deposito, magis cautus redderetur, Neguss.de pign.1.membro, 3.par.num.21.ante finem, vers.adde etiam, ex glos. vnica, in l. si Titio, 22.ante fin.vers.vel aliud æquè bonum pignus, ff.de pign.Barbos.in l.2.par.2.in princ.num.3. ff.sol. matrim.

Octauum fundatum in præsumptione, quod qui prætenduntur de familia D.Ducis, excessus cõmisisse, videantur id fecisse de eius ordine, nullum habet
23 fundamentum, nedum ex inopinato, & subitaneo accidente, Farin.quæst.134.num.73.cum 76.sed ex
24 veriore, & magis recepta conclusione, quod nec filij, nec serui, nec amici offendentes eum, qui iniuriam intulit patri, vel Domino, præsumuntur id fecisse de eius mandato, ex plurimis relatis per Farin.quæst.134.num.67.& seqq. quamuis enim plures contra, num. 70. tamen testatur, hanc sine dubio esse veriorem, & magis communiter receptam.

Nonũ, quòd illi de familia D.Ducis exiuerint è palatio, non etiam aliquid facit, cùm ex appartamento inferiori nõ pateat aditus ad superius, in quo D.
25 Dux morabatur, de vno autẽ loco ad alterũ nulla est illatio, Farin.quæst.1.n.29.

Decimum inditium desumptum ex eo, quod D.Dux sciuerit carcerationem exequutoris, & per tres, vel quatuor horas illã tolerauerit, quod præ cæteris magnificatur, præ cæteris videtur leuius, cum deponant testes, carcerationem sequutam fuisse de ordine Potestatis ex abrupto dato, pòstquam alter ex birroarijs Vrbis prius exonerauit archi-
26 busiatam, siquidem non est licitum birroarijs etiã volentibus aliquem capere cum mandato archibusium exonerare, adeout stante hac priori exoneratione in his terminis firmauerit, & probauerit Farinacius, alios potuisse aliam archibusiatam exonerare, Farin.inquam consf.120.num.6.ad med. vers.birroarij fuerunt primi, & n.seq.lib.2.

Cœterum hæc carceratio, & retẽtio quomodocumque respectu eius subsistentiȩ intellecta, nulla probabili ratione ascribi potest pro inditio D. Duci, cum neutiquam probetur, ipsum huius carcerationis scientiam habuisse, nisi eodem ipso tempore, quo habita illius notitia incontinenti mandauit, illum excarcerari, & poni in eius libertate, pro ut fuit positus; cum autem subiectum tolerantiæ,
27 & patientiæ sit scientia, quia non potest quis dici tolerare, aut pati, quod ignorat, Butr.in c. bonæ, 4. de postul.Prælat.num.18. Rip.in c.cum Ecclesia, num.64.in prin.vers.patientia, de caus.poss.& prop. vtique hæc asserta tolerantia absque dubio exclu-
28 ditur sine probatione scientiæ, cũ illa in delictis nunquam præsumatur, Farin.consf.70.nu. 9.& 38. & consf.104.num.22.& consf.193.nu.12.ante finem.
29 Et præsertim cum pro ignorantia D. Ducis cõcurrant præsumptiones, quod rumor non peruenit ad ipsum, nisi in fine, tempore, quo interrogauit, quid fieret, & tunc non potuit diuinare, quod cum famulis sui debitoris adessent birroarij, incedentes sine insignijs Curiæ, & in habitu illis non consueto, & nihilominus semper dixit, fermate, fermate, lassateli fare, Farin.eod.consf.70. num.48.

Non

Nec autem subsistit, quod prætenditur, D. Ducem
proprijs oculis tam actum carcerationis vidisse,
quam conductionis ad carceres, quia hic est præ-
textus nedum minime probatus, sed probatur,
D.Ducem fuisse dumtaxat in fenestra aulæ breui
temporis spatio, & ex fenestris aulæ non posse
conspici locum, neque actus carcerationis, neque
ductionis ad carceres ob impedimentum parietis
existentis in capite schalarum palatij, vt constat
ex descriptione formiter facta à dictis duobus no-
30 tarijs, probatio autem nunquam attenditur, quę
non concludat per necesse, Boss. de defens. Reor. n.
13. nec etiam ad eliciendum inditia, vbi illa in suo
genere debent esse certa, & concludentia, Farin.
cons. 37. num. 20. in fine, ideoque neque conclu-
dunt per possibile, Caball. resol. 50. num. 155.

Minusque aliquid facit, quod satis sit, D. Ducē con-
fessum fuisse, sciuisse carcerationem, & ab effectu
subsequuto constet, birroarium excarceratum,
non fuisse, nisi hora salutationis Angelicæ, quia
cum D. Dux hanc scientiam restrinxerit ad solum
tempus, quo illico excarcerationem omni adhi-
bita desuper diligentia ordinauit, & Curia scien-
tiam alterius prioris temporis minime probet, ni-
hil D. Duci imputari potest, cum non sufficiat Cu-
riæ probatio actus, nisi probet anterius tempus
31 tanquam illud, quod est de substantia assertæ to-
lerantiæ, vt per Farin. cons. 89. num. 11. ad fin. vers.
quia quando tempus.

Vndecimum etiam prætensum inditium, quod post
excarcerationem dicti birroarij non curauerit,
equas restitui, nedum cessat ex qualitate solius
mandati gratiosi, sed quia apud ipsum nulla de-
super fuit facta instantia, immo iam prius discesse-
rat ille, qui habebat mandatum ad faciendum
quietantiam restitutionis, l. si Reus paratus 73. ff.
de procur.

Duodecimum quod perueneto Commissario Vrbis
ad Castrum D. Dux discesserit, poterat etiā omit-
ti, quia non discesit, vt latitaret, vel fugeret, sed
32 discesit, vt perueniret ad Vrbem, & moraretur
palam in domo, adeout hoc sit euidens demon-
stratio maximæ innocentiæ, Farinac. consil. 19.
numer. 26.

Decimum tertium quod fuerit publicatum bannum
pro habenda notitia, vbi reperirentur famuli de-
bitoris, præter id, quod non constat de hac publi-
catione ad malum finem, adhuc nihil officit D.
Duci, cum constet, bannum fuisse publicatum ex
solo mandato Potestatis; mandatum autem D.
Ducis tantum abest, quod præsumatur, vt immo
33 etiam in casu, in quo Potestas diceret, se fecisse
de illius mandato, non esset sibi credendū, Ofasc.
decis. Pedem. 71. num. 5. & 12. vers. tertio dato, cum
alijs per Farin. quæst. 97. num. 52.

Decimum quartum quod D. Dux deposuerit inueri-
similia, quatenus nō quæsiuit se informare de cau
sa rumoris, neque curauerit scire in Castro tem-
pore reditus ad Vrbem, quid esset de pincerna,
non est alicuius momenti, cum quoad rumorem,
quando ille ad eum peruenit, constet quæsiuisse,
ex qua causa, & statim habita notitia carceratio-
nis birroarij, illū excarcerari mādauerit, & quoad
pincernam prædictum, de illo affirmauit petijsse,
& quando etiam non petijsset, nihil hoc erat, cum
notum sit discedentibus Dominis Vrbem ver-
sus ex suis Castris, discedere etiam absque alio
particulari ordine suos famulos, sed viles, & in ser-
uitio ignobili, prout sunt pedisequi, cum persona
Domini iter solitos facere, sed non omnes, secus
vero seruientes in officio nobili, ad differentiam,
34 quæ inter istos constituitur, de qua relati per Fa-
rin. de testib. quæst. 55. num. 140.

Quamobrem quod attinet ad verisimilitudinem,
satis ex iam deductis liquet, vndique verisimilitu-
dinem concurrere pro D. Ducis innocentia, &
consequutiue prætensorum inditiorum exclusio-
ne, quemadmodum enim dicitur ex aduerso, in-
uerisimilitudinem præferre inditia, ita e cōuer-
35 so iudicandum, per uerisimilitudinem illa destrui,
Farin. cons. 22. num. 34. & cons. 55. num. 18. Caball.
resol. 287. num. 35.

ARGVMENTVM.

De eadem re, cum responsionē ad con- traria.

SVMMARIVM.

1 *Delictum non præsumitur ab aliquo commissum sine commodo.*
2 *Dolus non præsumitur committi in personam nō maleuolam.*
3 *De Mandato alterius præsumitur aliquis offendisse, quando propriam non habet inimicitiam, vel offendendi causam.*
4 *Mandatarius, qui propriam nō habet inimicitiā, interrogari nō potest de mādante, nisi in genere.*
5 *Verisimile non est, quod aliquis velit vitā, & bona propria discrimini subijcere. Et num. 14.*
6 *Filius, vel famulus, vel consanguineus offendēs eum, qui iniuriam intulit patri, vel domino, vel consanguineo non præsumitur offendisse de mandato. Et num. 16.*
7 *Mandatum non præsumitur in delicto momentaneo, & præter cogitationem commisso.*
8 *Dominus præsumitur ignorare delictum famuli.*
9 *Dominus censetur mandasse delictum famuli, concurrente aliqua præsumptione.*
10 *Scientia delicti committendi requiritur ad præsumendum mandatum.*
11 *Exequutio ex vsu Curiæ fieri potest pro credito paruæ summæ in re magni precij stante obligatione in forma Cameræ.*
12 *Exequutio indiscreta non est nulla, sed ad illius moderationem requiritur appellatio.*
13 *Negligentia imputari non potest ei, per quem non stat, quominus aliquid adimpleatur.*
15 *Iniuria est, quod non iure factum est.*
17 *Possibile in esse posito nullum sequitur impossibile, & e contrario nullum impossibile potest esse possibile.*
18 *Impossibilitas facti destruit etiam confessiones iudiciales.*
19 *Præsumptio præsumptionis non admittitur.*
20 *Possibile poni non potest pro constante.*
21 *Alloquutio secreta non facit inditium, nisi præcedat causa delinquendi proportionata, & delictum sequatur incontinenti.*

22 *Testes de fama deponentes in criminalibus non probant, nisi reddita ratione congrua, ex qua fama fuerit orta.*

23 *Tempus, quando est de substantia, præcise probari debet.*

24 *Interrogans, & dubitans æquiparari solet ignoranti.*

25 *Scientia in delictis probanda est concludenter, vt Reo præiudicet.*

26 *Argumentum ab effectu non procedit in his, quæ respiciunt originem.*

27 *D. Negligentia non inquiruntur Officiales, nisi illa sit dissoluta, & dolo proxima.*

CONSILIVM CXX.

RAtiones, ex quibus D. Fiscalis prætendit, D. Ducem mandasse suis familiaribus, & alijs, de quibus in processu, vt impedimentum præstarent birroarijs A.C. ne equas ad ipsius D. Ducis instantiam in exequutionem captas Mazzapiotus recuperaret, & ex dicta causa mandasse etiam, vt vnus ex dictis birroarijs carceraretur, effectu mandati subsequuto ex secretis in carceribus per spatium horarum quatuor retentione, non etiam rationum nomen merentur, quoniam in ijs, quæ contra rationem Iuris constituta sunt, non possumus sequi regulam Iuris, inquit text. in l. in ijs, 14. ff. de legibus.

Sunt namque contra rationem Iuris fundamenta omnia exaduerso assumpta.

Primum enim, quod ex eo, quia agebatur de interesse ipsius D. Ducis, propterea intret illa communiter recepta conclusio, quod data deficientia causæ propriæ in delinquentibus, præsumatur delictum commissum de mandato illius, qui causam habet mandandi, vt delictum committeretur, nam in primis nullus ex Doctoribus exaduerso
1 allegatis hoc dicit, quia Corn. consil. 217. col. fin. lib.
4. vt patet legenti, ead. col. fin. mihi num. 6. ante finem, solum dicit, quòd non præsumitur quis delinquere absque vllo commodo, nec dolum com-
2 mitti sine culpa, Aym. etiam cons. 6. numer. 22. solum dicit ex Corn. vbi supra, dolum non committi in personam non maleuolam, cùm dolus non committatur sine causa, & in cons. 75. numer. 15. quod in qualibet materia considerari debet causa facti potius, quàm ipsum factum, ac demum Farin. consil. 19. num. 19. in fine, sicut add. lit. X. in personam beneuolam nunquam præsumi aliquid dolo committi.

Benè verum est, quod mandato alterius præsumitur
3 quis aliquem offendisse, quando offendens cum offenso nullam habet inimicitiam, vel offendendi causam, ex adductis per Farin. non tamen exaduerso adducto cons. 196. num. 1. lib. 3.

Sed hæc conclusio nulla ratione afficit; tum quia ex illa Doctores non inferunt magis vnum, quàm alium præsumendum mandantem, quamobrem
4 communiter recipitur hoc casu, mandatarium non posse interrogari de mãdante, nisi in genere, l. & si certus, 6. ff. ad Senat. cons. Syllan. Peguer. decis. crim. 5. num. 9. idemque Farin. ex communi, qu. 37. num. 15.

Tum quia nullum in D. Duce considerabile prætendi potest interesse, ex quo impediretur equarum restitutio, etiam non habita præcedentis depositi notitia, cum non propterea reuocatum esset mandatum ad eius fauorem relaxatum contra debitorem satis de per se idoneum, & irreuerentia birroariorum, quam tamen nec constat D. Duci notam fuisse, nec in eiusmodi personis vilibus esset considerabilis, & absque dubio, cum repugnet ve-
5 risimilitudini, quod voluerit resistendo vitam, & bona propria discrimini subijcere, vt firmat idem Aym. exaduerso allegatus, d. cons. 6. num. 20. ante finem, vers. profectò qui putant verisimile.

Secundum, quod impedimenta ex eo, quia processerint à famulis, birroarijs, Prætore, & alijs familiaribus ipsius D. Ducis operentur præsumptionem contra ipsum, quod ex eius ordine id factum fuerit, ex l. constitutis, il primo, alias 45. vers. si quis autem de consanguinitate, de testib. & alijs desumptis ex Farin. eo tamen tacito, quæstion. 134. num. 70.

Quoniam contrariam conclusionem, quòd immò fi-
6 lius, seruus, famulus, consanguineus, & amicus offendens eum, qui iniuriam intulit suo patri, domino, consanguineo, seu amico minimè de eius mandato præsumatur, probant textus in c. cum ad sedem, 5. de restitut. spol. & in c. sicut tuis, 33. de simon. & in c. quia præsulatus. 5. 1. quæst. 4. & plerique alij Doctores magis communiter relati per eumdem Farinac. d. quæst. 134. numer. 67. & 72. vbi post adductos in contrarium, d. numer. 70. testatur hanc opinionem, quam meritò tuemur, sine dubio esse veriorem, & magis communiter receptam, vt etiam per Rainaldum, Augusellum inter consil. Farinac. consil. 55. numer. 7. lib. 1. quamobrem idem Farinac. qui in casu dicti consil. 55. scripsit, licèt sub numer. 29. plures adduxerit in contrarium, tamen sub numer. 30. omisit tunc discussionem super veritate prædictarum opinionum.

In casu autem, de quo agitur, res est pro D. Duce omninò clara, tum quia delictum, quod prætenditur fuisse per famulos, & alios commissum, fuit momentaneum, & incogitatum, dum nemo diuinare poterat, fuisse accessuros satellites in societate Partis pro restitutione equarum occasione mandati de restituendo absque vlla citatione relaxati, siquidem contrariæ supradictæ opiniones
7 hac communi distinctione conciliantur, vt prima fauens D. Duci indubitatè procedat in delicto momentaneo, secus verò in successiuo, Abb. in c. cum causam, 37. numer. 19. de testib. Honded. declarans, quæ delicta dicantur momentanea, & quæ successiua, consil. 97. numer. 2. & seqq. & num. 5. & seqq. lib. 2. cum alijs per Farinac. eadem quæstion. 134. num. 73. vbi de communi, & numer. 74. & seq. & numer. 76. vbi etiam quod ab hac distinctione tanquam communiter recepta non est recedendum.

Tum quia, quicquid exaduerso dicatur, minimè probatur D. Ducem habuisse scientiam qualitatis, nec carcerationis birroarij A.C. nisi eo tempore, quo
8 iussit excarcerationem, neque est dubium, quin in dubio ignorantia in domino præsumatur, vt per eumdem Farinac. eadem quæstion. 134. num. 89. & 94.

Neque vrget Boss. titul. de mand. ad homicid. numer. 52. & quia non dicit, quod mandatum contra dominum præsumatur concurrente aliqua præ-
9 sumptione, etiam leui, sed solùm concurrente præsumptione, etiamquod non esset tam violenta, ac propterea sic etiam, & non aliàs intelli-

telligendus est Farinac.d.consil.55. num. 31. lib.1. vt idem quoque Farinac. intelligit, d. quæst. 134. num.87.

Et quia idem Boss.eod.tit.de mand. ad homicid. nu. 39.excludit præsumptionem respectu Domini, vt etiam in hoc sensu allegatur eodem cons.55. num. 7.& quia assertæ præsumptiones in hoc casu nedum neutiquam concurrunt,vt etiam ex sequentibus clarè patebit.

10 Sed absque probatione scientiæ ipsius Domini de delicto famulorum deficit subiectum, ex quo possit aliquid contra Dominum prætendi, vt per eumdem Farin.ead.quæst.134.n.88.& 94.

Tertium quod D.Dux haberet particularem sensum contra Mazzapiotum ex eo,quia pro summa scutorum 51. fuerint sibi captæ in exequutionem equæ 70.& ex illis post notitiam D. Ducis fuerint 30. retentæ de melioribus nec restitutæ in exequutionem mandati eiusdem A. C. nullum habet

11 fundamentum,quia cum debitor confessus fuisset debitum,etiam mediante susceptione termini, & exindè ad soluendum in forma Cameræ obligatus,potuit propterea contra illum, etiam ex vsu Curiæ pro qualibet parua summa exequutio fieri in rebus magni pretij,vt testatur Gallesi. de oblig. Cameral.tit.de quæst.post proc. incid. numer. 28. quamuis enim subiungat,id humaniter intelligēdum esse,vt fit cum minori,qua fieri possit, debitoris iactura, tamen in hoc casu nec exequutio prætendi potest cum debitoris iactura considerabili,dum nec ad deliberationem, nec ad subhastationem fuit deuentum,& quatenus etiam aliquod interesse debitor passus fuerit, tamen neque in hoc culpandus D.Dux,cùm non probetur in hoc scientia illius,& excessus propterea vbi fuerit in exequutoribus, culpa sit tribuenda ipsi debitori qui à prætensa indiscreta exequutione non appel-

12 lauit,ex quo exequutio sic facta non est nulla, & ad illius moderationem necessaria est appellatio. Surd.cons.39.num.26. vers. postremò non obstat, lib.1.cum alijs per Add.ad Gregor.decis 198. post med.addit.vers.secus autem, quando est in ipsa exequutione.

Nec ex asserta denegatione restitutionis equarum prætendi potest ratificatio aliqua gestorum per

13 delinquentes,quia eo tempore,quo probatur notitiam hanc ad D.Ducem peruenisse,constat,quod iam prius discesserat is, qui habebat mandatum ad recipiendum,& nemo apud ipsum pro restitutione institit,Rot.decis.252.num.8.& seqq. par. 4. diuers.

Quartum non etiam alicuius momenti, quia quod etiam nobiles de familia D. Ducis cooperati fuerint in præstatione impedimenti, & ad carcerandum birroarium, & verisimile proindè fit, quod id fecerint ex D.Ducis mandato, non solùm excluditur ex longè maiori verisimilitudine, quod

14 non sit præsumendum,D.Ducem voluisse se subijcere huic periculo,ex allegato exaduerso consilio, Aymonis 6.numer.20. ante finem, vers.profectò. quandoquidem, quod talis præsumptio elidatur per contrariam præsumptionem, firmat etiam in his terminis Farin.d.quæst.134.n.106.

Sed etiam quia nedum deficit subiectum iniuriæ illatæ Domino ob exequutionem mandati de restituendo ab A.C.relaxati,deficiente applicatione

15 terminorum,cum iniuria fit, quod non iure factum est, & consequutiuè non sit iniuria, quod iure fit, ex text. in l. 1. in princip. ff. de iniur.

Verum etiam,quia famulorum,ac familiarium, qui deliquisse prætenduntur,magis verisimile est,gesta

16 fuisse ex propria causa, dum birroarij ab initio pro talibus non cogniti, neque insignia birroariorum deferentes,& insimul cum Parte incedentes eos verbis,ac factis offenderunt, vt in fortioribus etiam terminis per Farinac. d. quæst.134. numer.69.

Quintum,quod Cortellaccius accesserit ad palatium dixeritque in ipso accessu velle certiorare D.Ducem, & paulò post discesserit cum magna hominum armatorum comitiua ex eodem palatio, & birroarios fuerit aggressus, quatenus prætenditur de ea palatij parte,in qua D.Dux morabatur, est omninò à veritate alienum, quoniam plenissimè per testes probatur,Cortellaccium tunc non fuisse ingressum in dictam partem palatij, sed in partem inferiorem,in qua familia D.Ducis comedebat,ex qua parte ad partem, in qua habitabat D. Dux, nullus aditus patebat, vt formiter fuit probatum, cumque testes deponant concorditer, post ingressum prædictum illicò fuisse exitum,non cum magna armatorum comitiua, vt exaduerso magnificatur, sed cum paucis, redditur impossibilis prætextus exaduerso assumptus, quòd D. Ducem certiorauerit, cum breuissimum tempus, quod inter introitum, & exitum in dictam palatij partem inferiorem intercessit,excludat potentiam accedendi ad partem superiorem ex rei euidentia etiam formiter iustificata, siquidem omnia, quæ exaduerso obijciuntur, satis tolluntur ex responsione facti,cum pro illo ratione dicti breuissimi temporis resultet impossibilitas accessus ad D. Ducem, quæ impossibilitas e-

17 ius est potentiæ, vt sicut possibile posito in esse nullum sequitur impossibile, ita è contrario nullum impossibile possit esse possibile, vt inquit Bald. consil. 29. numer. 2. lib. 1. quamobrem

18 impossibilitas facti est etiam iudicialium confessionum destructiua, vt per Farinac. consil. 106. numer. 11. ante med. vers. ex impossibilitate facti, & ante finem eiusdem numer. 11. lib. 2.

Et supplicatur aduerti ad conclusionem, quam in alia firmaui, cui nihil respondetur, etenim omnia exaduerso deducta tendunt ad præsumendum, quòd Cortellaccius D.Ducem certiorauit,sed nemo vnquam dixit,illum fuisse cum D. Duce allo-

19 quutum; hæc autem præsumptio non solùm habet implicitam aliam præsumptionem, quod ex alloquutione præsumatur suscepisse ordinem resistendi contra regulam Iuris, vt per Rot. post lib.2.consil.Farin.decis.267.num.9.& contra aliam

20 regulam,quod non possit possibile poni pro constante,Farin.cons.75.num.67.

Sed dato etiam accessu, & alloquutione secreta,

21 non tamen inditium aliquod contra Dominum insurgit, etiamquod incontinenti delictum famuli esset sequutum, nisi præcedente causa delinquendi in Domino proportionata delicto subsequuto, quapropter aduertat religio Iudicantium, quomodo inditium desumi possit nec accessu ad D.Ducem, nec alloquutione probatis, immò stante præfata probatione in contrarium, Farin.d.quæst.134.num.57.& 60.& d.cons.55.num 23.in fin.& seq.

Sextum de asserta publica voce, & fama, præter ea, quæ scripsi in alia, nullius est momenti, cum illã
22 testes plures, sicut requiritur, non probent, & in criminalibus non etiam sufficiat, quod testes publice dici audiuerint, non reddita ratione cõgrua, ex qua fama fuerit orta aduersus eum, cõtra quem allegatur, Farin.consi. 182. nu. 6. post princ. vers. vltra quod est vnicus deponit sine ratione, & cons. 127. num. 29.

Septimum, quod D. Dux audito rumore accessserit ad fenestram palatij, & exinde viderit altercãtes, & sonitum archibusiatarum audiuerit, nihil facit, quia declarant testes, id fuisse post sequutum rumorem, & tunc D. Ducem omnem diligentiã adhibuisse, ideoque consequentia, quæ exaduerso formatur, quod verisimiliter se informauerit de eo, quod sequutum fuit, non percutit tempus an-
23 tecedens, Farin.consi. 89. num. 11. ante finem, vers. quia quando tempus, lib. 1.

Octauum de publicatione bannimentorum, quod claudderentur ostia Castri, quia in nulla parte processus datur aliquid concernens ordinem D. Ducis, sed solum Potestatis ad bonum finem, quod vero non sit credendum, Potestatem id fecisse absque ordine D. Ducis præsentis in Castro, tollitur, & quia Potestates Castrorum habent ratione officij facultatem publicãdi edicta absque alio ordine, & quia nemo est, qui deponat Potestatem alloquutum fuisse cum D. Duce, ita vt ordinem prædictum ab eo habere potuerit oretenus, & tamen necessarius fuisset in scriptis, ex l. 1. C. de mand. Princ.

Nonum quod birroarij, qui ad Castrum accesserunt, loquuti fuerint cum baroncello eiusdem Castri, & proinde verisimile sit, quod Prætor certiorauerit, D. Ducem de illorum aduentu, & decimum quod Nicolaus Achillis, qui dicto rumori fuit præsens, accesserit ad D. Ducem, eum certiorando, & vndecimum, quod alij duo accesserint, & potuerint illum certiorare, & duodecimum, quod quando birroarius fuit captus, fuerit male tractatus à famulo D. Ducis, ac decimum quartum, quod arma sumpta fuerint ex palatio in parte inferiori, præter id, quod ratione assertæ possibilitatis nihil ponitur in esse ante tempus, quo vere D. Dux fuit certioratus, quo ipso tempore constat prouidisse.

Adhuc hæc omnia destruuntur ex eo, quod exaduerso ponitur in capite decimotertio, cum enim in eo dicatur, quod D. Dux dixerit, fermateui, che rumore è questo? consequutiue ex qualitate huiusmodi interrogationis apertissime patet, D. Ducẽ minime fuisse de dicto rumore certioratum, cum
24 interrogans, & dubitans æquipararetur ignoranti, Caball. resolut. crim. casu 287. num. 10.

25 Retentio vero birroarij in carceribus, per quatuor horas, non etiam potest D. Duci imputari, cum eo ipso tempore, quo illam sciuit, excarcerationem ordinauerit, Farin.consi. 70. num. 9. & 38. & 48. & consi. 104. num. 22. & consi. 193. num. 12. ante finem.

Decimum quintum de prætensa negligentia D. Ducis in puniendo Potestatem, non etiã obijci potest, quia Farin. qui ad hoc exaduerso allegatur, cõs. 26. num. 18. lib. 1. neque huic casui applicatur, neque auctoritas Euerardi per eum allegati in loco ab effectu, 21. numer. 1. & seqq. huic conclusioni congruit.

Non enim applicatur, quia in eo casu constabat de resistentia Curiæ Ecclesiasticæ mediante Curia sæculari ex retentione hominum armatorum, nõ prohibente eo, quem constabat id sciuisse, & non prohibuisse.

Et non etiam releuat argumentatio prædicta ab ef-
26 fectu, & quia non procedit in his, quæ respiciũt originem, ex eodem Euerardo d. loco ab effectu numer. 7.

Et quia D. Duci nulla negligentia desuper imputari potest, cum ignorauerit iniustitiam carcerationis, & iustam credere potuerit ob exonerationẽ prioris archibusiatæ ab eodem, & tunc destitutus etiã esset officialibus, & die immediatè sequenti peruenisset Commissarius ab Vrbe, quamobrem quod egisset fuisset attentatum.

Atque etiam quia nedum Castrorum Domini, sed
27 nec officiales de negligentia inquiruntur, nisi illa sit dissoluta, & dolo proxima, Angel. tract. de sind. num. 8. in tract. nouiss. tom. 7. fol. 226. vbi etiam quod ita seruat consuetudo, prout etiam attestatur, Clar. §. fin. quæst. 73. num. 3. post princ. vers. scias tamen, & Bertaz. cons. crimin. 71. numer. 4. & seq. lib. 1.

Ad decimum sextum, cum idem contineat, quod tertium eadem suffragatur responsio, adeout frustratoria sit alia repetitio.

ARGVMENTVM.

Resistẽtia, & impedimento præstito exequutoribus, an Causa criminalis remittenda sit Iudici, qui relaxauit mandatum.

SVMMARIVM.

1 *Attentata dicuntur fieri in contemptum iurisdictionis Iudicis, qui de Causa inter Partes primo cognouit.*
2 *In Attentatis magis ponderatur contemptus Iudicis, quàm ius agentis.*
3 *Attentata reuocantur ex litis pendentia absque alia probatione.*
4 *De Inhibitione spreta cognoscit Iudex, qui inhibuit.*
5 *Consensus in iurisdictionem quoad actorum validitatem præiudicat consentientibus.*
6 *Consensus in iurisdictionem magis præiudicat, quando Causa est instructa.*
7 *Processus Iudicis præuenientis facit cessare iurisdictionem alterius.*
8 *Præuentio realis per capturam personæ dicitur etiam, quando Reus se constituit in carceribus, vigore monitorij ad personaliter comparendum.*

CONSILIVM CXXI.

Causa super prætensa contrauentione mandati de restituendo animalia relaxati, & resistentia facta desuper exequutoribus est remittenda Eminentissimo D. Cardinali Camerario, quoniam non
1 dubitatur, quin attentata dicantur fieri in contẽptum iurisdictionis Iudicis, qui de Causa inter Partes primò cognouit, Rota decis. 26. num. 2. ante finem, vers. quia attentata sunt in contemptum iurisdi-

iurisdictionis, de appellat. in antiq. Lancellott. de attent. par. 3. cap. 27. num. 38.

Adeout propterea reuocatio illorum spectet ad eum Iudicem, cuius maiestas per contrauentionem, & resistentium prædicti contemptus fuit læsa, cum
2 etiam magis ponderandus sit contemptus Superioris, & integritas status Causæ, quàm ius agentis, vt ex Rota apud Aegid. decis. 49. ad fin. vers. magis ponderatur contemptus, idem Lancellot. de attent. d. par. 3. num. 40. in princ. ac in fin. vbi explicitè, quod si quid attentatur lite pendente, Iudex, coram quo lis erat introducta, illud reuocabit, num. seq.

Quamobrem sicut attentata sunt omnia acta extra tribunal, in quo lis pendet absque alia probatione ex sola litis pendentia, de qua hoc casu constat
3 etiam per inhibitionem vigore litis pendentiæ emanatam, Gregor. decis. 465. num. 8. ex Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. ampliat. 6. Franc. c. 1. num. 5. vt lit. pend. in 6. & præcipuè cum alioquin irrisorium esset Superioris imperium, vt firmat Oldrad. cons. 206. n. 1. ad fin.

4 Ita quoque cognitio inhibitionis spectat ad inhibentem, ne aperiatur via inhibitiones contemnendi, Rot. decis. 513. num. 9. par. 1. Achil. dec. 29. in fin. de appell. & consequutiuè ad eumdem Iudicem, cuius maiestas est læsa, spectat reuocatio, Rot. decis. 264. n. 3. in fin. par. 1. & decis. 304. numer. 4. par. 3. recen.

Nulla autem videtur difficultas hoc casu, dum ijdem de Vignanello aduersarij coram eodem D. Cardinali Camerario hanc Causam introduxerunt, ijdemque institerunt pro declaratione contrauentionis ex inobedientia in non parendo dicto mandato eiusdem D. Cardinalis Camerarij de restituendo, qui proinde Causam ciuilem D. Gubernatori remisit, & criminalem sibi retinuit; nam ex prędicta instātia Partis aduersæ dubitari nequit, quin in eiusdem D. Cardinalis Camerarij iurisdictionē
5 fuerit consensum: siquidem consensus in iurisdictionem Partibus consentientibus absque dubio præiudicat quoad actorum validitatem, vt per Rotam decis. 306. num. 8. & 13. par. 7. rec.

Magisque dum coram eodem D. Cardinali Camera-
6 rio Causa reperitur instructa, etiam mediante processu per eius Commissarium fabricato, Caputaq. decis. 101. num. 1. par. 1.

Accedente insuper, quod D. Cardinalis Camerarius
7 non solum præuenit, quo casu processus præuenientis facit cessare alterius iurisdictionem, vt pluribus comprobat Farin. quæst. 7. n. 52.

Sed habet etiam idem D. Camerarius præuentionem realem, cum duos ex prætensis Reis habuerit car-
8 ceratos; quamuis enim spontanea constitutio Reorum in carceribus ad huiusmodi effectum non suffragetur, concurrente malitia, aut fraude, tamē secus est, quando prætensi Rei se in carceribus constituunt vigore monitorij ad personaliter comparendum emanati ab eodem Iudice, cuius iurisdictioni parent coactè, tanquam alioquin in contumaciam condemnaturi, Farin. eadem quæst. 7. n. 53. post primam sublimitationem, dum distinguēdo firmat, quòd spontè dicitur comparere, qui coram alio Iudice comparet, quàm eo, vbi citatus fuit.

ARGVMENTVM.

An, & quando clericus priuari possit beneficijs ex prætextu concubinatus, vel adulterij, vel incestus ex cognatione spirituali.

SVMMARIVM.

1 *Sententia excessiua reuocanda est.*
2 *Ad Concubinatum de Iure ciuili necessaria est cohabitatio, & communio lecti, & mensæ.*
3 *Concubinarius clericus dicitur etiam is, qui fœminam in aliena domo retinet, dummodo concurrat diffamatio in clerici, vel fœminæ vicinia.*
4 *Concubinarius clericus non priuatur beneficijs, nisi prius moneatur, inde suspendatur.*
5 *Monitio trina requiritur ad priuandum beneficijs clericum concubinarium.*
6 *Concubinarius clericus admoneri debet à Superiore, nempe ab Ordinario.*
7 *Clericus pro adulterio de Iure canonico suspendi, & crescente contumacia deponi potest.*
8 *Clericus pro adulterio de consuetudine punitur pœna pecuniaria.*
9 *Incestus pœna est eadem, quæ adulterij, & propterea hodie pecuniaria.*
10 *Clerico confesso, vel conuicto de incestu admixto cum adulterio grauior pœna imponi potest.*
11 *Testis adultera non probat.*
12 *Compaternitas mediante chrismate non contrahitur sine tactu, & tentione.*
13 *Testis vnicus non probat.*
14 *Liber, in quo chrismatorum nomina describuntur vna cum nominibus patrinorum probat negatiuam.*
15 *Dolus non præsumitur ex actu palam gesto, & sine occultatione.*
16 *Reuelatio secretorum non est delictum punibile, quando procedit absque malo animo, & absque alterius damno.*

CONSILIVM CXXII.

REuocanda est sententia lata per D. Iudicem tā respectu priuationis beneficiorum, quam etiā
1 respectu pœnæ triremium, cum in vtroque capite sententia non solum sit excessiua, sed prorsus iniusta, l. 4. §. cōdemnatum, ff. de re iudic. Seraphin. decis. 987. num. 2. & 6.

Constat autem de iniustitia quoad beneficiorū priuationem, quia si prætenditur pro concubinatu, vel non probantur qualitates de Iure ciuili ad cōcubinatum necessariæ, videlicet continua coha-
2 bitatio in communi lecto, & mensa, Aym. consil. 368. num. 1. Natt. cons. 474. num. 42. & seq. Præpos. in rubr. de spons. num. 5. post glo. in l. concubinam ff. de concub. Farin. de delict. carn. quæst. 138. a nu. 8. ad 25. vel si vera est alia opinio, quod concubinarius rectè dicatur ille clericus, qui etiā in aliena domo notam fœminam habet, cui soleat carnaliter commisceri, vt quia alias clericis facile esset concubinas domi non retinendo, pœnas a sacris canonibus contra concubinarios latas euadere, aut non applicatur huic casui, quia etiam iuxta

hanc

hanc opinionem requiritur, non solum consuetudo, sed etiam diffamatio in clerici, vel fœminæ vicinia, vt per Bernar.Diaz. in pract. crimin.can.
3 cap.79.de concubin.in princ.vers.concubinarios, aut saltem quia non potest ad priuationem deueniri,
4 nisi prius clerici moneantur, inde suspendantur, & tandem, nisi resipiscant, à beneficijs remoueantur,c.sicut, & cap.si autem,de cohabit. cleric.& mulier.Concil.Trid.sess.25.cap. 14. de reformat.Preb.in addit.ad glos.pragmat.sanct. tit.de concubin.& in verbo priuati,cum alijs in his terminis in Tullen. Monasterij Sancti Mansueti, 27. ianuarij 1597. coram Penia, vbi vlterius probat decisio, quod licet coercendi sint clerici concubinarij, vtpote ob tria, quæ in Christianam Rempublicam inuehuntur mala, primo quia aliorum, & præsertim laicorum corda scandalizantur,secūdo quia officium Ecclesiasticum vituperatur, & tertio quia præstatur materia peccandi, tamen dū agitur de priuatione beneficiorum, firmat non esse raptim, & festinanter sententias priuatorias proferendas,cum præter humanam fragilitatem, & multorum pronitatem in venereas voluptates occultis illecebris veluti acribus tormētis, & machinis bellicis viri etiam sancti sæpe torqueantur, & quatiantur, ac proinde trinam hanc monitionem præcedere debere, firmāt etiam Menoch.de
5 arbitr.cas.418.num.11.& seq.Io. de Silua de benef. par.3.quæst.3.num. 16. ad finem, & Reginald. in praxi for.pœnit.lib.3.tract.3.cap.11.sect.1.nu.154. vers.vndecimum, & alij.

Neque obstat, quod D. Michaeli fuisset ter persuasū a parocho, vt dimitteret conuersationem cū Margarita, nam ex huiusmodi suasionibus,non potest dici Concilio satisfactum,tanquam requirenti ex-
6 presse canonicam Superioris admonitionē, vt per Ioan.de Silua, vbi supra,&Bermond.Chouer.tract. de publ. concub. in verb. & alios non publicos, num.10.vers.alij autem, etenim pro Superiore intelligitur Ordinarius Episcopus, vt per Rebuff. in concord.rubr.de public.concub.in glo.incip secūda pœna, & Farin de delict.carn.d.quæst.138. nu. 81.post princ.vers.attamen.Decian. in tract. crim. lib.6.cap.21.de concub.cleric.num.12.

Si autem pœna prætenditur pro adulterio, & minus priuationi fuit locus, ex quo licet Iure canonum
7 clerici pro adulterio suspendi, & crescente contumacia deponi forsan possint,ex deductis per Bermond.de publ.concub.tit.de adult.nu. 26.Decian. d.lib.6. de alijs clericor.illic.coit.cap.23. num.14. cum alijs per Farin.quæst. 141.num.31. tamen id
8 Farin.ead.quæst.141.num.67.post plures quos,allegat,testatur, quod hodie de generali consuetudine adulteria tali pœna non puniuntur, sed dūtaxat pecuniaria pœna, vt per eum.

9 Si vero prætenditur pœna ex incestu,& præter id quod,cum incestus pœna sit eadem, quæ est adulterij,propterea hodie est arbitraria, & consequēter pecuniaria, vt post alios per eumdem Farinac. quæst.149 num.7.& 12.huic pœnæ nullatenus potest esse locus in hoc casu, in quo de incestu minime liquet. quamobrem, neque etiam applicari
10 potest, quod grauior pœna clerico imponi possit confesso, vel conuicto de incestu admixto cum adulterio, de qua relati per Farin.d.quæst. 149. n. 34.& seqq. siquidem de hac prætensa spirituali cognatione,mediante sacramento chrismatis deponunt dumtaxat eadem Margarita,& filius, quibus
11 fides adhiberi nequit, & quia Margarita patitur exceptionem criminis adulterij, Mascard. de probation.conclus.64.num.13.Farin.quæst.136.nu.54. Seraph.decis.54.num.1.& quia eadem deponit nō vidisse actum tentionis, sine quo compaternitas, & cognatio huiusmodi non contrahitur, quamobrem neque credi potest filio non reddenti circa huius tentionis actum sufficientem scientiæ causam,dum credere potuit Michaelem patrinum, vt quia duxerit eum ad locum chrismatis tanquam persona vulgaris, in qua vt plurimum huius cognationis qualitas vndè proueniat,ignoratur, vt per Caball.resol.crim.200.num.66. in princ. & ta-
12 men de Iure certum est,vt dixi,cognationem hāc minimè contrahi sine tactu,& tentione, c. si quis, 30.quæst 1.cum alijs per Nauar.cons.6.num.3.vers. 8.de cognat.spir.lib.4.tom.2.vltraquod cum filius
13 remaneat vnicus,proinde nihil probat, cap. licet vniuersis,cap.veniens, & cap.in omni negocio,de testib.Seraph.decis.1191.num.2.

Et præsertim cum omnis difficultas cesset ex reuolutione libri, in quo chrismatorum nomina iuxta
14 Concilij dispositionem describūtur vna cum patrinorum nominibus, nam exinde sufficienter iustificata remanet negatiua, vt per Cassad. decis. 8. num.2.super reg.Achill.decis.387.alias 9.n.4.etiam super regul.

Minus autem iustificari potest sententia ex prætenso delicto traditionis scripturarum Vaticani archiuij Principibus exteris, & alijs, earumque asportationis, & retentionis extra archiuij locum,quo-
15 niam ex retentione, & asportatione,quæ fieri potuit ratione officij, non insurgit delictum,attento quod processit palam absque aliqua occultatione l.ita fidei,& l.nō intelligitur,ff.de iur.Fisc.Oldrad. cons.39.in princ.Aym.cons.3.num.5.minus autem ex traditione, dum acta hæc fuerunt cum licentia,
16 & in omnem casum neque exinde insurgit delictū punibile,cū hæc processerint absque malo animo, & absque vllo Principis,& Sedis Apostolicæ dāno, quorum tamen alterum requiritur ad punitionē, Menoch.de arbitr.casu 537.num.23.Gig.de crimine læsæ maiest.quæst.21.nu.13.Decian.tract. crim. lib.7.de reuel.secret.& litt.cap.17.nu.11. Roland. cons.11.num.89.lib.3.

ARGVMENTVM.

De eadem re. Et de notoria iniustitia sētentiæ impediente transitum in rē iudicatam, non obstante omissione appellationis, vel lapsu fatalium, vel tacita acceptatione.

SVMMARIVM.

1 *Sententia notorie iniusta nūquam transit in iudicatum.*
2 *Sententia euidenter iniusta est, quando non iustificatur ex actis.*
3 *Appellatio licet alioquin prohibeatur de Iure, aut Constitutione, aut consuetudine, tamen permittitur concurrente notoria iniustitia.*
4 *Confessus, & conuictus non appellat, secus vero confessus tantum, vel conuictus tantum.*

5 Rea

5 *Recognitio ex gratia à Superiore nullum infert proprijs iuribus præiudicium.*
6 *Actus hominum voluntarij non extenduntur, nisi quatenus ex illis necessario infertur.*
7 *Renunciatio iuris proprij non patitur extensionem ad non expressa.*
8 *Actus positiui in dubio intelliguntur, vt minus noceant.*
9 *Appellās rediens ad Iudicem, à quo, pro remotione grauaminis non censetur appellationi renunciare.*
10 *Clericus ex adulterio non incurrit de consuetudine pœnam depositionis, & priuationis beneficiorum.*
11 *Adulterij pœnæ corporales in desuetudinem abierunt, quia hodie non imponitur, nisi pœna pecuniaria.*
12 *Confessio incidenter emanata, licet aperiat viam Iudici ad inquirendum, tamen non sufficit ad condemnandum.*
13 *Enunciatiua verba ad actum non necessaria non attenduntur, etiam inter easdem Partes, quando disputatur de veritate enunciati.*
14 *Tortura in teste nō supplet, nisi vnum defectum.*
15 *Testis deponens de actu gesto, dum erat infans, non probat.*
16 *Testis vnicus non probat.*
17 *Geminatio non ampliat, neq. alterat dispositionē.*
18 *Clerico imponitur pœna suspensionis ob simplicē fornicationem, quando concurrit qualitas notorietatis cum scandalo.*
19 *Scandalum est dictum, vel factum minus rectū, præbens alijs occasionem ruinæ ex inductione, vel exemplo.*
20 *Irregularitas, excepto crimine homicidij, non incurritur, nisi concurrat notorietas criminis ex confessione iudiciali, vel re iudicata, vel æquipollenter manifesta.*
21 *Irregularitas non incurritur, nisi ex delicto, quod sit dignum depositione.*

CONSILIVM CXXIII.

FRustra exaduerso allegatur transitus latæ sententię in iudicatum ex appellatione, vel minus legitime interposita, vel ex fatalium lapsu, quia
1 cum sententia sit notorie iniqua, nunquam transit in iudicatum, neque propterea vlla opus fuit appellatione, l. 1. §. 1. quæ sentent. sine appell. rescind. Farin. conf. 53. nu. 4. & 33. in fine, & seq. lib. 1. & conf. 185. num. 22. & 43. lib. 2. de euidenti autem
2 iniustitia satis constat, dum ex actis non iustificatur, idem Farin. conf. 142. num. 1. in fine, & dicto conf. 185. num. 1. lib. 2. ac propterea etiam in casi-
3 bus, in quibus de Iure, aut Constitutionibus, vel consuetudine appellatio prohibetur ratione, notoriæ iniustitiæ quandocumque permittitur, cap. inter cœteras, vbi Abb. Felin. & cœteri communiter de re iudic. Put. decis. 414. nu. 2. lib. 3. Caputaq. decis. 33. num. 2. par. 1. idem Farin. quæst. 100. n. 112. etiamsi grauamen consistat in sola excessiuitate pœnæ, vt per eumdem ibi, num. 110.

Atque hinc frustra etiam obijcitur conclusio, quod
4 confessus, & conuictus non appellat, quia præter id, quod conclusio procedit dumtaxat, vbi vtraque qualitas concurrit, secus autem vel in conuicto tantū, vt per Farin. allegata exaduerso, quæst. 131. num. 131. vel in confesso tantum, vt per eumdem ibidem num. 150. & seq. obiectum male huic casui applicatur postquam ex actis nulla insurgit confessio delicti merentis pœnam priuationis beneficiorum, nullaque concludens, & sufficiens probatio quamobrē in probatione dubia, absque dubio allegata conclusio minime applicatur, vt per eumdem Farin. eadem allegata quæst. 101. nu. 141. vnde fit, quod requiritur in proposito, quod quis, & legitime confessus, & legitime conuictus dici possit, vt per Caball. resolut. crimin. cas. 288. numer. 4.

Nullo autem iure adducitur exaduerso prætextus acceptationis sentētiæ ex afferta gratiarum actione, quas Sanctissimo præfefert notarius, D. Michaelem reddidisse in significatione sibi facta de remissione pœnæ corporalis, tum quia recognitio
5 ex gratia à Superiore nullum infert proprijs iuribus præiudicium, vt per Abb. conf. 3. nu. 12. vers. plus etiam dico, & vers. ad propositum, lib. 2. tum etiam quia acceptatio remissionis vnius ex pluribus pœnis non infert acceptationem in cœteris, &
6 quia actus hominum voluntarij non extenduntur, nisi quatenus ex illis necessario infertur, Bart. in l. 1. §. si quis hoc interdicto, ff. de itin. actuq. priuat. l. voluntarie, C. excus. tut. Natt. conf. 77. nu. 13. & seq. Rot. in Romana officij scriptoriæ 24. Octobris 1588. coram bo. mem. Cardinali Pamphilio, & quia illatio exaduerso facta includit renunciationem
7 iuris proprij, quæ in non expressis nunquam patitur extensionem, Corn. conf. 233. num. 2. lib. 2. Peregrin. de fideicom. art. 52. num. 24. & seq. Put. decis. 188. lib. 2. quapropter semper faciēda est interpre-
8 tatio in dubio, vt actus etiam positiui minus noceant, vt per Rot. decis. 242. per tot. par. 2.

Et præsertim cum remissio certæ pœnæ, in qua damnabat sententia, tendat ad remotionem grauami-
9 nis, nam hac ratione neque etiam appellans rediens ad Iudicem, à quo, censetur appellationi, ac iuribus suis renunciare, Gabr. de appell. conclus. 2. num. 14. Achil. de Graff. decis. 21. num. 4. de appell.

Constat autem de notoria iniustitia ex eisdem, non obstantibus exaduerso per tres DD. Aduocatos
10 deductis, nam, quod ex solo crimine adulterij clericus etiam in sacris, quicquid sit de Iure, pœnam depositionis, & priuationis beneficiorum de consuetudine non incurrat, quicquid exaduerso dicatur, est communis, & receptissima opinio, de qua testantur Clar. §. adulterium, nu. 7. per tot. præsertim prope fin. vers. sed quicquid, vbi etiam in vers. dicebat, quod si clerici ob adulteria deponerentur, & in monasterijs iuxta canonicas sanctiones detruderentur pauci eorum per vias ambularent, Aym. conf. 41. num. 8. & seq vbi quod pro talibus criminibus ad venerem pertinētibus, in quæ lapsi sunt, & labuntur etiam viri alioquin integerrimi, sanctissimi, & religiosissimi, pœna tantum pecuniaria imponi consueuit, & conf. 137. nu. 10. vbi in adulterijs commissis de mulierum voluntate ostendit, hanc generalem consuetudinem esse ex bonis rationibus introductam, & seruandam, Vulpell. conf. 94. num. 7. & alij pleriq. pariter de cōmuni attestantes, de quibus Farin. quæst. 141. nu. 67. & idem Franc exaduerso alleg. decis. 240. quāuis in casu suo, in quo agebatur de adulterio cum incestu proditorio, & cum propinatione veneni, & mortis mariti contrarium senserit, nihilominus num. 8. admittit, plures sententias magnæ Curiæ Vicariæ, & sacri Consilij fuisse ostensas, in quibus

bus adulteri etiam cum incestu fuerant damnati
in pœnis extraordinarijs.

Ac proinde non refert, quod aduersus Crauet. Me-
noch. de arbitr. cas. 398. num. 25. dicat, non esse ve-
rum, pœnam adulterij in desuetudinem abijsse,
11 quia vltraquod hoc ipsum & alij plures dicunt
relati per Farin. d. quæst. 141. num. 67. in princ. ad-
uertendum est, eosdem iuxta magis receptam in-
telligi de pœnis corporalibus, quia hodie sola pe-
cuniaria pœna infertur, vt intelligit etiam Baiard.
qui alioquin inquit, Menochiū decipi in suis ad-
dit. ad Clar. dicto §. adulterium, num. 55. post med.
vers. & licet.

Nec obstat, quod crimen incestus adulterio admixti
faciat committentem teneri pœna ordinaria,
quoniam qualitas huiusmodi neque per assertam
confessionem D. Michaelis, neque aliūde fuit pro-
bata.

Non quidem per confessionem, quia quando prin-
cipaliter fuit D. Michael interrogatus de hoc cri-
mine incestus, semper omnino compaternitatem
negauit, & licet aliquando absque vlla particula-
ri interrogatione, sed enunciatiue Margheritam
12 commatrem appellauerit, tamen ex huiusmodi
incidenti confessione, etsi per eam aperiretur via
Iudici ad inquirendum, non tamen locus fuit cō-
demnationi, præsertim cum tunc non ageretur ad
pœnam huius criminis incestus, sed ad alias ob
alia prætensa delicta huic minime annexa, text. est
in cap. 1. de except. Bart. in l. 2. §. si publico, nu. 20.
ff. de adult. Afflict. decis. 176. num. 4. & seq. Mascard.
de probat. conclus. 1102. num. 5. Clar. in prax. §. fin.
quæst. 55. nu. 6. cum alijs plurimis per Farin. quæst.
81. num. 219. & seqq. & idem Franc. in alleg. exad-
uerso decis. 240. num. 13. refert ex Afflicto, liberatā
fuisse mulierem, quæ inquisita de furto adulteriū
incidenter fuerat confessa.

Ratio autem in hoc casu est euidens, non solū ex eo,
quod ex vulgari vsu loquendi istæ mulieres, cum
quibus assidua est conuersatio, appellari solēt com
matres, vt nullum malum exinde suspicetur, sed
13 quia etiam in ciuilibus, vbi verba enunciatiue
proferuntur ad actum aliquem non necessaria ne-
que inter easdem Partes attenduntur, vbi princi-
paliter de veritate enunciati disputatur, Alex.
cons. 136. num. 11. lib. 1. Dec. cons. 348. in fine. Put.
decis. 381. num. 3. lib. 1. Rot. decis. 568. nu. 4. & decis.
580. num. 3. par. 2. in recent.

Non etiam ex depositis per Margheritam, & filium,
quia respectu Margheritæ eius dictum nihil facit,
& quia ipsamet declarat, non vidisse teneri filium
in chrismate à D. Michaele, & quia depositio so-
cij criminis quamuis inditium faciat, vbi dictum
ratificauit cum tortura infamiam ex hoc capite
purgante, tamen nullum facit, vbi plures alios
patitur defectus, sicut patitur Margherita non so-
lum prætensi adulterij, sed periurij, ex quo sæpius
14 ab initio cum iuramento negauit, quamobrem
tortura, quæ non nisi vnum supplet defectum mi-
nime sufficit, Bursatt. cons. 239. num. 42. lib. 3. vbi
de communi cum alijs per Farin. quæst. 43. nu. 178.
Marsil. cons. 74. num. 23. Grammat. vot. 25. lib. 2.

15 Respectu vero filij, quia præter id, quod depo-
nit de prætenso actu in puerili, & forsan in infan-
tili ætate, Put. decis. 206. n. 3. lib. 1. in nou. in omnē
casum est vnicus, qui propterea, eo minus fidem,
16 meretur, vt per Nauar. cons. 3. num. 2. circa
med. de accus. lib. 5. tom. 2.

Neque facit, quod error confessionis non probetur
ex libro chrismatorum, ex quo nomen compatris
reperitur omissum, quia cum exaduerso vis fiat
non in confessione principaliter emanata, sed enū-
ciatiue, & incidenter, non eget Michael reuoca-
tione, itaquod ipse de errore suæ confessionis do-
cere debeat, sed satis est sibi, quod incidens, &
enunciatiua prolata confessio non sit sufficiens ad
condemnandum, & præsertim cum neque ad hoc
17 sufficiat geminatio, quæ non ampliat, neque al-
terat dispositionem, Dec. cons. 399. num. 8. vers. vel
enim, Feder. cons. 183. num. 1. Ias. in l. penult. nu. 24
C. de pact.

Minus obstat, quod etiam pro simplici fornicatio-
ne, quando illa fuit notoria, & scandalosa, aut diu
continuata imponatur pœna depositionis, ex alle-
gatis, quoniam istæ confictæ exaduerso qualitates
in casu, de quo agitur, neutiquam concurrunt.

Non enim datur qualitas continuationis, quia hæc
18 continuatio non probatur, & non etiam qualitas
notorietatis cū scandalo, sicut de hac notorietate
qualificata scandalo ex commissione illius palam,
& publice copulatiue loquuntur exaduerso alle-
gati, Burgos in repetit. cap. at si clerici, n. 93. de iu-
dic. & ibidem Bero, num. 166. vers. & prædicta vera,
Aretin. in cap. cum non ab homine, nu. 44. eod. tit.
de iudic. Corsett. singul. 126. in verb. fornicatio n u
4. Io. de Silua de benef. par. 3, quæst. 3. num. 8. ad fin
Azor. instit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 7. quæst. 13. The-
saur. for. Eccles. cap. 35. num. 28. vers. nisi fornicatio
alias par. 3. cap. 8. num. 66. & ita intelligendus est
Butr. in d. c. at si clerici, num. 13. post med. vers. dic
si fornicatio, licet vsus fuerit dictione alternatiua,
dum loquitur de notorietate qualificata vel scan-
dalo, vel diuturnitate, & Abb. in eodem c. nu. 35.
quamuis forsan imprimentes vsi fuerint prædictis
qualitatibus sub coma, quandoquidē & ita intelle-
cti fuerunt à supradictis, & ita intelligēdos de no-
torietate publice cōmissa, & alios offendente, bene
ostendunt iura per Butr. Abb. aliosque prædictos
allegata, & præsertim text. in c. quam sit 9. de ex-
cess. Prælat. & in c. ex parte A. 7. de testib. & alij al-
legati, prout ita intelligi debet Couar. postquam
loquitur de delicto, quod non sit simplex, sed ma-
ximam habeat deformitatem in epit. 4. decret. p. 2.
cap. 6. §. 8. num. 3.

Non datur, inquam, hæc notorietas scādalosa, ex quo
ante confessionem adulterij in hoc iudicio non
probatur illius notitia apud alios, sine qua non
19 potest dari scandalum, cum illud sit dictum, vel
factum minus rectum præbens alijs occasionem
ruinæ ex inductione, vel exēplo, vt per D. Thom.
2. 2. quæst. 43. in prin. Oldrad. cons. 268. num. 8. Za-
bar. in clem. 1. n. 7. de offic. ordin.

Irregularitas vero nullatenus vnquam incursa, dici
20 potest, cum excepto crimine homicidij, non so-
lum requirat notorietatem criminis, vel ex con-
fessione in iudicio, vel ex sententia, quæ transi-
uerit in iudicatum, vel ex adeo manifesto, vt nul-
la tergiuersatione celari possit, adeoquod ad hūc
effectum non sufficit, quem esse famosum, nec te-
stibus delictum probabile, Nauar. in manual. cap.
25. de peccat. cleric. num. 73. vers. dixi notorium,
ijdemque exaduerso allegati, Azor. instit. moral. p.
3. lib. 3. cap. 8. ad fin. vers. sed quod nam, Maiol. de
irreg. lib. 5. cap. 37. num. 1. in fine, & numer. seq. vbi
propterea inquit, non dici notorium fornicatorē
eum, qui pedisequam matris habet concubinam,
ne-

neque eum, qui est capellanus suæ dominæ, e aque loco concubinæ vtitur.

Sed etiam requirat copulatiue, quod crimen sit di-
31 gnum depositione, cap. fin. de tempor. ordin. idē Nauar. pariter exaduerso adduct. in manuali cap. 27. num. 248. & seqq.

ARGVMENTVM:

An sententia substineatur, quando quis egit vltra suam portionem.

De probatione damni dati ex incisione arborū ad formā Statuti agriculturæ.

SVMMARIVM.

1 *Agens ad rem vltra suam portionem nulliter agit.*
2 *Societas, cum sit quid facti, probanda est.*
3 *Communio differt à societate.*
4 *Præoccupationi locus est inter duos Reos credēdi.*
5 *Connexitas cessat, quando duo stipulantur, quilibet quoad suam medietatem.*
6 *Iudex in Causa propria ad sui commodum pronunciare non potest.*
7 *Priuilegium idem non datur ad probandum, rē esse talem, quod datur rei existenti tali.*
8 *Verba intelligi debent, vt minus obligent.*
9 *Statutum tollens exceptiones non censetur tollere exceptionem prouenientem ex aliquo capite eiusdem Statuti.*
10 *De Delicto ex facto alterius nemo tenetur.*
11 *Statutum correctorium Iuris communis non extenditur ex identitate rationis.*
12 *Testis falsus in vno, falsus in cæteris ratione indiuiduitatis iuramenti.*
13 *Probatio debet concludere per necesse, non autē per possibile.*

CONSILIVM CXXIV.

NEque nullitatis, neque iniustitiæ defectus videntur in hoc casu euitari posse, nam prima nullitas est clara, dum exaduerso non solum fuit actum ratione totius prætensi damni, sed ad totum sententia condemnauit, non obstante quod D. aduersarius solam medietatem huius casalis ex particulari separato instrumento locauerit, si-
1 quidem agēs pro portione sua dumtaxat agere potest, itaquod agens vltra illam, quin etiam indefinite sua portione non specificata processū totum nullum facit, & omnia ex nullitatis vitio succumbunt, Calcan. cons. 92. num. 5. vers. sexto etiam, Castren. cons. 454. num. 2. lib. 1. Aym. cons. 72. num. 6. Surd. cons. 415. nu. 12. post med. & seqq. lib. 3. vt enim inquit text. in l. 1. §. 1. ff. si pars hæred. pet. ius non ex eo metimur, quod possessor occupauit, sed metimur ex iure agentis, cum immo nec qui sperat admitti ad maiorem portionem, interim possit agere vltra partem suam, inquit in verbis tex. in l. si ex pluribus 2. ff. eod. tit. si pars hæred. pet.

Nec obstat, quod socius in vtilibus societati censeatur habere mandatum à consocio, quinimmo possit litem contestando totum debitum sibi præoccupare, itaquod teneatur solum consocio post solidi exactionem communicare, quoniam conclusiones allegatæ sunt quidem in Iure veræ, sed facto non applicantur, dum prima fundata in supposito societatis cessat, ex quo nullibi de prætē-
2 sa societate constat, & cum sit quid facti, absque dubio exaduerso est probanda, Rum. cons. 92. per tot. lib. 1. Decian. cons. 97. num. 2. lib. 2.

Nec dicatur de societate ex eo constare, quod hoc casale sit pro indiuiso inter D. aduersarium, & D. Clementiam, seu filios, quia obiectum est contra
3 text. expressum in l. vt sit pro socio, 31. ff. pro soc. inquit enim post princ. nec enim sufficit, rem esse communem, nisi societas intercedat, communiter autem res agi potest etiam citra societatem, puta cum non affectione societatis incidimus in communionem, vt euenit in re duobus legata, item si à duobus simul empta res sit, aut si hæreditas, vel donatio nobis obueniat, vt etiam per Decian. cons. 96. num. 4. & seq. lib. 2.

Dumque secunda conclusio minus facto applicatur,
4 ex quo tunc locus est præoccupationi, quando agitur de duobus Reis credendi, & si forsan in hoc casu stante cōnexitate qualitas societatis minime requiratur, ita enim textus exaduerso allegatos, in l. fideicommissa 11. §. plerūque, vers. vnus agit, ff. de leg. 3. & in l. ex duobus 16. ff. de duob. Reis intelligunt in eadem l. ex duobus, Bart. n. 8. & 18. Castrens. in l. si vnus, num. 1. & seq. & ibi Ias. n. 2. ff. de pact. idem Bart. in auth. hoc ita, num. 41. C. eod. tit. de duob. Reis, Ronchegall. in d. l. ex duobus 16. num. 6. Caputaq. decis. 168. num. 4. par. 3.
5 Etenim absque dubio nulla considerari potest in hoc casu connexitas, dum quisque ex duobus locatoribus prædictis separato instrumēto sibi quoad suam medietatem fuit stipulatus, adeoquod diuiduum venit in simplici ad fauorem cuiusque obligatione, & nullo casu per solidum, vel alternatiuam, iuxta doctr. Bart. communiter receptam. in l. 2. num. 2. & seqq. ff. de duob. Reis.

Secūda quoque nullitas subsistere videtur, quamuis enim Statutum agriculturæ in cap. 12. permittat, duos tantū ex Consulibus suspectos allegari posse, in hoc casu versamur, cum duo tantum, & non plures fuerint suspecti allegati, inter alios autem duos cum D. aduersarius tunc Consul existeret, ac
6 proinde in Causa propria ad sui commodum pronunciare non posset, Bart. Bald. & cæteri communiter, in l. omnibus 9. C. de testib. vtique propterea sententia vnius solius non potuit esse valida obstante eodem agriculturæ Statuto in c. 11. vbi licet officium in Consulibus decernat insolidum, requirit tamen in prolatione sententiæ duos, vt in fine eiusdem Statuti.

Neque enim releuat, quod propterea allegatio suspicionis duorum æquipolleret allegationi suspicionis omnium, siquidem asserta æquipollentia non oritur ex defectu allegantis suspicionem, sed ex defectu Iuris communis prohibentis, in Causa propria ius dici, iuxta text. in l. vnica, C. ne quis in sua caus. iudic. quo casu non attenditur argumentum ab æquipollenti, præsertim in materia Statutaria, iuxta notata in c. susceptū, de rescript. in 6.

Sed ex capite iniustitiæ corruunt etiam omnia exaduerso gesta, nam licet Statutum sit clarum, in cap. 41. quod stetur, seu credatur dicto inuentoris cum iuramento, de omnibus, quę deposuerit, tamen aduertendum est, quod ea querela, & dictum eiusdem asserti inuentoris restringatur
14 ad damnum illatum ab incisoribus arborum, nulla expressa earumdem arborum denumeratione,

tione, quamobrem cum circa arborum numerum Pars aduersa non possit vllatenus in dicto prætēsi inuentoris se fundare, sequitur, quod dū propterea circa numerum Statuti priuilegium applicari non potest, merito aliunde fortiter de prætenso numero constare debeat, cum non idem priuilegium detur ad probandam, rem esse talem quod
7 datur rei existenti tali, Cagnol.in l. 1.nu.15.& seq. C.de eden.Mascard.de probat.conclus.1294. nu.4. & seq ex textu in l.Diuus Traianus,cum ibi not. ff. de testam.milit.

Eademque ratione tollitur responsio ad obiectum huius Partis consistens in eo, quod numerus arborum non posset dici probatus ex descriptione notarij, & peritorum relatione, dum processerūt, non statim, & sine mora, vt requirit Statutum eodem cap.41. quod propterea ad visionem, & æstimationem mandat procedi infra certos breues terminos etiam diebus fœstis, & in honorem Dei feriatis, subiuncta ratione præiudicij moræ, siquidem responsio, quæ huic obiecto fit exaduerso, quod credatur querelæ, percutit quidem dationē damni in arboribus, sed quia nec querela, nec dictum inuentoris loquitur, vt dixi, de numero,
8 itaquod intelligi potest de quocumque minimo, sicut in dubio de minimo est præsumendum, l. si quid vēditor.ia fin.ff.de ædil.edict Sard.decis.119. num.24.Rot.decis.416.n.1.par.1.vtique propterea exaduerso deducta cessant ob formam Statuti non
9 seruatam, cuius defectus sine dubio nunquam sublatus censetur, Rain.cons.102.num. 17. lib.2. Pedem.decis.1.num.22.

Nec resistit Statutum cap.51.dum disponit repertum damnum dare cum vno genere animalium teneri solum damnum datum emendare, quod in tali tenimento per genus animalium prædictorum datū fuerit, tum quia cum Statutum sit correctorium
10 Iuris communis, quo cauetur expresse, neminē teneri de delicto ex facto alterius, l.arbiter Kalendis, ff.de arbitr.Sard.decis.232.nu.9.Rot.decis.567. nu.2.par. 1. in recent.non debet propterea neque
11 etiam ex prætextu idētitatis rationis ad alios casus non expressos extēdi, c.hæc verba, §.pœnæ, dist. 1.Soc.cons.275.num.7.ad fin.lib.2. Seraphin. decis. 537.num.3.& seq.

Tum etiam quia, vt in verbis eiusdem Statuti patet, loquitur Statutum retentis terminis, quod quis repertus fuerit damnum dare, quod quidem circa arbores descriptas à notario, & de quibus in relatione peritorū applicari non potest, dum, vt dixi, querela de numero adnotato non loquitur, descriptio vero, & adnotatio longum post interuallum processere, siquidem ex hoc interuallo cessat etiam præsumptio identitatis incisarum, in qua in omnem casum fundari potest Statutum, & præsertim, cum tunc non solum dignosci non posset, an damnum illatum esset tempore conductionis huius Partis, an paulo ante, cum à tempore, quo affictus incohauit ad diem querelæ tres circiter tantum menses intercesserint, sed dictum ipsum inuentoris asserētis, damnum datum fuisse in fueris, detegatur falsum ex relatione ipso-
12 rum peritorum, quapropter ratione indiuiduitatis iuramenti falsam etiam in cœteris de Iure præsumitur, l qui falsa, ff.de fals.Dec.cōs.105.vers. similiter, Seraph.de iuram.priuil.107.num.45.

Neque releuat, quod damnum datum fuisse tempore querelæ, probent periti in relatione, dum dicūt, siluam in culmine collis nunquam priu fuisse incisam, quia non hoc simpliciter dicunt, vti exaduerso supponitur, sed qualificate nempe non fuisse incisam à pieno, adeo quod cum non agatur de damno plenæ incisionis, sed particularium arborùm, relatio hæc magis probat, quod re vera incisio procedere potuerit ante factam locationem, & præsertim dum testes examinati pro hac Parte concludunt, tempore huius inceptæ locationis plura ligna incisa reperta fuisse in ipso casali, quapropter vndique constat Partem aduersam intentionem suam nullatenus fundasset saltē circa numerum prætensarum arborum, l. vbi autem 25. ff. de verb.oblig.l.cum quid, ff. si cert.pet. magisque
13 dum etiam datur possibilitas illationis damni ab ijs, qui ad perquirenda grillorum oua fuerunt transmissi, cum ex facto iustificetur, perquisitionem hanc fuisse de anno 1611.accessum vero peritorum de anno 1612.& relationes de anno 1615. ad cap.in præsentia, de prob. cum alijs per Seraph. decis.1372.num.2.

ARGVMENTVM.

De interpretatione Statuti Collegij ad euitandum delictum in exactione pœnarum.

SVMMARIVM.

1 *In Pœnam quod aufertur, non est restituendum.*
2 *Pœna non extenditur ad casus non expressos.*
3 *Relatio in dubio fit ad casus immediatos, & proximiores, quibus continuatiue adijcitur.*
4 *Clasula in fine posita non refertur ad omnia præcedentia quando militat diuersa ratio.*
5 *Relatio non fit ad ea, quibus adaptari non potest.*
6 *Obseruantia est optima, & potissima Statutorum interpres, etiamsi repugnaret legitimæ interpretationi.*
7 *Relatio fit restrictiue, ad euitandum crimen.*
8 *Consuetudo excusat à pœna etiam extraordinaria.*
9 *Collegium non dicitur deliquisse, non probata conuocatione, & deliberatione collegialiter.*
10 *Præscriptio in delictis etiam occultis inducitur spatio viginti annorum aduersus Fiscum.*
11 *Præscriptio centenaria æquiparatur immemorabili, quæ habet vim tituli.*

CONSILIVM CXXV.

Non videtur agendum de qualitate pœnæ, in quam possit condemnari Collegium: deficit enim subiectum delicti, dum constat, Collegium habere iurisdictionem ex litteris Clementis VII. sæpius confirmatis tam ad exactionem pœnarū, quam in notarij deputatione, vnde pœnæ nomi-
1 ne à Collegio exacta nec alicui veniēt restituenda. Cuman.cons.65.Rot.decis.115.nu. 13. vers. quarto quia, par.1.diuers.

Nec obstat, quod in litteris Clementis cap.63.quoad certos casus imponatur pœna ducatorum 25. cuius pœnæ tertia pars sit Cameræ, quoniam in casibus ibi expressis non probatur, exactā fuisse aliquam pœnam, quandoquidem eæ, quę exactę probantur ex vacchettis occasione visitationum propter

propter deficientia, & proiecta, non sunt de cōpræhensis in casibus dicti capituli 63. sed exactæ fuerunt occasione aliorum Statutorum imponentium pro deficiētibus, & proiectis pœnam 15. bononenorum, vel iuliorum trium ad summum,
2 quamobrem pœna ducatorum 25. non poterat ad casus non expressos extendi, vt per Seraphin. decis. 286. num. 5.

Neque resistit, quod in dicto capitulo 63. ad finem postquam dispositum fuit, quod quilibet aromatharius habeat in sua apotheca omnia vsualia pertinentia ad medicinam, subiungatur, sub pœna prædicta, quia expressio huius pœnæ, non fuit immediata, sed postquam transiuit Statutum ad alterum casum, disponendo, quod nullus aromatharius det alicui rem medicinalem ordinatam à medicis, nisi prius sit ponderata, vnde relatiua expressio pœnæ ad hunc casum immediatum est referenda, non ad antecedentem mediatum loquentem de deficientibus, tum quia regula est
3 certa, quod in dubio relatio facienda est ad casus immediatos, & proximiores, quibus continuatiue adijcitur, Surd. cons. 554. num. 34. 35. & seqq. lib. 4. Honded. cons. 8. num. 35. & cons. 29. n. 29. lib. 2. Rot. decis. 765. num. 12. par. 2. in rec.

Tum quia interpretatio hæc est necessaria, ex quo alioquin nimis iniquum, & absurdum esset, quod hæc pœna ducatorum 25. quæ est ex grauioribus impositis in eisdem litteris, & Statutis Clementis pro grauibus excessibus, apposita quoque intelligatur in casibus adeo leuibus, l. talis scriptura, ff. de leg. 1. Bald. cons. 357. lib. 4. ac proinde duæ aliæ applicantur regulæ altera, quod nunquam clausula
4 in fine posita refertur ad omnia præcedentia, quādo diuersitas militat rationis, d. l. talis scriptura, in fine, ff. de leg. 1. Alex. cons. 66. nu. 3. lib. 2. Aym. cons. 612. nu. 5. & seq. lib. 4. Rota decis. 231. par. 1. diuers. & in Romana deuolutionis domus 5. Aprilis 1573. coram Penia, altera, quod nunquam relatio facta
5 censeri debet ijs, quibus adaptari non potest, l. 1. §. lex falcidia, in fine, vbi Bart. num. 1. Angel. nu. 2. Alex. & cœteri communiter. ff. ad leg. falcid. Alex. cons. 81. num. 11. lib. 6.

Et tollitur omnis dubitatio non solum ex subsequuta obseruantia à centum annis citra, quibus pœnæ in minima quantitate prædicta fuerūt exactæ, & nunquam de illis tanquam minimis Camera
6 participauit, siquidem obseruantia optima, & potissima est Statutorum interpres. l. si de interpretatione, ff. de legib. c. cum dilectus, de consuetudin. etiam quod talis obseruantia repugnaret veræ, & legitimæ interpretationi, Rot. diuers. decis. 574. n. 3. seq. par. 1. & decis. 256. num. 6. & seq. par. 2. Farin. cons. 51. num. 5. ad finem, lib. 1. cons. 177. nu. 35. lib. 2. & cons. 195. num. 31. & seq. lib. 3. & quæst. 103. nu. 152. adeoquod stante obseruantia præscripta neque etiam dari potest de inualiditate, vt per Caball. resolut. crim. cas. 253. num. 1.

Sed etiam quia obijcitur exaduerso de intellectu di-
7 ctæ relationis ad effectum criminalitatis, nam hoc casu, ad illius exclusionē sufficit possibilitas multiplicis intellectus, Roman. cons. 301. nu. 11. post princ. vers. tamen vbi, Imol. cons. 101. n. 3. Alex. cons. 71. num. 2. lib. 3.

Cœterum nec Collegium, nec singulares illius personæ puniri possunt in aliquo, singuli quia conti-
8 nuarunt vsum Statutorum tempore antecessorum, qui iam decesserunt omnes, Farin. quæst. 90. num. 3. & quæst. 95. num. 31. vbi quod consuetudo excusat etiam à pœna extraordinaria, Seraph. decis. 1238. num. 10. Collegium vero tum quia non potest dici deliquisse, dum exaduerso non proba-
9 tur conuocatio consilij, congregatio, & deliberatio delinquendi, vt explicat Farin. quæst. 24. num. 129. vbi pluribus comprobat, & num. seq. & n. 134. sicut etiam Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 8. num. 9. Losęus de iur. vniuers. par. 4. cap. 1. num. 14. & seqq. & præsertim post obitum eorum omnium, quorū interuentu prætenditur excessus commissus in Statutorum editione, Rot. decis. 102. num. 8. par. 1. diuers.

Tum etiam quia præscriptio in delictis etiam occul-
10 tis regulariter inducitur spatio viginti annorum aduersus Fiscum, & Curiam post tempus impletæ præscriptionis procedentem tam ex querela, quā ex officio, non obstante prætensa ignorantia, vt per Farin. quæst. 10. n. 12. & seq. Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 37. num. 1.

Multoque magis spatio 30. annorum, Caball. resolut. crim. cas. 239. num. 1. quin etiam centum, & plurium, nam præscriptio cētenaria æquiparatur im-
11 memorabili, quæ habet vim tituli, Decian. loquēs de præscriptione regalium, cons. 24. num. 112. 113. 114. & seqq. lib. 1. & cons. 108. nu. 6. & seq. lib. 3. Thesaur. iun. quæst. 27. numer. 2. lib. 2. Seraph. decis. 707. numer. 2.

ARGVMENTVM.

De prouocato offendente aduersariū ad sui defensionem.

SVMMARIVM.

1 *Prouocator est, qui alium nedum facto, sed verbis ad iram incitat.*
2 *Prouocatus dicitur fecisse ad sui defensionem.*
3 *Ad defensionem præsumuntur gesta illius contra quem imminet periculum, & dubitatio iniuriæ personalis.*
4 *Testibus informatis de tota serie facti à principio rixæ vsque ad finem, magis creditur.*
5 *Testibus, qui magis verisimilia deponunt, magis creditur.*
6 *Prouocatio probari potest coniecturis*
7 *Prouocator quis præsumitur ratione loci.*
8 *Prouocator præsumitur is, qui erat magis associatus.*
9 *Prouocator non præsumitur is, qui verisimiliter, si talis esset, non distulisset aduersarium offendere, sed statim offendisset.*

CONSILIVM CXXVI.

Absoluendus est D. capitaneus Regulus, quoniā, ex testibus ad defensam formiter examinatis plene constat, aduersarium fuisse illum, qui primo verbis iniuriosis capitaneū lacessiuit, quamob
1 rē cū prouocator sine dubio sit, qui aliū nedū facto,

cto, sed etiã verbis ad iram incitat, Farin.cõs.67. n.
4.lib.1 & quæst.125. num.508. & 510. vbi, quod
proficiens iniuriosa verba in alium præsumitur
prouocator, & num.422.& seq.& quæst.52. n. 144.
Caball.resol.crimin.231.num.6.& 10. ex hac pro-
2 uocatione necessariò consequitur, quod quicquid
postea fecit capitaneus, ad sui defensionem fecisse
dicatur, Farin.d.cons.67.num.5. itaquod data pro-
uocatione neque locus est alicui pœnæ arbitrariç,
quando aduersarius non fuit in persona facto of-
fensus, vt ibi ad fin.dicti num.5.in cons.2. num. 7.
vers.quod inde incontinenti, & cons.35.num.21.&
præsertim cum in hoc casu aduersarius etiam ca-
pitaneum saxis, & lapidibus non solum, vt dicunt
testes, fuerit insequutus, sed cõtra eumdem famu-
los, & arma conuocauerit, quod nec ipse aduersa-
rius in propria querela audet negare, nam semper
3 ad defensam præsumenda sunt gesta illius, contra
quem imminet periculum, & dubitatio alicuius
iniuriæ personalis, idem Farin.cons.35.num.21.22.
& seq, eod.lib.1.Caball, de homicid.num.111. 127.
& 135.& resol.crim.cas.154.n.10.

Nec obstant testes pro informatione Curiæ exami-
4 nati, tum quia non deponunt de principio rixæ,
prout deponunt testes examinati ad defensam, ac
propterea magis credendum est testibus ad defen-
sam, tanquam magis informatis de tota serie facti
à principio vsque ad finem, Farin.d.cons.67.num.6.
lib.1.

Tum etiam, quia præferendi sunt testes examinati
ad defensam tanquam ij, qui magis verisimilia de-
5 ponunt, iuxta tex. in l. ob carmen, §.1.ff.de testib.
Caball.d.resol.23. num. 21. quandoquidem dubi-
6 tandum non est, prouocationem etiam ex solis
coniecturis probari, Alber.in l.1.§.cum arietes, nu.
5.vers.& hoc nisi ex coniecturis, ff.si quadrup.pau-
per.feci. dicat. Menoch.de arbitr. cas. 363. numer.
1.Farin.quæst.125.nu.503.& consil.121.n.32.lib.2.

Ex circumstantijs autem huius facti omninò depræ-
henditur, aduersarium fuisse prouocatorem, nam
hoc suadet non solum qualitas loci, dum aduer-
7 sarius, quando incepit rixa, etiam iuxta suam quæ-
relam erat in ostio propriæ domus, Vulpell.consil.
44.num.12.& cons.96.num.7. Farin.d.cons.121.nu.
34.vers.& sic magis verisimile, lib.2. idemque erat
8 magis associatus, & in propria patria, capitaneus
verò forensis, & sine aliquo auxilio, Vulpell. d.
cons.44.num.1.Farin.d.cons.121.numer.35. & seq.
Caball.d.resol.231.num.15. sed quia ex ipsa quere-
la legitur, capitaneum terzarolum exonerasse, non
quando primum aduersarium vidit, sed distanter
ab illo loco, postquam aduersarius acclamando
famulos, arma, & occisionem capitanei, illum in-
9 sequebatur, signum enim hoc est satis euidens,
quod capitaneus quicquid fecit, ad sui defensam,
& ad terrendum aduersarium gessit, ex quo si of-
fendere voluisset, minimè expectasset, quod aduer-
sarius illum cum armis famulorum auxilio inse-
queretur, Cepol.cons.crim.28.num.8. vers.quarto
quia, cum alijs per Farin.eod. consil.121. num.33.
vers.vndè succedit, lib.2. Caball. d.resol.231. num.
11.& seq.

ARGVMENTVM.

De sententia nulla vti lata ad nullius Partis instantiam.

De pœna talionis imposita à Constitutione. Et an accusator, qui non probat accusationem, vti calumniator sit puniendus.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ nullitas ex defectu citationis est insanabilis.*
2 *Sententia nulla etiam iusta nõ confirmatur Parte opponente.*
3 *Sententia præsumitur lata ad Partis instantiam præcedente citatione, secus autem citatione deficiente.*
4 *Talionis pœna de generali consuetudine recessit ab aula.*
5 *Talionis pœna quamuis innouata ex Constitutione, tamen de consuetudine non seruatur.*
6 *Deterioratio rerum Ecclesiæ æquiparatur alienationi.*
7 *Denunciator non spontaneus, sed ratione officij non tenetur denunciationem probare, nec iudicio assistere. Et num.12.*
8 *Dictio, secundum, stare potest causaliter, & conditionaliter.*
9 *Verba in dubio recipiunt interpretationem exclusiuam delicti.*
10 *Constitutio recipit passiuam interpretationem à Iure communi.*
11 *Accusator punitur, quando est verus calumniator, non autem quando præsumptus.*
13 *Accusator excusatur à calumnia, quando habuit iustam accusandi causam, quamuis erroneam.*
14 *Arborum fructiferarum extirpatio in prædijs Ecclesiæ est illicita.*
15 *Diffamatio præcedens excusat accusatorem à calumnia.*
16 *Accusator non potest de calumnia condemnari, nisi præfixo termino ad probandum.*
17 *Inditia sufficiunt ad excludendum in accusatore præsumptionem calumniæ.*
18 *Iudex quando excusatur à calumnia ratione officij, & zeli iustitiæ, tunc etiam excusandus est accusator eadem ratione.*

CONSILIVM CXXVII.

Reuocanda videtur sententia lata contra R.P.D.
Lucretium, tam ex capite nullitatis, quàm in-
iustitiæ: siquidem nullitas est euidentissima, tum
1 ex defectu citationis, Rot.decis.30.numer.1. decis.
129.etiam num.1.decis.251.pariter num.1.& deci-
sion.486.num.2.par.2.recent. quæ nullitas ex hoc
capite dicitur insanabilis, c.pastoralis, vers. cæte-
rum, de re iud.c.1.de caus.poss.& propr. Vestr.in
prax.lib.7.cap.1.num.8.& lib.5.cap.13.num.2.adeo
2 quod Parte opponente neque etiam sententia iu-
sta stante nullitate confirmari potest, Gabr.consil.
46.num.5.lib.1.Cæsar de Grass.decis.9.numer.8. &
12.de caus.poss.& propr.Rot.decis.486.num.9.par.
2.recen.

Tum etiam quia sententia lata fuit ex mera Iudican-
tium affectatione, non autem ad alicuius Partis
instantiam; quamuis enim, vbi præcedit citatio al-
3 terius Partis ad sententiam, illa præsumi possit la-
ta ad eiusdem citantis instantiam, prout in hoc

casu

casu loquitur Rot.decis.519.num.2. par. 1. diuers. tamen secus est, vbi de præcedente citatione non constat, Specul.de citat.§.4.num. 14.Bart, in l.4, §. hoc autem iudicium, num.5.ff.de damn.infect. dicens, officium Iudicis Parte non petente exerceri circa ea non posse, quæ principaliter in persona Partis radicantur, & num.6.in fin.& seq. Butr. in c. 1.num.8.vers.item non debet citare, de iudic. Milis in repert. in verb. citatio non potest fieri à Iudice.

De iniustitia autem eiusdem sententiæ non minus notoriè constat; non solùm enim pœna talionis
4 de generali consuetudine recessit ab aula, Specul. de accus.§. 1.num.4.in fin.ff.de accus. Couar. var. lib.2.cap.9.num.1.Menoch.de arbitr.cas.322.num. 3.Caball.resol.crim.cas.166.numer.2. etiamquod hæc pœna prætendatur innouata ex noua Constitutione ex libro Actuum capitularium S. Georgij in Alga, pag.176.à tergo, nam eamdem pœnam in-
5 nouauit quoque Pius V. & tamen consuetudo illam non seruat, vt per Farin.quæst.10.num.5. vers. sed in proposito, iuncto num.12.vbi id in praxi, & communi vsu receptum testatur, sed illa nullatenus applicabilis erat huic casui, postquam R.P. D. Lucretius minimè ob priuatum interesse, vel aliã particularem causam, sed pro exoneratione conscientiæ ex necessitate officij prioratus in eodem loco denunciauit factum cum diffamatione incursus in pœnas Extrauagantis, ambitiosæ, ex quo de-
6 terioratio est species alienationis, prout verè est ex eodem Nauar.exaduerso alleg. cons.7. de reb. Eccl.non alien.dum in hoc loquitur in succidente arbores fructiferas, in exaduerso verò adducto cons.6.eod.tit loquitur de incidente arbores opacas, & nihilominus ipsius R.P.D.Lucretij instantia restricta dumtaxat fuit in hoc, quod Visitatores se de veritate informarent, ac deinde illud exequerentur, quod sibi pro conscientia, & iustitia vide-
7 retur, quandoquidem talis denunciatio ratione officij, & ex hac causa absque dubio in casu absolutionis denunciati neutiquam ad aliquam pœnã denunciantem obligat, cum in hoc casu non teneatur denunciator suam denunciationem probare, aut aliàs instar accusatoris iudicio suo periculo assistere, sed solum aperiat viam Iudici ad inquirendum, ac procedendum ex officio per inquisitionem, Gandin.in tit.quomod.de malef.cognos. per denunc.num.2.post princ.vers.& hoc verum, Clar.in prax.crim.quæst.6.num.12.ante med.vers. sed certè, Farin.d.quæst.16.numer.16.post princip. vers.vnde secus, & de hæresi, quæstion.185.numer. 71.72.& seq.Decian.tract.crimin.lib.5. cap.30. nu. 5.& seq.

Nec obstat, quod deinde interrogantibus Visitatoribus an vellet, & intenderet procedi contra D. Ioannem Baptistam secundum iura, & criminaliter ad pœnam per viam accusationis criminalis, responderit, padre sì; tum quia eiusmodi responsio non alterauit instantiam primo loco per viam denunciationis factam, dum huic secundæ adiecit verba prædicta, secundum iura, cum dictio, secun-
8 dum, & si dicatur æquiuoca, itaquod stare possit causaliter, & conditionaliter, c.Abbate Sancti Siluani, de verbor.signif.Bart.in extrauagan.ad reprimendum, in verbo, prout, num.2. Grammat.decis. 59.num.21.& seqq.in dubio intelligenda esset cõ-
9 ditionaliter, quatenus de Iure Ioannes Baptista puniri posset, & non aliàs ad prætensæ calumniæ exclusionem, l.meritò, ff.pro soc.Rot.decis.166.nu. 7.par.2.diuers.

Tum quia quando etiam ex prædicta responsione qualitas denunciationis fuisset immutata per trãsitum ad accusationem, nõn tamen sententia iustificatur, nam cum tam Iure communi inspecto, quàm forma dictæ capitularis Constitutionis illa
10 passiuam recipiat ab ipso Iure communi interpretationem, Caputaq.decis.67.num.7.par.2. Rot. decis.475.num.4.& seqq.& decis.724. numer.15.& 16.par.1.diuers.& in his terminis Menoch. de arbitr.cas.321.num.10.& 13.intelligitur in eo accu-
11 satore, qui verus sit calumniator, in eo scilicet, qui per malitiam, & scienter falsa crimina intendit, glos.& communiter Doctores in l.1.§.calumniari, per illum text.ff.ad Turpil.non autem in eo accusatore, qui presumptus sit calumniator, qui vel accusationem non probauit, vel ab ea destitit, cum is nullam pœnam subire oporteat, d.l.1. §.calumniatoribus, iuncto §. sequenti, ff. ad Turpil. cum alijs pluribus per Farin.d.quæst.16.n.10.& seq.& n. 12.in prin.& vers.nec erit.

Constat autem Reuer.hunc Patrem nullatenus verũ calumniatorem, immò etiam nec presumptum dici posse. Primo, quia factum extirpationis arborum frugiferarum fuit probatum non solùm ex testibus, sed etiam ipsius denunciati confessione; qualitas autem huius facti, quod processerit in graue præiudicium, & detrimentum monasterij,
12 quamuis dici posset non probata, non tamen in accusatore infert punitionem, quando accusatio processerit ratione officij, vt in hoc casu, quo accusans erat Prior, & consequenter tutor, & administrator eiusdem monasterij, Farin.post alios dicta quæst.16.n.52.& 53.

Secundo, quia à calumnia etiam præsumpta excusa-
13 tur accusator, quando iustam habuit accusandi causam, etiamquod fuerit erronea, d.l.1.§.sed non vtique, ff.ad Turpil.l.3.C.de calcin. Farin.d.quæst. 16.num.33.& 34.iusta siquidem in hoc casu adfuit
14 causa; tum quia extirpatio fructiferarum arborũ, & vinearum quamuis non fuisset damnosa, quod tamen à peritorum relatione pendebat, de per se fuit illicita absque consensu monasterij, vt inquit Nauar.dicto consil.7.nu.1.de reb. Eccles. non alienand.

Tum etiam quia ex litteris ab eodem aduersario in processu productis constabat, ipsum fuisse de hac extirpatione diffamatum, cum & si extraiudicialiter plerique in visitatione noluissent eum sindicatui in hac parte supponere, aliqui tamen dissentiebant, & iudicialiter nihil de absolutione actum,
15 etenim præcedens accusati diffamatio absque dubio accusatorem etiam à præsumpta calumnia excusat, Bart in l.cum quidam, §.quod dicitur, num. 3.ff.de acquiren.hæred.& in l.athletas, §. calumniator, num.3.vers.puto autem, ff. de his, qui not. infam.Farin.plures alios allegans, d. quæstion.16. num.61.

Tertio, quia cessat omnis præsumptio calumniæ in casu, de quo agitur, dum postquam fuit iustificatũ factum extirpationis, nullus fuit accusanti præfi-
16 xus terminus ad probandum damnificationem monasterij, vel saltem ad probandam iustam aliquam causam, quare non deberet de calumnia condemnari; requiritur enim de necessitate huiusmodi præfixio, ex allegatis per eumdem Farin. d.quæst.16. num.39. quem etiam sequitur Caball.

resol.

resol.crimin.d.cas.166.numer.16.quamobrem aut circa huiusmodi damnum adsunt in processu in-
17 ditia,& præsumptiones, & hoc ipsum satis est ad euitationem prætensæ etiam præsumptæ calumniæ,etiamquod postea in accusatione succubuerit,Boss.de accusat.num.19.in fine,Diaz in practic. crim.canonica,cap.59.cum quicquid plerique in contrarium senserint circa qualitatem inditiorum sufficientium,magis recepta sit opinio, quod ad excusationem præsumptæ calumniæ sufficit subministratio inditiorum sufficientium ad inquirendum,non autem ad torturam, & præcipuè in accusante ratione officij,in quo propterea nulla circa hanc inditiorum qualitatem datur probabilis dubitatio,ex adductis per Farin. sæpius citata qu. 16.num.62.per tot.

Aut in processu non adsunt inditia ad inquirendum
18 sufficientia, & tunc non minus ratione officij, & zeli iustitiæ,excusandus est accusator, quàm ipsi visitatores iudicialiter procedentes absque inditijs ad inquirendum habilibus ex his, quæ pariter notat Farin.ead.quæst.16.n.27.per tot.

ARGVMENTVM.

Pœnæ,ac res etiam insignes,quæ incidunt in commissum, an pertineant ad conductores gabellarum, an ad Fiscum.

SVMMARIVM.

1 *Gabella,quæ debetur ratione rei differt à pœna, quæ debetur ratione contrauentionis.*
2 *Gabellarum,& datiorum concessio includit etiam pœnas, quæ imponuntur transgressoribus. Et num.4.*
3 *Gabellarum conductores censentur subrogati in locum,& ius Fisci.*
5 *Princeps non debet a contractu suo in substantialibus recedere.*
6 *Donatio occasione contractus initi ad fauorem donantis,non dicitur gratuita, sed correspectiua,& indiuidua ab ipso contractu.*
7 *Pactum ad fauorem vnius non debet in eius odiũ retorqueri.*
8 *Gabellarum conductiones, vel emptiones obseruandæ sunt, siue sint multum lucrosæ, siue multum damnosæ.*

CONSILIVM CXXVIII.

PRæsens quæstio nullam videtur habere probabilem difficultatem,quominus hæredes D. Caroli à Turre consequi valeant contrabannum monetarum argenti,aliarumque rerum, quæ in com-
1 missum ceciderunt,quamuis enim aliud sit datiũ, seu gabella debita ratione rei,& aliud pœna, quæ debetur ratione contrauentionis,l.2. & ibi glos. 1. & 2.ff.de his,quæ pœn.nom.Aretin.in l.4. §. Cato, in 1.not.& num.22.vbi etiam Ias. num. 3. & Butigell.num.13.ff.de verb.oblig. Seraphin. decis. 794. num.23.tamen quod nihilominus pœnæ, ac res, quæ incidunt in commissum, pertineant ad conductorem datiorum,& gabellarum,non autem ad Principem,seu Fiscum,& Cameram datia,& gabellas locantem, duo sunt,ex quibus conclusio redditur indubitata. Primum est pactum verbis claris initum cum Serenissima Camera,che la locatione s'intenda fatta con li medemi capitoli, e patti già conuenuti col Borgatti,inter quæ illud est, S. A. concede gratis al conduttore la sua quarta parte
2 de contrabandi,che fosse per toccarli, cum immò in cessione datiorum, & gabellarum absque alia expressione veniant etiam pœnæ transgressorum, Bald.in c.1.§.sciendum,num.2.de feud. cognit. & in l.si quis,vbi etiam Salic.& alij, C.de vectigal. & commiss. idem Bald.in rubr.ff.de rer.diuis. num. 6. & cons.256.num.1.lib.4.& in l.1.numer.15. ante med.vers.emptorem enim gabellarum,C.de fruct. & lit.expens.Alex.in l.si quis id,quod,n.22.ff.de iurisd.omn.Iud.Guid.Pap.decis.413.n. 10. Dec. cons. 4.n.2.Io.de Amic.cõs.110.n. 25. Peregr.de iur.Fisc. Boer.decis.180.n.3.ad med.

Et præsertim cum tam in Capitulo 5. inito inter Serenissimum Dominum,& prædictum Carolum declaretur,che il magistrato debbia essere Giudice,e che debbia participare de i contrabandi, applicãdoli per l'altre parti,sempre leuata quella del magistrato à benefitio dell'impresa, quod etiam est Iuri conforme,vt per Franc.Lucan.de Fisco,& eius priuileg.par.4. num. 34. quam etiam in capitulis vltimo loco inter eumdem Serenissimum, & hæredes eiusdem Caroli conuentis cessa fuerit ipsis hæredibus ogni parte d'vtile,che potesse mai S. Altezza esserli riseruata, non pretendendo altro l' Altezza S. che la sua pensione,ò sia affitto,&c.nam
3 propterea clarissimè patet,excepto affictu, in cæteris omnibus datiarios ex vi huius cessionis fuisse in locum,ac ius ipsius Serenissimæ Cameræ subrogatos,Bart.in l.in prouinciali,3.§.si ego, num.4. ff. de nou.oper.nunc.Bald.in l.fin. C. si propt.public. pensit.Anan.in c.2.num.7.de maled.Soc.consil.36. num.15.lib.4.idem Bart.in l.licitatio alias, incipit, locatio,§.mercatores,ante fin.ff.de public.Peregr. de iur.Fisc.lib.6.tit.5.n.33.

Secundum est circumscripto pacto fundatum in ipsa Iuris communis dispositione,quandoquidem re-
4 ceptum est,quod etiam aliæ pœnæ indictæ extra pœnam commissi pertineant ad conductores, & firmarios datiorum,& gabellarum, nisi aliud in contrarium sit actum,vel nisi consuetudo aliter se habeat,Salic.in d.l.si quis,C.de vectig. & commiss. vbi etiam Sicardus num.vlt.Aret.in §.pœnales,nu. 13.instit.de act.vbi quod Angel. qui solus in contrarium allegatur, est corruptus vitio scriptoris, quodque idem Angel.contrarium tenet cum cõmuni,Peregrin.de iur.Fisc.d.lib.6.tit.5.num.32.vbi post Soccin.cons.36.num.12.lib.4.ampliat,siue pœnæ sint indictæ per nomina multiplicatiua, siue aliter,cum alijs pluribus per Gratian.disceptat.forens.cap.970.num.25.26.27.28.& seq. Guttier.attestans etiam de communi,tract.de gabell. quæst. 124.num.3.& seq.

Nec obstat,quod in eisdem capitulis caueatur, saluo qualche loro moderatione,ampliatione,o dichiaratione,ch'occorresse farsi,tum quia in eisdem capitulis adiecta est declaratio,quale però non muti la sostanza,adeo quod recedi non potest à regula,
5 vt nec Serenissimus Princeps debeat à contractu suo in substantialibus recedere, etiam causa concurrente præcipuè interesse particulare concernente,Castr.cons.317.col.1.lib.1.Cephal.cons.342. num.66.plenè Surd.loquens de Serenissimo Principe,cons.419.num.55.& seqq.& numer.67.seq. & alijs

aliјs ferè per tot. lib.3.
Etenim nihil releuat,quod explicita concessio ratæ
contrabannorum pertinentis ad Serenissimum
fuerit gratis,ac proinde solo titulo donationis, nã
cum fuerit occasione promissæ pensionis, & affi-
6 ctus ad fauorem Serenissimi,censetur nihilominus
ad illius correspectiuam recompensationem,adeo
quod censetur indiuidua ab ipso conductionis
contractu,Soc.cons.273.num.4. lib.2. vbi post Ca-
stren.infert, quòd si mulier donat aliquid hospita-
li,& eadem die hospitale se obligat ad aliquid dã-
dum mulieri,censetur hospitale hoc fecisse contẽ-
platione præcedentis donationis,Dec.in l.petens,
num.3.C.de pact.Ias.in l.lecta,num.24.& seqq. ff. si
cert.petat.Gram.decis.103.num.156.& seqq. Rota
in Parmen.datij 27.Iunij 1612.coram R.P. D.Coc-
cino,apud glo.Zacch.ad Galles.deoblig.Camer.de-
cis.113.n.5.13.& seq.
Tum etiam quia facultas attributa moderandi, aut
declarandi,& adimplendi fuit cum qualitate,ma
serua à maggior benefitio dell'impresa; quaprop-
7 ter pactum ad fauorem conductorum adiectum
contra regulas est,vt ad eorum odium retorquea-
tur,l.nulla iuris ratio,ff.de leg.l.quamuis, ff.de pi-
gn.act.Card.Mantic.de tacit.lib.3.tit.7.n.24.
Minus obstat,quod contrabannum, de quo agitur,
tanquam insigne mereatur subiacere declarationi
Serenissimi,quod de similibus insolitis non intel-
lexerit,quoniam conductores gabellarum acqui-
runt propterea futurum euentum, vndè qualis-
cumque euentus sequatur,siue insignis, siue mo-
dicus,ad eos pertinet,sicut iactus retis, ex l.si ia-
8 ctum retis,ff.de act.empt.in conductoribus enim,
si multum lucrantur,eorum est vtilitas, & illis in-
uidere non debemus,sicut è contra, si in damno
essent,eis mederi non debemus,inquit post Bald.
Dec.d.cons.4.num.2.ante fin.vers.quarto,vbi pro-
inde prædictis,ac alijs rationibus firmat in his ter
minis,idem dicendum esse in emptoribus gabella-
rum tanquam æquiparatis vsufructuarijs.

ARGVMENTVM.

De excusatione vendentis frumentum contra formam edicti.

Creato censu sine reali interuentu pecuniæ,an puniendus sit creditor,quando de crediti veritate constat.

SVMMARIVM.

1 *Absolutus in iudicio ciuili non potest de eodem facto criminaliter molestari.*
2 *Annonæ edicta circa taxationem non sunt perpetua,sed iuxta temporis varietatem,ac necessitatem.*
3 *Edictum ad effectum pœnæ requiritur, quod sit vsu receptum.*
4 *Obseruantia subsequuta declarat edictum.*
5 *Obseruantiæ,& consuetudinis probatio in materia vsurarum excusat à pœna.*
6 *Iurisdictio attributa commissario, aut delegato non intelligitur priuatiuè,sed cumulatiuè cum Præsidibus Prouinciarum.*
7 *Licentia concessa ab eo, qui creditur habere authoritatem,excusat à pœna edicti.*
8 *Testes ad impugnationem publici instrumenti necesse est,quod sint omni exceptione maiores.*
9 *Census contractus ex credito sine interuentu pecuniæ sustineri potest,etiam in terminis Constitutionis Pij V.quando constat de veritate crediti.*
10 *Census contractus ex credito vero valet in foro conscientiæ.*
11 *Delicti exclusiua interpretatio est assumenda.*

CONSILIVM CXXIX.

VEnditio frumenti facta à D. Lutio anno 1622.
habita fide de pretio ad rationem iuliorum
28.& 29. pro sextario contra formam edicti asseri-
bi delicto punibili non potest in hoc casu, tũ quia
1 actum fuit de hac prætensa contrauentione ex
hoc eodem capite in iudicio ciuili,& in eo lata est
sententia ad fauorem D.Lutij, quæ in iudicatum
transiuit,l.2.§.hoc edicto,ff.de vi bonor.rapt.l.in-
terdum,C.de publ.iud.glo.in l.1.in verb.vtraque,
& in rubr.C.quand.ciuil.act.crim.præiud.Farinac.
quæst.109.num.123.seqq.& in fin.Rot.in Interam-
nen.pecuniaria 23.Iunij 1603.coram R.P.D. Coc-
cino,& in Veronen.administrationis 5.Maij 1610.
& in Ciuitatis Castelli hæreditatis 20. Nouembris
1617.coram Cardinali Caualerio.
Tum etiam,quia plures aliæ dantur exceptiones de
licti exclusiuæ,nam aut edictum intelligendum
est de frumentis positis in massa, seu cumulo ra-
tione abundantiæ, non autem de superabundan-
2 tibus, cum materia ipsa taxationis non patiatur,
vt lex desuper indicta sit perpetua,sed iuxta tem-
poris varietatem,ac necessitatis vrgentiam,vt in
his terminis per Solam post commentar. ad Con-
stit. Sabaud. tract. de edict annonæ,glo.5.numer.
12.& 20.post princ. vers.primo quia materia, fol.
mihi 741. vbi contrarijs omnibus plenè respon-
det.
Et præsertim, cum hoc ipsum satis declarauerit ob-
seruantia subsequuta,dum decetur,in foro publi-
co,frumenta,& panem emptum à panatterijs non
obstante edicto præfato vendita fuisse eodem pre
tio iuliorum 28.& 29. quinimmò ipsos quoque
officiales abundantiæ frumenta emisse non solùm
à Camera,sed à particularibus etiam maiori pre-
tio,cum exinde desumatur apertissimè,vel edictũ
3 non fuisse vsu receptum, sicut ad effectum pœnæ
requiritur,Mohed.decis. 1. de constit. Surd. decis.
Perus.98.num.1.Put.decis.1.lib.1. vel sub intelle-
4 ctu supradicto,l.si de interpretatione, 36. ff. de le-
gib.Rot.decis.503.numer.2.par.1.diuers. siquidem
5 etiam ad exclusionem pœnæ in materia vsurarum
probatio obseruantiæ, & consuetudinis absque
dubio excusat,vt per Rot.decis.2.num.1.post prin.
post lib.2.cons.Farin.
Aut edictum quoquo modo intellectum D. Lutium
non afficit stante licentia D.Vicelegati Prouinciæ,
6 ea namque sufficiens est,vel quia iurisdictio attri-
buta cuilibet commissario, aut delegato Aposto-
lico non intelligitur priuatiuè,sed cumulatiuè cũ
ipsis Prouinciarum Præsidibus,l.1.C.de offic.Præ-
fect.Vrbis, l.2. col.3. ante fin. vers. interea, iuncto
subsequenti vers.cum autem magnitudo,C.de off.
Præf.Prætor.Aphricæ,vt etiam in his terminis per
Solam

Solam de edict.annon.glof.vlt.numer.5.& Decian. tract.crim.lib.7.cap.22.de fraudant.aut oner. ann. num.10.& seq.

Vel saltem negari nequit, quin in omnem casum li-
7 centia hæc satis,superque sit ad excusationem, ex rationibus eiusdem Solæ eod. tract. de edict. annon.glo.5.numer.10. vers.crederem tamen excusandum.

Minus etiam habenda est ratio testium deponentiũ in creatione censuum,pecunias aut realiter non interuenisse,aut ritè non fuisse solutas, aut aliàs formam Constitutionis Pij V.super creandis censibus editam non esse seruatam, tam quia istis testibus nulla fides est adhibenda,tam ob exceptiones in facto relatas,quàm ex eo,quia cum sint in-
8 ducti ad impugnationem publici instrumenti,necesse est,vt sint omni exceptione maiores, vt in his terminis resoluit Rota in Foroliuien. census 13.Nouembris 1589.coram Orano,apud Farinac. post conf.54.lib.1.sub num.23.

Tum etiam quia ex depositionibus eorumdem te-
9 stium constat de veritate crediti D.Lutij,siquidem vel propterea cum constet de crediti realitate, nõ est locus d. Constitutioni editæ ad euitandas fraudes ex rationibus,de quibus in decisionibus 92.& 103.apud Modern. Perus. de censib. vt etiam per D.Cerrum inter conf.Farin.201.n.6.lib.3.

Vel ex cessatione fraudis,cessat pœna, ex quo prop-
10 terea de validitate census non dubitatur in foro conscientiæ,Nauar.tract.de vsur.numer.88.& 121. cum alijs pluribus per Moder.Perus.de censib.par. 2.cap.1.quæst.1.num.37.post princ. vers.attamen alij Doctores frequentius.

Sed neque etiam prætensa receptio rerum, aut pecuniarum extra sortem pro renouandis societatibus delictum includit, quandoquidem nedum deficit probatio ob interesse testium ex conclusionibus in alijs adductis ad exclusionem prætensæ vsuræ,sed tanquam munuscula magis censenda
11 sunt ex liberalitate, & gratitudine tradentium, Menoch.conf.84.num.75.Surd.decis.58. numer.4. Rot.decis.106.num.7.par.2.diuers. & in Sancti Seuerini dotis 18.Nouembris 1618.coram bo.mem. Vbaldo.

ARGVMENTVM.

Pœna tentantis corrumpere Officialem imposita à bãnimentis generalibus, an habeat locum, quando non fuit deuẽtum ad actum proximum.

Monopolij pœna an habeat locum, quando de effectuatione non constat.

SVMMARIVM.

1 *Pœna corrumpentis Officialem non habet locum in solo conatu.*
2 *Bannimenta generalia de tentantibus corrumpere Officialem intelliguntur de tentantibus ad actum proximum deuenientibus.*
3 *Præsumptio cedit veritati.*
4 *Verisimile quod est,præsumitur.*
5 *Exceptiones,quibus se tueri potest conuentus in iudicio,non præsumitur omittere.*
6 *Officiali dans pecuniam pro redemptione indebitæ vexationis non punitur.*
7 *Mandatum ad emendum frumentum contra formam edicti non punitur, quando non constat de effectuatione.*
8 *Licentia excusat à contrauentione.*

CONSILIVM CXXX.

DVo capita vltimo loco deducta contra D. Lutiũ non videntur aliquam habere iustificationem, ex qua crimen punibile insurgat,quia de prætensa corruptione Officialis neutiquam constat.

Quinimmò quando etiam de tractatu aliquo constaret,non tamen locus esset punitioni,ex quo pœ-
1 na corrumpentis Officialem minimè verificatur in solo conatu,l.1.§.& qui Iudicem,ff.ad l.Cornel. de fals.l.Imperatores,in verb.tentent.ff.de iur. Fisci,Caputaq.decis.214.num.2.par.3.Vrs.decis.113. num.5.lib.1.

Bannimenta autem generalia Status Ecclesiastici nõ
2 obstant,cum intelligenda sint de tentantibus corrumpere deuenientibus ad actum proximum, quemadmodum similem Constitutionem intelligit Menoch.de arbitr.cas.343. num. 17. propè fin. quem etiam sequitur Farin.quæst.111.n.103.

Neque enim vim facit receptio scut.50. ab Officiale, quoniam præsumptio traditionis ad malum finem posset desumi, quatenus simplex traditio probaretur,secus verò dum constat de causa mutui ex-
3 pressa, quia præsumptio cedere debet veritati, Gabr. conf.121.num.14.lib.2.& conf. 31. num. 11. lib.1.Barz.decis.72.num.8.Rot.decis.92. num.4. p. 2.rec.& præsertim cum hoc etiam sit magis veri-
4 simile,cum recipiens munera non sese obliget ad restituenda,Surd.decis.325.num.5.nec conuentus
5 in iudicio ad restitutionem omittat exceptiones, quibus se tueri posset,impetrata quoad se impunitate.Castr.conf.281.num.1.propè med. & 282. numer.2. in fin. & seq. lib. 1. Menoch. præsumpt. 91. lib. 2.

6 Cum immò dans Officiali pecuniam pro redemptione indebitæ vexationis,nec etiam puniatur, Farin.d.quæst.111.num.116.

Minus etiam considerationis est prætensum mono-
7 polium,tum quia non constat de effectuatione prætensæ emptionis frumenti de ordine D. Lutij, Caputaq.decis.11.num.5.par.1. tum etiam quia
8 constat de licentia Præsidis illius loci de eodem tempore,quo dicuntur subministratæ pecuniæ ad effectum pretensę frumentorum emptionis,Sola de edict.annon.glo.vlt.num.5. Decian. tract. crim. lib.7.cap.22.num.10.& seq.

ARGVMENTVM.

De exclusione probationis inditiorum ad torturam ex testibus patientibus exceptiones.

SVMMARIVM.

1 *Inditia remota probanda sunt per duos testes cõtestes omni exceptione maiores.*
2 *Testis pauper,& vilis,& alias exceptiones patiens non meretur fidem. Et num.10.*

3 Te-

3 *Testis inuerisimilia deponens non probat.*
4 *Testis varius non probat.*
5 *Testis primæ depositioni magis statur, quam secundæ in tortura.*
6 *Testis secundæ depositioni in tortura non statur, quando tortus aliam patitur exceptionem.*
7 *Testis primæ depositioni statur, quando magis est verisimilis, & adminiculata.*
8 *Testes inter se contrarij licet quandoque saluari possint, vt euitent falsum, tamen non probant. Et num.12.*
9 *Testis bannitus repellitur.*
11 *Tortura in teste purgat vnum defectum, non autem plures.*
13 *Testibus exculpantibus Reum magis creditur.*
14 *Testis non probat, quando alius adductus ab eo in contestem deponit contrarium.*

CONSILIVM CXXXI.

Locus est absolutioni, non torturæ, quia cum inditia quæcumque remota probanda sint per
1 duos testes contestes omni exceptione maiores Pedem.decis. 79.num.13.& seq.Becc.cons.97.n.11. lib.1.Bursatt.cons.36.num.15.lib.3.Honded.cons. 96.num.42.lib.2.Farin.quæst:37.num.18.28.30.& seq.nullū ex prætensis exaduerso dici potest huius qualitatis.

Non enim ex eorum depositionibus resultare potest huiusmodi probatio, quia omnes testes supponi-
2 tur in facto, esse non solum pauperes, & viles, sed pati exceptiones plures, quo casu absque dubio fidem aliquam non merentur, Aym.cons.249.nu. 11. vers. tamen istud, Farinac. de testib. quæst. 57. numer.46.

Præterea quælibet etiam depositio particulariter considerata defectus patitur omnino exclusiuos illationis torturę aduersus Reos, nam Benignus Branditij, non solum deponit inuerisimilia circa
3 prætensum tractatum inter Antonium, Ioannem, Marcellum, & Dominicum in Caupona, cum similes tractatus nec quidem fatui in simili publico loco fecissent, Gabr.cons.159.nu.14. lib.1. Caputaq.decis.276. num.6. par 3. Rota in Perusina laudi 23.Ianuarij 1619.coram R. P. D. Verospio, vbi ex hac sola ratione inuerisimilitudinis reiecit tresdecim Testes contestes.

Sed in illius depositione prima, & secunda, dum nihil de asserto tractatu deposuit, in alijs vero sub-
4 stantialiter variauit, nihil prorsus facit, Bart. in l. eos,num.4.in fine,ff.ad leg.Cornel.de fals.Farin.de testib.quęst.66.num.60.Caball.resol.crim.cas. 293. numer.9.

Nec obstat perfistentia ipsius Benigni in dicto fauēte Curiæ cum tortura, tum quia Rota tenet magis
5 standum esse primo dicto testis, quam secundo in tortura, vt in Bononien.legati 21.Iunij 1624. coram Reuerendissimo Seleucien.ex Cephal.cōs.234. num.13.& Honded.cons.102.num.38.lib.1.

Tum etiam quia etiam Criminalistæ admittunt, cō-
6 clusionem contrariam intelligi in torturato nullam aliam patiente exceptionem, Farin.quęst.66. num.18. nec i l. locum esse quando primo magis
7 adminiculatur precipue ex verisimili, vt per eūdem Farin.ead.quæst.66.num.183.& cons.55.num. 39.lib.1.

Dominicus etiam patruus non solùm in pluribus variat, & contradicit Benigno, quamobrem neutri
8 standum, cum contrarietas & si quandoque saluari possit ad effectum, vt testes euitent falsum, non tamen id admittatur, vt probent in detrimentum inquisiti, Farin.de testib.quæst.65.n.76.
9 Sed est bannitus, qui propterea ex infamia repellitur, Farin.quæst.56.num.328. eoque magis cum
10 dicatur deponere ex spe pacis, & gratiæ consequendæ, & sit in extrema paupertate, Farinac. d. quæst.57.num.46.ad med.vers.item infert ad pauperem subditum.

Depositio etiam alimenti prætensi mediatoris patitur easdem exceptiones tam in persona, quam in
11 dicto, tortura verò sibi illata purgare potuit vnū defectum, sed non plures, & præcipuè prouenientes, Marsil.cons.74.num.23.Gramm.voto 25. lib.2. Farin.quæst.43.num.29.& cons.192. num.8. Honded.cons.100.num.37.& seqq.lib.1.

Iulia etiam, & Carentia vxor, & filia respectiuè dicti Dominici banniti censeri non potest alicuius considerationis ad corroborationem depositionis alimenti, stante præsertim eorum attestatione contraria, dum attestatæ sunt nunquam ipsum fuisse
12 ad comedendum in earum domo, Caball.resolut. crim.cas.287.num.33.

Dominicus Minellus nullam quoque fidem meretur, tum quia prorsus inuerisimile est, quod deponit sine vrgentia alicuius causæ fuisse sibi communicatum delictum graue ex præallegatis, tum
13 quia Antonius exculpatur de eo ab ipsomet alimento, vt fortius comprobat Bursatt. cons.20. nu. 58.lib.1.& Farin.cons.185.num.20.lib.2.

Demum neque attendi potest depositio Guglielmi, tum quia in priori examine nihil deposuit, sed bi-
14 ennio post, tum quia adducit in contestem Octauium, qui de prætensis minis nihil penitus deponit, Magon.decis.Lucen.17.num.8.Mascard.de probat.concl.1368.num.1.Cardin.Mant.decision.317 num. 8.

ARGVMENTVM.

An Iudex possit à Reo accusari.
Defenditur Iudex accusatus de receptione pecuniæ per concussionem, de antidata examinis testium, de participatione homicidij, & de impedimento recursus ad Superiores.

SVMMARIVM.

1 *Accusatus, & receptus inter Reos non potest reaccusare suum accusatorem.*
2 *Commissiones non dantur contra Iudices, sed remedia appellationum.*
3 *Accusatio contra inimicum præsumitur ad vindictam.*
4 *Concussio vt prætendi possit contra Iudicem ex receptione pecuniæ requiritur concludens probatio receptionis.*
5 *Testes pro informatione Curiæ examinati non probant, nisi repetiti, vel confrontati, vel habiti pro rite, & recte examinatis.*
6 *Scripturis magis creditur quàm testibus.*
7 *Testes dicentes, se aliquid non deposuisse, non attenduntur.*

8 *Teſ.es negantes ſe depoſuiſſe id, quod ſcriptum eſt, præſumuntur ſu. ornati.*

9 *Falſum v. t non committitur à principali ſcribente, nec etiam cenſetur commiſſum à mandante. Et num. 15.*

10 *Veritatis primordio ſtante, ceſſat falſitas.*

11 *Error magis præſumitur, quàm falſitas.*

12 *Scribendi forma quotidie mutatur.*

13 *Comparatio litterarum fieri non debet cum ſcriptura breui conſiſtente in ſola ſubſcriptione.*

14 *Veritas quando aliunde habetur, ceſſat prætextus falſitatis ſcripturæ.*

16 *De Corpore delicti vbi non conſtat, corruunt inditia.*

17 *Teſtes de auditu iuncti cum nominatione ſocij criminis faciunt aliquam præſumptionem.*

18 *Delinquentes vbi ſunt plures excuſantur, quando vnico ictu occiſus, neſcitur à quo fuerit percuſſus.*

19 *Defenſio nihil aliud eſt quam imminentis offenſionis propulſatio.*

20 *Dictio, poſtquam, importat conditionem.*

21 *Mandatum conditionale ante purificationem cõditionis nihil ponit in eſſe.*

22 *Scientia requiritur, vt quis cenſeatur alium impedire quominus recurrat ad Superiores.*

23 *Iudices criminales de partibus per relaxationem mandatorum non dicuntur impedire recurſum ad Superiores.*

CONSILIVM CXXXII.

ABſoluendus D. Ioannes Baptiſta ab obiectis ſibi
exceſſibus ad quereiam Stephani Pretij, tum
1 quia cùm conſtet, ipſum Stephanum fuiſſe prius
occaſione plurium criminum inter Reos receptũ
mediante proceſſu criminali contra ipſum formato, & teſtibus pro Curię informatione examinatis,
quos etiam ipſe Stephanus pro ritè, & rectè examinatis declarauit, exceptis illis, pro quibus ſe
compoſuit, nec de minori, nec de maiori crimine
poteſt accuſatorem ſuum, ſeu alium reaccuſare,
Clar. in praxi crim. quæſt. 14. num. 12. Farin. quęſt.
12. num. 23. verſ. ſi autem eius nomen, & ſunt textus in l. is, qui Reus, ff. de publ. iud. & in l. neganda,
C. qui accuſ. non poſſ. reaſſumpta in cap. neganda,
il ſecondo, 3. quæſt. 11. vbi aſsignatur ratio, quod
non ſit credendum contra alios eorum confeſſioni, qui criminibus implicantur, niſi ſe prius probauerint innocentes, vt etiam in d. l. neganda, C.
qui accuſ. non poſſ. & per Decian. tract. crim. lib. 3.
cap. 24. num. 1.
Tum quia huiuſmodi ratio magis admittenda in caſu, inquo accuſator non reaccuſat ſuũ accuſatorẽ,
ſed Iudicem tanquam Vicarium Capitularem;
2 aduerſus namque Iudices grauantes dantur remedia appellationum, non autem commiſſiones,
prout nec dantur contra exequutores auctoritate
Iudicum procedentes, quia ſi darentur commiſſiones contra tales, nunquam inuenirentur Iudices, vel exequutores, timentes, ſe in poſterum poſſe moleſtari, vt per Staphil. de litter. iuſtit. ſub tit.
ſignatura non dat commiſſiones contra Iudices,
num. 1.
Tum & tertio quia accuſator non ſolum ſe declara-
3 uit inimicum ex qualitate querelæ, quam expoſuit, ſed facto ex deductis in facto in proceſſu iuſtificatis, nam proinde liquet, omnia contra d. D.
Ioannem Baptiſtam adinuenta fuiſſe ad meram
vindicta n, Farin. de teſtib. quæſt. 53. num. 7.
Prtæerea non etiam quoad obiecta crimina aliquod
reſultat inditium, quod releuet, quia ducatos
quinquaginta, qui prætenduntur extorti, conſtat
Stephanum ſoluiſſe pro compoſitione eorum exceſſuum, quos in eius ſupplicatione ad hunc effe-
4 ctum expreſſit, & ſolutam hanc quantitatem ex
dicta cauſa neutiquam perueniſſe ad manus illius
nec aliquod commodum d. D. Io. Baptiſtæ ceſſiſſe,
Farin. quæſt. 111. num. 58. verſ. ſecundo autem caſu, & num. 261.
Neque aliquid faciunt teſtes deponentes, quod carcerato Stephano, ſoluerit dd. ducatos quinquaginta, quodque illis ſolutis fuerit liberatus, quia præ-
5 ter id, quod prædicti teſtes fuerunt examinati pro
informatione Curiæ, nec repetiti, nec confrontati,
nec pro ritè examinatis habiti fuerunt, & propterea perinde eſt, ac ſi nõ eſſent examinati, Honded.
conſ. 101. num. 12. lib. 1. Caball. reſol. crim. caſ. 55. in
princ. & caſ. 269. num. 5. & ſeq. & num. 8. vbi quod
hoc procedit etiam ſi teſtes eſſent mortui, Caputaq. deciſ. 207. num. 9. par. 2. Seraph. deciſ. 1359. nu.
4. & præcipuè dum deponunt de auditu, & à ſuſpectis, c. licet ex quadam, de teſtib.
Non etiam aliquid ex eorum dicto reſultat, cum cauſa, ex qua conſtat, quantitatem prædictam fuiſſe
ſolutam, cauſa ſcilicet dictæ compoſitionis, pro
qua idem Stephanus ſupplicauit, liqueat ex actis,
ac propterea ſcripturæ actorum ſit ſtandum, &
6 præcipuè cum qualitas cauſæ huius ſolutionis ſit
compatibilis cum dicto teſtium, Seraph. dec. 1460.
num. 3. Rot. deciſ. 589. num. 1. propè finem, verſ. vndè cum per dictas ſcripturas, par. 2. rec.
Aſſertæ antidatæ in teſtium examine nulla ratione
afficiunt, & quia de illis deponunt dumtaxat ij, qui
7 fuerunt examinati, ſeſeque examini ſubſcripſerũt,
teſtes autem etiam dicentes, ſe aliquid non depoſuiſſe, minimè nocent, Gabr. lib. 7. concluſ. 32. num.
9. etiam ſi ſint plures, Bald. c. ad audientiam, §. nos
igitur, num. 4. de præſcript. & ibi Anan. nu. 6. verſ.
& in effectu, & Neu. num. 15. verſ. Baldus autem,
Natt. conſ. 392. num. 1. Caſtrenſ. conſ. 371. n. 2. verſ.
præterea, lib. 1. Rol. conſ. 38. à num. 23. ad 30. lib. 1.
Alias enim ſequeretur abſurdum quod ſemper teſtes
poſſent deponere, ſe non dixiſſe, Bald. conſ. 281.
num. 7. verſ. ſi vero, lib. 2. Rol. d. conſ. 38. numer. 30.
libr. 1.
8 Ideoque magis teſtes præſumendi ſunt ſubornati,
Rol. conſ. 73. num. 33. lib. 1.
Et quia, vbi poſſet agi de antidata non ſcripta a D.
Io Baptiſta, ſed à notario, & notarius nullatenus redarguitur de falſo, locus eſt concluſioni
Bart. conſ. 199. incip. Tudertinus, num. 2. lib. 1. quod
9 vbi falſum non committit principalis ſcribẽs, nec
etiam dici poteſt alium mandantem commiſiſſe,
ex textu in l. ſi is, 68. §. ſi tu Titium, ff. de furt. cum
alijs per Farin. quæſt. 150. num. 61.
c etiam, quod tollit omne dubium, quia ijdẽmet,
A qui deponunt ſe examinatos fuiſſe alijs diebus,
quam à notario ſcriptis, deponunt ea, quæ depoſuerunt, & apparent ſcripta fuiſſe vera, hinc nã-
que ſequitur, quod cum tempus examinis magis
vna die, quam alia non ſit de ſubſtantia, ceſſet
10 prætextus falſitatis ſtante veritatis primordio, l.
cum filius, 78. §. hęres meus, vbi Bart. Alber. &
Imol. ff. de leg. 2. Gram. voto 26. nu. 12. Aym. conſ.
46. num. 8. Surd. conſ. 173. num. 50. lib. 2.

11 Quod-

11 Quodque in omnem casum magis presumendus esset error, quam falsitas, & precipue cũ nec Iudex, nec notarius vtilitatem aliquam exinde assequerentur, Rot.decis.135.n.15.par.2.diuers.

Eademque ratione, quod nullam habeat subsistentiam pretextus, quod examen Francisci de Aprile, & Caroli de Marinis fuerit falso suppositum ex eorumdem assertione, quatenus dicũt, se nec examini subscripsisse, nec illud fecisse, quia ex preallegatis constat, magis standum esse notario, qui se de depositionibus eorumdem rogauit, quam testibus predictis contrarium dicentibus.

Neque obstat iudicium preteritorum peritorum existimãtium diuersitatem manus, ac characteris ab alijs subscriptionibus eorumdem testium, quia
12 preter id, quod scribendi forma quotidie mutatur, Rot.decis.61.nu.3.par.5.rec. quodque cõpa-
13 ratio non debet fieri cum scriptura satis breui, & in solo nomine consistente, ideoque in sola subscriptione, Bart.in l.nulla ratio, n.9.C.de donation. Vulpell.cons.135.num.7.& seq. Almont. Ciazz.discept.crim.ad Reorum defensam, cap.28.num.25.

Non etiam releuat, tum quia de veritate contentorum in depositionibus dd. testium plene cõstat
14 ex depositionibus aliorum, & propterea nihil refert, quod veritas, vel substantia non habeatur ex scriptura comparata, dum probatio aliũde habetur, vt per Castr.cons.87.in principio, lib. 2. per text. in l.si constiterit, 8. cum l. praeced. C. de fid. instr.

Tum quia notarius, à quo fuit examen praedictorũ
15 rogatum, cum non fuerit examinatus tanquam Reus, sed tanquam testis, locus est d. conclusioni Bart.d.cons.199.num.2.lib.1.

De asserta homicidij participatione non etiam aliquid momenti deducitur, quoniam nullatenus
16 constat de corpore delicti, & ex huius probationis defectu corruunt etiam praetensa inditia, l.1.§. item illud, ff.ad sen.consult.Syllan.Farin.quaest.2.n.1.in prin.& in fine, vbi amplius, quod si Princeps motu proprio mandaret contra aliquem inquiri, adhuc tamen intelligi debet si constet de delicto, & non alias.

Nec obstat, quod aliqui ex testibus deponant de morte vnius ex ictu archibusij, quia testes nõ repetiti nihil faciunt, testes vero tres repetiti deponunt de solo auditu, d. c. licet ex quadam, &
17 quamuis testes de auditu iuncti cum nominatione socij criminis faciant aliquam praesumptionẽ, vt per Farin.quaest.43.num.163. & seq. tamen in casu, de quo agitur, qualitas societatis criminis applicabilis illi, qui archibusium explosit, non applicatur huic casui, quo ille quisquis fuerit, qui archibusium explosit, nec fuit examinatus, nec testes praedicti illum nominant, & tamen cum omnes conuenissent ad d. D. Io. Baptistae defensionem obsessi intus monasterium, & Ecclesiam, vel excusantur ratione incertitudi-
18 nis delinquentis ex eo, quia is, qui dicitur vnico ictu archibusij interfectus, ignoratur à quo. Farin. quaest.96.num.38.& seq. Caball.resol.192.num.12. & seqq.

Vel quia stante dicta obsidione cum violatione immunitatis Ecclesiasticae, ex qua etiam ex resolutione Sacrae Congregationis fuerunt excommunicati obsidentes, etiamquod ex processu probetur, eos fuisse, qui primi plures archibusiatas exploserunt, actus quicumque ab obsessis gesti censentur
19 processisse ad eorum defensionem, cum defensio aliud non sit, quam instantis, & imminentis offensionis propulsatio, Farin.quaest.125.n.2.& seq.

Minusque aliquid aduersus D.Io.Baptistam praetendi potest ex depositione duorum asserentium, D. Io: Baptistam dixisse, dum erat in dicto monasterio, & Ecclesia obsessus, poiche questi menano per ammazzare, menate voi pure à dritto, nam ex hoc magis liquet, illum ad se, & socios sibi astantes defendendum verba praedicta protulisse, & praesertim ponderata dictione praedicta, poiche, dum intelligi vel non potest, nisi causatiuè, vel conditionali-
20 ter iuxtà qualitatem dictionis, postquàm, quae cũ importet conditionem, Bart.in l.quibus diebus, §. Termilius, num.5. ff.de condit. & demonstr. man-
21 datum conditionale ante purificationem conditionis nihil ponit in esse, vt comprobaui inter cõs. Farin.cons.184.num.40.ante med. vers.quamobrẽ cum conditio, lib.2.

Recursus quoque, qui aduersario praetenditur impeditus ad Superiores, nullam prorsus habet iustificationem ex duplici capite, altero quia non pro-
22 batur sciẽtia aliqua D.Ioannis Baptistae, quod aduersarius vellet habere recursum ad Superiores, quemadmodum ad effectum impedimenti huius recursus requiritur, & praesertim concurrente praesumptione, quod aduersarius stante mandato de capiendo contra eum relaxato aufugerit ad euitandam carcerationem ob inditia contra ipsum resultantia ex alijs criminibus, quàm compositis, alijsque in facto deductis, vt per Duard. in comment.in Bullam coenae Domini, lib.2.canon.13. in 3.conclusione, num.17.fol.471.

Altero, quia in Bullam praedictam incidit impediens
23 recursum per viam illicitam, & iniustam, non autem, quando aliquis accusatur, vel inquiritur in iudicio de crimine vero, & ex prosequutione huius Causae oritur impedimẽ tum, alioquin omnes, contra quos vrgentibus inditijs relaxarentur mãdata de capiendo, possent se tueri hac cautela, se velle ad Superiores recurrere, & iudicia, ac Iudices criminales de partibus deludere, Sayrus in his terminis praefatae Bullae in coena Domini, de cẽsur. lib.3.c.16.aliàs 15.il secõdo, n. 4. vers. secũda est vt per viam illicitam, fol.mihi 243.

ARGVMENTVM.

An, & quando detur appellatio ad vtrumque effectum à sententia condemnatoria in poenam corporalem, & pecuniariam Fisco applicandam, & ad refectionem interesse Parti laesae.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio permittitur quoad poenam pecuniariã Fisco applicãdam praestita ab appellantibus cautione in forma depositi.*

2 *Appellatio permittitur in criminalibus quoad interesse Partis.*

3 *Appellatio extra poenam mortis datur quoad poenas corporales ad effectum deuolutiuum.*

4 *Appellatio suspensiua datur in criminalibus ratione mixturae.*

 5 *Ap-*

5 *Appellatio suspensiua in criminalibus datur ratione notoriæ nullitatis, vel iniustitiæ.*
6 *Sententia contra sententiam non valet.*
7 *Reus semel relaxatus non molestatur nisi legitimè constet de superuenientibus inditijs.*
8 *Sententia lata ad fauorem vnius iuuat alium, cui competit eadem qualitas defensionis.*
9 *Exequutio secunda fit, quando prima non sufficit pro satisfaciendo creditori.*
10 *Nuncij relationi in actis notarij rogati magis statur, quàm fidei extraiudiciali eiusdem nuncij.*
11 *Dolus non præsumitur sine lucro.*
12 *Error magis præsumitur, quam falsitas.*

CONSILIVM CXXXIII.

Committenda Causa appellationis ad vtrumque effectum à sententia lata per D. Locumtenentē criminalem A. C. in qua condemnauit D D. Bernardum, & Ioannem in pœnam exilij, scutorum centum, & ad refectionem interesse Partis aduer-
1 sæ, quoniam quoad pœnam pecuniariam applicandam Fisco appellatio permittitur ex motu proprio Pij Quinti super admissione appellationum in Causis Fiscalibus moderante alium motum proprium Pij Quarti præstita scilicet per appellantes cautione in forma depositi, vt in nouo Bullario constit.24.par.2.fol.202.Farin.quæst.101.n.99. vers.sed pecuniarijs, & num.102.
2 Quoad refectionem prætēsi interesse Partis, quia Causa in hoc est appellabilis ex regula, quod etiā in criminalibus non est deneganda, ex text.in l. & in maioribus, vbi glo.& communiter omnes, C.de appell.Farin.d.quæst.101.num.1.
3 Quoad vero exilium, quia extra pœnam mortis, in alijs pœnis corporalibus datur non solum appellatio ad effectum deuolutiuum, vt per Farin. d.quæst.101.num.100.sed etiam suspensiuum.
4 Tum quando sententia continet mixturam, sicut continet in hoc casu, dum condemnatio fuit in exilium respectu Fisci, & ad refectionem petitorum per adherentem, siquidem ex hac mixtura licita est appellatio non obstante quod illa per Statutum, Constitutiones, aut consuetudinem tollatur, vt in his terminis per Bossium tit.de appell.num.8.in princ.& vers.ego primam opinionē sequor, & Caballum resol.crim.casu 110.num.18. & seq.
Tum etiam quando sententia est notorie, vel nulla,
5 vel iniusta hoc enim casu etiam in criminalibus, non obstante, quod in ijs prohibita esset appellatio datur etiam cum effectu suspensiuo, Marsilius cōs. 16.num.6.in fine, & cons.80.nu.18.Farin.d.quæst. 101.num.112.
Constat autem de notoria nullitate in casu, de quo agitur ex iurisdictionis defectu, quia cum in eodē tribunali A.C. antecessor præsentis D. Locumtenentis criminalis per decretum diffinitiuum mādasset hāc Partem non molestari, & hæc sententia
6 etiam in iudicatum transitum fecisset proinde sētentia prætensis D.Locumtenentis condemnatoria fuit ipso Iure nulla, ex textu in l.1.C.sententiā rescindi non posse, & in l. post sententiam, C. de sent.& interlocut.omn.iud.Bart.in l.duobus diuersis num.2.ff.de except.rei iud.
7 Et præsertim cum etiam alij Locumtenentes antecessores pariter hanc partem relaxauerint, & dimisserint, quamobrem etiamquod decretum supradictum de non molestando fuisset interloquutorium, tamē molestiæ inferri nullatenus poterant, nō constito legitime de superuenientibus inditijs, sicùt hoc casu nullatenus constitit, Boss. de sentent.num.60.& seq.vbi etiam quod ita communiter practicatur, Clar.§.fin.quæst.46.num.10. Farin.quæst.34.num.64.& cons. 50.n.25. post med. vers.at vbi inquisitus, lib.1.Guazzin. defens.2. cap. 7.num.16.Caball.resol.93.num.25.
Nam in huiusmodi dimissionibus fuit etiā comprehensus D.Bartolettus, eumdemque iuuat quoque
8 primum decretum de non molestando, cum vtrique competeret eadem qualitas defensionis, ac propterea sententia lata ad fauorem vnius iuuet alium, Seraph.decis.44.num.2.
Constat etiam de iniustitia notoria, & quia assertæ
9 falsitates tolluntur ex facto, consideratis duabus subhastationibus, & deliberationibus sequutis in hoc casu, ex eo, quia ex retractu primæ creditum huius Partis non potuit integre satis fieri, & quia duo officiales, & notarij, primus scilicet primæ, & secundus secundæ fuerunt rogati, l.quęsitum, vbi Bart.ff.de distr.pign.
Ac etiam quia respectu assertæ fidei nuncii, seu baiuli, qui dicitur fidem extraiudicialem post plures annos fecisse difformē à relatione, de qua in actis,
10 standum est relationi tunc per notarium apud acta rogatæ, Bal.in c.ad audientiam, §.nos igitur num.4.& ibi Anan.nu.6.vers.& in effectu, & Alex. de Neu. num.15.vers. Baldus autem, de præsumpt. Castr.cons.371.num.2.vers.præterea, lib.1.Roland. cons.38.à num.23.ad 30.lib.1.
11 Respectu vero aliorum, quia non solum cessat omnis prætensus dolus in hoc casu ex cessatione lucri, Rot.decis.111.num.2.& seq.par.3.diuers.
12 Sed ex circumstantijs huius facti liquet veritati magis congruere errorem omissionum, quam alicuius falsitatis præsumptionem, Rota decis.135.n. 15.cad.2 par.diuers.

ARGVMENTVM.

An, & quando liceat armatorum copias colligere pro defensione personæ, & rerum, absque incursu in pœnas de Iure, vel ex Constitutione Sixti V. impositas.

SVMMARIVM.

1 *Armatorum copias colligere non licet præter vsū venationis, vel itineris, vel nauigationis.*
2 *Conuenticulæ non sunt licitæ.*
3 *Armatorum copiæ in dubio præsumantur ad malum finem.*
4 *Armatorum congregationes sunt licitæ pro defensione personæ, & rerum, cessante dolo, & consilio alijs damnum inferendi.*
5 *Clericus pugnans cum alijs ad suam defensionem, dummodo suis ictibus neminem occidat non efficitur irregularis.*
6 *Constitutio Sixti V. prohibitiua collectionis armatorum intelligitur vt sit restricta, ne quis sibi ius dicat in tuenda, adipiscenda, vel recuperanda*

uanda possessione. Contrarium, quod scilicet intelligenda sit in omnibus casibus, num. 7.

8 *Constitutio prohibitiua collectionis armatorum recipit passiuam interpretationem à Iure, ut nō procedat quando probatur, copias fuisse collectas pro defensione.*

9 *Constitutio Sixti V. prohibitiua collectionis armatorum fuit declarata in alia Constitutione Pauli V. vt procedat in finis casibus excepta tātummodo causa vera, & non ficta.*

10 *Constitutio Pauli II. prohibitiua collectionis armatorum restringit se ad casum quando agitur de iniuria vltione.*

CONSILIVM CXXXIV.

IVre communi inspecto, quamuis prohibitum intelligatur armatorum copias colligere, & arma, 1 ac tela in domo sua, in agro, in villa præter vsum venationis, ac itineris, vel nauigationis, ex text. in l. 1. ff. de vi publ. & in l. vnica, C. vt armorum vsus in suo Principe interdictus sit, lib. 11. ac propterea absque auctoritate, & licentia Superiorum collegia, & sodalitia etiam militibus in Castris sint prohibita, ex text. in l. 1. ff. colleg. & corporibus illicitis 2 cum etiam conuenticula prohibeatur, quæ fieri dicitur, collecta multitudine, in qualibet parte Ciuitatis, vel vici, vel cuiuscumque loci, vt per glo. in c. vnico, §. conuenticula, per illum text. & alios, tit. de pace tenenda inter subditos in vsibus feudorum.

Adeout in dubio eiusmodi armatorum copiæ præsumantur ad malum finem congregatæ, quia posset 3 congregans vnum dicere, & aliud exequi, vt inquit Boss. tit. de crimine læsæ maiest. num. 24. Ancar. in clem. pastoralis, num. 3. vers. & hinc est, quod ista collegia, & corpora, de re iud. cum alijs pluribus per Farin. quæst. 113. num. 163. & plur. seqq.

Tamen nulla est difficultas, quod gratia defensionis 4 tam personæ, quam rerum licitum est gentes colligere, adeout congregatiēnes armatorum hominum licitæ sint cessante dolo malo, & consilio alijs damnum inferendi, ex textu in l. 2. §. dolo autem malo, in princ. & ante med. vers. homines coactos accipere debemus, ff. de vi bonor. rapt. Bart. in l. hostes 14. num. 9. ff. de captiu. & post limin. reuers. vbi quod priuatus pro defensione rei suæ potest facere adunationem gentium, Boss. dicto tit. de crimine læsæ maiest. num. 23. Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 19. num. 48. idem Farin. d. quæst. 113. num. 159. & num. etiam 141. & 143. Sola ad constit. Sabaud. tit. de process. inquisitionalibus, in glo. 1. partis, nu. 10. fol. 272. sess. 10. num. 28.

Et quod congregationes, quæ fiunt ad bonum finē, sint licitæ, ac nullatenus puniri possint, licet fiant sine auctoritate Superioris, firmat b. me. Iul. Chartar. olim Cameræ Apostolicę Fiscalis, decis. 1. crim. numer. 5.

5 Adeout neque hoc casu clericus pugnans ad defensionem suam dummodo suis ictibus neminem occidat efficiatur irregularis, dixerit Innoc. in c. olim. 12. num. 9. de restit. spol.

Inspecta autem Constitutione Sixti V. prohibitiua collectionis armatorum in Statu Ecclesiastico, edita, vt securitas quies, & tranquillitas perpetuo vigeat, & conseruetur, quæ constitutio 75. in nouo Bullar. tom. 2. in princ. & §. 1. per tot. fol. 617. & seq. quamuis dubitatio oriri possit, an ea intelli-
6 genda sit restricta ad effectum, ne quis ius sibi auctoritate propria dicat in tuenda, adipiscenda, & recuperanda possessione, vt sentire videntur tres insignes Rotæ Auditores Seraphin. Blanchett. & Oranus post lib. 2. cons. Farin. a num. 1. ad nu. 28. & intelligunt plures Consulentes inter cons. eiusdem Farin. sub cons. 65. à num. 1. ad nu. 141. ac prout recedendo à contrario sensu, quem habuit ipse Farin. d. quæst. 113. num. 160. intellexit idem in addit. ad eius impressa opera post lib. 3. suor. cons. fol. 117. post princ. vers. d. num. 160. & vers. d. num. 174.

7 Vel potius hæc Sixti constitutio intelligenda sit generaliter in omnibus casibus, in quibus fierent armatorum conuocationes, vt intelligit bo. me. Io. Baptista Spada Fisci, & Cameræ Aduocatus, quod consiliū habetur impressum inter cons. eiusdem Farin. sub cons. 229. per tot. eod. lib. 3.

Adhuc retento sensu eiusdem D. Spadæ in casu, de quo agitur, sentio pro veritate D. Abbatē ob pretensam coadunationem, & vagationem hominū armatorum in magnam comitiuam per Vrbē iniuste vexari, ex prætextu applicationis præfatæ Sixti V. Constitutionis, tum quia ex pluribus testibus cum interrogatorijs Fisci formiter examinatis in defensiuo constat, ipsum eadem die, qua probatur per Vrbem se contulisse, id egisse negocij proprij causa, hominumque copias prædictas associationem habuisse ad solum finem propriam personam tuendi ex causa minarum inimici, qui secum etiam copias armatorum retinebat, eumdemque D. Abbatem hanc declarationem ipsis se associantibus expressisse eadem die immediate, postquam S. Missæ sacrificium celebrauit, quandoquidem

8 Constitutio Sixti recipere debet passiuam interpretationem à Iure, vt procedat, quando non constat, copias hominum fuisse collectas pro defensione, secus quando de hoc bono fine constat, vt à fortiori comprobat Boss. dicto tit. de crim. læsæ maiest. num. 23. ad med. vers. nos Mediolani, firmat namque, quod licet Mediolani habeatur decretum puniens vniones, & congregationes siue ad malū, siue ad bonum finem fiant, tamen obseruatur tātum, quando ad malum finem, ex Bald. cons. 319. lib. 2. vt quia decretum intelligendum sit loqui in dubio, non autem quando bonus finis est probatus, vt num. 24. vt etiam per Franc. Marc. decis. 126. numer. 2. ante med. vers. tamen hoc fallit par. 2.

9 Tum etiam quia eadem Constitutio Sixti V. declarata fuit per aliam Constitutionem S. me. Pauli V. editam 14. Iulij 1615. & publicatā sub 30. eiusdē in hac enim cum legatur, quod idem Pontifex motu proprio dicta perpetuo valitura Constitutione declarauit Constitutionem Sixti prædictam in retinendæ possessionis, & quibuscumque alijs casibus locum habere, excepta tantummodo causa vera, & non ficta, vtique cessat applicatio in casu, de quo quęritur, cum ex probatis, vt præfertur, liqueat apertissime animum, & bonum finem in dicta hominum collectione ad solam personæ defensionem interuenisse, vt etiam per Boss. d. tit de crim. læsæ maiest. num. 28.

Tenor autem eiusdem Constitutionis Pauli V. habetur apud Cherubinum ad comped. Bullarij ad d. Constitutionem Sixti, 75. in eius fine, fol. 133.

10 Constitutio vero Pauli II. in d. Bullario nouo par. 1. Constit. 4. fol. 328. cum alijs confirmatorijs, de quibus ibi, & per Farin. d. quæst. 113. nō potest

pro

pro obstante allegari, quia responsio habetur ex eiusdem Constitutionis ventre, dum in §.2. se restringit ad Congregationes,& hominum collectas ad iniuriæ vltionem.

ARGVMENTVM.

Quomodo hebræi bancherij debeant libros retinere, ne dicautur in dolo.

SVMMARIVM.

1 *Dolo cessante cessat pœna, siue agatur criminaliter, siue ciuiliter ex prætextu contrauentionis.*
2 *Pœnæ locus est pro modo culpæ etiam sine dolo in delictis de sui natura, vel de Iure naturali, vel gentium, secus in ijs, quæ non sunt talia.*
3 *Statutum imponens pœnam pro eo, quod de Iure communi non est delictum, non procedit cessante dolo.*
4 *Giornale est tanquam prothocollum, vnde conficitur liber magister,& paria sunt edere giornale, vel edere librum magistrum.*
5 *Liber idem dicitur, qui continetur in vna conglutinatione,& ligatura.*
6 *Consensus Superioris colligitur ex scientia, & tolerantia.*
7 *Pœna cessat cessante læsione personarum, vel rerum.*
8 *Obseruantia excusat à pœna Constitutionis.*

CONSILIVM CXXXV.

Regula est certa, quòd vbi non est dolus, siue criminaliter agatur, ibi nec etiam delicti pœna
1 imponitur, ex adductis per Farin.quæst.87.num.1. siue etiam agatur ciuiliter, ex prætextu contrauẽtionis, Caputaq.decis.233.num.7.par.1.
Adeout in casu, de quo agitur, neque etiam sit locus
2 alicui punitioni pro modo culpæ, quoniam hæc conclusio recipitur in delictis de sui natura, vel de Iure naturali, vel gentium, secus autem in ijs, quæ non sunt talia, Magon.decis.Lucen.43.num.23. Farin.d.quæst.87.num.64.
Ideoque quando Statutum imponit pœnam pro eo,
3 pro quo de Iure communi non imponitur pœna, & de per se non est delictum, cessante dolo nulli pœnæ est locus, vt per Farin.ead.quæst.87.num.27. vbi etiam de communi.
Cessat autem absque dubio quicumque prætextus doli in hoc casu, stante decreto edito anno 1613. in quo dispositum fuit, quod quilibet hebræus bãcherius deberet retinere giornale chartolatum,& approbatum à D.Auditore Eminentissimi D.Cardinalis Camerarij, qui sic approbatus fidem faceret in iudicio,& extra, æquè, ac si esset liber magister, non obstante, quod in capitulo 15. Motus proprij Sixti V.disponeretur, quod hebræi bancherij non possent habere nisi librum vnicum eiusdem temporis, & facientes giornale deberent illud retinere, prout librum magistrum scriptum in lingua Italica, nec illud fidem faceret, sed solùm inseruiret ad reportandas partitas in libro magistro infra sex menses sub pœna scutorum decem pro qualibet vice locis pijs applicanda.
Etenim giornale est tanquam prothocollum, vnde
4 formatur,& conficitur liber magister, qui in Iure appellatur, codex quamobrẽ paria sũt, quòd quis edat codicẽ, quãdo iam est perfecta ratio in eo descripta, vel edat giornale, quod conficitur ad perficiendam rationem codicis,& est ratio, nam, cum giornale sit tanquam prothocollum, vbi negatur, rationem in codice esse perfectam, debet ad giornale recurri,& illius fieri editio, ideoque ex quo per editionem giornalis satisfit editioni libri magistri, dum virtualiter giornale est liber magister, proindè vel vtrique decreto cẽsetur paritum, vel saltem ex dicto decreto anni 1613. resultat excusatio exclusiua doli,& consequutiuè omnis pœnæ, vt in his terminis per Alciat.cons.64. num. 5.6. & seq.tom.2.lib.6.Rota Ianuen.decis.173. numer.6.& 12.Munnoz.de ratioc.cap.10. num.40. vers. cum ergo giornale, Rot.in Romana affictus de Cuppis. 16.Februarij 1618. & in eadem 29.Ianuarij 1622. coram bo.me.Pirouano.
Et præsertim cum hoc secundũ decretũ emanauerit ex iusta causa prouidendi, vt giornalia conficeren-
5 tur chartolata mediante vnica conglutinatione, seu ligatura,& hac forma mediante decreta fuerit illis fides in iudicio,& extra, iuxta formam, quam probat Bart.in l.si quis ex argẽtarijs,6.§.si initium. in 2.lectura, num.18.post med.vers.qui continetur in vna conglutinatione, ff.de edendo.
Cessatque etiam omnis difficultas, tum quia à tempore dicti secundi decreti citra fuit semper tolerata, immò approbata ab Auditoribus Cardinalis Camerarij reportatio partitarum giornalium ad libros magistros, non obstante cuiuscumque tem-
6 poris lapsu; quandoquidem ex hac scientia, & tolerantia non solùm arguitur, sed resultat consensus,& voluntas Superioris, Farin.consil.15.numer. 32.lib.1.
Tum etiam quia stante formalitate giornalium iux-
7 ta secundum decretum, cessat pœna, dum ex ijs cessauit læsio tam cuiuscumque personæ, quàm cuiuscumque patrimonij, Cardinal.Mantic.decis. 300.num.2.in fine,& num.seq.
Accedente insuper, quòd ad effectum excusationis à
8 pœna obseruantia contraria etiam Constitutionis supremi Principis suffragatur, Bero.cons.190.num. 2.lib.3.

ARGVMENTVM.

De excusatione administrationis Cameralis à pœna decupli imposita ex Constitutione Pauli III.

SVMMARIVM.

1 *Administrator plures habens administrationes non dicitur omisisse partitas, nisi visis computis vniuscuiusque administrationis.*
2 *Dolo cessante cessat pœna.*
3 *Pœna dupli, vel tripli, vel alia simplicem excedens non incurritur sine dolo.*
4 *Ratione cessante cessat Constitutionis dispositio.*
5 *Constitutio pœnalis recipit passiuam interpretationem à legibus de simili pœna loquentibus.*
6 *Constitutiones pœnales contra administratores publicos intelligẽdæ sunt de ijs, qui pecuniã publicam occultant,& dolos,& fraudes cõmittunt.*

CON-

CONSILIVM CXXXVI.

Sub prætextu, quod in computis depositariæ generalis iuratis 4. Iunij, & 22. Iulij fuerint omissæ in creditum Cameræ partitæ ad depositarium peruentæ ex augumento valoris plastrarum, quas vti zeccherius cudi fecerat ex argento collato à personis particularibus, & aliæ, de quibus in facto, non est locus pœnæ prætensi decupli, quoniã Constitutio Pauli III. decuplum in omissis disponens, quæ est 40. in nouo Bullario tom. 1. fol. 679. in §. primo, loquitur quidem, vt computa Cameræ Apostolicæ integre sint reddenda, videlicet integrum debitum, & integrum creditum, sed non propterea declarat integrum debitum, vel creditum descriptum non censeri, quando administratores habent plures administrationes distinctas, & separatas, nam tunc satis est, quod integrum
1 debitum, & creditum appareat descriptum iunctis libris depositariæ generalis, zecchæ, & alijs, cuiusque administrationis computis descriptis, prout liquet hoc casu ex cuiusque separatæ administrationis libris hanc integritatem demonstrãtibus, vt clare ex facto deducitur, l. quoniam, 3. ibi, sed separato muneris obsequio discretam sollicitudinis rationem, C. de conuen. Fisci debitoribus, lib. 10. & in l. 1. ibi, non tamen separatis, & in l. quoties duobus 2. ibi, si vero separatis portionibus ad munus nominati sunt, C. quo quisque ordine conuenient. l. si diuisio administrationis, 2. vers. in diuisione, ibique glo. in verbo insolidum, quod hoc in pluribus administratoribus Reipublicæ procedit plures alios textus adducẽs, C. de diuid. tut. & l. si duo, 52. ff. de admin. tut.

Cessat autem in omnibus partitis, de quibus in facto difficultas quæcumque ob exclusionem doli ex rationibus in eodem facto clare comprobatis, nam nec pœna dupli, nec tripli, nec alia simplicẽ excedens applicabilis censeri potest, non solum quia generaliter nulla incurritur pœna sine dolo,
2 l. qui incurrit, ff. de furt. l. quod Reipublicæ, ff. de iniur. l. cum autem, §. excipiuntur, ff. de ædil. edict. Decian. tract. crimin. par. 1. lib. 1. cap. 4. num. 9. vers.
3 hoc argumentum primo casu, sed in specie pœna, de qua quæritur. Aret. in § tripli, num. 17. instit. de action. Alba loquens de simili Constitutione Mediolani, conf. 452. nu. 24. ad fin. vers. remota igitur fraude.

Et præsertim cum in eadem Constitutione Pauli III. in eo, quod disponit, rationem exprimat eod. §. 1. ad med. ne quis audeat aliquid penes se, vel ministros retinere, seu retineri facere directe, vel indirecte, siquidem propterea clare liquet, quod
4 hac ratione cessante, cessat etiam dictæ Constitutionis dispositio, Marsil. in l. lege Cornelia, la secõda, §. cum quidam, nu. 2. ff. ad leg. Cornel. de sicar. Bertaz. conf. 74. num. 10. lib. 1. & conf. 329. num. 9. lib. 2. Barsatt. conf. 77. num. 6. in fine, & num. 13. & conf. 141. num. 8.

Eoque magis, quo non ambigendum, quin Consti-
5 tutio pœnalis passiuam interpretationẽ recipiat à legibus de simili pœna loquentibus, Bellon. cõs. 53. num. 11. Rot. decis. 724. num. 15. & seq. & decis. 475. num. 4. & seq. par. 1. diuersac quin propte-
6 rea intelligenda sit Constitutio prædicta solum de creditis omissis, & occultatis, adeout hoc casu, in quo occultatio ex facto deficit, Constitutioni præfatæ locus esse nequeat, §. item lex Iulia peculatus, instit. de publicis iud. l. quilibet, C. de decur. lib. 10. l. in fiscalibus, cum glo. in verb. vsurpet. & in l. missi opinatores, in verb. quod si ad nos, C. de exact. lib. 10.

Ac in similibus Constitutionibus, vt locum habere censeantur aduersus eos, qui pecuniam publicã, in vsus proprios conuertunt, seu dolos, & fraudes in administratione committunt, Soc. conf. 46 nu. 10. lib. 1. Osasc. decis. Pedem. 70. num. 9. Mannoz. de ratioc. cap. 14. num. 28. & cap. 42. num. 17.

ARGVMENTVM.

Constitutio Pauli III. de pœna decupli contra administratores Camerales an intelligatur non solum de partitis crediti omissi, & Cameræ non soluti, sed etiam de partitis positis ad debitum Cameræ.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio nõ comprahensionis admittitur in quocumque iudicio.*
2 *Decretum irritans, & clausula sublata, & c. nõ impediunt exceptionem non comprahensionis.*
3 *Pœna decupli, vel alia quæcumque simplicem excedens non intrat sine dolo.*
4 *Constitutio pœnalis requirit dolum, quando exprimit rationem, vt malitijs occurratur, & disponit per verba, ne quis audeat.*
5 *Constitutio pœnalis non patitur extensionem ad casum non comprahensum.*
6 *In Pœnalibus non fit extensio, etiamsi alioquin excessus remaneret impunitus.*
7 *Constitutio pœnalis recipit passiuam interpretationem à legibus de simili pœna loquentibus.*
8 *Constitutio Pauli III. de pœna decupli intelligenda est de creditis omissis, & occultatis.*
9 *Obligatio relatiua extendi non potest vltra relatum.*
10 *Falsi crimen cessat, quando habet admixtũ aliquod veritatis primordium.*
11 *Credulitas iusta excusat etiam à pœna decupli.*

CONSILIVM CXXXVII.

Non est locus pœnæ decupli in casu, de quo agitur sub prætextu, quod dohanerij dederint debitum Cameræ de scutis 4356. ad tantumdem ascendentibus mandatis franchitiæ, seu exceptionis Excellentissimi D. Principis Aldobrandini cõtra formam cedulæ priuatæ eorumdem dohaneriorum, tum quia nec Bulla Pauli III. nec apocha comprahendit casum, de quo quæritur; exceptio
1 autem non comprahensionis admissibilis est in quocumque iudicio, Grat. conf. 149. num. 6. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 44. num. 3. Rot. in Romana domus 24. aprilis 1617. coram Card. Sacrato.
2 Adeoquod neque etiam clausula sublata, & decretum irritans impeditiua sunt huiusmodi exceptionis, Paris. conf. 154. num. 134. lib. 1. Rot. decis. 569. num. 9. par. 2. rec.

Tum etiam quia, quando aliqua in hoc daretur difficul-

ficultas, satis est, quod ex fundamentis, quę pro
non compræhensione adducuntur, resultet exclu-
sio doli, sine quo pœnæ decupli, aut etiam cu-
3 iuscumque simplicem excedentis nunquã est lo-
cus non solum ex generali conclusione, quod nul-
la incurritur pœna sine dolo, l. qui iniuriæ, ff. de
furt. l. quod Reipublicę, ff. de iniur. l. cum autem, §.
excipiuntur, ff. de ędil. edict. Decian. in tract. crim.
par. 1. lib. 1. cap. 4. numer. 9. vers. hoc ergo primo
casu.

Sed sine dolo, quod non incurratur, speciale est in
qualitate pœnæ, de qua quæritur Aret. in §. tripli
num. 17. instit. de act. Alba loquens de simili con-
stitutione Mediolani cons. 452. nu. 24. ad fin. vers.
remota igitur fraude.

Et præsertim cum eadem constitutio Pauli III. quæ
est 42. in nouo Bullario, tom. 1. fol. 679. dolum ex-
presse requirat quemadmodum etiam Paulus V.
in suo chirographo declarauit, siquidem exordi-
4 tur Constitutio Pauli III. ex ratione malitijs oc-
currendi, & disponit per verba ne quis audeat
&c. Marsil. in l. lege Cornelia, la seconda, §. cũ qui-
dam num. 2. ff. ad leg. Cornel. de sicar. Bertaz. cons.
74. num. 10. lib. 1. & cons. 329. num. 9. lib. 2. Bursatt.
cons. 77. numer. 6. in fine, & num. 13. & cons. 141.
numer. 8.

Constat autem, Constitutionem Pauli III. casum
hunc minime compræhendere, nedum quia lo-
quitur solum de partitis crediti omissi, & Came-
ræ non soluti, non autem de partitis positis in
debitum Cameræ, ac propterea tanquam consti-
5 tutio pœnalis non patitur extensionem ad casum
specifice non compræhensum, cap. is, qui de sẽt.
excom. l. & si quis, ff. Diuus, ff. de Relig. §. cum igi-
tur, Auth. de non elig. 2. nub. Dec. in l. factum, §. in
pœnalibus, nu. 11. ff. de reg. iur. Menoch. de arbitr.
6 cas. 276. per tot. cum immo neque etiam in pœna-
libus fiat extensio, quando alioquin excessus re-
maneret impunitus, Rol. cons. 86. numer. 33. & seq.
lib. 2.

7 Sed quia tanquam recipiens passiuam interpræ-
tationem à legibus de simili pœna loquentibus
Bellon. cons. 53. num. 12. Rot. decis. 724. num. 15. &
seq. & decis. 475. num. 4. & seqq. par. 1. diuers. proin-
de intelligenda est constitutio de creditis omissis,
8 & occultatis, §. item lex Iulia peculatus, instit. de
publ. iudic. l. quilibet, C. de decur. lib. 10. l. in Fisca-
libus, cum glo. in verb. vsurpat, & in l. missi opina-
tores, in verb. quod si ad nos, C. de exact. trib. lib.
10. §. coges, auth. de mand. princ. & in similibus
constitionibus, Soc. cons. 46. num. 10. lib. 1. Pedem.
decis. 70. num. 9. Escobar. de ratioc. cap. 14. num. 28
& cap. 42. num. 7.

Constat quoque apocham huic casui non applicabi-
lem, quoniam promissio restricta est ad casum,
quo Excellentissimis Aldobrandinis, seu Excellẽ-
tissimo Principi Peretto concederentur similes
exemptiones, quamobrem cum exemptio con-
cessa ex chirographo fel. rec. Gregorij XV. Excellẽ-
tissimis Principi Aldobrandino, ac coniugi, non
similis, sed diuersa fuerit concessa ad instar scilicet
cameralium, non solum pro mercibus, & rebus
aduehendis, prout primitus, sed etiam pro rebus
emendis ab apothecis, & tabernis in Vrbe existẽ-
tibus, vtique casus hic tanquam excedens, & am-
9 plians similitudinẽ prioris exemptionis, in apo-
cha non continebatur, Rot. decis. 55. num. 1 ad fin.
& num. 4. vbi, quod ad inducendam obligationẽ,
nec sufficiunt verba præsuppositiua, sed requirũ-
tur dispositiua, & expressa, par. 1. rec. & decis. 403.
num. 1. post med. vbi quo propterea extensio ali-
qua non admittitur, ead. par. 1. Seraphin. decis. 136.
nu. 4. Card. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 4. n. 59. & seq.

Et in omnem casum negari non potest, quin saltem
10 eiusmodi rationes tanquam habentes admixtum
aliquod veritatis primordium excusent à crimine
falsi, de quo etiam loquitur constitutio Pauli III.
vt per R. P. D. Coccinum decis. 123. num. 15. atque
11 etiam à pœna decupli, vt per Alber. cons. 452. n.
25. iuncto themate illius cõs. in prin. ex quo patet
loqui in terminis similis Constitutionis.

ARGVMENTVM.

Stante conuentione, quod Dominus tẽporalis de suis birroarijs teneatur præstare Episcopo certum numerũ in casibus occurrentibus pro Iurium Episcopalium tuitione, an Episcopus declarare debeat causam, & nomina eorum contra quos petit exequutores.

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus, à quo Ecclesiasticus Iudex implorat bracchium sæculare, an possit petere, vt sibi ostendatur processus, & sententiæ iustitiam cognoscere, quæstio est controuersa.*
2 *Iudex laicus ad instantiam Iudicis Ecclesiastici non exequitur nisi causa cognita, quando agitur de delicto mixti fori.*
3 *Iudex laicus, quando agitur de delicto mere Ecclesiastico ad instantiam Ecclesiastici Iudicis tenetur exequi clausis oculis absque eo quod in aliquo se intromittat.*
4 *Iudex laicus non potest petere vt sibi ostendatur processus à Iudice Ecclesiastico implorante bracchium sæculare, quando Ecclesiasticus vult ipse exequi suam sententiam.*
5 *Pactum intelligitur, vt aliquid addat Iure communi.*

CONSILIVM CXXXVIII.

SVpposito themate facti prout trãsmittitur, quod
inter Episcopum, & Dominum temporalẽ inita
fuerit concordia, in qua præmissa narratiua, quod
ex longis guerrarum turbinibus, quæ dudum an-
teactis temporibus viguerunt in territorio P. iu-
ra introitus, & redditus Episcopi, & Episcopatus
P. essent adeo extenuati, & diminuti, quod præ-
dictus Episcopus non poterat retinere satellites,
aut alias gentes armigeras, cum quibus posset de-
bite casibus occurrentibus prouidere, & iura Epi-
scopalia conseruare, idcirco voluerunt DD. An-
tiani P. communis ad requisitionem dicti Episco-
pi, aut eius Vicecomitis, vel cuiusque alterius sui
officialis, quod præstare teneantur, & debeant de
suis satellitibus, & birroarijs vsque ad numerum
decem, & maiorem numerum sine aliqua solutio-
ne eis facienda.

Ad quæstionem propositam, an Episcopus Iure prę-
tende-

tendere valeat, quòd vigore huiusmodi conuentionis,& promissionis DD. Potestas, & Officiales laici statim atque ab ipso, seu illius nomine sunt requisiti, teneantur ei indistinctè numerum satellitum in compositione expressum accomodare, vt illis ad libitum vti valeat, an verò ab Episcopo sit aperiendum, si contra proprios, vel contra Principis subditos exequutionem intentare velit, & an in casu, quo contra laicum sibi non subiectum exequutores petat, nomen talis laici exprimere debeat, & causam specialiter declarare, vel saltem in genere debeat exprimere causam, videlicet simoniæ, sacrilegij, & similium.

Applicabilis videri posset quæstio satis inter Docto-
1 res controuersa, an Iudex sæcularis, à quo Iudex Ecclesiasticus implorat bracchium sæculare, possit petere, sibi ostendi acta, & processum, & sententiæ iustitiam cognoscere; plures namque hinc inde affirmatiuam, ac negatiuam tenētes referunt post alios Scac. de iudic. lib. 1. cap. 63. nu. 7. Farin. quęst. 97. num. 106. & seq. & Barbos. tract. de Episc. alleg. 107. num. 26. par. 3.

Sed in hac recepta est distinctio, quòd vbi agitur de
2 delicto mixti fori Iudex secularis non exequitur, nisi sibi ostenso processu, & cognita iustitia, vt per eumdem Scac. de iudic. d. lib. 1. & cap. 63. numer. 7. post med. vers. si verò delictum est merè seculare, & num. seq. & Farin. d. quęst. 97. num. 102. & Barbos.
3 in loco superius allegato vbi verò agitur de delicto merè Ecclesiastico, tenetur Iudex secularis exequi clausis oculis absque eo, quòd in aliquo se intromittat, idem Scac. d. cap. 63. num. 7. post princ. vers. contrariam sententiam, Farin. plures congerens d. quęst. 97. num. 103.

Cœterum in casu, de quo agitur, pro veritate sentio, Episcopum non teneri exprimere causam requisi-
4 tionis, quoniam quod dicitur, Iudicem secularem aliquando petere posse, quòd sibi acta, ac processus ostendantur, seu etiam de viribus sententię Iudicis Ecclesiastici discutere, procedit in casu, in quo Iudex Ecclesiasticus implorat bracchium sæculare ad effectum, vt ipse Iudex sæcularis sententiæ Ecclesiastici sit exequutor, secus verò, quando Ecclesiasticus vult ipse exequi suam sententiam, & simpliciter à Iudice sæculari postulat, vt sibi accomodet familiam, & ministros; tunc enim cum sæcularis Iudex in nihilo dicatur exequutor, non debet aliud requirere, sed imploranti auxilium absque alia sibi facienda expressione prestare, Alciat. in c. 1. nu. 120. de offic. ordin. Lopez ad Diaz in pract. crim. cap. 154. num. 11. ad med. vers. erit etiam, Beretta consf. 4. num. 34. post princ. vers. & insuper, Bobadil. in sua Politica, lib. 2. cap. 17. num. 177. Vulpel. de libert. Eccles. par. 3. num. 32. Ricc. in prax. for. Eccles. resol. 287. ante finem.

Quamobrem cum hæc procedant de Iure, facilius ad mittenda, stante pacto inito in concordia prædi-
5 cta, quia pactum interpretandum est, vt aliquid addat Iuri communi, Ruin. cons. 81. num. 4. & seq. lib. 2. R.P.D. Coccin. decis. 422. num. 11. & seq.

ARGVMENTVM.

An, & quomodo teneatur quis tam in ciuilibus, quam in criminalibus respondere interrogationi, an velit vti attestationibus, & iuribus pro bonis. & veris, attento quod interrogans velit ea redarguere de falso

SVMMARIVM.

1 *Falsi crimen committitur tam fabricando, quam vtendo attestationibus, & iuribus falsis.*
2 *A Falsi pœna excusantur vtentes ignoranter, & per errorem.*
3 *A Falsi pœna excusantur desistentes ab vsu.*
4 *Producens attestationes, & iura interrogari potest, an eis velit vti pro bonis, & veris, attento quod interrogans intendit ea de falso redarguere, & interrogatus respondere tenetur.*
5 *Accusator etiam, & Fisco adhærens tenetur interrogationi respondere, an velit vti attestationibus, & iuribus, attento quod interrogans intendit ea redarguere de falso.*
6 *Iudex ex officio non potest Reos interrogare, an velint vti probationibus pro veris, sub comminatione redarguendi de falso.*
7 *Responsio interrogationi, an quis velit vti scripturis, admittitur pura respectu præsentis temporis, & conditionalis respectu futuri, nempe quod velit vti, donec fuerit certificatus de contrario.*
8 *Responsio præcisa non conditionalis requiritur, an quis velit vti scripturis, quando datur odor, vel suspicio falsitatis.*
9 *Responsio, an quis velit vti scripturis, requiritur præcisa, quando interrogatio fuit cum præfixione termini ad deliberandum.*
10 *Ignorantia, quæ excusat in respicientibus factum alienum, non excusat in respicientibus factum proprium.*

CONSILIVM CXXXIX.

QVoniam non dubitatur, quin crimen falsi cōmittatur, tam fabricando, quam vtendo iuri-
1 bus, & attestationibus falsis, l. maiorem, 4. vbi per illum text. Ang. & alij communiter, C. ad leg. Cornel. de fals. Rot. decis. 159. num. 2. par. 2. diu.
2 Excusentur tamen à pœna huius criminis tam vtentes ignoranter, ex textu in eadem l. maiorem, 4. ac proinde vtentes per errorem, ex textu in l. Diuus Pius, 31. ff. ad leg. Corn. de fals. quam etiam
3 desistentes ab vsu, ex l. si falsos, 8. C. eod. ad leg. Cornel. de fals.

Ideoque ad effectum, ne falsis scripturis, & attestationibus vtentes possint persistendo in aliorum vexatione se clypeo ignorantiæ tueri, & præcipue cum etiam de errore docere possint vsque ad sētentiam, Bart. in l. Diuus Pius, 31. num. 1. ff. ad leg. Corn. de fals. per text. in l. error, C. de iur. & fact. ignor.
4 Inoleuerit praxis, quod tam accusatores, quam vtentes quilibet tam scripturis, quam testibus, interrogari possint, an illis iuribus, & attestationibus vti velint pro bonis, & veris, attento quod interrogans intendit ea de falso redarguere, & vtentes de falso puniri, & interrogati respondere tenentur, ac ad id cogi possunt, nisi ab vsu desistant, Bart. in d. l. Diuus Pius 31. num. 1. vers. ideo est practica, & num. 2. vers. quod dixi de instrumento, idē dico de attestationibus, ff. ad leg. Corn.

de fals.Gabr.de malefic.concl.7.nu.1.Afflict.decis. 189.num.1.& seqq.

Nec in controuersiam adduci potest, quod hæc praxis seruetur in iudicijs ciuiliter incohatis, non autem seruanda sit in iudicijs criminalibus, quia
5 quoties in hisce iudicijs proceditur ad querelam, & accusationem Partium, tenentur querelantes, & adhærentes Fisco eidem interrogationi respondere, an vti velint querelis, accusationibus, & instigationibus propositis, & scripturis, & testibus pro eorum Parte examinatis, & ipsis non declarantibus, aut ab vsu non desistentibus audientia est deneganda, Boss.tit.de accus.num.24.Clar. recept.sent.quæst.62.num.7.post med.vers. si tamen vis conuincere querelantem, Farin.quæst.16.n.4. vers.præterquam in casu, in quo accusator interrogatus.

6 Quamuis Iudex inquirens non possit hanc interrogationem ex officio contra Reum facere, ne Reus indirecte per concussionem distrahatur à probationibus suis, Rim.sen.cons.569.per tot.Clar. §.falsum, num.15.in fine.

Controuersia solum dari potest circa qualitatem responsionis accusatoris, & instigantis, an teneatur præcise respondere, an vero admisibilis sit responsio conditionalis, & in hoc receptæ sunt cō-
7 clusiones, quod conditionalis respectu præsentis temporis nunquam admittenda, responsio vero pura respectu temporis præsentis, & conditionalis respectu futuri admittatur, veluti quando respondens declarat, quod vult vti, donec & quousque fuerit legitime certificatus de contrario, vt per Rot.in decis.1.post lib.1.cons.Farin.

Cœterum quia qualitas quoque huius responsionis duas patitur limitationes, quarum vtraque huic casui applicatur, non possunt accusatores, & adhęrentes ad qualificatam responsionem admitti, sed cogendi sunt præcise, & simpliciter respondere absque vlla præsentis, nec futuri temporis cōditione.

Prima est, in qua compulsio præcisa requiritur, quā-
8 do datur odor aliquarum falsitatum, Aret.in cap. præsentium, num.18.ad fin.de testib. Ant. Rub.in rep.l.non solum, §.morte, n.314 ante med.vers.tertius casus, ff.de nou.oper.nunciat, atque ita etiam seruat Rot.vt per Caputaq.decis.250.lib.1.in manuscript.relati per Farinac.post d.lib.primum cōsil.decis.1.nu.2.atque ita etiam resolutum fuit in Portuen. Castri Riani 15. maij 1555. coram Capizucchio, Affl.à dict.decis.189.n.1.3.& 4.Rot. decis. 364.num.3.& 4.post lib.2.cons. Farin.Gratian. discept.752.num.36.

9 Secunda est limitatio, quando ab interrogante petitur responsio, præuia præfixione termini ad deliberandum, an præcise vti velit, hæc enim est communis, & etiam in practica recepta opinio, Bart.in d.l. Diuus Pius 31. num.2. vers.respondeo, Iudex debet statuere terminum, ff.ad leg.Corn.de fals.Lap.alleg.119.num.4. ad fin.& nu. seq. Fulgos. cons.177.per tot.precipue num.1.vers.in oppositū, & num.3.in fine, Affl.decis.189.nu.2.& 4.Gabr.de malef.concl.7.num.10.Farin.quæst.159.num.59.

Etiam quod agatur de facto alieno, quia ex hac facti alieni ratione prefigitur terminus, Aret.in c.pre-
10 sentium.num.18.de testib. ignorantia namque, quę excusat in respicientibus factum alienum, nūquam excusat in respicientibus factum proprium, Farin d.quęst.159.num.56.

ARGVMENTVM.

Excommunicatus notorius ex Bulla in cęna Domini etiam nō denunciatus an sit vitandus, & actus iurisdictionalis ab eo gesta sint ipso iure nulla.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationes ex Bulla in cæna Domini sunt maiores latæ sententiæ à Iure.*
2 *Excommunicatus ex Bulla in cæna Domini priuatus est exercitio, & vsu cuiuscumque iurisdictionis.*
3 *Notorium dicitur, quod nulla tergiuersatione celari potest.*
4 *Notorium dicitur, quod in maiori parte loci notum est.*
5 *Excommunicatus notorie ob percussionem clerici æquiparatur excommunicato per publicam denunciationem.*
6 *Acta iurisdictionaliter gesta per excommunicatū notorium nulla sunt ipso Iure.*
7 *Excommunicatus notorius etiamsi non fuerit denunciatus, vitandus est. Contrarium num.8.*
9 *Acta iurisdictionalia excommunicati notorij nō denunciati non substinentur, quando agitur de ipsius excommunicati fauore.*
10 *Acta substinentur ratione muneris publici concurrente communi reputatione.*
11 *Acta non substinentur ratione muneris publici, quando defectus est in rescripto non comprahēsiuo iurisdictionis.*
12 *Iurisdictionem non tribuit consensus priuatorū.*
13 *Acta iurisdictionalia gesta à notorio percussore clerici etiam non denunciato non valent.*

CONSILIVM CXXXX.

In canone 14.Bullæ in cœna Domini excommunicantur, & anathematizantur omnes, & singuli, qui per se, vel alios auctoritate propria, ac de facto quarumcumque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & litterarum Apostolicarum prætextu beneficiales, & decimarum, ac alias Causas spirituales, & spiritualibus annexas ab Auditoribus, & commissarijs, alijsque Iudicibus Ecclesiasticis auocant, illarumque cursum, & audientiam, ac personas, Capitula, Conuentus, Collegia, Causas pias prosequi volentes impediunt, ac se de illarū cognitione tanquam Iudices interponunt, prout etiam verba præfata eiusdem canonis referuntur à Duardo in comment. ad dictam Bullam lib.2. in canone 14.in principio, ac prout etiam excommunicantur in cap.quoniam 4.de immun. Eccles. lib.6.

Et ex canone 16. eiusdem Bullæ in cæna Domini excommunicantur, qui Archiepiscopos, Episcopos, aliosque superiores, & inferiores Prælatos, & quoscumque Iudices Ecclesiasticos, ordinarios, quomodolibet hac de causa directe, vel indirecte, carcerando, vel molestando &c. impediunt, quo minus, sua iurisdictione Ecclesiastica contra quoscumque vtantur, idemque habetur etiam in d.c.quoniam, de immun.Eccles.in 6.

Eiusmo-

Eiusmodi autem excommunicationes dubitandum
1 non est, quin sint maiores latæ sententiæ à Iure, Nauar.in manual.c.27.de excom.Bullæ cœn.n. 74. post vers. tertia, vers. & has latas, Suarez de cens. disp.21.sect.prima, littera B.vers.& ideo Nauarrus.
2 Hoc autem supposito non etiam hæsitandum, quin is, qui incidit in excommunicationem ex d. canon. 14. & 16. præfatæ Bullæ ex tunc priuatus, ac proinde prohibitus fuerit exercitio, & vsu cuiuscumque iurisdictionis, siue ille fuerit persona sæcularis, siue Ecclesiastica, cap. audiuimus 24. quæst.1.c.1. de offic. vicarij in 6. c. si is, cui, de offic.deleg.Diuus Thom.2.2. quæst.39. art.3.in conclus.prope finem, vers. vnde non possunt, Suarez de censuris, disput.14.sect.1.in princ.& per tot. dicēs vlterius, num.3.sub litt.E. vers.quod vero attinet, hanc actionem vsus iurisdictionis in tali excommunicato siue publico, siue occulto esse peccaminosam, siue ex Iure antiquo, siue post Ius nouum extrauagantis, ad euitanda, Concilij Constātiensis desumpti ex Cōcilio Basiliensi, sess.20.ad fin. de qua extrauag.idem Suarez illius verba referēs disput.9.sect.2.nu.2.Sayrus de censur.lib. 2.cap.6. incip.quintus excommunicationis effectus, nu. 1. 15.& 16. vbi quod conclusio nullam habet difficultatem.

Difficultas est, an vt illi locus sit, requiratur, quod excommunicatus sit denunciatus, vel etiam denunciationi ad effectum prædictum æquiparetur, quod factum, ex quo resultauit incursus in excōmunicationem esset publicum, & notorium, sicut
3 notorium dicitur, quod adeo manifestū est, quod nulla tergiuersatione celari potest, Nauar.in manual.cap.21.num.56.& cap. 25. num.73. vers. dixi
4 notorium, quodque in maiori parte loci notum est, Sayr.de censur.lib.2.cap.12.num.19.

Aequiparatio ex d. extrauagante, ad euitanda, prout desumitur ex Concilio Basiliensi est euidens, cum ex littera eiusdem Constitutionis denunciatus, & excommunicatus notorius sint pariter vitādi, sed quia dictum Concilium Basiliense in dicta parte dubitatur, an fuerit legitimum, aut legitime à Sede Apostolica confirmatum, ac propterea receptius forsan sit, attendendam extrauagantem Concilij Constantiensis, ex cuius littera solum excōmunicatus notorie ex percussione clerici equi-
5 paratur excommunicato per publicam denunciationem, ex relatis per Suarez.de censur. d. disput. 9.sect.2.num.2.3.4.& seqq. vsque ad fin.Sayr.de cēsur.d.lib.2.cap.12.num.8. & seqq. Duard. ad comment.in Bulla Cœnæ Domini, lib.2.canone 1. q.8. num.1.2.& plur.seqq.& precipue num.7.& infra.

Adeo retenta etiam extrauagante iuxta litteram Concilij Constantiensis, quæ loquitur ad effectū vitandi excommunicatum, adhuc videntur acta
6 iurisdictionalia gesta per excommunicatum notorium ipso Iure nulla esse, ex Azor. instit. moral. lib.8.cap.13.col.3.post princ.vers.quia excommu-
7 nicatus, immo etiam vitandum esse non solū excommunicatum denunciatum, sed etiam excommunicatum notorium, esto denunciatus non sit, firmat Vgolin.de censur.Pontif.reseruatis, par. 1.c. 15.num.1.

8 Nam etsi huic opinioni non assentiant Suarez de censur.disp.14.sect.1.nu.13.& seq. Sanchez ad præcepta Decalogi, lib.2.cap.9.num.10.

Tamen ab hac quoque opinione in tribus casibus
9 recedendum, primo quando agitur de sustinenda actorum validitate ad fauorem ipsius excommunicati, quia ex dicta extrauagante, ad euitanda nullus fauor conceditur excommunicatis, sed alijs fidelibus ad pœnam non vitationis euitandam, vt per eumdem Suarez de censuris, ead. disput.14. sect.1.num.15.Sayrus de censuris d.lib.2.cap.12.n. 21.prope finem, vers.cum hæc omnia non in sui fauorem.

Secundo quia ratio cōtrariæ conclusionis desumitur ex l.Barbarius, ff.de offic.prætor, vt ratione publi-
10 ci muneris actorum validitas toleretur, vt per glo.in c. ad probandum, 14. in verb. innodatus, ad finem, de sent.& re iudic.eumdemque Suarez de censuris d.disput.14.num.12.& seq.hæc autem ra-
11 tio cessat in eo, in quo qualitas muneris publici non datur, quando defectus est in qualitate rescripti non compræhensiui iurisdictionis fundamentalis in casu, de quo agitur.Gabr. de probat. conclus.8.n.59.prout quando defectus est nedum in persona exercentis, sed etiam in causa efficiente, quia consensus priuatorum iurisdictionē non
12 tribuunt, Alex.cons.138.nu.7.& seqq. lib. 1. Bertrand.cons.23.num 4.& seq.lib.1.Ruin.cons.49.nu. 4.lib.4.Seraph.decis.147.num.1.

Tertio quia tam ex dicta extrauaganti, ad euitanda, quam ex eisdem Suarez, Sayro, Sanchez, & alijs supra allegatis, & qui possunt allegari, excipitur
13 casus notorij percussoris clerici; in quocumque autem casu, quo carceratur, seu obsidetur clericus, magisque sacerdos cum dignitate à non habente auctoritatem, incurritur in canonem, siquis suadente, itaquod talis dicitur excommunicatus tanquam manifestus clerici percussor, ex notorietate, & euidentia facti, Sayrus de censuris, lib 3. c. 22.num.13.vbi plurimos allegat Suarez, de censur. disput.22.sect.1.nu.28.& seq.& dicta disput.9. sect. 2.nu.11.Monac.decis.Bonon.68.nu.8.& seq.quamobrem remanet hic casus absque difficultate, ex communi etiam Theologorum opinione.

ARGVMENTVM.

Publicatis attestationibus, an contra Reū sub fideiussione relaxatum posit instigator impinguare processum per nouorum testium examen.

An, & quando locus sit suspensioni ab exercitio iurisdictionis, ne testes examinandi contra eum, qui habet iurisdictionem, terreantur.

SVMMARIVM.

1 *Relaxatus sub fideiussione de se repræsentādo reputatur tacite absolutus, nec molestari potest, nisi nouis superuenientibus inditijs.*
2 *Relaxatio sub fideiussione de se repræsentādo habet vim absolutionis ab obseruatione iudicij.*
3 *Relaxatus sub fideiussione molestari nō potest ex inditijs leuibus superuenientibus, non sufficiētibus ad torturam.*
4 *Testes plures examinati ad instantiam instigatoris præsumūtur meliores quā habere potuerit.*

5 Te-

5 *Testificatis didicitis non admittitur instigator
ad inductionem aliorum testium super eisdem
ob subornationis timorem.*

6 *Testificata fuisse quomodocumque didicita satis
est, etiam processu non publicato.*

7 *Testificatis didicitis non admittitur nouum e-
xamen testium non solum ob subornationis ti-
morem, sed vt quandoque finis litibus impona-
tur.*

8 *Instigator, qui per plures testes examinatos non
probauit suam intentionem, non potest alios ad-
ducere etiam super diuersis articulis ob timorem
subornationis.*

9 *Iudex criminalis post publicatas attestationes nõ
debet iterum ex officio examinare testes, nisi ex
iusta causa. Nec quando procedit ad instantiã
instigatoris, vt num. 10.*

11 *Testificatis didicitis non admittuntur noui te-
stes, etiam si agatur de perficiendo imperfectam
probationem.*

12 *Ad Suspensionem non potest regulariter deueniri
pendente accusatione.*

13 *Absens à loco iurisdictionis non præsumitur ter-
rere testes contra eum examinandos.*

14 *Ad Suspensionem deueniri non potest, nisi prius
causa cognita, & decretis defensionibus probata
sint crimina.*

CONSILIVM CXXXXI.

NOn est locus prætensæ impinguationi processus
ex prætextu allegato ab adhærentibus, impin-
guationem tendere ad docendum, quòd noua su-
peruenient inditia; cum enim conclusio sit certa,
1 quod relaxatus sub fideiussione de stando iuri, &
de se repræsentando toties, & quoties fuerit requi
situs, vel reputatur tacitè absolutus, vel saltem ha-
betur pro innocente, adeout, nisi noua superueni-
ant, amplius nequeat molestari, ac si esset absolu-
tus, Boss. de sent. num. 60. & seqq. vt etiam commu-
niter practicatur, Clar. §. fin. quæst. 46. num. 10. Fa-
rin. quæst. 34. num. 64. & cons. 50. num. 25. post med.
vers. at vbi inquisitus, lib. 1. & Guazzin. defens. 2.
cap. 7. num. 16. Caball. resol. crim. cas. 93. n. 25.
Habet enim relaxatio sub fideiussione de se repræ-
2 sentando uim absolutionis ab obseruatione iudi-
cij, Farin. quæst. 4. numer. 25. & licèt Reus nouis su-
peruenientibus inditijs possit iterum molestari, ta-
men in casu, de quo agitur, nulla probabili ratione
possunt molestiæ reiterari; tum quia ad hoc requi-
ritur superuenientia effectualis, non autem spes
adhærentiæ allegata ab instigatoribus, cum immò
3 nec effectualis superuenientia reputetur efficax,
quando inditia sunt leuia non sufficientia ad tor-
turam, Farin. ead. quæst. 4. numer. 25. post med. vers.
sed nouis superuenientibus.
Tum etiam quia spatio septem annorum fuerunt e-
xaminati 60. testes cum exactissima Commissario-
rum diligentia, & maiori, qua poterant, assistentia,
cùm enim eorum depositiones, vel tanquam irre-
leuantes fuerint reiectæ, vel minus concludant,
stante dicta habilitatione sub fideiussione de se re-
4 præsentando, & credendum, sit hactenus instiga-
tores produxisse testes, quos habebant, ad proban-
dam eorum intentionem meliores, minimè debêt
ad nouum examen, aut processus impinguationem
admitti, Rot. decis. 406. num. 2. & decis. 491. num. 2.
par. 2. recent. Aegid. decis. 38. col. 1. post med. vers. &
quia præsumitur produxisse testes meliores, Aym.
cons. 134. num. 3. Greg. decis. 314. nu. 1. vbi add. Rot.
decis. 570. num. 4. par. 4. recent.
Tum & tertiò quia ex eisdem huius Causæ actis con-
stat, Partem aduersam hactenus testificata didicis-
se, etiam mediante copia integra sibi præuia solu-
tione tradita; non enim testificatis iam didicitis,
admittendi instigatores ad nouorum testium pro-
ductionẽ ob præsumptum à Iure subornationis ti-
5 morem; nam aut Pars aduersa intendit examinari
facere nouos testes super eisdem, super quibus cœ-
teri iam examinati fuere, & didicitis testificatis ab-
sque dubio obstant textus in c. fraternitatis, & in
clem. testibus, de testib. & in auth. at qui semel, C. de
probat. vbi Bart. & cœteri communiter, Seraphin.
decis. 511. num. 1. & seqq.
6 Etiamquod processus non fuerit formiter publi-
catus, cùm sufficiat, testificata fuisse quomodocũ-
que didicita, Farinac. de testib. d. quæstion. 75. nu-
mer. 330.
Aut Pars aduersa intendit nouos testes producere
super assertis inditijs hactenus non deductis, & mi-
7 nus admitti potest, & quia regula, quòd post didi-
cita testificata non admittantur noui testes, pro-
cedit non solùm ratione præsumptæ subornatio-
nis, sed etiam, vt quandoque instigationi finis im-
ponatur, Io. Andr. in c. fraternitatis, numer. 25. vers.
primo quia, de testib. vbi etiam Abb. numer. 6. vers.
item, & Felin. num. 11. Alex. cons. 84. numer. 2. vers.
pro hoc etiam, lib. 4. Card. in d. clem. 2. num. 12. in
fine, vers. fuit enim, de testib. Feder. de Sen. consil.
262. numer. 1. Surd. cons. 8. numer. 20. vers. & timor,
lib. 1.
Et quia in hoc quoque casu datur timor subornatio-
8 nis, ex quo quando instigatores vident, quod per
plures testes, quos examinari elegerunt, intentio-
nem suam minimè probarunt, prout sperabant,
proinde censendi sunt ita commoti, ac prouocati,
vt non leuis cadat in eos subornationis suspicio,
vt aduertunt Io. Andr. d. c. fraternitatis, num. 25. de
testib. Zabar. in d. clem. 2. numer. 12. versic. item,
Decian. cons. 104. num. 39. lib. 3. Farin. de testib. d.
quæst. 75. num. 424. & 426. ad fin. Guazzin. defens.
24. cap. 7. num. 4. & alijs, Honded. cons. 101. nu. 47.
& seqq. lib. 1.
Nec dicatur, quòd Iudicibus hoc permittatur pro-
cedere volentibus ex officio, vt quia hoc casu in
Causis criminalibus non obstet, testificata fuisse di-
9 dicita, quia præter id, quod nec Iudex criminalis
ex officio potest hoc facere non apparente iusta
causa, Clar. §. fin. quæst. 61. num. 5. in fine, conclusio
10 minime etiam recipitur, existente instigatore, aut
adhærente, Hostien. in c. cum clamor, num. 9. vers.
melius, de testib. Aret. d. c. fraternitatis, numer. 37.
vers. & postea, & num. seq. Marsil. in praxi, §. sequẽs,
num. 7. vers. tamen, Alex. in l. 4. §. hoc autem, nu. 29.
vers. tamen, ff. de damn. infect. Farin. de testib. d. qu.
75. num. 417. & seq. & n. 424. & 426. & seq.
11 Adeout nec admittatur perfectio imperfectæ
probationis, Afflict. decis. 272. num. 3. vbi quod nec
actor admissus ad faciendam recognitionem.
Minus verò locus est suspensioni ab administratione
iurisdictionis ex prætextu, ne eius occasione te-
stes terreantur, quia regula est pro D. Archiepisco-
12 po, quod pendente accusatione non potest ad pre
tensam suspensionem deueniri, ex text. in c. nonne,
primo, 8. quæst. 4. cum alijs per Bertrand. cons. 83.
n. 1. & seq. lib. 1. p. 1. Aufr. ad Capel. Thol. dec. 341. n. 2
13 Et

13 Et præsertim stante absentia à loco iurisdictionis Bobadil.in sua Polit.lib.5.cap.1.num.190. fol.mihi 599.tom.2.Testay alleg.9.n.40.Gabr.Berart.in specul.visitat.cap.7.n.13.

Nulla autem est difficultas, quòd ad suspensionem procedi nullatenus potest, priusquam receptis te-
14 stibus offensiuis concludenter appareat causa cognita, ac decretis prius inquisito defensionibus, concludenter probata esse crimina,& delicta, propter quę officio priuari possit, cum non debeat ab officio quisquā suspendi, nisi ex vrgentissima, & grauissima iustificata causa, cum maximum sit dedecus officialem, magisque Archiepiscopum ab officio remoueri, Io.de Platea in l.Iudices, col. 1. in fin.& seq.C.de annonis,& trib. lib. 10. Bertrand. d.cons.83.num.2.& 13.Franc.decis.8.numer.4.Roman.cons.467.num.5.Testay d.allegat.9.num.160. Senatus Dolanus per Griuell.decis.60. numer. 14. Mastrill.de magistr.lib.6.cap.5.num.46.& 49. Gab. Berart.in specul.visit.d.c.7.num.2.& seq.& num.6. vbi quod si casus suspensionis faciendæ sibi occurreret, nunquam suspenderet aliquem ab officio pendente inquisitione, nisi plenè per testes integræ famæ, & opinionis probatum fuisset, officialē plura,& grauiora delicta in officio commisisse, itaut vix ab eis se defendere nequisset, subiungens eodem num.6.vers.durum, quòd sibi durum semper visum fuit, non datis defensionibus, officialem ab administratione officij ante sententiam suspendere, vbi etiam ex Bobadilla in polit.dicto lib.5.c.1. n.198.& alijs pluribus sententiā hanc comprobat Morot.cons.74.num.17.à Ponte decis.7.num.16.& decis.27.num.7.vers.ad quod tamen, text.in c.qualiter,& quando, il secondo, §.debet, de accusat. vbi Abb.num.25.Cassan.cons.60.num.8.vers.quicquid sit, Concil.sess.13.cap.7. de reformat.Caball.resolut.76. per tot.

ARGVMENTVM.

An ex prætextu indebitæ carcerationis possit Superior admittere appellationem,& inhibere Ordinario inferiori.

SVMMARIVM.

1 *Causæ omnes ad forum Ecclesiasticum pertinentes in prima instantia cognoscuntur ab Ordinarijs locorum iuxta Concilium Tridentinum.*

2 *Per Ordinarium quando non stetit, quo minus Causam expediret, sed per Partem, non est locus appellationi etiam post biennium in terminis Concilij Tridentini.*

3 *Iudicibus inferioribus non possunt Superiores inhibere ante sententiam diffinitiuam, vel habentē vim diffinitiuæ.*

4 *Iudicibus inferioribus inhibere possunt Superiores, postquam cognouerunt fuisse indebitam carcerationem, vel aliud grauamen, quod per diffinitiuam reparari non potest.*

5 *Appellatio non datur à carceratione, quando ex qualitate,& grauitate delicti carceratio est permissa.*

6 *Ad Capturam an possit deueniri in delictis grauibus, est arbitrarium ex qualiquali informatione.*

CONSILIVM CXXXXII.

RESCRIBENDUM pro moderatione inhibitionis, quia illa de directo est contra dispositionem Concilij Tridentini in c. Causæ omnes, 20. de re-
1 form.sess.24.dum Causas omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes statuit, in prima instātia ab Ordinarijs locorum cognoscendas, illasque ad Superiores minime deuolui, nisi e a se biennio, nec antea alijs committendas, vel auocandas statuit, prohibens illis antea appellationis receptionem, ac declarans, commissiones,& inhibitiones alioquin non afficere.

In hoc autem casu nullitas receptionis appellationis,& inhibitionis subsequutæ clara est, non solū, quia hactenus biennium non est elapsum, sed adhuc super sunt plures menses, sed constat dilatam fuisse expeditionem culpa,& facto eiusdem querelati, qui non obstantibus pluribus terminis sibi ad faciendum suas defensiones assignatis, illisque ad eius instantiam sæpius, ac sæpius prorogatis, tamen adhuc super articulis ab eo datis ad effectū examinandi testes, quamuis illos etiam citauerit ad se examini subijciendum, nunquam adhuc voluit eorum examen perficere, aut saltem declarare alijs vlterius defensionibus vti nolle, siquidem hoc casu, quo non stetit per Ordinarium, quomi-
2 nus Causā expediret, sed per processatū neque etiā locus est receptioni appellationis,& inhibitioni post biennium, textus est in cap. venerabilis 20. vbi Abb.num.10.de iudic.& per illum textum in his terminis Concilij Quaranta in summa Bullarij in 18.author nu.20.vers.septimo quęro, an elapso biennio, fol.mihi 70.

Nec aliquid facit, quod appellatio exaduerso interposita, fuerit ab A.C.recepta,& admissa, si,& in quantum, ac inhibitio decreta, remanente eodē processato firmo in carceribus, quia non solum Cōcilium prohibet similes appellationes, earumque receptionem,& inhibitiones ante diffinitiuā vel vim diffinitiuæ habentē, vel ante lapsum biennij, sed Sacra Congregatio Causis Episcoporum præposita facta prius relatione fel. rec. Clementi Papę VIII. & de eius mandato, declarauit expresse in hæc verba, quæ omnem submouent difficultatem, vt per Quarantam vbi supra in fine d. fol. 70. vers.ad tollendas ambiguitates,& fol.seq.vers.nec
3 dum causæ, declarauit namque dicta Sacra Congregatio, vt infra.

Nec dum causæ coram inferioribus Iudicibus pendēt ante diffinitiuam sententiam, vel vim diffinitiuæ habentem de grauamine illato Superiores cognoscere valeant, licet citra præiudicium cursus Causarum, se id facere contestentur, nec adhuc effectum liceat eis inhibere, aut simpliciter mandare, vt ipsis copia processus transmittatur etiā expensis appellantis.

Minusque obstat, quod eadem Cōgregatio in supradicta declaratione vers.cum a grauamine, statuerit, quod cū à grauamine, quod per diffinitiuā re-
3 parari nequit, vt indebitæ carcerationis, vel torturæ, aut excommunicationis etiam comminatæ appellatur, non nisi visis actis, ex quibus euidenter appareat de grauamine, appellatio admittatur, aut inhibitio, vel prouisio aliqua concedatur.

Nam etiam contra capitulum huius declarationis inhibi-

inhibitio fuit concessa, non visis prius actis, cum in hoc capitulo permittatur solum appellatio, postquam Superior cognouit, carceratione fuisse indebitam.

Neque aliter declaratio intelligi potest, tum ex eo quod aliter intelligendo, declaratio esset contraria præfato capitulo, in quo Superiori prohibetur se ingerere, & inhibere ante latam sententiā ab Ordinarijs, itaut nec liceat illis mandare, vt copia processus transmittatur, & merito, quia alioquin sequeretur, quod secreta Curiæ panderentur, & per indirectum non solum Ordinarij priuarentur exercitio eorum ordinariæ iurisdictionis contra Concilij dispositionem, sed Rei inquisiti, aut querelati initrui possent, ita quod actum esset de Causis criminalibus, cum hac via quilibet timens carcerari, vel carceratus statim posset deludendo Ordinarios appellare ab indebita carceratione, l. in fraudem, 45. §. neque instrumenta, ff. de iure Fisci.

5 Tum etiam quia appellatio à carceratione non datur, quando ex qualitate, & grauitate delicti carceratio est permissa, Ruginell. de appell. §. 2. c. 3. num. 178. Scac. de appell. quæst. 12. nu. 148. in de-
6 lictis enim grauibus, an deueniri possit ad capturam, est arbitrarium etiam ex qualiquali informatione, & qualiquali inditio, Boss. de captura, num. 3. Clar. §. fin. quæst. 28. nu. 2. Farin. quæst. 27. num. 126.

ARGVMENTVM.

Episcopi an posint criminaliter molestari ex prætextu, quod pœnas exactas locis pijs non applicauerint.

De requisitis ad inducendum crimen cōcusionis, & extorsionis pecuniæ;

De excusatione à crimine falsi.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi ex generali consuetudine habent Fiscū.*
2 *Episcopi ex generali consuetudine, & quasi possessione possunt facere gratiam delinquenti.*
3 *Pœnæ in Episcoporum tribunalibus sunt locis pijs applicandæ. Et num. 5.*
4 *Episcopus, quando est admodum pauper, potest pœnas sibi suæque Cameræ applicare.*
6 *Quæstionem nemo potest referre de ijs, quæ remittuntur conscientiæ, & arbitrio Episcopi.*
7 *Conscientiæ alicuius vbi aliquid cōmittitur, eius dicto fides adhibetur, & præsertim cum iuramento.*
8 *In Concussionis crimen incidunt officiales inferentes metum, & per vim extorquentes pecuniam.*
9 *In Concussionis crimine non præsumitur mandatum.*
10 *In Concussionis crimine mediatores non sunt testes idonei.*
11 *Concussionis termini non applicantur, quando exactio pecuniæ non respicit commodum prætēsi concutientis.*
12 *In Concussionis crimen non incurritur, quando in extorquendo pecuniam nulla fuit adhibita falsitas.*
13 *Concussionis crimen non committitur, quando solutio pecuniæ non fit metu, sed sponte.*
14 *Extorsio non datur, nisi mediante alicuius indebita vexatione.*
15 *Testes, ex quorum depositione resultat eorum commodum in repetitione pecuniarum, non probant.*
16 *Testes singulares, & inter se contrarij non probant.*
17 *Testes non probant, quando alij adducti in contestes contrarium deponunt, vel discordant.*
18 *Testes non repetiti in criminalibus non faciunt inditium.*
19 *Testis præsumitur concussus tædio longæ carcerationis.*
20 *Tortura in teste non purgat plures defectus.*
21 *Testis secundæ depositioni præualet prima depositio magis verisimilis, & adminiculata.*
22 *Falsitas cessat, quando constat de primordio veritatis.*
23 *Falsitatem non committit notarius, quando in instrumento addit verum sibi incognitum, quāuis ea de re non sit rogatus.*
24 *Falsitas nec actu, nec habitu nocibilis ob cessationem doli non est punienda, neque etiam extra ordinem.*

CONSILIVM CXXXXIII.

CVm dubitari nequeat, quin Episcopi de Iure, aut saltem ex communi, & generali consuetu-
1 dine habeant Fiscum, ex glo. in cap. quia diuersitatem, de concess. præben. Felin. in capit. irrefragabili 13. n. 11. vers. contrariū, & prope finē eiusdē numeri, de offic. ordin. Diaz. in pract. crim. canon. c. 124. Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 9. nu. 8. Clar. q. 80. n. 5. Peregr. de iur. Fisc. lib. 1. tit. 2. num. 105. & seq. Barbos. de Episc. par. 3. alleg. 107. num. 18. & seq. Guazzin. de confisc. in 24. ampl. 13. conclus. nu. 24. Ricc. in praxi fori Eccles. par. 1. resolut. 300. num. 1. & tenuit Rota decis. 7. de testam. in antiquis, & in Tudertina damnorum datorum 9. Decembris 1602. coram Cardinali Lancellotto.

Adeout Episcopi tanquam propterea habentes merum, & mixtum imperium, immo etiam maiores Præfecto Prætorio ad instar Principum tempora-
2 lium ex consuetudine, & quasi possessione posint etiam facere gratiam delinquentibus, Alba cons. 74. num. 75. Genuensis in praxi Archiep. Neapol. cap. 48. num. 3. vbi etiam plena annotatio.

Non etiam dubitandum, quin licet pœnæ in Episco-
3 porum tribunalibus inflictæ ad euitandam cupiditatis suspicionem locis pijs sint eo ipso applicandæ ex dispositione Concilij Tridentini sess. 25. cap. 3. & cap. 14. de reform. Felin. in d. c. irrefragabili 13. num. 9. de offic. ordin. Couar. var. d. cap. 9. n. 9. vers. sed vt ea, Lopez ad pract. can. Diaz. cap. 145. in verb. retinere, Sbrozzius de offic. vicarij in addit. ad quæst. 143. vers. in fine, vbi etiam, quod non obstante contraria consuetudine sic censuit Sacra Congregatio Concilij interpretum, vt etiam per Stephanum Quarantā in summa Bullarij, in verb. pœnæ pecuniariæ, Barbos. de Episcop. d. allegat. 107. num. 19. Guazzin. de confiscat. conclus. 21. nu. 15. Ricc. in d. praxi Eccles. d. resol. 300. n. 3. vbi tamē
4 ex decreto eiusdem Sacræ Congregationis limitant, quando Episcopus esset admodum pauper, quia tunc posset pœnas etiam sibi, suæq. Cameræ applicare.

Adeout extra hanc indigentiam cesset hæc facultas, & in Concilio Toletano celebrato anno 1565.

act. 2.

5 act.2.cap 14 decretum fuerit, quod si quando à
Iudicibus ordinarijs iuxta rationem delicti, vel de
linquentis qualitatem pœnas pecuniarias impo-
ni contigerit, in pios tantum vsus, & pro exequu-
tione iustitiæ, non pro priuata Episcoporum vti-
litate expendantur, ac ad id deputetur, qui eas-
dem pœnas recipiat, & rationem reddat, vt refe-
rant Lopez ad pract. Diaz. d. cap. 745. in verbo, re-
tinere, & Steph. Quarant. in summa Bullarij dict.
verb. pœnæ pecuniariæ, post med. quod ipsum
quoad eius Ecclesiam statuit Card. Paleott. in suo
Archiepiscopali Bononien. par. 4. tit. de pœnis pe-
cuniarijs, & mulctis, vers. quod vt in maiorem,
fol. mihi 270.

Tamen tantum abest, quod propterea resultet con-
sequentia, quod contra Episcopos ex prætextu,
quod non doceant, se pœnas pecuniarias a delin-
quentibus exactas in pios vsus conuertisse, pro-
cedi possit criminaliter, vt immo nec teneantur
ciuili iudicio ad aliquam huius conuersionis iusti-
ficationem, quandoquidem cum applicatio, &
conuersio remissa sit soli arbitrio, & consequutiue
conscientiæ Episcoporum ex eodem Sacro Con-
cilio Tridentino d. sess. 25. cap. 14. vers. quæ fabricæ
Ecclesiæ, aut alteri pio loco, de reform. vt etiam
firmant Lopez, & Stephan. Quarant. in eisdem lo-
cis superius allegatis.

Sequitur, quod huius applicationis, & conuersionis
6 solus Deus sit Iudex, & cognitor, & nemo refer-
re possit quæstionem, quod Episcopi malefece-
rint, glo. in c. statutum, 11. §. assessorem, in verbo
relinquatur, de rescript. in 6. Io. de Anan. consl. 34. n.
4. Butr. loquens in eo, quod conscientiæ, & arbi-
trio Ordinarij relinquitur, consl. 62. num. 4. vers. nõ
obstat pariter, quod conscientiæ Episcopi remit-
titur, consl. 2. num. 1. in fine, & num. seq. lib. 2.

Quamobrem recepta quoque est pro regula con-
7 clusio, quod vbi aliquid committitur alicuius cõ-
scientię, eius dicto fides adhibetur adeo, vt in
dubitationem reuocare id non liceat, pręsertim
concurrente iuramento, Corn. consl. 349. num. 9.
ante med. vers. & quando aliquid committitur,
lib. 1. Socin. in collect. regularum. in verbo con-
sciétia, regula 23. in principio, Mascard. de probat.
conclus. 414. num. 1. et seq. vol. 1.

Crimen etiam pretensę concussionis nulla probabili
8 ratione obijcitur, quia cum in illud incidant offi-
ciales quicumque inferentes metum, et per uim
pecunias extorquentes, l. 1. ff. de concuss. glos. in c.
concussionis 128. in verbo concusionis, 1. quęst. 1.
Gram. consl. crim. 51. num. 13. 14. et seq. Iodoc. in
prax. crim. cap. 129. nu. 2. Decian tract. crim. lib. 8. c.
35. num. 24. ante med. vers. proprie autem concus-
sio, Mastrill. de magistr. lib. 6. cap. 8. num. 29. & seqq.
huiusmodi termini applicari minime possunt cõ-
tra D. Archiepiscopum, tum quia nihil aduersus
eius personam respectu extorsionis pecuniæ per
vim, & metum adducitur, & quod prætenditur
9 eius mandato gestum, non etiam in aliquo iustifi-
catur, nec præsumitur, vt per Farin. quæst. 111. n.
55. ad med. siquidem ad effectum criminalem, cũ
10 in his terminis requirantur exactissimæ proba-
tiones, nec etiam prætensi mediatores sunt testes
idonei, vt per eumdem Farin. d. quæst. 111. n. 264.
& 271.

11 Et præsertim cum minus termini concussionis
applicentur, quando exactio pecuniæ non respi-
cit commodum pretensi concutientis, prout ex
superius allegatis pretendi non potest respexisse
in casu, de quo agitur, ex quo Episcopi pœnas pe-
cuniarias tam de Iure, quam ex dispositione Cõ-
cilij Tridentini tenentur locis, & operibus pijs
applicare, quamobrem minus præsumi potest D.
Archiepiscopum voluisse ad aliorum commodum
in hoc crimen incidere, nedum propriam con-
scientiam onerare, Farin. ead. quæst. 111. num. 42.
& seq.

12 Tum etiam, quia non etiam in crimen concus-
sionis incurritur, quando in extorquendo nulla
apparet adhibita falsitas ad huiusmodi effectũ ne-
cessaria, in hoc namque casu tantum abest, quod
ex processu illa resultet, quod immo totaliter ex-
cluditur, dum eos, per quos, aut quorum nomi-
ne pecuniæ fuerunt solutæ, constat realiter deli-
cta, & excessus, de quibus imputabantur, com-
misisse, l. 2. ff. de concuss. d. c. concussionis 128. 1. q. 1.
Iodoc. in prax. crim. d. cap. 129. num. 5.

Tum, & tertio quia crimini concussionis, & illius
pœnæ nullatenus locus esse potest in casibus, de
quibus in processu, dum nulla præcedente illatio-
13 ne metus ijdem delinquentes sponte pro se exi-
mendo à pœna excessuum cõmissorum deposue-
runt pecunias, quarum solutione mediante intẽ-
debant se componere, & tamen Illustrissimus Ar-
chiepiscopus illas recipere noluit, nisi demum
formatis processibus, & præuijs decretis defensio-
nibus, iustificatisque delictis sequuta condẽna-
tione, vt ex veriori, & magis recepta opinione
pluribus comprobat idem Farin. d. quęst. 111. n. 42.
& seq.

Atque hac ratione cessant quoque obiecta omnia
respectu pretensarum extorsionum, tantum enim
ab est, quod ex processu aliquid iustificetur extor-
14 tum mediante alicuius indebita vexatione, qui
sunt proprij extorsionis termini, Farin. eadem q.
111. num. 49. & seq. vt immo ex eodem processu li-
queat, probata, & iustificata fuisse omnia delicta,
quorum occasione pecuniæ fuerunt receptæ, ac
propterea hasce D. Archiepiscopi vexationes su-
per asserta concussione, & extorsione omnibus
Iuris regulis repugnare, cessante indebita incul-
patorum vexatione, ex eodem Farin. ac pluribus
per eum adductis, eodem num. 50.

De prætenso autem falsi crimine ex eo, quod pro-
cessus fabricati contra delinquentes fuerint cum
antidata ad effectum honestandi præcedentem
pecuniarum exactionem, & crimen concussionis,
& extorsionis excludendi, D. Archiepiscopus mi-
nus vexari potuit, quoniam de prætensa antidata
15 non constat, nec enim inditium faciunt ij, qui
pecunias soluerunt, quia ex huiusmodi depositio-
ne resultat eorum commodum, & interesse in pe-
cuniarum solutarum repetitione in eodem, vel
alio iudicio, Feder. de Sen. consl. 64. prope finẽ, vers.
& sunt suspecti, Roman. singul. 360. n. 1. & seq. Pelin.
in cap. personas 10. num. 2. de testib. Aym. consl. 6. n.
102. Osasc. decis. Pedem. 72. num. 6. Bertaz. consl. 33.
num. 16. & seq. & consl. 170. num. 10. & seq. lib. 1. &
consl. 251. n. 29. & seq. lib. 2. Farin. de testib. quæst. 60.
num. 77. & seqq.

Et præsertim cum etiam respectu temporis sint sin-
16 gulares, & inter se contrarij, Feder. de Sen. d. consl.
64. ante fin. vers. nam omnes testes, Clar. recept. sẽt
quæst. 53. num. 19. Menoch. de arbitr. cas. 235. n. 23.
& seqq. Lupus in c. quamquam, in præfat. n. 27. de
vsuris.

Minusque cæteri,tum quia prævalere debent alij testes contrarium deponentes tanquam digniores, & præsertim illi,qui fuerunt adducti in contestes,
17 cum adducti in contestes,quando aut contrarium deponunt,aut ab illis discordant, detrahant eisdē omnem fidem,Farin.conf.37.num.24.& conf. 127. num.11.& conf.138.num.31.Giurb. conf. 70. num. 30.Magon.decis.Lucen.17.nu.8.& seq.

Et quòd testimonium eius,qui alium nominat aliud testificantem,prosternatur,est etiam decisio Rotæ apud Card.Mantic.317.n.8.

Tum etiam quia non solum plures ex dictis testibus
18 non fuerunt repetiti, quo casu nec inditium faciunt,Bart.in l.fin.in fin.ff.de quæst. Farin.de testib. quæst.72.num.80.91.93.& seq. Caball. resolut.criminal.cas.55.in principio, Rot. apud Caputaq. decis. 207.n.9 par.2.Seraph.decis.135.n.4.

Sed quia eosdem tædium longæ carcerationis, alia-
19 que in facto deducta concusserunt,Farin.conf.193 num.3.vbi de carceratione per duos menses,& tamen in hoc casu carceratio intercessit vltra annū etiam cum custodibus,alijsque excessibus.

Tum,& tertio quia testes nedum primo loco sub iuramento contrarium deposuerunt, quamobrem
20 effecti sunt periuri,sed alios quoque ex alijs causis patiuntur defectus,quamobrem nec tortura eis illata illos purgat,Rol.conf.16.num.9. & seqq. lib.1. Farin.quæst.42.num.178.& seq & num. 184. & seq. & de testib.quæst.56.num.193.& seqq. & quæst. 62. n.381.& quæst.66 num.188.

Nullaque est difficultas,quando primum dictum iu-
21 ratum habet pro se fortiores, & magis verisimiles præsumptiones,vel aliàs magis est adminiculatum, vt plenè in facto demonstratur, Farin. d. quæst.66. num.178.& 183.& conf.38.num.15. & conf.55. nu. 39.ad med.vers. nulla verior, magisque infallibilis regula,& conf.193.num.84.Rol.conf.40.nu.14. vers.& tamen istud,lib.1.

Cæterum omnis prorsus cessat dubitandi scrupulus, stante quòd illi ijdem testes,qui deponunt de prætensa antidata deponunt etiam de veritate illorū delictorum,ex quibus processus formati fuere;nam cum certum sit,nunquam aliquid de falso redargui posse,quando veritas nō fuit immutata, l.quid sit falsum,ff.de fals.auth.de instr.caut.& fide in prin
22 cipio,falsum nulla ratione prætendi potest, quod habet primordium veritatis, textus est in l. cum filius,78.§.hæres meus, vbi Bart.Alber.Imol.& alij, ff.de leg.2.Dynus conf.38.num.13. Castr.conf.120. num.4.ante med.Gram.vot.26.num.12.Aym.conf. 46.num.8.Foller.in praxi crim.2.par.princ.in verb. item quod committit falsitatem, nu.35. Clar. §.falsum,num.34.Natt.conf.132.num.1.& seqq.& num. 6.Claud.Vaccar.post Carpan.ad Statut.Med.vol.2. tractat.de excus.à crim.falsi,num.92.Honded.conf. 99.num.37.post princ.lib.2.Surd.conf.173.num.50. lib. 2.

Quæ conclusio adeo est vera,quòd nedum testes deponentes aliquid sibi incognitum falsum minimè committere dicuntur,quando quod deponunt,est
23 verum, sed nec notarius falsum committit,quando in instrumento verum addit sibi incognitum, quamuis ea de re nec etiam sit rogatus,vt per Gabr.conf.169.num.15.ad med.lib.1.& Ancar. consil. 24.num.7.& Ias.conf.153.num.18.ante finem,vers. octauo facit,& num.19.propè finem,vers.ergo notarius,lib.2.

Quodque huic conclusioni etiam locus sit in casu positionis antidatæ,Menoch.conf.121. num.16.& 17.lib.2.

Et ratio quoque est euidens, cùm dato primordio veritatis,immutatio mediante antidata nec actu,
24 nec habitu sit nocibilis, & consequutiuè ob doli cessationem neque etiam locus sit pœnæ extra ordinem ex veriori,& magis recepta,Surd.decis.282. num.18.& seqq.Hond.conf.109.num.55.& seq.lib. 1.Becc.conf.78.num.15.& seqq. lib.1. Farin. quæst. 150.num.336.& 338.& conf.60. num. 10. & consil. 179.num.20.Hect.Felic.alleg.18.num.33.34.& seq. vbi de communi,& alleg.19.numer.19.par.1.& in actu, vel habitu nocibilibus propterea intelligendus sit,Farin.loquens de immutatione antidatæ, ead.quæst.150.num.99.

ARGVMENTVM.

De nullitate processus formati contra Archiepiscopum,non præcedente scilicet diffamatione, non expositis capitulis, super quibus erat inquirendum, non constito de corpore delicti,nec seruata forma Concilij Tridentini.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitio specialis est nulla non præcedente diffamatione,siue procedatur ad Partis instantiam, siue ex Iudicis officio.*

2 *In Commissione si Princeps non exprimat, quod sibi de fama constet, quamuis asserat,multorum clamores ad eum peruenisse, non tamen intelligitur derogare requisito probationis famæ. Et num. 4.*

3 *Fama debet præcedere inquisitionem,quando proceditur ex commissione Principis ad Partis postulationem.*

5 *Ad Inquisitionem specialem quando processum est non præcedente diffamatione, non attenduntur testes,neque ipsa confessio.*

6 *Ad Inquisitionem antequam possit contra Prælatum procedi,exponenda sunt ei capitula, de quibus est inquirendum.*

7 *Conciliaris dispositio eget speciali derogatione.*

8 *De Corpore delicti constare,debet antequam Iudex procedere possit,etiam si Princeps motu proprio mandauerit contra aliquem inquiri.*

9 *Episcopi non possunt citari nisi pro delictis,in quibus locus sit priuationi,vel depositioni.*

10 *Testes vt dicantur omni exceptione maiores, superare debent etiam quascumque friuolas exceptiones.*

11 *Testes quando à lege,vel à Statuto requiruntur omni exceptione maiores,debet ea qualitas articulari,& probari.*

12 *Instantia prima perit in criminalibus ob lapsum biennij de Iure tam ciuili,quam canonico.*

CONSILIVM CXXXXIV.

NVllitates processus fabricati contra D.Archiepiscopum sunt adeo claræ,& euidentes,vt eæ so-
1 sufficiant pro absolutoria.

Prima nullitas est,quia etiam in processibus,qui contra

ctra priuatos laicos super delictis non generaliter, sed specialiter contra certam personam fabricantur, non præcedenre diffamatione, de qua constet, omnia sunt nulla, & hanc regulam totus Mundus seruat, siue procedatur ad Partis querelam, & accusationem, siue etiam ex officio, Boss.tit.de inquisit.num.21.& tit.de indit.num.75.in fin.Marsil. in §.constante, num.22. cum alijs plurimis per Farin. quæst.9.num.4.cum num.1.& seqq.vbi etiam num. 5.quod fama, quæ præcedere debet, inquisitionem, simplex non est sufficiens, sed debet esse vehemẽs, & à clamosa insinuatione procedens, & numer.21. vers.verum ad hæc, quod etiam hodie ista diffamationis solemnitas seruatur, nec recessit ab aula, vt putauit Clar.quæst.6.quem repræhendit Rol.cons. 57.num.26.& seq.lib 4.saltem sub distinctione, vt opinio Clari intelligenda sit in generali informationum assumptione, non etiam, quando processus incohatur specialiter cõtra personam certam, vt cum hac distinctione transit, & testatur hanc esse communem intelligentiam, & ita etiam in Vrbe seruari, eod.num.21.vers.ego verò accuratè.

Huius autem conclusionis nulla est difficultas Iure canonum inspecto, non solum in processibus ratione excessuum clericorum, vt est textus in c. inquisitionis, 21. §. tertiæ dubitationis, ante med. vers.ad hæc respondemus, de accusat. cuius verba hæc sunt, nullum esse pro crimine, super quo aliqua non laboret infamia, seu clamosa insinuatio non processerit, puniendum, quinimmo super hoc depositiones contra eum recipi non debere, subiuncta per eumdem textum hac expressa ratione, quod inquisitio fieri debeat solummodo super illis, de quibus clamores aliqui processerunt, cum quo textu concordat etiam c.qualiter, & quando, 24.eod.tit.de accusat.

Sed multò magis, quando agitur de inquirendo contra Episcopum, vt est textus in c.cum oporteat, 19. de accus.vers.discretioni vestræ, ibi, nisi super prædictis famam ipsius læsam esse noueritis, de accus. & in d.c.qualiter, & quando, 24.post.princ. vbi etiã quod dispositio illius textus desumpta est ex Euãgelio, & Genesi, eod.tit.de accus.cuius etiam dispositio confirmatur à Concilio Tridentino sess. 24. c. 5. de reform.

Nec obstat prætextus, quod huic requisito derogetur tacitè ex commissione huius Causæ D. Episco-
2 po Martorani, tum quia ex simplici commissione Causæ Papa sine specifica expressione, quòd sibi de delicti fama constet, non intelligitur requisito prædicto dispensare, etiamquod assereret multorum clamorem ad eum peruenisse, vt pluribus ex communi comprobat Farin.quæst.9.num.13. vers. sub-
3 limita secundò, & præsertim cum commissio huius Causæ non emanauerit motu proprio, sed ad postulationem Partis, vt eodem numer.13.vers.sublimita primo, vbi etiam ex Gig. de crimin. læsæ maiest.lib.1.tit.qualiter in crimine læsæ maiest. proc. quæst.9.num.8.& seqq.quod si Papa, vel Imperator mandat contra aliquem inquiri, etiam fama non præcedente, tale rescriptum contra Ius censetur in dubio concessum propter importunitatem, & ideo præsumitur subreptitium, & expectanda est secunda iussio.

Tum etiam quia Sanctissimus in dicta commissione
4 non vtitur verbis assertiuis, puta dicendo, quia nobis constat, Archiepiscopum esse infamatum, sed solùm vtitur verbis narratiuis generalibus, scilicet, quia afferunt, nonnulla crimina, & delicta commisisse, hoc enim casu non obstante commissione, & mandato expresso Principis de inquirendo contra nominatum, necessariò præcedere debere diffamationis probationem post Io:Andr. Abb.Speculat.& alios, & in specie Io: de Anania firmantem, quòd licet Papa simpliciter committat inquisitionem, vtendo verbis assertiuis, intelligitur tamen commissioni tacitè in esse conditio si infamia præcedat in d.c.cum oporteat, 19.num.2.vbi etiam testatur, ita communiter teneri, de accus.firmat idem Farinac.d.quæst.9.num.13.vers.sublimita tertio.

Et probat idem text.in d.c.cum oporteat, 19. de accus.dum Papa, non obstante, quòd ex multis enormibus sibi contra Episcopum propositis Causam contra illum commisisset, tamen in dicto vers. discretioni vestræ, prohibet contra eumdem inquiri, nisi Iudices commissarij super prædictis famam ipsius læsam nouerint.

Quamobrem minimè dubitandum, quin in hoc casu,
5 quo processum fuit ad inquisitionem specialem super prætensis excessibus, de quibus contra D. Archiepiscopum minimè constat diffamationem præcessisse, testes examinati nullam prorsus fidem faciant, sed in totum reijci debeãt, cum immò nec aliquid faciant in casu, in quo plenè delictum probent, ac etiam, quando subsequitur confessio, vt plenè per Honded.conf.108.num.18.& seq.lib.1.

Secunda etiam est nullitas, quia antequam procedi
6 possit contra Prælatum ad inquisitionem, exponẽda sibi sunt illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, vt facultatem habeat defendendi seipsum, & non solùm dicta, sed nomina ipsa testium sunt ei, vt quid, & à quo sit dictum appareat, publicanda, vt etiam in verbis disponit textus in d.c.qualiter, & quando, 24.§.debet igitur, de accus. confirmato per Conc.Trid.d.sess.24.cap.5. de reformat. nam & huic requisito per simplicem Causæ commissionẽ minimè derogatum censeri potest ex præallegatis, & præcipuè cum dispositio dicti textus emanauerit sub Innocentio Tertio in Concilio generali; di-
7 spositio namque conciliaris eget speciali derogatione, nec sufficit generalis, c.ex parte 3.de capel. monac.Caputaq.decis.169.num.2.& decis.268. nu. 3.par.1.Cardin.Caualer.decis.229. num.4. & decis. 201.num.3.Reuerendissimus Coccinus decis. 279. num. 6.

Tertia est nullitas, quia processum fuit, non constito de corpore prætensorum excessuum; adeo enim
8 necessaria est iustificatio corporis delictorum, antequam Iudices procedere possint ad inquisitionem, vt neque etiam possint in casu, in quo Princeps motu proprio mandat, contra aliquem inquiri, quia intelligendus est motus proprius sub conditione, quatenus prius cõstet de corpore delicti, Brunor.à Sole in suo cons.crim.numer.143. vers.& hoc adeò verum, & sequitur Farin.quæst.2. num.1. ante finem.

Quarta est nullitas, quia cum commissio Sanctissimi sit generalis ratione nonnullorum criminum, & delictorum, & ex passiua Iuris interpretatione intelligi non posset, nisi de criminibus, & delictis, ex quibus, vbi vera fuissent, D. Archiepiscopus debu-
9 isset priuari, vel deponi disponente Conc.Trid.sess. 13.cap.6.de reformat.ante finem, Episcopus nisi ob causam, ex qua deponendi, siue priuandi venirent, etiam si ex officio, vel per inquisitionem, seu denũciationem, vel accusationem, siue alio quouis mo-

do procedatur, vt personaliter compareāt, nequaquam citari, vel moneri posse, nihilominus fuit ad Curiam occasione prædicta euocatus, Sbrozz. de offic. Vicarij, lib. 2. cap. 59. num. 1. vers. nec dicatur, Grat. discept. for. cap. 169. num. 15. prout etiam disponitur in eodem Concil. Trid. d. sess. 24. cap. 5. de reform. in princip.

Quinta demum est nullitas, quia nec seruata fuit forma Tridentini d. sess. 13. cap. 7. de reform. quatenus expresse disponit, testes in Causa criminali ad informationem, vel inditia, seu alias in Causa principali contra Episcopum, nisi contestes, & bonæ conuersationis, existimationis, & famæ fuerint, recipi non debere; testes autem in casu, de quo agitur, nō solùm fuerunt recepti contra dicti Concilij dispositionem, quia testes ad hoc, vt dicantur omni ex-
10 ceptione maiores, superare debēt omnes, & quascumque etiam friuolas exceptiones, adeout nulla sibi macula impingi possit, Rot. decis. 84. num. 5. in fine, par. 4. rec. & sunt textus clari in c. testes 39. & c. clericos, 49. & c. sacerdotes, 51. & cap. sequenti, 2. quæst. 7.

Sed quia neque etiam hæc qualitas nedum minimè
11 fuit probata, vt de Iure requiritur, sed nec etiam articulata, prout etiam de Iure est necesse, quando huiusmodi qualitas expressè requiritur à lege, vel Statuto, Farinac. attestans de communi, de testib. quæst. 62 num. 14. cum num. 12. & num. 6. 7. & seqq. & plenè per Honded. cons. 77. num. 26. & seq. & cōs. 33. num. 10. lib. 2.

Et huiusmodi nullitates eo magis attendendæ, quo
12 etiam in criminalibus ob lapsum biennij perit prima instantia, & consequutiuè actio non solum ex dispositione Iuris ciuilis, ex textu in l. 1. cum glo. in verbo, statutum, & l. fin. C. vt intra certum tempus criminalis quæstio terminetur, sed etiam ex dispositione Iuris canonici; quamuis enim hoc Iure instantia sit perpetua, tamen communiter hoc non recipitur in criminalibus, vt testatur Io. de Anan. in d. c. qualiter, & quando, 24. nu. 6. post prin. vers. & aduertas, de accusat. Clar. quæst. 51. num. 8. ad med. cum alijs per Guazzinum defens. 2. cap. 6. num. 3. in princ. & vers. secundo amplia; adeout licet in Causa ciuili liceat de nouo instituere iudiciū, tamen in criminali, si accusator permisit instantiā labi, dicitur taliter destitisse à iudicio, vt non possit de nouo accusare, Surd. cons. 199. num. 1. Giurb. firmans perire omnia acta, tam ordinatoria, quàm decisoria, & probatoria, cons. 18. numer. 24. vers. ac proinde.

ARGVMENTVM.

An Ordinarius, qui contra Commissariū Superiorum processit, eumque carcerari mandauit, excusetur à criminalitate, allegans, quod sibi non fuerint ostensæ litteræ patentes commissionis.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio pendet à præsentatione rescripti.*
2 *Officiali Principis non est credēdum sine litterarumque ostensione.*
3 *Testis dubitatiuè deponens non probat.*
4 *Testis non probat, quando alius ab eo in contestē adductus contrarium deponit.*
5 *Officiali inquirenti ex mandato Superioris creditur, quando Superior est præsens in loco, itaut ad eum pateat aditus recurrendi.*
6 *Contrariorum idem debet esse iudicium.*
7 *Iudicibus vti non licet mendacijs, quamuis liceat quandoque vti simulationibus ad veritatem detegendam.*
8 *Iudex delegatus à Principe in excedentibus limites iurisdictionis sibi attributæ puniri potest à Iudice ordinario.*
9 *Concussio non datur sine extorsione pecuniæ ad propriam vtilitatem.*
10 *Concussio non datur sine illatione metus.*
11 *Concussio cessat, quando vexationis timor, vel vexatio ipsa non est indebita.*
12 *Clerici coniugati subsunt in criminalibus iurisdictioni Ecclesiasticæ.*
13 *Exactio vigore alicuius obligationis, vel contractus importat ratificationem.*

CONSILIVM CXXXXV.

Obiecta aduersus D. Episcopum delictorum nomen minimè merentur, ac propterea locus est absolutoriæ.

Primum namque desumptum ex carceratione D. Commissarij excluditur, dum exaduerso nullatenus docetur, D. Episcopum fuisse certioratum, illū fuisse talem, qualem prætenditur se fecisse, mediante præsentatione litterarum assertæ eius facultatis ipsi Episcopo, quia non dubitatur, quin iurisdictio
1 pendeat à præsentatione rescripti, vndè si nullum præsentetur, nullam quis habeat iurisdictionem, vt firmat Rot. decis. 25. n. 5. par. 1. diuers.

Traditur namque pro regula, nec etiam officialibus
2 Principum esse credendum sine litteris, earumque ostensione, Bart. in l. prohibitum, 5. num. 1. C. de iur. Fisc. lib. 10. ex textu in l. vnica, C. de mand. Princip. Vant. de nullit. ex defect. iurisdict. num. 16. & 17. vbi quòd nec dicenti, se delegatum Sedis Apostolicæ credendum est, nisi de mandato Apostolico doceat oculata fide, etiam quod esset magnus Officialis, & in alta dignitate constitutus, adeout nec etiā credendum sit Nuntijs Sedis Apostolicæ, vel Legatis Principum, nisi litteras suarum facultatū ostendant, vt ex alijs pluribus per Carolum de Graffis tract. de effect. cleric. effect. 1. num. 35.

Neque in facto dicitur subsistere, Vicarium, & cancellarium D. Episcopi deposuisse, assertas litteras patentes deputationis dicti D. Commissarij fuisse D. Episcopo ostensas, quia cancellarius dicitur solum deponere, il Vicario mi disse, ch'il Sig. Gio. Battista gli haueua mostrato la patente, se bene mi ri-
3 cordo, talis autem depositio tanquam dubitatiua nedum nihil facit, vt per Farin. de testib. quæst. 68. in 7. ampl. num. 11.

Sed prorsus euanescit, dum allegat in contestem ipsum Vicarium, qui contrarium circa ostensionem prædictam deponit, dum inquit, haueua in mano non sò che scritture, ò carta pecora, e mi disse, se le voleuo vedere, & io li risposi, ch'io non m'intri-
4 gauo; testis namque qui habet contradicentem, prosternitur, si ab eo adducitur pro conteste, Cardin. Mantica decis. 317. n. 8.

Nullaque videtur difficultas hoc casu ex qualitate depositionis ipsius Vicarij, dum ex ea liquet non recu-

recusasse videre dictas litteras patentes,nisi ex sub
iuncta ratione,expressim declarata per verba præ-
dicta,rispósi,ch'io non m'intrigauo , etenim qua
5 ratione recepta est conclusio,quod officialibus, &
ministris Iustitiæ inquirentibus de mandato,& or-
dine Superiorum est credendum,quando Superio-
res ipsi sunt in loco,ad quos tertius grauatus , vel
alius pro eo possit accedere , & certificari de ipso
ordine,& mandato per officiales allegato , Caball.
resol.crim.casu 26.num.1.& seqq.Decian.tract.cri
min.lib.4.cap.26.tit.Delegato,num. 58. eadem de
bebat D.Commissarius, stante dicta responsione
Vicarij accedere ad D.Episcopum,& ipsimet asser-
tas suas litteras patentales ostendere ex regula
6 certa, quòd contrariorum idem debet esse indi-
cium,Rot.decis.230.num.2.in fine,& decis.456.nu.
1.par.3.recent.

Semota verò exhibitione assertarum litterarum pa-
tentium ipsi Episcopo, carceratio prædicta nulla
ratione ascribi potest delicto, tum quia propterea
faciens sese delegatum,vel deputatum remanebat
persona priuata ex præallegatis; tum quia in dicta
carceratione supponitur,ex facto iustificari,plures
concurrisse causas ad fauorem Episcopi, & signan-
ter, quòd non solum idem carceratus se fecerat
commissarium tribunalis Sanctissimæ Inquisitio-
nis in Ciuitate,& Diœcesi dicti Episcopi , absque
vllius auctoritatis realitate,& sub hoc minus vero
prætextu Erasmum in carceribus Episcopatus de
ordine expresso Sacræ Consultæ detentum extra-
xit, siquidem neque etiam ipsis Sancti Officij In-
quisitoribus,& si liceat ad finem detegendæ veri-
7 tatis vti fictionibus,& simulationibus , tamen mi-
nimè liceat vti mendacijs, quia non sint facienda
mala,vt veniant bona,& mentiri semper sit illici-
tum firmat R. P. D.Penia in tertia parte directorij
Inquisitionum, comment. 23. col. 2. ad med. vers.
dando sit,fol.462.alias mihi fol.435. quem sequu-
tus est etiam in qualibet materia , Farinac.consil.
83.num.7.ante fin. lib. 1. & quæst. 81. numer. 309.
ad med.

Sed quod etiam idem carceratus carcerari fecerat
Archidiaconum subcollectorem Apostolicum , &
famulum ipsius Episcopi,siquidem quod etiam Iu-
8 dex delegatus à Principe in excedentibus limites
iurisdictionis sibi attributæ nedum corrigi,sed pu-
niri etiam possit à Iudice ordinario firmant Bella-
pertica in auth.qua in Prouincia,col.penult.in fin.
vers.pone Delegatus Papæ,& colum.fin.ante med.
vers.Imperator dat iurisdictionem,C.vbi de crimi
ne agi oportet,eumque sequuntur Caball. resolut.
crim.casu 53.num.1.& seqq.alijque per Farinac.in
2.par.fragm.crim.in verb. Iudex delegatus à Prin-
cipe, vel à Papa,n.973.& seq.

Secundum prætensæ concussionis non etiam afficit,
quia præter id,quod termini criminis concussionis
minimè applicabiles sunt casui, quo officiales oc-
9 casione dignitatis,vel officij nihil concernens pro
priam vtilitatem,extorquent,vt per Farin. quæst.
111.num.39.& seq.minusque quando ex cessatio-
10 ne grauaminis cessat incussio timorationis,& me-
tus, vt num.43.obiectum cessat hoc casu,quia nun-
11 quam locus est concussioni , quando vexationis
timor,vel vexatio ipsa non constat,quòd fuerit in-
debita,Farin.eadem quæst.111.num.42.

Tertium denique minus crimen prætendi potest,
quoniam nullatenus probatur , transmisionem
Erasmi ad locum Columnellæ, Regni Neapolitani
fuisse de Episcopi mandato ad effectum ne amplius
perueniret ad manus A. C. quinimmò nec proba-
tio aliqua,si quæ adesset suffragari ad hoc posset,
cum non solum locus prædictus esset de Diœcesi
eiusdem Episcopi,sed Erasmus prædictus esset cle-
ricus coniugatus,atque ex hac ratione SacraCon-
sulta ordinasset,illum ab eodem Episcopo custodi-
12 ri,quandoquidem ex hoc ipso apparet A.C.etiam
eo loci iurisdictionem suam semper exercere po-
tuisse,ex c.vnico,de cler.coniug.in 6. cum alijs per
Farin.quæst.8.n.6.& seq.

Neque crimen,aut excessus aliquis Episcopo impu-
tari potest,quod in loco prædicto non adessent car
ceres,& exinde Erasmus aufugerit, quia ex actis
constat DD.Episcopos solitos fuisse ad dictum lo-
cum transmittere carceratos deputatis mansioni-
bus Parochi loco carceris sub eiusdem custodia,&
in hoc casu non solum D. Episcopum deputasse
aliam quoque custodiam,sed curasse , quod idem
Erasmus cum effectu prestaret,prout præstitit fide-
iussorem de tuto carcere , cessatque omnis pror-
13 sus imputatio dum constat Curiam ipsam A.C.
hanc pœnam scut. 500. conuentionalem ratione
dictæ fugæ exegisse,ac propterea illam approbasse,
ratamque habuisse,Bald.cons.184.nu.5.lib.2.Aym.
cons.55.num.5.Crescent.decis.54. alias prima, de
Procurator.

ARGVMENTVM.

De eadem re, cum responsione ad depositiones testium in contrarium examinatorum.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriam quis pati potest per se,vel per alium.*
2 *Socius itineris non potest esse testis iniuriæ illatæ socio,quando eam sibi quoque ad animum reuocauit.*
3 *Testis singularis non probat.*
4 *Exhibitio scripturæ alicui facta non concludit in eo scientiam certam tenoris.*
5 *Scientia certa tenoris ad effectum pœnæ probanda est concludenter,nec sufficit præsumptiua.*
6 *Commissarius tenetur ostendere litteras suæ commissionis extra locum, in quo Princeps non est præsens.*
7 *Testis æquiuoca depositio non releuat.*
8 *Vocatio alicuius sub certæ qualitatis expressione, quando applicabilis est alijs causis non est trahēda ad inclusionem delicti.*
9 *Vocatio alicuius vti clerici intelligitur demonstratiuè,non autem taxatiuè.*

CONSILIVM CXXXXVI.

SCripsi in alia,& pluribus auctoritatibus comprobaui,delegatum Principis volentem iurisdictionem exercere aduersus iurisdictionem Ordinarij, non exhibitis formaliter litteris suæ delegationis reputari personam priuatam,ac propterea carcerationem D.Commissarij præsertim alijs causis extrà assertam delegationem concurrentibus nulla ratione prætendi posse punibilem.

Quibus non obstat depositio Dionisij,quia in eo, in

quo ex Parte Curiæ ponderatur,nihil facit,cum ex
ferie eiusdem depositionis nedum constet de affe-
ctu erga dictum D.Commissarium, quamobrem
iniuria,quam ipse Commissarius prætendit sibi fa-
1 ctam,censetur etiam facta ipsi Dionisio,l.1. §.item
aut per semetipsum,ff.de iniur.Dyn.in l.si non con
uitij,num.7.in 4.quæst.princ.C.eod.tit.de iniur.sed
ipsum tanquam notarium eiusdem Commissarij
2 fuisse sibi socium itineris; quamuis enim solus iti-
neris socius possit esse testis iniuriæ illatæ socio,ta-
men secus est,quando liquet,sicut liquet hoc casu
ex eadem depositione,quod iniuriam prædictam
ad animum reuocauit,quia tunc non potest desu-
per testimonium ferre,Bald.in l.quoniam liberi,n.
4.vers.nisi iniuriam reuocauerit ad animum, ibi-
que Salicet.num.8.C.de testib. cum alijs per Farin.
de testib.quæst.60.numer.403.& quæstion.105.nu-
mer.286.

Ac præterea,quia non solum est singularis, dum di-
3 xit,quando il Sig.Gio:Battista parlò con il Vesco-
uo,& hebbe con lui li discorsi,ch'io hò detto,non
ci furono presenti altri,che io, che stauo alla por-
tiera della camera,Farin.de testib. quæst.64. num.
28.& 33.

Sed maximè eiusdem depositio coadiuuat veritatem non exhibitionis litterarum patentium, dum deposuit,soggiungendomi di più,che non sapeua,che ci fossimo noi altri.

Neque etiam obstant depositiones Vicarij, & Can-
cellarij ipsius Episcopi, nec quatenus deponunt
audiuisse à D.Io:Baptista,ipsum esse Commissariũ,
& præ manibus habuisse non sò che scrittura,ò car
ta pecora,quia ex tali demonstratione non resul-
4 tat etiam in ipsis Vicario,& Cancellario, nedum
in ipso Episcopo scientia certa illius tenoris, Rot.
5 decis.553.num.5.par.3.recent.nullaque est difficul-
tas,quin ad incurrendam pœnam scientia tenoris
debeat probari concludenter,nec sufficiens sit pro
batio præsumptiua,Farin.cons.125.numer.8.propè
finem,vers.ad inducendam,lib.2.Buratt.decis.282.
num.10.Duran.decis.426.n.16.& seq.

Nec quatenus Vicarius deponit D. Commissarium
voluisse sibi ostendere ordines,quia dum idem sta-
tim subiungit,io gl'haueuo risposto,ch'andasse da
Monsignor Vescouo,& è ben vero,che Monsigno-
re la prima volta,ch'io gli lo dissi,mi rispose,quan-
do io vedrò gl'ordini,forse non saranno come que-
sti,ch'io hò, ouero non saranno di pregiuditio a
questi, ch'io hò della Consulta,eo magis teneba-
6 tur Commissarius suas assertas delegationis litte-
ras ipsi D.Episcopo ocularitér exhibere,cum esset
in eodem loco; adeout facillimè esset exhibitio,vt
in terminis forcio... per Decian. ... tit.
de delegato,numer 58.& Caballum resol.20.num.
1.& seqq.

Minusque aliquid faciunt duo famuli ipsius Episcopi,
quatenus dicuntur deponere, quod D. Episcopus
vocauit D.Io:Baptistam Commissarium, quia nun-
cupatio,de qua loquitur Georgius fuit postquam
idem D. Io:Baptista fuit de mandato D. Episcopi
7 excarceratus,& de eodem tempore cum possit in-
telligi depositio Dominici de ...is, vtique hæc
etiam tanquam æquiuoca minus releuat, Rot.de-
cis.506 num.1.vers.neque obstant testes,& nu. seq.
par.1.diuers.

Ac præterea quia quomodocumque depositiones
8 istæ intelligantur non obstant, cum nuncupatio
prædicta intelligenda sit ad exclusionem delicti
de vocatione ratione dignitatis Commissarij applicabilis alijs causis præter istam,de qua quæritur honoris causa,Roman.cons.343.num.11.

Quamobrem nuncupatio Papæ alicuius vti clerici
9 intelligitur solum demonstratiuè, non autem ta-
xatiuè,vt per Rotam apud Greg.decis.516.n.8.

ARGVMENTVM:

Inquisitus de vsurpata iurisdictione,& de simonia, qui valde non sit inditijs grauatus,an relaxari debeat sub fideiussione de se repræsentando, & præsertim si sit nobilis,& dignitate præditus.

SVMMARIVM.

1 *Habilitatio sub fideiussione de se repræsentando conceditur Reo non confesso, neque conuicto in Causis,in quibus non imponitur pœna corporalis.*
2 *Reus non habens fideiussorem admittitur ad cautionem iuratoriam, quando in processu non est multum grauatus.*
3 *Clerici,& in dignitate constituti facilius habilitantur sub fideiussione,quando inditia delicti nõ sunt releuantia.*
4 *Qualitas nunquam datur sine substantia entis.*
5 *In Simoniæ crimine de Iure nulla corporalis pœna imponitur.*
6 *Testis de auditu non probat in criminalibus.*
7 *In Simoniæ crimine testes singulares neque etiam coniuncti cum fama probant.*
8 *Simonia non probatur per testes mediatores, & participes.*
9 *Testis confitens se recepisse,& quod recepit,alteri tradidisse,non probat vti deponens ad sui exonerationem.*

CONSILIVM CXXXXVII.

IVxta Iuris regulas Illustrissimus, & Reuerendissi-
mus D.Archiepiscopus,qui hactenus loco carce-
ris in Conuentu B.Mariæ de Populo detinetur,ha-
bilitandus saltem videtur sub fideiussione de non
1 discedendo ab Vrbe,& de se repræsentando, quo-
niam hæc habilitatio regulariter est concedenda
prætenso Reo non confesso, nec conuicto in Cau-
sis,in quibus non venit imponenda pœna corpo-
ralis,cum in alijs casibus aliæ pœnæ per huiusmodi
habilitationem non eludantur,Bart.in l. 1. num 1.
ante fin.ff.de custod.Reor.Bald.in l.2.num.3. C. de
exhib.Reis,præcipuè nobilibus, & in dignitate
constitutis,l.1.& l.Diuus Pius,3.ff.de custod. Reor.
Boss.tit.de carcerato fideiussoribus cõmittẽdo,
& quibus modis carceres euitari possint,Ioan.de
Anan.in c.fin.num.26.ibique Felin.num.10. de ac-
cusat.Farin.plurimis ex communi, & receptissima
sententia congerens,quæst.33. num.1. vbi etiam
num.7.quod Iudices recusantes iniuriam inferre
dicuntur,& num.43.& 44.cum nu.47. quod etiam
2 in criminalibus non habens fideiussorem admit-
tendus est ad cautionem iuratoriam,quãdo Reus
assertus in processu non est multum grauatus,nec
ob impotentiam inueniendi fideiussorem in car-
ceri-

ceribus marcescat.

Ex hac autem regula cum facilius admittenda sit in
3 clericis pro eiusmodi habilitatione instantibus, maximè admitti debet in Archiepiscopali dignitate cum nobilitate maxima coniuncta, Foller. in pract. crim. canon. in verb. & in carceribus mancipatis, cap. 12. num. 6. Farin. d. quæstion. 33. numer. 2. Guazzin. tract. ad defens. in 6. defens. cap. 1. n. 33.

In casu autem, de quo quæritur, nedum minime prætendi potest, in hac Causa agi posse de pœna corporali ex prætensorum excessuum qualitate, sed nec etiam de assertorum inditiorum releuantia, supposito, quod agatur, primo de crimine vsurpatæ iurisdictionis ex causa assertæ dispensationis ad matrimonium contrahendum inter compatrem, & commatrem, & secundo de crimine collationis ordinis simoniacè.

Quod enim attinet ad assertam dispensationem, quia processus in hac parte caret subiecto, cum de prætensa dispensatione nullatenus constet, & subiecto deficiente, crimen exinde elicitum funditus excluditur, vnde nulla prætendi possunt inditia ex con-
4 clusione certa, quòd qualitas nunquam dari potest sine substantia entis, vt ad inditiorum exclusionem hoc casu firmant Boss. de delict. numer. 26. ante finem, vers. nam, qui vult probare, Baldus dicens, neque totum Mundum probare posse accidētia delicti sine subiecto, vt quia accidentis esse sit ipsum inesse, cons. 465. num. 1. 2. 3. & seq. lib. 4. Paris. cons. 167. num. 1. in fine, lib. 4. Gram. cons. crim. 36. num. 8. post med. vers. & sic. Caball. resol. crimin. cas. 286. n. 3. & seq.

Quod verò attinet ad secundum caput prætensæ simoniæ in ordinum collatione, quia in crimine simoniæ sa. me. Pius Quintus, licèt in Constitutione 5. in nouo Bullario, tom. 2. §. 8. in principio, Constitutionem Pauli Secundi, quæ est 2. in extrauagantibus communibus, sub tit. de simonia contra sacros ordines recipientes, & beneficia assequentes simoniacè innouauerit, & in vers. quicumque igitur, de simonia conuictos in sacris ordinibus consequendis ab eorum exequutione per decennium eo ipso suspenderit, & per annum carceri mancipari voluerit, & in vers. qui dignitates, & in vers. qui beneficium, disposuerit, ac quirentes dignitates Ecclesiasticas, ac Ecclesiastica beneficia per simoniam illis ipso Iure priuari, & ad fructuum omnium perceptorum restitutionem teneri, & in vers. si quis autem, de tali crimine commisso conuictum pluries voluerit etiam præter supradictas pœnas corporaliter puniri; attamen in fine eiusdem §. 8. vers. qui verò ordines, & beneficia, declarauit, quòd qui eos, & ea contulerint pœnis a Iure statutis puniantur.

De Iure verò, vt patet in c. si quis Episcopus, 8. & cap.
5 quicumque sacros ordines, 12. & c. nullus Episcopus, 100. & alijs, ac c. si quis ordinauerit, 45. de simonia nulla corporalis pœna imponitur, vt etiam per Diuum Thom. 2. 2. quæst. 100 art. 6. post vers. ad primum, vers. si verò fit simoniacus, qui contulit, & alios plures tria tempora in hoc distinguendo colligit Suarez de Relig. lib. 4. de simonia, cap. 56. tit. de suspensione, vers. superest, vt dicamus de conferentibus.

Hæc autem dubitationem minime pati possunt saltē probabilem, dum nedum dictus D. Archiepiscopus neque confessus, neque conuictus ex processu apparet, sed neque inditia prætensa censeri possunt alicuius considerationis, dum testes, qui pro Curiæ informatione fuerunt recepti, nihil prorsus per
6 sensum visus, & scientiæ causam, sed de solo auditu ab alijs circa assertam pecuniarum, & munerum receptionem ab Archiepiscopo deponunt, Greg. decis. 517. num. 14. & seq. suntque etiam singulares,
7 qui in hac materia simoniæ neque etiam coniuncti cum fama probant, Put. decis. 171. in fine, alias 167. num. 6. lib. 2. in correctis, Seraphin. decis. 1029. num. 11.

Qui verò deponit, se pecunias ipsi Archiepiscopo tā-
8 quam mediatorem tradidisse, nihil prorsus facit, dum se facit socium criminis, & fatetur nedum pecuniarum, & munerum partem, sed totum ad suas manus peruenisse, & præcipuè dum agitur criminaliter, ex textu in his terminis in c. 1. cum glo. in verb. mediatorem, de testib. lib. 6.

Neque enim fidem aliquam meretur confitens se
9 accepisse, & quod accepisse confitetur, alteri tradidisse, cùm hæc sit depositio ad sui ipsius exonerationem, Rot. decis. 303. num. 3. par. 2. & decis. 644. num. 2. par. 3. recent.

ARGVMENTVM.

De pluribus nullitatibus processus formati contra Archiepiscopum ex defectu iurisdictionis, & diffamationis, & probationis prætensorum delictorum.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi non possunt criminaliter molestari, nisi ex Causa, in qua sit locus priuationi, aut depositioni.*
2 *Episcopi residentes non possunt pro quocumque delicto trahi ad Curiam Romanam, nisi ex Commissione speciali signata manu Sanctissimi.*
3 *Assertio A.C. non suffragatur ad supplendam formam requisitam in Constitutione Sanctissimi.*
4 *Commissionis verba dispositiua, non etiam narratiua Partis attenduntur.*
5 *Nullitas ex defectu iurisdictionis non sanatur.*
6 *Mandatum Ciuitatis constitui debet in publico Consilio à maiori parte consiliariorum descriptis nominibus.*
7 *Notario attestanti de actu præterito non creditur.*
8 *Inquisitio specialis nulla est sine præcedente diffamatione, siue procedatur ad Partis accusationem, siue ex officio Iudicis.*
9 *Commissio inquirendi contra aliquem non derogat requisito diffamationis. Et præsertim quando emanauit ad supplicationem instigantis. Vt numer. 10.*
11 *Testes, & probationes delicti patiuntur defectum nullitatis diffamatione non præcedente.*
12 *Prælatis, antequam possit contra eos inquiri, exponenda sunt capitula inquisitionis cum nominibus testium, vt facultatem habeant se defendendi. Et num. 20.*
13 *Conciliaris dispositio eget speciali derogatione.*
14 *De Corpore delicti cōstare debet, etiam si Princeps motu proprio mandet contra aliquem inquiri.*

15 Te-

15 *Testes vbi requiruntur omni exceptione maiores, debet ea qualitas articulari, & probari.*
16 *Testes non repetiti in criminalibus non probant.*
17 *Acta sunt nulla post recusationem Iudicis ex allegata suspicione, cum interposita appellatione.*
18 *Copia processus attenditur stante omissione originalis.*
19 *Commissarius tenetur ostendere litteras commissionis, alioquin non potest iurisdictionem exercere.*
21 *Testis, qui longam patitur carcerationem præsumitur detentus, vt tædio affectus deponat ea, quæ deponere recusat.*
22 *Concussio cessat cessante illatione metus, & receptione pecuniæ ad commodum prætensi concutientis.*
23 *Extorsio cessat, quando non datur alicuius indebita vexatio.*

CONSILIVM CXXXXVIII.

TRansmissio Commissarij ab A.C. contra D. Archiepiscopum, ac processus ab eo formati euidentissimis nullitatibus adeo laborant, vt non obstante prætensa sententia condemnatoria contra eumdem lata perindè, ac si lata non esset Iure merito censendus sit in statu absolutionis.

Certum namque est, quòd contra Episcopos extra
1 suam Diœcesim residentes, ex dispositione Sacri Concilij Tridentini sess. 13. cap. 6. procedi non potest, vt personaliter compareant, neque citari, aut moneri etiam ex officio, aut per inquisitionem, seu denunciationem, vel accusationem, nisi ob causã, ex qua deponendi, aut priuandi venirent.

Quodque Episcopi in sua Diœcesi residentes, etiam
2 prætextu quorumcumque delictorum, & excessuum atrociorum etiam hæresi, & læsæ maiestatis per eos quomodolibet commissorum ad comparendum personaliter in Romana Curia per quoscumque Iudices ordinarios, vel delegatos, etiam S.R.E. Cardinales, nisi vigore specialis commissionis manu Pontificis pro tempore existentis signatæ trahi, aut citari non possunt, sic namque statuit expresse fa. me. Pius Quartus in Constitutione 10. §. 3. incip. eosdem autem, in nouo Bullario tom. 2. fol. 20. prout etiam per Paris. de resignat. lib. 1. qu. 10. num. 38. & seq. & Gonzales ad regul. 8. Cancell. glo. 41. num. 4. & 5. & de necessaria commissione signata manu Papæ, etiam Trident. sess. 24. cap. 5. de reformat.

Atque hinc nullatenus afficit, quòd in litteris paten-
3 tibus Commissarij dictum fuerit per A.C. facto per nos super hoc verbo cum Sanctissimo D.N. Vrbano Octauo, nam stante contraria dispositione prædicta Pij Quarti, assertio A.C. nullatenus afficit, Caputaq. decis. 93. num. 2. par. 1. Seraphin. decis. 142. num. 1. post princip. vers. tamen placuit limitatio.

Minusque afficit commissio Sanctissimi, quæ postea
4 superuenit, quia in dispositiua eiusdem, quæ sola non etiam narratiua instigatorum est attendenda, Seraphin. decis. 330. num. 3. Sanctissimus concessit solam facultatem Archiepiscopum arrestandi, ex quo tunc erat in Curia, & quoad Commissarij transmissionem concessit facultatem transmittendi, vel Iudicem deputandi pro compilando proces-
5 su, non autem per transmissum vllatenus processũ antea fabricatum sanauit, nec sanasse censeri potest, cum nullitas fuerit ex defectu iurisdictionis, Cardin. Caualcr. decis. 40. num. 2.

Sed, & plures aliæ nullitates totius processus sunt tales, vt nulla prorsus illius consideratio haberi possit.

Primò enim, quatenus processus fabricatus dicitur ad querelam Ioannis Francisci tanquam Procuratoris ad querelandum D. Archiepiscopum constituti à quatuor asserentibus se deputatos à consilio Ciuitatis, nullitas huius mandati patens est, dum
6 de asserta deputatione minimè constitit, prout necessariò requirebatur cum descriptione singulariũ personarum consilij constituentium maiorẽ consiliariorum partem in consilio legitimè congregato, vt in terminis mandati, per Bald. in l. nulli, nu. 2. ff. quod cuiusque vniuers. nom. & Caputaq. decis. 190. num. 2. par. 2. Rot. decis. 133. num. 6. & seq. par. 5. recent.

Et præsertim hoc casu, quo aliàs D. Archiepiscopus iniustissima persequutione vexatus fuit, prout demonstrat sententia ad eius fauorem lata sub 25. Mensis Septembris 1628. per tunc A.C. facto etiam verbo cum Sanctissimo, de eiusque ordine, & mandato, nam propterea magis requirendum erat legitimum mandatum, cum vt inquit textus in l. nulli, 3. ff. quod cuiusque vniuers. nom. nulli permittatur nomine Ciuitatis, vel Curiæ experiri, nisi ei, cui lex permittit, aut lege cessante Ordo dedit.

Idque eo etiam magis, quo Ciuitas per eius litteras sæpius attestata fuit, eam non fuisse, nec esse dictæ persequutionis sensus, idemque attestati fuerunt eiusdem Ciuitatis decuriones; ideoque magis quoque applicari poterat, l. 2. C. de decur. lib. 10. & l. 2. ff. de decret. ab Ord. fac. cum alijs per Losæum de iur. vniu. par. 1. cap. 3. num. 66.

Neque aliquid facit, quòd notarius de prædicto mãdato rogatus asseruerit, sibi benè constare de præ-
7 dicta deputatione in publico consilio, nam notario attestanti de actu præterito non creditur. Rot. decis. 187. numer. 2. par. 2. recent. Buratt. decis. 688. num. 10.

Secundo quia quatenus prætendatur subsistentia processus tanquam per inquisitionem, neque illa hoc casu à nullitate saluari potest, quia etiam vbi inquiritur contra personam particularem, fabrica-
8 tio processus non præcedente diffamatione, de qua constet, nulla est, & hanc regulam totus mundus seruat, siue procedatur ad Partis querelam, & accusationem, siue etiam ex officio, Boss. tit. de inquis. numer. 21. & tit. de indit. numer. 75. in fine, Marsil. in praxi, §. constante, num. 32. cum alijs plurimis per Farin. quæst. 9. num. 4. cum num. 1. & seqq. vbi etiam num. 5. quod fama, quæ præcedere debet inquisitionem, simplex non est sufficiens, sed debet esse vehemens, & à clamosa insinuatione procedere, & num. 21. vers. verum ad hæc, quod etiam hodie hæc diffamationis solemnitas seruatur, nec recessit ab Aula, vt putauit Clarus quæst. 6. quem repræhendit Rol. conf. 57. num. 26. & seq. lib. 4. saltem sub distinctione, vt opinio Clari intelligenda sit in generali informationum assumptione, non etiam cum processus incohatur specialiter cõtra personam certam, vt cum hac distinctione transit, & testatur, hanc esse communem intelligentiam, & ita etiam in Vrbe seruari, eod. nu. 21. vers. egò vero accurate.

Huius autem conclusionis nulla est difficultas etiam iure canonico inspecto, non solum in processibus ratio-

ratione excessuum clericorum, ex textu in cap. inquisitionis, 21. §. tertiæ dubitationis, ante med. vers. ad hæc respondemus, & c. qualiter, & quando, 24. de accusat. sed fortius, quando agitur de inquirendo contra Episcopum, ex c. cum oporteat, 19. de accusat. in vers. discretioni vestræ, ibi nisi super prædictis famam ipsius læsam esse noueritis, & in d. c. qualiter, & quando, 24. post princ. vbi etiam quod dispositio illius textus desumpta est ex Euãgelio, & Genesi eod. tit. de accusat. & hæc quoque dispositio confirmatur à Tridentino sess. 24. cap. 5. de reformat.

9 Adeout neque huic requisito censeatur per Papã dispensatum ex commissione Causæ cõtra Episcopũ, vt per Farin. quæst. 9. n. 13. vers. sublimita secũ-
10 do, & præcipue dum commissio Causæ non fuit motu proprio, sed ad Partis instigantis supplicationem, vt eod. num. 13. vers. sublimita primo.

11 Neque etiam testes, & probationes excessuum prætensorum non præcedente diffamationis probatione in aliquo prorsus gradu afficiunt, sed omnino nullitatis defectum patiuntur, vt plene per Honded. cons. 108. num. 8. & seq. lib. 1.

Tertio quia de nullitate totius processus cõstat, quia
12 prius quam procedi possit aduersus Prælatos ad inquisitionem exponenda sunt illa capitula, de quibus fuerit assumenda inquisitio, vt facultatem habeat se ipsum defendendi, & hæc expositio non debet simplex procedere, sed etiam cum nominibus testium, qui examinari intenduntur, prout etiam disponit textus in d. cap. qualiter, & quando, §. debet igitur, de accus.

Nam neque huic requisito derogatũ censetur per solam Causæ commissionem, & præsertim cum dispositio dicti textus emanauerit sub Innocentio Tertio in Concilio generali, ex quo dispositio cõ-
13 ciliaris eget speciali derogatione, nec generalis est sufficiens, c. ex parte, 3. de cappell. monac. Caputaq. decis. 16. num. 2. & decis. 268. numer. 3. par. 1. Card. Caualer. decis. 229. nu. 4. & decis. 201. nu. 3. bo. me. Coccinus decis. 279. num. 6.

Quarta est nullitas, quia processum fuit, non constito de corpore assertorum delictorum, & signanter eorum, quorum post factum remanent vestigia, qualia sunt prætensa virginum stupra, eoque magis, quo dantur earumdem attestationes contrariæ iuratæ.

14 Adeo enim necessaria est iustificatio corporis delictorum antequam Iudices procedere possint, vt neque etiam sufficiat Principem motu proprio mandare contra aliquem inquiri, nam intelligẽdus est motus proprius sub conditione, quatenus prius constet de delicti corpore, Brunor. à Sole in suo cons. crim. num. 431. vers. & hoc adeo, & sequitur Farin. quæst. 2. num. 1. ante fin.

Quinta etiam est nullitas, quia nec seruata fuit forma, quam Tridentinum statuit d. sess. 13. cap. 7. de reform. cum enim in verbis statuat, quod in Causa criminali ad informationem, vel inditia, seu alias contra Episcopum non sint recipiendi testes, nisi contestes, & bonæ conuersationis, existimationis, & famæ, testes, qui prætenduntur examinati, nihil faciunt, nisi etiam hæc testium qualitas à Con-
15 cilio requisita ante receptionem fuerit articulata, & probata, Marsil. sing. 187. num. 2. & 3. Cephal. cons. 227. num. 56. lib. 2.

Sexta quia in nullo ex capitibus Episcopo obiectis testes Curiæ, & adhærentium fuerunt repetiti, hæc
16 enim exceptio absque dubio in omnibus prætensis capitibus ita nullitatem operatur, vt neque etiam inditium faciant, Bart. in l. fin. in fine, ff. de quæst. Farin. de testib. quæst. 72. nu. 80. 91. 93. & seq. Caputaq. decis. 203. num. 9. par. 2. Seraph. decis. 135. num 4. Caball. resol. crim. casu 55. in principio.

Hæc autem nullitas, quæ omnia exaduerso prætensa destruit, minimè euitatur ex asserta subreptione processus per Commissarium fabricati, & quia testes præter exceptiones, quę tam quoad personas, quàm quoad dicta in facto iustificantur, minime fuerunt legitime citato D. Archiepiscopo, aut procuratore repetiti à Vicario Apostolico præ-
17 tenso delegato, quinimo post recusationem ex allegata, & iurata suspicione, & appellatione interposita, fuerunt etiam nulliter examinati, Rota in Sabinen. terrarum 21. Decembris 1617. coram bo. me. Vbaldo apud Posth. post tract. de manut. decis. 61. num. 4.

Et præterea, quia nullius momenti censeri potest prætensa processus subtractio, quia non solũ apud Commissarium remansit summarium cum nomi-
18 nibus prætensorum testium, sed copia eiusdem processus, quæ stante amissione originalis in eodẽ gradu probationis, & releuantiæ existit, cuius processus ipse fuerat, & præsertim stante declaratione eiusdem D. Archiepiscopi, qui hoc ipsum approbauit, vt per Guazzin. defens. 35. cap. 12. n. 8.

Insuper nedum nullitates ex receptis communibus opinionibus, vt præfertur, comprobatæ, satis, superque sunt quoad præmissa, sed etiam tam ex ijs, quàm ex alijs funditus excludunt quicquid ex parte Curiæ, & instigatorum aduersus innocentiã Reuerendiss. Præsulis proponuntur.

Non enim delicto ascribi potest, quòd D. Archiepiscopus carcerari fecerit D. Commissarium A. C. eiusdemque præceptum spreuerit de non accedendo
19 ad suam Ecclesiam, tum quia nullatenus docuit se esse talem, ac propterea donec de asserta sua delegatione per exhibitionem sui originalis rescripti etiam Parte non opponente, minimè docuit, consequutiuè minimè etiam reputari debebat, nisi persona priuata, magisque hoc casu, dum constat in actis, eum ad hanc exhibitionem fuisse formaliter requisitum, & tamen non exhibuit, ac exinde quamcumque prætensam delegatam iurisdictionem exercere non poterat, Rot. decision. 6. num. 1. vers. & Domini censuerunt, & decis. 9. num. 1. 2. & 4. par. 4. recen.

Tum etiam quia carceratio non probatur fuisse ex causa d. transmissionis, sed apparet ex alia omnino diuersa spectante ad ordinariam iurisdictionem Episcopalem, quandoquidem non dubitatur, quin Episcopi ordinariam quoque iurisdictionem habeant in casibus, de quibus Azor. instit. moral. p. 1. lib. 8. cap. 18. in 2. quæst. fol. 986.

Tum, & tertio quia in effectu præceptum, ne Episcopus inquisitus accedat ad Ciuitatem suam, est su-
20 blatio defensionis, quam ratione præsentiæ concedit, & contrarium consequutiue prohibet textus in d. c. qualiter, & quando, §. debet igitur, de accus. & ex Trident. d. sess. 24. cap. 5. de reform.

Ac non etiam delicto punibili ascribi potest, quod de ordine D. Archiepiscopi fuerit à carceribus exempta ipsius famula, & quia etiam in hac parte ex præallegatis liquet defecisse non solum prætẽsæ iurisdictionis exercitium in eam carcerando, non exhibitis A. C. aliquibus litteris, pretensamq.

proces-

processus legitimationem.

Verum etiam, quia constat in eodem processu, dictã famulam nedum retentam fuisse carceratam non in carceribus publicis, sed priuatæ habitationis ipsius Commissarij, sub eiusdemque tunc priuatæ personæ reputatę custodia.

21 Sed retentam eodem modo fuisse ad minus per tres menses; non solum cum ex tali tempore, sed minori censetur, quod Iudex retineat testem carceratum, vt ab illo extorqueat, vt tędio carceris afflictus deponat id, quod deponere recusat, ac proinde indebita, & iniusta fuit carceratio, vt per Farin.consf.193.num.3.

Prætensa autem concussio aliquorum, quos Curia, & instigatores prætendunt fuisse per vim, & metum coactos ad renunciandum beneficia in manibus dicti D. Archiepiscopi minime releuat, cum termini criminis concussionis in hoc casu applicari nequeant, ex quo, & si hoc crimen committatur, quando constitutus in dignitate, vel officio subditos premit aliquid ab eis per metum, aut violẽtiam eorum occasione consequendo, tamen qua-

22 litatos illæ deficiunt, cùm nec metus, nec violentia probetur, sed constet ex publicis instrumentis de spontanea renunciatione tanquam in eisdem ex verbis expressis etiam medio iuramento firmata, & præsertim cum D. Archiepiscopus nihil ad sui commodum à renunciantibus fuerit consequutus, Farin.quæst.111.num.43.cum num.53.& 58.

23 Atque hac ratione minus prætendi possunt aliquæ extorsiones, cum nihil per extorsiones acceptum prætendi possit non probata alicuius indebita vexatione, vt per eumdem Farin.ead.quęst. 111.num.49.& seq.

ARGVMENTVM.

An Fiscus, vel instigator possit Reum in Causis criminalibus cogere ad editionem scripturarum.

SVMMARIV

1 *Fiscus habet priuilegium, vt aduersarius teneatur ei scripturas edere in Causis ciuilibus.*

2 *Fiscus non habet in Causis criminalibus priuilegium, vt sibi edantur scripturæ, siue imponenda sit pœna corporis afflictiua, siue pecuniaria.*

3 *Editio vbi petitur ad probationem delicti, Iudex non cogit ex officio actorem ad edendum.*

4 *Fisco, vel instigatori habenti aliunde probationes non tenetur quis edere.*

5 *Editionem libri petens tenetur declarare, an velit stare libro pro, & contra.*

CONSILIVM CXXXXIX.

IVxta regulas Iuris non tenetur D. Carolus edere librum exaduerso prætensum, quia licet Fisci pri-

1 uilegium sit, vt Reus ab eo conuentus teneatur illi edere ad fundandam eius intentionem, iuxta l. 3.incip.senatus censuit, vel alias incip.ne quisquã ff.de eden.& in l.2.§.diuus ff. de iur.Fisc.tamen hęc conclusio procedit, vbi Fiscus agit ciuiliter non

2 autem in Causis criminalibus nõ solum in Causis, in qui bus venit imponenda pœna corporis afflictiua, in quibus inter Doctores nulla est altercatio, ex textu in l.2.§.item Diui fratres, ff.de iur.Fisc.& in l.de minore.§. tormenta.ff.de quæst.sed neque etiam in criminalibus Causis, in quibus dumtaxat de pœna pecnniaria agatur, glo.in d.l.2.§.itẽ diui fratres, in verb. agatur, Bart.in ead.l.§. Diuus Adrianus, ante num.1.vers.nam quod aduersarius, & num.1.vers.aut exhibitio petitur, Alex.cons.132 num.5.lib.1.Boss.de Fisc.& eius priuileg.n.11.Clar. in pract.crim.§.fin.quæst.27.nu.2.vbi in fine, quod ita etiam seruatur in praxi cum aliis pluribus per Farin.in prima par.fragm.crim.sub litter.F.nu.174. & seq.vbi de communi.

Et hinc est, quod licet Rota sequendo canonicam æquitatem teneat, Iudicem posse ex officio, & ex

3 causa actorem ad edendum cogere, tamen contrarium indistincte tenet, vbi editio petitur ad probationem, vel delicti inclusionem, Rota decis. 158.par.1.diuers.quæ est dec.Seraphin.234.in prin. & num.1.Caputaq.dec s.293.num.1.par.1.

Et præsertim dum in hac Causa proceditur ad querelam, & instantiam Partis prætendentis fundare intentionem suam ad doli, seu delicti inclusionem ex proprio libro querelati contra l. qui accusare, C. de eden.nam aut desuper admittit alias habe-

4 re probationes, & tunc sine dubio editio de Iure concedi nequit, Peregr.de iur.Fisc.lib.7.tit.3. n.25. Menoch.de arbitr cas.499.num.75.Farin.in fragm. d.par.1.littera F.num.179.

Aut prætendit alias habere non posse probationes, & tunc non est audienda, nisi prius facta declaratione de stando dicto libro pro, & contra, Mathesil. singul.78. num.1. post med. vers. sed si in libro rationum; alioquin administrator cogeretur fabricare iacula, quibus offendi posset vt in his terminis per Angel.Aret.cons.43.num.9.& seq.

ARGVMENTVM.

An, & quando Statuta laicorum confirmata à summo Pontifice compræhendant personas, & res Ecclesiasticas.

SVMMARIVM.

1 *Statuta laicorum non ligant personas, nec res Ecclesiasticas.*

2 *Statutorum laicorum confirmatio in forma communi authoritate Apostolica non compræhendit personas Ecclesiasticas. Et num. 7.*

3 *Statutorum laicorum confirmatio non compræhendit personas Ecclesiasticas, quando in Statutis expresse non nominantur.*

4 *Discretiuus modus loquendi declarat quid compræhendatur in dispositione.*

5 *Episcopus, & Vicarius veniunt appellatione ciuium in fauorabilibus.*

6 *Episcopus, & Vicarius non veniunt ciuium appellatione, quando agitur de eorum incommodo, vel de præiudicio libertatis Ecclesiasticæ.*

8 *Statutorum confirmatio cum clausula, quatenus sint in vsu, nihil operatur, quando constat de vsu contrario.*

CON-

CONSILIVM CL.

NVllo iure prætendit Ciuitas Beneuenti, D. Archiepiscopũ ex cuiusuis sui statuti dispositione cogi posse eligere Vicarium, aliosque officiales, qui non sint regnicolæ, nam certi iuris est, Statuta
1 laicorum de per se neque personas, neque res Ecclesiasticas ligare, auth. causa, quæ C. de Episc. & cler. c. fin. de vit. & honest. cler. c. quæ in Ecclesiarum, & c. Ecclesia S. Mariæ, de constit. Clem. ne in agro, §. sane, de stat. monac. late Honded. cons. 3. num. 11. & seq. lib. 5. & cons. 20. lib. 2. Surd. cons. 2. n. 14. & seqq. lib. 1. & cons. 560. num. 13. lib. 4.
2 Etiamsi Statuta huiusmodi essent auctoritate Apostolica confirmata, quoniam confirmatio in forma communi neque vnquam comprehendit personas Ecclesiasticas, Bart. in l. 1. num. 1. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. Bald. in l. 1. num. 1. vers. item nec generalis confirmatio, C. de monop. Paris. cons. 19. num. 13. & seq. lib. 1. Rot. decis. 780. n. 5. 6. & 10. par. 1.

Nec obstat, quod cõfirmatio videatur ex certa sciẽtia in hac parte, dum explicite in eadem disponitur, officiales Ciuitatis eligi non posse regnico-
3 las, quoniam procederet obiectum, si in Statuto in hac parte, vt præfertur, confirmato, & in ipsa confirmatione expressa fieret mentio de officialibus ipsius Archiepiscopatus, secus dum in hac parte nulla neque de Archiepiscopo, neque de Vicario, aut aliis suis officialibus est facta mentio, ex quo tunc ad effectum, vt personæ Ecclesiasticæ non nominatæ minime comprehensæ censeãtur, defectus dicitur nõ ratione potestatis, sed voluntatis, vt per Rot. in alias allegata Romana relocationis domus 13. Martii 1595. coram Gypsio, & per Honded. late cons. 3. num. 1. 16. & seq. lib. 1. quæ quidem decisio facilius admittenda est hoc Statuto, quo in certis aliis casibus fuit de Archie-
4 piscopo specialis facta mentio, quandoquidem ex discretiua hac dispositione bene dignoscitur, illũ comprehensum alioquin non censeri in aliis casibus, Surd. cons. 573. num. 34. 35. & seqq. lib. 4. Gabr. cons. 69. num. 4. lib. 2. Decian. cons. 12. num. 38. & seq. & cons. 28. numer. 36. lib. 1. Seraph. decis. 1486. num. 12.
5 Neque facit, quod non solum Vicarius, sed Episcopus ipse de Iure veniant appellatione officialium publicorum Ciuitatis, & Communis, iuxta cons. Anchar. 340. num. 1. vers. quod autem, & cõs. 341. num. 1. vers. ex istis, cum aliis cõgestis, & exaduerso assumptis ex Sbroz. de offic. vicar. quæst. 5. lib. 1. quia & hæc, & aliæ conclusiones volentes, personas Ecclesiasticas ciuium appellatione venire, procedunt, vbi agitur de iis, quæ Ecclesiasticarum commodum, & fauorem concernunt, se-
6 cus autem quoad ea, ex quibus præiudicium aliquod earum libertatem restringens inferri potest, Card. Zabar. in clem. in plerisque, num. 2. vers. in fauorabilibus, de elect. Alex. in l. in prouinciali, n. 12. ad fin. ff. de oper. nou. nunc. & cons. 41 n. 4. ad med. lib. 7. Io. Andr. in c. fin. ante num. 1. de offic. deleg. in 6. Abb. in cap. fin. num. 3. de vit. & honest. cler. Barbat. cons. 1. num. 39. & aliis, lib. 3. Roman. cons. 446. num. 2. & fuit distinctio Oldrad. in cons. 32. num. 1. ad fin. vers. & idcirco, & num. seq. vt etiam per Afflict. de iur. prothom. §. 9. num. 16. & seq.

Minus obstant decisiones, in quibus Pars aduersa se fundat in Romana separationis thori 2. Decembris 1605. & 16. Ianuarii 1606. coram Reuerendissimo Lugdunen. quia immo ex eisdẽ decisionibus huic facto applicatis firmandum est contrarium eius, quod exaduerso prætenditur, ideo enim Statuta Vrbis dicuntur Papalia, quia Papa non stetit in terminis confirmationis, sed ipsemet Statuta condidisse dicitur, dum deputatos elegit ad eorum
7 compilationem, quamobrem aliud dicendum est in Statutis Beneuentanis editis à Ciuitate, siquidem Pontificia dici nequeunt, dum Pontifices non elegerunt deputatos ad compilationem, sed ad examinandum eorum confirmationem, quod non efficit, quin confirmatio subsequuta remaneat in ipsis terminis confirmationis, itaquod confirmatum non censetur extensum, sicut cõfirmatio Aegidianæ per Paulũ III. & alios Pontifices non efficit, quin illa comprehendat Ecclesiasticos, vt dicitur in dictis decisionibus in Romana separationis thori.

Neque releuat, quod cõfirmatio propter exceptionem, quam facit de Cardinalibus, declaret, de quibus officialibus sit intelligenda, quia cum ha-
8 beat adiectam clausulam, quatenus disposita sint in vsu, & doceatur de vsu in contrarium, confirmatio huiusmodi nihil efficit, Caputaq. decis. 243. num. 2. & seq. par. 3. Rot. decis. 56. num. 5. par. 1.

ARGVMENTVM.

Facta vnione duorum Episcopatuum an Episcopus vtrãque Ecclesiam, & Ciuitatem æqualiter tractare debeat.

SVMMARIVM.

1 *Aequalitas seruanda est in distribuendis honoribus.*
2 *Aequalitas omnibus in rebus altrix est pacis, & è contra inæqualitas litium, & discordiarum seminarium.*
3 *Vnione Episcopatuũ facta debet Episcopus vtrãque Ciuitatem æqualiter tractare. Et num. 7.*
4 *Vnio an sit facta principaliter, an accessoriè recurritur ad coniecturas.*
5 *Vnio duorum Episcopatuum facta dicitur æquè principaliter, quando intitulatio Episcoporum fieri debet vtriusque Ecclesiæ.*
6 *Vnio in dubio censetur facta æquè principaliter.*
8 *Alternatiua non interrumpitur per mortem, ve mutationem Prælati.*
9 *Clausula, sine præiudicio iurium Partium, est præseruatiua.*

CONSILIVM CLI.

SEruanda est alternatiua inter duas has Ciuitates in facienda synodo, & aliis actibus, & functionibus Episcopalibus, quia cum vnio istorum Episcopatuum facta fuerit æquè principaliter, itaquod harum Cathedralium, & Diœcesum constitutus fuerit per viã æque principalem vnus, idẽque gubernator, & caput, seruanda est ab eodem in-

in qualibet Ciuitate, & Diœcesi in omnibus æqualitas, tum ex generali regula, quod in di-
1 stribuendis honoribus, illa semper est seruanda, vt ex Platone lib.5.de legib. & Arist. lib.5. & hic c. 2.& 3.dicente munus hoc esse iustitiæ, inquit Corad.Brun.tract.de seditiof. cap 3.num.1.quamob-
2 rem æqualitas omnibus in rebus altrix est pacis, & è contra inæqualitas litium, & discordiarum seminarium, vt per Iacob Ricchium tractat. de vnion.prol.num.7.
3 Tum quia in istis terminis, quod propterea Episcopus vtramque Ciuitatem, & Diœcesim debeat æqualiter tractare, ex textu in cap.& temporis,48. 16.quæst.1.& alijs comprobat, Mandof.conf. 27.n. 3.ante fin.& seqq.

Quod autem vnio, de qua agitur fuerit per viam æque principalem, siue ante vnionem Ecclesia Adrien. esset Episcopalis, vt liquido ex litteris Apostolicis liquet, siue etiam in ipsa vnione fuerit in Cathedralem erecta constat manifestissime
4 ex eadem vnione, cum tamen in hoc etiam solæ coniecturæ sufficerent, Anchar.conf.114.num. 3. vers.tertio casu, Menoch.præsumpt.80. num. 6.lib. 6.siquidem in prouisionibus, quæ de hisce Ecclesijs per Pontifices fiunt, narratur, quod erant Pastoris regimine destitutæ, quod erant simul canonice vnitæ, quodque denominatio, & intitulatio Episcoporum sit vtriusque Ecclesiæ, ita ta-
5 men, quod vbi esset in Adrien. & de Adrien. Ecclesiæ negotiis ageretur, denominaretur Adrien. & Pennen.& è conuerso, quapropter, quod ex prædictis dicatur vnio æque principalis, firmant Petrus de Perusf.de vnion.cap.9.n.1.& seqq Hoied. de incompat.benef.par.2.cap.3.num.2 vers. tertio modo, Mandof.super reg.12.de vnion.quæst.1.n.8. Gonzal.ad reg.8.glo.5.§.7.num.29.Garz.de benef. par.12.cap.2.num.7.& seq.& num.55.& 56.Rot.in Tuscanen.seu Viterbien. precedentiæ 19. Decembris 1614.coram Card. Caualerio.
6 Sed etiam quia in dubio cẽsetur vnio facta æque principaliter, Rebuff.de vnion.num.20.Gonzal.d. glo.5.§.7.num.134. post Abb. & Hoied. quos allegat Garzias, vbi supra, Rot. in eadem Tuscanen. seu Viterbien.coram Card. Caualerio.

Nec obstat, quod cum alias Ecclesia Adrien. fuerit Ecclesiæ Pennen.subiecta, propterea, non sit ex
7 æquo tractanda, quia satis est, quod in vnione facta æque principaliter fuerit erecta in Cathedralem, quia proinde est ex æquo tractanda, Lap. alleg.68.num.3.in fine, prout allegat not.in c.1.ne sed.vacant. & in his indiuiduis terminis loquens de vnione harum Ecclesiarum Adrien. & Pennen. Luc.de Penn.in l.vnica,num.12.post princ. vers. & similiter, & si fiat, C.de Metropol.Beryt.lib.11.inquit enim effectus huiusmodi vnionum efficaciã sumere ex forma priuilegii, ac proinde in vnione tertio modo æque principaliter, vnum quidem esse Episcopum Pennen. & Adrien. duos tamen esse Episcopatus, & duas Cathedrales, duasque Diœceses.
8 Alternatiua autem non debet interrumpi per mortem, vel mutationem Prælati, quia cũ actus turnarii, & alternati procedant ab Episcopo, sub nomine dignitatis, mors, vel mutatio non interrumpit, neque alterat modum alternandi, Gonzal.ad reg.8. glo.45.§.3.n.37. & seq. vbi etiam adducit decis.in Salamantina portionis corã Card. Mellino, & coram Iusto, Garz.de benef.par.11.c. 1.nu.243.Put.decis.184.in fine,lib.3.

Neque faciunt resolutiones in contrarium adductæ, quia sunt prouisionales cum præseruatiua iurium partium, adeoquod standum est, vel resolutionibus prioribus diffinitiuis, vel iuribus, & rationibus supra allegatis, Felin.in c.inter monasterium, num.3.de re iud.Parif.conf.70.num.13. lib. 3.Rot. decis.785.num.4.par.1.diuers.

ARGVMENTVM.

Curator ventri deputatus, qui distulit cõfectionẽ inuentarij,& omisit deinde aliqua bona in eo describere, an teneatur ad pœnam expilatæ hæreditatis, & furti,& falsitatis, quando aliunde rationem reddit.

SVMMARIVM.

1 *Dolus vbi purgari potest per actionem ciuilem descendentem ex contractu, non est locus criminalitati.*
2 *Dolus non purgatur per actionem ciuilem, quando transit in particulare nomen delicti.*
3 *Hæreditatis expilatæ crimen non committitur ab eo, qui apprehendit possessionem rerum hæreditariarum tanquam curator, vt de acceptis reddat rationem.*
4 *Ex Omissione rerum hæreditatis in inuentario datur actio criminalis.*
5 *Inuentarij conficiendi tempus arbitrandum est trium mensium vtiliũ, excepto inuentario, quod fit in aditione hæreditatis.*
6 *Inuentarium administratoris Parte opponente fieri debet ante administrationem captam.*
7 *Furtum prætensum ex omissione in inuentario, cessat, quando in libro rationum descripta apparent ea, quæ in inuentario fuerunt omissa.*
8 *Rationes reddi possunt etiam sine inuentario.*
9 *Inuentarium conficiens excusatur ab omissione, quando allegat iustam causam.*
10 *Obliuio præsumpta excusat ab omissione rei modicæ in inuentario.*
11 *Administrator non potest interim certus in aliquo notari debitor, donec pendet generalis rationum redditio.*

CONSILIVM CLII.

Regula, quòd vbicumque dolus purgari potest per actionem ciuilem descendentem ex con-
1 tractu, non sit locus criminalitati, communis est, ac receptissima, Bald.conf.14.& seq.lib.1. Farinac. quæst.19.num.36.& conf.7.num.9.lib.1. Honded. conf.109.num.59.lib.1.

Nec obstat, quod conclusio procedat vbi dolus non
2 transit in particulare nomen delicti, ac propterea non applicatur huic casui, quo prætenditur crimẽ expilatæ hæreditatis falsitas, & furtum, quoniam vera quidem est limitatio, vt per Pedem.decision. 137.num.17.Farin.d.quæst.19.num.37. & latè cõs. 114.num.6.lib.2.sed illa est, quæ non applicatur, non enim prætendi potest crimen expilatæ hære-
3 ditatis, ex Farin.quæst.174.num.125. quia termini huius

huius criminis non conueniunt postquam datur dumtaxat, quando possessio rerum hæreditariarũ vacat, non autem postquam appræhensa est, sicuti appræhensa fuit à D. Carolo non tanquam surripiente, sed tanquam à Curatore deputato, ad effectum vt de acceptis redderet rationem, l. falsus, §. qui alienum, vers. sed redditurus, ff. de furt. Marsil. consf. 40. num. 14. Bertaz. consf. crim. 224. num. 15. lib. 1.

Non etiam furti, aut falsitatis, vt quia præsumatur
4 subreptio ex omissione inuentarij per menses post acceptatum officium Curatoris ventri pregnanti, & ex omissione rerum, ac iurium hæreditatis in inuentario postmodum facto, quia conclusio exaduerso adducta, quod in his casibus detur processus criminalis, ex l. 3. §. fin. ff. de suspect. tut. Farinac. de falsit. quæst. 150. num. 174. vt quia ex omissione inuentarij præsumptio surreptionis sit legalis, ex §. sancimus, auth. de hæred. & falcid. Ludou. decis. 511. num. 29. Afflict. decis. 12. num. 17. & decis. 44. num. 35. Rom. consf. 118. num. 3. Natt. consil. 663. num. 13. Eugen. consf. 19. num. 51. & seq. Gozad. consf. 18. num. 14. latè Farin. d. consf. 114. numer. 57. lib. 2. procedit, sicut allegati loquuntur, quando administrator nullam desuper reddit rationem, secus verò vbi aliundè ratio sufficiens redditur,
5 vltra quòd cum de Iure excepto inuentario, quod fit in hæreditatis aditione, iuxtà l. fin. C. de iur. delib. in alijs non sit præfinitum certum tempus secundum plerosque arbitrandum non minus est, quam trium mensium vtilium, non autem continuorum, ex adductis per Montan. de tutel. cap. 32. reg. 5. à num. 29. ad 35. præcipuè numer. 32. quia
6 quod dicitur inuentarium conficiendum esse ante incohationem administrationis procedit, Parte opponente duntaxat, ac propterea satisfecit D. Carolus illud conficiendo, quando Pars aduersa opposuit, idem Montan. regul. 5. numer. 6. & num. 119.

Etenim quando ex libris rationum apparent descri-
7 pta ea, in quibus furtum, vel falsitas in omittendo commissa prætenduntur, absque dubio cessat criminalitas, Aym. consf. 275. numer. 11. ad med. vers. quia tutor descripsit, & num. 12. vers. & in terminis, Paris. consf. 169. nu. 52. ante med. post vers. cessabit, lib. 4. Hond. d. consf. 199. num. 32. ad finem, & num. 33. & seq. Montan. de tutel. cap. 32. reg. 6. num. 12. & 13.

Ratio autem huius conclusionis est euidens, quia cum omissio inuentarij, vel omissio aliquarum rerum in eo ex eisdem exaduerso allegatis, & ijs, quę allegari possunt, non inducant, nisi dolum præsũptum, admittitur propterea probatio in contrarium, & consequenter vbi ex libris, vel aliunde de omissis redditur ratio, dolus omninò excluditur,
8 ac proinde receptissima est conclusio, quòd etiam aliunde reddi possit, Calcan. consf. 93. col. 2. ad med vers. sed prius inspicere, & consf. 95. per tot. Afflict. decis. 260. num. 4. vers. in contrarium, & num. seqq. Aym. d. consf. 75. num. 12. vers. & in terminis, & nu. seq. Piot. de in lit. iur. §. 5. num. 37. vers. primo contra tutores, Ias. consf. 111. numer. 8. lib. 1. & sæpius etiã resoluit Rota, vt in Romana tutelæ de Altalis 16. Decembris 1585. & in Romana tutelæ de Massa 23. Ianuarij 1587. coram Gyptio, in Romana redditionis computorum 14. Maij 1593. coram Litta, & in Meliten. reuisionis computorum 30. Octobris 1595. coram bo. me. Card. Pamphilio.

Constat autem de sufficiente descriptione in libro rationis retento post obitum Martialis, & post susceptam curam prædictam iam in actis exhibito, neque enim releuat, quòd in eo non fuerint descriptæ gemmæ, & vestes pretiosæ vxoris eiusdem Martialis, quia illæ non erant, nec sunt in posse D. Caroli, sed retinebantur, prout retinentur ab eadem vxore iustam habente retinendi causam occasione lucri dotalis sibi quæsiti ex dispositione Statuti cap. 131. lib. 1. & sufficit allegatio huius cau
9 sæ, vt per Montan. d. reg. 5. num. 46.

Non etiam quòd descriptæ non fuerint nonnullæ merces, quia cum sint modici momenti, allega-
10 ta obliuio ad excusandum omnino sufficit, Montan. de tut. eod. cap. 32. reg. 5. num. 48. 49. & seq.

Non etiam quod descriptæ non appareant scripturę concernentes interesse negociorum, quia non probatur exaduerso, aliquas adfuisse scripturas descriptas, quæ communes essent Martiali, nam proprias, quod D. Carolus describere non teneretur, nulla est dubitatio, ex not. in l. fin. C. arb. tut.

Non denique, quod descriptæ non fuerint pecunię, quarum prætendit Pars aduersa D. Carolum remanere debitorem, quia quicquid esset tempore mortis Martialis, ad quod tẽpus restringitur confessio D. Caroli, de tempore, quo fuit factum inuentarium D. Carolus prætendit, se in aliquo debitorem non remanere, quia hoc pendet à gene-
11 rali reddenda ratione in ciuili iudicio, interim non potest D. Carolus debitor certus in aliquo notari, Alexan. consf. 192. numer. 7. lib. 7. Negusan. de pignor. 1. membr. 5. par. numer. 37. Rot. decis. 612. num. 3. par. 1. & decis. 727. num. 3. par. 2. in recent.

Hinc autem patet, necesse non esse D. Carolo ad sui defensionem exhibere librum, ac partitas proprias concernentes negocia donec Martialis superuixit quandoquidem satis sibi est ad exclusionem omissorum in inuentario docere de libro retento post mortem, de ijs scilicet, quæ concernunt administrationem occasione susceptæ curæ ventri pregnanti, ex supra allegatis, quandoquidem de exhibitione libri proprij D. Caroli retenti in vita Martialis agendum est ciuiliter, quando Pars aduersa declarabit, velle stare pro, & contra ex plenè deductis in alia informatione.

ARGVMENTVM.

An sit locus criminis expilatæ hæreditatis, quando is, qui ingerit se in hæreditate prætendit succedere ab intestato, vel ex fideicommisso antecessoris.

SVMMARIVM.

1 *Pœna non cadit, neque accusatio, neque inquisitio, quando cessat delictum.*

2 *Hæreditatis expilatæ crimen committunt ij, qui scientes ad se non spectare hæreditatem, surripiunt res hæreditarias, antequam hæres capiat possessionem.*

 3 *Hære-*

2 *Hæreditatis expilatæ crimen non committunt ij, qui credunt hæreditatem ad se spectare.*
4 *Furtum non committitur ab eo, qui rem suam accipit, vel creait esse suam.*
5 *Turbationis pœna cessat in eo, qui credit rem esse suam.*
6 *Furtum non committitur ab eo, qui aliqua probabili ratione motus credit sibi rem capere licere.*
7 *Hæreditatis expilatæ crimen non datur in cohærede.*
8 *Iudicium ciuile, quando est præiudiciale criminali, prius terminatur.*
9 *Hæreditatis expilatæ crimen non est publicum, & propterea in eo procedi non potest à Iudice ex officio, neque ad querelam non habentis interesse.*
10 *Familiæ testatoris appellatione non veniunt qui cumque de familia in genere, & de quocumque columnello, sed de eo dumtaxat, in quo inspecto communi stipite ipse quoque testator continetur.*
11 *Sub Familiæ testatoris nomine vt quis censeatur vocatus ad fideicommissum, non sufficit, quod sit de familia in genere, & eadem deferat insignia.*

CONSILIVM CLIII.

NVlli criminalitati locus est in casu, de quo agitur, quia vulgata est conclusio, quod pœna nõ
1 cadit, nec accusatio recipitur, nec inquisitio formatur, vbi non est delictum, Bart. in l. vbi pactum, num. 10. vers. & ideo, C. de transact. Farin. quæst. 17. num. 1. Caball. resol. crim. cas. 1. num. 12. & cas. 151. num. 9. Giurb. cons. 32. num. 12. & cons. 69. nu. 4. Seraph. decis. 668. num. 2.

Nec quicquam, siue ex parte Fisci, siue ex parte aduerentium criminaliter prætendi potest occasione prætensi criminis hæreditatis expilatæ, quia de
2 hoc crimine solùm inquiri potest contra eos, qui ante aditam hæreditatem, vel post aditam, antequam res ab hærede sint possessæ, res alienas surripiunt, scientes, ad se non spectare, nullumque ius in illis habere; in his namque terminis procedunt textus in l. si quis alienam, quæ est l. 1. & in l. 2. quæ etiam tribuit actionem ciuilem ad exhibendum, ff. de crim. expil. hæred. & hac ratione, quia surripiens rem alienam sciat, aut scire debeat, quod suũ non erat ad alium pertinere, vtitur in hoc crimine Codex Fabrianus lib 9. tit. 19. de crim. expil. hered. definit. 3. num. 1. & de surripiente loquuntur Doctores, vt per Farinac. quæst. 174. numer. præcipuè 129.

Secus verò, quando qui res hæreditarias accipit se
3 esse hæredem putat, credens, hæreditatem, ad se spectare, quia absque dubio cessat omnis prætextus criminis expilatæ, vt in puncto per Greg. Tholos. in syntagmate vniuersi iur. par. 3. lib. 37. cap. 9. de expilator. hered. num. 6. ante fin. vers. datur itaq. ibidem. & Tholosanum sequitur etiam Farinac. d. quæst. 174. n. 135.

Et huic conclusioni alia quoque communiter recepta adstipulatur, vt furtum non committatur ne-
4 dum ab eo, qui rem suam accipit, sed nec ab eo, qui credidit, rem, quam surripit, esse suam, §. ita tamen, instit. de vi bonor. rapt. Boss. tit. de furt. nu. 12. Bursatt. cons. 112. incip. formiter, num. 22. lib. 1. Bonif. de furt. §. fraudolosa, num. 15. Farin. alios plures al-
5 legans d. quæst. 174. num. 34. & cons. 84. num. 13. in fine, prout eadem ratione cessat pœna turbationis ex l. si quis in tantam, C. vnd. vi, vt per Bertaz. cons. crim. 114. n. 16. lib. 1.

Nullaque videtur difficultas, dum adeptio possessionis rerum hæreditariarum processit non auctoritate propria, sed præuio mandato de immittendo
6 à competente Iudice relaxato, quoniam quicumque acceptor rerum, quas credit sibi licere, motus aliqua probabili ratione furtum minimè committit, Bart. in l. falsus, 44. §. qui alienum, numer. 3. vers. sed istum textum intellige, ff. de furt. Marsil. consil. 40. num. 14. Roffred. de libellis, par. 8. tit. de edicto Diui Marci, num. 19. Boss. de furt. num. 6. & seq. Cepol. cons. crim. 26. num. 19. Bertaz. cons. 224. nu. 15. & seq. lib. 1.

Multoque magis, dum titulo delationis hæreditatis intestatæ D. Leonis ratione proximioritatis coniunctus est titulus retentionis ex causa donationis, & conuentionalis fideicommissi ascendentiũ, super quo lis ciuilis vertitur inter Partes, nam aut ratione huius fideicommissi cessat crimen expilatæ hæreditatis, cum in rebus fideicommisso subiectis illud sit clarum, & in alijs detur retentio ex causa plurium corporum eidem fideicommisso pariter subiectorum, de quibus exaduerso non red-
7 ditur ratio eadem ratione, qua cessat criminalitas ex dicto capite, quando surreptio prouenit à cohærede, l. aduersus, 3. vers. expilatæ enim hæreditatis, C. fam. ercisc. d. l. inter cohæredes, 45. §. si familiæ, vers. fructus, ff. eod. Cuiac. ad tit. 32. 9. lib. Cod. de crim. expil. hæred. col. 3. ante med. vers. eadem ratio, & obser. lib. 20. cap. 27. post princip. Menoch. de arbitr. cas. 300. num. 7. vbi rationem reddit, quia cohæres censetur fecisse iure suo, Farinac. d. quæst. 174. num. 127.

Aut saltem negari non potest, quin iudicium ciuile super retentione ex causa dicti fideicommissi sit
8 præiudiciale prætenso iudicio criminali, & ob id prius sit iudicium ciuile terminandum, vt per Codicem Fabrian. d. lib. 9. tit. 19. de crim. expil. hered. defin. 3. col. 2. vers. planè.

In hoc tamen casu non solum criminale iudicium silere, sed prorsus cessare ex iustitia debet, quia cũ
9 expilatæ hæreditatis crimen non sit publicum, nec Iudex in illo ex officio possit inquirere, non etiam poterat procedi ex querela non habentis interesse, Bursatt. d. cons. 112. incip. firmiter, nu. 16. & seq. lib. 1. Greg. Tholos. in syntagmate vniu. Iur. lib. 37. d. cap. 9. de expilat. hæred. n. 8. Farin. d. quæst. 174. num. 120.

Neque enim dici potest, querelantem habere interesse, quamuis remotum ex fideicommisso iniuncto per D. Leonem ad fauorem vniuersæ familiæ, quia in testamento eiusdem primò vocantur D. Io: Baptista filius Philippi, omnesque eius descendentes in infinitum, deinde D. Laurentius filius Laurentij fratris germani dicti Philippi, cœterique ab eodem descendentes pariter in infinitum, demum proximiores masculi, vt idem D. Leo in dicto testamento inquit de domo, & familia mei testa-
10 toris, qui tunc temporis extabunt, siquidem appellatione masculorum de domo, & familia mei testatoris non veniunt quicumque de familia in genere, & de quocumque columnello, sed eo dumtaxat, in quo inspecto communi stipite ipse quoque testator continetur, Peregr. de fideic. artic. 22. num.

num.26.verf.verum,Menoch. præsumpt.88. nu.2. lib.4.Fusar.de substit.quæst.348.n.4.& quæst.351.n. 38.& conf.73.num.13.

Quamobrem ad prætensam vocationem non sufficit
11 quod querelans sit de familia, & eadem deferat insignia,Rot.in Romana de Naris 14. Ianuarij, & 14.Martij 1569.coram Robusterio,& in Romana iurispatronatus 15. Martij 1630. coram R. P. D. Merlino.

ARGVMENTVM:

An, & quando Causa ciuilis sit præiudicialis criminali,& propterea prius terminanda.

SVMMARIVM.

1 *Iudicio ciuili pendente super possessione cessat iudicium criminale super violentiis.*
2 *Iudex criminalis A. C. non potest procedere contra eum,contra quem ex eodem tribunali emanauerat monitorium super iactationibus, sed Causa ad Iudicem ciuilem remittitur.*
3 *Causa dicitur altera alteri præiudicialis, quando sententia lata in vna parit exceptionem rei iudicatæ in alia.*
4. *Commissio simplex appellationis à Signatura,etiã in Causa sui natura non appellabili, causat attentata.*
5 *Obligatio cameralis non habet locum,nisi pro iis, quæ leguntur oculis corporeis, non etiam intellectus.*
6 *Appellatio datur etiam in exequutiuis, quando Iudex liquidauit debitum.*
7 *Constitutio san.mem.Sixti V. de caualcatis non comprehendit iustos possessores,se tuentes ab aliorum violentiis.*
8 *Prætextus est nomen significatiuum coloris, non etiam veritatis.*
9 *De Possessione vbi Partes contendunt, non cognoscitur super attentatis,sed Causa prius terminanda est super veritate possessionis.*

CONSILIVM CLIV.

Aliàs Signatura in hac eadem Causa rescripsit R.P.D.Mangiono,cui ab eadem Signatura omnes Causæ ciuiles inter has Partes fuerant commissæ,vt constito,quòd Causa ciuilis esset præiudicialis criminali inhiberet, prout constito de præiudicialitate inhibuit; nunc autem, cum eadem Pars aduersa diffidens de suis iuribus in ciuili conuolauerit ad aliam criminalem, conficta occasione prætensæ violentiæ,& caualcatæ,seu collectionis armatorum hominum cum eadem aduersus nouiter intentatam criminalitatem militet ratio, rescribendum pariter videtur eidem R.P.vt atteta huiusmodi præiudicialitate inhibeat, quandoquidem omnes excogitatæ criminalitates dependent à veritate cognitionis,vtrum hæc, vel altera Pars legitimè possideat;cum autem super hac possessione prius fuerit iudicium intentatum, quia hac Parte possidente,obtento exaduerso mandato exequutiuo ab A.C. illoque in bonis,de quibus agitur,exequuto hæc Pars prætendit appellasse, & exequutionem tam ex natura, & qualitate Causæ,quàm etiam ex rescripto Signaturæ fuisse su-
1 spensam, merito, cum de possessione dubitetur, cessat cumulatio simultanei iudicij criminalis, & Causa ciuilis respectu possessionis ab vtraque Parte facit supersedere in Causa criminali, textus est expressus in l.1.C.de appell.inquit enim in verbis textus,prius de possessione pronunciare,& ita crimen violentiæ excusare Præses Prouinciæ debuit, & per illum textum,ita Cyn.ibi num.3.& seq.Salicet.num.6.& Odofred.num.10.verf.sed denuò opponitur,Aym.conf.280.nu.3.verf.ex quibus, Natt. conf.138.num.1.2.& seq.Farin.quæst.100.num.62. in princ.& ante fin. verf.infert,vbi quòd non possunt criminaliter molestari de turbata possessione prætendentes suam possessionem continuare,nec propterea indulgendum fiscalibus procuratoribus.

Atque hinc malefacere notarios,& Iudices crimina-
2 les A.C.vbi decreto,& exequuto ex eo tribunali monitorio super iactationibus,monent eos, contra quos monitorium est exequutum criminaliter,ad personaliter comparendum,& Causam esse ad ciuilem Iudicem remittendam,vbi huiusmodi monitoria,& molestationes emanant post inceptum iudicium ciuile,inquit idem Farin. ead.quæst. 100.num.63.

Siquidem nulla est difficultas,quin hoc casu iudiciũ ciuile prius inceptum sit præiudiciale iudicio cri-
3 minali subsequenti,cum,vt dixi, à cognitione vter possideat, dependeat cognitio criminalitatis, ita quod sententia lata in ciuili super hac possessione parit exceptionem rei iudicatæ in criminali,l.Præses,ff.ad l.Flau.de plagiar.Cyn.in l.1.num.6.verf.ratio,& ibi Salic.num.9.C.quand.ciuil.actio crimin. præiud.Aym.d.conf.280.num.2. verf.& adeo, Reuerendiss.Coccinus decis.123.n.3. Card.Caualer. decis.443.n.1.& seqq.

Hæc autem euidentissimè applicantur in casu, de quo agitur,dum vtraque Pars prætendit, alteram Partem attentasse; sed hæc Pars verè docet,attentata fuisse exaduerso commissa; quamuis enim exaduerso dicatur,in bonis,de quibus agitur,factam fuisse exequutionem ritè,& rectè vigore mandati in exequutionem cameralis obligationis relaxati,obtento etiam desuper rescripto commissioni appellationis huius Partis cum clausula sine præiudicio,tamen cum deinde eadem Signatura, melius discussis iuribus vtriusque Partis commiserit, vt præfertur, omnes causas eidem R.P.D. Mágiono,vtiquè exequutio prædicta fuit attentata, & ius exequendi translatum in Iudicem ad quem,ex-
4 quo veritas est,quòd simplex commissio appellationis à Signatura etiam in Causa sui natura non appellabili causat attentata, vt firmauit Rota in Vrbeuetana bonorum 26.Ianuarij 1624. & in Romana domorum de Zacconis 17.Maij 1621.coram bo.me. Vbaldo.

Sed multò magis causauit attentata hoc casu, quo verè Causa erat sui natura appellabilis, tam quia licet hæc Pars postquam de administratis legitimam habuerat quietantiam, supposuerit se arbitrio duorum peritorum concorditer nominatorum,& promiserit illorum laudo stare sub camerali obligatione, non tamen propterea obligatio extendebatur ad laudum,seu sententiam ferendam ab A.C.l.si quis arbitratui,& [illegible] & quatenus de æquitate canonica non dissoluere-

t. t

tur contractus, sed locus fuisset iudicio Iudicis ordinarij, nihilominus in prima instantia non intrabat A.C. nec obligatio cameralis de stando, cùm ea nunquam detur, nisi pro ijs, quæ expresse leguntur in obligatione oculis corporeis non etiam intellectus, Corn. conf. 141. numer. 6. lib. 3. Gallef. de oblig. camer. tit. de vi instr. num. 14. & seq. Rot. decis. 741. num. 11. par. 1. diuersor. & apud Zacch. de oblig. cam. decis. 84. num. 2.

Tum quia data etiam via exequutiua, nihilominus
6 Causa erat appellabilis, cùm A.C. in relaxatione mandati liquidauerit prætensum debitum in rebus, & quantitatibus non expressis in obligatione, vt per Surd. sæpius in Signatura receptum, decis. 27. num. 4 & seqq.

Nec obstat, quòd criminalitas, quæ de nouo intentatur ratione prætensæ caualcatæ, præbeat iustam punitionem absque necessitate possessionis, quia criminalitas quoque ex hoc capite habet depen-
7 dentiam necessariam à cognitione dictæ possessionis; cum enim eadem Constitutio Sixti Quinti de caualcatis, in nouo Bullario 75. tom. 2. fol. 617. puniat sibi temerè, vel vi adhibita ius dicentes sub prætextu recuperandæ, siue manutenendæ possessionis, ac propterea non comprehendat iustos possessores se tuentes ab aliorum violentijs, Pere-
8 grin. decis. 127. num. 6. siquidem verbum prætextus, quo vtitur dicta Constitutio, est significatiuum coloris, non etiam veritatis, clem. 1. in princip. ibi prætextu priuilegij, de offic. ordin. l. prætextu, quæ est l. fin. C. commod. proindè quia cognitio criminalitatis etiam in hoc casu pendet à cognitione possessionis in primis expediendum est iudicium ciuile, antequam criminale, sicut in casu, in quo
9 Partes contendunt de possessione non cognoscitur super attentatis, quamuis hoc iudicium sit magis priuilegiatum, quam aliud quodcumque, sed Causa prius est terminanda super veritate possessionis, Capic. decis. 72. num. 4. & per tot. Lancell. de attent. tit. de Reo, & except. contr. attent. quæst. 19. n. 2. & de priuil. cap. 30. n. 204.

ARGVMENTVM.

De Causa ciuili prius terminanda, quam criminalis ratione præiudicialitatis.

SVMMARIVM.

1 *Causa ciuili pendente super possessione cessat simultanea cumulatio criminalis Causæ super violentia.*
2 *Causa dicitur præiudicialis, quando sententia lata in ea parit exceptionem rei iudicatæ in alia Causa.*
3 *Possessio iunior præsumitur clandestina, & turbatiua.*
4 *Actus, qui dederunt causam liti non attenduntur ad effectum manutentionis.*
5 *Appellatio datur à quocumque grauamine in Causis fori Ecclesiastici.*
6 *Commissio simplex appellationis etiam in Causa sui natura appellabili causat attentata.*
7 *Appellatio suspensiua datur in possessorio ratione mixturæ petitorij.*
8 *Causa ciuilis prius cœpta super possessione est præiudicialis Causæ criminali super furto.*

CONSILIVM CLV.

Rescribendum in Rota R.P.D. Vbaldo, vt constito, quod Causa ciuilis sit præiudicialis criminali inhibeat, cum enim vtraque Pars contendat de possessione administrationis, de qua quæritur,
1 & vtraque super prætensa possessione ante intentatum criminale hoc iudicium in iudicio ciuili egerit, Causaque appellationis aduersus sententiã latam in iudicio ciuili fuerit in Rota commissa, meritò cessat cumulatio simultanea iudicij criminalis, quousque Causa ciuilis non est totaliter in Rota terminata, textus est in verbis, in l. 1. C. de appellat. inquit enim prius de possessione pronunciandum, & ita crimen violentiæ excutere Præses Prouinciæ debuit, & per illum textum ità firmant ibi Cyn. num. 3. & seq. Salic. num. 6. & Odofred. num. 10. vers. sed denuo opponitur, Aym. conf. 280. num. 3. vers. ex quibus, Natt. conf. 138. numer. 1. 2. & seq. Farin. quæst. 100. num. 62 in princ. & ante fin. & numer. 63.

Siquidem nulla est difficultas, quin hoc casu iudiciũ ciuile prius inceptum sit præiudiciale iudicio criminali subsequuto postquã dubitari nequit, quin à cognitione, & exitu Causæ ciuilis vter possideat dependeat cognitio, & exitus Causæ criminaliter
2 intentatæ, itaquod sententia ferenda in ciuili super hac possessione pariat exceptionem rei iudicatæ in criminali, l. Præses, ff. ad leg. Flau. de plagiar. Cyn. in l. 1. num. 6. vers. ratio, & ibi Salic. num. 9. C. quand. ciuilis actio crim. præiudicet, Aym. d. conf. 280. num. 2. vers. & adeo, Reuerendiss. Decanus decis. 123. num. 3. Card. Caualer. decis. 443. numer. 1. & seqq.

Magis autem hæc conclusio huic casui applicatur considerando triplicem ciuilis Causæ statum; primum scilicet antiquum ante litem ciuilem motã; secundum in ipsa motione eiusdem litis, & tertiũ post prætensam sententiam ab Ordinario ad fauorem confratrum latam.

Etenim quoad primum ex pluribus deductis in facto apertissimè constat, solum Capitulum fuisse administratorem, & successiuos administrationis actus semper continuasse, nec aliquid exaduerso releuans in contrarium iustificari, hinc enim apertissimè quoque constat actus, si quos prætendunt confratres fecisse in d. ciuilis litis initio minime considerabiles censeri posse; tum quia stante iu-
3 stificatione possessionis antiquioris ad fauorem Capituli, actus exaduerso prætensi censeri nõ possunt, nisi clandestini, & turbatiui, Caputaq. decis. 334. num. 2. & 3. par. 2. Rot. decis. 106. nu. 1. & decis. 111. n. 1. par. 1. recent.

Tum etiam quia actus, qui dederunt causam liti non
4 attenduntur ad aliquem effectum, neque etiam manutentionis, quamuis alioquin illa detur ad statum, Rot. decis. 30. num. 1. & decis. 409. num. 4. p. 2. recent.

Quoad tertium verò statum, quia licet in sententia lata per Ordinarium contra Capitulum pronuncietur confratres manutenendos, & reintegrandos, nullumque Ius Capitulo competere, tamen sententia eiusmodi tantum abest, quòd Capitulum pri-

priauerit sua possessione, quod immo stante appellatione à Capitulo interposita, tam exequutio exaduerso prætensa, quam actus quicumque subsequuti fuerunt attentati, tum quia in causis fori
5 Ecclesiastici, seu in quibus Iudex Ecclesiasticus cōtra Ecclesiasticos pronunciat, cum in his non sit locus Aegidianæ seruatur ius canonicum, ex cuius dispositione datur appellatio à quocumque grauamine, Seraph. decis. 424. num. 1. Rot. decis. 32. nu. 2. par. 1. & decis. 472. num. 1. par. 2. rec.

Tum etiam quia eadem Pars aduersa adhærendo appellationi capituli obtinuit committi causam appellationis in Rota dicto R.P.D. Vbaldo quando-
6 quidem simplex commissio appellationis etiam in Causa alioquin sui natura appellabili facit illam appellabilem, & causat propterea attentata, vt firmauit Rota in Vrbeuetana bonorum de Zacconis 17. Maii 1621. coram bo. me. Vbaldo.

Tum & tertio, quia cum Ordinarius in dicta sententia cumulauerit cum possessorio retinendæ possessorium reintegrandæ, & vlterius petitorium, quatenus, vt præfertur pronunciauit, capitulo nullū
7 ius competere, vtique ratione huius mixturæ datur in omnibus appellatio suspendens, Bald. cons. 141. num. 7. lib. 1. Menoc. de recuper. remed. 9. num. 321. & seq. Rot. decis. 34. nu. 13. par. 2. & decis. 323. num. 1. & seq. par. 1. diuers.

Neque obstat, quod criminalitati exaduerso inten-
8 tatæ sit admixtum prætensum furtum, quia huius quoque prætensionis cognitio pendet ab eodem iudicio ciuili prius incohato, à veritate scilicet possessionis capituli, cum vbi iudicium ciuile ad ipsius capituli fauorem terminetur extinguatur prætensum furtum, quod in contrectatione rei, aut vsus alieni datur, non in re, aut vsu proprio ad vtentem spectante ex ipsius furti diffinitione, in l. 1. verb. furtum, ff. de furt. ac propterea etiam in hac parte Causa ciuilis sit præiudicialis criminali, ex præallegatis, quibus applicantur quoque rationes in hac re adductæ per Capic. decis. 72. num. 4. & per tot. & Lancell. de attent. tit. de reo, & except. contra attent. quæst. 19. num. 2. & de priuileg. attent. cap. 30. num. 204.

ARGVMENTVM.

Pendente iudicio ciuili super exequutione litterarum cambii, an detur simultanea cumulatio iudicii criminalis super earum falsitate.

SVMMARIVM.

1 *Causam ciuilem quando apertissime constat præiudicialem esse criminali, non admittitur simultanea cumulatio Causæ criminalis.*
2 *Causa ciuilis prius cæpta super exequutione obligationis facit silere criminalem super falsitate.*
3 *Falsitatis exceptio probata impedit viam exequutiuam alioquin competentem. Et num. 6.*
4 *Causa dicitur altera alteri præiudicialis, quando sententia lata in vna parit exceptionem rei iudicatæ in alia.*
5 *Complementarius expendens nomen dominorum Rationis censetur de eorum consensu scripsisse.*
7 *Iudicio ciuili finito intentari potest iudicium criminale.*
8 *Causa ciuilis præiudicialis criminali simultanee non cumulatur ad instantiam Fisci, quando vtraque prouenit ex eodem facto, eodemque fonte.*

CONSILIVM CLVI.

Nulla probabili ratione prætenditur recedi Iure posse à resolutis reiterata vice in hac Causa per Signaturam Iustitiæ rescribendo præcise iudici ciuili, vt inhibeat iudici criminali, quoniam quā-
1 do apertissime constat Causam ciuilem esse criminali præiudicialem tunc non rescribitur cū clausula constito, ex quo de præiudicialitate iam liquet, ac proinde simultanea iudicii criminalis cumulatio pendente ciuili minime admitti potest, l. 2. §. hoc edicto, ff. de vi. bonor. rapt. l. interdum, C. de publ. iudic. glo. in l. 1. in verbo vtraque, & in rubr. C. quand. ciuil. act. crim. præiud. Honded. cons. 109. n. 60. & seqq. lib. 1. Farin. quæst. 100. num. 123. seqq. & in fin. Rot. apud Coccin. decis. 123. num. 7. & seq.

Neque enim de hac præiudicialitate est hæsitandum nam ciuilis Causa fuit principaliter ante criminalem ab hac Parte intentata, & instructa super exequutione trium litterarum cambij, quæ fuerant ab eisdem aduersarijs promissæ mediante earum acceptatione, querela verò prætensæ falsitatis subscriptionis dictarum litterarum intentata ab aduersarijs mota post ciuilem, ad finem impediendi earumdem litterarum exequutionem, hoc enim
2 casu Causa criminalis, non obstante quod sit maior, quàm ciuilis, hanc tamen silere nedum non facit, sed è conuerso ciuilis prius mota facit criminalem silere, Bellapertica in l. final. post med. vers. sed numquid lex ista, C. de ord. iud. ibique Salic. num. 1. in prima, & secunda oppos. Aym. cons. 280. num. 1. post med. vers. simili modo, & sæpius etiam resoluit Rota, vt in Romana de Stocchis 9. Martij 1598. coram Gypsio, vt decis. 124. post lib. 1. cons. Farin. & d. decis. 123. per tot. apud Coccin.

Et præsertim cum illud, quod exaduerso obijcitur, quod scilicet præiudicialitas cesset, quando sententia lata, vel ferenda in Causa ciuili non pariat exceptionem rei iudicatæ in criminali apertissime demonstret in hoc casu præiudicialitatis rationem applicari fauore huius Partis, quandoquidem eo ipso, quod in Causa ciuili pronuncietur prædictas litteras cambij esse exequendas, & mandatum exequutiuum in earum exequutionem relaxandum, excluditur pretextus criminalis, quod subscriptiones earumdem litterarum fuerint falsæ, ex quo ex-
3 ceptio falsitatis probata est impeditiua etiam viæ exequutiuæ alioquin competentis, Rot. decis. 134. num. 12. & decis. 148. num. 1. ante fin. vers. nisi solutionis, falsitatis, & nouæ conuentionis, ac n. 4. apud Zacch. ad Galles. de oblig. camer.

Et consequutiuè negari exaduerso nequit, quin rela-
4 xatio mandati in Causa ciuili in dictarum litterarum cambij exequutionem prætensam criminalitatē excludat, l. Preses, ff. ad leg. Flau. de plag. Cyn. in d. l. 1. numer. 6. vers. ratio, ibique Salic. num. 9. C. quando ciuil. act. crimin. preiudicet, Bart. d. l. 2. §. hoc edicto, num. 1. vers. videte, vbi etiam Ang. nu. 2. Aym. d. cons. 280. num. 2. vers. & adeo, Coccin. d. decis. 123. num 5. & seq. Cardin. Caualer. decis. 98. num. 10. & seq. & decis. 443. num. 1. & seqq. Rot. decis. 217. post lib. 2. cons. Farin. & in Sutrina fideicōmissi 21. Februarij 1628. coram Card. Virile.

Nul-

Nullaque est difficultas hoc casu, dum euidentissime iudicata fuit per Signaturam Iustitiæ calumniosa propositio exceptionis falsitatis ex pretexta, quod litteræ cambii appareant subscriptæ sub nomine Lelii, & existeter eas subscripserit Isaach quoniã ex actis cõstat, Isaach fuisse nõ solũ sociũ Rationis erectæ sub nominibus Raphaelis, & Isaach fratrũ, ac Lelii, sed eosdẽ in ipsa erectione fuisse in solidũ tam socios, quã cõplementarios dictæ Rationis, ac proinde nõ falsitas, sed veritas, & realitas fuit subscriptio per Isaach sub nomine Lelii, cessante insuper omni scrupulo ex consuetudine, & obseruantia huiusmodi subscriptionis nedum ex pluribus litteris sic scriptis per prius mercatoribus pluribus, sed ipsismet aduersariis, qui etiam illas nedum acceptarunt, sed mediante effectuatione solutionis impleuerunt, & has ipsas litteras, de quibus agitur, scripserunt recepisse, seseque soluturos per proprias litteras responderunt, neque enim dubitari
5 potest, quin complementarii expendentes nomẽ dominorum Rationis, censeantur de eorum consensu scripsisse, magisque complementarij etiam ipsius Rationis in solidum socij, vt in terminis per Rot.decis.700.num.20.par.2.rec.

Atque hinc non officit, quod dicitur, quod etiam si Iudex ciuilis exequutionem litteris daret, adhuc illarum falsitate detecta Iudex criminalis prædictam exequutionem reuocaret, tum quia neque hoc excludit, quin ciuilis sit præiudicialis crimi-
6 nali, cum quatenus in Causa ciuili iustificetur falsitas, illius iustificatio impediat exequutionem, ex dicta decis.134.num.12.& decis.148.num.1.ante finem, & num.4.apud Zacch. ad Gallesi. quatenus vero non obstante iustificatione falsitatis daretur exequutio, esset non solum reuocabilis, sed exin-
7 de aperiretur Fisco ex tunc via ad iudicium criminale successiue, non autem cumulatiue conuolãdi, vt per Farin.d.quæst.100.num.157.& seq.

Tum etiam quia, quando constat, Causam ciuilem esse præiudicialem criminali, neque etiam pretẽdi potest, quod Iudex criminalis ad instantiam Fisci tanquam tertii, & ex officio ad vindictã procedere cumulatiue possit, contraria namque con-
8 clusio procedit dumtaxat, quando ciuilis, & criminalis Causa procedunt ex diuersis factis, & ex diuerso fonte, secus vero quando ex eodem facto, eodemque fonte, prout hoc casu ex eisdem litteris, Bart.in l.nunquam plura, in 2.oppos.ff.de priuat.delict.& in d.l. prætor, §. 1. in 1.oppos. ff. de vi bonor.rapt.Specul.de act.§.sequitur, vers.quod autem dixi, Sard.cons.139.num.5.vers. his tamẽ parum mouentibus, & num.6. & seqq. lib.1.Farin.d. quæst.100.num.133.vers.secus si ex diuersis.

Et in his terminis, in falsitate scilicet deducta ex eodem fonte plene firmauit, & pluribus comprobauit Rota apud Cardin.Caualer.decis.443. num.1. & pluribus seqq. vbi etiam alijs contrarijs exaduerso obiectis plenissime respondetur, & dec.530. in princ.& num.1.vbi etiam, quod non datur cumulatio iudicij criminalis, quando ciuile præiudicat respectu prætensæ falsitatis, vt ante d.num.1. vers.moti sunt autem Domini.

ARGVMENTVM.

Causa ciuilis prius cæpta, in qua etiam fuit opposita exceptio falsitatis, an sit præiudicialis Causæ criminali etiam postquam Iudex ciuilis decreuit mandatum de manutenendo.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo per decretum nunquam transit in iudicatum, sed tam ab eodem Iudice quam à succedaneis reuocari potest.*

2 *Mandatum de manutenendo non validat possessionem vitiosam, quia datur etiam prædoni ad statum.*

3 *In summariissimo possessorio non tractatur, quis debeat pẽdente lite possidere, sed quis debeat interim in possessione esse, qui sunt termini diuersi.*

4 *Officium Iudicis pro retinendæ possessionis remedio dicitur præparatorium principalis iudicii.*

5 *Falsitatis exceptio impedit exequutionem cameralis obligationis.*

6 *Causa dicitur altera alteri præiudicialis, quando sententia ferenda in vna parit exceptionem rei iudicatæ in alia.*

CONSILIVM CLVII.

Persistendum in rescripto, vt Iudex Causæ ciuilis constito, quod ea sit præiudicialis criminali, inhibeat, cum de præiudicialitate euidentissime cõstet ex duobus fundamentis iam deductis, altero, quod Causa ciuilis fuit prius intentata altero, quod in iudicio ciuili prius cepto fuit exceptio prætensæ falsitatis opposita.

Nam quoad vtrumque cessat prætextus quòd iudicium ciuile prius cœptum fuerit terminatum per decretum manutentionis ad fauorem aduersariæ, tum quia minimè subsistit, quod fuerit terminatum per assertam manutentionẽ decretam Parti,
1 cum in Curia mandatum de manutenendo per solum decretum tanquam mera interloquutoria nunquam transeat in iudicatum, ac proinde sit tã ab eodem Iudice, quam succedaneis reuocabile, Rot.decis.287.num.7.ad finem par.2. rec.quinimo
2 nec validet possessionem vitiosam, quia datur etiã prædoni ad statum, Rot.decis. 115. num. 4. par. 1 recent.

Tum etiam, quia, quicquid sit in mandato de manutenendo per interdictum vti possidetis, seu in plenario possessorio; secus est in possessorio summariissimo, quod minime dicitur iudicium terminãs, sed interim Iudicis officio, donec iudicium principale terminetur, ex quo hoc casu non tractatur,
3 quis lite pendente debeat possidere, sed quis in possessione esse; qui sunt termini diuersi; quamobrem manutentio hoc casu est pars iudicii, Posth. de manut.obseru.2.num.27.28.& seq. & num.34. & seqq.

Ideoque Iudicis officium pro retinendæ possessionis
4 remedio dicitur præparatorium principalis iudicii, vt per Menoch. de retinen.remed.vlt.num. 3.

Quod autem falsitas obiecta criminaliter instrumentis in actis productis procedat ex eodem fonte, ex eisdem scilicet instrumentis, quorum vigore fuit actum, patet sensui, dum in eisdem idem est iudicium, vt etiam comprobat textus in l.proponebatur, 76.ff.de iudic.

Quod vero exceptio falsitatis impeditiua sit exequu-
5 tionis etiam cameralis obligationis, ex decis.exad-

uer-

uerso adducta, Caputaq.274. num.2. par.2. magis demonstrat, Causam ciuilem esse praeiudicialem criminali, ex quo, quatenus in iudicio ciuili pro-
6 nunciatur, instrumenta esse exequenda, non obstante dicta asserta falsitatis exceptione, haec sententia pariet etiam exceptionē rei iudicatae quoad criminalem, vt per Rotam post lib.2.conf.Farinac. decis.201.num.1.ante fin.

ARGVMENTVM.

Pendēte adhuc iudicio ciuili, in quo actor opposuit de dolosa administratione, an possit de dolo criminaliter agere.

SVMMARIVM.

1 *Causa ciuili pendente non admittitur simultanea cumulatio Causae criminalis.*
2 *In Iudicio ciuili quando fuit oppositum de iis, quae postea praetenduntur in iudicio criminali, Causa criminalis licet maior non facit siiere ciuilem.*
3 *Causa ciuilis prius intentata facit criminalem silere, quando sententia ferenda in ciuili parit in criminali exceptionem rei iudicatae.*
4 *Dolus quando purgari potest actione ciuili descēdente ex contractu, cessat criminalis actio.*
5 *Ex Doli praetextu, non est locus poenae criminis stellionatus, quando interesse reparabile est per actionem ciuilem.*
6 *Doli actio, & criminis stellionatus datur in subsidium, quando praetendenti damnum non potest alio modo prouideri.*

CONSILIVM CLVIII.

Videtur rescribendum A.C. vt constito sibi, quod Causa ciuilis sit praeiudicialis criminali, supersedeat in criminali, quoniā rescriptum huiusmodi conditionale non denegatur tanquam dispositioni Iuris communis conforme, & praecipue, quādo Causa ciuilis fuit prius intentata, vt in hoc ca-
1 su, in quo proinde simultanea iudicii criminalis cumulatio, pendente ciuili, non admittitur, l.2.§. hoc edicto, ff. de ui bonor.raptor.l.interdum, C. de publ.Iudic.glo.in l.1.in verbo vtraque, & in rubr. C.quand.ciuil.act.crim.praeiudic. Hond. conf. 109. num.60.& seqq.lib.1.Farinac.quaest.100.num.113. & in fine.

Et praesertim cum de praeiudicialitate ciuilis ad criminalem non sit dubitandum, tum quia Pars aduersa ante incohatum iudicium criminale saepius opposuit de dolo pretenso, tam in fictione praegnātie, quam in non confectione inuentarii, & post illius confectionem de omissione, & occultatione rerum haereditariarum, siquidem stante opposi-
2 tione in iudicio ciuili de praetensis ex posteriori iudicio criminali receditur à conclusione; quod Causa criminalis tanquam maior faciat ciuilem silere, Bellapertic.in l.fin.post med.vers. sed nūquid lex ista, C.de ord.iud.& ibidem Salic.num.1.in 1. & 2.oppos.Aym.conf.280.num.1.post med.vers.simili modo, sicut saepe resoluit Rota, vt dec.124.post lib.1.conf.Farin.& Coccin.123.per tot.

Tum etiam, quia sententia absolutoria ferenda in ci-
3 uili parit exceptionem rei iudicatae in criminali, quandoquidem pronunciato in Causa ciuili, non constare de dolo ex praetensis exaduerso, pronūciatio absque dubio, & per necesse parit absolutoriam quoad criminalem, & praesertim cum etiā Pars aduersa in iudicio ciuili petierit rationē administrationis, adeo quod illa iudicio ciuili reddita, corruunt quoque praetensiones occasione eiusdem administrationis in criminali, l.Praeses, ff. ad leg.Flau.de plagiar.Cyn.in l.1.num.6.vers.ratio, & ibi Salic.num.9.C.quand.ciuil.act. crim. praeiud. Bart.in d.l.2.§.hoc edicto, num.1. vers. videte, vbi etiam Angel. num.2.Aym.d.conf.280.n.2.vers. & adeo, Coccin.d.decis.123.num.3.Card.Caualer. decis.98.num.10.& 11.& decis.443.num.1.& seqq.

Sed & facilius videtur in hoc casu rescribendum, dū omnino cessat omnis praetensio criminalitatis tā simultaneae, quam successiuae, quia cum ratio administrationis reddēda sit occasione instrumenti, in quo D.Carolus deputatus fuit curator haereditatis, quomodocumque exaduerso praetendatur in hac administratione dolus, cum ille purgari possit
4 actione ciuili descendente ex hoc contractu etiam per iuramentum in litem ratione quorumcumque praetensorum, damnorum, & interesse, cessat exinde prorsus actio quaecumque criminalis, Corn. conf.366.num.12.& 32.lib.3.Roland.conf.75.n.31. lib.1.Menoch.conf.98.nu.82.& seq.lib.1.Aym. cōf. 6.num.105.Honded.d.conf.109 nu.59.lib.1. & sunt text.in l.tres tutores, vbi etiam glo. ff. de admin. tut.& in l.in eos, 9.ff.de tutel.

Et praesertim cum ex dolosa, quae praetenditur, administratione, nullum insurgat particulare nomen delicti, sed sola doli praetensio, nam tunc neque
5 etiam locus est poenae criminis stellionatus, ex quo interesse reparabile est per actionem ciuilem, Bald. conf.14.num.3.& conf.15.num.2.lib.1.Pedem.dec. 137.num.17.Farin.quaest.9.num.37.& in terminis dolosae administrationis conf.96.num.19.& gene-
6 rale est, quod actio de dolo, & criminis stellionatus dantur dumtaxat praetendentibus damnum in subsidium, quando sibi alia via succurri nō potest, Castr.conf.411.num.4.lib.1.Farin.conf.7.num.9.& est text.in l.eleganter, in princ.ff.de dol.

ARGVMENTVM.

De nullitate iudicij criminalis moti contra Archiepiscopum ex defectu inhabilitatis testium.

De irreleuantia, & reiectione inditiorum cumulatorum cōtra Archiepiscopum super vsurpata iurisdictione dispensādi in matrimonio, super simonia, & super extorsione pecuniarum ex pluribus aliis illicitis causis.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi residentes non possunt moneri, vt personaliter compareant, nisi praecedente commissione signata manu Papae.*
2 *Testes in Causa criminali contra Episcopum requiruntur bonae conuersationis, existimationis, & famae.*

3 *Accusator etiam nobilis, & constitutus in dignitate nullum facit inditium ad inquirendum.*
4 *Accusatoris depositio nullum facit inditium, etiā si accusatio, vel querela detur per tertias personas.*
5 *Accusatoris depositio etiamsi in tortura emanauerit, non facit inditium.*
6 *Testis criminosus, & vilis non probat.*
7 *Testis odiosus, maleuolus, vel inimicus non probat.*
8 *Testi inimico neque etiam in articulo mortis adhibetur fides.*
9 *Testis inimicus etiam sub tortura non probat, etiam in crimine excepto, vel occulto, & difficilis probationis, & num.50.*
10 *Honor comparatur vitæ.*
11 *Inimicitia oritur ex iniuria ad animum reuocata.*
12 *Inimicitia etiam leuis repellit testes, quando requiruntur omni exceptione maiores.*
13 *Prælati nō debent à subditis accusari ex malignitatis, et odii fomite.*
14 *Copia non probat corpus delicti non exhibito originali.*
15 *Corpore delicti non probato in iis, in quibus remanent post factum vestigia, cessat prætextus vexationis.*
16 *Principis mandatum motu proprio contra aliquē inquiri, intelligitur quatenus de corpore delicti constet.*
17 *Afferenti se fecisse aliquid de iussu Principis non creditur, nisi iussus Principis aliunde iustificetur.*
18 *Testibus non est credendum, nec Iudicibus, quādo agitur de eorum dedecore fugiendo.*
19 *Ablatiui absoluti faciunt conditionem.*
20 *Verbum, stantibus, vti requirens causæ cognitionem non facit merum, sed mixtum exequutorem.*
21 *Testes inimici non probant in crimine simoniæ.*
22 *Testes singulares etiam cum fama in crimine simoniæ non probant.*
23 *Testes contrarij sese inuicem collidunt.*
24 *Testis non probat, quando alius adductus ab eo in contestem contrarium deponit. Et num.45.*
25 *Testes deponentes se tradidisse pecuniam, non probant simoniam, vti tractantes de proprio interesse, ob facultatem repetendi.*
26 *Simonia excluditur cessāte probatione tractatus, et pacti conclusiui.*
27 *Simoniam excludit gratuita, et voluntaria traditio.*
28 *Testes mediatores, et socij criminis non probant simoniam.*
29 *Tortura non supplet in teste vitium interesse.*
30 *Testes de auditu in crimine simoniæ non probāt.*
31 *Testes deponentes de confessione extraiudiciali non probant simoniam.*
32 *Simonia non probatur per testium credulitatem, vel iudicium.*
33 *Testis deponens debet per causas specificas inferentes necessario vera esse, quæ deponit.*
34 *Experientia superat omnes alias probationes.*
35 *Probatio ab impossibili præualet probationibus quibuscumque.*
36 *Probatio æquiuoca non releuat.*
37 *Solutio pecuniæ in dubio præsumitur potius in bonam partem, vt excludatur delictum.*
38 *Actus tribuitur causæ, de qua constat.*
39 *Testis, qui deponit se recepisse pecuniam, et alteri eam consignasse, vti deponens ad sui exonerationem non probat. Et num.41. Et num.46.*
40 *Consuetudo vel substinet actum, vel saltem quādo non est contra Ius naturale, vel gentium, excusat à pœna.*
42 *Testes inuerisimilia deponentes quamuis sint plures, non attenduntur.*
43 *Proditionis qualitas concludenter probanda est, non præsumptiue ad excludendam immunitatem.*
44 *Conditio in delictis ante illius implementum abnegat consensum, adeo vt agi non possit de pœna.*
47 *Testi interesse habenti adhibendam esse fidem, Iudex arbitrari non potest.*
48 *Possibile, vel non possibile pro constanti poni nequit.*
49 *Testis referens se ad libros non probat non exhibitis libris.*
51 *Episcopus non tenetur de proprio expendere in visitatione.*
52 *Consuetudo attenditur in subministrandis Episcopo expensis in visitatione.*
53 *Solutio pecuniæ spontanea excusat recipientem à delicto.*
54 *Pœnæ exactio non præsumitur excessiua.*
55 *Pœnæ in tribunali Episcoporum licet applicari debeant locis piis, tamen Episcopi nec criminaliter, nec ciuiliter molestari possunt ad reddendā de eis rationem.*
56 *Fama orta à maleuolis non est sufficiens ad inquirendum specialiter.*
57 *Fama exclusiua delicti præualet contrariæ.*
58 *Administrator præsumitur in dubio ditatus ex industria, & labore suo, non autem ex bonis administratis.*

CONSILIVM CLIX.

SAcrum Concilium Tridentinum sess.13. cap.6. de reform. quoniam Episcopis subditi, tametsi iure correpti fuerint, magnopere tamen eos odio habent, tanquam iniuria affecti, & falsa illis crimina obijcere solent, vt quoquo pacto possint eis molestias exhibere, non solum disponit, eos nonnisi ob causam, ex qua deponendi, siue priuandi venirent, etiamsi ex officio, aut per inquisitionem, seu denunciationem, vel accusationem, siue alio quouis modo procedatur, nequaquam citari, vel moneri posse ad personaliter comparendum, ne magno eorum incommodo gregem sibi creditum relinquant, ac non sine Episcopalis dignitatis di-
1 minutione vagare cogantur, adeout Episcopi residentes, etiam si sit Causa atrocissima etiam, heresis, aut læsæ maiestatis, nonnisi ex speciali cōmissione manu Papæ signata, vt personaliter compareant, citari, vel moneri possint, vt per Gonzalez ad reg 8. Cancel. glo.41. num 5.
Sed etiam eadem sess.13. cap.7. de reformat. disponit expresse, quod testes in Causa criminali ad infor-
2 mationem, vel inditia, seu alias in Causa principali contra Episcopum, nisi contestes, & bonę cōuersationis existimationis, & famæ fuerint, non recipiantur, quamobrem cum omnia capita, ex quibus D. Archiepiscopus inquiritur nullam habeant

beant subsistentiam, nisi quam Curia, & adherentes fundare in testium depositionibus prætendűt, in quibus ex deducendis infra qualitates prædictę deficiunt, vtique hoc ipsum sufficiens censeri debet post longam carcerationem, immensasque impensas ad absolutionem, vt etiam explicite disponitur in c.accusatio Episcoporum, 19.& c.accusatio, 15 & c.testes, 39.2.quæst.7.& c.fin.2.quæst.5.

Et præsertim cum in hoc casu nedum requisitæ testium præfatæ qualitates deficiant, sed etiam testes tam in dicto, quam in persona plures notabiles exceptiones patiantur deductas in facto, & tales, vt eę solę sufficiant, vt nulla illis possit adhiberi fides in nullo ex octo capitibus, ad quæ restringuntur omnia D. Archiepiscopo obiecta, & signanter, quod non solum testes, quorum dantur depositiones, earum tenore attento, liquet esse accusatores, quamobrem à testificando omnino
3 repelluntur, adeout examinati nec vllum prorsus faciant inditium ad inquirendum etiam in casu, in quo accusatores essent nobiles, & in dignitate cőstituti, magisque quãdo personæ viles, vt in hoc casu, c.forus, §.in omni, de verb.signif.cap.accusatores, 3.quæst.5.Felin.in c.licet Heli, num.6.de simon.
4 etiamsi accusatio, vel querela detur per tertias personas, Farin.quæst.46.num.95.& seqq.& de testib.quæst.60.num.65.& seqq.adeout accusatoris,
5 querelantis, & offensi inculpatio nec inditiű faciat, etiam quod in tortura emanauerit, Farin.eadem quæst.47.num.99.& seqq.immo nec ad capturam, licet examinentur vti testes, Farin.num.97.& 98.nec ad inquirendum, vt numer.96.& quæst.60. num.65.

Et quia nedum dicuntur personæ viles, & criminosæ
6 etiam specialiter ex rationibus deductis in facto, c.super eo, il primo, & ibi glo.in verbo testimonium, de testibus, c.constituimus, 3.quæst.5. Farin. de testib.quæst.57.num.126.& seq.

Verum etiam, quia constat, testes esse D. Archiepi-
7 scopi inimicos, non solum ex specialibus causis grauibus, & certis relatis in facto, ex quibus redditi fuerunt nedum maleuoli, sed odiosi, & suspecti, Innocent.in c.cum P.10.num.7.de accusat.Farin.plurimos adducens, de testib. quæst.53. nu.30.

Immo etiam ex processibus, & condemnationibus
8 contra eos ex grauibus etiam causis sequutis, quapropter hisce testibus neque etiã in articulo mortis fides adhiberi debet, Boss.d.tit.de inquis.nu.11 Farin.d.quæst.53.num.11.

Nec quando sub tormentis eorum depositiones cőfirmarunt, etiam quod deponerent de criminibus
9 exceptis, Boss.eod.tit.de inquis.ex numer.52. vers. nam in criminibus exceptis, ex quo inimicitiæ inhabilitas nec etiam suppletur per torturam, idẽ Boss.d.tit.de inquis.num. 52. post med. vers. igitur inimici etiam cum tortura, Farin.eod.quæst.53.nu.10.etiam quod ageretur de delictis occultis, ac difficilis probationis, vel alias veritas haberi non possit, vt num.7.

Nullaque difficultas est hoc casu, quo inimicitia in testibus orta fuit ex causis etiam dictorum processuum, & actorum eorum honori detrahentibus,
10 quia honor vitæ comparatur, l.iusta, vbi glos.ff.de man.vin.Card.Mantic decis.307.num.5.
11 Et eosdem testes etiam ex eorum confessione constat ad animum iniuriam prætensam reuocasse, vt §.fin.cum glos.in verb.non reuocauerit, in It.t.de iniurijs.

Sed depositiones fuerunt contra D. Archiepiscopum
12 eorum Prælatum, quo casu cum ex præallegatis requirãtur testes omni exceptione maiores, idcirco quælibet inimicitia etiam leuis eos à testificãdo repellit, vt per eumdem Farin.d.quæst. 53. num.53.

Aduertendo præcipue, quod nec in Ciuitate metropolitana, nec in alia eiusdem diœcesis dantur testes aliqui querelantes, sed dumtaxat ex oppido tam ex qualitate inhabitantium, quam animarũ numero longe inferiori, quodque ijdem inhabitantes alias de similibus eumdem D. Archiepiscopum calumniose querelarunt, itaut idem Archiepiscopus per decretum ab Eminentiss. D.Cardinale Barberino approbatum fuerit absolutus, nam proinde satis desumitur, veritatem esse, quod hec persequutio originem, & fomentum trahit à ministris Curiæ laicalis odio habentibus ipsum Archiepiscopum ob defensam aduersus eos Ecclesiasticam iurisdictionem, & consequutiue hæc per-
13 sequutio non procedit ex charitatis affectu, sed odij fomite contra textum in cap.qualiter, 24.loquente de querelis subditorum aduersus eorum Prælatum, de accus.& cőtra textum in c.licet Heli, 31.in fine, loquente de obiecto assertæ simoniæ, & alijs prætensis excessibus Prælati, in quo in fine pariter damnantur querelæ de malignitatis fomite procedentes, sub tit.de simonia.

Ac particularia capita assumendo constat, Archiepiscopum esse in statu absolutionis, quod enim attinet ad

Primum caput dispensationis matrimonialis inter compatrem, & commatrem, ex quo prætẽditur, D. Archiepiscopum sub memoriale sibi porrecto ex Parte contrahentium decreuisse, stante dispẽsatione obtenta super impedimento compaternitatis, capta informatione, & publicationibus factis, vt ex actis, R.curatus collegiatæ nostræ diœcesis coniungat domi oratores in matrimonio per verba de præsenti, iuxtà præscriptum sacri Concilij Tridentini, nihil prorsus repræhensibile, nedum punibile contra D. Archiepiscopum prætendi potest, quoniam non constat de hoc prætenso decreto, nisi per copiam, quam Ioseph extraxisse à proprio originali penes se existente asseruit; quaprop-
14 ter asserto originali non exhibito, & recognito, frustrà prætenditur assertam copiam prætensum delicti corpus probare deficientibus requisitis, ex text.in c.fin.de fid.instrum.l.instrumenta, 2.& l. exempli, 7.C.de probat.Oldrad.cons.1. num.3. Rot. post lib.2.consil.Farin.decis.366.num.1.

Indubitatum namque est, quod corpore delicti in
15 his, in quibus post factum remanent vestigia, non probato, cessat omnis vexationis prætextus, adeout si Princeps mandaret motu proprio contra ali-
16 quem inquiri, adhuc hoc mandatum intelligendum sit, quatenus de corpore delicti constet, Brunor.à Sole suo cons.crim.num.13.& 139.vers. quod licet Princeps.& num.143.vers.& hoc adeo verũ, quem sequitur Farin.quęst.2.num.1.ad fin.

Nec obstat, quod idem Ioseph deponat, che Monsignore li fece fare vna copia, come se fosse estratta dall' originale d' vn decreto trà il compare, e la commare, ma veramente non lo vidde, ne vi era
17 tal decreto, quia neque etiam afferenti aliquid fecisse iussu Principis creditur, nec asserentem talis assertio excusat, nisi iussus Principis aliunde iustificetur, vt ex textu in l. 1. C.de mand. princ. & aliis per Farin.quæst.97.num.52.& seqq. & præser-

tim

tim quando agitur de præiudicio eius, qui se op-
ponit, vt num.57.& 60.

Minusque refert, quod tam ipse Ioseph, quã Io. Vin-
centius concorditer deposuerint, nõ è vero quel-
lo, che habbiamo detto, Monsignor ci pregò a
dir così, e ci disse, date la colpa al Vicario, perch'
io veramente hò dispensato senza il Breue Apo-
stolico, & hò riceuuto li ducati, quia ipsimet in
hac ipsa depositione affirmant, prius contrarium
deposuisse, & veritas est, quod sub iuramẽto prius
etiam concorditer deposuerunt, Monsignore
chiamò Gio. Vincenzo mastro di atti, e gli dimã-
dò, se vi erano le scritture necessarie con la dispẽ-
sa per detto matrimonio, e mostrato questo il de-
creto del Vicario generale in virtù d'vna dispen-
sa, quale io, e Monsignore vedessimo, diede Mon-
signore licenza di sposare in casa, siquidem stante
hac priori iurata depositione primum hoc dictũ
est attendendum, non solum ob vulgatam periu-
rij exceptionem, sed quia neque testibus, neque
18 Iudicibus fides adhiberi debet, quando in ijs agi-
tur de eorum dedecore fugiendo, vt pluribus cõ-
probat Farin.de testib.quæst.60.num.100.Dec.cõs.
603.num.14.Rot.decis.235.num.4.& decis.487.n.6.
post med.vers. nec statur postea illius assertioni, p.
2.recent.

Idque eo magis videtur hoc casu dubitationem mi-
nime recipere, quo perpenso ipso decreti tenore,
qui habetur ex ipsa copia à d.Iosepho subscripta,
& in quo verbum, domi, siue extensum, siue adie-
ctum substantiam non variat, decretum dispen-
sationis legitur conditionale ex verbis, stante di-
spensatione super impedimento compaternitatis,
capta informatione, & publicationibus factis, tũ
19 ex regula, quod ablatiui absoluti faciunt condi-
tionem, l.ab emptione, 59.ff.de pact.l.à testatore
108.ff.de condit.& demonst.Surd.decis.268.n.11.

Tum quia, quod verbum, stantibus, requirat causæ
20 cognitionem, & ideo non faciat exequutorem
merum, sed mixtum, decidit Rota apud Gregor.
decis.413.num.2.ad med.vers.adiunt alię clausulę,
stantibus.

Quoad secundum caput concernens collationẽ or-
dinum ex prætensa pecuniarum receptione nihil
ex processu resultat, quod releuet, in primis, quia
omnes deponentes cõtra D.Archiepiscopum nul-
lam merentur fidem, dum probantur causæ ex
eorum excessibus prouenientes, ex quibus ipsi D.
Archiepiscopo sunt inimici, exceptio namque ini-
micitiæ, nedum repellit, ex primo loco adductis,
21 sed quia in specie ea admittitur ex eadem Consti-
tutione Pij Quinti in hac materia simoniæ, Cardin.
Mantic.decis.211.num.10.Gregor.decis.517. n.10.

Accedente præcipue, quod etiam testes sunt singu-
22 lares, nam in hac materia simoniæ testes singula-
res neque etiam cum fama probant, Put. decis.
175.in fine, alias 167.num.6.lib.2.in correctis, Sera-
ph.decis.1029.num.11.Rota in Tullen.parochialis,
de qua Farin.quæst.75.num.50.& seq.& num.112.
& seq.lib.1.

Magisque quia testes, vt aduertitur in facto, sunt etiã
23 inter se varij, & contrarij etiam respectu causæ
scientiæ in pluribus, testes enim quamuis plures
hoc casu nihil probant, cum aliqui alijs contradi-
cendo se inuicem collidant, Farin.firmans, hanc
esse regulam, de testib.quæst.65.num. 2. ac etiam
in substantialibus, Farin.quæst.66.nu.5.& cons.60.
num.14.

24 Quinimo quia aliqui adducunt alios in conte-
stes, qui negant, Giurb.cons.70.nu.36.Card.Man-
tic.decis.317.num.8.

Præterea nulla quoque fides testibus adhiberi potest,
quoniam illorum, qui affirmant, se ipsos pecunias
25 D. Archiepiscopo ex propria causa tradidisse, de-
positio concernit proprium eorumdem interesse,
& vtilitatem, ex quo vbi id esset verum, sibi com-
peteret ius repetendi in eodem, vel alio iudicio,
Feder.de Sen.cons.54.prope finem, vers. nã omnes,
Roman.singul.360.num.1.& seq. Felin in c. perso-
nas, 20.num.2.de testib.Aym.cons.6.num. 102. Pe-
demont.decis.72.num.6.Bertaz.cons.33.num.16.&
seq.& cons.170.num.10.& seq.lib.1.& cons.251.nu.
29.& seq.lib.2.Farin.quæst.60.num.77.& seqq.

Deponentes autem de traditione ex aliorum inte-
resse nihil quoque faciunt, quia aut depositio tã-
git dumtaxat simplicem traditionem absque tra-
26 ctatu, & pacto præcedente dandi ex causa colla-
tionis ordinum, & tunc nihil faciunt, vel quia si-
moniæ prætextus absque dubio excluditur cessã-
te probatione concludente, tam tractatus, quam
pacti conclusiui, c.Artaldus, 8.quæst.1.per tot. Diu.
Thom.2.2.quæst.100.art.1.Capataq.decis.239. n.7.
par.3.Cassad.decis.2.de simon.Rot.decis.532. nu.4.
par.4.diuers.Seraph.decis.1029.nu.8.Greg. d.decis.
517.num.30.& num.31 in fine, vbi quod simonia
recipit formalitatem à conuentione, nec sufficit
factum sequutum, & seqq.Rot.decis.166.n.9.par.2.
rec.& post lib.2.cons.Farin.decis.108.nu.4.& decis.
301.num.5.& seq.

27 Quamobrem gratuita, & voluntaria traditio
excludit simoniam, Seraph.decis.1029. nu.9. Rot.
decis.432.num.3.ad fin.par.4.diu.

Aut traditio prætenditur, quod processerit ex tra-
ctatu, & pacto præcedente, & tunc quia nullate-
nus de prætenso tractatu, & conclusione cum D.
Archiepiscopo constat, quinimo omnes testes de-
ponunt, pecunias aut fuisse traditas Fiscali, aut
Vicario foraneo, proinde sequitur, quod testes ne-
28 que probent, quia cum propterea fuerint media-
tores, & socij criminis, repelluntur, ex textu in his
terminis in c.1.cum glos.in verbo, mediatorem, de
testib.in 6.

Neque ideo, quia Fiscalis hanc receptionem neget,
Vicarius vero à contrario primo dicto recesserit, &
recessum tortus confirmauerit, huiusmodi recessus
suffragari potest, cum eius depositio tendat ad suã
vtilitatem, & concludenter non probet, tradi-
tionem D. Archiepiscopo fecisse, ac propterea te-
neatur ipse ad restitutionem, & consequenter pro-
29 prij interesse vitium tortura non suppleat, vt per
Farin.cons.60.n.52.ante finem, vers.cum tortura
lib.1.ex Boss.tit.de inquis.num.52.

30 Insuper nec testes deponẽtes de auditu aliquid
faciunt in hoc crimine, vt in his terminis per Rot.
apud Greg.d.decis.517.num.14.& seq.

31 Ac non etiam deponentes de asserta extraiudi-
ciali confessione D. Archiepiscopi, quod pecunias
receperit, vt pariter in his terminis per Rotã apud
Greg.decis.238.num.12.

Minusque deponentes, quod viderint habentes pe-
cunias in manibus, easque deferentes ad mansio-
nes, in quibus D. Archiepiscopus reperiebatur,
quodque postea vel insulse sonitum aliquis vidit,
aliquis vero audiuit computationis illarum, tum
quia huiusmodi auditus, siue inferat creduilitatẽ,
32 non afficit, quia simonia non probatur per testiũ
credu-

credulitatem, Gregor.in his terminis d.decis.517 num.17.siue fuerit eorumdem testium iudicium, quia neque ex illo infertur, Rot.decis.250.nu. 12.
33 par.6.rec.iudicium namque est, non testimonium depositio extra causas specificas inferentes necessario vera esse,quæ iudicantur, Caputaq.dec. 275. num.6.par.3.

Magisque dum sonitus pecuniæ, quem audiuisse dicunt ex loco specificato,rei euidentia cum experientia demonstratur impossibilis, adeout hæc ex-
34 perientia superet omnes alias probationes, Tiraq.de retract.lign.§.4.glo.1.num.37.& seqq.

Nullaque est difficultas, quin probatio ab impossibili
35 præualeat probationibus quibuscumque, Rota decis.28,num.3.ante med.post lib.2.conf.Farin.

Tum etiam, quia tam Vicarius foraneus, quam Fiscalis prædicti administrabant redditus Archiepiscopatus, & pecunias ex illis redactas exigebant, ideoque sat est, quod pecuniæ per eos traditæ D. Archiepiscopo potuerint esse ex hac causa, ac pro-
36 inde, quod actus, de quibus testes deponũt,fuerint æquiuoci, Card.Caualer.dec.570.n.7.Coccin. decis.289.num.2.& decis.379.num.9.

Quoad tertium caput concernens interesse circa alia Sacramenta, nihil quoque adducitur, quod afficiat, quia solutio vndecim carolenorum, quam vnicus testis deponit fecisse D.Archiepiscopo,nullam meretur fidem, & quia dictum vnius censetur nullius,ex regula l.vbi numer.12.ff.de testib.& quia omnes alij, qui de simili solutione deponunt, qualificant, solutiones factas fuisse secretario, non D.Archiepiscopo, & tam prædictus, quam cæteri nedum fidem minime merentur, quia deponũt de re sua ratione facultatis repetendi solutum, ex reg.l.nullus idoneus,10.ff.eod.de testib.

Sed quia ad exclusionem delicti magis solutio interpretanda esset ex causa recognitionis secretarij ra-
37 tione confectionis litterarum patentiũ, quamobrem solutio nulla ratione applicabilis est causæ administrationis Sacramentorum, sed mercedi debitæ ratione litterarum coadiutorum Archipresbyteri, Farin.conf.25.num.12.& conf.45.num.47.lib. 1.Caball.resol.crim.casu 106.num. 14. ex l.semper in dubijs,57.& l.factum cuique,198. in fine, versic. in pœnalibus, ff.de reg.iur.

Denegatio confirmationis vnius in officio Confessoris ob causam recuperandi ducatos 27. nullius est momenti,dum denegatio fuit arbitraria, causa vero prędicta non fuit ea, quæ exaduerso prætenditur, sed recuperatio precij excessiue soluti ratione contractus emptionis mularum cum approbatio-
38 ne huius excessus tam à mediatoribus,quã ab ipso venditore, ideoque recuperatio tribuenda est huic causæ, quæ apparet debita, Rot.decis.275.n. 3.par.1.rec.Seraph.decis.468.num.2.& decis. 1418. numer.12.

Expositio Sanctissimi Sacramenti in Ecclesia Monialium certi loci de earum ordine, & prætextus clausuræ Ecclesiæ post dictam expositionem ad effectum extorquendi pecuniã pro aperitione nullatenus probatur processisse ex mandato D. Archiepiscopi, testes vero, qui de dicta clausura deponunt, non solum patiuntur plures notabiles exceptiones relatas in facto, sed per actum publicum à prius depositis recesserunt, vnicus autem testis, qui asserit, aliquos post dies à solemnitate d.expositionis detulisse ducatos decem D.Archie-
39 piscopo, deponit ad sui exonerationem, prout etiam deponit Fiscalis dicti loci, quatenus affirmat, recepisse à monialibus ducatos quindecim, & hanc summam D.Archiepiscopo consignasse, Rot.decis.303.num.3.par.2.& decis.644.n.2.par.3. recent.

Collatio rectorię S.Iacobi ex causa receptionis ducatorum 30. in mense ad Pontificem reseruato cũ additione trium Beneficiatorum aliis nouem nul-
40 lam habet iustificationem, quia quoad mensem ex hoc capite D. Archiepiscopus fuit anno 1638. absolutus, & constat, dictam rectoriam indistincte in quolibet vacationis mense fuisse etiam ab antecessoribus Archiepiscopis collatam ad nominationem Capituli, hæc autem consuetudo, vel collationis validitatem substinet, Gonzal.ad reg. 8.Cancell. glo.45. num. 71.vel saltem cum non sit contra ius naturale,vel gentium, excusat, Bero. conf.190.n.2.lib.3.Peguer.decis. 34. in fine,Farin. quæst.95.num.31.35.& 44.

Circa autem numerum Beneficiatorum ad tres alios adiunctum, sed ob aliorum nouem contradictionem non effectuatum stante solutione dictorum ducatorum 30. quia neque id probant asserti testes ob exceptiones, quas patiuntur, vt in facto, neque ex eo, quia de hac prætensa solutione deponens non meretur fidem, dum depositio ten-
41 dit ad sui ipsius exonerationem tanquam asserẽtis recepisse, & tradidisse D. Archiepiscopo, Rot. dicta decis.303.par.2.& d.decis.644. num. 2.par.3. recent.

Quoad quartum caput omissæ defensionis Ecclesiasticæ iurisdictionis respectu decreti immunitatis exclusiui, non obstante prætextu vulneris proditorie illati, in primis testes, qui super hoc capite deponunt, non solum relatas patiuntur exceptiones, & prorsus inuerisimilia deponunt,quod scilicet D. Archiepiscopus, quem constat, Ecclesiasticam iurisdictionem adeo defendisse,vt ipsum Prouinciæ Præsidem, aliosque illius Regiæ Audiẽtiæ ministros excommunicauerit, voluerit in casu vilium personarum, mediante solutione minimæ summæ iuliorum triginta duorum aduersus Ecclesiæ immunitatem decernere, testes namque inue-
42 risimilia deponentes etiam magni numeri, nedũ parui minime attendi possunt, cum in veritate indaganda Iudices potissimum verisimilitudinem debeant inspicere, Gabr.conf.159. num.14. lib.1. Ruin.conf.149.num.36.in fine, & conf.150. nu.18. lib.5.Gabr.de testib.conclus.7.numer.9.Surd.decis. 135.num.11.Farin.de testib.quæst.65.nu.147.adeo vt Rota ex hoc capite tresdecim testes contestes reiecerit in Perusina laudi 23. Ianuarii 1619. corã bo.me.Cardinale Verospio.

Ac præterea, quia exaduerso non probatur, delictũ fuisse qualificatum ex prætẽsa proditione, quo ca-
43 su dumtaxat delictum qualificatum ab immunitate excludit,adeout nec probationes præsumptiuę ad hoc sufficiant,Mar.Ital.tract.lib.1.cap.6. §.1. num 80.& seqq.Ambros.de immun.cap.11.num.4. & seqq.Farin.conf.76.num.6.& conf.168.num.9. & seq.Riccius in prax.var.resol.38.n.4.& seqq.Castill. decis.156.num.2.& seqq.par.2.

Respectu prætensæ gabellæ, quæ asseritur imposita ex decreto D.Archiepiscopi Clero certi loci de soluendo Communitati singulis mensibus carolenos duos, cum non constet de alio decreto, quam sequentibus verbis concepto, supposita plena libertate in singulis donatoribus, etiam respectu temporis

poris ſtabiliti, approbamus ipſam liberam donationem, & quatenus opus eſt, præſtamus noſtrũ aſſenſum, & beneplacitum, quod attinet ad tenorem decreti, nihil contra D. Archiepiſcopum prætendi poteſt circa qualitatem donationis, quia decretum, vt præfertur, eſt conditionatum ex verbis, ſuppoſita plena libertate; conditio autem
44 ante illius implementum abnegat conſenſum, & eſſentiam diſpoſitionis, adeout hoc caſu nec de pœna, nec de delicto inquiri, & agi poſſit, nec inditium exinde oriatur, Bero.conſ.175. num.3. lib. 3.& dixi ego inter conſ.Farin.conſ.184.nu.40. poſt med.lib.2.

Nec aliquid facit, quod donatio effectum ſortiri nõ poſſet abſque beneplacito Apoſtolico, quia preter id, quod hæc neceſſitas neque ex tenore donationis, neque aliunde legebatur requiſita, nec de Iure ob paruitatem materiæ, perpenſa quantitate minima in ſingulis perſonis donantibus, tanquam ſingulis non capitulariter, ſed mediante priuata ſingulorum ſubſcriptione, ex c.terrulas 53. 12. q.2. adhuc ſuppoſita neceſſitate expeditionis beneplaciti Apoſtolici, nihil poteſt D. Archiepiſcopo imputari, cum onus huiuſmodi eſſet Communitatis donatariæ, & alioquin ius ſaluum eſſet pro nullitate dictę donationis Capitulo, ex c.fine exceptione, 52.12.quæſt.2.

Minuſque facit prætextus, quod Communitas pro obtinenda dicta approbatione, & beneplacito à D. Archiepiſcopo ſoluerit ducatos quadraginta, mediante ſuo capſerio, quia hic non deponit ſoluiſſe D. Archiepiſcopo, ſed Mangiono; hic autẽ, quamuis affirmet, eamdem ſummam ſoluiſſe Brigæ, qui pecunias ad ſe traxit, D. Archiepiſcopo exiſtente in eadem manſione, tamen eius affirmatio nullius eſt momenti, quia idem Briga deponit contrariũ,
45 teſtis enim adducens alium in conteſtem id negãtem, nihil probat, Farin.conſ.37.num.24. & conſ. 127.num.11.& conſ.138.num.21.Giurb.conſ.70.n. 36 Magon.deciſ.Lucen.17.num 8.

Magiſque hoc caſu, quo Mangionus confitens, ſe recepiſſe dictos ducatos quadraginta affirmans eamdem ſummam habuiſſe D. Archiepiſcopum,
46 deponit ad ſui exonerationem, & commodum, ne teneatur ipſe reſtituere eamdem ſummam Cõmunitati ſoluenti, adeout propterea dicatur teſtis in Cauſa propria, Peregr.deciſ.42.numer.2.nec
47 prætendi poſſit in Iudicantium arbitrio eſſe qualitatem fidei huic teſti adhibendæ, Bald.in c.cum nuncius, num.1.verſ & nota, quod commodum. de teſtib.Farin.de teſtib.quæſt.60.num. 12.

Eademque ratione non probatur ſolutio ducatorum quindecim D. Archiepiſcopo pro habendo beneplacito alienationis cuiuſdam arcus ad Eccleſiam pertinentis, quia prætenſio, quod ſoluenti ſuffragetur aſſerta ſolutio facta D. Chriſanti nihil facit, dum idem Chriſantes hoc negat ex præallegatis.

Dumque non etiam nullitas dicti beneplaciti prætendi poteſt, ex quo locus quoque eſt, d.c.terrulas, 53.12.quæſt.2.

Quoad quintum caput concernens monaſteria, & moniales, quatenus prætenditur, ab ijs fuiſſe plures pecunias ſolutas Vicarijs D. Archiepiſcopi, & alijs, in caſibus receptionis habitus monialis, emiſſæ profeſſionis, electionis abbatiſſarum, ſeu earum confirmationis, alijſque ex cauſis in facto relatis, teſtes deſuper examinati patiuntur exceptiones deductas in facto, nec aliquid, quod D. Archiepiſcopum afficiat, deponunt, dum quatenus deponunt de ſolutione alijs quam ipſi Archiepiſcopo, excluditur cuiuſque exceſſus prætextus, cùm in ciuilibus magis, quam in criminalibus probationes debeant eſſe concludentes, ideoque aſſerẽtes, ſe pecunias, quas receperunt, numeraſſe D. Archiepiſcopo, nullam fidem merentur, cùm agant de ipſorum exoneratione ex præallegatis, deponentes verò de ſola receptione ab alijs, quàm Archiepiſcopo, minus probant, cùm ſatis ſit, poſſibile eſſe, quòd D. Archiepiſcopus has pecunias realiter non
48 receperit, & poſſibile, ſicut non poſſibile pro conſtanti poni nequeat, Farin.conſ.75.num.67. deponentes verò, Archiepiſcopo pecunias numeraſſe, non etiam fidem aliquam merentur, cùm deponãt in Cauſa propria ad proprium commodum ratione conſequutiuæ facultatis repetendi, quod ſoluiſſe prætendunt, ex textu in l. omnibus, 9. C. de teſtib.

Ac præterea, quia ſolutiones, quæ factæ prætenduntur à monaſterijs, dicuntur ab affirmantibus fuiſſe in monaſterij libris annotatas, & tamen libri iſti nõ
49 etiam fuerunt exhibiti, Rot.deciſ.644. nu.2. in fin. par.3.recent.

Et inſuper, quia ſunt ſingulares, & inter alias exceptiones, quæ ex inquiſitionibus, & proceſſibus contra eos fabricatis iuſtificantur, patiuntur etiam ex-
50 ceptionem inimicitię cum Archiepiſcopo, & hæc exceptio eſt talis, vt nec etiam per torturam purgetur, Boſſ.tit.de inquiſit.num.52. verſ.ſed iſta, & verſ.igitur inimici, Farin.quæſt.46.num. 100.

Accedente demum, quòd etiam in caſu, in quo aliquid ſolutum prætendi poſſet, id exceſſui imputari nequit, cùm ſolutio intelligenda eſſet in cauſam impenſarum, quas Archiepiſcopus pro ſe, & condecenti familia ſubſtinebat in acceſſu, permanentia in loco extra ſuam metropolim, & in alijs deductis in facto, cum non teneretur expendere de pro-
51 prio, ſicut Epiſcopus de proprio expendere non tenetur in viſitatione, vt per Barboſam tract. de Epiſc.par.3.alleg.73.n.57.

52 Ceſſatque omne dubium, ſtante conſuetudine ſoluendi in prædictis caſibus, Barboſ.ead.alleg.73. num.45.

Quoad verò aſſertas ſolutiones receptas in electione procuratorum monaſterij ab eiſdem delictis non ſolùm excludunt obiectum exceptiones pariter in
53 facto deductæ, ſed quia in hoc à ſponte dantibus delictum aliquod minimè conſiderabile videtur, ex adductis per Farin.quæſt.111.n.241.

Quoad caput ſextum reſpiciens applicationem pœnarum conſiſtens in duplici ratione, ſcilicet in exceſſu, & in applicatione ad proprium commodum,

Circa primum prætenſus exceſſus nullatenus probatur, nec prætextus aſſumptus ex minori quantitate exacta in anteceſſorum tempore, & quia non
54 etiam ſubſiſtit, & quia huiuſmodi pœnæ ſunt arbitrariæ, & habent pro ſe præſumptionem exceſſus excluſiuam, Seraph.deciſ.1139.num.2.

Circa ſecundum, quia nedum dantur iuſtificationes applicationis in fabrica ingenti Palatij Archiepiſcopalis, & in alijs pluribus eleemoſinis, ſed quia licet pœnæ in tribunalibus Epiſcoporum ad euitãdam cupiditatis ſuſpicionem locis pijs eo ipſo ſint applicandæ ex diſpoſitione Tridentini ſeſſ.25.c.3.
55 & cap.14.de reform.attamen non ſolum contra Epiſcopos ex hoc capite criminaliter procedi non poteſt, ſed nec iudicio ciuili ad aliquam dictæ conuerſio-

uersionis iustificationem tenentur, itaut ad hanc applicationem, & conuersionem solum in foro Poli, eorumque conscientiæ teneantur, ex eodem Concil. Trident. d. sess. 25. cap. 14. vers. quæ fabricæ Ecclesiæ, aut alteri pio loco, de reformat. vt etiam firmant Lopez ad pract. crim. canonicam Diaz c. 145. in verb. retinere, & Quaranta in summa Bullarii, in verb. pœnæ pecuniariæ, post med.

Quamobrem solus Deus est Iudex, & cognitor huius capitis, & nemo potest quæstionem Episcopis facere, glos. in c. statutum, 11. §. assessorem, in verb. relinquitur, de rescript. in 6. Io: de Anan. cons. 34. nu. 4. Butr. loquens in eo, quod conscientiæ, & arbitrio Ordinarii relinquitur cons. 62. num. 4. vers. non obstat, Alex. cons. 2. num. 1. in fine, & seq. lib. 2.

Quoad septimum de afferta publica voce, & fama nihil prætendi potest, quod releuet, tum quia ex
56 deductis liquet, originem habuisse à maleuolis, & non fide dignis, quo casu neque etiam sufficiẽs censeri potest ad inquirendum specialiter, Boss. de inquisit. num. 39. Farin. quæst. 47. num. 47. & seq. & cons. 78. num. 36. post med. & cons. 24. num. 6.

Tum etiam, quia constat de contraria fama negati-
57 ua iustifiata plene ex testibus, quorum qualitas longe excedit affirmantes famam affirmatiuam, & præsertim accedente attestatione Vniuersitatis ipsius Metropolis, quæ ideo absque dubio præualet, Farin. d. quæst. 47. num. 168. & d. cons. 78. nu. 36. & cons. 79. num. 24.

Demum quoad octauum caput concernens prætensam cumulationem quindecim millium scutorũ, quod illud resultet ex mera calumnia, non solum liquet ex rationibus, quæ ex facto satis clare habentur, verum etiam quia habet contra se Iuris præsumptionem, ex text. in l. si defunctus, 10. C. arbitrium tutelæ; Ius namque etiam in administra-
58 tore rerum alienarum, quamuis tempore, quo ad administrationem gerendam accessit, esset pauper, & finita gestione reperiatur diues, tamen id ipsum præsumit prouenisse ex eius industria, & labore, non autem ex bonis administratis, vt ibi per illũ textum Bald. Salicet. & alij communiter.

ARGVMENTVM.

An, & quando redemptio pensionis sine beneplacito Apostolico sit simoniaca?

SVMMARIVM.

1 *Pensio exacta ante litterarum expeditionem est nulla stante decreto apponi solito.*
2 *Pensio litteris non expeditis tuta conscientia recipi potest.*
3 *Pensio sine authoritate Papæ redempta non facit, vt quis incidat in excommunicationem.*
4 *Pensionis redemptio sine authoritate Papæ est simoniaca.*
5 *Pensio reseruata ex causa resignationis redimi potest de consensu resignantis absque alia facultate.*
6 *Mandatum ad consentiendum cassationi pensionis conditionaliter reseruato beneplacito Apostolico excludit animum committendi simoniam.*
7 *Beneplaciti Apostolici reseruatio non excludit simoniam stante præcedente conuentione, & subsequente exequutione redemptionis pensionis ante beneplacitum impetratum.*
8 *Pecuniæ datio in rationem redemptionis pensionis pro tempore beneplaciti Apostolici reseruati obtinẽdi licita est, vti in depositum, et securitatem. Et num. 13.*
9 *Simonia non probatur ex tractatu, nisi probetur conclusio.*
10 *Simonia non præsumitur ex vicinitate actuum, nisi probetur pactum præcedens.*
11 *Pactum ad sui substantiam requirit consensum duorum.*
12 *Tractatus interpretandus est iuxta qualitatem exequutionis.*

CONSILIVM CLX.

Absoluendus D. Tarquinius à prætensa simonia, quoniam, quatenus prætenditur ob solutionẽ
1 pensionis, signata dumtaxat supplicatione reseruationis, non autem litteris desuper expeditis, illa cessat, quia quicquid sit quoad nullitatẽ pensionis, stante decreto apponi solito, quo casu loquitur Greg. decis. 440. num. 1. & seqq. ac additio
2 num. 8. quoad effectum simoniæ, cum questio pẽdeat ab articulo, an pensio litteris non expeditis tuta conscientia recipi possit, verior in foro Poli est affirmatiua ex pluribus relatis per Gig. de pẽs. quæst. 34. num. 3. vers. contraria, & num. 6. vers. ego & cons. 151. num. 8. ad fin. Sarnen. in reg. de nõ iud. iuxta formam supplic. quæst. 14. num. 3. vers. breuiter prædictis non obstantibus, & præsertim cum ab hac distinctione non dissentiăt exaduerso allegati Paris. de consid. quæst. 43. num. 13. & Nauar. cons. 37. num. 2. vers. sed sic est, de simon. Azor. vero instit. moral. par. 3. lib. 12. cap. 13. vers. quinto quæritur alios plures pro hac eadem distinctione adducat, admittendo, quod isti authores loquuntur de Iure, & licet subiungat, quicquid sit de Iure communi standum esse consuetudini Curiæ Romanæ, hoc tamen intelligendum est quoad nullitatem pensionis, iuxta d. decis. Greg. cum addit. nu. 8. non autem quoad incursum in crimen simoniæ, saltem, quando non probatur præcedens pactio soluendi pensionẽ, litteris non expeditis, prout intelligit idem exaduerso allegatus Garz. de benefic. par. 1. cap. 5. num. 35. & seqq.

Tum etiam quia conclusio non applicatur, cum a pridie nonas octobris, quo pensio iuxta supplicationem fuit reseruata vsque ad 25. eiusdem mensis octobris, quo recepta fuerunt scuta 350. nullus terminus esset decursus, ac propterea difficultas solum restringatur ad alium articulũ, an receptio huius anticipatæ solutionis pro toto eo, quod occasione dictæ pensionis prætendi possit sine Papæ authoritate simoniam simplicẽ sub peccato mor-
3 tali incurri faciat absque excommunicatione, cum in eam quamuis realem ipso Iure non incidi ob extrauag. 2. de simon. in pensionibus sit expeditũ, ex quo loquitur de solis simoniacis in ordine, & beneficio, idem Nauar. allegat. exaduerso cons. 59. num. 3. de simon. & in manuali cap. 23. n. 111. Garz. de benef. d. prima par. cap. 5. num. 23. vers. quamuis non incurratur, Vgolin. de simon. d. tab. 1. cap. 28. §. 3. num. 8.

In hoc autem articulo, quamuis ex allegatis cõmu-
4 nis esset opinio, quod redemptio, aut cassatio sine

sine Papæ authoritate sit simoniaca, Gig.de pens. quæst.87.num.5.Paris.de resign.lib.6.quæst.2.num. 128.& de confid.quæst.23.num.5.& quæst.42.n.27. Nauar.cons.59.num.1.& cons.63.num.4.de simon. & in manual.d.cap.23.num.111.& seq.Garz.de benef.d.par.1.cap.5.num.20.& plurib.seqq.Vgolin.de simon.d.tab.1.cap.28.§.3.num.7.Graff.decis.aur. p. 1.lib.2.cap.97.num.94.Azor.instit.moral.par.3.lib. 12.cap.13.quæst.4.Suarez de relig.tom.1.lib.5.de simon.cap.26.num.5.Less.de iust.& iur.lib.2.dubit. 22.cap.35.num.122.Fernandez in medulla cas. cōsc.par.4.cap.15.§.6.num.4.& seq.tamen neque hęc conclusio afficit in casu, de quo agitur, vel quia
5 intelligenda est in alijs pensionibus, quam in reseruatis ex causa resignationis de consensu resignantis, Toletus in summa lib.5.cap.92. nu. 1. vers. dico tertio, dicens hoc casu redemptionem cum facultate fieri ad maiorem securitatem, non quod sit necessaria ad excludendam simoniam, idem Less.exaduerso adductus de iust.& iur.lib.2.cap.35. dubit.22.num.124.vbi plures alios allegat, & testatur de communi, intelligendo, quando non præcedit pactio super extinctione, sicut non constat in hoc casu precessisse.

Vel quia in hoc casu cessatio, & extinctio, seu re-
6 demptio pensionis non fuit pura, sed solum datū fuit mandatum ad consentiendum cassationi conditionaliter, reseruato in primis, & ante omnia consensu, & beneplacito Apostolico, quapropter excluditur omnis animus, & intentio committēdi simoniam, vt firmauit Rota in Lunen.Sarzanen. confidentiæ 9.Iunii 1600.coram bon.mem.Cardinale Pamphilio, apud Farin.post lib.1.cons.dec.135 ante finem.

Nec obstat, quod reseruatio beneplaciti Apostolici nihil operetur, quando deuentum est ad consummationem actus, beneplacito Apostolico non im-
7 petrato, quia contraria procedunt, quando constat de præcedenti conuentione, & subsequente deinde illius exequutione, sic namque loquitur Seraph.decis.237.num.1.& 3.Nauar. cons.47.nu.4. in princ.& ante vers.nisi pactio illa, de simon. idēque Garz.de benef.par.1.cap.5.num.353.Paris.de confid.quæst.40.num.14.Mohed.decis.1.num.3.de simon.Rot.decis.673.num.3. lib.3. par.3. diuers.& decis.41.num.3.post lib.1.cons.Farin.

Siquidem cessante conuentione, datio pecuniæ in
8 rationem redemptionis pro tempore beneplaciti obtenti censetur solum interim donec beneplacitum non est expeditum, data tanquam in depositum, & securitatem vt pensionarius sit certus, & securus de solutione, ac sine necessitate exigendi a redimente eodem modo, quo posset accipere fideiussorem pecuniæ soluendæ beneplacito obtēto, vt firmat idem Garz.exaduerso alleg.de benef. cad.par.1.cap.5.num. 38. ante med.vers. potest tamen.

Testes vero non obstant, quia licet duo deponere dicantur, D. Marcum Antonium dixisse non consensurum resignationi beneficiorum ad fauorem D. Tarquinij, nisi prius habuisset scuta 350 tamen nihil faciunt, cum huic dicto nec præsens fuerit, sed absens D. Tarquinius, nec alibi probetur cō-
9 clusio aliqua desuper facta cum eo, sicut ad effectum simoniæ requiritur, Rot.in Conchen. archipresbyteratus 27. Nouembris 1602. coram Litta post lib.2.cons.Farin.decis.187.num.3.

Tollitur autem omnis difficultas ex euentu contrario præteritæ declarationi Marci Antonij subsequuto, cum enim supplicatio reseruationis pensionis appareat signata, & cōsensus ipsi resignationi per eundem Marcum Antonium pręstitus, antequam Tarquinius pecuniam in dicta quantitate persoluerit, vtique constat præcedentem significationē voluntatis fuisse absque conclusione ad effectum huius criminis requisita, Rot.d.decis.187. num.2.

Et quemadmodum nō procedit simonia etiamsi sta-
10 tim post resignationem quid fuerit factum, quia ex vicinitate actuum non præsumitur, nisi probetur pactum præcedens, Greg.decis.517.num.30.& seq.Rot.decis.166.num.9. par.2. recent. ita fortius procedere non potest hoc casu, quo non solum deficit pactum tanquam illud, quod non vnius
11 consensum, sed duorum consensum, & conuentionem simultaneam ad eius substantiam requirit l.2.ff.de pollicit.l.1.in princ. ff.de pact. Surd.consil. 136.num.55.in fine, & num.seq.lib.1. sed vlterius voluntas alterius sortita est effectum contrarium, Greg.d.decis.517.num.33.& seq.

Præterea neque declaratio voluntatis Marci Antonij, de qua testes deponunt, ex se aliquid mali cōtinet, quia intelligenda est iuxta qualitatem subsequutæ solutionis, ac proinde sub conditione, quatenus accederet beneplacitum Apostolicum,
12 cum de Iure qualitas præcedētis tractatus interpretanda sit conformis subsequutæ solutioni, Bald. in l.si certis annis, num.11.vers.& ista sunt notanda C.de pact.Natt.cons.197.num.3.Surd.cons.224.num. 13.in fin. & seq. Rota in Romana mercedis 26. Ianuarij 1604.coram Cardinali Pamphilio: stante autem tali solutione sub hac conditione reserua-
13 tionis beneplaciti, quia solutio intelligitur, vt interim resignans sit magis tutus, & loco depositi, & custodiæ, donec beneplacitum expediatur, cessat simonia, vt iam dixi, ex Garz.de benef.par.1.cap.5. num.38.ante med.vers.potest tamen, nullaque debet esse dubitatio hoc casu, quo iam beneplacitū fuit cum effectu expeditum.

ARGVMENTVM.

In supplicatione reseruationis pensionis super beneficio de iurepatronatus an sit necessaria expressio, quod pensionarius sit frater præsentantis, vt excludatur simonia.

SVMMARIVM.

1 *Simoniacus est ille, qui confert beneficium, seu præsentat sub conditione, quod sibi pensio reseruetur.*
2 *Pensio vbi reseruatur authoritate Papæ excluditur simonia.*
3 *Simonia non committitur ex solis tractatibus, & pactis absque effectuatione.*
4 *Simoniam excludit scientia Papæ in genere. Et num.8.*
5 *Subreptio in gratiosis vitiat ipso Iure.*
6 *Subreptio non inducitur, nisi quando expressio reddidisset Principem difficiliorem ad concedendum.*

7 In

7 *In Pensionibus apponi solet causa, vt pensionarius possit se commodius substentare.*
9 *Beneficia conferri non debent sanguine coniunctis, quando sunt indigni.*
10 *Simonia non arguitur ex sola coniunctione sanguinis inter prouidentem, & prouisum.*

CONSILIVM CLXI.

INiustissimus est pretextus simoniæ in casu, de quo agitur, quoniam dispositio Pij Quinti, quod habens potestatem conferendi, aut præsentandi, si conferat, aut presentet sub conditione expressa, vel tacita, vt sibi, vel alteri pensio reseruetur, sit
1 simoniacus, vt in 2. Bulla, §. itidem si Ordinarius apud Paris. de confid. fol. 38. post med. procedit, vbi ea pensio soluitur absque authoritate Papæ, prout in his terminis loquuntur Maiol. de irregul. lib 5. cap. 45. num. 5. vers. si quis potestatem habet, & sequuntur Mascard. de probat. concl. 1306. nu. 25. lib. 3. & Paris. de confid. quæst. 28. nu. 202. secus vero, quando pensio est reseruata authoritate Papę,
2 vt explicite declarat idem Paris. eod. nu. 202. vers. sequitur igitur, & vers. limita secundo, vbi ita limitat conclusionem prædictam.

Nullaque difficultas est hoc casu, quo reseruatio pē-
3 sionis Papæ authoritate processit, antequam aliqua pensionis solutio fuerit effectuata, nam simonia non incurritur ex solis tractatibus, & pactis absque effectuatione, Card. Caualer. decis. 352. n. 4. vers. respondebatur.

Neq. obstat, quod in supplicatione reseruationis nō fuerit expressum Papæ à Michaele Angelo, cui pensio fuit reseruata, esse germanum fratrē D. Ioannis Baptistæ præsentantis, quoniam ad hoc probandum nihil prorsus exaduerso adducitur in pūcto, quod veritatem huius conclusionis præsefeferat, nam glo. in c. dilectus filius, 26. in verb. causa, de rescript. quam adducit Paris. de cōfid. quæst. 49. num. 2. & 3. solum dicit non sufficere narrare seriē facti in litteris Papæ, nisi causa facti adijciatur, sed obiectum hoc non sufficere ad effectum eliciendi confidentiam, vel simoniam, cum iuxtà veriorem
4 opinionem sufficiat scientia Papæ in genere, comprobat idem Paris. de confid. in eadem, exaduerso allegata, quæst. 40. n. 16. & plurib. seqq.

Regula verò generalis assumpta ex Caputaq. decis. 226. par. 3. quòd scilicet subreptio in gratiosis vi-
5 tiet ipso Iure, non applicatur, quia quatenus subreptio prætenditur in omissa expressione, quod D. Michael Angelus esset germanus frater, nullibi probatur assumptum, quòd qualitas huius omissionis inducat subreptionem; quamobrem locus
6 est alteri regulæ, quòd subreptio nunquam inducitur nisi ex iis, quæ probantur, Principem ad concedendum difficiliorem reddituro, Put. decis. 17. num. 1. lib. 3. in nouis. Rot. decis. 466. num. 3. par. 1. recen.

Quatenus verò prætenditur, causam falsam in eadē supplicatione fuisse expressam, vt videlicet pensionarius commodius se substentare posset, assumitur pro fundamento non solùm falsitas causæ minimè iustificata, sed ex hac ipsa expressione cōstat de contrario, cùm talis causa in pensionum
7 reseruationibus consueuerit apponi, vt per Mandos. in tract. de Sign. Gratiæ, sub tit. pensiones, post vers. pensio aut conceditur.

Cæterum in omnibus veritas est in contrarium, non solum in, quia negari non potest, quin Pāpā sciuerit
8 in genere coniunctionem sanguinis inter DD. Io: Baptistam, & Michaelem Angelum, dum fuit expressa qualitas eiusdem familię, etiam satis notæ, Paris. de confid. d. quæst. 40. n. 10.

Sed quia, quod qualitas coniunctionis sanguinis nō
9 sit considerabilis, nisi vbi persona prouisa sit indigna, probat Rebuff. in praxi, tit. de collat. §. pœnæ contra collatores, num. 15. ad med.

Et in terminis ad exclusionem simoniæ, & confidē-
10 tiæ, quod ex Constitutionibus non sit considerabilis qualitas duorum fratrum, comprobat Nauar. dicens, alioquin omnes fere collatores, electores, & præsentatores, qui conferunt beneficia suis cognatis, familiaribus, & amicis confidentias admittere, quod tamen dicere, & iudicare esset absurdum, & ab omni humana societate, et charitate christiana alienum, Nauar. inquā cons. 80. nu. 4. vers. his tamen non obstantibus, de simon. sub lib. 5. vol. 2.

ARGVMENTVM:

An, & quādo simonia cesset ex impetratione, vel reseruatione beneplaciti Apostolici.

SVMMARIVM.

1 *Simoniacus dicitur actus, & consensus pensioni post resignationem beneficii libere factam.*
2 *Simoniæ, & confidentiæ vitium purgatur ex Papæ scientia.*
3 *Scientia Papæ quoad simoniam æquipollet dispēsationi.*
4 *Simonia arguitur ex litterarum expeditione, & expensis factis à Parte, quæ onus expendendi ex sui natura non habet. Contrarium, quando concurrit beneplacitum Papę. vt num. 5.*
6 *Simoniam excludit reseruatio beneplaciti Apostolici.*
7 *Simoniam arguit solutio pecuniæ ex interuallo post reseruationem beneplaciti Apostolici ante impetrationem.*
8 *Simoniam non arguit solutio pecuniæ non ex interuallo, sed contextualis cum reseruatione beneplaciti Apostolici, vti facta in depositum, et securitatem.*
9 *Expensæ præsumuntur factæ animo repetendi.*
10 *Pactum præcedens declaratur ex obseruantia, et exequutione subsequente.*
11 *Ad simoniam probandam non sufficit sola solutio expensarum.*

CONSILIVM CLII.

NEque ex vno, neque ex altero capite exaduerso prætensis locus est simoniæ in casu, de quo
1 agitur, quamuis enim simoniacus dicatur actus, & consensus pensioni post collationem beneficij libere factam ex Caputaq. decis. 242. num. 3. par. 3. cum alijs allegatis, tamen secus est etiam in casu, in quo pensio reseruatur super alio beneficio occasione primæ collationis, quando, vt in hoc casu, huiusmodi factum fuit Papæ expressum, & Papa signauit supplicationem, quia per eam purga-

2 tur omne vitium simoniæ,& confidentiæ, Gig.de pension.quæst.4.num 4.& seq.Paris.de resign.lib.6. quæst.2.num.69.vers.quod ampliatur, & nu.seqq. & lib.14.quæst.5.num.4.& de confident. quæst.40. num.14.vers.secundo,& num.38.vers.tertio,vbi de communi, & recepta etiam ex stilo antiquissimo, & numer.39.vbi quod ita communiter practicatur.

Nam & generalis quoque, ac certa est conclusio, quod scientia Papæ tollit in quibuscumque pactionibus simoniam, & confidentiam, idem Paris.de confid.quæst.46.num.3.& seqq.quia scientia
3 æquipollet dispensationi ex stilo inueterato Romanæ Curiæ,vt per eumdem Paris.de confid. d. q. 40.num.13.vers.ad quintum.

Et quamuis etiam expeditio litterarum, quæ personam recipientis concernit, simulque expensæ
4 pro ea necessariæ factæ ab ea Parte, quæ onus impendendi ex sui natura non habet, arguāt simoniam tam ex Constitutione Pij Quinti, quam de Iure ex adductis per Paris de confid.quæst.33. nu. 11.vers.dubium tamen, & num.12.& seqq.& num. 15.vers.concludendum.

Tamen secus est hoc casu, quo constat, fuisse reser-
5 uatum beneplacitum Apostolicum, vt legitur in formula supplicationis per ipsum Fiscum extracta ex libro supplicationum, Paris.de confid.quæst.40 num.43.& liquet ex ipsa confessione qualificata,
6 in qua Fiscus se fundat, quandoquidem huiusmodi reseruatio, quatenus Sanctissimo placeat, excludit simoniam, Paris.de resign.lib.14 quæst.5.n. 10.Rot.decis.673.num.3.lib.3.par.3.diuers.& decis. 135.ante finem post lib.1.cons.Farin.

Nec obstat, quod ab huiusmodi conclusione recedatur, quando solutio facta fuit in exequutionem
7 præcedentis pactionis ante beneplaciti expeditionem, tum quia procedit hoc, quando solutio processit ex interuallo post pactum conuentum sub reseruatione beneplaciti,prout in his terminis loquuntur Nauar.cons.57.nu.4.de simon. & cons. 27.nu.2.eod.tit.Seraphin.decis.237.nu.3. & Garz. de benef.par.1.cap.6.§.2.num.363.& ideo non applicantur huic casui,quo pactio, & solutio ipsa, & receptio fuit sub ipsa reseruatione beneplaciti
8 Apostolici, siquidem hoc casu magis est, quod solutio, stante hac reseruatione fit tanquā in depositum, & securitatem, vt recipiens adueniente beneplacito, sit certus, & securus de solutione, ac sine necessitate exigendi, vt per eumdem Garziam exaduerso allegatum de benef.ead.p.1.& c.2.
9 numer. 38. quamobrem Iudex aduertere debet, quod expensæ alioquin censentur factæ animo repetendi, idem Paris.de confid.d.quæst.33.nu.26.

Et præsertim cum id in casu,de quo agitur, sit apertissimum ex effectuali restitutione pecuniæ ratio-
10 ne ratæ spectantis ad pensionarium, quia qualitas huius restitutionis demōstrat qualitatem precedentis pacti, Bald.in l.si certis annis,nu.11. vers. sed ista sunt notanda,C.de pact.Natt.cons.197. nu. 3.& cons.291.num.4.Surd.cons.224.numer.13.in fine.

Tum etiam quia sola solutio expensarum non
11 sufficit ad simoniam, Gregor.in ead.decis.exaduerso adducta 238.num.19.repetita decis.108.n.6. in fine,p.1.rec.vbi quod ita etiam fuit alias decisū.

ARGVMENTVM.

De insubsistentia sententiæ tam ratione nullitatis ex defectu iurisdictionis in personas exemptas, & inordinati processus, quam ratione iniustitiæ.

SVMMARIVM.

1 *Iudicare aliquem nemo potest nisi per commissionem, vel per potestatem ordinariam.*
2 *Sententia est irrita, & nulla, quando lata est contra non subditum, vel in Causis exemptis.*
3 *Causæ omnes ad forum Ecclesiasticum pertinentes in prima instantia cognoscēdæ sunt ab Ordinarijs.*
4 *Ordinarij Regularium sunt primo priores, secundo Prouinciales, & tertio Generales, & demū Cardinalis protector.*
5 *Nuntij Sedis Apostolicæ facultates, cum alterari soleant produci debent, & alias in ijs fundamētum fieri nequit.*
6 *Iurisdictionis defectus est insanabilis etiam stāte clausula arbitrio.*
7 *Sententia non seruatis terminis substantialibus est nulla.*
8 *In Causis Religiosorum seruandus est ordo iudicialis.*
9 *Sententiæ, & decreta, quæ ex actis non iustificantur sunt nulla, etiam quando agitur ex causa regularis disciplinæ.*
10 *Rescripta fundata in causis non subsistentibus sunt nulla, vel ad terminos Iuris ex defectu intentionis reducenda, etiam stante clausula, motu proprio.*
11 *Causa expressa in proemio censetur finalis.*
12 *Causa finali non subsistente deficit concedentis intentio.*
13 *Causa finalis duos implicat sensus, fietem vbi existit, & resoluentem vbi deficit.*
14 *Actus non censetur approbatus, nisi approbans sciuerit nullitatem.*

CONSILIVM CLXIII.

IVxta Iuris regulas gesta per Reuerendissimum D. Collectorem aduersus venerabilem Religionem tam ex defectu iurisdictionis, & inordinati processus,quam iniustitiæ notoriæ ex ijs,quæ in facto iustificari dicuntur, veniunt irritanda.

Ex iurisdictionis defectu, quia cum fa. me. Pius V. per eius Breue sub 20. Augusti 1567. sub decreto irritante, clausula sublata, censuris, aliisque indictis pœnis non solum hanc Religionem à visitatione quorumcumque Ordinariorum extraneorum, immo etiam à Sede Apostolica delegatorū etiam Cardinalium,& Legatorum de latere exemerit, sed etiam,ne ipsam Congregationem,eiusque monasteria,Ecclesias,& loca quæcumque,eorumque Generales, & alios Priores, ac Canonicos visitare,ac in eorum visitatione, & Generalis, ac aliorum Priorum electione,alijsque rebus,iuribus, & bonis dictæ Congregationis se quoquomodo intromittere posse decreuerit, ac vlterius Gregorius XIII.per suas litteras sub 16.iunij 1574.facul-

cultatem visitandi, quam ignorans præfatas Pij V. litteras Henrico Cardinali infanti Portugalliæ attribuerat, reuocauerit, & sub indignationis pœna tam eidem Cardinali, quam alijs quibuscúque quauis Sedis Apostolicæ authoritate fungentibus prohibuerit, ne in visitatione, & reformatione, ac Superiorum electione sese intromittere præsumerens, & insuper fel. rec. Paulus V. anno 1611. 4. Kalend. decembris litteras præfatas Pij V. & Gregorij XIII. confirmauerit, vtique nulla videtur difficultas, quin propterea Reuerendissimus Collector omni prorsus iurisdictione careret in d. Religionis Generalem, priores, & canonicos, tanquam sibi eiusque collectoriæ dignitati minime subditos, siquidem manifestum esse, quod nullus
1 potest iudicare aliquem, nisi aliquo modo subditus eius sit, vel per commissionem, vel per potestatem ordinariam, inquit in verbis Diuus Thom. 2.2. quæst. 67. art. 1. in conclusione, ante finem, vers. & ideo manifestum.

Ideoque authoritas, & iurisdictio requiritur in iudicante, adeo vt qui authoritate caret, siue in personas iudicandas, siue in causã, vt si sit excepta iniuriam faciat tum partibus Causæ illarum se ingerendo, tum legitimo iudici, cuius potestatem, & officium sibi assumit, quamobrem ex hoc defectu iudicium esse vsurpatum, vel præsumptum, & per vsurpationem peccare eos, qui iudicant illum, qui absolute non est sibi subditus, vel non in ijs causis, in quibus iudicant, ac proinde sen-
2 tentias hoc casu esse irritas, inquit Less. de iustit. & iur. lib. 2. cap. 29. de iudice, dubit. 6. post princ. vers. tertio authoritatem, & vers. respondeo, & dico.

Et præsertim in prima instantia, in qua Causæ ad fo-
3 rum Ecclesiasticum pertinentes, ex dispositione Tridentini sess. 24. cap. 20. de reformat. sunt cognoscendæ ab ordinarijs, itaut nec legati de latere, nec Nuntij Apostolici possint vigore quarumcúq. facultatum se intromittere, vt in cap. 20. vers. legati quoque, vt etiam, per Leon. in thesaur. for. Eccles. par. 2. cap. 7. num. 6. & seq. magisque dum facultates Collectoris constat esse restrictas stante præseruatiua iurium ordinariorum, ordinarij nã-
4 que Regularium sunt primo Priores, secũdo Prouinciales, & tertio Generales, vt per Triuisanum decis. 36. num. 1. vbi etiam in vers. secundo iudex, quod ordinarius Regularium demum est Cardinalis Protector, ex Card. Zabar. cons. 17. nu. 1. post princ. vers. vnde ex hoc concludo, quod Cardinalis Protector, & Staphil. de litteris iustit. tit. de sanat. contr. inualid. nu. 7. ex princ. vers. videat Protector, fol. mihi 287.

Nullaque videtur hoc casu difficultas tum quia ex parte Reuerendissimi collectoris, non dantur facultates, quæ suffragari possint aduersus litteras prædictas Pij V. & Gregorij XIII. siquidem facul-
5 tates cuiuscumque Nũtij Sedis Apostolicæ, ex eo, quia solent alterari debent produci, & alias in ijs fundamentum fieri nequit, Gonzal. ad reg. 8. §. 2. proem. num. 63. & seq.

Tum quia nedum antecessores d. Reuerendissimi collectoris semper abstinuerũt ab exercitio cuiuscũque actus iurisdictionalis in hanc Religionem, & bo. me. Accorombonus, cum litteras dirigisset ad hoc, vt non procederetur ad electionem Abbatis Generalis, nisi eius aduentu expectato habita notitia dictorum Breuium Pij V. & Gregorij XIII. ordinem prædictum expresse reuocauit per alias suas litteras sub 8. Augusti 1615.

Verum etiam, ex litteris Sacræ Congregationis Regularium sub 18. Februarij 1639. fuit eidẽ D. Collectori præcise iniuncta punctualis obseruantia priuilegiorum dictæ Congregationis, & tamen cum ille, & has litteras, & inhibitionem Rotalem vigore appellationis decretam, & exequutã spreuerit, obstat sibi, nedum conclusio indubitata,
6 quod defectus iurisdictionis nunquam censetur sublatus, immo adeo est insanabilis, vt nec etiam suffragetur sanatoria, arbitrio, Card. Caualer. decis. 40. num. 2.

Sed totalis iurisdictionis defectus ob spretum inhibitionis Rotalis causantis attentata, quo casu nec etiam conceditur gratia sanatoria arbitrio, Card. Caualer. decis. 63. num. 5.

Præterea concurrit etiam, in casu, de quo agitur, nullitas inordinati processus ex substantialibus, quoniam omnia decreta, omnesque censuræ fulminatæ, tam ab ipso, quam ab Episcopo Colimbrien. eius subdelegato allegato, & ex legitimis causis suspecto pronunciato processerũt ex abrup-
7 to, nullis seruatis terminis substantialibus, c. ad petitionem, 22. §. cum igitur, de accus. Specul. de sent. §. nunc videndum, in princ. vbi quod sententia hac ratione nulla nec per Iudicem appellationis reformari potest, sed simpliciter nulla est pronuncianda, Vant. de nullit. ex defect. process. n. 7. & seqq. & num. 9. 10. 11. 12. & seq.

Neque enim dubitari potest, quin etiam in Causis à
8 suis superioribus nedum extraneis exceptis leuioribus, seruandus sit ordo iudicialis iuxta iuris cõmunis dispositionem, vt per Eman. Rod. in quæst. Regular. tom. 2. quæst. 7. art. 2. post med vers. nulla est constitutio Religionis.

Ac insuper obstat quoque iniustitię notorię defectus quia omnia decreta, omnesque eiusdem D. Collectoris ordinationes emanarunt præcipitanter vnico contextu, quo promotor Fiscalis illius instantias de ijs fecit, ac nihil prorsus iustificato, immo etiã denegata huic Parti audientia circa prætensa impedimenta libertati vocalium, ac circa assertam iniustitiam carcerationis quorumdam Religiosorum detentorum ob grauia per eos cõmissa, etiam mediantibus laicis armatis, alijsque medijs omnino repræhensibilibus, de quibus in
9 facto, quandoquidem sententiæ, & decreta, quæ ex actis non iustificantur, non solum sunt notorie iniusta ex regulis vulgaribus, sed etiam quando agitur ex causa regularis disciplinę modum excedentis, vt per Abb. in c. vniuersitatis, 24. nu. 2. cum num. 9. de sent. excom.

Hinc autem satis clare videtur locum esse approbationi electionis Reuerendissimi Generalis, aliorumque actorum in dicto capitulo generali sub 9. maij, & minime præmissis, ac infra deducendis stantibus, ob stantiam prębere Breue Sanctissimi D. N. confirmationis actorum per dd. DD. Collectorem, & Episcopum Colimbrien. sub dat. 14 Decembris, quia cum ex ipso tenore Breuis habeatur causa illius concessionis fundata in excessibus gestis in præiudicium authoritatis dicti D. Collectoris, & Episcopi Colimbrien. quem ipse Collector deputauerat, & in violentijs, quæ vocalibus dicebantur illatæ; hanc autem causam minime subsistere liqueat ex præfatis Pij Quinti, & Gregorij XIII. litteris, alijsque, quæ in facto deducuntur, & ex datis in summario testificantur, immò etiam

ex eisdem constet excessus violentiæ fuisse e*x*aduerso commissos, locus videtur esse receptæ con-
10 clusioni, quod rescripta fundata in causis minime subsistentibus vel nulla sunt ipso Iure, vel saltem ad terminos Iuris sunt reducenda ex defectu intentionis, de quo iure datur etiam in concessionibus motu proprio, Card. Zabar. cons. 96. num. 1. ad med. Abb. c. quia circa, 6. num. 7. de consangu. & affinitat. Sarmient. select. interp. lib. 1. cap. 8. num. 12. ante fin. vers. hæ tamen clausulæ, Seraph. decis. 398. num. 1. & seqq. Rot. decis. 525. numer. 4. & seqq. par. 1. diuersor.

Constat namque præterea de intentionis defectu, tū
11 quia causa concessionis dicti Breuis dubitari non potest, quin sit finalis tanquam in eiusdem concessionis exordio expressa, Ancar. cons. 138. num. 1. ad med. vers. sed in casu est maius, Gemin. cons. 52. nu. 2. & cons. 53. num. 15. quamobrem causa finali non
12 subsistente dubitari nequit, quin concedentis deficiat intentio, vt inquit Felin. in c. ad aures, 8. num. 9. de rescript. Seraphin. d. decis. 398. numer. 6. ad fin. vers. quinto in indiuiduo, & num. 7. & seq. cum qui-
13 bus stat etiam regula, quòd causa finalis duos implicat sensus, fientem scilicet, vbi existit, & resoluentem, vbi deficit, Bald. in l. cum te, 6. C. de pact. inter empt. & vend. Cardin. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 12. n. 54. & seq.

Tum etiam quia intentionis defectus satis detegitur ex ignorantia priuilegiorum Religionis, & signanter exemptionis à iurisdictione Collectoris, aliorumque siue Ordinariorum, siue delegatorum concessæ à præfatis Pio Quinto, & Gregorio XIII. quæ exemptio debuisset Sanctissimo per Collectorem significari, nam in hac ignorantia etiam Gregorius XIII se fundauit in reuocando ea, quæ per eius antecedentes litteras in præiudicium dictæ concessionis concesserat, affirmans, se nullā prius de litteris ab ipso Pio prædecessore emanatis no-
14 titiam habuisse, quandoquidem pro regula quoque traditur, nullum actum censeri approbatum, nisi approbans sciuerit nullitatem, Rot. dec. 662. num. 6. par. 2. & decis. 350. num. 21. par. 5. recent.

ARGVMENTVM.

Sententia confirmata à Sanctissimo concedens facultatem habitandi in aliquo conuentu fratribus alicuius nationis priuatiue quoad alias nationes, an locum habeat contra Superiorem, eiusque familiares, & ministros.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatus vtitur iure eius, in cuius locum subrogatur.*
2 *Dictio, præterquam, limitat dispositionem prohibitiuam.*
3 *Dictio, necnon, recta ab eodem verbo, copulat, & repetit qualitatem præcedentem.*
4 *Correspectiuitate cōcurrente plures orationes distinctæ, & separatæ censentur continuatæ.*
5 *Sermo generalis non comprehendit personam loquentis.*
6 *Qualitas non expressa, quæ facile exprimi poterat, censetur consulto omissa.*
7 *Sermo generalis non comprehendit absurdum intellectum, quod subditus eiicere, et expellere possit Superiorem.*
8 *Obseruantia declarat priuilegia, & ordinationes Apostolicas.*
9 *Obseruantia præualet verborum proprietati.*
10 *Habitatio, quæ competit Superiori, competit etiā eius ministris, & familiaribus.*

CONSILIVM CLXIV.

PRohibitio habitationis in conuentu sanctissimæ Trinitatis nullam habet subsistentiā quoad Reuerendiss. Patrem Correctorem generalē, & successiue, eo defuncto, Reuerendiss. Vicarium generalem, tanquam illum, qui eius loco subrogatur,
1 l. non solum, 8. §. similique modo, ibi, quasi ipse pater ab initio, C. de bon. quæ liber. Seraph. decis. 1496. num. 3.

Siquidem in sententia lata 20. Iunij 1605, per bo. me. Cardinales Arigonium, & Pamphilium confirmata per fel. rec. Paulum V. 13. Iulij 1606. a prohibitione habitationis in d. conuentu concesse fratribus nationis Gallicanæ priuatiue quoad alias nationes, ac iurisdictionis, & superioritatis exercitio excipitur expresse pro tempore existens Reuerendissimus Pater Corrector generalis per dictio-
2 nem exceptiuam, præterquam, absque dubio dispositionem prohibitiuam præfatam limitantem, l. nam quod liquide, 4. §. fin. ff. de pen. legat. Bald. in auth. hoc amplius, nu. 13. C. de fideic. Curt. iun. in l. actione, num. 7. C. de transact.

Nec obstat, quod eiusmodi exceptio intelligenda sit quoad dispositionem concernentem priuationem exercitij superioritatis, & iurisdictionis, non autem priuationem habitationis, quia hæc intelligentia extranea, & prorsus aliena est tam à verbis, quam à mente eiusdem sententiæ.

A verbis, quoniam dispositiones prædictæ sunt insimul coniunctæ per dictionem, nec non, quæ resoluitur in copulam, & recte sunt ab eodem verbo decernimus, & declaramus, quamobrem qualitas
3 prædicta exceptiua posita in vna refertur etiam ad alteram, Rot. decis. 791. num. 1. ad fin. vers. præsertim ponderando, & num. seq. par. 1. diuers.

Et præsertim cum negari non possit quin præseruatio superioritatis, & iurisdictionis Correctori generali habeat correspectiuitatem cum iure habitandi in conuentu, in quo etiam superioritas, &
4 iurisdictio exerceri potest, quandoquidem etiam orationes plures distinctæ, & separatæ censentur continuatæ vna cum alia, correspectiuitate concurrente, Rot. decis. 453. num. 8. par. 2. recent.

A mente, tum quia in prohibitione, quę fit in supradictæ sententiæ confirmatione pro tempore existenti generali Correctori, ne de cætero alios quam prædictæ nationis Gallicanæ dicti ordinis fratres in d. conuentu Correctores, seu alios locales conuentuales, vel habitatores eligere, ibique recipere possit, vel eis locum, & domicilium assignare, seu etiam quoquo modo eos admittere, vel tolerare, non censetur ipsum Patrem generalem
5 comprehendere voluisse eadem ratione, qua sermo generalis personā loquentis non comprehendit, l. inquisitio, 10. C. de solut. Rot. decis. 452. nu. 3. vers. & generaliter. par. 2. rec.

Et præcipue cum vbi Papa comprehendere quoque voluis-

6 voluiſſet perſonam ipſius Correctoris generalis, facile potuiſſet exprimere, Rot. deciſ.388. nu.12. par.1.recent.

Tum etiam quia in decorum prorſus eſſet, quod præſeruetur Correctori generali ſuperioritas, & iuriſdictio etiam contra fratres nationis Gallicanæ in dicto conuentu habitantes, & tamen illis conceſſa cenſeretur poteſtas ipſum Correctorem generalem eorũ Superiorem ab habitatione ipſius conuentus, in quo ſuperioritas, & iuriſdictio exerceri poſſet eijciẽdi, & expellẽdi, hic enim ca-
7 ſus nunquam compræhenditur in ſermone generali, Surd.pluribus comprobans conſ.152 n.44.& pluribus ſeqq.lib.2.

Tum, & tertio quia difficultas quæcumque ceſſat ex ſubſequuta ab inde citra obſeruantia cum ab ea
8 etiam priuilegia, & ordinationes Apoſtolicæ recipiant interpretationem, Rot.deciſ.608. num.6. par.2.recent.

Adeout obſeruantia præualeat etiam verborũ pro-
9 prietati, Add.ad Greg.deciſ.184.num.8.

Qua autem ratione præſeruata intelligenda eſt habitatio Correctori generali cenſetur quoque præ-
10 ſeruata collegis, & miniſtris, Rot.deciſ.291.n.16 in fin.& ſeq.par.5.rec.

Cum nec dubitandum, quin collegæ, & inſeruientes officio generalis Correctoris ſint neceſſarij illius exercitio, prout ſubſequuta quoque obſeruãtia in hac parte declarauit, nam ſtante hac neceſſitate ius habitandi competens Correctori generali extenditur quoque ad collegas, & inſeruientes, ex reg.l.damnas, 15.§.qui duos, ff.de vſufr.leg.

ARGVMENTVM.

An Abbatiſſa ſine licentia Epiſcopi poſſit proponere acceptationẽ puellarum ingredi volentium in monaſterium.

An, & quando electio Abbatiſſæ ſit nulla abſente Epiſcopo, vel eius deputato.

An quilibet ſacerdos poſſit benedicere veſtes monialis.

An pertineat ad Abbatiſſam veſtire puellam, & recipere profeſſionem.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus quoad pertinentia ad clauſuram monialium, & ſpiritualium rerum curam poteſt iuriſdictionem exercere in monaſterijs ſibi ſubiectis, in aliis vero Sedis Apoſtolicæ authoritate.*

2 *Conſuetudo immemorabilis habet vim priuilegij, & cuiuſlibet tituli magis expedientis.*

3 *Monialium receptio ſpectat ad Abbatiſſam, & monaſterium.*

4 *In Monialium electione quando Ordinarius ſe ingerit, datur appellatio.*

5 *In Monialium receptione ſeruantur Conſtitutiones cuiuslibet monaſterij.*

6 *Iure communi id, quod ordinarie competit, fraſtra petitur ſpecialiter concedi.*

7 *Epiſcopus poteſt vna cum Superioribus Regularibus electioni Abbatiſſæ per ſe, vel per alium intereſſe, ac præſidere.*

8 *Monialium Superioribus, aut ſcrutatoribus non licet dare votum in electione Abbatiſſæ.*

9 *Notarij electio pertinet ad Iudicem in ſolis iudicialibus.*

10 *Conſuetudo benedicendi virgines non eſt amplius in vſu.*

11 *Monialium veſtes benedici poſſunt ex conſuetudine à quocumque ſacerdote.*

12 *Ad Abbatiſſam pertinet veſtire puellam monachandam.*

13 *Ad Abbatiſſam pertinet receptio profeſſionis.*

CONSILIVM CLXV.

CAſus, ſuper quibus reſponſum petitur, exceptis expreſſis in Conſtitutione ſa. me. Gregorii XV. de exemptorum priuilegiis, quæ eſt eius Conſtitutio 18.in 4.parte Bullarii fol.98. in quibus facultas Epiſcopis fuit attributa tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis, nullis priuilegijs, aut exemptionibus obſtantibus, omnes decidi poſſe videntur ſtantibus duobus, quæ in facto ad monialium fauorem ſubſiſtere dicuntur, exemptio ne ſcilicet huius monaſterii, & conſuetudine præſcripta etiã ab immemorabili, monaſteria namque quæ priuilegio, vel induito Papæ ſunt exempta, iuxta c. ſi Papa 10. de priuil.in 6.etiam monialium ſunt im-
1 munia ab ordinaria iuriſdictione, adeout tam reſpectu clauſuræ Epiſcopus iuriſdictionem ordinariam exercere poſſit in omnibus monaſteriis ſibi ſubiectis, in aliis vero Sedis Apoſtolicæ authoritate, ex Conc.ſeſſ.25.cap.5.de regul.quam reſpectu curæ ſpiritualium rerũ, ex adductis poſt alios per Barboſ.tractat.de Epiſcop. alleg. 102.nu.4.& alijs.
2 conſuetudo vero præſcripta præcipue ex immemorabili nulla eſt dubitatio, quin habeat vim Conſtitutionis, & priuilegii, & quin ex illa reſultet titulus quilibet magis alleganti expediẽs, Nauar. conſ.21.num.4.verſ.ſecundo, quod conſuetudo, de cler.non reſid.& conſ.3.num.2.verſ.ſcilicet, quod conſuetudo immemorabilis, de cenſib.vol.1

Particulariter reſpondendo quoad primum, in quo prætenditur, Abbatiſſam non poſſe Capitulo monialium proponere acceptationem puellarum ingredi volentium ſine licentia expreſſa in ſcriptis Ordinarij, contrarium verius videtur, tum q[illegible]
3 de Iure monialium receptio ſpectat ad Abbatiſſam, & conuentum, Lap.alleg.32.alias 31.incip.prima concluſio, ex c.non ſolum, 2.de regul.in 6. Oldrad. conſ.97.num.1.verſ.ſed contrarium verius, ex c.fin §.vlt.16.quæſt.vlt.

Adeout Ordinarius non poſſit in hac acceptatione
4 ſe ingerere, quia electio ad moniales libere ſpectat, & ſi id faciat Ordinarius, poſſit ab eo legitime appellari, vt firmant Prob.ad Monac.c.fin.nu.3.de regul.in 6.& Lap.d.alleg.31.num.3.& plene ex dictis, & alijs authoritatibus cõprobat Nauar.conſ. 9.num.12. verſ.ad quintum reſpondeo, de conſtit. vol.1.

Tum etiam quia non ſolum monaſterium habet ad ſui fauorem conſuetudinem præſcriptam, [illegible] ſuffragari firmat gloſ. in cap.fin. in verb.[illegible] in 6.

Sed haber quoque priuilegium ex confirmatio[illegible] Sanctiſsimi D.N.Conſtitutionum [illegible] ſterii, cũ enim ex earum [illegible] tionem puellarum facien[illegible]

Capituli per Abbatissam, & ad ipsam Abbatissam particulariter pertinere curam exaudiendi propositiones illarum earumdemque assumendi informationem, debent Constitutiones eiusmodi seruari, vt etiam per glos. in d.c.fin.in verb. pertineat, de regul. in 6.

Et præcipue cum nedum Concilium d.sess.25.cap.7.
5 de regul.in fin.vers.in reliquis seruentur disponat extra casus in eo capitulo exceptos, seruandas esse singulorum omnium Constitutiones.

Sed communem hanc esse omnium Religionum obseruantiam, attestetur, Nauar.d.cons.9.n.12.vers. ad quintam, in princ.de Constit.vol.1.

Quoad secūdum numquid teneantur moniales declarare Ordinarium pro suo Superiore in spiritualibus non videntur moniales cogi posse ad declarandum ea, quæ Iure communi disponuntur, l.imperatores 14.ff.de priuil.cred.Surd.cons.215.n.23. Socin.iun.cons.75.num.16.lib.3.

Quoad tertium, an electio Abbatissæ, & Vicariæ sit nulla in casu, in quo facta sit, absente Ordinario, vel eius deputato, resolutio habetur ex dicta Cōstitutione fa.me. Gregorij XV. 18. in 4. parte Bullarij, §.5.ante fin. vers. ac similiter, quatenus di-
7 sponit, Episcopos posse vna cum Superioribus Regularibus quarumcumque Abbatissarum electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere, iuncta tamen declaratione Congregationis Concilij, quæ habetur post Constitutionem prædictam fol. 102. vers. sacra congregatio, declarauit namque regulares ex eadem Constitutione, ita demum teneri Episcopo significare diem electionis Abbatissæ, eumque vsque ad præfinitum tempus expectare, si antea ipse expresse declarauerit, se vti velle facultate sibi in hac parte attributa.

Hæc autem interessentia non solum esse debet iuxta præscriptum Concilij in cap.7.ante fin.vers.is vero, qui electioni præest Episcopus, de regul. sess.25.
8 sed vt nequaquam liceat monialiū superioribus, aut scrutatoribus dare votum in electione Abbatissæ minusque aliquod ex d. Constitutione Gregorij attributum censetur ius Abbatissas confirmandi iuxta declarationem Congregationis Cōcilij sub 25 maij 1621. quę habetur apud C[illegible] tract.de elect.canon.cap.17.de elect.priorissæ seu Abbatissæ fol.240.

Quoad quartum, ex quo prætenditur, quod in electionibus Abbatissarum monasterium vti debeat opera, & ministerio notarij ipsius Ordinarij, & non proprij Notarij monasterij, verius etiam cōtrarium videtur, nisi ostendatur, per quam regulam monasterium præsertim exemptum sit libertate, eiusque qu[illegible] possessione, in qua existit, priuandum, postquam de Iure in solis iudiciali-
9 bus reperitur cautum, quod electio notarij, pertineat ad iudicem, c.Statutum, §. notarium, de rescript.in 6.c.quoniam contra, & ibi Felin.nu.4.& Bero.num.46.& seqq de prob.Baid.cons.137.nu.1. lib.3.

Quoad quintum, ad quem pertineat benedicere vestes, cum quibus indui debeat monachanda, an ad conseruatorem iuxta hactenus seruatam consuetudinem, vel ad Episcopum, non videtur ab hac cōsuetudine recedi posse, in monasterio præsertim exempto, ac præterea, quia cum consue-
10 tudo benedicendi virgines nō amplius sit in vsu, & eam leuandam esse responderit etiam congregatio Concilij, vt per Barbos.tract.de Episc.alleg.
11 127.num.58. benedictio vestium ex consuetudine, quæ remansit, cum non sit constitutiua sacri, nec in ijs benedicendis Chrisma interueniat, fieri potest etiam à quocumque Sacerdote, Vgolin. tract. de Episc.tit.de benediction.cap.32.num.1.& seq.& præcipue attenta consuetudine, vt in terminis fortioribus, per Nauar.cons.2.num.3.vers. secūdo, quod consuetudo, de cōsecr.Eccles.vel altar.vol.1.

Quoad sextum, & vltimum, an ad Abbatissam pertineat vestire puellam monachandam, vel ad Or-
12 dinarium, vel eius deputatum hæc pertinentia, videtur Abbatissæ, ex Lap.d.alleg.31.& alijs primo loco allegatis, immo quod etiam professionis re-
13 ceptio ad Abbatissam spectet, firmat Decian.cōs. 18.num.11.lib.3.

ARGVMENTVM.

An Iudex Ecclesiasticus possit compellere laicum ad præstandam cautionem de non offendendo personam Ecclesiasticam, & decernere, quod interim cautio habeatur pro præstita.

SVMMARIVM.

1 *Præcepta præstandi cautionem de non offendendo sunt nulla, vbi non emanant à Iudice competente etiam si non opponatur declinatoria fori.*

2 *Iudex Ecclesiasticus non habet iurisdictionem contra laicum.*

3 *In Cautione præstanda de non offendendo attenditur forus Rei, adeout Iudex non possit compellere forensem ad eam præstandam.*

4 *Iudex Ecclesiasticus compellit maritum ad præstandam cautionem de non offendendo vxorem excipientem de sæuitia.*

5 *Vxor petens à marito cautionem de non offendendo probare debet legitimam causam timoris, alioquin vanæ eius assertioni quamuis iuratæ non statur.*

6 *Qualitas deferens iurisdictionem ante omnia est probanda.*

7 *Cautio de non offendendo donec non præstatur, decernitur haberi pro præstita ex obseruantia tribunalium.*

8 *Præcepta præstandi cautionem de non offendendo censentur iniusta, vbi emanant absque vlla iustificatione.*

CONSILIVM CLXVI.

EX prætensa contrauentione præcepti emanati à curia Archiepiscopali contra Tarquinium de non offendendo fratrem Iacobum eius fratrē sub pœna [illegible]torum mille auri, frustra eadem curia [illegible] emolumenta confiscationis ob subsequutum homicidium curiæ sęculari detrahere [illegible], quoniam ad effectum, de quo agitur præceptum prædictum nullius censeri potest efficaciæ [illegible] nullitatem illius ex iurisdictionis defectu, quam etiam ex capite iniustitiæ.

1 Nullitas ex defectu iurisdictionis est euidens, cum nulla sit dubitatio, quin eiusmodi præcepta sint nulla, vbi non emanant à competente Iudi[illegible] adeo-

adeout neque etiam sustineri possint ex fori decli-natoria non opposita, Hercul.tract.de caut.de nō offend.cap 47.num.1.& seqq.Farin.quæst. 107. nu. 34.Guazzin.eod.tract.caut. non offend.§.3.quest. 7.num.33.par.2.nullitas clara inest in hoc casu,ex
2 quo præceptum emanauit contra laicum, aduersus quem Ecclesiasticus Iudex iurisdictionem non habet, c.ex suscepto, & c. ex tenore,de for. compet.Farin.quæst.8.num.125.

Nec obstat, quod Iudex Ecclesiasticus procedit contra laicum pro offensa facta,& inferenda Religioso, quia authoritates exaduerso adductæ loquuntur in offensa facta, non autem in inferenda;inter hos autem casus maxima est differentia, quia quando offensa est facta Religioso, intrat delictum vel Ecclesiasticum, vel mixti fori, quando autem offēsa non est sequuta, nihil factum est, per quod possit esse locus iurisdictioni Iudicis Ecclesiastici cō-
3 tra laicum, & hinc est, quod si forensis veniat in exteram Ciuitatem, in qua inimicus illius forensis timeat offendi, ac propterea petat cautionem de non offendendo,Iudex huius exteræ Ciuitatis, quia nullum delictum est factum,non potest compellere forensem ad cautionem præstandam, sed iurisdictio pertinet ad Iudicem ipsius forensis, & si Iudex petentis,vbi delictum esset sequutū,posset illum forensem punire, Bart.in l. sed & si suscepit 52.§.fin.num.1.vbi in hac ratione se fundat, quia adhuc forensis nihil fecit,ff.de iudic.vbi etiā Ang. & alij,Marsil.in repet.l.fin.num.120.ad fin.ff.de iurisd.omn.iud. Felin.in rubr.de treg.& pace,nu.10. ante fin.vers.quarta declaratio,Petr.a Plaz.in epit. delict.cap.7.num.6.Farin.d.quæst.107 n.4.vbi etiā reddit rationem, quia quoad præstandam hanc cautionem de non offendendo ante sequutū delictum, forus rei est attendendus,Guazzin.de caut. de non offend.§.3.quæst.13.num.1.& 3.par.2.

Et nullus ab hac conclusione discrepat, quando non fuit probata præcedens iusta causa timoris sequēdæ offensionis,Hercul.de caut.de non offend.c.12. num.1.

Minus obstat, quod Iudex Ecclesiasticus cogit maritum ad præstandam cautionem de non offendēdo vxorem, quia hæc facultas vel datur solū cau-
4 tatiue, quando maritus petit coniugis restitutionem,illaque excipiente de sæuitia pronunciatur restitutio sub conditione dictæ præstādæ cautionis, sicut loquitur text.in c.ex transmissa,8.de restit.spoliat.Guttier.can.quæst. cap.24. nu.1. & seq. Rot.in ead.exaduerso alleg.decis.371. nu. 13. post lib.2.cons.Farin.vel quando ab vxore petitur hæc cautio, & probat legitimam causam timoris,cum vanæ eius assertioni quamuis iuratæ non sit standum, vt firmant post Natt.cons.616.nu.2.in fine, & seqq.& alios ijdem exaduerso adducti Sanchez de matrim.lib.10.tit.de diuort.disput.18.nu.24.& Farin.quæst.143.num.221.

Quamobrem in hoc casu, in quo de nulla præceden-
5 te legitima causa petendæ cautionis constitit, sine difficultate transit,quod iurisdictio in laicum occasione huius cautionis exerceri nō poterat,postquam regula est generalis, quod qualitas deferēs
6 iurisdictionem ante omnia est probanda,l.2. §.sed si dubitatur,ff.de iudic. l. si quis aliena,ff. eod. Innoc.in c.cum sit generale,de for.compet. Farin. q. 8.num.85.Surd.cons.286.num.9.& cons.449. n.35.

Et præsertim cum in hoc casu cautio effectualiter nō fuerit præstita, sed Curia pœnam in præcepto cōtentam prætendat ex clausula, quod interim cau-
7 tio haberetur pro prestita, nā efficacia huius clausulæ sustinetur ex sola obseruantia tribunalium sæcularium, quapropter in tribunalibus Curiæ Ecclesiasticæ non debet admitti, nisi demum in eisdem tali obseruantia probata, Vulpell. de promiss.de non offend,quæst.81.in fin.Hercul.de caut. de non offend.cap.5.num.1.5.& seqq.& cap.9. nu. 21.Gail.de pace publ.lib.1.cap.2.num.16.Farinac. d.quæst.107.num.13.Guazzin.de caut.de non offend.§.3.quæst.3.num.21.& seq.Caball.resol.crim. cas.219.num.12.13.& seq. Baiard. ad Clar. quæst. 47.num.21 in fin.

Sed iniustitia quoque præcepti clara detegitur,dum nec legitima,nec vlla prorsus causa timoris offensionis apparet iustificata,minusque quoad preten-
8 sam turbatam iurisdictionem; nam nulla est dubitatio,quin talia præcepta absque vlla iustificatione emanata censeantur iniusta, Gail.de pace publica d.cap.2. num.10.& seq.lib.1.iidemque exaduerso allegati Farin.d.quæst.107. nu.16. & Caball. d.resol.219.n.9.ad med.Franc.dec.359.n.6.Guazzin.d.tract.de caut.§.3.quęst.7.num.1.& seqq. par. 2.etiam quod Iudex ex officio procedat, vt nu. 19. & 35.quicquid sit in casu,in quo altera Pars præstiterit ipsa cautionē, & aliā similem ab alia Parte petat,vt declarat idem Farin.ead.quæst.107.num. 18.& 21.

ARGVMENTVM.

Causa ciuili ad fauorem administratoris definita,an Iudex criminalis posit cōtra eum procedere.

SVMMARIVM.

1 *Rescripta quæcumque præsumuntur semper Iuri conformia.*
2 *Criminalitas cessat, quando Parti consultum est per actionem ciuilem descendentem ex contractu.*
3 *Dolus quando purgari potest per actionem ciuilem,cessat actio criminalis.*
4 *Furtum cessat,quando res habet originem à contractu.*
5 *Causa ciuilis quādo est præiudicialis criminali,facit eam silere.*
6 *Causa ciuilis est præiudicialis criminali, quando sententia lata,vel ferenda in ciuili parit in criminali exceptionem rei iudicatæ.*
7 *Querela sola absque transmissione citationis non inducit præuentionem.*

CONSILIVM CLXVII.

Resolutio Signaturæ Iustitiæ, quod vnaquæque Causa cognosci debeat coram suo Iudice,necessariam habet interpretationem, vt Iudex criminalis huius fori abstineat à cognitione iudicij criminalis super eo, quod iam fuit ciuiliter definitū, prosequatur vero dumtaxat iudicium criminale prætensi furti arcarum, super quo ciuiliter nihil
1 actum extitit, nam & resolutiones, & rescripta quæcumque præsumuntur semper Iuri cōformia, Alex.cons.108.num.5.lib.6.Dec.cons.11.n.3. Gail. obseru.

ob.cru.76.num.10.lib.2.

Constat autem respectu iudicij ciuiliter definiti de Iure non posse à criminali Iudice procedi, tũ quia quicquid exaduerso desuper criminaliter prætenditur caret criminalitatis effectu, dum liquet, D. Camillum præpositum fuisse administrationi fun-
2 daci, adeoquod Parti est consultum per actionem ciuilem descendentem ex contractu, Castr. consil. 411.numer.4.lib.1.Rolan.cons.75.n.31.lib.1. Aym. cons.6.n.105.Honded cons.109.num.59.lib.1.

Nam & regula generalis est, quod criminalitati nũ-
3 quam locus est vbicumque dolus purgari potest per actionem ciuilem, Bald.cons.14.& seq.libr.1. Farin.quæst.19.n.36.& cons.7.n.9.lib.1.

Quamobrem etiam furtum semper cessat, quoties
4 res habet originem à contractu, l. procurator, 55. ff.mand.Alber.in l.inficiendo,nu.5. ff.de furt. Plot. de in lit.iur.§.6.num.27.vers.11.pract.Conrad.§.3. de offic.Prætor in caus.crim.tit.de furibus, num.7. vers.in hac re.

Tum etiam, quia in iudicio ciuili non solum lata fuit diffinitiua absolutoria ad fauorem huius Partis, sed etiam sententia transitum fecit in iudicatum ob non prosequutam intra legitima tempora appellationem exaduerso interpositam, qua-
5 propter nulla est difficultas, quin ciuilis causa tãquam præiudicialis criminali faciat illam silere, l. 2.§.hoc edicto,ff.de vi bonor.rapt.l.interdũ,C.de publici.iud.glo.in l.1.in verb.vtraque, & in rub.C. quand.ciuil.act.crim.præiud.Honded.d.cons.109. num.60.& seqq.lib.1.Farin.quæst.100.n.123.seqq. & in fine.

Etenim & regula etiam est certa, quòd semper ciui-
6 lis est præiudicialis, vbicumque absolutoria in ciuili parit exceptionem rei iudicatæ quoad criminalem,l.Præses,ff.ad l.Flau.de plag.Cyn.in l. 1. nu. 6.vers.ratio,& ibi Salyc.numer.9. C.quando ciuil. act.Aym.cons.280.num.2.vers.& adeo. Rota corã Coccin.decis.123.num.6.& seq. & coram Cardin. Caualer.decis.98.in fin.& decis.443.num.1. & coram Card.Mellino in Romana pecuniaria 28. Iunij 1604.

Nec obstat, quod querela præcesserit iudicium ci-
7 uile, quoniam sola querela absque transmissione citationis nullam inducit præuentionem, Boss.de for.compet.num.103.Farin.de inquis. quæst.7. nu. 57.Rot.decis.685.n.5.par.2.recent.

ARGVMENTVM.

Iurisdictio in milites extra delicta militaria an competat Generali armorum, an Feudatario.

SVMMARIVM.

1 *Duces militum non habent iurisdictionem de Iure, nisi in delictis militaribus.*
2 *Duces militum de consuetudine habent iurisdictionem in omni delicto à militibus commisso.*
3 *Iurisdictio limitata limitatum parit effectum.*
4 *Iurisdictio limitata non est prorogabilis.*
5 *Clauium custodia pertinet ad Dominum temporalem habentem imperium, & iurisdictionem in subditos.*
6 *Vasalli tenentur ad consuetum obsequium, & reuerentiam eorum Domino.*
7 *Miles non dicitur qui non est in numero adscriptus.*

CONSILIVM CLXVIII.

Nullo iure videtur, D. Generalem Armorum sese ingerere potuisse absque turbata iurisdictione D. Archiepiscopi in vexationibus, de quibus quæ-
1 ritur; quamuis enim iurisdictionem, quam Duces militum Iure communi non habent, nisi in delictis militaribus, l.magisteriæ,C.de iurisd.omn.iud. l.1.C.de exhib.Reis,l.de militibus, ff.eod.tit. l. fin. C.de re milit.lib 11.Farinac.cons.4.num.17.18. & seq.lib.1.Decian.tract.crimin.lib.7.cap.12. de vir. milit.crim.num.2.Caball.resol.crim.cas.294.num.
2 253.exerceant, vbi talis viget consuetudo, Boer. de custod.clau.num.29.Clar.in prax.crimin.§ fin. quæst.35.n.24.

Tamen in hoc casu quicumque prætextus iurisdictionem exercendi fuit mera turbatiua, tam ex defectu potestatis, quàm cessationis delicti ex omni capite impunibilis.

Deficit enim potestas, quia cum dubitandum non sit, quin D. Archiepiscopus habeat iurisdictionem tam spiritualem, quam temporalem in locis Castri noui, & Biturritæ, vt per Hieronym. Laurent. decis.Auenion.40.num.1.& per tot.& quin dicta loca non sint sub Comitatu, & sub Legatione Auenionen.sed Archiepiscopo Auenionen. pro tempore existenti etiam in temporalibus subiecta existant, & ad mensam Archiepiscopalem pleno Iure spectent, postquam ita disposuit fel. rec. Clemens Octauus in eius Breui sub dat.3.Septembris 1597. vtique propterea cessabat in his locis quæcumque exaduerso prætensa iurisdictio tanquam illa,
3 quæ sibi competit, restricta sit ad loca dumtaxat in Legationis limitibus compræhensa, Angel.consil.138.nu. 1. propè fin.vers.limitata enim iurisdictio, Vant.de nullit.ex defect.iurisd.deleg.num.93. Farin.cons.89.num.1.ad med. vers. & quia etiam
4 limitata iurisdictio, lib. 1. adeoquod iurisdictio limitata neque etiam est prorogabilis, vt per Surd. decis.88.n.3.

Deficit quoque quicumque delicti prætextus, quo-
5 niam ius custodiæ clauium illorum locorum pertinet ad D. Archiepiscopum tanquam Dominum temporalem habentem propterea imperium, & iurisdictionem in subditos, vt inquit Boer. de custod.clau. n.42.

Consuetum verò præstitum homagium in ingressu D. Archiepiscopi iuxtà solitum modum, obuiandi, & insequendi, necessitati laudabili, non cul-
6 pæ est ascribendum, cum vasalli teneantur ad cõsueta obsequia, solitamque præstandam reuerentiam eorum temporali, & spirituali Domino, l. 1. C.de domest.& protect. lib. 12. l. 1. C.de silentiar. eod.lib.l.primicerium,C.de fabricens.lib.11.l.in sacris scrinijs,C.de prox.sacr.scrin.lib.12. l.2. C. de quibus muner.& præstat.lic.se excus.lib.10. Iacob. de S.Georg.de homag.n.15.Hieron.Laurent.decis. Auenion.157.n.4.& seq.

Cessatque dubitatio, dum nullus ex ijs, qui in ingressu dicti D. Archiepiscopi interuenit, militat sub
7 armis dicti D.Generalis neque in numero, aut rolo militum illius vnquam fuerunt, l. ex eo, ff.de milit.testam.l.eos,C.de offic.magistr.milit. l. fin. §. iubemus itaque, C. locat. l. nemine in vllo numero,

ro,C.de re milit.lib.12. Caball. resol. crimin. dicto cas.294.num.18.

ARGVMENTVM.

An Reus principalis appellare possit à sẽtentia Iudicis, qui pronunciauit contra prætensos complices, & alia intulit grauamina.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio tãquam species defensionis nemini est deneganda.*
2 *Appellatio datur ex capite defectus iurisdictionis.*
3 *Appellatio datur, vbi Iudex animum suum ad fauorem alterius Partis propalauit.*
4 *Appellatio datur à futuro grauamine ratione grauaminis præcedentis.*
5 *Correlatiuorum vno destructo alterum destrui necesse est.*
6 *Sententia contra sententiam rite ferri nõ potest.*
7 *In Iudiciis vel fauendum Reo, vel æqualitas seruanda est.*
8 *Appellatio etiam in criminalibus permittitur ad vtrumque effectum à grauamine irreparabili.*
9 *Appellatio à decreto tormentorum tanquam inferente damnum irreparabile datur ad effectum suspensiuum.*
10 *Appellatio friuola à decreto tormentorum in praxi reijcitur, dummodo Reus audiatur prius in defensionibus.*

CONSILIVM CLXIX.

Signanda videtur commissio appellationis, quia, cum Causa ex illatorum grauaminum qualitate
1 sit appellabilis, denegari nequit tanquam species defensionis, quæ nemini denegatur, vt per Farin. cons.186.num.36.ad fin.lib.2.

Constat autem in casu, de quo agitur, Causam esse appellabilem non obstante, quod in criminalibus ex Constitutionibus, & consuetudine non appelletur.

Primo quia cum Iudex in Causa D. Cirocchi, & cõplicium non haberet solus iurisdictionem, sed ex speciali chirographo Sanctissimi deberet in pronũciando alterius Coniudicis votum concorde habere, tamen solus pronunciauit diffinitiue contra eos, quos complices D. Cirocchi in eadem sententia expressis verbis declarauit, quamobrem
2 caput hoc defectus iurisdictionis quoad Cirocchũ fecit Causam absque dubio appellabilem, non obstante, quod alias appellatio denegaretur, Angel. cons.195.num.3.Dec.cons.49.num.2.ad med.vers. tertio,Roland.cons.33.num.6.lib.4. cum alijs per Caball.resol.crim.cas.208.num.8.& seq.

Secundo quia Iudex ex qualitate dictæ sententię cõtra D. Cirocchum iam quoad se pronunciauit, ac proinde ita functus est officio suo, vt nullo iure, nullaque ratione alia ab eo permittenda sit sentẽtiæ prolatio, quandoquidem dum certi iuris est,
3 appellationis commissionem concedendam esse, vbi Iudex animum suum ad fauorem alterius Partis propalauit,l.obseruandum,in fine,vbi glo.& alij ff.de offic.Præsid.Io.Andr.& alii in cap.irrefragabili, de offic.Ordin.Ias.in l.apertissimi, numer. 7. in 10. caus.C.de Iudic.Pedemont.decis.74. num.9. Laur. de Iud.suspect.cap.11. num.18. vers. quia quoties, Rot.apud Cæsar.de Graff.decis.93.alias 4.numer.5. de except.

Multò magis concedenda videtur in hoc casu,in quo Iudex in sententia prædicta quos tanquam complices D.Cirocchi capitaliter damnauit,in eosdem eamdem sentẽtiam sub expressa complicitatis declaratione exequutioni demandauit; etenim cum alia contraria,aut diuersa sententia ab eodem Iudice neque voluntate,neque potestate inspecta, sit expectanda,meritò propterea, ex quo futurum
4 dispositiuum grauamen postquam fuerit illatum, non est reparabile,appellatio ex nunc, etiam à futuro ratione præcedentis permittitur, Bald. in l. fin.num.1.vers.nam cum grauamen, C.si Reus, vel accusat.Bonacos.in quæst.crim.in verb.appellatio, propè fin.vers.item admittitur, Bertaz. cons.crim. 511.num.22.lib.2.

Liquet autem contrariam,aut diuersam sententiam non esse expectandam à Iudice,qui talem iam, vt præfertur,protulit, & consequenter appellationi locum esse; quoniam voluntatem respiciendo,credi nequit,quod damnatis complicibus tanquam mandatarijs D.Cirocchi velit in eumdem assertum mandantem diuersimodè sententiare; nam, & in
5 correlatiuis regula est certa, quòd vno ex illis destructo alterum quoque destrui necesse est,l.fin. C. de ind.vid.toll.Farin.in fragm.par.1.sub litt. E. nu. 237.Surd.decis.308.n.16.

Respiciendo autem potestatem, non minus certum
6 est sententiam contra sententiam ritè ferri non posse,l.1.C.sent.rescind.non poss.l.post sententiam, C.de sent.& interloc.omn.Iud.Bart.in l.duobus diuersis,ff.de except.rei iudic.

Quapropter hæc claudicatio non videtur sustineri posse,vt expectanda adhuc sit sententia ab eo, qui validè illam in fauorem Rei pronunciare eius fa-
7 cto nequit,cùm & certum quoque sit in iudicijs vel magis Reo fauendum, vel saltem æqualitatem cum eo omninò seruandam,c.in iudicijs, vbi Dyn. & alij,de reg.iur.in 6.l.fin. C.de fruct. & lit. expens. & ex tex.in c.cum inter,de except.

Tertiò quia non solum alia plura intulit grauamina, vt in facto,irreparabilia,quo casu etiam in crimi-
8 nalibus appellatio ad vtrumque effectum permittitur,Clar.§.fin.quæst.94.num.10.Lancellot.de attent.cap.17 num.95.& seq.addit.ad Bertaz.consil. crim.384.vers.præterea,lib.2.Farin.cons.217.num. 17.post med.vers.quare intrat,lib.3. Scac.de appel. quæst.17.limit.47.memb.1.num.84.

Sed etiam non obstante appellatione Cirocchus tormentis à solo Iudice prædicto fuit ante decretas
9 defensiones suppositus; Etenim datur à decreto tormentorum interloquutorio appellatio etiam viua voce cum suspensione ante inhibitionem, cũ damnum inferat irreparabile,Henric.Bauer.in singul.verb.appellatio,n.19.Farin.quæst.38. num. 12. & 15.Scac.de Iudic.lib.1.cap.97.numer.98.vbi de communi, & de appell.quæst.17.limit.47. membr. 1.num.143.& seqq.

Siquidem licet in praxi à decreto torquendi denege-
10 tur appellatio,vbi est friuola, quia hæc qualitas Iudicantis arbitrio remittitur, tamen & conclusio,& praxis non indistinctè recipitur, sed dumtaxat vbi prius auditus fuerit Reus in defensionibus, vt declarant ijdem Farinac. d. quæstion.38.

numer.28. & Seac. d. cap. 97. numer.97. lib.1. de iudic.

ARGVMENTVM.

An Officialis retinens processus finito officio incidat in pœnam.

Procurator Fiscalis an, & quando criminaliter molestari posit sub prætextu concussionis, & indebitæ exactionis vigesimarum, & subornationis testium.

SVMMARIVM.

1. *Officialis deposito officio habetur pro mortuo, aut priuata persona.*
2. *Officialis debet successori consignare processus.*
3. *De Pœna non est agendum nisi in casibus à Iure expressis.*
4. *In Pœnalibus qualibet causa etiam colorata excusat.*
5. *Officialis retinens acta finito officio incidit in pœnam ex Constitutionibus Regni.*
6. *In Concussionis delicto datur sola pœna extra ordinem.*
7. *Procurator generalis Principis non potest nisi à Principe, vel eius delegato condemnari.*
8. *Ad Concussionis delictum requiritur indebita vexatio.*
9. *Pœna, etiamsi Fiscus concesserit gratiam dilationis, exigi potest pro parte tangente officiali.*
10. *Constitutioni contrauenicns tenetur ad pœnam impositam in ipsa Constitutione.*
11. *Testes dicentes se corruptos non coniunguntur ad faciendum inditium, quando sunt singulares circa Causas.*
12. *Testes dicentes se corruptos non faciunt inditiũ in iis casibus, in quibus socijs criminis non creditur.*

CONSILIVM CLXX.

Retentionem processus super libello famoso fabricati fuisse dolosam ex parte Fisci minimè probatur, leges verò, & Constitutiones infligentes pœnas retinentibus tanquam loquentes in casu simplici non esse trahendas ad casum mixtum libelli, nempè in processu inserti, est conclusio in Iure indubitata, adeoquod nec qui exaduerso scripsit, quicquã
1 illi respondet, & licet ex Mastrill.de magistr. tom. 1. lib. 1. cap. 6. num. 30 & seq. probet, officialem, deposito officio haberi pro mortuo, aut priuata persona, desumpta exinde consequentia, quòd debet
2 statim successori processus consignare, ex Io: Ant. de Nigris in Constit. Regni, rubr. de tempor. syndic. cap. 226. num. 4. & 8. tamen non videtur casui, de quo agitur, applicari, tum quia tam Io: Ant. Niger, quam alij per eum allegati, loquuntur secundum terminos Constitutionum Regni ita disponentium quamobrem extra Regnum non sunt illæ Constitutiones tanquam locales attendendæ, sed dispositio Iuris communis, iuxtà quam nihil exaduerso
3 deducitur, ac proinde, vel non est de pœna agendũ in casibus in Iure non expressis, vt per Seraphin. de-
4 cis. 286. num. 6. vel saltem, quia in pœnalibus qualibet etiam colorata causa excusat, vt per eumdem Seraphin. decis. 1238. numer. 10. satis est huic Parti credulitas, quòd possit vsque ad petitionem retinere, ad tex. in l. 4. §. hoc autem iudicium, vbi Bart. & alij, ff. de damn. infect. Surd. decis. 57. numer. 3. & seqq.

Tum quia etiam iuxtà terminos Constitutionum Regni, in quibus tam ipse Io: Antonius Niger, quàm
5 alii loquuntur pœna Oficialis retinentis acta, & processus, finito officio, nulla alia est, quàm illa, quã exprimunt, quòd ante restitutionem non labitur tempus syndicationis, vt per eumd. Nigr. eod. num. 8. exaduerso allegato, fol. mihi 197. & per Paridem de Put. quem Nig. adducit, & sequitur, de syndic. §. viso num. 8. tract. par. 7. fol. 237. vbi quòd immò ex vno capitulo Regni consignatio debet fieri infra trimestre, & secundum aliud pòst receptas litteras admonitionis.

Pœnam etiam concussionis esse vltimi supplicii, nulla ratione contra D. Ciroccum adducitur, & quia in facto nulla probatur concussio, & quia in Iure cõ-
6 clusio non est vera, dum pro concussione datur dũtaxat pœna extra ordinẽ, vt per glo. in l. 1. in verb. coercet, ff de concuss. communiter receptam, vt liquet ex allegatis per Farin. quæst. 111. nu. 40.

Neque obstat tex. in l. vniuersi, 9. C. vbi caus. fiscal. & per illum Bermon. Chouer. de publ concub. in verb. hoc dicit, num. 1. in tractat. nouiss. tom. 11. par. 1. fol. 186. quia præter id, quòd textus loquitur de actore siue procuratore Cæsaris rerum priuatarum, & vbi de vexatione prouincialium iniurijs, seu contumelijs, vel deprædationibus certis probationibus cõstat, adeoquod pœna illa nimis grauis intelligenda, & restringenda est ad solos terminos, de quibus loquitur, vt ad declarationem eiusdem textus firmat idem Peregr. exaduerso adductus, de iur. Fisc. lib. 7. tit. 2. num. 7. ad fin. vers. sed intellige, adhuc obiectũ ex illo textu tollitur, vel quia, cum tex. dicat, actorem, seu procuratorem prædictum condemnari posse per Rectorem Prouinciæ, intelligendus est de hastallis, seu procuratoribus inferioribus in Prouincijs degentibus, qui sunt sub procuratore generali,
7 non de ipso generali procuratore, qui nonnisi ab ipso Principe, vel specialiter delegato condemnari potest, itaquod Rectores Prouinciæ possunt quidẽ illum absoluere, sed non damnare inconsulto Principe, vt inquit tex. in l. quoties, 3. C. vbi Senator. vel clariss. quamobrem in hic terminis, quod tex. in d. l. vniuersi, non sit intelligendus de generali procuratore Cæsaris, firmat Guglielm. de Cun. in eadem l. ante med. vbi hac ratione testatur, se defendisse procuratorem generalis Regis Franciæ, qui dicebatur plures indebitas exactiones fecisse, vt etiam per Castr. in eadem l. vniuersi, pòst princ. vers. & dicit, Guglielm. & ibidem per Butrig. in addit. vbi pro pè finem testatur quoque, quòd dum erat Parisijs, procurator Regis ob concussiones, quas commiserat in Parlamento, fuit solũm per Senatum Parisiẽsem depositus, vt etiam per Grammat. decis. 60. numer. 21.

Vel si intelligendus est textus de procuratore generali Cæsaris, dicendum est, loqui de his, quæ ipse procurator commiserat post administrationem, vt intelligit idem Guglielm. de Cun. in eadem l. vniuersi, in fine.

Receptio quoque vigesimarum ascribi nequit extor-
8 sioni, & quia deficiunt termini indebitæ vexationis qui

qui ad effectum pœnæ concussionis requiruntur, vt per Farin.d.quæst. 111.n.49.& 50.
Et quia aut incursus pœnæ prætenditur ex dispositione Iuris,& cessat pœna, dum exactio vigesimæ fuit
9 legitima etiam ex parte pœnæ, de qua fuit facta gratia, ex quo per Fiscalem non stetit, quominus tota pœna incameraretur, Angel.in l.si possessor, §. redactæ,ff.de petit.hæred.Soc.cons.151. per tot. lib. 1.Rot.decis.777.num.2. par. 1. diuers. cum alijs per eumdem Farin.exaduerso allegatum,cons.107. nu. 2.seq.& per tot.lib.2. aut prætenditur ex reformatione fel.record.Pauli Quinti, & tunc cum prætendatur, Constitutionem in parte hac prohibitiua loquente de officialibus, vt patet in rubr.de Iudic. crim.Vrb. num. 39. non trahi ad Procuratorem Fiscalem,de quo eadem rubr. discretiuè loquitur sub num.41.aut proinde res reducitur ad merum effectum ciuilem, præsertim cum vigesimæ palam ex
10 actis ipsis notarij fuerint receptæ,aut ad peius non intrat discussio alterius pœnæ, quàm priuationis officij illata ab eadem Constitutione, vt eod. num. 41.l.Senatus,ff.de accus.l.1.ff.de vi bonor.rapt.Gab. cons.176.num.16.& seq.lib.2.
Vis autem nec fieri potest in prætensa subornatione, quia conclusio,quod testes tam ex propria confessione corrupti, quàm tentati faciant inditium ad torquendum vbi vel sunt plures, vel concurrunt
11 adminicula,minimè afficit hoc casu,quo singularitas circa Causas efficit, vt impediatur coniunctio, etiam ad effectum inditij,vt in his terminis per Farin.quæst.45.n.43.& 45.
Adminicula verò in genere suo sunt omnia imperfe-
12 cta,dum ex defectibus relatis in facto,non concurrunt omnia,quæ de socio criminis aliàs scripta fuere,vt per eumdem Farin.d.quæst.45. num.46. & 47. vbi in specie contrariæ conclusionis, quòd inditiū ad torturam non faciunt ii, qui aliundè sunt infames,aut criminosi,aut alios patiuntur defectus.

ARGVMENTVM.

De eadem re.Et an Procurator Fiscalis finito officio retinens processum super famoso libello à pæna famosi libelli excusetur.

An, & quando officialis possit munera recipere;

SVMMARIVM.

1 *Libelli famosi crimen non committitur sine dolo.*
2 *Dolus in fabricante libellum famosum præsumitur, secus vero in retinente.*
3 *In Pœnalibus Constitutio loquens in casu simplici non applicatur casui mixto.*
4 *Mixtura constituit nouam speciem.*
5 *In Libello famoso tam de Iure, quam ex Constitutione Pij V. requiritur publicatio ad effectū pœnæ.*
6 *Libelli famosi crimen cessat concurrēte bono zelo.*
7 *Officialis potest recipere munera ab amicis, & cōiunctis, dummodo non recipiat ratione officij.*
8 *Dantes, & recipientes post gratiam, vel iustitiā obtentam, non incidunt in pœnas impositas ex Constitutione de datis, & receptis.*
9 *Relaxatus sub cautione non potest nisi superuenientibus inditijs ad carceres reuocari.*
10 *Testis primæ depositioni iuratæ standum est.*
11 *Testis primo dicto iurato statur, præcipuè quando in articulo mortis illud confirmauit.*
12 *Discretiua loquutio denotat exclusionem à generalitate.*
13 *Dolus non præsumitur in Iudice recipiente aliquid ex causa iustitiæ, nisi alia concurrant.*
14 *Mandatum concutiendi non præsumitur.*
15 *Mediator non est idoneus testis in crimine concussionis.*
16 *Tortura in teste purgat vnum defectum, non plures.*
17 *Testis inimicus non facit inditium ad inquirendum.*
18 *Concussionis termini non applicantur, vbi officialis pecuniam ad proprium commodum non extorquet.*
19 *Delictum non præsumitur aliquis committere sine commodo.*
20 *Pœna authores suos egredi non debet.*
21 *Testis, qui dicit se subornatum, nihil probat contra subornantem, nec facit inditium ad inquirendum, nisi alia concurrant.*
22 *Principis supremi authoritas defectus omnes tollit.*
23 *Subornationis attentatio nō probatur à testibus asserentibus, se tentatos.*
24 *Mandatarij depositio non facit inditium ad torturam, siue mandatum acceptauerit ad delinquendum, siue non.*
25 *Inuerisimilitudo habet imaginem falsitatis.*
26 *Viri sapientes tacent ea, quæ probari nequeunt.*
27 *Actus in dubio ascribitur causæ licitæ.*

CONSILIVM CLXXI.

Retentio finito officio per quinque menses processus fabricati super libello famoso, non videtur
1 ascribi posse D.Cirocco ad delictum; cessat enim in eo omnis excogitatio doli, sine quo in prætensū famosi libelli crimen non incurritur, l.lex Cornelia §.si quis librum,ff.de iniur.Plot.inter cons.crim.diuers.cons.131.num.7.lib.1.Clar.§.fin. quæst.68. nu. 62.Claud.ad Bertaz. cons.237. lit. D. vers. secundo requiritur,lib.1.Gabr.inter cons. Farin.cons.30. nu. 176.vers.sanè,lib.1.Cephal.cons.341.num.10. lib.3. Farin.qui plures alias congerit,quæst.115. nu. 481.
2 vbi quamuis num.483.secundum aliquos dicat,dolum malum in hoc crimine semper præsumi,tamen declarat hoc procedere in fabricante, non in retinente famosum libellum, in quo ex veriori dolus non præsumitur, nisi probetur, vt etiam firmant Bursatt.cons.94.num.8.in fine,& seq.& nu.35.
Hoc autem in casu nedum dolus ex parte Fisci minimè probatur,sed conuincitur contrarium, siue cōsideretur dispositio Iuris communis, siue etiam Constitutionis Pij Quinti 147.tom.2. fol.360. tum
3 quia & Ius,& Constitutio loquentes in casu simplici nequeunt applicari casui mixto in pœnalibus, l. quid ergo,§.1.ff.de his,qui not.infam.l.1.§.si is,qui, ff.de exercit.Tiraq de legit.connub.glo.5. num. 70. Gabr.cons.33.num.4.& seqq. lib.2. Surd. decis. 329. num.12.13.& seqq.par.2.Farin.cons.145.numer.12. lib.2.Rot.post lib.2.cons.eiusdem decis.130. num.6. siquidem negari nequit, quin libellus famosus insertus in processu desuper contra delinquentes fabri-

bricato sit casus mixtus, cum fabricatio super eo tendat ad finem omnino contrarium compositioni, ac retentioni, ad vindictam scilicet, ac punitionē publicam, quam ipsę leges, & Constitutiones requirant, ac proinde libellus famosus desinat esse simplex, &
4 constituat nouam speciem, processam scilicet habentem ex finis diuersitate aliud nomen, aliāque substantiam, vt per Bart. Cuman. & alios communiter, in l rerum mixtura, 10. ff. de vsucap. & Bolog qui benè declarat in l. 2. num. 31. & 50. ff. de ver. oblig. cum immo in mixtis prævalens magis attendatur, vt per Surd. decis. 174. n. 19. ante med.

Tum etiam quia, cum tā de Iure, quam ex dictæ Con-
5 stitutionis dispositione ad effectum pœnæ in retinente requiratur publicatio, vt de primo firmant Gomez var. tom. 3. cap. 6. num. 1. ad fin. Angel. de malefic. tit. de fam. lib. num. 5. Petr. à Plaz in epit. delict. lib. 1. cap. 3. num. 2. summ. Siluestr. in verb. libellus, num. 5. ad finem, Cephal. d. cons. 241. num. 17. & seq. Bursatt. d. cons. 94. num. 16. vers. denuo, Marcobrun. cons. 38. num. 8. vers. præterea, Farin. quæst. 105. num. 460. 462. & 465. & de Constitutione Pii Quinti ex eiusdem tenore firmat idem Farin. d. consil. 145. num. 9. lib. 2. & d. quæst. 105. num. 456. post med. vers. licet benè verum; vtique cessat omnis pœna in hoc casu, in quo nulla intercessit manifestatio, quinimmò retentio ad effectum processum Superioribus consignandi ex honesta causa, quam D. Cirocchus, declarat interpretari, non potest nisi ad effectum
6 huius boni zeli, quo concurrente, certum est, cessare in hoc omne crimen, Turrecrem. in c. si quis, nu. 1. post princ. vers. item si bono zelo, cum vers. licet ergo, 1. quæst. 5. Cephal. d. cons. 241. num. 25. & seqq. lib. 2. Farinac. d. consil. 30. num. 133. lib. 1. & d. quæst. 105. n. 455. ad fin. vers. qui sub commodati.

Non etiam ad delictum ascribi potest receptio munerum à Præsidētibus nundinarum Fulginei, & à Floridis delinquentibus coniunctis, quia cum Causa, cuius occasione prætenditur donatum, fuisset cognita, ac terminata per eosdem Præsidentes, nihil
7 prohibebat D. Cirocco receptionem, dum eius officium in ea Causa, stantibus priuilegiis nundinarū in Curia examinatis, & approbatis minimè se extēdebat, vt per Farin. quæst. 111. numer. 249. & præsertim dum receptio processit post Causæ terminationem, etiam de consilio Theologi consulentis, id tuta conscientia fieri posse; quandoquidem consi-
8 lium hoc fuisse iuridicum, cum neque etiam incidant in pœnas extrauagantium Bonifacii Octaui, in c. 1. de sent. excom. in extrauag. conc. & Greg. XIII. de datis, & receptis, dantes, & recipientes post obtentam gratiam, vel iustitiam, firmant Io: Monach. in glo. in verb. sub generalibus, ante fin. vers. sed nūquid in d. c. 1. Nauar. in comment. ad d. Const. Greg. in not. 21. num. 31. vers. quinto dico, & seqq. Boccac. ad eamdem Const. pag. 3. n. 78. cum aliis per Farin. quæst. 111. num. 348.

Neque etiam dubitari potest, quin Causa esset finita, cum contra Floridum delinquentem esset lata sententia condemnatoria pro homicidio, & cum patre ratione legitimæ esset transactum, & ipse pater ratione prætensæ participationis censeretur abso-
9 lutus ex hoc ipso, quod ex ordine Sacræ Consultæ fuit sub cautione relaxatus, itaquod illa non obstāte, non poterat rursus nouis superuenientibus inditiis ad carceres reuocari, Bart. & Alex. in l. penult. ff. de quest. Aym. cons. 32. in ante, vers. non omitto, Thob. Non. cons. 103. n. 5. Brunor. a Sole, quæst. 17. n. 10.

Receptio etiam laterum è fornace Gaettonij sine pretij solutione nullius delicti est inclusiua, dum nullibi iustificatur donatio, neque pactum de illis donādis; nam licet creditores tædio affecti ex promissio ne impunitatis demum deposuerint contrarium, eius, quod primo loco sub iuramento examinati af-
10 firmauerant, tamen certum est, standum esse primo dicto iurato, ex quo ius erat quæsitum, Farinac. quæst. 45. num. 39. ad med. Cephal. cons. 233. nu. 11.
11 lib. 2. & præsertim cum in articulo mortis pro exoneratione conscientiæ primum dictum confirmauerint, vt per Marsil. Bursatt. & alios, quos refert Farin. quæst. 46. n. 70. & seq.

Non etiam receptio vigesimæ ab hominibus Cinthiani, & ab Hortensio, quia cum receptio sequuta fuerit palam, præuia etiam adnotatione illius in notarij actis, & occasione prætensionis, quòd reformatio san. mem. Pauli Quinti volens in tit. de Iudicibus criminalibus, num. 39. Officiales, aut exequutores habentes in pœnis participationem non debere participare, quatenus pœna ex gratia remittatur, non compræhenderet Fiscalem, ex quo discretiuè de il-
12 lo in eodem titulo facta fuerat mentio in casibus, quibus voluit eum compræhendere, & præsertim vbi agitur de pœnis, vt ibidem num. 41. iuxta doctrinam Bald. communiter receptam, in l. in multis, nu. 4. ff. de stat. hom. vt per Seraph. decis. 1486. num. 12. & Rot. decis. 627. num. 8. par. 2. in recent. vtique dici non potest ex contraria Partis aduersæ prætensione intrare iudicium criminale ratione prætensæ extorsionis, iuxta l. quod euitandi, Cod. de condict. ob turp. caus. & adducta per Farin. quæst. 111. num. 49.
13 & seq. cum dolus in Iudice recipiente ex causa iustitiæ non præsumatur, nisi alia concurrant, vt per eumdem Farin. ead. quæst. 111. n. 55.

Minus quoque prætendi potest concussio, de quā cōquestus est Pocobellus, quia concussio prætenditur processisse notario de mandato D. Cirocchi, man-
14 datum autem huiusmodi neque præsumitur, vt per Farin. d. quæst. 111. num. 55. ad med. neque probatur
15 assertione ipsius notarij, & quia ad effectum criminalem requiritur exactissima probatio, adeoquod propterea neque etiam mediator est idoneus testis, vt per Farin. ead. quæst. 111. num. 264. & 271. & 275. & quia cum notarius fuerit pro falsitate, & furto, eodem D. Cirocchō instante, ad triremes transmissus, patitur proinde defectum inimicitiæ, aliorūque criminum, vltra illud concussionis, in quo se
16 socium fecit, qua ratione neque etiam tortus aliquid facit, cum tortura purget quidem vnum defectum, sed non plures, Mars. cons. 74. num. 23. Gram. not. 25. lib. 2. Bursatt. de communi, cons. 69. num. 25.
17 lib. 1. & cons. 239. nu. 42. lib. 3. adeoquod neque etiā, vbi concurrit defectus inimicitiæ inditium facit ad inquirendum, vt per Farin. quæst. 43. num. 178.

Et præsertim hoc casu, quo non solum Papa sciuit prętensionem Pocobelli de hac asserta concussione, sed compositio soluta fuit ad beneficium Cameræ, nam
18 neque termini concussionis applicantur, vbi officialis per infamiam ad proprium commodum non extorquet, vt per Farin. d. quæst. 111. num. 42. & seq.
19 nec in generaliter præsumi delictum potest sine cōmodo, l. quod si cum scires, 8. ff. de dol. Aym. cons. 18 num. 22. & cons. 75. num. 17.

Transmissio etiam ad triremes Buni, & Eliæ non potest D. Cirocchō imputari, quia non ipse, sed Iudex, immo magis delicta fuerunt causa trāsmissionis, & præsertim obiectæ falsitatis, quamobrē vel in hoc nulla

nulla adest culpa Fiscalis, ad cuius officium spectat contra delinquentes instigare, vel si culpa in hoc negocio datur, illa est Iudicis pronunciantis, adeo,
20 quod pœna authores suos egredi non debet, Surd. decis. 232. num. 9. Rot. in recent. decis. 567. numer. 2. par. 1.

Subornatio Labiæ nullatenus prætendi potest, quia tortura illius non potuit purgare alios defectus, de quibus laborat in facto relatos, cumque primo loco sub iuramento contrarium deposuerit, proinde ra-
21 tione falsitatis, & periurii talem testem dicentem, se corruptum, & subornatum, nihil contra prætēsum corrumpentem probare, inquit Seraph. decis. 1250. num. 3. cum immo neque etiam ex tali dicto sub tortura oriatur inditium ad inquirendum, nisi alia concurrant, ex textu in c. sicut nobis, de testib. bene ex pluribus comprobat Farin. quæst. 45. nu. 12. & seqq. vbi de communi.

Asportatio columnarum ex domo Sabelli, neque delictum sapit, quia cum ad illarum ablationem processum fuerit iudicialiter, mediante adiudicatione ad fauorem Fisci, Pars aduersa, si prætendit se grauatam, habet remedia appellationis, & nullitatis, quibus vti debet, omisso criminali iudicio cōtra Fiscum, & præsertim stante chirographo fa. me. Pauli V. in quo easdem columnas tāquam Cameræ adiudicatas donauit, nam propterea omnis omnino criminalitas cessat immo etiam omnis præ-
22 tensa nullitas, ex quo Principis supremi authoritas defectus omnes tollit, vt per Rot. in rec. decis. 461. num. 13. par. 1.

Attentatio quoque subornationis eiusdem Sabelli, & aliorum minime probatur ad delicti inclusionem, nam licet Bald. Aretin. & alij, quos allegat ipse Farin. quæst. 45 num. 29. & seq. velint, testes dicentes se fuisse tentatos corrumpi, si noluerunt falsum deponere, laudandos esse, non illis diminuendum
23 de fide, tamen intelligendum hoc est, quando attentatio corruptionis probatur aliunde, quam ex dicto ipsorum asserentium, se tentatos, cum alioquin esset in cuiusque facultate sic dicendo homines vexare, & ex occulto forsan odio damnificare, vt bene declarant Gram. decis. 28. nu. 26. post princ. vers. vnde non posset, & Cephal. cons. 233. num. 16. lib. 2. quos etiam sequitur idem Farin. quæst. 45. nu.
24 31. qua ratione neque etiam ad torquendum inditium facit depositio prætensi mandatarij, siue mandatum acceptauerit, ad delinquendum, siue non, vt firmant Marsil. in prax. §. diligenter, nu. 37. vers. mihi autem cum, nu. 39. vers. sed in hoc dubio, & num. seq. Clar. quæst. 21. num. 12. post med. vbi de communi, & in praxi obseruata opinione Roland. admittens, & attestans etiam hanc esse magis receptam, cons. 14. num. 7. & seqq. lib. 4. cum alijs pluribus per eumdem Farin. quæst. 44. num. 16. vbi etiā de communi, etiamsi testes dicantur plures, concurrentibus aliis defectibus ipsorum testiū, vt per eumdem Farin. d. quęst. 45. num. 46. & seq.

Minus quoque criminosa dici potest asserta suppressio Causarum beneficij pro Vincentino, & D. Margarita, quia præter id, quod falsitatis imaginem
25 prorsus habet inuerisimilitudo, quod maritus ad beneficium vxoris, quæ voluerit ipsum maritum venenare, sese in discrimine, & periculo vitæ ponere voluerit immiscendo se in pretensa corruptione, quodque ipse maritus corruptionē spōte, & absque vlla causa patefecerit eisdem, qui tanquam amici Curiæ fuerunt apud illam asserti criminis delatores, Aym. cons. 28. num. 1. & cons. 134. nu. 36. et seq. Becc. cons. 101. nu. 46. lib. 1. Rot. decis. 137. nu. 3. p. 2. diuers. adhuc crimen cessat, cum nec præuaricatio, nec tergiuersatio, iuxta text. in l. 1. ff. ad Turpil. imputari possit Fiscali, vbi adsunt delatores, magisque dum neque ex delatoribus, neque aliunde aliqua prodita fuere inditia sufficientia ad Causæ prosequutionem, quandoquidem nullius sunt considerationis, quæ sine competētibus probat[illegible]nibus al-
26 legātur, c. plerumque 127. 2. quæst. 7 vnde est, quod viri sapientes tacent, quæ probari nequeunt, vt ibi, et in clem. volentes, §. notarii, vbi etiam glo. & alii de hæret. Natt. cons. 668. num. 10. in fine, & nu. seq. Marsil. sing. 164. num. 2.

Demum receptio munerum a Cosmo neque etiā aliquid facit, dum recipi Iure potest moderate ab instigatoribus Fisco adhærentibus, vt etiam in reform. Pauli V. tit. de Fisci proc. num. 4. etenim obiici non potest, quod eodem tempore Cosmus alio iudicio criminali vexaretur, quia receptio in dubio ascribi debet causæ licitæ, cum semper capienda sit interpretatio delicti exclusiua, l. merito, ff. pro Soc. Menoch. cons. 84 num. 75. Surd. decis. 58. nu. 4. Rota diuers. decis. 106. num. 7. par. 2. & in S. Seuerini dotis 18. Nouembris 1618. coram R. P. D. Vbaldo.

ARGVMENTVM.

De excusatione retinentis processum super famoso libello.

SVMMARIVM.

1 *Dolus requiritur, vt sit locus crimini libelli famosi.*
2 *Dolus non præsumitur in retinente libellum famosum, quicquid sint fabricante.*
3 *Libelli famosi pœna non intrat concurrente bono zelo.*
4 *Libellum famosum retinens non præsumitur author, quando docet alium fuisse authorem.*
5 *Libelli famosi vt intret pœna, requiritur dolosa manifestatio, & publicatio. Et num. 8.*
6 *Libellum famosum corrumpere, vel illum occultè tenere, paria sunt.*
7 *Notarius tenetur custodire processus, & quando eos lacerat, punitur.*
9 *In Pœnalibus casus mixtus non continetur sub simplici.*
10 *Libellus famosus non dicitur de ea re, quæ deducta fuerat in iudicium.*
11 *Peccata nocentium expedit iudicialiter notari esse.*
12 *Ad libelli famosi pœnam requiritur visio, & scientia.*
13 *In Pœnalibus requiritur probatio scientiæ certa, & indiuidua.*

CONSILIVM CLXXII.

Neque titulo criminis famosi libelli, neque alterius punibilis culpę ascribi potest retentio, & conseruatio processus, de quo agitur, cum enim
1 certum sit, pœnam hanc non incurri, nisi dolo cōcurrente, Plot. cons. 131. num. 7. inter cons. crimin. diuers. lib. 1. Baiard. ad Clar. §. fin. quæst. 68. num. 62. lib. 1. Gabr. inter cons. Farin. cons. 30. num. 176. vers. sane

inè,lib. 1. Cephal.conf.341.num.10.lib.3. Farin. qui
2 plures alios congerit,quæſt.105.num.481.vbi licèt,
num.483.ſecundum aliquos dicat, dolum malum
in hoc crimine ſemper præſumi, tamen quicquid
ſit in componente, quod in iſta materia retentio-
nis dolus non præſumatur,niſi exaduerſo probetur,
verius eſt,vt per Burſatt.conſ.94.numer.8. in fin. &
ſeq.& num.35.proinde ceſſat etiam in hoc caſu, in
quo non ſolum dolus aliquis minimè probatur,ſed
conſtat de contrario, dum proceſſus fuit ab officia-
li principali, quem D.Marianus nominat, traditus
notario ad effectum cuſtodiæ, Turrecrem. qui lo-
3 quitur in terminis de ſeruante famoſum libellum
bono zelo,in c.ſi quis,num.1.poſt princ. verſ.item
ſi bono zelo,cum verſ.licet ergo,5.quæſt.1.& in for-
tioribus terminis Cephal.conſ.341. num. 25. & ſeq.
lib.3.Farin.d.conſ.30.num.133.lib.1.& quæſt.104.n.
455.ad fin.

Conuincitur autem id ipſum,quoniam aut prætendi-
tur exaduerſo incurſus pœnæ ex diſpoſitione Iuris
communis,aut ex Conſtitutione Pij Quinti, ſi de
Iure ex l.vnic.C.de famoſ.libell.aut ex eo,quia reti-
4 nens præſumatur author,& ceſſat pretenſio, dum
nominatur,& docetur author traditionis, Burſatt.
d.conſ.94.poſt numer.32.verſ.quinto,& vltimo, Ce-
phal.d.conſ.341.num.25.26.& 27. in fine, & nu.29.
& ſequ.lib.3.Farin.d.quæſt.105.num. 451. & 455.ad
med.verſ.& propterea, aut ex eo, quia non deberet
retineri,ſed lacerari,& minus obiectum reſiſtit, &
5 quia non laceratio non eſt delicti incluſiua, niſi vbi
ante illam ſubſequitur doloſa manifeſtatio, quæ in
hoc caſu non ſolum minime probatur, ſed neque
etiam,quod D. Marianus legerit, aut viderit,Go-
mez var.tom.3.cap.6.de iniur.num.1. ad fin. Angel.
de malefic.tit.de famoſ.libell.num.5.Petr.à Plaz in
epit.delict. lib.1.cap.3.num.2.per tot.Summa Silue-
ſtr.in verbo,libellus,num.5.ad fin. Cephal. d.conſil.
341.num.17.& ſeq.Burſatt.d.conſ.94. num. 16. verſ.
denuo,Marcobrun.conſ.38.num.8. verſ.præterea,
Farin.d.quæſt.105.num.460.& 462.& 463.ſiquidem
6 paria ſunt quoad alios libellum corrumpere,vel il-
lum occultè tenere,vt inquit Præpoſ.in d.c.ſi quis,
ad med.5.quæſt.1.& quia contraria procedunt in
ſimplici famoſo libello,non in libello inſerto,& ad-
mixto cum proceſſu,& actis per publicum notariũ
iudicialiter fabricatis, quia talis combuſtio non
pertinet etiam ſine ordine Principis ad ipſos offi-
ciales,multoque minus ad perſonas in ea re priua-
7 tas,cum immò notarij teneantur cuſtodire, & pro-
pterea laceratio eſſet delictum,l.2.vbi omnes, C.de
eden.Dec.c.1.num.46.& 53.de prob. Rot.in Roma-
na depoſiti 9. Iunij 1595. & 5. Iunij 1596. coram
Cardinale Pamphilio, & in Aſſiſien. pecuniaria 1.
Iulij 1611.& 11.Ianuarij,& 11. Martij 1613. coram
R.P.D.Manzanedo. & præſertim cum fuerit habi-
tus ſub promiſſione reſtituendi,vt per Menoch. de
arbitr.caſ.363.num.41.

Aut ex retentione prætenditur incurſus ex Bulla Pij
Quinti 147.in nouo Bullario,par.1. fol. 59. & mi-
nus illi locus eſt,cum & illa licet non requirat pu-
blicationem quoad componentes,requirat tamen
8 quoad retinentes,vt patet in illis verbis,antequam
vim illorum manifeſtauerit,vt per Farin.conſ.145.
num.9.lib.2.& d.quæſt.105.num.456.poſt med.verſ.
licet bene verum.

Cæterum ceſſant in hoc caſu difficultates, tum quia
non applicantur termini famoſi libelli, ex quo agi-
tur de retentione proceſſus fabricati ſuper famoſo
libello,qui termini ſunt diuerſi,præſertim in pœna-
9 libus,in quibus abſque dubio caſus mixtus nõ con-
tinetur ſub ſimplici,l.quid ergo, §. 1. ff. de his, qui
not.infam.l.1.§.ſi is,qui,ff.de exerc. Tiraq. de legib.
connub.glo.5.num.70.Gabr.conſ.33. num. 4. & ſeq.
lib.2.Surd.deciſ.329.num.12. 13.& ſeqq. par.2. Rot.
in Romana domus,ſeu retractus,26.Februar. 1590.
coram Penia,Farin.d.conſ.145.num.12.lib.2.& Rot.
poſt lib.2.conſ.Farin.deciſ.130.num.6.

Et præſertim cum longè diuerſa ſit ratio in retentio-
10 ne ſimplicis famoſi libelli, & retentione proceſſus
deſuper facti,ex quo de illo iam propterea publico
iudicio Curiæ innotuit,Farin. d.conſ.30. num. 135.
173.& 183.lib.1.& d. quæſt. 105. num.461. cum im-
11 mò expediat peccata nocentium iudicialiter nota
eſſe,vt inquit Siluestr.in d.verb.libellus famoſus,nu.
5.ante med.verſ.quia expedit.

Tum etiam quia non probatur exaduerſo,D.Marianũ
qualitatem huius proceſſus vnquam vidiſſe, ſicut
12 ad effectum pœnæ in omnem caſum requiritur, vt
per Cephal.d.conſ.341.num.13.neque enim verum
eſt,ex ſola retentione præſumi, quia immò ad præ-
13 tenſum effectum requiritur probatio ſcientiæ cer-
ta,& indiuidua, itaquod nullam admittat excuſa-
tionem, Mohed.deciſ.4. numer.5. & ſeq. de probat.
Put.deciſ.147.num.2. lib.1. Rot. in Romana Caſalis
19.Martij 1590.coram Gypſio, & in Neapolitana
pecuniaria 20.Martij 1609.coram Litta,& aliàs ſæ-
pius.

ARGVMENTVM.

Offendens aliquem coram Iudice, an ab alio Iudice puniri poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Ad Iudicem,coram quo iniuria infertur, pertinet iuriſdictio puniendi.*

2 *Relaxatus ab vno Iudice non poteſt ab alio pro eadem Cauſa carcerari,iuxta reformationem ſa.me. Pauli V.*

3 *Præuentio locum habet inter plures Iudices, qui de eodem delicto inquirere poſſunt.*

4 *Iudicium vbi fuit captum ibi terminari debet.*

5 *Prouocatio ſiue facto,ſiue verbis iuſtam prabet iracundiam,& dolorem ad vleiſcendum.*

6 *De Prouocatione vbi non conſtat,vt quia non appareat quiſnam ex duobus inceperit,vterque abſoluitur.*

CONSILIVM CLXXIII.

Reuocanda videtur ſententia,qua D. Honuphrius
in exilium ab Vrbe ad beneplacitum, & in pœ-
nam ſcutorum centum fuit ab A. C. condemnatus
tam ex nullitatis, quàm iniuſtitiæ capite. Et qui-
dem nullitatis, quia dubitari non poteſt, quin cùm
1 ageretur de prætenſa iniuria illata coram DD. Cõ-
ſulibus in eorum foro, ac tribunali ad exercitium
iuſtitiæ ſedentibus, iuriſdictio illum puniendi ad
eoſdem DD. Conſules ſpectaret ob ſibi condignam
non præſtitam reuerentiam, glo.in c. Deus omni-
potens 20.§.quãdo autem,in verb.Iudices 2. quæſt.
1. Alber. in l.illicitas,§.veritas,num.8.ad med. verſ.
hoc niſi maleficium,ff.de offic.Præſid. Iacob.de Bel-
uiſ.

uif. in prat. crim. lib.1. cap.6. in rubr. Iud. pro Trib. sed.num.2. Marsil. singul.549. num.1. vbi alia plura adducit, Paris. conf.147. num.10.11.12. & seq. lib.4. Paris de Put. de Syndic. in verb. notorium iudicij, n. 5. & seq. in nouo tract. tom.7. fol.289. Menoch. de arbitrar. cas.263. num.23. & seq. Farin. de var. & diuers. crimin. quæst.105. num.194.

Etenim, hoc supposito, non poterat super eadem asserta iniuria ab A. C. in D. Honuphrium iurisdictio exerceri, ex quo ijdem DD. Consules statim, in ipso actu illationis prætensæ iniuriæ rixantes illius occasione ad carceres detrudi mandarunt, licèt deinde mitius agendo illos ad habendam domum pro carcere habilitauerint, quando quidem non solum exercitio iurisdictionis in A. C. obstabat reformatio fel. record. Pauli Quinti in rubr. de Iudicib.
2 crim. vrbis num. 14. vbi cauetur expresse, quod relaxatus ab vno Iudice non possit ab alio pro eadem causa carcerari.

Sed etiam dispositio Iuris communis, qua certum est,
3 quod inter plures Iudices, qui de eodem delicto inquirere possunt, locum habet præuentio, itaquod vnius processus facit silere iurisdictionem alterius, c. proposuisti de foro compet. l. si quis postea, ff. de Iudic. Boss. tit. de for. compet. num.79. vbi quòd procedit conclusio etiam quòd iudex præueniens esset minor Iudice præuento; Idque tum ex ratione, quia absurdum est, quòd quis vexetur coram pluribus Iudicibus, vt d. c. proposuisti, tum etiam ex
4 ratione, quia iuxta l. vbi cæptum, ff. de iudic. vbi cæptum est iudicium, ibi etiam de iure finiri debet, vt hisce rationibus, alijsque auctoritatibus pro regula firmat Farinac. de Inquis. quæst.7. num.52. præsertim cum in DD. Consulibus præuentio fuerit realis, vt ibidem per eundem Farin. num. seq.

Ex capite verò iniustitiæ, quia prouocatio, siue facto,
5 siue verbis iustam præbeat iracundiam, ac dolorem ad vlciscendum, inquit text. in l. qui cum natu maior 14. §. si libertus, verb. ignoscendum, ff. de bon. libert. Io: Andr. in c. significauit, per illum text. in verb. antecedentes in ea, glos. de pœnit. & remiss. Marsil. cons.137. nu.6. & seq. Farinac. quæst.91. n.7. & in his terminis Boss. d. tit. de iniur. num.6. & seq. & Paris. de Put. d. verbo notorium Iudicij, num.5.
6 post med. tum imò vbi non constat de prouocatione quia non apparet, quis incæperit, sicut etiam, quando simul ambo incæperunt, vterque sit absoluendus, vt per eumd. Boss. d. tit. de iniur. num.8.

ARGVMENTVM.

Administrator ex contractu mandati, & societatis an criminaliter molestari possit sub pretextu furti, & an interim donec non probatur delictum, excarcerandus sit sub fideiussione.

SVMMARIVM.

1 *Criminalitati non est locus cōtra administratorem, quando Parti consultum est per actionem ciuilem descendentem ex contractu.*
2 *Stellionatus pœna non intrat ex dolo, quando interesse reparatur per actionem ciuilem.*
3 *Administrationis velamen descendens à contractu temperat furti actionem.*
4 *In administratore non præsumitur furtum, quando exaduerso non probatur acceptio cum animo non restituendi.*
5 *Pactum de compromittendo controuersias futuras valet, & seruandum est.*
6 *Bilancium inter partes seruandum est.*
7 *Bilancium transmissum Parti censetur approbatum ob non contradictionem.*
8 *Librum computorum exhibere recusans præsumitur in dolo.*
9 *Arbitrium relaxandi carceratos sub fideiussionibus debet à iure, & ratione regulari.*
10 *Carceratus relaxandus est sub fideiussionibus, quando dubitatur, an sit innocens.*

CONSILIVM CLXXIV.

Locus est excarcerationi, quoniam non videtur in casu, de quo agitur, criminalitas intrare, nec
1 respectu querelæ, quatenus continet prætensam fraudem in administrando, cùm administratio proueniat à contractu mandati, & societatis, cuius occasione consultum est Parti per actionem ciuilem ex contractu descendentem, etiam per iuramentū in litem, Corn. cons.366. num.12. & 32. lib.3. Rol. cons.75. num.31. lib.1. Menoch. cons.98. num.82. & seq. lib.1. Aym. cons.6. num.105. pienè Honded. cons. 109. num.59. lib.1. & sunt text. in l. tres tutores, vbi etiam glos. ff. de adm. tut. & in l. eos, ff. de tutel. & ration. distr.

Præsertim cum prætensio doli in administrando, qua-
2 tenus ex dolo non insurgit particulare nomen delicti, neque operetur inclusionem criminis stellionatus, dum interesse reparatur per actionem ciuilem, Bald. cons. 14. num.3. & cons. 15. num.1. lib.1. Pedem. decis. 137. num. 17. Farin. quæst.9. num.37. & in terminis dolosæ administrationis, cons.96. num.19. adeoquod generalis quoque est conclusio, quod nunquam actio de dolo, & crimen stellionatus dātur, vbi prætendentibus damnum alia via succurri potest, Castren. cons.411. num.4. lib.1. Farin. cons.7. num.9. & est tex. in l. eleganter, in prin. ff. de dol.

Neque etiam videtur criminalitati locus esse, quatenus querela continet speciale delictum furti, quo-
3 niam velamen administrationis temperat actionē furti, tam ex eo, quòd res habuit originem à cōtractu, glo. in l. tres tutores, in verb. contrectare, ff. de admin. tut. Alber. in l. inficiando, numer.5. ff. de furt. Plot. de in lit. iur. §.6. num.27. vers. vndecimo est pōderandum, practic. Conrad. §.3. de offic. Prætor. in caus. crim. tit. de furib. numer.7. vers. in hac re, & est tex. in l. procurator, 55. ff. mand. quàm etiam, quia
4 ex administratione tollitur qualitas contrectationis sine qua furtum non committitur, saltem quando non probatur exaduerso acceptio cum animo non restituendi, vt per Farin. d. cons.96. num.20, ante finem, lib. 1.

Præsertim, quatenus querela fundatur in Partis aduersæ interesse, siquidem cum in capitulis socialibus expressè Partes conuenerint, quod occurrente dissentione inter socios in progressu, aut fine societatis, deberent differentiæ per arbitros communiter eligendos sine Iudice terminari, pactum hoc valet, & est seruandum, vt in puncto Blanch. de cōpromiss. quæst.4. princ. num.40. Lancellott. de attēt. par.2. cap.15. num.200. Rot. in Anconitana cōpromissi 28. Ianuarij 1613. coram R. P. D. Vbaldo de-

452.num.3.ad fin. par.1. in recent.

Cæterum de innocentia D. Francisci constat ex libris ipsis socialibus, & ex bilancio facto iuxta formam capitulorum; aut enim admittitur exaduerso, bilancium esse reale, & tunc illi standum est, iuxta Rot.Ianuen.decis.176.num.21.in fin. & seq. aut impugnatur bilancium, & impugnatio desumitur ex defectu non interessentiæ Partis, & non subsistit, cum onus confectionis illius iniunctum fuerit huic Parti, nulla requisita Partis aduersæ interessentia
7 ad effectum transmittendi, prout stante transmissione ex tunc ob non cōtradictionem censetur approbatum, vt per Rot.Ianuen.d.decis.176.num.4.

Aut impugnatur respectu erroris, & cum libri videri possint, ex quibus bilancium est confectum, debet Pars aduersa illos exhibere, quàm donec recusat,
8 præsumatur esse in dolo, vt ex cons.Bald.152.col.2. lib.3.firmauit Rota in Romana computorum 3.Decembris 1593. coram Arigonio, decis.237. in fin. par.4. diuers.

Et proinde videtur saltem interim D. Franciscus excarcerandus sub fideiussione, quia licet Iudicis arbitrio remittatur relaxatio carceratorum sub fi-
9 deiussoribus, quia tamen arbitrium hoc non est liberum, & absolutum, sed debet à iure, & ratione regulari, vt inquit Farin.quæst.33.num.72. iuri, &
10 rationi consonum videtur, vt, postquam hactenus non constat de aliquo delicto, & in omnem casum illius cognitio pendet à bilancij, seu librorum inspectione, ac computorum cum illis dispunctione, interim non debeat principalis Reus in vlteriori detentione grauari, vt per eundem Farin. ead quæst.33. num.69.& præcipuè fideiussoribus sese obligantibus, vt custodibus, vt num.76.

ARGVMENTVM.

Loci Gubernator, qui carcerari fecit birroarios exequentes eo non requisito mandatum Superioris contra debitorem an dicatur Curiæ præstare impedimentum, & turbare iurisdictionem.

SVMMARIVM.

1 *Continuatiua dispositio intelligitur retento eodem themate.*
2 *Obseruantia declarat Constitutiones.*
3 *Carceratum debitorem eximentes tenentur creditori ad interesse.*
4 *Carceratum eximentes non tenentur ad pœnam, nisi birroarij doceant se fuisse ab habente authoritatem deputatos.*
5 *De Iurisdictionis turbatione non potest quis puniri, nisi cum effectu fuerit impeditum iurisdictionis exercitium.*
6 *Interesse cessante cessat pœna turbatæ iurisdictionis.*
7 *Exequutores excedentes in eorum officio carcerari possunt de mandato Iudicis inferioris, vt ad superiorem remittantur.*
8 *Iudex inferior potest officialem Iudicis maioris in suo territorio delinquentem punire, dummodo prius hoc notum fecerit Iudici maiori.*
9 *Iurisdictionis turbatæ pœna non habet locum sine dolo.*
10 *A Iurisdictionis turbatæ pœna excusat quælibet etiam iniusta credulitas.*
11 *Consuetudo excusat à pœna turbatæ iurisdictionis.*
12 *Exequutores debent requirere Superiorem loci, antequam mandata aliorum Iudicum exequantur.*
13 *Captura debitoris fieri non potest de nocte.*

CONSILIVM CLXXV.

Pœnæ inflictæ contra eximentes carceratos, neque constitutione Sixti V. neque Iuris communis dispositione inspecta videtur aliquo modo locus esse in casu, de quo agitur: quamuis enim respectu dictæ Constitutionis Sixti Quinti in nouo Bullar.6. tom.2. fol.491.in §.Duces,8. verba illius videantur prægnantia, & generalia contra impedientes exequutores iustitiæ in libera eorum officij exequutione; tamen cum in eodem §.& in tota illa Constitutione agatur semper de criminosis carceratis, seu carcerandis, nullibi autem fiat mentio de exequu-
1 tionibus ciuilibus, vtique intelligenda est dispositio continuatiua d.§.8.retento semper eodem themate, Alex.cons.134.num.23.in fine,& num.seq.lib. 6.Seraphin.decis.932.num.12. Rota in Romana affictus casalis 18.Martij 1606. coram Penia, præser-
2 tim dum intellectum huiusmodi communis praxis, & obseruantia recepit, vt per Farin.de carcer.quæst. 32.num.6. vbi, quod ita etiam Sacra Consulta seruat, vt etiam testantur Scac.de Iudic. cap.46. num. 29.vers.& nisi ita,lib.1.&Guazzin.de confiscat.bon. conclus.13.ampliat.84.num.5. & tract.ad defens. in 5.defens.cap.4.num.24.idque summa ratione, cum
3 eximentes debitorem teneantur dumtaxat creditori ad interesse, vt per Petr. Pech. de iur. sistend. cap.26.num.2.

Sed casus iste non eget discussione interpretationum, tum quia asserti exequutores ex sola ostensione mandati exequutiui A.C.cuius vigore se debitorē
4 carcerasse asserebant, non propterea ostenderunt, se birroarios, & iustitiæ exequutores fuisse à quoquam habente authoritatem deputatos, sicut requiritur ad effectum, vt incurrat pœnam eximens carceratum ab eo, qui dicit habuisse commissionē carcerandi, Angel.in l.1.in princ. vers.decide, quod si est captus,& ibi Roman.num.1. ff. ne quis eum, qui in ius voc.Ias.in l.quod Prætor,num.11.vers.vltimo quærit,ff.eod. Felin.in c. cum in iure, 31.in princ.& num.6.de offic.deleg.Guid.Pap. decis.322. in princ.vers.& idem in officialibus, Brun. cons.27. numer.17.vers.& primò,& cons.141. in princ. lib.2. Osasc.cons.65.num.17.vers.iniusta quoque erat captura,& est tex.in l.prohibitum,& in l.defensionis, C.de iur.Fisc.lib.10.

Tum etiam quia non applicantur in hoc casu termini
5 de impediente liberam exequutionem, dum actus iurisdictionalis carcerandi per capturam fuit perfectus,& eius exercitium non remansit impeditum dum idem Gubernator retinuit carceratum in suis carceribus ad effectum significandi capturam eidem A.C.cuius mandati vigore carcerabatur, quāobrem cessat etiam omnis pœna Iuris communis, alioquin eo Iure arbitraria, Bald.cons.18.num.2.inter cons.crim.diuers.lib.1.Gabr.cons.166.num.1.& cons.167.num.9.lib.2.Menoch.cons.230.numer.35. lib.3.Honded. cons.95.num.52. lib.2. Farin. quæst. 114.n.122. Non enim considerabile videtur, quòd ex retentione carcerati in carceribus Marini resultet impedimentum, vt quia illi exequutores propterea

pterea non potuerint carceratum ad carceres Vrbis ducere, quia vltraquod carcerati ex mandatis A. C. in partibus non ducuntur ad Vrbem, nisi quando A. C. expresè suis litteris hoc præcepit, nc debitores impensis vltraquam par est, grauentur, ex significatione carcerationis facta per ipsum Gubernatorem eidem A. C. cum oblatione de transmittendo ad omne mandatum, & continua retentione in eisdem carceribus, donec ad Vrbem
6 per Curiam fuit adductus, desijt interesse, ac proindè cessauit omnis pœna, vt per eumd. Farin. d. quæst 114. num. 99. & 123.

Cæterum in hoc Gubernatore neque etiam punibilis videtur actus carcerationis exequutorum ob debitoris prædicti carcerationem ipso Gubernatore irrequisito, quia cùm requisitio huiusmodi vel esset necessaria de Iure, vel de stilo, vel pro-
7 pterea poterant ex huiusmodi excessu carcerari, non dico, vt à Iudice inferiore punirentur, sed vt ad Principem, vel maiorem Curiam transmitterentur, per quam iusta pœna infligeretur, l. de militibus, 8. ff. de custod. Reor. dum enim inquit text. illos excedentes in eorum officio remittendos esse Iudici, sub quo militant, remitti nequeent, nisi ad hunc effectum detineantur, Io: Fabr. in l. quod promulgatis, num. 5. vers. et debent ei remitti, C. de off. Præfect. Vrb. vbi quod sic tenet Curia Franciæ, vt etiam testatur Boer. decis. 9. nu. 9. Rom. in l. nolle adire, num. 3. vers. quinimmo, ff. de acquir. hæred. prout illum sequitur Petr. Pech. de iure sistendi, cap. 17. ante num. 2. vers. sanè Ludouicus, & num. seq. vbi ita intelligit Boer. in alleg. exaduerso decis. 8. & Rebuff. qui Boer. sequitur
8 de litter. requisit. glo. 3. num. 32. cum imò plures velint à Iudice inferiori puniri posse Iudicis maioris officialem in officio delinquentem in suo territorio, dum tamen prius hoc notum faciat maiori Iudici, vt ex textu in l. contra, C. de execut. & exactor. lib. 10. firmant ibi Io: de Platea post princ. vers. non licet enim exequutori, & Iacob. Rebuff. in fin. & ex text. in l. in officiales, C. de offic. Rector. Prouinc. Bart. ibidem in vers. nota ex hac lege. Guid. Pap. decis. 328. post princ. vers. videtur, quòd sic. Boer. d. decis. 9. num. 5. & seq. Pech. de iur. sist. d. cap. 17. num. 4.

Vel saltem cum pœnæ turbatæ iurisdictionis non fit
9 locus, nisi probato dolo, Bellam. in c. 1. num. 10. de offic. deleg. Menoch. d. cons. 230. num. 45. Gabr. d. cons. 166. nu. 10. lib. 2. Honded d. cons. 95. num.
10 39. lib. 2. Farin. d. quæst. 114. num. 112. aut ex credulitate oriente ex superiori conclusione venit Gubernator excusandus, cum quælibet etiam iniusta credulitas excuset à pœna turbatæ iurisdictionis, Cephal. cons. 661. num. 99. lib. 5. Gabr. d. cons. 166. num. 10. & cons. 167. num. 4. lib. 2. Bursatt. cons. 352. num. 32. lib. 2. Farin. d. quæst. 114. num. 119. Lentul. Capel. inter cons. eiusdem Farin. cons. 65.
11 num. 25. lib. 1. Aut saltem excusare debet consuetudo formiter probata, quòd in loco Marini non exequuntur mandata, nisi prius illis ostensis Gubernatori, Gabr. de malef. conclus. 8. num. 20. Alex. cons. 240. num. 5. & seq. lib. 6. Menoch. de arbitr. cas. 400. num. 9. vers. sed ad rem, Farin. quæst. 95. num. 1. & in his terminis Brun. d. cons. 27. num. 19. vers. quarto, & Ossasc. d. cons. 66. num. 35. vers. nam sola consuetudo.

Quod autem etiam de Iure requisitio huiusmodi nō esset omittenda, probat text. in l. 1. C. de exequut. & exact. lib. 12. & per illum text. ita firmant ibi Io: de Plat. prope fin. vbi loquitur de officialibus Papæ, qui vadunt per Prouincias, & Iacob. Rebuff. num. 3. Guid. Pap. decis. 346. num. 1. & seq. liquidem licet velit exequutionem litterarum Regis fieri posse irrequisitis Baronibus, vt eiusdem Guid. Pap. authoritate loquitur Boer. d. decis. 8 nu. 6. tamen aliud admittit in litteris inferiorum, vt ibi num. 1. vers. aliæ verò, & hoc ipsum probare videntur textus per Boer. allegati contra ipsum in auth. vt nulli Iudicum, §. si verò quis, vers. si verò cognoscatur, & in auth. si verò criminis, C. de adul. sub eod. vers. si cognoscatur.

Et hæc quidem magis procedunt, dum probatur, ca-
13 pturam sequutam fuisse de nocte, quia cùm hæc de Iure, ac stilo prohibeatur, *Pech.* de iur. sistend. cap. 7. n. 2. Polidor. Rip. de temp. nocturn. cap. 71. de captura, num. 1. & seq. Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 167. num. 65. magis propterea exequutoribus minus legitimè exequentibus potuit resisti, iuxta text. in d. l. contra, C. de execut. & exact. lib. 12.

ARGVMENTVM.

An Iudex domicilii possit contra subditum inquirere de delicto extra suum territorium commisso.
Quomodo contrahi dicatur domicilium.

SVMMARIVM.

1 *Iudex originis, vel domicilij non potest contra subditum per viam inquisitionis procedere pro delicto extra suum territorium commisso. Contrarium in delictis enormibus, vt num. 2.*
3 *Iniuria non censetur ad animum reuocata, quando offensus non irascitur, nec contradicit.*
4 *Domicilium ad contrahendum non sufficit, si quis bona in loco emerit, & possederit, & domum ibi aliquando habitauerit.*
5 *Domicilium accidentale non constituitur nisi animo perpetuæ habitationis. Et num. 8.*
6 *Domicilium quis potest habere in pluribus locis.*
7 *Domicilium originis iuncta aliquando habitatione præualet domicilio frequentioris habitationis.*
9 *Iudex pro delicto extra suum territorium commisso non potest inquirere contra eum, qui non habet in loco domicilium, licet ibi aliquando habitauerit.*

CONSILIVM CLXXVI.

Qvamuis non modica sit inter Doctores altercatio, an Iudex originis, vel domicilij possit ex hisce causis subditum punire de delicto extra suum territorium commisso, quando non per viam accusationis, sed per modum inquisitionis procedit, ita vt hanc quæstionem Cæsarea decisione indigere dixerint Angel. in l. fin. num. 6. ff. de iurisd. omn. Iud. Euerard. cons. 45. n. 13. post princ. vers. adeo quod, & Rot. Lucen. apud Lud. decis. 70. num. 27 ac proinde ex hoc etiam capite, quia conclusio sit dubia, & incerta, quod procedi nequeat dixerit Marsil. cons. 110. num. 18. ad fin. & seqq. ta-
1 men vel verior, & magis recepta est opinio negatiua tanquam veriori fulcita ratione, quòd ex de-

 licto

licto in alieno territorio patrato non videtur offensus principaliter locus originis, vel domicilij, ac propterea quicquid fit in accusatione, cessat inquirendi facultas, quæ ratione vindictæ publicæ datur, Odoffred. Iacob. de Beluis. Gulielm. de Cuneo, & alij in d. l. fin. & præsertim Marsil. num. 53. & seqq. idem Belu. in l. 1. C. vbi de crim. ag. opor. Felin. in c. cum à nobis in 3. quæst. de sent. excom. Viu. com. opin. in verbo Iudex domicilij, num. 2. & 8. Non. cons. 93. num. 3. Bursatt. qui testatur de magis communi cons. 77. num. 1. 2. 3. & seq. vers. respondetur, Diaz. in pract. crim. can. cap. 9. Boer. decis. 270. per tot. Gram. decis. 26. num. 6 & seqq. Fran. decis. 37. n. 1. Rol. cons. 19. nu. 2. lib. 2. vbi quod hæc opinio est crebrior, quia plures eam sunt sequuti, qui & numero, & pondere tenentibus contrarium prævalent, Thesaur. decis. 90. num. 4. post princ. vers. & contrarium est verius, & Decian. tract. crim. tom. 1. in fine, lib. 4. cap. 16. num. 8. signanter in vers. ego puto.

Vel si affirmatiua teneri potest, non applicatur in ca-
2 su, de quo agitur, tum quia procedit in delictis appensatis, & enormibus, non autem in leuibus, qualis est assertus excessus in leui verberatione pueri, cùm in enormibus consistat ratio opinionis affirmatiuæ, quod publicè intersit, quòd ij, qui sunt origine, vel habitatione subditi, rectè viuant, vt aduertunt Rota Lucen. d. decis. 16. num. 39. ad fin. vers. quam tamen opinionem, & Cabal. resol. crim. cas. 162. num. 7. post med. vers. maximè in delictis atrocibus: quod magis amplectendum est hoc ca-
3 su, quo nec puer ipso leuis verberationis tempore, neque postea assertam iniuriam ad animum reuocauit, adeoquod affectante Iudice, aduersarius noluerit se de tali leui offensa conquere; ad Farin. quæst. 105. num. 347. & seqq.

Tum etiam quia non probatur exaduerso, D. Petrum contraxisse in terra Bectonij domicilium, dum imò domicilium habuit, & habet in Ciuitate Perusiæ eius patriæ, ex qua etiam
4 est oriundus, & ad effectum huiusmodi neque sufficit emptio bonorum in loco, eorumque possessio, l. libertus 17. in fine, ff. ad municip. neque possessio domus, ibique aliquando habitatio, vt in eadem l. libertus, & per Menoch. de arbitr. cas. 86.
5 num. 21. ex quo accidentale domicilium non constituitur nisi ex animo perpetuæ habitationis, l. assumptio, in principio, 6. iuncto §. 1. in vers. viris prudentibus, ff. ad municip. l. in lege 203. vbi Rebuff. ff. de verb. signif. & l. Ciues, C. de incol. lib 10. idem Rebuff. in comment. tom. 3. de domicil. elect. in præf. num. 6. Gratian. discept. for. cap. 181. num. 14.

Nec obstat, quòd quis habere possit domicilium in
6 pluribus locis, tum quia procedit conclusio, quando vtrobique ita se quis instruxit, vt non ideo minus apud alterum se locasse videatur, de qua qualitate exaduerso non docetur, d. l. assumptio, §. 1. vers. iuris prudentibus, ff. ad municip. l. eius 27. §. fin. ff. eod. tit. vbi quod instructio in pluribus locis talis debet esse æqualitatis, vt neque illic frequenter commoretur, vt etiam inquit text. in c. cum quis, §. 1. de sepult. in 6. & Lap. alleg. 99. num. 2. vers. hinc est, quod æqualiter. tùm quia conueniunt Doctores in habente plura domicilia, quòd principalius sit habendum in consideratione, & licet dubitent, an principalius sit domicilium originis,
7 vel domicilium frequentioris habitationis, tamen communis est distinctio, quòd tunc prævalet domicilium frequentius, quando domicilium originis retinetur duntaxat quoad honores, secus autem quando in eo etiam habitatur, vt in hoc casu, itaquod aliud suscipitur cumulatiuè, quia hoc casu cum concurrant duo vincula, domicilium scilicet, & origo, attenditur illud originis, non aliud, quamuis frequentius, vt post Alciat. cons. 3. num. 11. & seqq. tom. 1. lib. 2. alias cons. 55. num. 13. ad finem, benè distinguit Barbos. in l. hæres absens, §. fin. num. 62. & 66. vers. pro concordia ff. de iudic.

Tum & tertio quia qualitas habitationis, quæ probari potest extra locum originis, fuit ex causa paterni exilij à patria, quamobrem cùm exinde satis
8 pateat, illam fuisse ad effectum inuisendi patrem, & non animo perpetuò illic morandi, vtiquè cessante hoc animo, neque etiam per longissimum tempus domicilium contractum dicitur, Vrsill. ad Afflict. decis. 384. num. 3. Gratian. d. discept. 181. num. 10. & seq. cum alijs pluribus per Rot. in Collen. hæreditatis 10. Iunii 1616. coram R. P. D. Buratto.

Atque hinc ex hoc, etiam quòd sufficienter non probetur, contractum in dicta Terra Bectonij domicilium, non obstante habitatione eo loci per aliquod tempus, quòd proinde officialis eiusdem loci non habeat inquirendi potestatem, firmant in puncto Angel. cons. 27. num. 2. Clar. §. fin. quæst. 39. num. 6. & Decian. d. tract. crim. lib. 4. tom. 1. cap. 16. num. 2. in fin. vers. si autem delinquens.

ARGVMENTVM.

De eadem re de qualitate habitationis requisita ad costituendum domicilium.

SVMMARIVM.

1 *Fides non facit fidem, etiamsi esset Vniuersitatis.*
2 *Domicilium ad constituendum non sufficit factum, sed requiritur animus.*
3 *Domicilium non censetur alibi ex habitatione constitutum ab eo, qui aliquando etiam in loco originis habitat. Et num. 7.*
4 *Testium debet esse testimonium, non iudicium.*
5 *Domicilium non dicitur constitutum ex habitatione in loco vltra decennium, cum translatione partis bonorum occasione officij.*
6 *Habitatio censetur retenta in Ciuitate originis durante absentia ex causa permanendi in villis,*
8 *Illatio non fit de vno casu ad alium diuersum.*

CONSILIVM CLXXVII.

NOn potest fundamentum aliquod fieri in prætensa fide viginti quinque illam subscribentiū,
1 quia præter id quod fidei non est adhibenda fides, etiam si esset totius Vniuersitatis, Seraphin. decis. 1280. num. 1. & decis. 1423. num. 3. aut eorum dictum circa habitationem assertam D. Petri Pars aduersa intelligit de sola habitatione, prout est
2 facti, & nihil probant, cum ad effectum constituendi domicilium non sufficiat factum, sed requiratur etiam animus, vt l. domicilium 2. & ibi glo. in verbo domicilium, ff. ad municip. per quem text. ita Gabr. cons. 189. num. 22. lib. 2. & ideo dicebat Boss. in tit. de for. compet. num. 26. quod vulgares dicunt,

dicunt, ex sola habitatione domicilium cōstitui, cum Ius aliud statuat, & licet ex diuturna decennali habitatione cum translatione maioris partis fortunarum, animus præsumatur, tamen procedit, hoc, vbi hoc ipso tempore alibi non habitatur, quamobrem cum D. Petrus habitauerit etiam in Ciuitate originis, huc illuc eundo, & redeundo, cessat Domicilij constitutio in Castro, ac Villis, vt etiam per Parif.conf.34.num.22 & seqq. lib.3. Menoch. de arbitr.caf.86.num.21.

Aut Pars aduersa intelligit dictum Testium de habitatione hoc est domicilio, & in hoc testes non sunt attendendi, tum quia ita intelligendo, excedunt
4 officium Testium, & faciunt se Iudices, cum eorum debeat esse testimonium non iudicium, Oldrad.conf.220. num.6. Iaf. conf.157. num. 6.lib. 4. Caputaq. decif.270.num.5.& seq. par.3.tum quia decipiuntur, cum diuturnitas tempori, ac possessio bonorum non sufficiant ad domicilij constitutionem, cessante animo ex supradictis, & præsertim dum habitatio D. Petri fuit ex causa paterni exilij, nam causa præcipua in hoc attenditur, ideo-
5 que si aliquis occasione præfecturæ in loco vltra decennium ibi habitauerit, & partem bonorum ibidem transtulerit, non tamen propterea, dicitur ibi domicilicm contraxisse, vt post Alciat.& alios firmat Menoch. d. caf.86. num.26. in 6. casu, & numer. seq.

Quinimò ex eadem fide resultat probatio animi in contrarium cum enim subscribentes dicant, D.
5 Petrum habitasse in vallis,& domibns suorum prædiorum, ex hoc ipso patet, habitationem non fuisse domicilij causa, Bald.in l.1.§.habitare ff. de his, qui deiecer; vel effud.nam etiam durante absentia à Ciuitate originis ex causa permanendi in villa, dicitur nihilominus interim retenta habitatio in Ciuitate, Bart.in l.1.§.permittitur num.7. ff. de lib.agnosc.Felin.in c.quoniam num.2.de offic. Ord.

Eademque ratione cessat fundamenrum ex fide parochi, quod subministrauerit sacramenta, & licentiam dederit D.Petro ab alijs illa assumendi, quia quatenns exaduerso dicitur, licentiam huiusmodi fuisse præstitam ad effectum, vt illa sumeret perusiæ, non subsistit in facto, cùm nec ipsa fides hoc dicat, quatenus verò loquitur de alijs Ecclesijs Be-
6 ctonij non releuat, dum permansio in d.loco fuit absque animo contrahendi domicilium. stante simultanea habitatione eodem tempore in Ciuitate ex alijs prædictis, vr Per Mascard.post alios de probat.conc.534. num.13.16.18.& aliis.

Nec obstat commissio in signatura proposita ad effectum obtinendi exemptionem a iurisdictione Partis aduersæ, quia obiectum cessat ex tenroe eiusdē commissionis dum in ea essemptio minimè petitur ratione personarum, sed dumtaxat ratione bonorum,& coloni, nam proinde illatio de vno casu ad alterum non procedit, vt per Parif conf.9.num.5. lib.4.

ARGVMENTVM.

De nullitate obligationis iniuste carcerati.

An,& quando pœnæ speciales in capitulis posterioribns conuentæ derogent generalibus præcedentibus.

SVMMARIVM.

1 *Supplicatio porrecta ab iniustè carcerato censetur procedere ex vi compultiua, et propterea non præiudicat.*
2 *Carcerati iniustè obligatio dicitur ipso Iure nulla.*
3 *Iuramentum in obligatione iniustè carcerati non eget absolutione.*
4 *Obligatio cameralis continet stipulationem notarij, pro omnibus, quorum interest.*
5 *Posteriora,& specialia corrigunt, & immutant præcedentia,& generalia. Et num.9.*
6 *Posteriora declarant præcedentia.*
7 *Actum gerens potest in dubio illum declarare.*
8 *Ratificatio infertur ex scientia,& patientia.*
10 *Posteriora specialia derogant præcedentibus generalibus etiam plenioribus, quando sunt incompatibilia.*

CONSILIVM CLXXVIII.

NOn est locus pœnæ exaduerso prætensæ, quamuis prætendatur occasione supplicationis pro hac Parte, vt dicitur, Gubernatori Anconitano porrectæ, cum enim illa processerit ab iniustè respectu huius excessiuæ quantitatis carceratis vtique nullius est considerationis,& caret propterea omni effectu ob vim præcisam,& compulsiuam, quæ iniustè carcerato inferri dicitur, l. qui in carcerem, vbi Bartol. & cœteri communiter, ff. quod met.cauf.Cuman.conf.68.num.3.& per tot.Fulgof conf.186.Grat.conf.79.num.22.lib.1. Neuiz. conf 52.num.49.& seqq.

Adeoquòd etiam quæcumque carcerati obligatio
2 dicitur ipso Iure nulla, d. l. qui in carcerem, Dec conf.692.num.5.& seqq. Natt.d.conf.451.num.25. Roland.conf.2.num.82.& seq.lib.1.& conf.57. nu. 46.& seqq.lib.3.Menoch.de arbitr.caf.136. num.4.
3 etiam quocumque iuramento non obstante, in tātum, quòd neque etiam petitio alicuius absolutionis est necessaria, Zabar.conf.137. Natt. d. conf. 451.num.23.& seqq.Roland.d.conf.2.numer.75.& seqq.& d.conf 57.numer.55.in fine, Surd.conf.513. num.30.lib.4.& plenè Rota in recent. decif.490.n. 1.& seqq.par.1.quod quidem indubitatum redditur in hoc casu, in quo idem Gubernator Anconitanus, qui supplicationem sibi porrectam signauit, cognita iniustitia carcerationis, eamdem pecuniam eius occasione sibi solutam restituit cum effectu.

Quod autem carceratio in quantitate excedente scutum vnum pro singulo montono macellaro esset iniusta, depræhenditur apertissimè ex capitulis initis inter ipsam Communitatem, & Appaltatores macelli nuncupati del meno, in eo scilicet, in quo expresse cauetur, quòd nullus macellare posset animalia spectantia ad qualitarem dicti macelli sub pœna cuilibet pro qualibet viee scutorum decem,& in altero, in quo explicitè pœnæ aliorū macellātium montonos taxatur in vno scuto pro quolibet, etenim cum dubitari nequeat, quin appaltatores macelli subtilis iuuari possint prædictis
4 capitulis, dum illa de eisdem loquuntur,& stipulati fuerunt per instrumentum obligatione camerali vallatum, in cuius extensione notarius stipulatur pro omnibus, quorum interest, Rot. decif.663.

 in

in prin.par.1.Coler.de proc.exequut.par.2. cap.2.
num.94.Seraph.decis.137.num.1.Coccin. decis 97.
5 num. 1. demque Capitula prædicta tanquam po-
steriora,& specialia, vel corrigunt, & immutant
præcedentia generalia,vt per Menoch. præsumpt.
6 38.num.10.lib.6.& alios infra,vel declarant, qui-
bus casibus ius quæritur omnibus absque eorum
præsentia,Soc.cons.105.numer.10.lib.4.Rot. decis.
592.num.1.& 4.par.1.quamuis, & hæc posteriora
7 capitula inita fuerint ab Officialibus à Communi-
tate desuper deputatis,quia, & ipsi propterea ca-
pitula secum inita declarare possunt,Felin.in cap.
cum omnes,num.9.propè fin.vers.vbi autem, & n.
seq.vers.quarto est aduertendum, de constit. Fer-
8 ret.cons.286.num.1.& seq. præsertim concurrente
scientia,& patientia Communitatis, Calder.cons.
2.ad med.vers vel potest dici,de Constitut.Aretin.
cons.23.num.12.vers.vel quod,Corn.cons.155. num.
9 4.lib.4.vtique Capitula præcedentia macelli sub-
tilis imponentia generaliter pœnam scutorum
decem pro libra macellantibus carnes illi macello
probibitas derogantur quoad montonos, in qui-
bus specialiter ex capitulis dicti macelli del meno
imponitur minor pœna.textus est loquens in ter-
minis pœnarum,in l.sanctio legum, 41. ff. de pœn.
Barbat.inter cons.Alex.cons.123.num.11. & alijs,
lib.4.Dec.in l.in toto iure.80.num.7. ff. de reg. iur.
vbi etiam Cagn.num.8.Pedemont.decis. 167.num.
15.& 17.Menoch.d.præsumpt.38.n.9.lib.6.

Et procedit conclusio huiusmodi tam respectu pœ-
narum,quæ ex legibus imponuntur,quàm etiam
ex contractibus,vt per Ang.cons.160. num.2. pro-
pè fin.vers.porro hic speciali, & Fulgos. cons. 215.
n.1.post princ vers.& contractibus.

Cessat autem omnis difficultas, aduertendo, quòd
10 aliter intelligendo capitula generalia præceden-
tia,essent contraria specialibus subsequentibus, &
è contra; cum enim contradicat quoad monto-
nos,quòd pœna sit scutorum decem pro libra, &
scuti vnius pro montono,vtique stante huiusmodi
repugnantia,absque dubio generali taxationi pœ-
næ antiquiori derogatur per prouisionem specia-
lem,posteriorem quamuis prouisio generalis præ-
cedens esset magis plena,Bart.in l.nam & posterio-
res,ff de legib.Gomez in c.1.numer.138.vers.dicas
igitur de Constit.in 6.Ang.cons.355. in fin. Meno-
ch.d.præsumpt.38.num.8.11.& seqq.lib.6.cum im-
mò etiam quando sunt statuta diuersimodè lo-
quentia conclusio,quod attendendum sit plenius
prouidens intelligatur,nisi aliud sit specialius, &
posterius,vt per Osasc.qui alijs pluribus compro-
bat d.decis 167.num.16.

ARGVMENTVM.

De excusatione Iudicis à prætenso delicto barattariæ,& negligentiæ in examinādis peritis,& testibus contra Reum inquisitum de venenatione.

SVMMARIVM.

1 *Barattaria in officiale non præsumitur.*
2 *Probationes requiruntur euidentissimæ ad condemnandum.*
3 *Sentencia absoluens aliquem tanquam non repertum culpabilem idem sonat, ac si absolueret ex hactenus deductis.*
4 *Verba antecedentia declarantur ex verbis adiectis.*
5 *Sententia absolutoria sine expressione an diffinitiuè,an ab obseruatione iudicij in dubio declaratur ex actis.*
6 *Fama non probatur ex vnico teste, immò vnicus testis de fama non habens contestem est de falso suspectus.*
7 *Testis de auditu non probat,quando is, à quo dicit,se audiuisse,non fuit examinatus.*
8 *Testes in delicto barattariæ requiruntur omni exceptione maiores.*
9 *Testis mediator in Iudicis corruptione non est idoneus.*
10 *Negligentia officialis non punitur,nisi sit dissoluta,& dolo proxima,etiam si accederet ad latam culpam.*
11 *Officialis non requisitus ad diligentiam adhibendam, non tenetur de negligentia criminaliter, nec ciuiliter.*
12 *Impensarum onus ad officialem non pertinet, sed ad Fiscum,vel ad Partem.*
13 *Ex Veneno bibito interemptus quis non præsumitur,nisi concurrant signa vomitus, tumoris, vel alia.*
14 *Veneni reperitio apud aliquem non concludit,nisi probetur,quod sit aptum ad necandum.*
15 *Barattariæ resultat inditium,quando Iudex præcipitanter processit.*
16 *Iudex non dicitur præcipitanter procedere,quando ab incæpto processu lapsum est tempus, in quo potuit sufficienter instrui.*
17 *Veneni iuditia cessant cessante causa.*
18 *Veneni præsumptio tollitur ex inuerisimilitudine.*

CONSILIVM CLXXIX.

INiustè vexatur D.Tarquinius ex prætextu inditio-
rum barattariæ, habent enim officiales pro se
præsumptionem huius criminis exclusiuam, l. fin.
1 vbi Bald.& alij,C.ad leg.Iul. repetund. Par. de sin-
dicat.in verb.præsumptio officialis,cap.1.num.2.&
3.quamobrem inditia non sunt in consideratione,
2 nisi valdè vrgentia,quemadmodum ad condem-
nationem probationes minimè censendæ sunt re-
leuantes,nisi sint euidentissimæ,& luce meridiana
clariores,Bertaz.cons 71.num.11.& cons 81. num.
7.lib.1.Farin.quæst.111.numer.264.Giurb.cons.72.
num.15.

Vrgentia autem nedum minimè sunt inditia exad-
uerso prætensa,sed nec etiam aliqua colorata ra-
tione animaduersione digna, siquidem qualitas
sententiæ,quatenus prætenditur absolutoria diffi-
nitiuè,non obstante, quòd ex actis nulla resultet
iustificatio innocentiæ, tollitur ex ipsius senten-
3 tiæ tenore, tum quia in sententia non absoluitur
Antonius tanquam innocens, sed tanquam non
repertus culpabilis,quod idem sonat,quod crimē
ex hactenus deductis non fuerit probatum, Fari-
nac.de inquis.quæst.4.n.24.

Tum quia cum in sententia verba prædicta non fue-
rint simpliciter prolata, sed cum adiectione im-
mediata nec de Iure punibilem, vel propterea ex
4 huiusmodi adiectione verba antecedentia decla-
rantur,l.ea tamen adiectio 44.ff.de leg.3. Surd.cō-
sil.

fil.313.n.83.Gregor.decis.114.num.5.

Vel ex qualitate eiusmodi clausularum, vbi altera ex
5 altera dubitationem reciperet sententia declarationem recipit ab actis, itaut ob non probatum crimen interpretanda sit absolutoria ab obseruatione iudicij, non autem diffinitiua ex capite innocentiæ, Foller. in pract. crim. canon. cap. 35. num. 11. Farinac. d. quæst. 4. n. 28. in principio, vbi de communi, & vers. quod si penitus.

Fama prætensa, quòd D. Tarquinius pro hac sententia magnam pecuniarum quantitatem receperit, nihil prorsus facit, & quia de illa non deponit, nisi
6 vnicus testis, cum tamen duo requirantur, Farin. quæst. 47. num. 203. & duo etiam nihil probent, nisi deponant publicè à maiori parte populi audiuisse, vt per eumdem Farin. ead. quæst. 47. num. 237. quin etiam Testis vnicus deponens de fama, & non habens contestem, sit suspectus de falso, vt per eumdem d. quæst. 407. num. 209.

Et quia idem testis deponit, audiuisse à Cinthio, qui
7 examinatus non legitur de hoc interrogatus, Farinac. cons. 147. num. 46.

Et nihilominus in hac materia nedum certum est, te-
8 stes quoscumque non afficere, nisi sint legitimè examinati, & omni exceptione maiores, Grammat. cons. 35. num. 37. & seqq. Baiard. ad Clar. quæst. 73. num. 16. Bertaz. d. cons. 71. num. 12. & seqq. lib. 1. Farin. d. quæst. 111. num. 268. & seqq.

Sed nec etiam idoneus reputatur testis, qui se dicat
9 mediatorem in Iudicis corruptione, Bertaz. d. cons. crim. 71. num. 34. lib. 1. Farin. d. quæst. 111. num. 271. Giurb. d. cons. 72. num. 16.

Negligentia deducta contra D. Tarquinium in fabricando processu, non etiam est momenti, tum quia
10 non puniuntur officiales de negligentia, nisi illa doceatur dissoluta, & dolo proxima, etiam si accederet ad latam culpam, Gram. cons. 54. num. 11. Boss. de official. corr. pec. num. 11. Clar. dicta quæst. 73. num. 11. vers. Item Iudex, in fine, Bertaz. d. cons. 71. num. 4. & seq. lib. 1. Farin. d. quæst. 111. num. 404.
11 & seqq. & absque dubio quando non constat, officialem fuisse requisitum ad diligentiam aliquam adhibendam, itaquod tunc nec criminaliter, nec ciuiliter ad aliquid tenetur, idem Farin. d. quæst. 111. num. 419.

Tum quia nulla negligentia in hoc casu est imputabilis, quoniam omissio transmissionis cancellarij ad Auditorem Pophi pro examinandis peritis super corpore delicti, non obstantibus litteris eiusdem Auditoris huius transmissionis significatiuis, prætendi nequit culposa, & quia transmissio, & examen peritorum existentium extra Dioece-
12 sim fieri non poterat, nisi cum impensa, cuius onus ad ipsum officialem non pertinebat, sed facienda erat à fisco, vel petente, Boer. in consuet. Bituricen. tit. de iurisd. omn. Iud. §. 29. Menoch. de arbitr. cas. 228. num. 4. & seqq. Caball. resol. crim. cas. 201. num. 27.

Et quia inutilis fuisset peritorum depositio extra locum cadaueris illo non aperto, itaut depositio
13 qualificare posset releuantiam ex signis in hac re necessarijs ad demõstrationem veneni ingeniti, vel propinati, & præsertim dum post prætensam assumptionem veneni assumens vixerat per duodecim dies, & non probabatur post illius assumptionem mutatio status, vel extrinsecum signum vomitus, vel tumoris venenum bibitum significantis ex his, quæ ponit Boss. tit. de delict. num. 4. & plerique seqq. cum alijs per Caball. tract. de homicid. num. 626. & 627. & præcipuè 628. & seq. quin etiam constabat, defunctum fuisse ex febri curatum, & de alijs huius delicti exclusiuis, de quibus Farin. quæst. 122. num. 86. & alijs.

Omissio verò examinandi duos Testes super repertione venenorum in domo Antonij, minus negli-
14 gentiæ ascribi potest, cum non probaretur, vt requiritur per peritos, illa fuisse venena apta ad necandum; quinimò probaretur contrarium, Caball. de homicid. d. num. 627. Farin. d. quæst. 122. num. 48.

Minus etiam applicabile est, quod dicitur, inditium barattariæ procedere ex acceleratione sententiæ,
15 quia cùm hoc intelligatur, quando Iudex præcipitanter processit, Farin. d. quæst. 111. num. 262.
16 non potest applicari præcipitanter huic casui, quo sententia lata est post duos menses ab inchoato processu, quamobrem potuit hoc tempore Iudex sufficienter instrui, Aym. cons. 179. num. 1. Gabr. de senten. concl. 6. num. 15.

Cessatque omnis scrupulus, dum sententia apparet iustificata; tum quia causa aliqua non existente
17 veneni inditia excluduntur, Foller. in pract. crim. in verb. quod suffocauit vxorem, num. 23. & 46. & in verbis, quod sororem venenauerit, num. 19. Farin. d. quæst. 122. num. 66.

Tum quia prætenditur venenum positum in pullo, hunc autem cùm constet fuisse transmissum Gubernatori, & deinde cancellario comedenti cùm
18 pluribus, excluditur omnis verisimilitudo venenationis, nisi omnes fuissent participes, quod ex personarum qualitate iuncta cum deficientia omnis causæ magis ab errat à verisimili, Farin. ead. quæst. 122. num. 81.

ARGVMENTVM.

Ad effectum vt contra Iudicem inferatur inditium barattariæ, an, & quando sententia ex breuitate temporis præsumatur præcipitanter lata.

SVMMARIVM.

1 *Sententia præcipitanter lata nulla est.*
2 *Sententia non dicitur præcipitanter lata, quando intercessit tempus, in quo Iudex instrui potuit.*
3 *Voluntatis, & opinionis mutatio ex noua causa præsumitur.*
4 *Sententia non dicitur præcipitanter lata ex breuitate temporis quando Pars fuit præsens, & non contradixit.*

CONSILIVM CLXXX.

INditium prætensæ barattariæ nulla ratione resultat ex prætextu, quòd sententia absoluens Inquisitos de prætenso veneficio lata fuerit præcipitan-
1 ter, quia præterquam quòd præcipitantia non causat, nisi sententiæ nullitatem, l. 2. C. de sent. ex breui. recitandi, Bart. in l. prolatam num. 10. C de sent. & interloc. omn. Iudic. Calder. cons. 10. num. 1. ante med. vers. secundo dixi, de sent. & re iudic. Put. decis. 334. lib. 1. in nou. Cæsar. de Grass. decis. 106. alias 13. num. 2. de appell. Achill. decis. 2. num. 4. vbi

4.vbi hoc ipsum intelligit, non obstante, quòd Iudex in sententia dicat, plenam adhibuisse causæ cognitionem de filijs Presbyter. Rota in Fauentina transactionis, & concordiæ 24. Aprilis 1596. coram Blanchetto, Caball. resol. crim. cas 286. num. 42. cum aliis infra.

Minus termini præcipitantiæ applicabiles sunt huic casui, quoniam processus formatus coram Vicario in causa prætensi veneficii inchoatus fuit 7. Septẽbris, & sententia absolutoria lata fuit sub die 20. Octobris sequentis, quandoquidem nunquam ex
2 breuitate temporis argui potest præcipitantia, quando à tempore inceptæ causæ ad pronunciationem intercessit tempus, in quo Iudex possibiliter instrui potuerit, Abb. in c. cum ex litteris, 5. nu 6. in fine, de restit. in integr. Franc. in c. dilecto, num. 159. post med. vers. aliàs licet sententia, de appellat. Dec. in c. Ecclesia, num. 87. vers. secus si instrui potuit, de Constit. Alex. cons. 213. num. 3. vers. quia ad hoc respondeo, lib. 7. Aym. cons. 179. num. 1. Gabr. de sentent. concl. 6. num. 15. plenè Paris. cons. 79. nu. 10. in fine, & num. 11. & plurib. seqq. & per tot. lib. 1. Guazzin. tractat. ad defensam, in 35. defens. cap. 21. num. 8.

Nec obstat, quod præcipitantia desumatur ex qualitate sententiæ latæ, non expectatis inditijs, & probationibus oblatis à D. Auditore Porta per litteras D. Vicario directas, immò etiam non obstantibus eiusdem D. Vicarij litteris eidem D. Auditori directis, quibus significauit ex processu habere inditia sufficientia ad torturam, quia ex hac D. Vicarij significatione nihil mali desumi potest, dum tempore, quo Vicarius litteras prædictas scripsit, scilicet 15. Septembris 1629. non adhuc decretæ fuerant inquisitis defensiones, & non adhuc traditæ informationes facti, & iuris eidem D. Vicario, quas in actis registratas die 16. Octobris dederunt, cum nõ sit nouum, sæpius Iudices post adhibitam cum Partibus Causarum discussionem, à prima opinione
3 recedere, quamobrem mutatio ex superuenienti causa iure etiam præsumitur, Rota decis. 721. num. 9. vers. præsumitur, par. 2. recent.

Ex non expectatione autem eorum, quæ poterant a D. Auditore subministrari, quia cum litteræ D. Auditoris scriptæ sint sub 10. Octobris, sententia verò à D. Vicario lata sub die 20. sequentis, vel sufficiens
4 fuit expectatio, vel cum inquisiti instarent pro sententia præsente Curiæ Episcopalis procuratore fiscali, nedum minimè opponente diutius esse expectandum, sed dumtaxat petente ius, & iustitiam fieri, nihil potest D. Vicario imputari, Alex. d. consil. 213. num. 3. ante fin. vers. & vocatis, lib. 7. Gabr. de sentent. d. concl. 6. num. 18. vbi ex pluribus ab eodẽ allegatis constat hanc esse magis receptam, quicquid aliqui in contrarium senserint, Paris. d. consil. 79. num. 17. lib. 1. Guazzin. d. defens. 35. cap. 21. num. 7. ante fin. vers. vt si fuerint præsentes.

ARGVMENTVM.

Indultum alienandi bona hospitalis indefinite concessum tunc Rectori, & alijs pro tempore, cum clausula, si in euidentem, an extendatur ad bona futura.

SVMMARIVM.

1 *Gratia per primam exequutionem dicitur consumpta.*
2 *Gratiæ Papæ æquiparantur vltimis voluntatibus.*
3 *Indefinita dispositio de rebus in vltimis voluntatibus intelligitur de præsenti pertinentibus, non etiam de futuris.*
4 *Pronomen possessiuum, vel alia verba præsens tempus significantia in vltimis voluntatibus excludunt res futuras.*
5 *Priuilegia Papæ indefinita rem concernentia non extenduntur ad res futuras.*
6 *Ad Repugnantiam euitandam dispositio intelligitur cum distinctione.*
7 *Dictio, nonnulli, non intelligitur de omnibus.*
8 *Dictio, alij, repetit qualitates præcedentes.*
9 *Dictio, omnes, includit omnia, quæ sunt de natura sermonis, sed non vltra.*
10 *Venditionis de natura est, vt non se extendat ad futura.*
11 *Gratia, si in euidentem, mortuo concedente ante præsentationem, expirat.*
12 *Gratia, si in euidentem, non extenditur ad futura, quando resultaret præiudicium Dataria, & Cancellariæ in perceptione æmolumentorum.*

CONSILIVM CLXXXI.

Indultum Pauli III. anno 1536. concessum Rectoribus hospitalis maioris sancti Lucę pro tempore alienandi ad effectum soluendi æs alienum scutor. 1200. nonnulla bona Ciuitati propinqua, ex quibus ratione huius propinquitatis pretium perciperetur sufficiens extinctioni dicti æris alieni, & emptioni aliorum bonorum eiusdem redditus, absque dubio ex tunc fuit, sequuta alienatione, di-
1 ctique debiti solutione in eiusdem indulti exequutionem, consumptum, Rot. decis. 423. nu. 3. & seq. par. 1. recent.

Difficultas est in allo indulto compræhenso in supradicto, nonnulla alia immobilia bona in diuersis locis iuxta suos confines consistentia, & ad dictum hospitale legitime pertinentia in emphiteusim, & ad liuellum, seu ad aliquod tempus pro aliquo condecenti canone, seu censu annuo concedendi ad eiusdem hospitalis conditionem, meliorem efficiendam cum clausula si in euidentem, intelligendum fuerit de bonis, quæ tunc essent sub hospitalis dominio, an etiam de acquirendis, seu alias in futurum ad illud peruenturis, ego autem pro veritate puto intelligendum esse de pertinẽtibus tempore dictæ concessionis, quoniam cũ re-
2 gula sit, quod gratiæ Papæ æquiparantur vltimis voluntatibus, c. 1. & c. auctoritate Martini 7. ad fin. de concess. præb. in 6. Roman. cons. 348. nu. 67. & seq.
3 Mandos. ad reg. Cãcell. reg. 32. quæst. 31. num. 6. 7. & seq. certum est, quod in illis dispositiones indefinitæ rẽ concernentes intelliguntur de rebus de præsenti pertinentibus non etiam de futuris, l. si ita 8. ff. de aur. & arg. leg. vbi Bart. nu. 4. Alex. cons. 171. num. 1. lib. 6. Soccin. iun. cons. 99. num. 9. & seq. lib. 3. Menoch. cons. 329. num. 16. lib. 4. Hond. cons. 63. nu. 17. lib. 1. Card. Mant. decis. 14. num. 17.

Applicatur namque textus in d. l. si ita 8. ff. de aur. & arg. leg. non solum, quia procedit in legato simpliciter, & indefinite prolato, vt ibi per Bar. sed etiam qua-

4 quatenus textus se fundat in nomine possessiuo, meum, in hoc enim casu indultum loquitur de bonis hospitalis iuxtà suos confines existentibus, & ad dictum hospitale pertinentibus, hæc enim verba sunt significatiua præsentis temporis, vt per Socin. iun. d. cons. decimo 99. n. 2. lib. 3.

Quapropter regula textus in d. l. si ita, 8. ff. de aur. & arg. leg. procedit etiam si deficiat pronomen. possessiuum, sed concurrant alia verba præsens tempus significantia, Couar. pract. cap. 2. num. 2. vers. ipse arbitror, Cardin. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 11. num. 4. Maresc. var. lib. 1. cap. 30. num. 4. Castil. de vsufr. cap. 44. num. 7. Honded. d. cons. 63. num. 17. lib. 1.

Et in priuilegijs Papæ indefinitis rem concernenti-
5 bus, vt non extendantur ad futuras, Abb. post glos. in c. quia circa 22. num. 5. vers. conclude cum glos. de priuil.

Nec obstat, quòd indultum fuerit concessum tunc existenti, & alijs pro tempore hospitalis Rectoribus semel, & pluries, & diuersis temporibus, & toties quoties id occurrerit, quia hæc suam habebant operationem quoad bona, quæ hospitale tempore dicti indulti possidebat, quatenus locandi, & concedendi occasio quoad ea non incideret tempore Rectoris tunc viuentis, sed eo defuncto
6 aliorum Rectorum tempore, ac proinde hanc recipere debet conciliationem, Bart. quæst. 12. num. 7. Crot. cons. 93. num. 14. lib. 1. Rota in Bononien. de Maluetiis 14. Iunij 1621. coram R. P. D. Pirouano

Et præsertim ponderando, quod indultum postquam concessit facultatem alienandi bona propinqua Ciuitati subiunxit, ac nonnulla alia immobilia lo-
7 candi; etenim loquendo de nonnullis, non intelligit de omnibus; sed de aliquibus, c. nonnulli, de
8 rescript. & loquendo de alijs repetit eamdem qualitatem bonorum propinquorum Ciuitati, & consequenter bonorum, quæ tunc hospitale possidebat, Seraphin. decis. 587. num. 2. Rot. decis. 391. nu. 5. ad med. par. 1. recent.

Duo autem sunt, quæ apud me rem indubiam faciãt,
9 alterum, quod nedum indefinitus, sed generalis sermo per dictionem, omnes, includit quidem omnia, quæ sunt de natura sermonis; sed non vltra, Bart. in l. qui habebat, num. 1. vers. respondeo ff. de leg. 3. Ruin. cons. 76. num. 9 ad med. vers. dictio vniuersalis, lib. 1.

In hoc autem casu contra naturam sermonis esset, quod indultum includeret facultatem alienandi extra bona futura in perpetuum, tùm quia de na-
10 tura venditionis, & alienationis est, vt non se extendat ad futura, l. Rutilia Polla 69. & l. in lege 77. ff. de contrah. empt.

Tum etiam, quia de natura rescripti, si in euidentem,
11 est, quod mortuo Pontifice concedente ante præsentationem expirte, cùm commissio non sit per viam gratiæ ratione solius exequutionis, quo casu non expirat, ex c. si super gratia, de offic. deleg. in 6. sed concernat causæ cognitionem, Card. Mantic. decis. 41. num. 2. Rot. decis. 473. num. 3. & 7. par. 2. recent.

Alterum, quòd indultum intellectum, prout exaduerso prætenditur, cum perpetuitate, etiam quoad bona hospitalis futura multum esset præiudiciale Datariæ, & Cancellariæ tanquam subtrahens emolumenta, quæ ex rescriptis, si in euidentem, percipiuntur; hoc enim casu non dubitatur, quin indultum minimè sit ad futura extensibile, Abb. d. c. quia circa 22. num. 5. de priuil. Cardin. Zabarel. in clement. 1. numer. 2. in 2. quæst. col. mihi 2. in fin. vers. quod Religiosi priuilegiati, de censib.

ARGVMENTVM.

An domus Ecclesiæ demoliri possint pro ampliatione fabricæ sacristiæ sine incursu in pœnas extrauag Ambitiosæ, de reb. Eccles non alienan.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio dicitur non solum per translationem dominij, sed indirectè per viam diminutionis.*
2 *Alienationis rerum Ecclesiæ probibitio in extrauag. Pauli II. non compræhendit eos, qui absque dolo, vel contemptu id faciunt.*
3 *Concessio etiam stricti Iuris comprehendit omne suum antecedens necessarium.*
4 *Concedens vnum, ex quo aliud sequitur, vtrumque concedit*
5 *Antecedens, vel consequens necessarium multo magis subintelligitur, quando alioquin actus esset inutilis.*
6 *Destinatio operatur effectum facti.*
7 *Alienatio rerum Ecclesiæ de Iure licita est ex causa pietatis.*
8 *In Alienatione rerum Ecclesiæ requiritur causa necessitatis, vel vtilitatis.*
9 *Dolus, & contemptus excluditur ex obseruantia in similibus casibus.*

CONSILIVM CLXXXII.

QVamuis non solum dicatur quis alienare per translationem dominij in alterum, sed etiam
1 minuendo per viam indirectam iura suæ Ecclesiæ, vt contingit per constructionem nouæ Ecclesiæ, quæ vbi non est necessaria, viderentùr per illam constructionem iura suæ Ecclesiæ diminuta, & sic alienata, vt inquit Anchar. in c. fin. incip. tua nos, num. 2. ad med. vers. tertio nota, per illum tex. de Eccles. ædifican. vbi etiam Abb. numer. 12. post med. vers. secundò soluit, Filliuc. de alienat. rer. Eccles. tract. 44. cap. 6. quæst. 4. Bonac. de cens. in parti, disp. 2. quæst. 4. puncto 10. num. 12. & de alien. bon Eccles. disp. 2. quæst. vnica, punct. 2. n. 7.

Tamen in casu, de quo agitur absque vlla probabili difficultate iudicandum pro veritate videtur ex demolitione domorum ob fabricam sacristiæ sequuta, nullam censeri posse factam alienationem, quæ pœnis Extrauag Ambitiosæ, subiaceat, cum enim in hac Extrauag. sub c. vnico, de reb. Eccl. non alien. in Extrauag. commun. damnentur ij, qui alienare contra formam eiusdem Constitutionis præ-
2 sumpserint, absque dubio Constitutio minimè cõpræhendit eos, qui absque dolo, vel contemptu id faciunt, ex celebri doctrina Cardin. Zabar. in clem. 1. quæst. 39. num. mihi 22. post princ. vers. contrariũ consului per hanc litteram, in verb. præsumpserit, de priuileg. per quam in his terminis ita firmant Nauar. in comment de alien. rer. Eccles. §. 1. numer. 16. vers. pro parte autem, tom. 2. & lib. 3. cons. tom. 1. sub tit. de reb. Eccles. alien. cons. 19. num. 3. fol. mihi 364. Quarant. in summa Bullar. in verb. aliena...

r...

rer.Ecclesiæ,num.50.ad finem,vers.quinto,& seqq.
fol.mihi 40.Azor.instit.moral.par.2.lib.9.cap.1.col.
7.post vers.hac in re, vers. quæret aliquis, fol. 611.
Reginald.in praxi for.pœnit.lib.30.tract.3.sect.2.n.
69.& seqq.

Constat autem in hoc casu abesse prorsus omnem
dolum,& contemptum in demoliendo, quoniam
fel.rec.Paulus Quintus sub 29. Ianuarij 1614. per
litteras in forma Breuis expeditas concessit, quòd
pro ampliori sacristia, oratorio, & domo emi pos-
sent domus prædictæ,& domini earum cogi possent
ad vendendum persoluto eis pretio reinuestien-
do; siquidem stante attributione huius facultatis
consequutiuè concessa quoque fuit potestas de-
3 moliendi, tum quia etiam in dispositionibus stri-
cti iuris concessio compræhendit tàm omne suum
antecedens necessarium,Rot.decis.119.num.2.par.
1.diuers.quam consequens,quia concedens vnum,
4 ex quo aliud sequitur, vtrumque concedit, Se-
5 raph.decis.447.num.2. & præsertim, quando alio-
quin concessio fuisset inutilis,Rot.decis.450. num.
2. vers. non obstat, & num. seq. ead. par. 1. diuers.

Tum etiam quia ex destinatione domorum emen-
6 darum ad effectum fabricæ sacristiæ, & domus, se-
quitur,quòd destinatio ex tunc operatur effectum
facti, c.Ecclesiæ,de immunit. Eccles.c. fin. de Iu-
dæis, clem.ne Romani,de elect.

Sed semota etiam facultate ex d. Breui concessa nul-
la datur ratio probabilis, ex qua incursus in cen-
suras dictæ extrauagantis,Ambitiosæ,prætẽdi pos-
sit cessante etiam dolo, & contemptu, quia dicta
Constitutio, vt ex eius proemio patet, fundata
est in ratione, nè quę alienantur,prophanis vsibus
applicentur, aut cum maximo Ecclesię, & diui-
ni cultus detrimento vsurpentur; in hoc autem
casu cessant rationes predictæ, cùm alienatio, &
demolitio sequuta sit ad effectum fabricandi sacri-
stiam principaliter diuinum cultum concernen-
tem; siquidem aut incursus prætenditur ex causa
demolitionis, & illi locus non est, cùm de Iure
7 licita,& iusta sit alienatio rei Ecclesiæ ex causa pie-
tatis, qualis est ædificatio, & ampliatio non so-
lum Ecclesiæ, sed etiam cœmeterij, nedum sacri-
stiæ, textus est in c.aurum 70.post med.vers.nemo
potest accusare,quia Templum Dei ædificatum est,
nemo potest indignari, quia humandis fidelium
reliquijs spatia laxata sunt 12.quæst. 2.Feder. de
Sen.cons 224.num.5.Redoan.de reb.Eccles.non a-
lien.rubr. 6.num.11. & rubr.20.num.7.in tract.no-
uis. tom.15. par.2. fol.409.& 428. Leon.in thesaur.
for.Eccles.par.1.cap.15. num.9.

Aut prætenditur incursus ex alienatione rerum, ex
quarum pretio domus,quæ deseruire debebãt pro
ampliatione prædicta,sunt demolitæ,& demolien-
dæ, & minus ex hoc capite prætendi potest ex
causa pietatis præfata, ex præallegatis, tum quia
pro maiori parte emptio sequuta fuit non ex a-
lienatione alicuius capitalis, sed ex redditibus,&
8 fructibus bonorum Ecclesiæ, adeout dubitari ne-
queat, quin hoc casu legitima fuerit causa vtilita-
tis, glos.in sum.12.quæst.2.in verb.nunc quæritur.
ante med.vers. causa necessitatis, vel vtilitatis,Re-
buff. in com.de alien.rer.Eccles. num.9. Quarant.
in d. summa Bullarii,verb.alienatio rerum Eccles.
num.3.Nauar.in com.de alien. rer.Eccles.§.1.num.
3. & cons. 16. num. 3. de reb. Eccles. alien. lib. 3.
tom. 1.

Cessatque omnis scrupulus, dum passim ab aliis Ec-
clesijs ad effectum amplioris fabricæ domus de-
9 moliuntur, adeout dubitari nequeat, quin ex hoc
solo capite cesset omnis dolus, & contemptus, Se-
raph.decis 1238. num.10.

ARGVMENTVM.

De eadem re,& de bona fide ad excusandam contrauentionem Constitutioni Pauli II: de reb. Eccles. non alien.

SVMMARIVM.

1 *In Alienatione rerum Ecclesiæ requiritur solemnitas, & causa.*
2 *Beneplacitum Apostolicum requiritur pro solemnitate in alienatione rerum Ecclesiæ.*
3 *In Alienatione facta ab vna Ecclesia alteri Ecclesiæ non requiritur solemnitas beneplaciti Apostolici.*
4 *Permutatio rerum inter vnam, & aliam Ecclesiam fieri potest sine solemnitate beneplaciti Apostolici.*
5 *Concessio compræhendit necessarium antecedens, etiam in materia stricti iuris.*
6 *Consequente probato per scripturam, antecedens pariter per eamdem scripturam probatur.*
7 *Beneplacitum Apostolicum supplet defectum causæ, & alias solemnitates, quando non emanauit conditionaliter.*
8 *Fides bona excusat ab incursu in censuras ob alienationem rerum Ecclesiæ.*

CONSILIVM CLXXXIII.

EX domorum demolitione ad effectum ædifican-
di nouam sacristiam, qua necessario Reuerendi
Patres Domini mei indigebant, dubitare, quòd
ipsi inciderint in pœnas Extrauagantis,Ambitiosæ,
de rebus Eccles.non alien.in communibus, vide-
1 tur ab omni prorsus probabilitate alienum, quia,
& si in alienatione rei Ecclesiæ requiratur solemni-
tas,&causa,c.sine exceptione,12.quæst.2.Couar.va.
lib. 2. cap. 17.nu.2.Seraph. decis.508.& decis.1174.
num.1.Reuerendiss.Decanus decis.391.nu.2.Card.
Caualer. decis.288.num.1.& ex d.Extrauag.Ambi-
tiosæ,requiratur pro solemnitate beneplacitum A-
postolicum,Rot.decis.631.num.1. ad fin. par.2. rec.
& in Mediolanen. pensionis 20.nouembris 1617.
coram R. P. D. Pirouano, tamen in casu, de quo
agitur, quæ ad validitatem d. demolitionis fue-
runt necessaria, interuenerunt omnia.

Etenim præterquàm quòd solemnitas d. extrauag.
Ambitiosæ,de Iure non requiritur, quando alie-
natio fit ab vna Ecclesia alteri Ecclesiæ,ea ratione
quia finis prohibitionis de non alienandis bonis
Ecclesiæ fuit in consulendo Ecclesiæ indemnitati,
vt decisum fuit apud Triuisanum decis.56.num.16.
ad fin. vers.his attamen non obstantibus, & num.
seq.vbi contrarijs respondet,lib.2.quod fortius ap-
plicatur huic casui, quo demolitio fuit pro subue-
niendo indigentiæ eiusdem Ecclesiæ alienantis,
quatenus mediante demolitione resultauit fa-
uor amplioris fabricæ tendentis,duntaxat ad am-
plitudinem diuini cultus, in fabricatione scilicet
sacristiæ.Monald. cons.91. nu.3. lib.1.Ricc.in prax.
for.Eccles.par.1. resolut.35.qua ratione, & si in per-
muta-

mutatione rei Ecclesiæ cum sæcularibus requiratur assensus Apostolicus, ne ex ratione expressa in d. Extrauag. Ambitiosæ, bona Ecclesiæ prophanis vsibus applicentur, tamen aliud est, quando per-
4 mutatio fit inter vnam, & alteram Ecclesiam, cum tunc non transferatur dominium ad vsus prophanos, & cesset causa prohibitionis, Ricc. in d. 1 p. praxis for. Ecclesf. resol. 60. num. 1. & seqq. licet vtrobique, in fine afferat in praxi Romanæ Curiæ aliud seruari, quòd stante contraria Iuris dispositione intelligi potest ad cautelam, quamobrem simpliciter hanc conclusionem sequitur Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg. 95. num. 55. & seq.

Non est necessaria discussio veritatis huius conclusionis hoc casu, quo constat de expedito beneplacito Apostolico per litteras in forma Breuis fel. record. Pauli Quinti, cum enim exposito sibi per RR. PP. quòd pro sacristiæ, & Oratorij, ac domus ampliatione, & commoditate omnes domos, quæ conficiunt maiorem, & minorem insulam inter plateas Montis Iordani, & Ecclesiam, sitas emere iusto pretio absque rigore augumenti ex Constitutione Gregorij XIII. de Iure congrui desiderabant, hanc facultatem concesserit, absque dubio
5 demolitionis quoque facultatem concessisse censetur, cum sine demolitione sacristia, & Oratorium fieri non posset, Seraph. decis. 645. numer. 3. Gregor. decis. 66. num. 14.

Et procedit conclusio in omni materia quantumcumque stricti Iuris, Rot. decis. 271. num. 2. par 4. diuers. indubitatum enim est, quòd qui concedit consequens approbat etiam antecedens, Abb. cons. 76. num 3. ante med. vers. nam qui vult consequens, lib. 2. Rot. decis. 8. num. 3. post med. vbi quòd ex hac ratione in concessione Papæ venit derogatio fidei commissi, licèt de illa concessione non esset facta mentio, par. 2. recentior. & decis. 335. num. 2. par. 4. diuers.

6 Quamobrem consequente probato per scripturam, antecedens pariter per eamdem scripturam probatur, Rot. decis. 420. num. 5. & decis. 558. num. 2. in fine, par. 3. recent.

Hinc autem constat non solùm ex dicta Papæ concessione de solemnitate obijci non posse, sed nec etiam de defectu causæ, quoniam licèt beneplaci-
7 tum Papæ non suppleat defectum causæ, id tamen intelligitur, quando rescribit conditionaliter, si in euidentem, vel constat de contrario, non autem quando rescribit gratiosè, quia tunc præsumitur pro veritate causæ expressæ, & beneplacitum hoc casu supplet omnes solemnitates, Abb. cons. 41. nu. 3. & seqq. lib. 1. Cardin. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 7. num. 6. Seraph. decis. 508. num. 5. & decis. 1027. num. 6. 7. & seq & decis. 1080. etiam num. 7. & seqq. Rot. decis 473. num. 3. in princ. par. 2 recent. & in Romana census 2. Decembris 1609. coram bon. me. Manzanedo, & ita intelligit etiam Cardin. Caualer. d. decis. 288. num. 6.

Et præsertim cum in exequutionem dicti Breuis demolitis nonnullis ex domibus emptis, Reuerendissimus tunc Vicesgerens impertitus fuerit licentiam R. P. Præposito Congregationis benedicendi primarium lapidem nouæ prædictæ sacristiæ, & subinde iactis primis fundamentis, fabrica illius fuerit ferè ad perfectionem perducta, nam proinde dubi-
8 tari non potest de bona, ac sincera fide Patrum circa intellectum dicti beneplaciti, quod solum sufficiens est ad exclusionem cuiuscumque prætensæ censuræ, ex d. Extrauaganti, cum illa declaret, eos in eam incidere, qui præsumpserint illi contrauenire, & propterea illi ex ea ligentur, qui dolo, & contemptu alienant, non ij, qui bona fide, & absque vllo dolo, & contemptu, vt præter alios, quos in alia adduxi Card. Zabar. in clem. 1. quæst. 39. num. mihi 22. post princ. vers. contrarium consului, de priuil. Nauar. de alien. rer. Ecclesf. §. 1. num. 16. vers. pro parte autem, & cons. 19. num. 3. eod. tit. Quarant. ad Bullar. in verb. alienatio rer. Ecclesf. nu. 50. ad fin. vers. quinto, & seq. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 9. cap. 1. col. 7. post vers. hac in re, vers. quæret, & Regin. in prax. for. pœnit. lib. 30. tract. 3. sect. 2. nu. 69. & seq. & firmat etiam Alex. Sbiaticus in repet. d. Extrauag. Ambitiosæ, num. 2. vbi quòd Constitutio fuit facta contra fraudatores, vsurpatores præsumptuosos, & delinquentes, & ideò non procedit ad causas, in quibus palam, & bona fide, ac sine fraude & delicto processum extitit, adducens Marzar. cōs. 15. mihi 16. num. 6. ante med. vers. prout d. Constitutio Paulina, & Alex. de Neuo cons. 30. num. mihi 3. ante finem, vers. ex quo infertur, quòd Constitutio Paulina, Ricc. in prax. for. Ecclesf. d. par. 1. resolut. 121. num. 2. vbi quòd à pœnis dictæ Extrauag. excusatur alienans ex bona fide, quia Constitutio ex verbo, præsumpserit, requirit dolum, & temeritatem, & decis. Neapol. 222. num. 1. par. 1.

ARGVMENTVM.

An, & quando tortura inferri possit in criminè atrocissimo denegatis defensionibus.

Inter plures inditiatos quisnam prius torqueri debeat.

SVMMARIVM.

1 *Tortura regulariter inferri non potest denegatis defensionibus.*
2 *Defensiones non denegantur Reo etiam confesso, vel conuicto.*
3 *Defensiones non denegantur, etiam si Iudex haberet quodcumque liberum, & absolutum arbitrium.*
4 *Princeps supremus quamuis ex iusta causa possit tollere defensiones, id tamen fieri non consueuit nisi in delictis exceptis, & notorijs.*
5 *Defensiones decerni possunt in secretis carceribus in criminibus exceptis, data tamen Reo commoditate alloquendi procuratores, & aduocatos in præsentia Iudicis, vel notarij.*
6 *Tortura etiam in crimine læsæ maiestatis inferri non potest, nisi legitimis præcedentibus inditijs.*
7 *Torturam Iudex incipere debet ab eo, qui est malæ conditionis, & vitæ.*
8 *Torturam incipere debet Iudex à magis inditiato, & suspecto.*
9 *Tortura prius infertur ei, qui aliàs simile commisit delictum.*
10 *Tortura inquisito inferri nequit ex sola litterarū comparatione.*
11 *Recognitio per testes habentes notam manum, quamuis admittatur in ciuilibus, tamen non admittitur in criminalibus.*

12 *In Recognitione per comparationem plura requiruntur.*
13 *Recognitio pro Curiæ informatione Reo non citato non est sufficiens.*
14 *Ex Transactione super delicto in casu licito non resultat inditium ad torturam.*
15 *Transactio restringitur ad causas expressas.*
16 *Socius criminis patiens plures defectus, & præsertim inimicitiæ capitalis non facit inditium ad torturam, etiam in crimine læsæ maiestatis.*

CONSILIVM CLXXXIV.

Regula est, quam omnes sciunt, torturam regulariter inferri non posse denegatis defensionibus, inditijs non obstantibus, c.cū inter de except.
1 l.vnius §. cogniturum, ff. de quæst.l.desertorem, §.si ad diem, ff. de re milit.l. defensionis facultas, C. de iur. fisci, lib. 10. cum alijs per Farin. quæst. 38. nu. . & quæst. 39. num. 1. Guazzin. defens. 22. cap. 16. num. 1.

Cum imò nec defensiones denegandæ sint Reo con-
2 fesso, vel conuicto, Farin. d. quæst. 39. num. 32. Caball. resol. crim. cas. 41. num. 2. imò etiam dandæ sint Reo reperto in flagranti, & in crimine notorio, vt per eumd. Caball. resol. 262. num. 12.

Etiam quòd Iudex haberet quodcumque liberum, &
3 absolutum arbitrium, Farin. d. quæst. 39. num. 15. & seqq. vbi num 17. ante finem, quod etiam Iudices criminales Gubernatoris Vrbis, qui vigore suarum facultatum latissimum habent arbitrium, tamen ad torturam non deueniunt non obstantibus hisce facultatibus, nisi visa prius per eos speciali facultate concessa ex chirographo Sanctissimi attestans, prud[illegible], & circumspectos Iudices Gubernatoris in grauissima Causa subreptionis anuli Piscatoris defensiones denegare erubuisse, Guazzin. defens. 14. c. 1. nu. 1. vbi quod hoc procedit tàm de Iure communi, quàm vigore Bullarum Pōtificum,
4 & cap. 4. num. 8. vbi etiam num. 7. quod licet vigente iusta causa possit supremus Princeps tollere defensiones, id tamen concedi minimè consueuit, nisi in delictis Iure communi exceptis plusquam notorijs, vt etiam prius per Farin. ead. quæst. 39. num. 24. vbi etiam in fine, quod opinatur, veritatem esse extra dictos casus vix dari in Principe causam iustam defensiones denegandi.

Neque obstat prætextus, quod agatur de crimine
5 atrocissimo, quia licèt in criminibus exceptis possint defensiones decerni in secretis carceribus, data tamen Reo commoditate alloquendi procuratores, & aduocatos in præsentia Iudicis, Fiscalis, vel notarij, tamen defensiones non sunt denegandæ, Boss. de indit. & consid. ante torturam, num. 68. & seq. Clar. §. fin. quæst. 49. num. 3. Gig. de crim. læsæ maiest. lib. 1. tit. qualiter in crimin. læsæ maiest. proc. quæst. 19. num. 3. Rol. cons. 12. num. 59. & plurib. seqq. lib. 3. Vulpell. cons. 21. num. 3. Pedemont. decis. 79. num. 12. & seq. Viu. com. opin. 717. num. 3. 5. & 11. cum alijs per Farin. d. quæst. 39. num. 45. cum num. 15. & quæst. 118. num. 3. & cons. 156. num. 46. lib. 2.

Et ratio quoque huius conclusionis est euidens, quia cum certum sit, neque etiam in crimine læsæ ma-
6 iestatis torqueri aliquem posse, nisi legitimis præcedentibus inditijs, non obstante pretextu atrocitatis criminis concurrente, vt ex communi plenè per Farin. quæst. 37. num. 92. & seq. consequentia quoque exinde certa resultat, quòd in cognitione qualitatis inditiorum, an ea sint ad torquendū sufficientia, necesse est, quod Reo decernantur defensiones, ac in ijs audiatur, Farin. d. cons. 156. nu. 46. cum alijs supra allegatis.

Cœterum vbi decretis defensionibus posset ad tormenta procedi, non tamen Iure posset ab illo inchoari, cuius fauore tres subsequentes regulæ applicarentur.

Prima est, quod vbi inter eos, quos deliquisse præ-
7 tenditur, est aliquis malæ conditionis, & vitæ, Iudex ab illo torturam debet incipere, Boss. de homicid. num. 28. post med. vers. præsumendum contra hominem malæ vocis, August. in addit. ad Angel. de malef. in verb. quod fama publica, num. 53. vers. quid autem post med. vers. non dubitarem, si essent aliqui malæ conditionis, Marsil. singul. 217. num. 2. ante med. vers. nisi vnus ipsorum, Rol. cons. 63. num. 9. lib. 2. Bertaz. cons. crim. 335. num. 3. & ibi Claud. in 1. addit. post princ. vers. torquendum esse hominem malæ famæ, Caball. cas. 192. num. 14.

Secunda quia tortura in pluribus inditiatis semper
8 incohanda est à magis suspecto, magisque inditiato, Boss. d. tit. de homicid. nu. 28. ante fin. vers. tamen à magis suspecto, Marsil. d. singul. 217. num. 2. post princ. vers. quando aliqua inditia, Clar. §. fin. quæst. 64. num. 29. Claud. ad Bertaz. d. cons. 335. in 1. addit. vers. tunc semper initium, lib. 2. Caball. d. cas. 192 num. 14. post med. vers. inchoando tamen torturā a magis suspecto.

Tertia quia, quando inter plures inditiatos est vnus
9 ipsorum, qui alias commisit simile delictum, tunc pro veritate habenda ab illo incipienda est tortura, nulla habita consideratione, an inter eos sit masculus, vel fœmina, pater, vel filius, iuuenis, vel senex, robustus, vel debilis, Marsil. in l. 1. num. 41. ff. de quæst. & d. sing. 217. num. 2. ante med. vers. vt quia alias commisit simile delictum, Clar. d. quæst. 64. num. 29. firmans etiam solum in suspectis æqualiter admitti distinctionem masculi, & fœminæ, minoris, & timidioris, Decian. cons. 75. num. 8. lib. 3. Roland. cons. 63. num. 9. lib. 2. Chartar. de exec. sentent. capt. bannit. cap. fin. num. 248. Farin. quæst. 23. num. 23. ante fin. Caball. d. cas. 192 numer. 14. ante med. vers. vel aliàs solitus in similibus.

Nullaque videtur difficultas in casibus, in quibus inditia contra aliquem prætendantur vel ex litterarum comparatione, vel ex testibus deponentibus habere notam manum, vel ex instrumento aliquo celebrato inter assertos inditiatos restricto ad causas concernentes ciuile interesse, vel ex dicto prætensi socij criminis.

Quoniam ex sola litterarum comparatione tortura
10 inquisito inferri nequit, Bart. communiter receptus in l. admonendi, num. 116. ff. de iur. iur. Gramm. decis. 34. num. 14. Triuisan. decis. 52. num. 28. Guazzin. defens. 20. circa Reorum examen, cap. 23. num. 3. ante med. vers. in contrarium autem est veritas, & præsertim non iustificata mala fama inquisiti Farin. in fragment. crim. par. 1. in verb. comparatio num. 446. & 448. Almontes Ciazzius discept. crim. ad defensam, cap. 28. n. 1. & seq.

Minusque ex testibus asserentibus habere notam ma-
11 num, quia & si talis forma recognitionis admittatur in ciuilibus ex stilo Rotæ, non tamen admittitur pro sufficiente in criminalibus, Farin. in fragm. d. par. 1. num. 505. Guazzin. d. defens. 20. cap. 23. nu. 5. & seqq. Almont. Ciazz. d. discept. crim. 28. num. 5. & seq.

& seq. & num 20. Farin. consf. 70. num. 11. 12. & seqq. Hector. Felic. alleg. 69. num. 4. par. 2. adeoquod talis recognitio in criminalibus neque etiam facit inditium, vt per Hect. Felic. alleg. 147. vers. & quæ dicũtur, & num. 5. par. 2.

Et conclusiones prædictæ transeunt sine scrupulo, quando vtraque recognitio per comparationem, & per testes habentes notam manum patitur im-
12 perfectionem, vt quia recognitio per comparationem careat solemnitatibus requisitis, de quibus Menoch. de arbitr. cas. 114. num. 26. post med. & Fa-
13 rin. in fragm. d. par. 1. num. 486. & seqq. & vtraque recognitio emanauit pro Curiæ informatione Reo non citato, Farin. vbi supra, num. 485. & 489. & dict. consf. 70. num. 15 & seqq. Guazzin. d. defens. 20. cap. 23. num. 8. Ciazz. d. discept. 28. num. 10.

Ex instrumento autem inter prætensos inditiatos ex causa concernente interesse ciuile, quia etsi in illo dicatur, alterum ex contrahentibus renunciãdo prætensionibus promittere non agere, nec adhærere per se, nec per alium alicui personæ, quæ vellet agere ciuiliter, aut criminaliter, non tamen exinde inferri aliquid potest ad delictum, tum quia
14 ex transactione super delicto in casu licito nec etiam inditium ad torturam resultat, Farin. quæst. 5. n. 19. ante med. vers. sublimita primò.

Tum etiam quia & transactio, & instrumenta omnia
15 restringuntur ad causas in illis expressas, & consequenter ad actiones ciuiles, & criminales quoad illas causas expressas competentes, l. age, C. de transact. Roman. consf. 284. num. 1. & consf. 371. numer. 2. Card. Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 6. num. 1. 6. 7. & 12. Surd. consf. 418. n. 11. 15. & seqq. lib. 3.

Ac demum non etiam ex prætenso dicto asserti socij
16 criminis, quia, quando est criminosus patiens plures defectus, & præsertim inimicitiæ capitalis cum eo, contra quem deponit, nec etiam cum tortura, & in crimine læsæ maiestatis, nec in alijs exceptis, in quibus aliter veritas haberi non posset, inditiũ facit ad torturam, vt per Farin quæst. 43. num. 178. vbi de communi, & de testib quæst 53. nu. 5. & seq. vbi pariter de communi.

ARGVMENTVM.

An, & quando in criminalibus admittendi, vel reijciendi sint articuli continentes incertitudinem.

SVMMARIVM.

1 *Articuli Parte opponente non admittuntur, nisi contineãt certitudinem claram, & intelligibilem.*
2 *Articuli, vbi clarè non fiunt, Iudex cogit articulantem ad declarandum.*
3 *Actor debet esse certus de iure suo ad effectum articulos formandi.*
4 *Articuli obiectiui siue in Causa spirituali, siue in prophana, vbi non sunt bene specificati, non admittuntur.*
5 *Articuli etiam non obiectiui dandi sunt dispositiue.*
6 *Libellus non admittitur, quando habet relationem ad scripturas, quæ non exibentur.*
7 *Articuli callidi, & captiosi non admittuntur.*
8 *Super Articulis, qui dantur pro probatis non sunt testes examinandi.*
9 *Articuli, & positiones, quoad impertinentiam æquiparantur.*
10 *De Articulorum forma non curatur, quando articulans est in probatis.*
11 *Articuli in criminalibus multo minus quàm in ciuilibus sunt admittendi nisi fuerint clari, & distincti.*

CONSILIVM CLXXXV.

Articuli exaduerso dati nulla ratione probabili censendi sunt admissibiles, quia præter genera-
1 lem regulam, quod articuli Parte opponente non sunt admittendi, nisi vndique contineant certitudinem claram intelligibilem, & apertam, l. vt responsum, 15. vbi Bald. num. 1. C. de transact. l. precibus, 8. in princ. in verb manifestius, C. de impub. vbi etiam Bald. in 1. not. & per hos textus idem Bald. in addit. ad Specul. tit. de posit. col. mihi 2. ad fin. vers. clara, intelligibilis, & aperta, Specul. eod. tit. de de posit. §. 10. num. 16. qua ratione, §. 7. numer. 45. firmat, singula esse in articulis specificanda, Carpan. ad Statut. Mediolan. cap. 83. numer. 46. 75. & alijs.

Et alioquin vbi non fiunt clarè, & apertè, Iudex cogit
2 articulantem ad declarandum, idem Specul. de posit. §. 7. num. 11. in princ. vers. fiat ergo clarè, & apertè, & §. 10. num. 15. Pacian. de probat. cap. 21. num. 13.

Non obstante, quòd articulans alleget specificationẽ habendam ex scripturis, & testibus desuper examinandis, quia appellans in suæ appellationis prosequutione, immò quicumque Reus in ea, qua vtitur exceptione, est actor, & propterea debet scripturam, in qua se fundat, specificare, & se à testibus de prætensa facti veritate cum suis circumstantijs informare, & instructus venire, & prætensum quoque factum specificè ponere, tam ex regula generali, quæ in hoc datur, ex textu in l. 2. vbi
3 Bald. num. 2. C. de dilat. quàm quia in specie debet actor esse certus de iure suo ad effectum articulos formandi, Iacob. de Arena tract. de posit. §. 4. n. 4. in fin. in tract. nouiss. tom. 4. fol. 6.

Sed dubitationes in hoc casu cessant, tum quia arti-
4 culi sunt obiectiui, quo casu, siue per actorem, siue Reum, siue in Causa spirituali, siue prophana illi dentur, vbi non sint benè specificati, vt fieri debet, non sunt admittendi, clem. Constitutionem, de elect. c. vt circa, 4. eod. tit. in 6. Oldrad. consil. 244. num. 23. Rot. decis. 28. & decis. seqq de testib. in antiq. addit. ad Rotam decis. 1. in princip. de sequestr. poss. & fruct. in nou.

Tum etiam quia etiam articuli non obiectiui dandi
5 sunt dispositiuè, vt firmat Oldrad. d. consf. 244. num. 23. Rot. d. decis. 29. de testib. in antiq. & per illam Vestr. in prax. lib. 5. cap. 15. de admiss. articul. num. 4. vers. item quod non sunt dispositiuè specificati, Marant. de iudic. par. 6. actu 4. de posit. siue artic. productione, num. 13.

Dispositiuè autem non dicuntur dari illi articuli, in quibus habetur relatio ad aliud extrinsecum non specificatum, atque hinc est, quod etiam libellus,
6 qui articulis æquiparatur, non est admittendus, quando habet relationem ad scripturas, quæ non exhibentur, Alex. consf. 3. num. 1. post med. vers. vbi dicunt, lib. 2. Dec. consf. 301. num. 1. ad fin. & seq.

Tum, & tertio quia articuli formati per relationem ad

ad depositionem testium censendi sunt callidi, & captiosi, cum exinde adimatur alteri Parti facultas specialiter interrogandi, nullaque est difficul-
7 tas, quòd articuli callidi, & captiosi minimè admittuntur, Specul. de posit. §. 7. num. 20. Odoffred. de posit. num. 18. Vbert. de Bobio de posit. num. 54. Iacob de Arena de posit. num. 43. Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 83. n. 40. & seqq. vol. 1.

Quòd autem super articulis datis pro probatis non
8 possit examen admitti, præter aliàs scripta est in puncto decisio Card. Cauaier. 268. numer. 1. vers. & examinando.

Nec dicatur, quòd præmissa omnia iura, & authoritates obtinent in positionibus, quatenus eis ab aduersario responderi petitur, secus autem si ad probandum per testes productæ illæ sint, vt in præallegata decisione 28. & 31. in vtraque in fine, de testib. in antiquis, quoniam exceptis aliquibus differentijs in certis casibus, qui huic, de quo agitur, nõ applicantur, relatis præcipuè per Marant. de iudic. actu 4. de posit. seu artic. production. num. 6. & seq.
9 quoad eorum qualitatem circa impertinentiam æquiparantur, vt per Alber. de Malet. tract. de testib. cap. 7. num. 100. in tract. nouiss. tom. 4. fol. 176. Michelor. de posit. cap. 4. num. 8. & in articulis loquitur Vestr. vbi sup.

Decisio autem prædicta 28. cum decis. 31. quæ est eadem, quatenus in fine limitatur, quando dans articulos est in probatione, non intelligitur de probatione facienda, sed de probatione iam facta, quia
10 tunc verum est, quòd si dans articulos est in probatione, scilicet in probatis, non curetur de forma, ita namque intelligit Rota d. decis. 13. nu. 1. & seq. eod. tit. de testib. in antiquis.

Sed in puncto, quòd in criminalibus multò magis,
11 quàm in ciuilibus articuli non sint admittendi, nisi fiat clari, & distincti, eo quod ibi non liceat cũ alterius discrimine euagari, videatur Oldr. consil. 167. num. 2. & seq vbi quod propterea articuli debent esse particulares, & indiuidui in genere suo per debitas circumstantias.

ARGVMENTVM.

Ex compositione libelli famosi non publicati, sed cancellati, an sit locus pœnæ ordinariæ de Iure communi, vel ex Bulla Pii V. vel ex bannimentis.

SVMMARIVM.

1 *Tutor non solum rebus, sed moribus pupilli præponitur.*
2 *Finis licet sit vltimus exequutione, tamen est primus intentione.*
3 *Finis regulat omnem dispositionem.*
4 *Libellus famosus est compositio in scriptis in infamiam alicuius in publico iactata, vel in loco, vbi inueniatur.*
5 *Libellus famosus non dicitur cessante publicatione.*
6 *Libellus famosus ex Bulla Pij V. in componente non requirit publicationem. Contrarium num. 7.*
8 *Libellus famosus dicitur publicatus, quando vni soli manifestatur ab alio. Contrarium num. 9. & num. 11.*
10 *Manifestum id dicitur, quod pluribus innotescit.*
12 *Libelli famosi pœna non habet locum contra mittentes secretè litteras infamatorias.*
13 *Ex Testamenti productione non resultat scientia omnium contentorum in testamento.*
14 *Ex Verbis maledicis non resultat crimen læsæ maiestatis, quando proueniunt à persona, quæ magis ex leuitate peccauit.*
15 *Verba maledica sine dolo, vel animo iniuriandi nõ inferunt crimen læsæ maiestatis.*
16 *Iniuria quamuis in scriptis prolata sine publicatione retinet solum iniuriæ verbalis naturam, & propterea non punitur nisi extra ordinem.*
17 *Doctores intelliguntur iuxta terminos authoritatum, quas allegant.*
18 *In Libello famoso publicato locus est pœnæ ordinariæ, in non publicato autem pœnæ extra ordinem.*
19 *Cancellatio præsumitur facta incontinenti.*
20 *In Libello famoso ad effectum pœnæ ordinariæ requiritur, quod delictum sit consumatum.*
21 *In Libello famoso spontanea confessio diminuit pœnam ordinariam*
22 *Libri prohibiti in aliquibus partibus non expurgati non faciunt retinentes incidere in pœnas, vbi loci non expurgati fuerint cancellati.*

CONSILIVM CLXXXVI.

Crimen, quod obijcitur D. Marchioni nec pœnam libelli famosi, nec maiestatis læsæ ordinariam meretur.

Etenim non solum ex qualificata confessione D. Marchionis, sed ipsa quoque libri intitulatione, ac proemio constat illum scriptum ab alio fuisse, ipso Marchione dictante pro instructione pueri sibi sanguine coniuncti, & apud se sub eius tutela commorã-
1 tis; pupillorum enim tutores sicut in agendis rebus instruere solent, ita videtur in dicti libri compositione Marchio officium exercere voluisse, l. qui filium, 4. ante finem, ff. vbi pupillus educari, vel morari debeat; tutorem namque non solum pupilli rebus, sed etiam moribus præponi, inquit text. in l. cum plures, 13. §. cum tutor, & ibi glos. in verb. præceptoribus, ff. de admin. tutor.

Cum autem in quacumque dispositione sit finis at-
2 tendendus, quia licet sit vltimus exequutione, est tamen primus intentione, Reuerendissimus Duranus tract. de cond. & mod. imposs. par. 3. cap. 7. num.
3 22. itaquod finis regulat omnem dispositionem, idem Reuerendiss. Duranus d. cap. 7. num. 23. Surd. decis. 68 num. 9. in fin. & seq. finis scilicet, ad quem dispositio dirigitur, Bald. in c. 1. §. præterea, num. 1. post princ. vers. inspiciendum. qui b. mod. feud. amit. Brun. cons. 79. num. 4. Peregrin. consil. 31. numer. 38. lib. 5.

Videtur non dari rationem aliquam subsistentem, ex qua iudicari possit, quod liber prædictus famosus libellus censeatur, siue illius qualitas desumatur ex dispositione Bullæ Pij Quinti, in nouo Bullario 147. tom 2. fol. 359. siue ex litteris Sacræ Consultæ, & bannimentis Illustriss. Vrbis Gubernatoris relatis à Flauio Cherubino in compendio Bullarij post scholium 2. ad dictam Constitutionem Pij Quinti 147. fol. 77. quæ eadem sunt cum bannimentis generalibus Illustrissimi D. Gubernatoris præsentis, sub num. 30.

Siquidem ex dicta Pij Quinti Constitutione, §. 2. pro hiben-

hibentur primò famosi libelli,secundò litteræ monitorum vulgo appellatæ, lettere d'auuisi, continentes conuicia,iniurias, vel famæ, & honoris alicuius læsionem,& tertiò scripturæ, in quibus de futuris successibus differitur, vel quæ coram Pontifice,vel alijs ad vniuersalis Ecclesiæ Status regimen deputatis secretò tractantur,reuelantur;cum autem ex eiusdem libri tam intitulatione, quàm tenore constet,casum hunc non versari in secundo & tertio capite d.Constitutionis prohibitiuo,vt in terminis d.Bullæ per Hect.Fælic.alleg.68.num.3.p.2.difficultas solum consistit in prætensa Fisci assertione qualitatis libelli famosi, hæc verò applicabilis nullatenus censeri potest, quia dum essentia li-
4 belli famosi, quæ ex illius communi diffinitione habetur,est compositio facta in scriptis in infamiã alicuius eius,quod quis probare non vult,& in publico iactata,vel in loco,vbi inueniatur,vt ex summa Siluestr.in rubr.de libello,num.4.& summ. Angel.in verb.libellus famosus,in princip.per Farinac. quæst.105. num.821. vtique cum ex ipsa qualitate libri constet,eius compositionem fuisse in modum memorialis,librum scilicet,vt in eo legitur,di ricor di priuatim ad dicti pueri instructionem, cessante
5 fine publicationis,nedum ipsa publicatione, consequentia est necessaria,quod casus hic versetur extra terminos libelli famosi, textus sunt in l.vnica, post princ.vers.sed vim earum manifestauerit. C.de famos.libell.& in c.1.in verb.in publico, vbi etiam glo.& in c.2.in verb.in publico 5 quæst.1.Angel.in l.lex Cornelia,5.§.si quis librum,num.2.ff.de iniur. Bursatt.cons.94.num.17.lib.1.Cephal.cons.341.nu.28.lib.3.Marcobrun.ab Anguillis cons.38.à nnm.1. ad 22.Menoch de arbitr.cas.263.num.35. & nu.39. & seq.Farin.d.quæst.105.num.486.& 487. vbi eiusdem sententiæ adducit Archid. Præpos. Bellamer. Turrecremat.& alios, vt etiam per Hect. Fælic. d. alleg.68.& huius quoque sensus est Statut. Vrbis in libellis famosis,lib 2.cap.68.ad fin.

Atque hac ratione recipi nequit, quod inquit Farin. cons.145.num.9.in Causa contra Piccinardũ, quod
6 scilicet Bulla Pij Quinti, dum de compositione libelli famosi loquitur,non requirat publicationem, prout publicationem,& manifestationem requirit
7 in sola retentione,aut receptione, quia præter id, quod idem Farin.in hoc suo intellectu desumpto ex fragili argumento, quod Pius Quintus, vbi publicationem requisiuisset etiam in componente, dixisset,prout dixit in retinente, non figit pedes, dicens eodem num.9.post med.vers.hoc motiuum, pasquinatas eo casu fuisse publicatas ex libera confessione eiusdem Piccinardi, prout dixit etiam numer 6.

Argumentum prædictum,quod sit fragile, non videtur dubitandum,cum Constitutio prædicta veniat augendo pœnas à Iure communi statutas,ac propterea in his,in quibus explicitis verbis non disponit,non possit capi interpretatio intellectiua, sed illa desumenda sit ab ipso Iure communi, & propterea pœnæ ordinariæ non sit locus contra componentem non sequuta publicatione,vt pro sensu, & interpretatione eiusdem Bullæ Pij Quinti comprobat Vincentius Parentius inter cons.Farin.consil.30.num.174 ad med.vers.tum etiam quia, lib.1. & Hect.Fælic.d alleg 68.n.3.par.2.

Nec obstat, quod satis de publicatione constet ex ipsius Marchionis confessione, quatenus inquit, librum fuisse apud D. Comitissam, & alios dome-
8 sticos, ad effectum autem manifestationis sufficere, quod vni soli manifestetur ab altero,iuxta opinionem Cherubini in primo scholio compendij ad d.Constit.Pij Quinti,fol.77.quia præter id,quod
9 ipsemet Cherubinus asserit, contrarium tenuisse Bursattum d.cons.94 num.17.mihi 16.vers. denuo, lib.1. Cephal. d.cons. 341.num.28.lib. 3.& Claud. ad Bertaz.cons.237.vers.penultimo,incip.secundo quod pœna incurratur.

Opinio Cherubini substineri nequit, quia verba dictæ Constitutionis Pii Quinti, in quibus se fundat scilicet, nulli fateatur inuentum, non sunt verba dispositiua, sed narratiua, l. 1. C. de famos. libell. vt patet in §. 2. quamobrem, cum non solum verba dispositiua eiusdem Constitutionis in §. 2.propè finem expresse requirant manifestationem, sed etiam textus in ead.l.1.C.de famos. libell. licet admoneat inuenientem famosum libellum siue domi, siue in publico, siue in quocumque loco, vt nulli confiteatur inuentum,tamen ad effectum incidentiæ in pœnam dispositiuè requirat manifestationem,vtique nihil datur, ex quo recedi possit à regula, quam ipse Cherubinus admittit esse,
10 Bart.in l.hæredes palam,21. num.2. ff.de testam. quod manifestum id dicatur, quod pluribus innotescit, quemadmodum hac ratione in his terminis
11 quod ad essentiam libelli famosi, licet non requiratur, quod transeat in opinionem grauium virorum, est tamen necesse, quod inde sequatur diffamatio, & sic publicatio ex Marcobrun. d. cons. 38.num.4.vers.plus dicebat, admittit ipse Farin. d. quæst. 105. num. 486. post med. vers. quamuis enim.

Et hinc est, quod pœna libelli famosi non habet lo-
12 cum contra mittentes secrete litteras infamatorias, Marcobrun.d.cons.38. num. 2.& 21. Farin. d. quæst.205.num.487. in fin.& in fortioribus terminis in litteris scilicet priuatim scriptis Consiliarijs Imperatoris, ex Archid. Præpos. Bellamer. & Turrecremata,per Farin.cons.123. num.5.& Hect. Fælic.d.alleg.68.num.10.par.2.

Cessatque omnis scrupulus, dum D. Marchio non fatetur, librum fuisse lectum à D.Comitissa,& alijs, quos nominat, sed solum apud eos domesticos extitisse; ab hac autem existentia ad lecturam inferri nequit, præsertim eisdem examinatis lecturam
13 omnino negantibus, qua ratione ex productione testamenti ab aliquo facta in iudicio non resultare scientiam contentorum in eodem testamento, ex Laderch. cons.73.num.2.vers.non obstat,firmauit Rota decis.593.num.5. ad fin. par.2.recent.

Minusque prætendi potest incursus in pœnam maiestatis ex verbis maledicis, quæ dicuntur in præfato libro legi, tum quia semota essentia qualitatis libelli famosi, non videtur locus esse crimini maiestatis, tum cessante diuulgatione, & præser-
14 tim cum verba, quæ prætenduntur maledica,sint generalia non tangentia nominatim aliquam personam certam, ac prouenerint à persona, quæ magis ex leuitate peccauit, Boer. tract.de seditios. in 4. præmisso num.1.& seqq. in tract. nouiss. tom. 11.par 1.fol.93.Baiard.ad Clar. §.læsæ maiest. nu. 11.ante med.Far.pluribus alijs comprobans cons. 123. num. 4. Bertaz. cons. 28. num.6.lib.1. Caball. resol.crim.cas.135. num.2.25.& seqq. item d. cons. 100. num 73.lib.2.vbi loquitur de maledicentia in scriptura.

Tum etiam, quia cum liber fuerit compositus priuatim ad

15 tim ad finem instructionis dicti pueri, cessat dolus, ac animus aliquem iniuriandi, Bursatt. d. cons. 94. num. 17. lib. 1. Decian. cons. 34. numer. 19. lib. 4. Honded. cons. 112. num. 18. & seq. & num. 26. & seq. lib. 1. Farin. d. quæst. 105. num. 481. Hect. Fælic. d. alleg. 68. n. 9. ad fin. & num. seq. par. 2.

Præterea nec etiam locus est pœnæ ordinariæ ex prætextu bannimentorum, quoniam ex ijs præsertim impressis apud Cherubinum in d. compendio ad Constitutionem Pii Quinti 147. fol. 77. sub num. 31. ex quibus d. sumpta sunt publicata in præsenti gubernio, numer. 30. constat, finem eorumdem respexisse ad omnium in ijs contentorum prohibitionem ad effectum resistendi publicationi, vt apertissimè constat, tam ex proemio verbis sequentibus concepto: e perche è cosa chiara, e manifesta à tutti, quanti siano gli inconuenienti, che sogliono auuenire per la publicatione de libelli famosi. quàm ex fine dispositiuæ per ea verba, accioche vadino per mano di molti ad effetto 16 che si publichino, ò diuulghino. quapropter cùm in casu, de quo agitur, omnis prorsus cesset publicatio, cessare quoque debet pœna capitalis, cum & hac ratione cesset qualitas illa, ex cuius cessatione in quacumque scriptura siue composita, siue recepta, aut retenta iniuriæ quamuis scriptis illatæ retinent solum iniuriæ verbalis naturam, quo casu solum locus est pœnæ extra ordinem, Plot. de in litem iurando, §. 46. num. 4. Gaill. lib. 2. obseruat. 104. num. 1. Farin. d. cons. 123. num. 6. adeout magis sit materia l. vnicæ, C. si quis Imper maled. de qua post alios. Caball. d. resolut. 235 num. 16. & seqq. vbi etiam in specie, num. 21. quod Principi suo maledicens non est puniendus pœna criminis læsæ maiestatis, sed alia ipsi Principi arbitraria iuxta verborum, & personarum qualitatem.

Eademque ratione applicabilis minime est Franch. decis. 533. præcipue num. 8. in qua, quod non requiritur, quod libelli sint affixi, sed sufficit, illos reperiri siue domi, siue publice, siue quocumque loco, quia Franchus ad hoc firmandum vtitur solum textu in l. 1. C. de famos. libellis, & ibidem notatis per Odoffred. & Angel. textus autem, vt iam dictum est, loquitur de libello inuento quidem domi, vel alibi, sed manifestato, ideoque manifestationem requirunt etiam ibi Odoffred. & An-
17 gel. per Franchum allegati, quamobrem intelligi Franchus non potest nisi iuxta terminos authoritatum, in quibus se fundat, iuxta doctrinam Bart. in l. non solum, §. liberationis, ff. de liber. leg. quam etiam Rota sequitur, vt decis. 474. num. 9. part. 2. recent. & apud Reuerendissimum Coccinum dec. 67. num. 8.

Hæc namque sunt verba textus in d. l. vnica, C. de famos. libellis, si quis famosum libellum siue domi, si-
18 ue in publico, vel quocumque loco ignarus repererit, aut corrumpat, priusquam alter inueniat, aut nulli confiteatur inuentum, si verò non statim easdem chartulas vel corruperit, vel igni consumpserit, sed vim earum manifestauerit, sciat, se quasi authorem huiusmodi delicti capitali sententiæ subiugandum.

Et ob hanc quoque rationem contrarias Doctorum opiniones in quæstione de libellis famosis distinguendo conciliat Farin. vt pœnæ libelli famosi ordinariæ locus sit concurrente publicatione, extra ordinem verò publicatione cessante, sæpius allegata quæst. 105. num. 486. ad med. vers. & sic hæc contraria opinio.

Cæterum cessant etiam in vtroque capite difficultates ex eo, quod liber in partibus, in quibus dicitur diffamationes famosas continere, apparet can-
19 cellatus; cum enim hæc cancellatio præsumenda sit de Iure facta ab ipso Marchione, sicut ipse affirmat in eius constitutis incontinenti postquam eum scribendum dictauit, non autem ex interuallo, Bald. in l. nostram, 30. num. 6. post med. vers. sed nũquid præsumatur cancellatio, C. de testam. illa propterea est exclusiua pœnæ, tum quia ea stante non censetur delictum consumatum, prout ad effectum pœnæ ordinariæ requiritur, Bursatt. d. cons. 94. num. 30. in fine, & seq. Farin. d. quæst. 105 num. 491.

Et præsertim cum Marchio spontè confessus fuerit,
20 librum scriptum fuisse ipso dictante in casu, in quo vbi negasset, stante præcedente præcipuè obitu illius, qui librum scripsit, neque etiam de composi-
21 tione poterat legitime inditiari, nam & ex hac ratione excluditur quoque pœna ordinaria, Marcobrun. d. cons. 38. num. 22. Farin. ead. quæst. 105. nu. 490. ad fin.

Tum etiam quia libri prohibiti, qui in aliquibus par-
22 tibus non sint expurgati, non faciunt retinentes incidere in pœnas, vbi loci non expurgati fuerint cancellati, Azor. instit. moral. lib. 8. cap. 16. ante fin. vers. quæres, Duard. in comment. ad Bullam in cœna Domini, lib. 2. can. 1. quæst. 53. in fine.

Atque hinc fel. rec. Clemens Octauus in Bulla relata per Quarantam in verb. libri prohibiti, permisit libros Catholicorum authorum cum apostillis Caroli Molinæi non obstante illius damnatione in eadem Bulla in casibus, in quibus dictæ apostillæ fuerint deletæ, vt dict. verb. libri prohibiti, prope finem, vers. per has tamen nostras litteras.

ARGVMENTVM.

An procedi posit pro nouo delicto contra bannitum, si non offeratur, vel si denegatur saluus conductus ratione banni præcedentis.

De iniustitia sententiæ inferentis pœnam excessiuam pro illatione vulnerum, & delatione armorum.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio in criminalibus permittitur, vbi Iudex interloquendo irreparabiliter grauat.*

2 *Appellatio, cui Ius defert, causat attentata, ex quibus sententia redditur nulla.*

3 *Bannitus non tenetur comparere pro nouo delicto nisi oblato sibi saluo conducto ratione banni præcedentis.*

4 *Saluo conducto non oblato pro nouo delicto, processus est nullus ope exceptionis, eoque petito, & denegato est nullus ipso Iure.*

5 *Saluo conducto non oblato pro delicto nouo, quando ex actis eiusdem Curiæ constat de præcedente banno, processus est nullus.*

6 *Ad Armorum breuioris mensuræ delationem probandam non sufficiunt testes de visu à longe.*

Pro

7 *Pro Armorum delatione Gubernatores per edicta non possunt inconsulto Principe maiorem pœnam imponere quam ipse Princeps in suis edictis, vel ius commune imposuerit.*

8 *Pro Armorum delatione minor pæna imponitur de Iure communi, quàm ex Constitutionibus, vel bannimentis.*

9 *Bannimenta Gubernatorum terminato eorum officio expirant.*

10 *Eximens è manibus Curiæ se ipsum non incidit in Constitutionem Sixti V. nisi concurrant qualitates aggrauantes, vt quia exequutores offendantur, vel conuocetur auxilium.*

CONSILIVM CLXXXVII.

NVlla videtur condemnatio, de qua quæritur; quamuis enim in criminalibus tàm ex Constitutionibus, quàm ex consuetudine non appelletur
1 tamen appellari permittitur, vbi Iudex interloquendo irreparabiliter grauat, Clar. §. fin. quæst. 94.num.10.Lancellott. de attent.cap.17. num.95. & seqq. addit.ad Bertaz. cons.crim. 384. vers. præterea,lib.2.Farin.cons.217.num.14. post med. vers. quare intrat.lib.3. Scac. de appell. quæst.17. limit. 47.membr.1.num.84.

Quamobrem cum Iudex, à quo,reijciendo exceptionem salui conducti ab excusatore petitam, per processum ad vlteriora iniuste, & irreparabiliter Reum grauauerit tollendo illi defensionis facultatem, sicut propterea licuit appellare,c ex parte 68.vbi Dec.num.9.& seqq.de appell.Paris cons.98 num.11.lib.3. Rot.decis.444. num. 5. & seq. par. 1.
2 diuersita quoque appellatio, cui in hoc casu Ius deferebat, causauit attentata, ex quibus sententia redditur omnino nulla, c.non solum,de appell. in 6. vbi Doctores communiter, Rot. decis. 6. vt lit. pend.in nou.Pat.decis.118.num.1.lib.1.

Quod autem exceptio salui conducti petiti esset legitima, ac propterea illius reiectio appellabilis,
3 apertissimum videtur, dum bannitus pro aliquo crimine, si ratione noui delicti prætensi conocetur, non tenetur comparere ad locum non tutum, in quo condemnatus reperitur, nisi oblato sibi saluo conducto ratione banni præcedentis, itaq; quod alioquin nec illum afficit contumacia, nec sententia superueniens est exequibilis, cum magis attendenda sit iustitia, & æquitas in reddendo locum tutum bannito pro nouo delicto vocato, ne forsan innocens damnetur, quàm factum, & culpa ex priori banno procedens, Boss.de citat.num.35. & de banni nullit.nu.9. cum alijs per Farin. quæst. 11.num.58.præcipuè post med. vers. quia tamen, & quæst. 29.num.85.86.& seq.Guazz.tract. ad defens.in defens.12.cap.1.num.44. 57. & seq. vers. & si fuerit.

Et hæc conclusio adeo vera est, vt vel defectus hu-
4 iusmodi oblationis etiam quod excusator saluum conductum non petierit, reddat processum nullum ope exceptionis, vel quando petitur, & denegatur,vt in hoc casu, processus sit ipso Iure nullus secundum Farin.d.quæst.11.num.60. vers. quibus tamen non obstantibus. vsque ad finem numeri, & numer.45.in princ. & vers. sed quæ namsint.

Vel nullitas omnino etiam absque petitione proce-
5 dat, quando ex actis eiusdem Curiæ constat de præcedente banno, & consequenter de notorio illegitimo impedimento, Farin.d.quæst.11.num.59. & seq.& num.55. vers.quæ quidem conclusio.

Et præsertim cum etiam ex actis supponatur constare de iniustitia sententiæ, non solum ob probationum defectum,sed etiam ob pœnæ excessiuitatem
6 nam quoad delationem terzarolorum non est sufficiens probatio per visum a longe, cum respectu breuitatis mensuræ, ex cuius qualitate pœna est applicabilis, testes iudicent in eo, in quo possunt decipi, vt in puncto per Bursatt.cons.331.num.28. ante fin.num.30.etiam in fine, & num.31.vers. 2.& seqq.lib.3.& Farin.quæst.108.num.54.& seqq.

Quoad vero excessiuitatem pœnæ, quia pro vulneribus neque etiam ex bannimentis generalibus imponitur pœna capitalis, minusque pro delatione
7 terzarolorum,cũ edicta, & bannimenta Gubernatorum vel inconsulto Principe non admittantur nisi ad terrorem ad infligendãmaiorem pœnam, quam ipse Princeps in propriis edictis inflexirit, & contra Iuris dispositionem,c.fin. de off.Archipresb. vbi Host.Io. Andr.& cæteri,l.forma,C. de offic. Præfect.Prætor.orient. Seraph. decis.536. nu. 4.& decis. 1306.num.4.& seq. Rot.decis.490. num.
8 7. par.1.in recent. quandoquidem ex Iuris communis dispositione pœna delationis armorum est longe minor etiam quoad archibusettos paruos, qui sub pallio deferri possunt, Decian. tract. crim. lib. 7. cap.3. num. 29. Farin. d. quæst. 108. num. 4 cum num. 52.

Vel prætensa bannimenta afficere nequeant hoc ca-
9 su, quo emanarunt dumtaxat à Gubernatoribus prædecessoribus, ac propterea terminato eorum officio illa quoque expirauerint, Affl. decis.190. num.2. Seraph. decis.423.num.1.

Pro prætensa verò exemptione propriæ personæ à
10 Curia, quia Constitutio Sixti Quinti loquitur explicitè de tertio eximente è manibus exequutorũ, non autem de se ipso eximente,& resistente,atque ita in praxi seruatur,vbi non concurrũt qualitates aggrauantes,vel in personam ipsorum exequutorum mediante offensione facti,vel cum conuocatione auxilij prohibiti,vt per Farin.quæst.32.nu. 23.ad fin.vers.sed quicquid sit,& numer. 28. vbi ex sensu Boer.decis.170.num.5. vers. vndè in casu nostro,illam reputat qualitatem aggrauantem considerabilem,ex quo ministri Iustitiæ fuerint factò in personam offensi.

ARGVMENTVM.

An sit locus criminalitati contra donatarios ex prætextu doli adhibiti in donatione, concurrentibus præcipue præsumptionibus in contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Dolus dans causam contractui non solum illum annullat,sed parit actionem de dolo criminaliter,quando prætendenti damnum alia via succurri non potest.*

2 *Dolus non præsumitur.*

3 *Volenti,& scienti non infertur dolus.*

4 *Iudicis decretum,& authoritas excludit dolum.*

5 *Dolum, & machinationem excludit qualitas loci.*

Doli

6 *Doli probatio requiritur plenissima, quando in contrarium concurrit præsumptio.*
7 *Præsumptio vincit præsumptionem.*
8 *Metus, & dolus cessat quando quis potest exire de loco, & non exit.*
9 *Voluntatis mutatio sine causa non præsumitur.*

CONSILIVM CLXXXVIII.

QVamuis dolus deceptiuus dans causam contractui non solum illum annullet, vt per Igne. in
1 l. contractus, numer. 103. ff. de reg. iur. & Rot. decis. 192. num. 4. par. 1. diuers. sed etiam pariat actionem de dolo criminaliter ex stellionatu, quando tamen prætendentibus damnum alia via succurri non potest, l. eleganter, in princip. ff. de dol. Castr. cons. 411. num. 4. lib. 1. Farin. cons. 7. n. 9. lib. 1.

Tamen nec alicui pœnæ quoad effectum criminalem, nec annullationi contractus quoad effectum ciuilem locus est in hoc casu, dum ex prætensis exaduerso nulla datur probatio doli, & non solùm mi-
2 nimè præsumi debet, l. quoties, §. qui dolo, ff. de probation. l. dolum, C. de dol. Surd. decis. 222. num. 11. Seraphin. decis. 617. num. 7. Rot. decis. 648. nu. 2. par. 2. in recent, sed prorsus cessat, tum ex qualita-
3 te instrumenti, dum aduersarij volentes, & scientes contraxerunt, l. cum donationis, vbi glo. in verb. dolus, C. de transact. c. sciens, de reg. iur. in 6. Alex. cons. 420. num. 7. & cons. 125. etiam num. 7. lib. 1. dumque in eodem instrumento liquet, sponte, & ex certa scientia eosdem contraxisse, Alex. cons. 42. num. 7. lib. 1. Paris cons. 96. num. 70. lib. 1. Bertaz. clauf. 11. glo. 1. ad fin.

Tum etiam, quia instrumentum celebratum fuit cum
4 Iudicis decreto, & authoritate, Bart. in l. frater, n. 51. ff. de cond. indeb. Paris cons. 52. num. 3. lib. 4. Boc. ad Constit. March glo. 5. ad finem: decretum enim tollit doli præsumptionem, facitque præsumi contractum palam, & bona fide gestum, Honded cons. 33. num. 24. & seq. lib. 2. Farin. quæst. 162. num. 65.

Tum & tertio, quia instrumentum rogatum fuit ab-
5 sentibus donatarijs in loco tuto, in quo ius redditur, & in quo propterea excluditur omnis machinatio, Aym. cons. 114. num. 4. Soc. iun. cons. 64. num. 61. lib. 2. Paris. cons. 136. num. 12. lib. 4. Rol cons. 83. num. 37. lib. 2.

Nec obstat, quòd generalibus hisce præsumptionibus
6 resistant speciales, in quibus exaduerso fit fundamentum, primò quia ad effectum, de quo quæritur, stantibus præsumptionibus supradictis non suffragantur contrariæ præsumptiones quamuis speciales, sed requiritur plenissima, & concludentissima probatio, vt in puncto per Seraphin. decis. 336. num. 4. & seq.

Secundò quia præponderant etiam circumstantiæ
7 huius facti speciales, dum ex testibus constat, tractatum huius contractus originem habuisse à deprecationibus aduersariorum, mediantibus intercessoribus ad eorum instantiam adhibitis, dumq. inspecta vocatione eorumdem donantium ad Castrum ex antiquo fideicommisso, & correspectiuis promissionibus, ac obligationibus factis ad fauorē Partis aduersæ contractus donatoribus præcipuè considerato eorum tunc depresso statu fuit omninò vtilis, ac nulla ex parte læsiuus, Seraph. dec. 619. num. 3. & decis. 684. num. 4. Rot. decis. 507. num. 12. in fine, par. 2. in recent.

Tertio quia, quando etiam aliquid facerent, nihilominus excluduntur penitus ex sæpius geminatis ratificationibus eiusdem donationis tam per litteras sæpius reiteratas, quàm etiam in alijs diuersis occasionibus, de quibus testes deponunt ex certa sciētia etiam per auditum ab ipsis donatoribus, quod ipsi libenter ad donationis instrumentum deuenerunt, quodque si illam non fecissent, denuò essent facturi, idque non solùm dum permanebant in Castro, siquidem probant testes, eosdem donatores etiam eo loci permansisse semper in omni libertate, sed etiam dum fuerunt in Ciuitate, & in
8 Vrbe, nam statim quòd quis potest exire de loco, in quo dicitur illatus dolus, si non exit, dicitur actum ratificasse, & exinde metum, seu dolum purgari, adeoquòd dum sufficit ratificatio tacita, multò magis suffragari debet expressa, & præsertim toties geminata, vti ex litteris, & testibus apparet, Abb. post glo. in c. 1. nu. 13. de his, quæ vi metus ve caus. Boer. decis. 100. num. 18. vers. sic etiam probatur, Paris. cons. 10. num. 60. lib. 1. Ias. cons. 72. num. 7. lib. 1. Menoch. lib. 3. præsumpt. 126. num. 34. & seqq. Seraphin. d. decis. 336. num. 7. & seq.

Quarto, quia omnis quoque dubitatio tollitur, dum accersitis aduersarijs ad Vrbem de ordine sacræ Consultæ ad effectum explorandi eorum voluntatem fuit illa existentibus ijsdem aduersarijs in ipsa Vrbe in omni libertate, effectualiter explorata, & reperta conformis instrumento donationis iam,
9 vt præfertur, celebrati; etenim proinde satis dignosci potest, mutationem voluntatis ex instigationibus maleuolorum processisse, ad l. 1. 2. & seq. ff. de lib. hom. exhib. c. accedens, de proc. not. in c. cum locum, de spons.

ARGVMENTVM.

An Pactum quotæ litis de Iure communi, vel municipali prohibitum censeatur non solum aduocatis, & procuratoribus, sed etiam clientulis.

An mulier prohibita à Statuto contrahere incidat in pœnam ex pacto quotæ litis, & præcipue quando re integra pactum reuocauit.

SVMMARIVM.

1 *Pro pacto quotæ litis non statuitur pœna clientulis, sed solum aduocatis, & procuratoribus. Et num. 5.*
2 *Pactum quotæ litis non prohibetur cessionario, seu procuratori in remsuam.*
3 *Bannimentorum ignorantia præsumitur in forensibus.*
4 *Bannimentorum ignorantia excusat forenses in casibus, in quibus pœna non imponitur de Iure communi.*
6 *Ex contractu nullo non irrogatur pœna.*
7 *Pœnitentia re integra excusat à pacto quotæ litis.*

CON-

CONSILIVM CLXXXIX.

NEque à iuribus suis, neque à tertia, seu alia parte cecidit D. Angelica ob prætensum pactum quotæ litis initum cum D Iosepho; primò enim de
1 Iure nulla est statuta pœna clientulis, & alijs passiue pactum facientibus, sed dumtaxat aduocatis, & procuratoribus, nè ratione lucri inuitentur ad victoriam Causæ procurãdam per fas, & nefas, Bart. in l. si quis aduocatorum, vers. nam sicut reproba-
2 tur, & ibi Alber. post num. 2. in fin. vers. quia præsumptio, C. de postul. Natt. cons. 145. num. 15. vers. præterea, Paris. cons. 19. num. 53. lib. 3. vbi fortius, quod nec etiam locus est pœnæ in cessionario, seu procuratore in rem suam, latè Farin. cons. 70. num. 1. & plur. seqq. lib. 1. vbi addit. in verb. passiue testatur, huius etiam iudicij fuisse Thesaurarium Cerasium, & quæst. 106. n. 66.

Neque enim in hoc casu obijci potest Statutum Vrbis lib. 1. cap. 118. nec bannimenta Vrbis, aut alia generalia Status Ecclesiastici, de quibus idem Farin. d. quæst. 106. num 67. cum pactum initum fue-
3 rit extra Statum Ecclesiasticum, & inter personas exteras Statutum, & bannimenta huiusmodi ignorantes, Afflict. decis. 290. num. 4. & quicquid sit, vbi pœna imponitur pro facto Iure communi improbato, in quo casu dissentientes, & admodum controuersæ sunt opiniones, receptissima tamen est
4 conclusio, quòd in casibus non improbatis, prout est in pacto passiuo quoad clientulos ex supra adductis, ignorantia forenses absque dubio excusat, vt latè per Farin. in fragmen. crimin. num. 9. 10. 11. & seqq.

Secundo quia neque etiam irrogatur pœna facien-
5 tibus pactum actiuè, vbi ij non exercent aduocationis, aut procurationis officium, diuersa enim militat in alijs ratio, ex adductis per eumdem Farin. d. quæst. 106. num. 56. & seqq. Peregr. de iur. Fisci, lib. 4. tit. 7. n. 16. in fine.

Tertio quia paciscens passiuè fuit mulier prohibita contrahere ex Iure suo municipali sine interuentu
6 agnatorum, aut Iusdicentis decreto; ex contractu autem nullo, absque dubio pœna non incurritur, Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 429. num. 28. tom. 1. Farin. d. cons. 70 num. 31. lib. 1. & d. quæst. 106. n. 60.

Quarto demum, quia neque etiam paciscens actiuè in hoc pacto perseuerauit, cum statim ac illud improbari percepit, recesserit ab eo, eidemque cum
7 iuramento renunciauerit, quandoquidem iuuat etiam pœnitentia quandocumque ante finem litis, multò magis re integra, antequam scilicet paciscens fuerit à Fisco præuentus, Fulgos. in d. l. si quis aduocatorum, num. 1. in fine, & num. seq. per illum textum, ponderando verbum, permanserint, C. de postul. & ibidem Aret. num. 3. vers. sed in contrarium, Farin. d. quæst. 106. num. 54. & 55. & consil. 188. num. 32. lib. 2.

ARGVMENTVM.

De excusatione à prætenso delicto vsurpatæ iurisdictionis in collatione beneficiorum, & impedimenti præstiti executioni litterarum Apostolicarum.

SVMMARIVM.

1 *Corpus delicti quando probari potest per euidentiam facti non probatur præsumptionibus.*
2 *De Corpore delicti constare debet, etiam si Princeps mandet motu proprio contra aliquem inquiri.*
3 *Corpus delicti probari debet, etiam si Reus fuerit confessus.*
4 *Valor beneficij probandus est ab allegante deductis oneribus.*
5 *Valor beneficij siue per modum negatiuum, siue per modum affirmatiuum exprimatur, probandus est ab allegante.*
6 *Valor beneficij non præsumptiuè, sed concludenter probandus est, quando proponitur per modũ obiectus.*
7 *Testi, de cuius interesse agitur, non creditur.*
8 *Valoris à mala expressione excusat similis expressio prædecessorum.*
9 *Credulitas iusta excusat à pœna vsurpatæ iurisdictionis.*
10 *A Iurisdictionis vsurpatæ pœna excusat consuetudo, vel solitum antecessorum.*
11 *Iurisdictionis vsurpatæ pœna non habet locum cessante animo, & intentione lædendi Superiorẽ maiestatem.*

CONSILIVM CXC.

VExari iustè nequit D. Hieronymus ex prætextu collationum simplicium beneficiorum annuorum fructuum, excedentium valorem vigintiquatuor ducatorum aduersus facultatem conferendi Reuerendissimo Collectori in Regno Lusitaniæ concessam; nam aut eiusmodi collationes ex Parte Fisci, & adhærentium in actis exhibitæ minimè fuerunt, & hoc casu id solum sufficiens est pro absolutione d. D. Procollectoris, ex quo non constat de corpore prætensi delicti, & quando illud pro-
1 bari potest per euidentiam facti, non censetur probari præsumptionibus, nec fama, Boss. de delict. nu. 18. 19. & seq. Marsil. cons. 5. in princ. & num. 1. & 24. Farin. quæst. 2. num. 27. post med.

Adeout etiam si Princeps motu proprio mandet cõ-
2 tra aliquem inquiri, adhuc tamen intelligi debeat si constet de delicto, & non alias, Brunor. à Sole in suo cons. crim. num. 13. vers. quod licet Princeps, & n. 163. vers. & adeò verum.

Quinimmò de corpore delicti constare concluden-
3 ter debeat, etiam si Reus fuerit sponte confessus, vt ex communi per Farin. d. quæst. 2. n. 7.

Aut vbi fuerint exhibitæ, seù alias legitimè exhibeãtur adhuc, contra assertum Reum nullatenus excessus aliquis prætendi potest, quoniam, vbi narratio, & expressio valoris processerit ab impetran-
4 tibus, & tunc ipsi impetrantes, non autem Collator tenentur expressum valorem probare, tanquam prætendentes gratiæ collationis inualiditatem, deductis scilicet oneribus perpetuis, Caputaq. decis. 328. numer. 1. & decis. 329. num. 1. par. 3.
5 siue expressio fuerit per modum negatiuum, scilicet per non excessum, siue affirmatiuum, nempe per ascẽsum ad valorem expressum per titularem, vt per Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 38. num. 52. & seq. fa. me. Greg. decis. 13. num. 5. & decis. 147. numer. 1.

Nn Vbi

Vbi verò expressio valoris non processerit à titulari, sed per collationum ipsarum productionem ipsi Collatori sit applicabilis, adhuc assertus Reus, erit in statu absolutionis.

Tum quia ex parte Fisci, & adhærentium legitimè non probatur valor beneficiorum collatorum ex-
6 cedens annuos ducatos viginti quatuor, sicut absque dubio probandus est ab allegantibus, & quidem non præsumptiuè, sed concluderet, dum proponitur per modum obiectus. Lotter. de re benef.
7 quæst. 45. num. 21. & seqq. & præsertim cum illis, qui eadem beneficia à Sede Apostolica impetrarunt ratione proprij interesse, non sit credendum, Farin. de testib. quæst. 60. num. 2. & seqq.

Tum etiam quia ex deductis in facto probatur ab hac Parte, alios collectores in d. Regno eadem beneficia contulisse sub expressione eiusdem valoris ducatorum viginti quatuor; duorum namque alterum exinde resultat, vel quod propterea ex antecedentibus collationibus fuerit sibi sufficiens testimonium valoris beneficiorum demonstratũ, ac proinde qualitatibus ex facultatibus confe-
8 rendi requisitis satisfecisse; quandoquidem hæc eximunt à mala expressione valoris, vt ex pluribus authoritatibus, ac Rotæ decisionibus per Add. ad Greg. decis. 490. num. 10.

Vel saltem excusant a pœna regulæ de vero valore. Caputaq. decis. 78. numer. 1. & seq. par. 2. Adden. ad Greg. decis. 101. num 6.

Minus autem vexatio admitti potest ob prætensa impedimenta executioni litterarum Apostolicarũ, ac monitorij, alijsque prouisionibus à tribunali A. C. emanatis, alijsque obiectis, & quia de legitima illarum præsentatione, & de assertis impedimentis nullatenus legitimè constat, & quia ea, in quibus exaduerso insistitur, non solum processerunt omnia ratione facultatum in litteris Apostolicis Reuerendiss. Collectori attributis, quæ sunt amplissimæ, etiam ad effectum, vt Collector Præsidens sit omnibus Iudicibus, tàm ordinarijs, quam etiam à Sede Apostolicam delegatis; siquidem
9 Vicecollector tanquam subrogatus loco Collectoris exercens iurisdictionem eidem officio concessam nec de vsurpatione iurisdictionis, nec de pœna ob prætensum excessum damnari potest ex suæ iurisdictionis exercitio, adeout proinde excusetur, etiam si crediderit id sibi licere, prout in processu dixit, & protestatus fuit, Bertaz. cons. crim. 11. num. 6. per tot. cum seq. lib. 1. ac ita vt prætendi nequeat vsurpatio iurisdictionis, præci-
10 puè dum etiam antecessores Collectores ita iurisdictionem exercere soliti fuerunt, & in eadem quasi possessione illam exercendi fuerunt, Hond. cons. 100. num. 81. vers. aliud fundamentum Fisci, lib. 2.

Sed nullatenus dolus aliquis in eiusmodi iurisdictio-
11 nis exercitio probatur, quinimò ex deductis in facto prorsus cessat animus, & intentio vsurpandi, & lædendi superiorem maiestatem, vt plenè per Farin. quæst. 113. num. 20.

ARGVMENTVM.

An bannitus ex gratia Principis restitutus recuperet bona confiscata, & in tertium translata?

SVMMARIVM.

1 *Sententia condemnatoria non trasfert possessionem in Fiscum absque apprehensione.*
2 *Fisco non dicuntur bona incorporata absque possessione.*
3 *Ad incorporationem bonorum Fisco sufficit descriptio.*
4 *Ad incorporationem bonorum Fisco sufficit cessio ad fauorem tertij.*
5 *Bannitus restitutus in gratiam Principis non recuperat bona in tertium traslata ex causa solutionis pecuniæ.*
6 *Bannitus in gratiam Principis restitutus cum clausula præterquam quoad incorporata, non recuperat bona in tertium traslata à Fisco. Et num. 8.*
7 *Legitima filij, & commoditas percipiendi fructus durante eius vita naturali confiscatur non obstante fideicommisso ex Constitutione Sixti V. contra bannitos, & facinorosos.*

CONSILIVM CXCI.

Conclusio, quod sententia condemnatoria non transfert possessionem in Fiscum absque appræ-
1 hensione, & consequenter sine apprehensione non dicantur bona Fisco incorporata, Boss. de public. bon. num. 26. Honded. cons. 42. num. 29. lib. 1. Ruin. cons. 25. num. 14. lib. 4. Eugen. cons. 2. num.
2 30. non applicatur huic casui non obstantibus deductis per Farin. in fragment. verbo, bona, nu. 116. & Rot apud Seraph. decis. 965. num. 5. & decis. 998. num. 6. & decis. 86. num. 4. post. lib. 1. cons. Farin. tum quia satis constat de incorporatione, dum in transactione inita inter Fiscum, & tertium acquisitorem expresse dicitur, Fiscum bonorum delinquentis possessionem apprehendisse, & in ea exi-
3 stere, cum negari non possit quin exinde resultet descriptio sufficiens ad incorporationem ex adductis per eumdem Farin. in fragment. verb. bona, num. 116. post princ. vsque ad finem.

Tum etiam quia ad incorporationem satis est ipsa
4 cessio, quam Fiscus fecit ad tertij acquisitoris fauorem, & præcipue ad effectum, vt restitutio huiusmodi bona cessa non capiat, & præsertim stante clausula preterquam quoad bona incorporata, ita enim comprobat, & admittit quoque Seraph. exaduerso adductus, decis. 998. num. 2. & decis. 965. num. 5. vers. neque obstat.

Neque enim obstat, quod Seraph. d. decis. 998. nu. 8. & seq. dicat, quòd quando Fiscus sequuta confiscatione bonorum tradit bona ijs, quibus ex fideicommisso debentur, tunc illa bona non dicantur confiscata, nec Fisco incorporata, eaque sequuta restitutione etiam cũ clausula præterquã quoad bona in alium translata recuperentur per resti-
5 tutum, quia nec applicari potest huic casui, quo cessio non emanauit ex causa fideicommissi, sed ex causa solutionis scutorum 1200. & propterea non potuerunt per restitutum recuperari, vt per eumdem Seraph. ead. decis. 998. num. 13.

Minus autem releuat, quod bona confiscari non possent, stante fideicommisso paterno cum expressa
6 alienationis prohibitione, tum quia neque etiam datur facultas restituto per viam iustitiæ, ne dum gratiæ, quando restitutio habet hanc clausulam preterquam quoad incorporata, Seraphin. d. decis. 998. num. 13.

Tum

ſum etiam, quia cadebat ſub confiſcatione legitima
7 debita ipſi delinquenti tanquam filio, & commoditas percipiendi fructus, durante vita naturali ipſius delinquentis,ſtãte Conſtitutione Sixti Quinti, vt per Farin.quæſt.15. num.39. verſ. limita tertio, & numer. 40. cum immò ſufficiat ſola legitimæ confiſcatio ad effectum,vt locus ſit liberationi prouenienti ex confiſcatione,dum non ideò minus cõfiſcatio eſt vniuerſalis tanquam illa, quæ capit res omnes ipſius delinquentis.

Quod autem reſtitutus recuperet omnia, quæ amiſe-
8 rat,procedere poſſet in ſimpliciter reſtituto, non in reſtitutione limitata, præterquam quoad incorporat,vt in ſæpius citata deciſione Seraph.998. num.13. vbi idem intelligit quando reſtitutio fit per viã iuſtitiæ,& non gratiæ cum dicta clauſula.

ARGVMENTVM.

Data dilatione ad perquirendum contumacem an ſit danda alia dilatio ad certiorandum, & præſentandum.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio ad perquirendum contumacem danda eſt cuicumque comparenti, alioquin proceſſus eſt nullus.*

2 *Poſt dilationem ad perquirendum contumacem denegari non poteſt alia dilatio ad certiorandũ, & præſentandum,alioquin proceſſus eſt nullus.*

3 *Dilatio noua non denegatur, quando præcedens aſſignata fuit ad alium effectum.*

CONSILIVM CXCII.

QVamuis in caſu,de quo agitur aſſignata fuerit dilatio ad perquirendum, quemadmodum aſſi-
1 gnari debuit ad inſtantiam cuiuſcumque comparentis ſine mandato, quia alioquin proceſſus fuiſſet nullus,Afflict.in conſtit.edictorum, lib.1. rubr. 96.in 13.not.num.22. Foller. in pract.crim. in verb. audiantur excuſatores,num. 10.& ſeqq.Gig.tit.qualiter in crimine læſæ maieſt.proc.cap.18. nu.6. præcipuè ad fin.Chartar.de exequut.ſent.cap.ban.num. 266.& ſeq.Farin.quæſt.99.num.293.

Tamen inſtante quocumque poſt dilationem aſſigna-
2 tam ſolùm ad perquirendum, denegari Iure non poteſt alia dilatio ad certiorandum prætenſum cõtumacem,eumque abſentem præſentandum, cum etiam eiuſmodi dilatio ad certiorandum, & præſẽtandum abſentem ſit decernenda, & alias pariter proceſſus ſit nullus,Farin.quæſt.11.num.52.ad med. verſ.quod ſi allegatur Iudici, dicens, quod ſi allegatur Iudici ſimpliciter abſentia non ex aliqua cauſa neceſſaria,aut probabili, conſtito de dicta abſentia etiam per aliquam leuem probationem, puta per iuramentum,ſtatuit idem Iudex competentem terminum iuxta loci diſtantiam, ad ipſum Reum abſentem certiorandum, Clar. in prax.crim. quæſt. 34.num.1.in fin.verſ.cœterum, vbi etiam quod Iudice negante hunc terminum ad certiorandum, ſiue comparendum, proceſſus eſt ipſo Iure nullus, idemque Farin.d.quæſt.99.num.293. quatenus firmat,Iudicem debere dare terminum competentẽ ad perquirendum,certiorandum,& præſentandum, quamobrem ex ſola præfixione termini ad perquirendum, non poteſt cenſeri ſatisfactum qualitati certiorandi,& præſentandi.

Et ratio etiam eſt euidens, quia non denegatur noua
3 dilatio,quando præcedens aſſignata fuit ad alium effectum,Guazzin.defenſ.24.cap.5. num.4. poſt Farin.quæſt.39.num.5.

ARGVMENTVM.

Scribens apologiam, & litteras Superioribus per viam recurſus, & denunciationis continentes infamiam alterius, an incidat in delictum libelli famoſi.

SVMMARIVM.

1 *Libellus famoſus eſt compoſitio in ſcriptis in alicuius infamiam in publico iactata, vel in loco vbi inueniatur.*

2 *Diſpoſitio talis iudicanda, qualis eſt finis, ad quem dirigitur.*

3 *Libellus famoſus non datur ceſſante dolo.*

4 *Peccata nocentium nota eſſe oportet.*

5 *Libellus famoſus non datur ceſſante publicatione.*

6 *Libellum famoſum excludit recurſus, & denunciatio ad Superiores.*

7 *Libellus famoſus non dicitur, quando editur miniſtris iuſtitiæ ad effectum iudicij.*

8 *In officiale denunciante nõ præſumitur calumnia.*

9 *Memorialia porrigens in alterius infamiam ſuperiori, ſi probet, non tenetur actione iniuriarum nedum pæna libelli famoſi.*

10 *Superiores Regularium ſunt primo Priores, ſecundo Prouinciales, & tertio Generalis.*

11 *Abbates non poſſunt inijcere minus in ſuos Regulares per ſe, vel per alios ſine iuſta cauſa.*

12 *Corpus delicti probari debet, etiam ſi Princeps mandet motu proprio contra aliquem inquiri.*

CONSILIVM CXCIII.

NVlla probabili ratione prætendi poteſt apologiam, de qua agitur, cenſeri poſſe libellum famoſum, quia cum ad eſſentiam famoſi libelli requiritur applicatio communis illius diffinitionis,
1 quod ſit compoſitio facta in ſcriptis in alicuius infamiam eius, quod quis probare non vult,& in publico iactata,vel In loco vbi inueniatur,vt ex ſumm. Silueſtr.in rubr.de libello,num. 4.& ſumm.Angel.in verb.libellus famoſus, in principio,per Farin. quæſt. 105.nu.421.vtique abſque dubio ceſſantibus qualitatibus prædictis in hoc caſu, prætextus exaduerſo aſſumptus omni prorſus deſtruitur fundamento.

Etenim apologia non ſolum legitur ſcripta ad finem defenſionis propriæ exiſtimationis R. P. ſcribentis, & detegendi propriam innocentiam aduerſus iniurias ſibi verbis, & facto ab inferioribus illatas, omnis namque diſpoſitio talis iudicanda, qualis eſt finis, ad quem dirigitur, Bald. in c. 1. §. prætereanum.1. poſt. princ. verſ.inſpiciendum quib. mod. feud.amitt. Brun.conſ.31.nu.38. lib. 5. Reuerendiſſimus Vrgellen.tract.de cond. & mod. impoſ.par.3. cap. 7.num.23. Surd. deciſ.68. num.9. in fin. & ſeq. quamobrem nec termini famoſi libelli dantur ceſ-

 ſante

sante dolo, l. lex Cornelia, 5. §. si quis librum, ibi dolo malo fecerit, ff. de iniur. & famos. libell. Plot. cons. 131. num. 7. inter cons. crim. diuers. lib. 1. Baiar. ad Clar. §. fin. quæst. 68 num. 62. Claud. ad Bertaz. cons. 237. litt. D. vers. secundo requiritur, lib. 1. Gabr. inter cons. Farin. cons. 30. num. 176. vers. sane, lib. 1. Cephal. cons. 341. num. 10. lib. 3.

Et non solum in R. P. scribente cessauit voluntas non probandi, quod scripsit, imò scripsit ea, super quibus iam testes examinati fuerant, quosque formiter, & iudicialiter repeti, aut denuo examinari instabat pro scriptorum veritate indaganda in delinquentibus, non etiam innocentibus puniendis; talem autem voluntatem non esse punibilem, imò eum, qui nocentem infamauit, non esse bonum, aut

4 æquum ob eam rem condemnari, quia peccata nocentium nota esse, & oporteat, & expediat, inquit in verbis textus in l. cum qui nocentem, 18. ff. de iniur. & famosis libellis, Gomez. var. resol. tom. 3. cap. 6. de iniur. num. 2. vers. dubium est, & vers. tamen illud, Host. & alij in c. 1. de maledicis, Plot. in epit. delict. cap. 4. num. 2. in fin. & num. 3. & comprobat Siluestr. in ver. libellus famosus, num. 5. ad med. vers. quia expedit.

Sed etiam, quod tollit omnem dubitandi scrupulum,

5 quia non etiam dantur termini famosi libelli cessante illius publicatione, text. est in l. vnica, post princ. vers. sed vim earum manifestauerit, C. de famos. libel. & in c. 1. in verb. in publico, 5. quæst. 1. vbi etiam Bellamer. Archid. & Præpos. in princ. & ibidem Turrecremata ante num. 1. vers. scripturam, Farin. d. quæst. 105. num. 485. & 487.

Neque enim subsistentiam aliquam habet prętextus, quod publicatio insurgat ex litteris per hunc R. P. scriptis Reuerendissimo P. Generali, ac ex scriptis

6 Patribus Prouinciæ Superioribus, nam recursus huiusmodi absque dubio excludit qualitatem libelli famosi, cum succedat loco denunciationis, & querelæ, Clar. §. fin. quæst. 7 in princ. Scacc. de iudic. cap. 30. in princ. lib. 1. & propterea ex editio-

7 ne libelli ministris iustitiæ ad effectum iudicij appareat, non ad infamiam aliorum scribi, sed ad effectum, vt ad notitiam Iudicum excessus deueniant, vt per Gabr. inter cons. Farin. cons. 30. nu. 183. eundemque Farin. loquentem in litteris scriptis Consiliariis Imperatoris, cons. 123. num. 5. & plenè per Hond. Lancell. & Eug. subscribentes Hondedei cons. 112. per tot. lib. 1.

Nullaque est difficultas hoc casu, quo iniuria illata fuit huic R. P. non tanquam priuato, sed tanquam Priori in proprio conuentu, cui præsidebat ab illius

8 fratribus, nam propterea denunciationem, quam fecit mediante dicta apologia, censetur fecisse ratione dicti officii, & offensæ dignitatis Religionis, quandoquidem cessat exinde qualibet calumniæ præsumptio, Alber. in l. & quidem, num. 9. in fin. C. de accus. Boss. tit. de denunc. nu. 5. Conradus eod. tit. num. 11. Amod tract. de sindic. num. 85. Menoch. de arbitr. cas. 311. num. 23.

Multoque minus dum deducta in d. apologia suppo-

9 nuntur per testes de visu respectu facti, & de auditu respectu verbalis iniuriæ dicti R. P. probata, & in forma iudicij inter Regulares probari posse, iuxta Constitutionem Bonifacij Papæ Octaui, quæ habetur in pract. crimin. de mod. corrig. Regul. Fr. Octauiani Spatharij tract. 3. cap. 19. num. 2. quia in hoc casu verior, & magis recepta est opinio, quod porrigens supplicationes, vel memorialia Superioribus, in quibus aliquis infametur, nedum minimè teneatur pœna famosi libelli, sed nec iniuriarum actione, vt ex Bertaz. cons. 390. alias 391. num. 13. & seqq. & per tot. Magon. decis. Florent. 25. per tot. & alijs per Farin. d. quæst. 105. num. 240. per tot.

Superiores namque Regularium esse primò Priores, se-

10 cundo Prouinciales, & tertiò Reuerendissimum Generalem, est certum, vt per Thom. Triuisan. tract. de mod. & ord. proc. crim. inter Regul. cap. 4. quem refert in sua decis. Veneta 36. num. 1. lib. 1.

Hinc igitur euidens patet iniustitia carcerationis dicti R. P. cum enim non constaret de corpore prætensi delicti famosi libelli ob deficientiam tam illius essentiæ, quam publicationis, neque etiam locus erat inquisitioni, nedum carcerationi, Farin. de inquis.

11 quæst. 1. num. 6. adeout etiam Abbates vbi iniiciant manus per se, vel per alios in suos Regulares sine iusta causa, non solum sint excommunicati, sed etiã quando id agendo ex causa Regularis disciplinæ modum excedant, vt per Abb. in c. vniuersitatis, 24. num. 2. cum num. 9. de sent. excom.

Neque huius iniustæ carcerationis exequutori suffragari possunt litterę Reuerendissimi P. Generalis, & quia sunt conditionales in casu verificationis publicationis, & quia nec Iudex ordinarius, nec dele-

12 gatus, etiam si Princeps motu proprio committat inquisitionem, potest ad eam procedere, non constito de corpore delicti, cum commissio intelligatur quatenus de illo constet, Brunor. à Sol. suo consil. 143 vers. & hoc adeo verum, quem sequitur Farin. quæst. 2. num. 1. ad fin.

ARGVMENTVM.

Pœnæ impositæ contra committentes duella an intrent, quando non constat de electione certi loci & temporis, nec de specifica acceptatione prouocationis.

SVMMARIVM.

1 *Duelli pœnæ impositæ à Concilio Tridentino, & Bullis Summorum Pontificum ante Concilium non procedebant nisi in duello sumpto in magis proprio significatu.*

2 *Duelli pœnæ impositæ à Tridentino extenduntur à Constitutionibus Apostolicis ad priuata duella, in quibus non interueniunt patrini, vel aliæ publici duelli qualitates.*

3 *Duellum ad effectum Constitutionum Apostolicarum non dicitur, nisi præcedat pactio de loco, & tempore.*

4 *In Duello non sufficit eligere Ciuitatem, vbi sit pugnandum nisi eligatur locus magis certus, & particularis.*

5 *In Duello non sufficit designatio temporis incerti.*

6 *In Duello non solum publico, sed priuato requiritur certitudo loci, & temporis.*

7 *Duellum non dicitur acceptasse is, qui respondet se promptum ad defensionem.*

CON-

CONSILIVM CXCIV.

Miles Spoletanus non videtur propositum à Milite Mutinense duellum acceptasse, itaut in pœnas Constitutionum de duellis incidisse dici pos-
1 sit, quia licet pœnæ impositæ contra committentes duella ex dispositione sacri Concilij Tridentini sess. 25. cap. 19. de reformat. & Bullarum Summorum Pontificum ante editionem dicti Concilii, quæ non procedebant nisi in duello sumpto in magis proprio, & potiori significatu, in casu scilicet, in quo interuenissent in eo Superioris authoritas, Iudex, patrini, locus tutus, & alia requisita, de quibus post alios Farin. consf. 9. num. 2. 12. & seqq. & num. 25 seqq. & 34. lib. 1. vbi quod ita fuit etiam iudicatum, vt etiam per Nauar. consf. 2. num. 1. & seqq. tit. de purgatione vulgari, lib. 5. & per Sanchez in summ. ad præcept. Decal. lib. 2. cap. 39. num. 22. extendan-
2 tur nihilominus ad priuata duella, in quibus non interueniunt patrini, loci securitas, litteræ prouocatoriæ, vel aliæ publici duelli qualitates, ex Constitutionibus fel. rec. Gregorij XIII. in nouo Bullario 78. par. 2. fol. 461. & Clementis VIII. in eodem Bullar. Constit. 11. par. 3. fol. 13.

Tamen in casu de quo quæritur, neque etiam duello priuato locus est; quoniam neque etiam Consti-
3 tutiones prædictæ Gregorij, & Clementis procedunt, nisi ante congressum inimicorum præcedat pactio de loco, & tempore duelli, vt sunt verba expressa earumdem Constitutionum, ibi, qui ex condicto statuto tempore, & in loco conuento monomachiam commiserint, vt per Farin. d. consf. 9 num. 35. verf. ergo, lib. 1.

Eiusmodi autem qualitates nedum minimè concurrunt, sed prorsus excluduntur.

Non enim concurrunt, quia pactio respectu loci non
4 videtur sufficiens, si eligatur Ciuitas, non expresso alio loco magis certo, & particulari, quia non in tota vna Ciuitate, siue territorio oportet pugnare, sed in parte, vt inquit Ioannes de Castillo tract. de duello, lib. 3. cap. 4. in princ. in nouiss. tract. tom. 12. fol. 289.

Idemque procedit quoad tempus, quia non sufficit
5 designatio temporis incerti, sed specificari debet dies certa, vt per eumd Ioan. de Castil. vbi supra, cap. 5. in principio.

Et quamuis prædicta procedant in publico, tamen
6 recipiuntur etiam in duello priuato, Sanchez ad præcept. Decalog. d. lib. 2. cap. 39. num. 24. in princ. & num. 28. etiam in princ. Reginal. in praxi fori pœnitent. lib. 21. cap. 7. numer. 73. post med. quatenus vterque loquens in terminis earumdem Constitutionum Gregorij XIII. & Clementis Octaui requirit pariter tam loci, quã temporis certitudinẽ.

Excluduntur verò, dum intentionem, quam habuit Miles Spoletanus, explicitè declarauit præcisis hisce verbis, io sono Christiano, e non accetto duelli, ma camino per la Città con la mia spada sola, e la prima volta, che c'incontraremo, gli darò sodisfattione; quandoquidem exindè clarè constat, no-
7 luisse duellum acceptare, sed paratum se fuisse ad defensionem quandocumque fuerit inuasus, vt in his terminis firmant ijdem Sanchez ad præcept. Decalog. d. cap. 39. num. 10. & Reginald. in dicta prax. for. pœnitent. lib. 21. cap. 7. num. 80. ante med. eiusdemque sensus videtur Lessius de iust. & iure, lib. 2. cap. 9. dubit. 12. n. 84. in fine.

ARGVMENTVM.

An sit locus criminalitati contra Collegium ex prætextu, quod exegerit pœnas, alienauerit officium notariatus, & condiderit Statuta.

SVMMARIVM.

1 *Inuestitus de iurisdictione, & emolumentis censetur priuatiuè quoad ipsum inuestientem.*
2 *Obseruantia declarat iurisdictionem inuestiti.*
3 *Pœnæ sunt fructus iurisdictionis.*
4 *Pœnarum exactio ad eum pertinet, qui cõdemnat.*
5 *Notariorum electio spectat ad Iudicem.*
6 *Collegium semper viuit tanquam persona ficta, & repræsentata.*
7 *Principis tolerantia operatur consensum.*
8 *In Iurisdictionis vsurpatæ crimine requiritur dolus. Et num. 11.*
9 *In facultate data condendi Statuta compræhenditur facultas reuocandi.*
10 *Collegia approbata habent facultatem condendi Statuta.*

CONSILIVM CXCV.

Non videtur esse locus criminalitati in aliquo ex capitibus, ex quibus contra Collegium inquiritur, siquidem nullo iure attribui delicto potest, quod pęnas, quas Camera ex Constitutione Pij V. & Pauli Quinti sibi applicandas prætendit, Collegium sibi exegerit, quia sicut in dubium reuocari non potest, quin ex Constitutione Clementis Septimi confirmata à Iulio Tertio, & alijs, & præsertim Pio Quarto, Gregorio XIII. & Clemente Octauo attributa sit Collegio, eiusque Prothomedico iurisdictio tam ciuilis, quam criminalis cum facultate imponendi certas pęnas tam sibi, quam accusatoribus, & officialibus exequentibus applicandas, ita absque dubio cessat ex eiusmodi indulto
1 omnis prorsus criminalitas, cum immò inuestitus de iurisdictione, & eius emolumentis censeatur priuatiuè quoad ipsum inuestientem, c. Imperialem, §. fin. de prohib. feud. alien. per Frider. Bal. in l. 1. quæst. 43. num. 35. ff. de rer. diuis. Natt. consil. 409. num. 1. & per tot. Neuiz. consf. 61. numer. 11. Brun. consf. 27. num. 18. Osasc. decis. Pedem. 29. numer. 8. & consf. 65. num. 2.

Et præsertim dum concurrit non solum consuetudo,
2 & obseruantia à Clemente Septimo citra semper seruata, etiam mediantibus publicis impressis edictis singulis annis de mandato Prothomedici per loca publica Vrbis affixis, adeoquod ipse Procurator Fisci regalia exinde pro sua portione recepit, quibus stantibus Camera Principis non impedit, vt per Aluarot. in c. 1. §. si quis aliquem, nu. 6. vers. item intelligas, de pace tenenda.

Sed etiam vltimo loco reformatio fel. recordat. Pauli Quinti in tit. de Prothomedico, cum enim in hac caueatur expresè, quòd in delictis, in quibus venit imponendi pęna pecuniaria vsque ad aureos 25. Prothomed. c. s exercere possit iurisdictionem criminalem, denegata solum inflictione pęnæ corporalis, vtique satis exindè constat etiam absque

... facultate Collegium poſſe ſibi pęnas vſque ad
ſummam prædictam applicare, poſtquam cum pę-
næ ſint fructus iuriſdictionis, Bald.in l. fin. num.5.
verſ.modo quæritur, C.de fruct.& lit.expenſ.& in
l.fin.vbi etiam cœteri communiter, ff. de iuriſdict.
omn Iud.Boſſ.tit.de crim.læſæ maieſt.nu.85. Corn.
conſ.243.num.7.lib.4.Io:de Amic.conſ.49. nu. 10.
Schrader.de feud.par.10.ſect.3. num. 92. Rota lo-
quens in hac eiſdem terminis de iuriſdictione
Collegij Medicorum in Romana pœnarum 15.de-
cembris 1610.coram Illuſtriſſimo ſacrato, proin-
4 de pœnarum exactio,& applicatio ad eum perti-
net,qui condemnat,c.ſtatuimus,& ibi glo.in verb.
bannum,16.quæſt.1.c.quiſquis,17.numer.4.c.dile-
ctus,de offic.Ordin.& c.2.de delict.puer. cum alijs
per Rot.in Tudertina damnorum datorum 9. de-
cembris 1602.coram Lancellotto.

Eademque ratione aſcribi delicto minimè poteſt a-
lienatio officij notariatus, nam non ſolum habet
Collegium facultatem eligendi notarios, ex eadē
Conſtitutione Clementis ſeptimi ſæpius, vt præ-
fertur,confirmata, ſed ſuppoſita iuriſdictione in
Collegio,habet etiam eamdem facultatem de Iu-
5 re,cum electio notariorum ſpectet ad Iudicem
iuriſdictionem exercentem,non ad alios, textus
eſt in c.ſtatutum,§.notarium, de reſcript. in 6. vbi
Gemin.& alii,& in c.quoniam contra,vbi Felin. n.
4.& Bero num.46. & ſeqq. de probat. Bald. conſil.
137.lib.3.Aſin.in prax.§.14.cap.20.n.1.& ſeqq.

Nec obſtat Conſtitutio Sixti Quinti in append. noui
Bullar. 1. alias 106. tum quia loquitur de officiis
conceſſis in titulum, vel in remunerationem la-
6 borum,vel in ſubſtentationem, aut inopiæ ſuble-
uationem,prohibens propterea illorum alienatio-
nem ſucceſſoribus,& extraneis, quamobrem ap-
plicari nequit notariatui, cuius deputatio perti-
net ad Collegium ratione iuriſdictionis, quod cū
ſemper viuat tanquam perſona ficta, & repræſen-
tata, propterea non dicitur habere ſucceſſores,
Gemin.conſ.65.num.10.verſ.nec obſtat, gloſ. in c.
alienationis,17.quæſt.2.Feder.de Sen. conſil. 295.
in fin.

Tum etiam,quia ad venditionem ſæpè,& ſæpius pro-
ceſſum fuit occaſione ſecretariatus Collegii ipſi
notariatui annexo cum applicatione prouentuū
ad ipſum Collegium ſpectantium palam,ac bona
fide ab annis ſupra 50.permittente etiam Sanctiſ-
ſimo, qui aliquando pretium ex gratia reſtitui
7 mandauit ad beneficium filiorum notarii priuati,
ſiquidem vel exinde ſatis reſultat titulus, ſeu ap-
probatio huius facultatis alienandi, l.quidam con-
ſulebant,in fine,vbi Iaſ.& alii,ff.de re iud. glo. in c.
ſtatutum,in verb.litterarum, de reſcript. in 6. Put.
deciſ.448 aliàs 438.lib.1.cum immò ſola toleran-
tia in Principe faciat conſenſum, Burſatt. conſil.
177.numer.45.& ſeqq.Maſcard.de probat.concluſ.
162.num.8.

Vel ſaltem tollitur exinde omnis prorſus occaſio,
Collegium ratione prætenſæ vſurpationis crimi-
8 naliter inquietandi, nam propterea ceſſat omnis
dolus in hoc aſſerto crimine vſurpationis omninò
requiſitus,quinimmò ex continuatione poſſeſſio-
nis,aliiſque ſupra deductis nedum dolus excludi-
tur,ſed immò bona fides cauſatur,l.3.ff.ad leg.Iul.
maieſt.Gigas de crim.læſæ maieſt.tit.qualiter, & à
quibus,cap.22.num.13.Menoch.de arbitr.caſ.320.
num.2.Hond.latè conſ.100.num.20.29.54.81.verſ.
aliud,& ſeq.& penè per tot. lib. 2. Farin. quæſt.14.
numer.20.110. & ſeqq. Gabr. conſ.167. numer.50
lib. 2.

Minus autem prætendi poteſt criminalitas ex diuer-
ſis ſtatutis,ſeu ordinationibus editis à Collegio,&
quia habet Collegium hanc facultatem,ex eadem
9 Conſtitutione Clementis Septimi,etenim data fa-
cultate condendi,abſque dubio comprehenditur
etiam facultas reuocandi, l.fin. C. de legib. Gabr.
conſ.582.num.5.ſeqq.& per tot.lib.2.Surd.conſ.58.
n.12.verſ.ex quibus,& num.ſeq.lib.1.

Et quia Collegia approbata habent de Iure faculta-
10 tem condendi Statuta,Bart.in l.omnes Populi,nu.
6.ff.de iuſt.& iur.Bald.Salic.& alii in l. fin. C. de iu-
riſd.omn.Iud.Decian.tract.crim.lib.7.cap.20. de
11 Colleg.num.11.cum immò neque carens autho-
ritate puniatur crimine huius vſurpationis, niſi
quando probatur dolus tendens ad vſurpationem
iuriſdictionis Principis,vt poſt alios per Farinac.d.
quæſt.114.num.12.iuncto d.n.20.

ARGVMENTVM.

Is,qui recepit certam ſummam pro præſtanda fideiuſſione, & negauit recepiſſe in eam cauſam,an criminalitati ſubiaceat.

SVMMARIVM.

1 *Pro fideiuſſione licitum eſt aliquid recipere.*
2 *Petenti plus debito totum licitè negatur.*
3 *Acceſſoria pertinentia ad delictum non dantur, vbi non datur delictum.*
4 *Mendacium non facit inditium,quando conſiſtit circa id,quod ſi Reus confeſſus fuiſſet, non ſibi præiudicaſſet.*
5 *Negans interfuiſſe rixæ etiam ſi de contrario cō-ſtet,non inditiatur de rixa.*
6 *Inditia non deſumuntur ex iis,quæ ſtare poſſunt ſine delicto.*

CONSILIVM CXCVI.

VIdetur hæc vexatio ab omni iuſtitia aliena,quia
cum ex alias adductis conſtet,neque etiam ex
deductis in querela exceſſum punibilem,crimina-
1 liter reſultare,ex quo pro fideiuſſione licet aliquid
recipere, quantitas autem receptionis concernit
huius pactionis iuſtitiam, non autem efficit con-
tractum illicitum,ac punibilem,ex cōmuni Theo-
logorum,& Canoniſtarum opinione,quam etiam
Rota ſequitur,vt deciſ.679.num.2.par.1. diuerſor.
& ſan.mem.Gregor. deciſ.76. num. 4. & deciſ.161.
num.1.

Fruſtra exaduerſo inſiſtitur in prætextu,quod crimi-
naliter agi poſſit ex eo,quia D.Io:Baptiſta negaue-
rit recepiſſe pecunias ad effectum ſe obligandi,
2 quoniam præterquamquod petenti plus debito
totum licitè negatur,Menoch.de arbitr.caſ.77.nu
15.Aſin.in prax.§.32.cap.2.limit.10. num.1.& ſeq.
Caputaq.deciſ.108.n.12.& ſeq.par.2.

Huiuſmodi negatio nullum præſefert inditium, in
quo Curia,& adhærens ſe fundare poſſint,tum quia
dum tam querelæ, quam inquiſitio in hoc caſu
formata non continet delictum, aut crimen puni-
bile,impoſſibilis eſt applicatio prædicti, vel alte-
rius

tias cuiuscumque prætensi inditij, cum non dentur accessoria pertinentia ad delictum, vbi delictū ipsum non datur, Boss. de delicto, num. 26. ante fin. vers. nam qui vult, Bald. cons. 461. num. 1. & plurib. seqq. lib. 4. Paris. cons. 167. num. 1. in fin. lib. 4. Gram. cons. crim. 36. num 8. post med. Caball. resolut. 286. num. 3. & 4.

Tum etiam quia nunquam ex mendacio resultat a-
4 liquod inditium quando illud, super quo dicitur emanasse, vbi ab initio liberè fuisset confessum, non fuisset pertinens ad delicti substantialia, itaquod neque inditium ad delictum fecisset, Marsil. cons. 15. num. 15. ad med. vers. præterea etiā respondeo, & num. seq. & cons. 51. numer. 66. ante
5 med. ver. quia illud, quod negarunt, inferens, quòd negans interfuisse rixæ, vel in loco ipsius non propterea de rixa iuditiatur, quamuis constet, eum mentitum, quia existentia in loco rixæ de per se, alio non probato, non infert delictum, Boss. de indit. num. 36. post princ. vers & tale mendacium, Bertaz. cons. crim. 59. num. 6. & 7. & cons. 60. nu. 11. lib. 1. Farin. quæst. 52. num. 14. & cons. 60. numer. 69. lib. 1. & cons. 127. num. 9 & 36. & cons. 192. num. 21. ante med. vers. tum etiam quia si falsi fuissent, lib. 2. & cons. 222. numer. 14. lib. 3. Giurb. cons. crimin. 87. num. 27.

Et hinc est, quod neque etiam inditia alicuius consi-
6 derationis desumi possint ex ijs, quæ possunt stare absque delicto, Vulpell. cons. 97. nu. 3. Barsatt. cons. 336. num. 16. lib. 3. Farin. cons. 37. num. 20. lib. 1. & cons. 147. numer. 39. post med. vers. ex regula communi, lib. 2.

ARGVMENTVM.

Falsitas ex rasura & immutatione litterarum in libro priuato reperto penes aliquem an sit punibilis quando apparet, librum extitisse penes alios, & quando aliunde cedabat præiudicium tertii.

SVMMARIVM.

1 *Falsitas dicitur, quando quis probatur scripsisse dixisse, fecisse, vel vsum fuisse aliquid, vel aliquo falso.*
2 *Falsæ scripturæ inuentio penes aliquem non arguit in eo suspicionem falsitatis nisi concurrente eius commodo, & interesse.*
3 *Falsitatis præsumptio ex commodo, & interesse non sufficit ad condemnandum, neque ad torquendum alijs non concurrentibus.*
4 *Ad Falsitatis probationem requiritur vsus etiam in fabricante, quando fabricatio non deducitur nisi præsumptiuè.*
5 *Falsitatis præsumptio resultans ex commodo pluribus applicabilis destruitur ratione incertitudinis.*
6 *Falsitas ex rasura, vel immutatione litterarum quando ab alijs potuit fieri, Reus excusatur.*
7 *Scriptura, quæ prætenditur falsa, quando stetit penes duos, nemo ex eis ratione incertitudinis puniri potest.*
8 *Obseruantia excludit falsitatem.*
9 *Falsitas nec actu, nec habitu nocibilis non punitur, neque etiam extra ordinem. Et num. 12.*
10 *Falsitas commissa in libro memorialium scribentis non est punibilis.*
11 *Falsitas commissa in scriptura priuata scribentis, an sit punibilis controuersa est quæstio.*
13 *Falsitas non est nocibilis, quando Parti aliunde est consultum per productionem sumpti sine immutatione.*
14 *Exemplum nocere non potest, vbi veritas haberi potest ab originale.*
15 *Collegia approbata habent de Iure authoritatem condendi Statuta.*
16 *Statuta qui potest condere, potest etiam reformare, & reuocare.*
17 *Gratia etiam sub decreto irritante reputatur conditionalis, nisi gratiatus nolit acceptare.*
18 *Iurisdictionis vsurpatæ crimen non datur sine dolo.*

CONSILIVM CXCVII.

INiusta videtur vexatio D. Matthæi, ratione prætēsæ falsitatis, quia cum exaduerso non probetur,
1 illum scripsisse, dixisse, fecisse, aut vsum fuisse aliquid, vel aliquo falso, nec eidem aliqua ratione falsitas, quæcumque prætendatur, imputari potest, Menoch. de arbitr. cas. 319. num. 1. & seqq. Mascard. de probat. concl. 739. num. 16. lib. 2. Baiard. ad Clar. §. falsum, num. 6. & seq.

Nec obstat, quod data falsitate libri in pluribus partitis, oriatur præsumptio, quòd illa commissa sit vel ab eo, penes quem liber reperitur, vel ab eo, qui ex illa falsitate commodum sentit, quoniam nec liber fuit repertus penes D. Matthæum, quan-
2 do falsitas, vt prætenditur, fuit detecta, nec talis inuentio arguit aduersus eum, penes quem reperitur, falsitatis suspicionem, nisi demum in eodem concurrat commodum, & interesse, vt per Rot. apud Card. Caualer. decis. 82. num. 8. vers. tandem, & num. seq.

Prætensum autem commodum, & interesse non arguit delicti præsumptionem, quæ releuet, quia
3 præterquam quod præsumptio resultans ex commodo est adeo debilis, vt non solum minimè sufficiat ad condemnandum, sed neque etiam alijs non concurrentibus, ad torquendum, Boss. de indit. nu. 63. Honded. cons. 96. num. 68. lib. 2. Farin. quæst. 52. n. 153. & quæst. 153. n. 210.

Adhuc in casu, de quo agitur, non est considerationis; primò, quia, licet falsitas committatur fabri-
4 cando, & vtendo, & vbi prætenditur fabricatio, punibilis sit absque vsu, tamen vbi non arguitur fabricatio nisi præsumptiuè ratione commodi, tunc præsumptio nullius est releuantiæ, nisi etiam probetur vsus, Boss. de indit. num. 58. ad med. vers. & si dicas, & vers. respondetur, inquiens vsum requiri tam ex textu, in quo fundatur conclusio contraria, in l. 2. §. si quis ita in suo, alias incipit, idem labeo scribit, vers. cum enim videri factum, ff. ne quid in loc. publ. quàm ratione euidente, cum posset inimicus apponere manum ad falsificationem, & Bossium sequitur Farin. d. quæst. 153. n. 212.

Secundo quia commodum, & vtilitas exaduerso prætensa non potest considerari in solo D. Matthæo, cū maior, vel minor participatio alicuius de Collegio cederet etiam commodo aliorum; præsumptio au-
5 tem resultans ex commodo, quod pluribus est appli-

plicabilis destruitur ratione incertitudinis, Boss.d.
tit.de indit.num.63.ad med.vers.sed tamen, Hon-
ded.d.cons.96.num.64.& 65.præcipuè sub vers.sed
in casu,lib.2.

Tertio quia ex actis ipsis constat,librum,qui præten-
ditur falsificatus,extitisse penes alios; vbicumque
6 autem constat de falsitate scripturæ ex rasura, &
immutatione litterarū,sed non constat de loco ,&
tempore,quo illa rasura fuit facta,& potuit ab alijs
fieri,Reus excusatur, vt in his terminis bene com-
probat Hect. Felic. allegat.15. num. 87. 88. & seq.
lib. 1.

Quinimò vbi scriptura , quæ stetit penes duos præ-
7 tenditur falsa,quod nemo ex illis ratione incerti-
tudinis puniri possit,probat Crauett. cons.857.nu.
20.vers.tertio respondetur, lib.5. quem sequitur
Hect.Felic. d.alleg.15.num.87.in fine,lib.1.

Cæterum cessat vndecumque prætextus falsitatis
punibilis in hoc casu ex duplici capite , in primis ,
quia aut Pars aduersa prætendit falsitatem in libro
fuisse commissam , priusquam ipsa Pars aduersa fe-
cerit desuper quietantiam eius manu significan-
tem , se portionem suam recepisse , & tunc ex ob-
8 seruatione libri taliter immutati constat, librum
veritatem , non falsitatem continere , Crauett.
cons.657.num.51.vers.octauo,lib.4. Hect. Felic. in
his terminis d.alleg.15.num.84.lib. 1.

Aut exaduerso prætenditur , falsitatem fuisse com-
missam post factam quietantiam prædictam , &
tunc cū illa stāte facta ratione libri tūc nō imutati
9 falsitas asserta,nec actu, nec habitu esset nocibilis,
nō est locus alicui pœnæ, neque etiam extraordi-
nariæ , Surd. decis.282.n.18.& seqq.Honded.cons.
109.n.55.& seqq.lib.1.Far.quæst.150.n 336.& 358.

Præterea liber,in quo pretenditur rasura, & immu-
tatio litterarum aut priorum, aut posteriorum ad
denotationem receptionis minoris summæ nulla
ratione dici potest liber publicus , cum non reti-
neatur ab officiali publico , sed voluntariè à Ca-
merario,quem voluntariè eligunt ipsi de Colle-
gio ad habendum memoriam receptorum , vt per
Thesaur.decis.171.num.6.aut enim propterea cen-
10 sendus est liber memorialium ipsius scribentis, in
quo falsitas commissa non est punibilis , Farin.d.
quæst.150.num.335. Hect. Felic. alleg. 18. num.8.
in fin.lib.1.

Aut saltem negari non potest , quin liber censendus
sit scriptura priuata ipsius scribentis ; in hac au-
11 tem quamuis controuersum sit,an commissio fal-
sitatis sit punibilis , licet liber sit rationum , &
computorum,cùm negatiuam tenuerint plurimi
relati per Farin.d.quæst.150. num. 320. & 323. &
summa ratione, quando liber Rationum, & com-
putorum est proprius scribentis , & nihil probat
pro ipso scribente, vt per eumdem Farin. ead.
quæst.num.318.ita intelligendo dicta per eum
num.308.seqq.tamen vbi etiam verior esset con-
traria opinio, illa minimè est huic casui adaptabi-
lis , cum procedat , quando rasura , vel falsifica-
tio operatur , vt veritas non appareat in præiudi-
cium tertii , vt bene declarat Bald. loquens in
codice Rationum , & computorum composito
scribenti , & alteri, cons. 323. num.1. post. princ.
vers.interdum quis conficit , & ad med. vers. vt
veritas non appareat.lib. 4

In hoc autem casu cum falsificatio nec operaretur ,
12 nec operari posset alterius detrimentum , quem-
admodum cessat ratio contrariæ conclusionis , ita
quoque cessant authoritates in illa se fundantes,
Thesaur. d. decis.171. num.2.& per tot. quem in
hoc casu non impugnat , sed sequitur Farin.vt d.
quæst.150.num.331.ante finem,vers.& quando la-
ceratio , & præsertim cum falsitas , quæ prætendi-
tur in hoc libro commissa nec nocuerit , nec esset
apta nocere ,quo casu de veritate huius conclu-
sionis non dubitatur, ex eodem Farin. d. quæst.
150.num.336. 362. & seq.

Constat autem apertissimè, prætensam falsificatio-
13 nem nec actu , nec habitu fuisse nocibilem , tum
quia eadem Pars aduersa querelans , vt ex ipso
processu informatiuo liquet, ex mandato Superio-
ris habuit , & apud se ex tunc retinuit sumptum à
notario publicò extractum ante prætensam falsi-
ficationem de omnibus partitis veris , & sine vlla
rasura, aut immutatione , adeout sibi per illius
exhibitionem plenè esset consultum, Farin.quæst.
153.num.187.

Tum etiam , quia cum omnia emolumenta huius
Collegii consistant in minutis seruitiis, & solutio-
nibus , quæ fiunt à Prælatis pro receptione pallii,
quoad minuta seruitia nullus de Collegio frauda-
ri poterat , ex quo recipiuntur à depositario Ca-
meræ ex mandato Decani Clericorum Præsiden-
tium , & receptio est adnotata in libris publicis
eiusdem depositarij , quoad verò pallia respectu
numeri illorum nulla in libro reperitur immuta-
tio , sed solum respectu summæ eorum occasione
receptæ,cuius tamen receptionis veritas habetur
ex taxa Cancellariæ , habita ratione quinque pro
singulis centum, quamobrem non poterat exem-
14 plum nocere , vbi veritas habebatur ab originali,
Bald.in l.nec exemplum,num. 2.C.ad leg.Cornel.
de fals.Mohed. decis.17.ante num.1.de præb. Rot.
decis.645.in princ.par.1.diuers.

Magis autem iniusta videtur vexatio occasione as-
sertæ editionis Statutorum , quoniam quatenus
prætenditur ex illis vsurpatio iurisdictionis cessat
15 prætensio,quia Collegia approbata habēt de Iure
facultatem condendi Statuta, Decian. tract.crim.
16 lib.7.cap.20. de Colleg.num.11.& qui habent au-
thoritatem condendi,habent etiam illa reforman-
di , aut reuocandi,l.fin.C. de legib.Gabr.cons.182.
num.5.& seqq. lib.2.Surd. cons.58.num.12. vers.ex
quibus ,& num.seq. lib.1. & præsertim hoc casu,
quo facultas Collegio attributa fuit ex Constitu-
tione Gregorij XIV.

Quatenus verò prætenditur locum esse criminalita-
ti , quia statutum fuerit, quod qui non sunt in sa-
17 cris,non participent de functionibus per turnum,
nec de omnium consensu , neque etiam si habue-
rint licentiam à Collegio , & prorogationem à
Sanctissimo , tum quia Statuta in hac parte fun-
dantur in consensu omnium Collegarum qui ob-
seruantiam etiam sub forma Cameralis obligatio-
nis promiserunt ; stante autem hoc consensu
gratia non operatur , c.ad Apostolicam,16.de Re-
gular.quin etiam gratia sub decreto irritanti ni-
hilominus reputatur conditionalis, nisi gratiatus
nolit acceptare,Cassad.decis.2.de decr. Rot. decis.
169.num.1.par.1.diuers.

Tum etiam, quia Statuta non solum habent confor-
mitatem cum Statutis antiquis,sed fuerunt in ob-
seruantia obtenta non solum in iudicio contradi-
ctorio per plures sententias cum reiudicata , sed
etiam canonizata per Sacram Congregationem
18 Rituum;his autem stantibus absque dubio exclu-
ditur

ditur omnis cogitatio doli, sine quo nunquam criminalitati locus est ex prætextu iurisdictionis vsurpatæ, l.3.ff.ad leg.Iul.maiest. Gig.de crim. læsæ maiest.tit.qualiter,& à quibus, cap.22. numer. 13. Menoch.de arbitr.cas.320.num.2. Honded. consil. 100.num.20.29.54.& 81.vers.aliud, seq. & per tot. lib.2.Gabr.cons.167.num.34.lib.2.Farin.quæst.114 num.20.110.& seqq.

ARGVMENTVM.

De eadem re. De prætenso impedimento exequutionis litterarum Apostolicarum.

SVMMARIVM.

1 *In Falsitate magis concludentes, magisque exactæ probationes requiruntur quàm in alio crimine.*
2 *Falsitas excluditur ex qualitate personarum.*
3 *Falsitas neque actu, neque habitu nocibilis non punitur.*
4 *Error magis præsumitur quàm falsitas.*
5 *Falsitas excluditur data possibili veritate in contrarium.*
6 *Falsitas libri reperti apud aliquem non concluditur contra eum, quando constat, librum apud alios etiam extitisse.*
7 *Falsitatis exclusiua præsumptio resultat ex tarditate querelæ.*
8 *Præsumptiones exclusiuæ falsitatis præualent contrariis.*
9 *Administrationis ratio aliunde reddi potest, quã ex libro.*
10 *Reseruatio intelligitur quoad alia non expressa.*
11 *Narratiua in gratiosis iustificanda est coram exequutore.*
12 *Exequutor etiam merus, vbi agitur de præiudicio tertij potest differre exequutionem, rescribendo Principi causam rationabilem non exequendi.*

CONSILIVM CXCVIII.

Obiectæ falsitates nullam habent releuantiam, ex latè deductis in facto exclusiuis omnium inditiorum, in quibus exaduerso insistitur, & præ-
1 sertim cum in hac materia magis concludentes, magisque exactæ probationes requirantur, quàm in alio crimine quocumque, Boss.de official. corrupt.num.14.Grat.cons.60.numer.16.lib.2.Siluan. cons.7.num.19.& seq.Gabr.cons.169.num.13.lib.1. Honded.cons.109.nu.53.lib.1.Rota post lib.2.cons. Farin.dec.121.num.2.

Siquidem certum est, quod ad instantiam Partis aduersæ fuit eiusdem huius libri, cuius plures partitæ prætenduntur falsificatæ, extractum sumptum per notarium publicum, idemque sumptum penes ipsam Partem aduersam permansit sciente D. Matthæo; hoc autem stante, plura insurgunt, ex quibus cessat prorsus criminalitas quæcumque punibilis.

Non solum enim intrat præsumptio, quod censeri nequeat D.Matthæus fabricator falsitatis, de qua ex dicto sumpto se sciente per notarium facto po-
2 tuisset conuinci, atque ita fatuus fuisset, quod nulla ratione præsumi potest, attenta præsertim personæ eiusdem qualitate, Gabr.d.cons.169.num.7.& seq.lib.1.Farin.quæst.153.n.147.& cons.172.nu.22. lib.2.

Sed excluditur prætextus punitionis, cum stante eo-
3 dem sumpto falsitas aliquarum partitarum dicti libri nec actu, nec habitu posset esse nocibilis Parti, Surd.decis.282.num.18.& seqq. Honded. consil. 109.num.55.& seqq.lib.1.Farin.quæst.150. nu.336. & 338.

Nec obstat, quòd ex qualitate sumpti non euitentur prætensæ falsitates commissæ circa pallium Bracharen.& Senonen. quia præterquamquòd in vtro
4 que magis præsumendus est error, quàm falsitas dolosa, Rota decis.135.num.3.par.2.diuers.& præsertim cum in pallio Senonen. errorem ipsum Partes interessate absque vlla conquestione recognouerint, distribuendo inter se veram quantitatem exactam, non erroneè descriptam, Rot. decis.158. num.2.par.2.recent.

Adhuc nec respectu pallij Bracharen. immò etiam nec respectu aliorum aliquid preter di potest contra D.Mattheum, cum non solùm constet, librum esse potuisse penes alios, ex dispositione Statuti; quamobrem sola hec possibilitas excludit falsitatis probationē eadem ratione, qua data possibili
5 veritate in contrarium excluditur falsitas, Boss.de fals.num.133.Bertaz.cons.crim.140.num.10.& seq. lib.1.Viu.decis.81.num.9.Becc.cons.78.num.11.lib. 1.Honded.d.cons.109.numer.14.& seq. lib.1. Surd. cons.132.num.20.Rota post lib.2.cons.Farin.decis. 121.num.2.vers.siquidem,& decis.267.n.7.ad finē, vers.sufficit enim.

Sed etiam quia constat ex ipso processu informatiuo, librum realiter fuisse non solùm penes alios, sed ex
6 eodemmet libro apparet, pluribus in partibus fuisse scriptum aliena manu; etenim, quod hoc casu cesset omnis coniectura desumpta ex Parte Fisci, & adherentis preter Grauet.& Hect.Felic. quos in alia allegaui, benè comprobat in his terminis Odd. cons.62.n.9.10.& seqq.

Idque satis etiam comprobatur, dum Pars aduersa
7 nullam vnquam obiecit falsitatem, nisi demum postquam liber fuit ad eius instantiam ab alio quã D.Mattheo exhibitus, Menoch.cons.422. num. 12. & seqq.lib.5.

Dumque ad exclusionem falsitatis plures ponderantur presumptiones in facto: nam non dubitatur,
8 quin præualere debeant alijs, quæ ex parte Fisci,& adherentis adducuntur, Innoc.in c.inter dilectos, num.3.de fid.instrum.Boss.de fals.numer.134.Bertaz.cons.crim.521.num.7.& seq.lib.2.Gabr.d.consil.169.num.4.in fine, lib.1.Farin.cons.164.n.16.lib. 2.Rot.decis.607.num.4.par.1.rec.

Non autem dolus aliquis argui potest ex eo, quia in libro non fuerint descripta omnia pallia, quia ex huiusmodi omissione, cui etiam applicantur particulares rationes deductæ in facto, nulla resultat
9 criminalitas, cum nihil prohibeat quin ciuiliter ratio reddi possit de administratis aliunde, quàm ex libro, Calcan.cons.93.col.2.ad med. vers. sed prius inspicere,& cons. 95. per tot. vbi in his terminis quod nihil interest, quid ex æquipollentibus fiat, Afflict.decis.360.num.4.vers.in contrarium,& numer.seqq. Aym.cons.275.num.12. vers. & in terminis,& num.seq.Plot.de in lit.iuran.§.5.num.37.Ias. cons.111.num.8.lib.1. Menoch. de arbitr. cas. 208. num.21.Gregor.decis.199.num.5.Rot.in Romana, seu Viterbien.restitutionis dotis 8 Februarij 1627. coram Eminentiss. Cardinale Virile.

Minus etiam criminalitati locus est ex prætextu impeditæ exequutionis Breuium, & litterarum Apostolicarum indulti percipiendi emolumenta, non obstante, quòd aliqui non essent sacris ordinibus iuxta Statutorum formam insigniti, quoniam impedimenta pretensa restringuntur ad duas protestationes, in quarum altera fuit adiecta preseruatio iurium, in altera verò nihil fieri nisi seruatis seruandis; hec autem nulla ratione videntur crimen preseferre, quia clausula preseruatiua iurium magis inferebat obedientiam exequutioni. cum
10 preseruatio intelligeretur quoad alia non expressa in indulto, Oldrad. conf. 230. in fine, Caputaq. decis. 384. lib. 1. Crescent. decis. 7. in fin. de iurepatr. Seraph. decis. 1445. n. 4.

Clausula verò seruatis seruandis, non etiam exequutioni impedimentum inferebat, dum Breuia non erant directa Collegio, cuius nomine emanarunt protestationes, sed ipsis aduersarijs, contra quos
11 licita erat protestatio predicta, cum narratiua nō solum in gratiosis sit iustificanda coram exequutore, Abb. in c. fin. & c. constitutus, de rescript. Put. decis. 245. num. 1. lib. 1. Rot. decis. 534. num. 1. par. 1. diuers.

Sed cum exequutor etiam merus sine crimine possit,
12 vbi agitur de præiudicio tertij, differre exequutionem, donec Principi significet causam, quę non exequendi rationabilis videtur, multo magis id permittendum videtur eidem, cui preiudicium infertur, præcipuè in recurrendo ad ipsum Principē, eique subreptionem, vel obreptionem gratię insinuando, textus est in c. si quando, 5. vbi Felin. num. 2. de rescript. Anchar. conf. 313. num. 1. non enim in hoc casu dicitur potestas, aut voluntas Principis impugnari, sed deduci vel importunitas supplicantium, vel intentionis defectus, vt per Rebuff. in tract. de rescript. in prefat. num. 71.

ARGVMENTVM.

An possit A. C. inhibere Curiæ Baronali, quando carceratus ad eum appellauit sub prætextu iniustæ carcerationis.

SVMMARIVM.

1 *Princeps nec directè, nec indirectè sub prætextu friuolarum appellationum auocat à Baronibus Causas in prima instantia.*
2 *Carcerati quod carceres Baronis effugiant ex prætextu recursus ad Superiorem, res est mali exempli.*
3 *Carceratio ex causa inditiorum delicti est interloquutoria Iudicantibus arbitraria.*
4 *Appellatio non datur in interloquutorijs arbitrarijs, vbi non constat de maxima læsione, aut excessu.*
5 *Appellatione prohibita non censetur prohibitus recursus ad Sacram Consultam.*
6 *Ab Inhibitione non est incohandum aduersus habentem Iuris præsumptionem.*
7 *Qualitas tribuens iurisdictionem in primis iustificanda est.*
8 *Inimicitia capitalis facit inditium ad rigorosum examen. Et præsertim quando nemo alius de delicto imputatur, vt num. 9. Vel concurrente diffamatione, vt num. 10.*
11 *Inimicitiæ inditium, etiam sine adminiculis sufficit ad inquisitionem, & capturam.*
12 *Compedes ferrei adhiberi possunt concurrente suspicione fugæ ex persona, & carceris qualitate.*
13 *Suspicione cognita non est locus auocationi Causæ à Baronibus, sed solum illis ordinatur, vt alia deputent.*

CONSILIVM CXCIX.

Rescribendum pro moderatione inhibitionis, nō solum quia cum Baronibus habentibus in loco merum, & mixtum imperium competat cognitio Causarum primæ instantiæ priuatiuè quoad ip-
1 sum Principem concedentem nec directè, nec indirectè ex prætextu friuolarum appellationum, debet Causarum auocatio permitti, Natt. conf. 408 num 1. seqq. & per tot. Rot. post lib. 2. conf. Farinac. decis. 29. num. 9. seq. & per tot.

Sed quia res est iniusta, ac mali exempli, quod A. C. possit inhibitiones aduersus Barones, eorumque iurisdictionem concedere in prima instantia ex prætextu appellationis ab iniusta carceratione eorum, aduersus quos Curia Baronum inchoauit
2 procedere, non secus, ac mali exempli res est, quod carcerati carceres Baronis effugiant ex prætextu recursus ad Superiorem, vt firmat Caball. resolut. crim. cas. 42. num. 2. & seq. siquidem vbi ante sententiam similes appellationes à Signatura admittantur, actum est de iurisdictionibus Baronum, cum quisque Reus hac via possit iudicium Curiæ Baronis euadere, & A. C. omnes Causas in Curijs Baronum incohatas ad suum tribunal auocare; hoc
3 autem de Iure permitti nequit, tum quia carceratio ex causa inditiorum delicti est interloquutoria Iudicantibus arbitraria, Far. quest. 27. nu. 6. in
4 arbitrarijs autem non datur appellatio, vbi non constat de maxima læsione, aut excessu, & ijs præsertim, quæ reparabilia sunt per sententiam diffinitiuam, idem Farin. quæst. 17. num. 27. & 31. quam
5 obrem in his casibus satis est carceratis consultū, vt habeant recursum ad sacram Consultam, sicut passim propterea, semota appellatione recurritur, Farin. ead. quæst. 17. num. 33.

Tum etiam quia admissio iudicialis appellationis in hoc casu, quo satis est carceratis recursus ad Principem, & sacram Consultam, non videtur practicabilis sine offensione iustitiæ aduertendo, quod aut ab A. C. conceditur inhibitio vigore appellationis ab iniusta carceratione, non vocata Curia inquirente, sine qua cognitio iniustitiæ haberi nequit, & tunc inhibitio emanata sine debita causæ
6 cognitione repugnat regulis, quòd inhibitio præsertim ex abrupto non sit concedenda aduersus habentem Iuris præsumptionem, quòd legitimè processerit, Rot. decis. 396. n. 1. par. 1. recent.

Aut inhibitio decernitur cum causæ cognitione, &
7 tunc cum qualitas iniustitiæ carcerationis sit illa, quæ tribuit iurisdictionem A. C. ac propterea in primis ante iurisdictionis exercitium sit iustificāda, Avm. conf. 196. num. 5. Curt. iun. conf. 124. num. 6. articulus super inclusione, vel exclusione iniustitiæ inter vtramque Curiam A. C. & Baronis, non videtur ab A. C. cognoscendus, cum sit Pars in tuenda sua iurisdictione, sed vel remittendus est sacræ Consultæ, ad cuius auctoritatem pertinet hæc exa-

examinatio, vel saltem ad Superiorem, itaut antea inhibitio sit omninò iniusta, Farinac. quæstion.8. num.86.

In hoc autem casu res euidens est pro moderatione, tum quia iam Pars aduersa habuit recursum ad sacram Consultam, & illa articulo sæpius discusso resoluit, carcerationem fuisse iustam, & minime longam attenta qualitate causæ, ac propterea expensas cousuetas esse Commissario legitimè transmisso subministrãdas, tum etiam quia præter alia inditia supponitur constare de inimicitia capitali inter carceratum, & occisum, & de eiusdem carcerati publica in hoc diffamatione; vel enim sola ca-
8 pitalis inimicitia sufficiens est inditium etiam ad rigorosum examen iuxtà veriorem, & magis receptam, vt per Farin, quæst.49.num.89. præcipuè in
9 fine, præsertim quando nemo alius de delicto imputatur, idem Farin.conf.34.num.9.in fine, vel absque dubio sufficiens est hoc casu, quo concurrit
10 diffamatio querelati, Farin.d.quæst.49. num. 102.
11 & seqq. nullaque est prorsus dubitatio respectu inquisitionis, & capturæ, etiam si inditium inimicitiæ sit solum, & sine adminiculis, Farin. eadem quæst.49.num.105.& seq. & fine vllo scrupulo in delictis occultis, & difficilis probationis, vt numer.107.

Non autem grauamen prætendi potest, quia Reus
12 detentus fuerit cum compedibus ferreis, quia cessat, quando præter delicti atrocitatem concurrit tam ex qualitate personæ, quàm carceris suspicio fugæ, & vlterius magna delicti suspicio, Farin. quæst.27.num.102.

Commissio verò, quæ datur exaduerso, non meretur signaturam, quia cessat omnis prætensa suspicio, &
13 nihilominus ex hoc capite non datur auocatio à Baronibus, sed cognita suspicione solùm illis ordinatur, vt alium deputent, Freccia de differ. feud. quatern.& de tabul. in fin.Carauit.ritu 265.Capoblanc.de author.Baron.pragm.2.n.166.

ARGVMENTVM.

An Causæ appellationum Religiosorum cognosci possint à Generali, etiam si inferiori Ordinario, qui eos condemnauit, concessa sit facultas corrigendi cum clausula, appellatione remota.

SVMMARIVM.

1 *Episcopo datur manutentio in exercitio iurisdictionis in subditos, nisi exaduerso doceatur de exemptionis quasi possessione.*

2 *Prælati Religionum habent iurisdictionem quasi Episcopalem.*

3 *Protectioni sola submissio non tribuit iurisdictionem, secus vero, quando adiungitur verbum, subiectio, simpliciter, & sine limitatione.*

4 *Dictio, omnimodam, vti vniuersalis omnia comprehendit.*

5 *Exemptio plena comprehendit etiam ius reuerentiale.*

6 *Contrariorum eadem est disciplina.*

7 *Posteriora ex clausulis amplis derogant præcedentibus.*

8 *Iurisdictio concessa inferioribus non intelligitur priuatiuè quoad Superiorem.*

9 *Interpretatio fit pro compatibilitate.*

10 *Feudo concesso cum omnimoda iurisdictione, intelligitur iurisdictio concessa priuatiuè quoad ipsum inuestientem in Causis primæ instantiæ non autem appellationis.*

11 *Clausula, appellatione remota, quando concessa fuit quoad vniuersitatem Causarum intelligitur in casibus de Iure non appellabilibus.*

12 *Appellatio datur ratione excessus in ijs, in quibus aliàs non permitteretur.*

13 *Appellatio ad vtrumque effectum datur ratione notorij grauaminis non obstante clausula, appellatione remota.*

14 *Obseruantia requirit actus positiuos, & proinde ex negatiuis non infertur.*

CONSILIVM CC.

Cognitio Causarum appellationum, & recursuum fratrum Congregationis Mantuæ in casibus appellabilibus spectat ad Reuerendissimum P. Generalem, isque propterea manutenendus est in quasi possessione hanc iurisdictionem exercendi, quo-
1 niam qua ratione ex sola Iuris assistentia datur manutentio Episcopis in exercitio iurisdictionis aduersus eorum subditos, non obstante priuilegio prætensæ exemptionis, nisi vlterius exaduerso probetur quasi possessio exemptionis in casu, de quo quæritur, ex c. cum personę, de priuil.in 6.emanato ad fauorem iurisdictionis ordinariæ, vt per Rot. decis.491.num.4.& seqq.par.1.rec.

Eadem danda est manutentio Reuerendissimo P.
2 Generali ex sola iuris assistentia tanquam habenti iurisdictionem quasi Episcopalem, Nauar.in manual.cap.12.num.75.post vers.tertio, quod Prelati, vers.quoniam eorum iurisdictio, ex glo.in clem. 1. in verb.proprij, post med.vers.ex quo habent Episcopalem, de reb.Eccles.non alien.Emanuel Roder. in quęst.Regular.tom.1. quęst.17.art.6. ante med. vers.ex his collige, vbi quòd Prelati Religionum habent iurisdictionem Episcopalem, vel quasi, & possunt circa suos subditos quicquid possunt Episcopi in suos, & supra in vers.& confirmatur, quòd Prefecti Religionum ex iure diuino suam sortiuntur authoritatem.

Et prȩsertim cum hanc quoque authoritatem iurisdictionalem in Fratres eiusdem Congregationis Mantuę sortiatur Reuerendissimus P. Generalis ex ipsa erectione Eugenij Quarti.quatenus illa erigitur eiusdem ordinis, & instituti, & eximitur ab omnibus Superioribus Religionis, excepto duntaxat Priore Generali pro tempore existente, illiusque obedientia, & subiectione, itaut deinceps soli, & immediatè sub ipsius Generalis Prioris protectione, & subiectione esse deberet; non enim hęc subiectio post expresionem obedientię, & protectionis intelligi potest de subiectione ex solo iure reuerentiali, sed etiam de subiectione iurisdictio-
3 nali, postquam licet sola submissio protectioni nõ tribuat iurisdictionem, ex Bart.in l.1.num.2.& seq. de excus.mun.lib.10.cum alijs per Soc.conf.174.n. 7.& seqq.lib.1. tamen secus, quando adiungitur verbum, subiectio, simpliciter, & sine limitatione, idem Soc.d.conf.174.à num.1.ad 7.lib.1. & admittit Rota in eadem exaduerso alleg.decis. Seraphin 1025.num.5.& seqq.

Ac indubitatum hoc videtur ex motu proprio Gregorij XIII. cum enim disponat, exemptionem Cōgregationis à Prouincialibus, alijsque Religionis officialibus, & statuat, quod Congregatio tota intelligatur immediatè subiecta Priori Generali, ita quod ipsi Priori Generali omnimodam subiectionem, obedientiam, & reuerentiam debeat, vtique
4 ex proprietate d. dictionis, omnimodam, absque dubio subiectio intelligenda quoque est respectu exercitii iurisdictionis, clem. 1. §. eisdem, in verbo omnimodam, vbi etiam glo. de for. comp. Felin. c. auditis, num. 13. de præscript. Decian. cons. 35. nu. 47. & seq. lib. 2. Butr. cons. 19. num. 2.

Et quemadmodum exaduerso contenditur, exem-
5 ptionem Papæ, quando est plena, quia propterea nihil censetur exceptum, compræhendere etiam exemptionem à iure reuerentiali, ex allegatis exaduerso Put. decis. 114. lib. 3. in nou. & Seraph. decis. 1025. num. 18. & seq. ita quoque fateri necesse est, subiectionem puram, & omnimodam includere tam ius reuerentiale, quàm iurisdictionale,
6 vt contrariorum eadem sit disciplina, Greg. decis. 517. num. 34.

Nec limitatio subiectionis desumi potest ex Breue Pij Quinti concesso ad supplicationem Partis, quatenus in eo conceditur facultas Vicario Congregationis cognoscendi, & corrigendi culpas fratrum sibi subditorum, quacumque appellatione remota, quia præterquamquòd attributio huius iurisdictionis Vicario intellecta priuatiuè quoad Reuerendissimum Priorem Generalem aduersatur motui proprio Gregorij XIII. supradicto, concedēti ipsi Priori Generali omnimodam dictæ Congre-
7 gationis subiectionem, quamobrem ex amplissimis clausulis tanquam posterior censetur priori concessioni Pij Quinti derogare, Seraphin. decis. 1271. 1082. & 1088. Rot. decis. 87. num. 4. par. 2. rec. adhuc admissa vtriusque compatibilitate Breue Pij Quinti in casu, de quo agitur, in cognoscendis scilicet Causis appellationum minimè suffragatur.

Tum quia in similibus præeminentijs, & iurisdictio-
8 nibus, quę à pluribus in solidum possideri possunt, quando conceduntur inferioribus nunquam in dubio priuatiuè quoad Superiorem concessæ censentur, Rom. cons. 393. num. 1. & seq. Felin. in c. pastoralis, num. 2. in princip. vers. regulariter, de offic. Ordin. Menoch. præsumpt. 18. num. 26. lib. 2. & de retinen. remed. 3. num. 756. vers. procedere etiam potest, Rot. decis. 533. numer. 1. & per tot. vbi aliæ plures decisiones, par. 2. recent. Cardin. Caualer. decis. 617. num. 3. Gregor. decis. 4. num. 5 Reuerendissimus Coccinus Decanus decis. 316. num. 7. vbi quod hæc etiam fuit sententia Congregationis Cardinalium Concilij interpretum, dicens eam claram respectu illius, qui iam habebat iurisdictionem, itaquod concessio iurisdictionis facta alicui intelligitur excludere alios Iudices illi pares, non autem maiorem Generalem, & Ordinarium, vt plenè per Gonzal. ad reg 8. §. 2. proęm. num. 30. & plurib. seqq.

Tum quia etiam in casu, quod concessio ex litteris Pij Quinti intelligi posset priuatiuè ex rationibus, & authoritatibus exaduerso allegatis, tamen hæc intelligentia defendi solùm potest quoad primas instantias, non autem quoad Causas appellationum, de quibus est quæstio, cum de ijs nulla sit facta mentio in litteris Pij, ac propterea illæ intellectæ quoad primas instantias compatibiles sint
9 motui proprio, prout propterea cum huiusmodi compatibilitate sunt interpretandæ, vt per Rot. decis. 171. num. 2. par. 1. rec.

Atque hinc est, quod licet ex concessione feudi cum
10 omnimoda iurisdictione censeatur illa concessa priuatiuè quoad inuestientem, id tamen intelligitur quoad primam instantiam, non autem in succedaneis ex causa appellationis, vel recursus, cap. Imperialem, §. fin. de prohib. feud. alien. per Frider. Bald. in l. 1. quæst. 43. num. 35. ff. de rer. diuis. Osasc. decis. Pedem. 29. num. 8. & cons. 65. numer. 20. Natt. cons. 409. num. 1. & per tot. Brun. cons. 27. num. 18. Neuiz. cons. 61. num. 11. Vinc. de Anna alleg. 52. per tot. & Rot. post lib. 2. cons. Farin. decis. 27. nu. 9. & seqq. quamobrem à vasallis appellatur ad Dominum immediatum, Schrad. de feud. par. 10. sect. 2. num. 53.

Neque obstat, quòd satis ex litteris Pij Quinti resultet exclusio deuolutionis appellationum ad Reuerendissimum Generalem, dum Vicario d. Congregationis conceditur facultas cognoscendi, & corrigendi vsque ad exequutionis consumationē,
11 quacumque appellatione remota, quia per hanc clausulam Papa illam concedens inferioribus Ordinarijs quoad Causarum vniuersitatem non facit illos delegatos, nec per eam intelligit præiudiciū inferre tertio, ad quem deuoluenda sit appellatio in casibus, in quibus de Iure permittitur, adeout clausula hoc casu præter Iuris dispositionem non operetur, cum alioquin iurisdictio non fuisset ordinaria, sed delegata, & Papa non intelligat, nisi tollere appellationem in casibus de Iure non appellabilibus, prout sunt concernentes morum correctionem, nisi in ea detur excessus, Butr. in c. licet in corrigendis, 12. num. 6. & ibi Imol. n. 3. & Io. de Anan. n. 2. de offic. Ordin.

Non enim dubitatur, quin ratione excessus detur ap-
12 pellatio in ijs, in quibus aliàs non permittitur. Nauar. in comment. 3. de Regul. num. 51. & seqq. & consiliorum tom. 1. lib. 2. tit. de appell. cons. 4. num. 1. & seqq.

Quemadmodum ratione notorietatis grauaminis
13 non obstante rescripto, appellatione quacumque remota, concesso delegato in Causa particulari appellatio permittitur cum effectu tam deuolutiuo, quàm suspensiuo, c. inter cæteras, 9. de re iudic. c. ex conquestione, de restit. spol. Caputaq. decis. 33. par. 1. Rota in Cesenaten. de Cacciaguerris, 9. martij 1598. coram Peregrino.

Non autem vis aliqua fieri potest in prætensa obseruantia desumpta ex eo, quòd ex Parte Reuerendissimi Generalis nō doceatur, se cognouisse Causas appellationum, & quia non quicquid Iudicis potestati permittitur, id subijcitur Iuris necessitati, inquit textus in l. non quicquid, 40. ff. de iudic.

Et quia obseruantia requirit actus positiuos, ac pro-
14 inde ex negatiuis non infertur, Ias. in l. quæ dotis, num. 106. ff. sol. matr. Felin. in c. cum M. Ferrariensis, in fin. de Constit. Menoch. cons. 106. num. 15. ante med. vers. nam respondetur ex actibus, lib. 2.

ARGVMENTVM.

Notarius an, & quando vbique locorum possit

pof it conficere iuftrumenta abfque incur u in crimen turbatæ iurifdictionis.

SVMMARIVM.

1 *Notarius creatus ab Epifcopo, à Comite, vel ab Vniuerfitate non poteft conficere inftrumenta extra metas eorum iurifdictionis.*
2 *Notarius creatus à Papa, vel ab Imperatore poteft vbique locorum conficere inftrumenta.*
3 *Conftitutiones Regni adimentes fidem iftrumento notarij Apoftolici procedunt quoad prophana & temporalia, fecus verò quoad Ecclefiaftica, & fpiritualia.*
4 *Notarius poteft conficere inftrumentum de his, quæ fibi patent per duos fenfus, vifum fcilicet, & auditum.*
5 *Domus accommodatio non facit aliquem incidere in pœnam, nifi quando fuit ad effectum maleficij.*

CONSILIVM CCI.

Specul. ex aduerfo allegatus de inftr. edit. §. 8. incip. reftat, num. 25. loquitur de notariis, qui fiunt ab Epifcopo, vel Comite, vel Vniuerfitate, dicens
1 fecundum opinionem Hoftienfis, quod vbi fimpliciter conftituuntur ab eo, qui poteftatem conftituendi habet, poteft notarius vbique vti fuo officio, fin autem fiant cum poteftate limitata conficiendi inftrumenta intra talem Diœcefim, vel Prouinciam, extra illas pofitus non habet exercitium, & licet in verf. ego credo, putet, etiam notarium fimpliciter conftitutum intelligi intra metas iurifdictionis conftituentis, admittendo, in verf. non tamen nego, quod inftrumenta intra metas illius iurifdictionis confecta fidem faciant extra illam inter homines illius iurifdictionis, & alios alibi forte litigantes, poftquam conftat, ea per tales confecta fuiffe, fubdens etiam in verf. alij tamen, alios tenere, quod tabellio vnius loci, cum fit publica perfona, poffit vbique inftrumenta cõficere, nifi prohibeatur ab eo, in cuius iurifdictione conficit, & alios dicere, quod tabellio vnius loci poteft alibi conficere de Partium cõfenfu faltem expreffo, & non erroneo, alios verò diftinguere, & non improbabiliter, an fiat alibi inftrumentum de re voluntaria, vt tunc poffit, an de re, quæ iurifdictionem refpiciat contentiofam, vt de dilationibus, & requifitionibus teftium, & huiufmodi, vt tunc locum habeat regula, l. fin. ff. de iurifd. omn. Iud. & l. cum vnus, §. penult. ff. de bon. auth. Iud. poffid. & l. pupillus, §. territorium, ff. de verb. fignif.

Tamen Specul. ex duplici capite nullatenus applicabilis eft cafui, de quo queritur.

Primo quia idem Specul. fe declarat, præmiffa intelligere in notarijs creatis iure proprio ab Epifcopo,
2 Comite, vel Vniuerfitate, non autem a Papa, vel Imperatore, vel ab eo, cui hoc fpeciali priuilegio fuit indultum, vt expreſsis verbis patet d. num. 25. poft med. verf. fecus autem in his, qui funt à Principe, cum num. 23. verf. & nota quod tabellio, ad quem fe refert in d. verf. fecus autem.

Etenim nulla eft dubitatio, quin notarii creati authoritate Papæ, vel Imperatoris poſsint vbique locorum fe rogare, idem Specul. de inftr. edit. d. §. 8. num. 23. vbi quòd taliter creatus poteft vbique de Iure etiam in Francia, vel Anglia, feu Hifpania fuo officio vti, & inftrumenta conficere, Afflict. decifion. 245. numer. 2. Gratian. decifion. Marchiæ 28. numer. 10. & feqq. Rot. decifion. 5. de fid. inftr. in nou. vbi quod licet creati à Regibus, Prælatis, & Vniuerfitatibus non poſsint conficere inftrumenta extra territorium conftituentis, fecus tamen eft in creatis à Papa, vel Imperatore, fequẽs doctrinam Speculatoris fuperius ad hoc allegatam, atque hæc eft ratio, quare notarius fe fubfcribit cum mentione *R*omanæ Ecclefiæ, vel Imperialis authoritatis.

Et hinc eft, quod in Francia aliud ftabilitum, & ordinatum fuit per Carolum Octauum, & per alias Regias Conftitutiones, vt per Boer. decif. 242. nu.
3 4. quemadmodum in Regno Neapolitano aliud pariter ftatuitur per Conftitutiones Regias, cum diftinctione tamen, vt eæ procedant quoad prophana, & temporalia, fecus verò quoad Ecclefiaftica, & fpiritualia, Afflict. lib. 1. Conftit. rub. 79. de fid. inftr. num. 21. & feqq. & d. decif. 245. num. 2. Gaitus de credito cap. 3. tit. primo, nu. 482. Galterius in pract. crim. inftrument. prima primæ par. rubr. 1. num. 21. & feq.

Secundo, quia teftes in hoc cafu non fuernnt examinati à notario per viam iurifdictionis contentiofæ in eorum requifitione iuxta terminos, in quibus loquitur Specul. qui funt vbi teftes requiruntur in iudicio, vt fe examini fubijciant, iuxta c. 1 & 2. de teftib. cogen. fed de dictis teftium fponte venientium notarius fe rogauit ad perpetuam rei memoriam, nullo prorfus aduerfario, aut interef-
4 fe habente citato, vel monito; notario namque permittitur fe rogare, ac inftrumentum defuper conficere de his, quæ fibi patent per duos fenfus vifum fcilicet, & auditum, vt per Bald. in l. 1. nu. 16. C. de confeffis.

Sed ceffat omnis occafio vexandi D. Doctorem Francifcum ex prætextu, quod domum accomodauerit notario, qui fe de depofitionibus dictorum te-
5 ftium rogauit, cum accomodatio domus non faciat aliquem incidere in exceffum punibilem, nifi quando conftat, accomodationem fuiffe ad effectũ maleficij committendi, vt intelligit Bar. in l. & fi amicis, 9. in fine, ff. ad l. Iul. de adult. & Ang. in l. qui domum, 8. num. 4. ff. eodem.

ARGVMENTVM.

De Iudice fufpecto.

An, & quando clericatus dicatur in fraudem affumptus ita vt Iudex laicus poſſit clericum, vel non poſſit punire.

SVMMARIVM.

1 *Sufpectus non allegatur Iudex fine probabili caufa.*
2 *Sufpectus eft Iudex officialis Partis aduerfæ.*
3 *Clericatus non dicitur in fraudem affumptus non præcedente diffamatione, accufatione, vel inquifitione.*
4 *Clericatus in dubio non cenfetur affumptus in fraudem.*
5 *Clericatus an dicatur affumptus in fraudem, decla-*

declaratio pertinet ad Iudicem Ecclesiasticum, & interim Iudex laicus nihil potest in persona, nec in bonis clerici innouare.

6 *Clericatu in fraudem assumpto, & hoc declarato à Iudice Ecclesiastico, non potest Iudex laicus clericum punire in persona, sed dumtaxat in bonis.*

CONSILIVM CCII.

REscribendum Ordinario Brixien. cui preuia auocatione ab Ordinario Vigleuanen. Causa fuit commissa, vt ad vlteriora procedat, non obstante allegata suspicione, & quia commissio eidem Brixien. fuit directa Parte citata, & audita, & quia nul-
1 la datur in eo probabilis causa suspicionis, imò alter est ex suffraganeis Archiepiscopi Mediolanen. c. cum speciali, & c. vt debitus, de appell. c. legitima eod. tit. in 6. Couar. pract. cap. 26. num. 1. & seq. Caputaq. decis. 7. n. 2. par. 3. Gregor. decis. 327. num. 2. & decis. 466. n. 7.

Vel saltem Causa committenda est alteri ex suffraganeis eiusdem Archiepiscopatus Mediolanen. extra tamen ditionem temporalem dicti Status neutri Parti suspecto, & de consensu eligendo, quia cum
2 ministri Regij prætendant procedere tam contra personam clerici beneficiati ex prætextu patrati homicidij, quàm eius bona, rationi consonum non est, quòd Causa committatur intra Statum ditionis temporalis, quemadmodum hac ratione fuit Causa à Signatura auocata ab Ordinario Vigleuanen. iure suspecto tanquam Hispanæ nationis, & prouiso de dicto Episcopatu tanquam de patronatu Regio, Io. Iacob. Laurent. tractat. de Iudice suspecto, cap. 3. num. 12. & 20. ex textu in c. licet ex suscepto, ad fin. vers. si verò Consules iustitiæ, de for. compet. Franc. in c. cum speciali 61. num. 31. de appell.

Et præsertim cum ab Officialibus Regijs continuò D. Raimundus grauetur, itaut non obstante commissione Causæ Iudici Ecclesiastico procedant, & procedere vlterius intendant ad bonorum confiscationem, quandoquidem licet controuersa sit quæstio, an clericatus assumptus post prætensum delictum præsumatur assumptus in fraudem ad euitandam sæcularem iurisdictionem, & effugiendas pœnas à Iudicibus sæcularibus imponi solitas, itaut possint, vel non possint sæculares Iudices procedere, certæ tamen sunt conclusiones in hac materia.

Prima, quòd dici nequit clericatus post delictum as-
3 sumptus in fraudem, quando non præcessit diffamatio, accusatio, vel inquisitio, itaut in criminibus minimè ante assumptionem clericatus probatis Curia sæcularis procedere non possit, Alber. in l. meminisse, col. 2. vers. quæro officialis, ff. de offic. Proconsul. Ias. in l. cum quædam puella, num. 13. ff. de iurisd. omn. Iud. Franc. decis. 395. nu. 5. Plaz. in epit. delict. cap. 35. num. 1 Chartar. de exequut. sent. capt. bannit. c. fin. num. 308. Farin. quæst. 8. num. 110. Carol. de Grass. de effect. cler. eff. 1. num. 1076. Mastrill. decis. 294. numer. 3. & 4. vers. secus si clericatus.

Secunda, quod in dubio assumptio clericatus in frau-
4 dem minimè præsumitur. Plaz. d. cap. 25. num. 1. in fine, & num. seq. Farin. d. quæst. 8. num. 111. Giurb. decis. 82. num. 7. ante med.

Tertia quod in omnem casum declaratio assumptio-
5 nis in fraudem, vel sine non spectat ad Iudicem laicum, sed ad solum Iudicem Ecclesiasticum, itaut donec Ecclesiasticus non declarat, sæcularis nec in persona, nec in bonis clerici possit aliquid innouare, Oldrad. cons. 4. in fine, Vulpell. de libert. Eccl. par. 2. numer. 41. vers. sed supposita, Grass. de effect. cler. d. effect. 1. num. 1079. Giurb. cons. crim. 15. nu. 33. vers. immò donec declaretur.

Quarta quod etiam post sequutam declarationem ab
6 Ecclesiastico, quòd clericatus in fraudem fuerit assumptus, tamen Iudex laicus non potest huius fraudis respectu pœnam aliquam corporalem imponere quoad personam ipsius clerici, sed solum in pecunia, & bonis, Boss. de foro compet. nu. 144. & de pœn. num. 38. vbi de communi, Clar. quæst. 36. vers. sæpe numero. Couar. pract. cap. 32. num. 4. vers. tertia conclusio, Chartar. d. cap. fin. num. 308. ad med. vers. non tamen pœna corporali, Farin. d. quæst. 8. num. 107. Giurb. d. cons. 15. nu. 34. in princ. Franc. decis. 209. & 384. Grass. d. §. 1. num. 1129. Caball. resol. crim. 108. Mastrill. d. decis. 294. num. 10. atque ita in omnibus præfatis conclusionibus censuit sacra Congregatio Concilij 23. maij 1626.

ARGVMENTVM.

An, & quando monitorium cum clausula, omnesque alios comprahendat personas Episcoporum in re odiosa, vel pænali.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, omnesque alios, in monitorio expressa non includit constitutum in Episcopali dignitate.*

2 *Iudex laicus est incapax exercitij iurisdictionis in Causis fori Ecclesiastici.*

3 *Sententia intelligitur secundum Ius commune.*

4 *Episcopi comprahenduntur in simplici dispositione, quando agitur de materia indifferente.*

5 *Episcopi, nisi fiat eorum mentio, non comprahenduntur in materia pænali, vel odiosa.*

6 *Capitula, & Vniuersitates non veniunt in simplici appellatione, quando agitur de materia odiosa.*

7 *Clausula, omnesque alios, in rescriptis non comprahendit Capitula, & Vniuersitates, nec personas constitutas in suprema dignitate.*

8 *Clausula, omnesque alios, non comprahendit personas maiores aduersario, non facta de eis mentione.*

9 *In Rescriptis an personæ maiores comprahendãtur sub clausulis generalibus, in primis attenditur verisimilitudo mentis rescribentis.*

CONSILIVM CCIII.

NVllitas processus in hac Causa fabricati euidens videtur, tam quia monitorium, quod prætenditur contra Reuerendiss. D. Episcopum exequutum, illum non comprahendit, nec explicite, quia eius nomen in monitorio non legitur, nec impli-
1 cite vigore clausulæ, omnesque alios, quia hæc clausula non includit constitutum in Episcopali dignitate, de qua mentio specifica est facienda, c. si compromissarius, 37. §. huiusmodi de elect. in 6.

Mandos.

Mandos.in glo.ad commiss.2.Causæ beneficiariæ, in verb. quacumque etiam,post princ.vers.Episcopalis dignitas.

Tum quia non solum nulliter litteræ remissoriales fuerunt decretæ, dum D. Episcopus minime supponitur citatus, neque in Curia, neque in Partibus in earum exequutione, sed directæ fuerunt
2 Iudici incapaci exercitii iurisdictionis in Causis fori Ecclesiastici, c. decernimus,& c. quanto,de Iud. c.tuam,de ord.cognit. Viu.in com.opin.verb.Iudex laicus, Rota apud Pacif. de salu.decis.238.num. 2. 3.5.& aliis in nouis.

Sed cessantibus etiam nullitatibus, iustitia fauet D. Episcopo, quoniam monitorium de non impediendo Reuerendos monachos Siluestrinos aduersarios in quæstuando, recipit passiuam interpretationem à Iure, quatenus obseruent decreta Sacræ Congregationis Concilii, quandoquidem Sacra Congregatio censuit,fratres mendicantes nequaquam esse prohibendos elemosinas corrogare, dum tamen, vbi extra diœcesim quæritare voluerint suorum Superiorum licentiam ostendant loci Ordinario,atque illius consensum obtineant,prout etiam comprobant litteræ sacræ Congregationis scriptæ contra eosdem monachos Siluestrinos ipsi D. Episcopo Nucerino per bo: me: Cardinalem Saulum 24.Ianuarii 1617.quapropter cum iidem aduersarii non habeant monasteria in diœcesi, & non ostenderint, nec ostendere possint licentiam,
3 aut consensum Ordinarii Nucerini, nulla est difficultas, quod quicquid actum fuit à Vicario dicti Ordinarii nullam habet predicti monitorii obstantiam, l. miles,§. decem,ff.de re iud. Rot. decis. 40. num.10.& decis.112. num.2. par.2.diuers. & decis. 319. num.10.par.1.recent.

Neque exceptio non comprehensionis D. Episcopi Nucerini in monitorio, de quo agitur, tollitur ex distinctione, in qua exaduerso insistitur, quòd procedat in casibus,in quibus aduersus constitutos in Episcopali dignitate proceditur ad interdictum, vel suspensionem, in quibus militat specialis ratio,ne exequutio Pontificalis officii retardetur,iuxta c.quia periculosum,4.cum glo. in verb.suspensionis,de sent.excom.in 6.cum aliis allegatis, nam etsi in dictis casibus conclusio recipiatur ex ratione prædicta, & ex qualitate huius rationis infera-
4 tur in aliis materiis indifferentibus Episcopos comprehendi etiam non facta specifica eorum mentione iuxta cons.Batr 10.num.4.Dec.in c.præterea,5.num.30. post princ. vers. sed quod dictum est,de offic.deleg. & Felin. in c. quod super his,7. num. 12.ante med. vers. quarto quia sequerentur, de fid.instrum.cum aliis exaduerso adductis.

Tamen in casu, de quo quæritur,minime datur ap-
5 plicatio materiæ indifferentis, cum imò agatur de materia differente tanquam pœnali, ac proinde odiosa, & restringibili, in qua admittitur indistinctè, quod Episcopalis dignitas minimè comprehenditur non facta illius mentione specifica, vt præter adductos in alia per Gonzal.ad reg.8.glo.9. in princ.numer.37. prout eadem ratione, quando
6 materia subiecta non est apta recipere extensionem,vt quia non agatur de re fauorabili,sed odiosa,nec veniunt in simplici appellatione Capitula, & Vniuersitates,vt per eũdem Felin.exaduerso allegatum,in c.eam te,7.num.15.ad med.vers.quarta declaratio,de rescript.

Et hinc ad rem nostram,quòd in rescriptis sub clau-
7 sula, omnesque alij, minimè comprehendantur Capitula,& Vniuersitates, minusque personæ nedum constitutæ in suprema dignitate, ex pluribus adductis per Mandos.in glo.ad 2.commiss. in verb. omnesque,in princ.& vers.secundo quæro.

Sed nec personæ maiores aduersario fine specifica
8 mentione,firmant Imol.& Felin.in c.sedes,15. per illum textum,ille num.2. hic num. 1. in princ. de rescript.Marches.de commiss.par. 1. cap.5. numer. 120.

Multoque minus stante resolutione Congregationis Concilij, quia non præsumitur Iudex voluisse in monitorio comprehendere Episcopum respectu controuersiæ per Congregationem decisæ, post-
9 quam non est dubium,quòd circa comprehensionem,vel non comprehensionem personarum maiorum in rescriptis sub clausulis generalibus, inprimis attendenda est verisimilitudo mentis rescribentis,vt per glo.in d.c.sedes,15.in verb.maiores, & digniores,ante med.vers.respondeo,de rescript.

ARGVMENTVM.

An sit locus criminalitati ex prætextu, quod non fuerit paritum litteris exequutorialibus Rotæ.

SVMMARIVM.

1 *Exequutorialibus dicitur sufficienter paritum per admissionem aduersarij ad possessionem.*
2 *Delicto cessante, cessant inditia, & pœna.*
3 *Pœna non habet locum, neque accusatio recipitur, neque inquisitio formatur, vbi non est delictum.*
4 *Portionarij, non sunt de Capitulo.*
5 *A Capituli procuratore actus gestus perinde est, ac si à toto Capitulo gestus esset.*
6 *Implementum habetur pro præstito, quando facto aduersarij præstatur impedimentum.*
7 *Paritio mediante traditione possessionis est compatibilis cum protestatione præseruatiua iurium.*
8 *Causæ in prima instantia remittuntur ad Partes.*
9 *Consensus in iurisdictionem Iudicis incompetentis non præiudicat compulsis metu contumacialis condemnationis.*

CONSILIVM CCIV.

Rescribendum pro remissione Causæ ad Partes, quia respectu querelæ,& inquisitionis contra Capitulum ex prætextu, quòd per illud litteris exequutorialibus Rotæ non fuerit paritum,intentata criminalitas est mera calumnia, dum constat de reali, & effectuali paritione mediante pos-
1 sessione dimidiæ portionis vacatæ in Ecclesia Corduben.per mortem Andreæ libere tradita procuratori D. Ioannis aduersarii, & ab eodem speciali procuratore acceptata, Rot.decis.319.num.1.par. 2.recent.cum aliis infra.

Et stante hac reali paritione cum excludatur omne
2 prætensum delictum in non parendo, totus processus desuper fabricatus tanquam carens substantia, & subiecto impossibile est, quod continere possit inditia, aut alia, ex quibus criminalitati sit lo-

sit locus, Bald.consf.465.num.1. & seqq. lib.4.Boss. de delict. num.26.post med. & num. 32. vbi quod hæc exceptio nunquam excludenda, Paris. cons. 167. post num. 11. vers. nec obstant, lib. 4. Gram. cons.crim. 36.num.8.post med. vers.& sic,vbi non est substantia,Caball.resol.crim.cas.286.numer.3.& seqq.

Præsertim cum ipse Illustrissimus D. Nuntius in illis Partibus declarauerit, Capitulum satisfecisse, & sufficienter paruisse Rotæ exequutorialibus, & vlterius etiam Capitulum, & Canonicos absoluerit ad cautelam ab excommunicatione, in quam Iudex exequutorialis, cui litteræ prædictæ fuerunt directæ,damnauerat, nam proindè euidentissimè constat,ex causa hac criminali iniustè Capitulum

3 vexari,cum pœna non cadat, nec accusatio sit recipienda,nec inquisitio formanda, vbi non est delictum,Bart.in l.vbi pactum,num.10. vers.& ideo, C.de transf.Farin.quæst.17.num.1.Caball.resolut.1. num.12.& cas.151.num.9.Giurb.cons.32. num.12. Seraph.decis.668.num.2.

Nec obstat,quòd possessio ad effectum,vt D.aduersario suffragaretur, debuisset à Capitulo tradi capi-

4 tulariter,quia præter id,quòd portionarij, & dimidij portionarij non sunt de Capitulo, Caputaq. decis.84.& 91.par.1.cum alijs per Gonzal.ad reg.8. glo.45.num.39.in Cathedrali verò Corduben.licet sint de Capitulo generali, non tamen in omnibus actibus,vt per Gonzal.ead.glo.45.num.45.obiectũ cessat in hoc casu,cum constet,possessionem traditam fuisse liberè,ac pacificè procuratori D. aduersarij acceptanti in choro de mandato Capituli à

5 Canonico ad huiusmodi effectum ab ipso Capitulo deputato,quamobrem idem est,ac si Capitulum ipsum totum tradidisset,l.item eorum,§.1.ff.quod cuiusq.Vniuers.nom.Doct.in c.1.de his,quæ fiunt à maiori parte Capituli.

Non etiam obstat,quod procurator prædictus, qui possessionem adeptus fuit pro D. aduersario, non fuerit admissus in Capitulo ad osculum pacis, & iuramentum de seruando Statuta, quia ad effectũ paritionis contentæ in exequutorialibus satis fuit, quod tradita fuerit possessio pacifica,& libera,& in exequutionem huius traditionis fuerit etiam idẽ D.aduersarius descriptus in libro quadrantis, in quo possessores describuntur,ac iuramentum prædictum cum esset ab ipso prestandum, nec aliquid desuper à Capitulo implendum,osculum verò non steterit per Capitulum,quin fuerit receptum, sed per ipsum procuratorem,qui expectatus à Capitulo non redijt,quin etiam Capitulum prædictum,& alios procuratores D.aduersarij ad hoc requisiue-

6 rit,& interpellauerit,habenda sunt prædicta, ac si effectualiter fuissent impleta,& præsertim cum nõ tangant substantiam adeptionis possessionis, Paris. de resign.lib.11.quæst.13.num. 95. Gonzal. ad reg. 8.§.3.procem.num.42.

Minusque obstat,quòd Capitulum in traditione possessionis iura sibi competentia etiam ad effectum recursus, mediante protestatione præseruauerit,

7 quia cum eiusmodi præseruationes sint compatibiles cum ipsa possessione tradita,minimè sunt impeditiuæ paritionis,vt in his terminis per Rot.decis.264.num.6.par.3.rec.

Respectu verò prætensæ deturpationis sedis, aliorũque prætensorum delictorum circa assertam ignominiam D.aduersarij venit quoque Causa ad Partes remittenda,cum hæc non tangant impedimẽtum exequutionis litterarum Rotæ, nec Capitulum,sed particulares,& in omnem casum,cum in

8 his Causa sit in prima instantia, debeat tam ex dispositione Concilij, quam ex Constitutione Pij V. in Partibus cognosci,nec A.C.in his cessante ratione loci delicti,originis,& domicilij aliquam habeat iurisdictionem,c.si diligenti,de for.comp.Abb.c. fin.num.13.C.eod.tit.Couar.pract.cap.11.n.6.Farinac.de inquisit.quæst.7.n.2.

Neque releuat quòd fuerit in A. C. iurisdictionem

9 consensum,quia acta quæcumque,ex quibus consensus resultare prætenditur, gesta sunt à compulsis metu contumacialis condemnationis, præsertim stante protestatione Capituli circa declinatoriam fori,Farin.d.quæst.7.numer.4. vers.sublimitando primo.

ARGVMENTVM.

De admissione articulorum obiectiuorum, quando dantur ad necessariam defensionem.

An exceptio tacite reiecta in sententia possit in alio iudicio proponi:

SVMMARIVM.

1 *Articuli quamuis obiectiui admittuntur, quando sunt de iure dantis.*

2 *Articuli quamuis obiectiui dicuntur de iure dantis, & sunt admittendi, quando exinde resultat defensio articulantis à criminalitate.*

3 *Articuli quamuis obiectiui non dicuntur dati animo Partem iniuriandi, quando concernunt necessariam defensionem articulantis.*

4 *Defensiones quando denegantur, processus, omniaque acta sunt ipso iure nulla, etiamsi non fuerit appellatum.*

5 *Exceptio rei iudicatæ non suffragatur, nisi tria coniunctim concurrant, identitas personarum, causæ, & rerum.*

6 *Lis, quæ est cum Capitulo non dicitur esse cum singularibus personis Capituli, neque è contra.*

7 *Sententia contra Capitulum, vel Vniuersitatem non afficit illos de Capitulo, vel Vniuersitate tanquam singulos.*

8 *Exceptio, quæ directè, & expressè reiecta non fuit in sententia, potest in alio iudicio proponi.*

9 *Exceptio tacitè reiecta in sententia ob defectum probationis potest in alio iudicio proponi.*

10 *Iniuriarum actio non datur, quando veritas conuicij proponitur in iudicio ratione necessariæ defensionis.*

CONSILIVM CCV.

Regula est pro hac Parte, quod articuli quamuis obiectiui admittendi sunt, vbi sunt de iure

1 dantis; tale enim ius aliam Partem impediens, licet sit obiectus, non tamen recipitur, vt obiectus, sed vt ius Partis, Rot. decis.1 in fin.de sequestr. poss.& fruct.in nouis, & decis.661. num.2. ad fin.par.2. recent.

Non enim dubitari potest hoc casu, quod non sint de iure dantis, quoniam talis dicitur materia obie-

obiectiua, qua probata, excluditur ratio, quod non propterea ius aliquod danti acquiratur, quãdoquidem vbi ex probatione articulorum, de quorum admissione agitur, aduersarius excluditur, & ipsi danti ius acquiritur, quamuis omne ius vnius Partis aliam Partem impediens sit obiectus, tamen, vt dictum est, recipitur, prout ius Partis, & consequenter cum in hoc casu ex probatione articulorum resultet non solum exclusio aduersarii à criminalitate intentata, sed defensio huius Partis ab eadem prætensa criminalitate, vtique articulorum admissio denegari non potest, clem. Constitutionem.de elect.Oldrad.cons.116. num.3. vers.illi enim.Rot.d.dec.1.de sequestr.poss.& fruct. in nou.& decis.18.de except.in antiq.Cassad.decis. 2.de except. Put. decis.21 num.5.lib.1.in nou.Rot. post lib.2.cons.Farin.decis.309.num.1.

Alias vbi denegaretur, cum denegarentur huic Parti defensiones, reiectio non fieret sine summa in-
3 iustitia, postquam ex hac defensione resultat manifeste, quod articuli in hoc casu non dantur animo Partem iniuriandi, & quod obiectus proponuntur in consequentiam necessariæ defensionis, Bonifac.de Vital.in d. clem. Constitutionem, num.10.ad fin.vers.non enim potest, & num.11.& 28. vers.tu dic.de elect.

Ideoque non solum denegatio defensionum resultans ex reiectione articulorum præbet iustam cau-
4 sam appellandi, sed post defensiones denegatas processus, omniaque acta sunt nulla ipso iure, etiamquod non fuerit appellatum, ex text.expresso in clem. pastoralis. de re iudic. col. penult. vbi glos.in verbo licuerit, Farin. cons.156. num.2. 24. & 48.lib.2.

Nec obstat, quod in Rota per sententiam, & rem iudicatam cum exequutorialibus, & declaratorijs
5 definitum fuerit contrarium eius, quod articulatur, quoniam exceptio rei iudicatæ nunquam suffragatur, nisi quando tria coniunctim concurrunt, identitas scilicet personarum, causæ, & rerum, l.cum quæritur, cum duab.seqq.ff.de except. rei iud.c.fin.vbi post.glo. Franc. num.4. de except. in 6.Abb.cons.50.num.2.lib.1.Hond. addens quartum requisitum, quod idem, quod petitur sit ad eumdem finem, cons.30.num.50.lib.1.Surd. cons. 114.num.21,lib.1.Caputaque n.decis.93.par.3.

In hoc autem casu nedum minime concurrit identitas causæ, & rei, dum in Rota agebatur de exequutione litterarum Apostolicarum prouisionis mediæ portionis vacantis in Cathedrali Cordub. in hac autem Causa criminali de punitione ob illa tam prætensam iniuriam: quamobrem finis vtriusque Causæ est etiam prorsus diuersus, sed nec concurrit personarum identitas, dum Causa ciuilis in Rota fuit inter D.aduersarium, ac Capitulum, & Canonicos tanquam vniuersos, hæc autem inter Fiscum, & D. aduersarium tanquam illi adhærentem, & aliquos ex DD.Canonicis, & alios tanquam
6 singulos; ideoque lis, quæ est cum Capitulo, non dicitur esse cum singularibus personis Capituli, neque è contra, Achill.decis.153. alias 4. vt lit. pend, Soc.cons.95.num.13.lib.3.Corn.cons.293.num.12. & seq.lib.3.Lancellott.de attent.par.2.cap.4.limit. 2.num.40.

Eademque ratione sententia lata contra Capitulum,
7 vel Vniuersitatem, & homines non afficit illos de Capitulo, seu Vniuersitate tanquam singulos, Rot. decis.458.n.4.par.1,rec.

Præterea non etiam obstant acta gesta in Rota, & sententia in ea lata, quia licet sententia lata super exceptione inducat exceptionem rei iudicatæ, si illud postea in alio iudicio proponatur, ex text. in l.si autem, 8.§, si quocumque, ff.de neg.gest. tamen huic conclusioni non est locus in hoc casu, sed li-
8 mitationibus, tum quia licet in Rota fuerit discussa probatio exclusiua obiectus ex Parte D. aduersarij, non tamen in sententia fuit super exclusione huius obiectus directe, & expresse pronunciatum, sed solum super exequutione litterarum Apostolicarum, & petita immissione, ideoque neque hæc sententia parit exceptionem rei iudicatæ contra Capitulum, & Canonicos tanquam vniuersos respectu obiectus, de quo quæritur. Natt. cons.473.num.6.& seq.Soc. cons.264. num.15. post med.vers. sed præmissis non obstantibus, & num. seq.lib.2.Schrad.de feud.2. par.9. par. princ. sect.2. num.108 post med. vers. similiter licet Iudex, Contard.de moment.poss. limit.12. §.6. numer.2. ad finem.

Tum etiam quia cognitio habita in Rota super obiectu articulato fuit respectu probationis factæ ab aduersario cum tacita reiectione deductorum ex parte Capituli, quia Capitulum intentionem suam
9 exclusiuam probationis actoris sufficienter non probauerit; hoc enim casu nec etiam Capitulum prohibetur de eodem obiectu dare in alio iudicio, Imol.in c.2.nu.28.de ord.cognit.Gabr. de except. conclus.2. num.14. Contard.aliis pluribus comprobans de moment. poss.d.limit.2.§.6.num.4.5.6. & seq.

Minus facit, quod obiectus etiam probatus non releuaret ex prætextu, quod veritas conuicii non
10 eximat ab actione iniuriarum, quia contrarium, est verius, quando obiectus proponitur in iudicio ratione necessariæ defensionis huius venerabilis Capituli, Abb.c.fin.,num. 5. de iniur.Bart.in l.eum qui nocentem, ff.de iniur. Clar §.iniuria, num. 15. vers. item quæro, Gomez.var. tit. de iniur. cap.6. num.2.Farin. quæst. 105.num.225.& cons.87 nu.7.

ARGVMENTVM.

An Episcopus absque adiunctis possit cõtra capitulares exemptos procedere ad capturam, quando ex aliqua saltem summaria informatione non constat, quod adsit fugæ suspicio.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus extra visitationem contra capitulares exemptos non procedit nisi de consilio, & assensu adiunctorum.*
2 *In discretiua dispositione vnum non comprehendit alterum.*
3 *Informatio summaria sufficit ad capturam, quando Reus est suspectus de fuga.*
4 *Pro informatione summaria sufficiunt duo, vel tres testes.*
5 *Capituli exempti maximè interest, quod adiuncti assistant etiam examini testium pro Curiæ informatione.*
6 *Qualitas deferens iurisdictionem ante omnia est iustificanda.*

7 *De qualitate suspicionis debet constare ante capturam.*
8 *Processus formatio palam, & publicè, & diffamatio inuitat ad fugam.*
9 *Exitus acta probat.*
10 *Adnotatio, & descriptio bonorum, & dato periculo sequestratio, aut depositum permittitur ante sententiam diffinitiuam super delicto.*

CONSILIVM CCVI.

RE cedendum videtur à resolutis, quatenus firmatur, Episcopum processisse iuxta formam Concilij sess. 25. cap. 6. de reform. Etenim Cōcilium quando Episcopus extra visitationem contra capitulares exemptos procedit, expressis verbis disponit, quòd Episcopus tàm in formando processum, quàm in cęteris omnibus actibus vsquè ad finem Causæ inclusiuè procedere teneatur de consilio, & assensu adiunctorum, quamobrem cum solus sine illis processum formauerit, processus fuit nullus, Rot. decis. 321. num. 2. par. 2. diuersor.

1 (margin)

Nec obstat, quod Concilium in eodem cap. 6. dispositionem præfatam limitet in versic in criminibus, quatenus inquit, in criminibus tamen ex incontinentia prouenientibus, & in atrocioribus delictis dispositionem, aut degradationem requirentibus vbi de fuga timetur, nè iudicium eludatur, & ideo opus sit personali detentione, possit initio solus Episcopus ad summariam informationem, & necessariam detentionem procedere; quoniam casus de quo quæritur, non cadit sub hac limitatione, sed regula antecedente.

Primò quia Concilium ipsum differentiam constituit inter processum informatiuum, & summariam informationem, dum in prima parte adimit Episcopo facultatem procedendi sine adiunctis in formādo processum, & in secunda non concedit facultatem, vbi de fuga timetur, formandi processum, sed ad informationem summariam procedendi,
2 quemadmodum semper in discretiuis dispositionibus vnum alterum non compræhendit. Bald. communiter receptus in l. in multis, num. 4. ff. de stat. homin. Gabr. de verb. signif. concl. 6. num. 63. Surd. cons. 573. num. 34. & pluribus seqq. lib. 4. Seraphin. decis. 1486. num. 12.

Quod autem in hoc casu processus fuerit formatus, non autem capta summaria informatio; constat apertissimè tam ex deducendis infra, quam etiam, quia informatio summaria prout distinguitur à
3 formatione processus in hoc consistit, quòd circumscripto timore fugæ, necesse est formare processum informatiuum, itaut ex illo resultent inditia sufficientia ad capturam, vbi verò timetur fuga sufficit, quòd precedat qualis qualis informatio, atquè ita conciliantur opiniones, quæ in hac materia ex criminalistis habentur, Franc. Brun. tract. de indit. par. 2. quæst. 9. nu. 5. post med. vers. dicunt, quod tunc demum, & num. seq. vers. nè inquisitio sit frustratoria in tractat. nouiss. tom. 1. par. 1. fol. 160. Marsil. in prax. crim. §. constante, num. 5. ante finem, vbi verbis sequentibus in vers. & scias, inquit, & scias, quòd etiam in vno casu licitum est Iudici etiam non præcedentibus aliquibus inditijs capere Reū inculpatum, & hoc, quando talis assertus Reus esset suspectus de arripiendo fugam, vt quia componeret sarcinulas, vel se prępararet aliter ad fugam & sic quando periculum esset in mora, & num. 6. & seq. pract. Conradi lib. 1. cap. 9. de Prætore, §. 3. de offic. Prætor. in caus. crim. tit. de captura, numero 3. vers. vbi non sunt inditia, fol. mihi 266. Blanc. in l. fin. num. 8. ff. de quæst. in tract. nouiss. d. tom. 11. par. 1. fol. 263. Cason. in quæst. crim. cap. 9. de captura, & carcere, num. 1. & seq. in tract. nouiss. d. tom. 11. par. 1. fol. 457. Foller. in prax. crim. in verbo studeat se ornare, num. 58. post med. versic. & ita intelligitur, Farinac. post alios plures, quos allegat, quæst. 27. num. 125. ita propterea conciliando relatos eadem quæst. num. 115. & 123.

Ideoquè non videtur releuare, quòd dicitur exaduerso, facultatem capiēdi summariam informationem attributam per Cōcilium non legi restrictam ad aliquem certum numerum testium, sed posse Iudicem pro informatione Curiæ testes sibi visos pinguius examinare, nè Fisco probationes pereant, præsertim non dato numero effrænato supra 40. quia hoc admittitur, vbi agitur de assumendis inditijs sufficientibus ad capturam absquè timore fugæ, secus verò illo subsistente, cùm tunc non sint necessaria inditia, sed sufficiat qualis qualis infor-
4 matio ex præallegatis, atquè hinc duos, vel tres testes pro summaria informatione sufficere in hoc casu, firmat pract. crim. Can. Diaz cap. 121. post verbum, requiratur, vers. & ideo consideratione, fol. mihi 461.

Alias enim intelligendo, deluderetur prima pars Cōcilij prohibens soli Episcopo formationem processus, & solùm in secunda permittens summariam informationem, cum semper Episcopus posset di-
5 cere, non formaui processum; & præsertim cum Capituli exempti maximè interfit, quòd adiuncti assistant etiam examini pro informatione Curiæ ex pluribus rationibus deductis in pract. crim. Canonica Diaz d. cap. 121. numero 3. & seqq.

Secundò quia regula est certa, quòd qualitas iurisdi-
6 ctionem deferens ante omnia est iustificanda, & aliàs iurisdictio non competit. l. 2. §. sed si dubitatur, ff. de iudic. Farinae. quæst. 8. num. 86. cum autem in hoc casu Concilium regulam limitet, vbi de fuga timetur, debebat saltem de hoc fugæ timore constare summariè per aliqualem informationem; quamobrem cùm in hoc casu nedum minimè aliquid constiterit, sed nequè etiam in toto examine per nouem dies fuerit prætensus timor fugę allegatus, cessauit iurisdictio restricta ad hunc casum; pract. Conrad. d. lib. 1. cap. 9. de Prætore, §. 3 de offic. Prætor. in caus. crim. tit. de captura, num. 3. vers. constare debere de crimine, & suspicione, fol. mihi 266. Farinac. d. quæst. 27. num. 125. post princ. vers. si de fuga, vel fugæ suspicione Iudici constiterit, & hoc propter periculum in mora.

Aliàs intelligendo semper esset in arbitrio Episcopi
7 carcerare quemcumquè capitularem, & dicere, quòd timebat fugam, ac propterea sequeretur absurdum, quòd in simili casu suspicionis respuit Rota decis. 478. num. 4. par. 1. recent.

Tertiò quia in hoc casu constat de contrario, timorem scilicet fugæ omninò abfuisse, tum considerato initio, quòd considerandum esse ipsum Concilium statuit in verbis prædictis, possit initio solus Episcopus, dum initio Episcopus nullam fecit diligentiam de capiendo, sed palàm, & publicè processum formando magis diffamatum ad fugam inuitauit, Gabriel consilio 171. numero sexto, 14. &

14.& 24.lib.1.Honded.consf.3.num.45.47.49.& seq. lib.1.Farin.quæst.34.à num.41.ad 54.

Tum etiam considerato fine, dum statim ac Canonicus fuit monitus ad comparendum sub breuissimo horarum spatio, comparuit, & se sponte consti-
9 tuit, exitus namque acta probat, Surd.decis.7.num.11.& decis.288.num.8.

His autem stantibus non solum monitorium, sed omnia, quæ acta fuerunt sine adiunctis, formatio scilicet processus, inuentarium, & asportatio bonorum ad Curiam, fuerunt sine iurisdictione, & consequentèr nulla, cum Concilium requirat adiunctos etiam in interloquutorijs, & de Iure asportatio bonorum ad Curiam ante sententiam diffinitiuam, etiam data iurisdictione, sit iniusta,
10 ac iniqua, & solum ante sententiam diffinitiuam super delicto permittatur adnotatio, & descriptio, & dato periculo sequestratio, aut depositum, Clar.quæst.44.num.3.ante med. vers. transmittitur Notarius. Gomez, var.tit.de delict. cap. 9.num.2. Chartar. de exequut.sent.capto bannito, cap.1. num.67.& seq.

ARGVMENTVM,

De eadem re. De differentia inter summariam informationem, & processum informatiuum ad effectum ne possit Episcopus sine adiunctis procedere contra Capitulares exemptos, & quænam exemptio requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Informatio summaria intelligitur de breui per duos, aut tres testes.*
2 *Ex actibus successiuis dignoscitur, quæ nam fuerit voluntas præcedens.*
3 *Dictio, vbi, importat conditionem.*
4 *Fugitiuus non dicitur is, qui latitat, vel domi non reperitur, nisi discesserit animo non redeundi.*
5 *Verba vbi non conueniunt, non conuenit dispositio.*
6 *Iudex ad inueniendam innocentiam Reorum ex officio potest decem testes, & vltra recipere, non autem ex Parte accusatoris.*
7 *Actus iudiciales iuris ordine seruato differunt à processu camerario.*
8 *Testium coactio fieri nequit nisi mediante processu iudiciali.*
9 *Ex Armorum delatione non imponitur nisi pœna pecuniaria.*
10 *Ex Armorum delatione clerici non deponuntur.*
11 *Testes de fama deponentes non attenduntur, nisi nominent authores, cum oriri potuerit à maleuolis.*
12 *Fama non attenditur sine adminiculis, cum vt plurimum sit mendax, & solita transmitti à cupientibus nocere.*
13 *Testes de fama deponentes debent specificare tempus, an orta fuerit post iudicium criminale.*
14 *Citatio mediante monitorio est principium essentiale iudicij.*
15 *Concilium Tridentinum cap. 6. sess.25. de reform. loquitur in exemptis.*
16 *Exemptio generica sufficit quoad dispositionem Concilij Tridentini cap.6. sess.25. de reformat.*
17 *Confirmatio sub narratiua, & insertione tenoris dicitur in forma specifica.*
18 *Puri, & purificati idem est iudicium.*
19 *Concordiæ obseruantia præsumitur,*
20 *Status vltimus attenditur in iudicio possessorio.*

CONSILIVM CCVII.

SVpponuntur exaduerso duo minimè iustificata, ac propterea minimè supponenda.

Primò enim supponitur, Episcopum sumpsisse summariam informationem; secundò, quòd summaria informatio fuerit valida, stante suspicione fugæ.

Sed neutrum subsistit, non primum, tùm quia nulla ratione dici potest informatio summaria circa caput delicti conuersationis nocturnæ cum armis prohibitis cum facinorosis, & assassinis, quia super hoc capite fuerant examinati tresdecim testes, non etiam summaria super concubinatu, quia in hoc duodecim testes examinati fuerūt, non etiam super sfrisio Catherinæ, quia sex testes; summaria namque in hoc casu informatio diuersa constituitur à processu informatiuo per Concilium ipsum,
1 ac propterea non potest intelligi nisi de informatione per duos, aut tres testes, ex Diaz. in pract. Canon.quem allegaui, & quod summaria intelligatur de breui, Lancellott.Conrad.de Prætore, lib. 1.cap.9.§.2.sub tit. de clausulis, numero 6. fol. mihi 34.

Tum etiam, quia nec processus fuit, nec summaria capta informatio ad finem, ad quem Concilium illam permittit Episcopo sine adiunctis, vt etiam per Card.Mantic.decis.18.num.6. cùm ad inuentarium, & bonorum capturam prius Episcopus peruenerit, quàm detentationem personæ tentauerit;
2 ex actibus namque successiuis dignoscitur, quę fuerit voluntas Episcopi in præteritum, Roman. consil. 201. numero 2. Surd.consil.140. numero 44. & seqq.

Non etiam secundum, quia licèt Barbosa exaduerso allegatus de Canon. & dignit.cap.28.num 21. antè fin. opinetur stari arbitrio Iudicis, an adesset timor fugæ, tamen eius dictum destitutum tàm authoritate, quàm ratione admitti nequit hoc casu, tum quia Concilium in sess.25 cap.6. de reform. in vers.in criminibus tamen, iurisdictionem, quam tribuit soli Episcopo, qualificat, vbi de fuga time-
3 tur, ac propterea ponderata dictione, vbi, quæ importat conditionem, hæc qualitas erat probanda. l si ita scriptum, 46.§.fin. ff.de leg. 2. Bart.in l. 1. num.19. ff.de cond.& demonstr.

Tum etiam, quia, quis sit fugitiuus, aut de fuga su-
4 spectus, non remittitur Iudicis arbitrio absoluto, sed requirūtur in hoc probationes ex circunstantijs facti, ex quibus colligi possit animus fugiendi, itaquod nequè etiam latitans, aut non repertus domi talis censeri possit, nisi demum ea mente de domo discedat, ne redeat, vt per Caccialup. tractat. de debitor. suspecto, quæst. 1. numero 1. versiculo, cum qui ea mente discedit, & hoc ipsum sentit etiam Roman. ipse exaduerso adductus in l. 2. num. 1. & 2. ff. de iurisdict. omn. iud.

Non autem releuat, quod diſpoſitio ſacri Concilii Tridentini ſeſſ.25. cap.6. de reform. fuerit ſeruata vſque ad relaxationem monitorii excluſiue, quia imo non fuit ſeruata, cum contra illius formam Epiſcopus à monitorio infra proceſſerit.

Etenim quamuis Epiſcopus in criminibus ex incontinentia prouenientibus, & in atrocioribus, vbi de fuga timetur, poſſit initio ad ſummariam informationem, & neceſſariam detentionem procedere, tamen id non videtur huic caſui applicabile, dum Epiſcopus non proceſſit ad ſummariam informationem, ſed formauit proceſſum, in cuius formatione idem Concilium diſponit, Epiſcopum ſolum procedere non poſſe, ſed illum formare debere cum adiunctis, quamobrem cum verba
5 Concilii proceſſui, & non ſummariæ informationi conueniant, neque etiam conuenit diſpoſitio ad ſummariam informationem ſe reſtringens, l. item veniunt, §. arctanda, ff. de petit. hæred. Rot. deciſ. 697. num.7. in fin. par. 1. & deciſ. 502. num.3. par.2. rec.

Quod Epiſcopus non formauerit proceſſum, ſed ad ſummariam proceſſerit informationem exaduerſo obiicitur, quod ſi conſideretur vnumquodque delictum de per ſe, & probationes factæ ſuper delictis, de quibus prætenſus delinquens fuit accuſatus, clare apparebit, quod informatio fuit ſummaria, & non plenaria; at huiuſmodi conſideratio magis ſummariam informationem excludere videtur, dum ex facto conſtat, ex Parte Procuratoris fiſcalis de tribus criminibus fuiſſe Canonicum imputatum delatione armorum, concubinatu, & ſfriſio in muliere ab alio de eius mandato. quoad arma reperiũtur examinati treſdecim, quoad concubinatum duodecim, & quoad ſfriſium ſex teſtes, & licet Pars aduerſa dicat, quod facultas Epiſcopi non ſit ad certum numerum teſtium reſtricta, tamen neque etiam probat, quod examinatio magni numeri teſtium ſit informatio ſummaria; quamobrem vbi de Iure non ſubſiſtat con-
6 cluſio, quod in criminalibus Iudex ad inueniendum innocentiam Rei ex officio poſſit etiam vltra decem teſtes recipere, non vero ex Parte accuſatoris, qua tamen concluſione vtitur Rebuff. tract. de teſtib. glo.2. num.3. & ſequitur Foller. in praxi crim. canon. par.2. iudic. cap.8. ſub tit. teſtibuſque diligenter examinatis, num.51.

Saltem ſubſiſtens cenſendum erit quod alias dixi, ſũmariam informationem intelligi, quando ſuper vno quoque delicto duo, vel tres teſtes recipiuntur.

Sed quod Epiſcopus formare voluerit, & effectualiter formauerit proceſſu,m, non autem procedere voluerit, nec proceſſerit ad ſummariam informationem, conſtat, tum quia non cæpit informationes ſecrete, aut mediante proceſſu camerario, ſed palam, & iudicialiter ordine iuris ſeruato præuia quærelæ admiſſione, aliiſque pluribus iudicialibus actibus datis in ſummario, qui actus iudicia-
7 les difformes ſunt à ſummaria informatione, & proceſſu camerario. Alphonſ. Villagut. in pract. crim. can. lib.3. tit. de inquiſit. cap.12. poſt 8. & vltimam concluſionem, in quæſt. incip. Dominus talis, col.1. ante fin. verſ. formare cœpit proceſſum camerariũ, & col. 3. ad med. verſ. quia cum fiat ſermo, de proceſſu camerario ſecrete compilando.

Tum etiam quia examinari fecit teſtes 31. laicos mediante [illegible], & præuia illorum citatione ſub cenſurarum comminatione, quo caſu iuxta declarationem ſacræ Congregationis Cõcilii in Cauſa Oriolen. iuriſdictionis inter Epiſcopum, & Capitulares datam in ſummario procedendum erat
8 cum adiunctis; talis namque coactio fieri nequit niſi mediante proceſſu iudiciali, c.1. c. ſuper eo, & c peruenit. de teſtib. cogen. cum aliis per M. Ant. Genuen. in prax. Archiep. Neap. cap. 9. numer. 1. & ſeqq.

Præterea aduertendum quoque videtur, Concilium d. ſeſſ.25. cap.6. de reformat. diſponere, quod initio ſolus Epiſcopus ad ſummariam informationẽ, & neceſſariam detentionem procedere poſſit in criminibus ex incontinentia prouenientibus, de qua in decreto de concubinariis, & in atrocioribus delictis depoſitionem, aut degradationem requirentibus, vbi de fuga timetur, ne iudicium eludatur, & ideo opus ſit perſonali detentione; hinc enim ſumpto argumento à ſenſu contrario liquet, quod in caſibus, in quibus non intrat titulus delicti requirens depoſitionem, aut degradationem, aut qualitas concubinatus, ex qua poſſit perueniri ad perſonalem detentionem, ceſſat iuriſdictio Epiſcopi procedendi ſine coniudicibus initio cuiuslibet anni electis à Capitulo, l.1. §. huius rei, ff. de offic. eius, c. cum Apoſtolica, de iis, quæ fiunt à Prælat.

Conſtat autem neutrum ex criminibus obiectis eſſe
9 tale, quia ex delatione armorum de Iure non incurritur, niſi pœna pecuniaria, & dicitur leue delictum, vt per Farin. quæſt. 108. num. 171. & ſeq. & licet clericis magis ſit interdicta armorum delatio, quàm laicis, vt ead. quæſt. numer. 110. tamen non propterea clerici deponuntur, Decian. tract. crim. lib.8. cap.3. num.23. Farin. quæſt.8. n.96.

Pro prætenſo mandato ad ſfriſandum cum ſfriſio ſubſequuto non etiam locus eſt depoſitioni, ex text. in c.1. de clerico percuſſore; & licet aliud ſit in percuſſore cum enormi læſione, tamen hæc qualitas huic caſui non applicatur, tum quia ijdemmet teſtes deſuper examinati dicunt, Canonicum non fuiſſe illum, qui percuſſit, in quibus terminis contraria loquuntur, ſed dicunt fuiſſe alium, quem
10 nominant, & quoad prætenſum mandatum Canonici deponunt de ſola ſimplici fama minus ſufficiente ad detentionem perſonæ ex proximè allegandis.

Pro prætenſo verò concubinatu non etiam locus erat perſonali detentioni, ex quo nullus ex teſtibus examinatis deponit de veritate facti, ſed pariter de ſola fama, quæ non erat perſonali detentioni ſuffi-
11 ciens, tum quia nullus ex teſtibus nominat authores, ſicut neceſſe eſt, cum oriri potuerit à maleuolis, Farin. conſ.24. num.6. Rot in Tullen. monaſterij 27. Ianuarij 1597. coram Penia apud Farin. conſil. 80. num.54. lib.1.
12 Tum quia non ſuffragatur ſine adminiculis, cũ vt plurimum fallax, & mendax, & ſolita tranſmitti à cupientibus nocere, idem Farin. d. conſil.80. numer.30.

Tum, & tertio quia teſtes non ſpecificant tempus or-
13 tus famæ, ideoque præſumitur, quod ortum habuerit poſt incohatum iudicium criminale, quod non releuat, Farin. quæſt.4. num.49. & 156. & num. 173. & ſeq. & num. 176. Caball. reſol. crim. caſ.200. n. 132. & ſeq.

Quoad verò monitorium, & acta ſubſequentia cla-
14 rior eſt nullitas, præcipuè, quia dubitari non poteſt,

test, quia citatio Canonici mediante monitorio fuerit principium essentiale iudicij, Villagut. dicta pract.crim.can.lib.1.tit.de accus.concl.16.col.2. in princ.& lib.6.tit.de modo proced.concl.1.Clar.in prax.crim.quæst.3 r.in princ. Iodoc. in pract. crim. cap.13.de citat.num.2.& plur.seq. Foller. in d.practic.crim.can.cap.9.num.1.& seqq.

Nec dubitandum videtur de exemptione, quia Sacra Congregatio Concilij censuit quidem, Concilium
15 in c.6.sess.25.de reform.loqui tantum in Capitulis exemptis, ex Rot.decis.308.num.1.par.2. diuers. & Seraph.decis.493.etiam num.1.

Sed an necessaria sit exemptio specifica, vel sufficiat exemptio in genere non habetur ex decisionibus
16 prædictis, & sufficere genericam, habetur decis. 743.num.1.4.6.& 7.& num.9.

In hoc autem casu habemus exemptionem specificã, ex Statuto confirmato non in forma communi, sed
17 specifica, dum Sixtus Quartus illud confirmauit sub narratiua, & insertione tenoris, Dec.in c.1.de confirm. vtil.vel inutil. num.9. Seraph. decis. 981. num.2. Rot. decis. 192. num.3. par.1. & decis. 339. num. 2. par.2.recent.

Neque enim dici potest, hanc non fuisse confirmationem, dum non fuit in forma gratiosa, sed commissaria, ac propterea fuisse solum mandatum de confirmando, & non confirmationem, quia Sixtus mandauit, Statutum confirmari, constito de illius essentia cum autem de hac ex tunc constiterit, & fuerit ab inde citra obseruatum, clausula constito nedum ex lapsu temporis præsumitur, sed apparet iustificata, ac propterea versamur in terminis specificæ confirmationis ex certa scientia,
18 & non in forma communi, cum pari, & purificati idem sit iudicium, Surd.cons.179.num.10.& decis.549.num.8.Card.Mant decis.354.num.1.

Nec obstat, quod non constet de obseruantia nisi ab anno 1559.itaut propterea de illa ante d. tempus non constet, & subsequuta post Concilium de anno 1564.tanquam ex eo sublata nõ suffragetur, tum quia ante annum 1559. obseruatum idem fuisse præsumitur, nisi exaduerso probetur contrarium, ex quo Statutum emanauit concorditer ab
19 Episcopo, & Capitulo; concordiæ autem obseruantia præsumitur, Seraph. decis.738.num.5.& seq. Gonzal.ad reg.8. glo.27.num.52.

Tum quia ab effectum, de quo agitur, vt processus
20 incohatus, & hactenus compilatus semper cum adiunctis continuandus sit eodem modo, sufficit vltimus hic status ex eadem decis. Seraphin. exaduerso allegata 1213.num.5.

ARGVMENTVM.

An Episcopus sine adiunctis nulliter procedat tàm contra capitularem exemptum, quam contra laicum ratione connexionis Causæ.

SVMMARIVM.

1 *Concordia inter Episcopum, & Capitulum inita circa modum procedendi cum adiunctis seruanda est.*
2 *Concordia conformis Iuri communi multo magis seruanda est.*
3 *Nullitatis iudicium Parte opponente præiudiciale est negocio principali.*
4 *Clericatus probari debet cum requisitis Concilij ad effectum vt quis iurisdictioni fori Ecclesiastici sit subiectus.*
5 *Causa connexa cognoscenda est eodem modo, quo Causa principalis.*
6 *Inditia vbi deficiunt, nemo debet mediante examine inter Reos constitui, neque hoc casu intrat arbitrium.*
7 *Appellationis Iudex, qui pronunciauit bene appellatum à sententia lata super competentia iurisdictionis, non potest procedere in Causa principali, sed supersedere debet.*

CONSILIVM CCVIII.

NVllitas processus per D. Archiepiscopum contra D.Canonicum formati, & ad hanc Curiam transmissi est omninò clara, tum ex dispositione § Concilij Tridentini sess.25.cap.6.de reformat. dũ declarando cap.4.etiam de reform.sess.6. disponit, Episcopum tam in formando processum, quàm in cæteris omnibus actibus vsque ad finem Causæ inclusiuè teneri procedere contra personas Capitulares de consilio, & assensu duorum ex Capitulo.

Tum etiam ex concordia antiquitus inita inter Archiepiscopum, & Capitulum, etiam per modernũ Archiepiscopum iuramento firmata, dum disponit expresse, quod ipsi Archiepiscopo non liceat inquirere contra Canonicos, nisi ad Partis querelam, & cum voto duorum coniudicum eiusdem
1 Capituli, siquidem, hunc modum esse seruandum, firmat in his terminis Rota apud Seraphin. decis. 475.nnm.2.& seq.

Et præsertim cum sit etiam conformis dispositioni
2 Iuris antiqui communis, iuxta c. quanto, de his, quæ fiunt à Prælat.sine consens. Capit. nam proinde emanata Statuta, & concordiæ similes omninò seruandæ, vt per Nauar.cons.3.num.1.& 3. de offic. Iud ordin.lib.1.vol.1.

Supposita autem huiusmodi nullitate nullo modo videtur D.Canonicus examinari posse, priusquam fuerit pronunciatum super hac nullitate; clarissi-
3 ma enim est regula, quòd iudicium nullitatis Parte opponente præiudiciale est negocio principali, itaquod hoc interim omninò silere debet, Gabr. cons.28.num. 1.lib.2.Put.decis.72.nu.2.lib.3. Vant. de nullit.tit.quot, & quibus mod.sent. null. prop. poss.num.15.& seq. Cæsar de Grass. decis. 37. num. 8. & decis.101.num.7.

Minus autem videtur examinari posse ex prætextu processus qui formari dicitur ad querelam Agentis Archiepiscopi contra Hiacinthum eiusdem Canonici famulum, eumdemque Canonicum ex prætextu, quod Hiacinthus de eius mandato deliquerit, tum quia data nullitate processus transmissi, etiam respectu Hiacinthi à nullitate saluari nequit,
4 postquam non constat de eius clericatu, saltem cum requisitis Concilii ad effectum, vt iurisdictioni fori Ecclesiastici esset subiectus, iuxta c. 6. post princ.vers.is etiam fori priuilegio, sess.23. & Causa respectu vtriusque remanet quoad negociũ principale in prima instantia, quæ propterea in Partibus, non in Curia est cognoscenda, iuxta c.20.eiusdem Concilii, sess. 24.

Quandoquidem Causa ex integro respectu dicti D. Cano-

Canonici cognoscenda propterea est cum voto duorum conjudicum Capituli iuxta formam d.con cordiæ; respectu verò d.Hiacinthi, si Causa ratio-
5 ne complicitatis prætenditur connexa, cognoscenda erit eodem modo, Mathesil.singul.143.Soc. cons.12.num.17.lib.1.Couar.pract. quæst.cap.34. n. 2. sin autem admittitur, illam esse diuiduam, ac separatam, & tunc pariter stante prima instantia cognoscenda erit in Partibus coram suo Iudice laico,§.hoc considerantes,vers.& vltra terminos, & vers. nequaquam ad aliam Prouinciam, auth. vt omnes obed.Iud.§.1.auth.vt diff.Iud.Schrad.de feud.par.10.sect.1.num.181.

Tum etiam quia supposita nullitate processus respe-
6 ctu vtriusque caret prætensa querela omnibus indiciis etiam ad inquirendum, sine quibus absque dubio nullus debet mediante examine inter Reos constitui, vt plurimis comprobat Farin. quæst.1. num.40.vbi etiam num.46. quod hoc casu neque etiam locus est arbitrio,

Nec obstat, quod pronunciato super grauamine, Causa debeat remanere apud Iudicem, ad quem, quia obiectum nec de Iure,nec ex stilo Curiæ pro-
7 cedit, vbi appellatum sit propter exceptionem venientem ad impediendum processum, & ,ad declinandam iurisdictionem Iudicis, à quo quia tunc licet appellatio legitima pronuncietur, Iudex tamen appellationis de Causa principali non cognoscit, sed debet supersedere, sicut Iudex à quo facere debuisset, in cuius locum subrogatur, text. est.not.in c.olim 7.de except.vbi Abb.num.7. Imol.in c.exhibita, num.17. de Iudic. Dec. in c. vt debitus num.23.da appell.Scac.de appell.quæst.17 limit.47.membr.3.num.16,

ARGVMENTVM.

An Superior possit auocare à feudatario Causas in prima instantia.

SVMMARIVM.

1 *Verba dispositiua in gratia magis attenduntur quàm narratiua.*
2 *Clausula, motu proprio, est compatibilis cum supplicatione Partis.*
3 *Iurisdictionis concessio per viam inuestituræ, & in perpetuum, dicitur in feudum.*
4 *Princeps infeudando censetur Fiscum feudatarij loco sui subrogare.*
5 *Causarum primæ instantiæ cognitio competit feudatario priuatiuè quoad ipsum Principem concedentem.*
6 *Causæ in prima instantia multo magis pertinent ad feudatarium, quando in inuestitura interdicitur aliis quibuscumque exercitium omnimodæ iurisdictionis.*
7 *Princeps licet possit ex vi supremæ iurisdictionis primas Causas auocare à feudatario, id tamen honestati non congruit.*
8 *Obseruantia interpretatiua declarat inuestiturã quoad cognitionem Causarum.*

CONSILIVM CCIX.

NVlla videtur inesse probabilis difficultas, quin Vniuersitas huius Castri ex causa etiam onerosa mediante scilicet solutione scutorum 12800. Cameræ Apostolicæ realiter per fa: me: Pium Quartum anno 1564.29.nouembris motu proprio de fructibus, redditibus, prouentibus, obuentionibus, emolumentis, subsidijs, iurisdictione mulctis pœnis,confiscationibus,alijsque iuribus,& pertinentijs, quæ à Camera percipi solebant, fuerit inuestita, sic namque in eodem motu proprio
1 legitur verbis explicitis in parte principaliter dispositiua, quæ attendenda, cum sit in gratia, magisque in dispositione ex onerosa causa ad Partis supplicationem, Rot.decis.702.nu.5.par.3.recent. & absque dubio in dispositione motu proprio ema
2 nata, quæ etiam talis censenda est, non obstante, quod præcessisset supplicatio, cum hæc sint compatibilia, Seraph.decis.356.num.1.& seq.& num.9. ad finem, & decis.365.num.11.& seq.

Et quin vlterius fuerit etiam sibi in eodem motu proprio concessum,quod posset in publico ipsius Vniuersitatis Consilio vnam personam idoneam in Iudicem ordinarium, & Prætorem per Cameram approbandum cum suis solitis honoribus, & oneribus per eamdem Vniuersitatem,& homines præstandis ad iustitiæ administrationem, exequutionem, & exercitium annuatim, vel singulis semestribus, aut alias, prout eis placuerit eligere, ac deputare, quæ persona sic electa, & confirmata valeat omnes Causas tam ciuiles, quàm criminales, & mixtas cognoscere, ac terminare, sententiasque etiam confiscationis bonorum, relegationes,punitiones corporis, & vltimi supplicii pœnas continentes promulgare, illasque debitæ exequutioni demandare, itaquod ab eius sententiis, siue gestis ad aliud, quàm ipsius Cameræ tribunal, & Clericum illum,qui ab ea deputabitur pro tempore superintendens dictæ Vniuersitatis appellare non liceat; quandoquidem stante huiusmodi iurisdictionis ad fauorem d. Vniuersitatis inuestitura, vt præfertur concessa, constat apertissime, quod licet iurisdictio concedi possit in allodium, vel in feudum, vel in administrationem, & exer-
3 citium,tamen in hoc casu non potest censeri concessa nisi in feudum, cum concessio fuerit per viam inuestituræ, & in perpetuum iuxta naturam feudi, de qua cap.1. de natura feud. Franc. decis. 370.num.5.cum seqq.Felin.in c.quod sedem,10.ad med. vers. cogitabam, de offic. Ordin Capoblanc. de auctor.Baron.pragm.8.par.1.num.31. & 32.fol. mihi 208.

Cum igitur propterea nec ambigendum sit, quin
4 summus Pontifex prædictus infeudando, censeatur fiscum feudatarij loco sui subrogare, adeoquod vtitur feudatarius propterea in applicatione iure ipsius Principis, Boss. de Principe, num.25. Natt. cons.356, num.2.& cons.659. num.5.& seq. Decian.cons.35.num.64.& seq.lib.2.Peregr.cons.25. num.5.& per tot.& præcipue 12. & seqq.lib.5.

Sequitur, quod Prætori, vt præfertur, deputando
5 competat cognitio Causarum primæ instantię priuatiue quoad ipsum Principem concedenté,adeout nec directè, nec indirectè ex prætextu friuolarum appellationum debeat Causarum auocatio permitti,Natt.cons.408. incip. quod principaliter num.1.

num. 5. & seqq. Rot. post lib. 2. cons. Farin. decis. 27. num. 9. seqq. & per tot.

6 Et præsertim cum in eodem motu proprio interdicatur etiam S.R.E. Cardinalibus, & Collegijs quibuscumque exercitium omnimodæ iurisdictionis, vt per Capoblanc. de author. Baron. d. pragm. 8. par. 1. num. 113. & 114.

Et in fortioribus terminis, Roman. cons. 393. num. 11. cum alijs per Menoch. præsumpt. 18. num. 15. lib. 2.

7 Adeoquod licet supremus Princeps possit ex vi supremæ iurisdictionis, & alti dominij ex causa primas Causas ad se auocare, & de eis cognoscere, non tamen id honestè licere inquit Bald. in l. 1. quæst. 43. num. 35. ff. de rer. diuis. & Baldum esse communiter receptum testatur Peregr. cons. 1. numero 14. ante med. vers. & licet in feudatarijs, lib. 1.

Minus verò extra Causas appellationũ legitimè deuolutarum potest Illustrissimus Superintendens in alijs regimen dictæ Vniuersitatis concernentibus se intromittere, quia cum Cameræ, & consequutiuè eius iurisdictio sit ad Causas appellationum prædictas ex d. motu proprio restricta, atquè ita

8 etiam subsequuta fuerit semper obseruantia interpretatiua, non est vllo modo ab illa hactenus seruata recedendum, vt per Rotam d. decis. 27. & ex num. 13.

ARGVMENTVM.

An, & quando clerico delinquente simul cum laicis cognoscendia sit Causa à Iudice Ecclesiastico quoad omnes.

SVMMARIVM.

1 *Clerico existente inter plures delinquentes Ecclesiasticus est Iudex omnium etiam laicorum.*

2 *Iudex Ecclesiasticus procedit contra clericum, & Sæcularis contra laicum, quando competit diuersa qualitas defensionis.*

3 *Iudex Ecclesiasticus procedit non solum contra clericum, sed contra laicos simul delinquentes concurrente Causæ indiuiduitate, secus autem ea cessante.*

4 *In Causarum cognitione dicitur res diuidua, quando facile potest Iudex Ecclesiasticus clericum punire, & Sæcularis laicos absque vtriusque iurisdictionis læsione.*

5 *Clericus iuxta communem praxim punitur à Iudice Ecclesiastico, & laici simul delinquentes à Sæculari.*

CONSILIVM CCX.

Iniusta videtur prætensio D. Vicarij Prænestini, quod sibi remittendi sint plures laici carcerati per D. Gubernatorem Terræ Olibani occasione homicidij in eadem Terra commissi, quodquè sibi consignandus sit processus hactenus per D. Gubernatorem contra laicos prædictos formatus ab eodem occiso querelatos.

Prætextus namquè quòd frater germanus prefati occisi denunciauerit in Curia Ecclesiastica se etiam suspectum habere clericum, qui in eiusdem Curiæ carceribus se spontè constituit, quemquè solùm frater prædictus querelauit, minimè videtur attendi posse.

1 Etenim conclusio, quæ recepta magis in Iure videtur, quòd inter plures delinquentes existente clerico Ecclesiasticus debeat esse omnium laicorum Iudex, ex originali opinione Antonij de Prato veteri in l. 1. in fine ff. quæ sent. sine appellat. rescind. quem plerique sequuntur ex ratione, quia magis dignum ad se trahit minus dignum, relati per Bost. tit. de for. compet. num. 146. & seqq. Decian. tractat. crimin. lib. 4. cap. 9. num. 44. & 45. & seq. Menoch. de arbitr. cas. 271. num. 12. & seq. Farinac. quæst. 8. num. 151. & Carolus de Grass. tract. de effect. cleric. effectu 1. num. 132. & seq.

Nec applicabilis, nec vllatenus suffragari posse videtur, in casu de quo agitur.

Non enim applicatur, quoniam omnes prædicti, aliiquè, qui possunt allegari, loquuntur in clerico simul cum laicis delinquente; in hoc autem casu etiam ex visione cadaueris formiter facta per D. Gubernatorem prædictum, ipsumquè corpus delicti constat, homicidium commissum fuisse vnico ictu archibusij, & consequutiuè ab vno solo prouueniente, idemquè occisus vnum tantum querelauit, quamobrem ex diuersitate personarum, quæ

2 inculpantur, & ex qualitate diuersitatis defensionis, quæ diuersis hisce personis competere potest, aliud est respectu iurisdictionis iudicandum, plenè Aym. cons. 232. per tot. vbi contrarijs omnibus respondet Couar. pract. quest. cap. 34. num. 1. propè finem, vers. idcirco ego opinor, Gomez var. resol. tom. 3. cap. 10. ex num. 3. vers. sed his non obstantibus, alijque plures relati per eumd. Menoch. de arbitr. d. cas. 371. num. 13. ante fin. vers. verum ab hac opinione, & Farinac. d. quæst. 8. num. 151. vers. contrarium.

Ac præterea, quia conclusio prædicta, quæ pro contraria adducitur, intelligi nequit indistinctè, sed

3 dumtaxat quando concurrit indiuiduitas connexionis, non autem in diuiduis, qualis est casus, de quo queritur, in quo ob superiores rationes cessat quoquè ratio, ne Causarum continentiæ diuidantur, Bart. in l. præcipimus, §. eodem obseruando, C. de appellat. & in l. Iuris peritos, §. fin. ff. de excus. tut. Couar. pract. d. cap. 34. num. 2. cum numero anteced. Decian. tract. crim. d. lib. 4. cap. 9 ex numero 44. vers. dummodo delictum sit indiuiduum, Farinac. d. quæst. 8. num. 151. vers. nec obstant iura, & rationes, Carol. de Grass. de effect. clericat. d. effect. 1. num. 137.

Nequè enim sat est, quòd in pluribus inquisitis de eodem delicto non cadat distinctio indiuiduitatis, & diuiduitatis, ex quo ratione eiusdem delicti, & eiusdem facti semper intret indiuiduitas, tùm quia nec qualitas eiusdem delicti, nec qualitas eiusdem facti hoc casu applicari potest, dum vnicus fuit ictus, ex quo sequutum fuit delictum homicidij.

4 Tum etiam quia verius est, quod in hac quæstione res diuidua sit quoad cognitionem Causæ, & punitionem criminis etiam dum facile potest Iudex Ecclesiasticus clericum punire, & sæcularis laicos absquè vlla vtriusquè iurisdictionis læsione, vt per eumdem Farinac. d. quæst. 8. numero 151. ante fin. & ante vers. vtcumquè sit.

5 Non etiam, vtcumquè sit, conclusio contraria suffragari potest hoc casu, dum communis est praxis, quòd

quòd Clericus punitur à Iudice Ecclesiastico, laici autem à Iudice Sæculari, Igneus in l. 1. §. si quis in villa, ex nu. 17. vers. hoc tamen non obseruat praxis, ff. ad Senat. consult. Syllan. Clar. §. fin. quæst. 36. num. 46. ante med. vers. sed certè, vbi etiam in fine, quòd ab hac communi obseruantia non est recedendum in practica, Couar. pract. d. quæst. 34. ante num. 1. vers. hanc verò posteriorem, Caballin. ad constit. Aegidi. lib. 5. cap. 1. num. 24. vers. quæ opinio non seruatur, Graff. de effect. cleric. effect. 1. numero 134. Gomez d. tom. 3. cap. 10. num. 6. ad fin Farinac. alios plures adducens, d. quæst. 8. num. 151. post vers. contrarium, vers. & hanc vltimam.

ARGVMENTVM.

An, & quando delinquente vno ex Condominis, possit alius Condominus Causam cognoscere, vel delegare.

SVMMARIVM.

1 *Condomino delinquente non potest alius Condominus Causam cognoscere. Contrarium num. 2.*

3 *Condominus potest alterius Condomini delictum punire, quando respectu dominij tam vtilis, quàm directi non recognoscunt Superiorem.*

4 *Sententia lata pro vno ex consocijs suffragatur alijs consocijs.*

5 *Sententia declaratiua inualiditatis alicuius actus facit ius etiam in fauorem tertij.*

6 *Condominus potest procedere contra Condominum stante consensu in iurisdictionem, quando delinquens non est feudatarius alterius, vel non agitur de re feudali.*

7 *Subditus dumtaxat ratione iurisdictionis potest in sui, & Superioris præiudicium prorogare iurisdictionem, secus autem subditus ratione feudi.*

CONSILIVM CCXI.

IVsta, ac rationi congrua videtur prætensio, quod Illustrissimus D. Eques Frater Volumnius Piccolomineus possit delegare cognitionem prætensi homicidij, quod commissum dicitur ab Illustrissimo D. Hieronymo eius nepote in Castro Trianæ, quoniam licèt controuersa admodum sit quæstio, an delinquente vno ex Condominis possit ab alio Cōdomino delictum puniri, vel aliàs ab eo, siue eius
1 delegato iurisdictio desuper exerceri, negatiuam tenentibus Felin. in cap. prudentiam. numero 4. & seq. de offic. deleg. vbi etiam de communi respondens contrariæ decisioni Rotæ, de qua infra, & alijs plena manu relatis per Surd. cons. 47. num. 12. & seq. vbi etiam de communi eidem contrariæ decisioni Rotæ respondens numer. 29. & seq. & Baiardum ad Clar. §. final. quæst. 38. numero 8.

Tamen vel verior, & magis recepta est affirmatiua
2 ex ratione, quod Condominus delinquendo tacitè se submittit, & subijcit alteri Cōdomino, Angel. in l. est receptum, num. 2. ff. de iurisd. omn. Iud. cum alijs per Iaffredum Lanfrancum Balbum decis. 116. vbi etiam testatur de communi opinione, prout etiam de communi allegādo Iaffr. præfatū idem Baiard. ad Clar. d. §. fin. quæst. 38. num. 8.

Et præsertim cùm hanc quoquè opinionem sequatur Rot. decis. 3. de for. compet. in antiq. ex alia ratione, quia Condominus deliquens respectu huius casus merum imperium amittit, ac proinde Condominus iure contra Condominum procedit, non vt parem, sed vt alium priuatum, & Rotam sequitur etiam Crot. cons. 55. numero. 27. lib. 1.

Et Surdus loquitur de inuestitis de hominibus loci in ipso cons. 27. numero 13. vers. confirmatur.

Vel quatenus etiam contrariæ opinioni negatiuę magis esset adhærendum, tamen hoc certum videtur, quòd ab hac est recedendum in duobus casibus, qui huic, de quo agitur, applicantur.

Primus casus est, quando Condomini respectu om-
3 nimodæ iurisdictionis, ac dominij, tam vtilis, quàm directi non recognoscunt Superiorem. Iacobin. de Sancto Georgio in d. l. est receptum, num. 5. in prima lectura, & num. 3. in lectura 2. ff. de iurisdict. omn. Iud. vbi in specie, quòd tunc procedit opinio Angeli, Baldus in cap 1. in fine, tit. qualiter debeat iurare vasallus Domino fidelitatem, in vsibus feudorum, Gaspar Valasc. in repet. l. imperium, nu. 282. in fine, ff. de iurisd. omn. Iud. inter Repetentes, iuxtà vltimam impressionem, vol. 1. fol. 329. idem Surd. eod. cons. 47. ex numero 9. in princ. & ante fin. lib. 1.

Applicatur autem hæc limitatio huic casui, non solùm quia Castrum Trianæ, eiusquè territorium, supponitur fuisse portionem, & membrum Sanctę Floræ acquisitum per Antenatos DD. de Piccolomineis vsquè ab anno 1388 à DD. Comitibus Sanctæ Floræ tunc eiusdem Castri Trianæ Dominijs, & existentibus in statu liberi, & absoluti dominij absquè recognitione aliqua Ducatus Senensis.

Sed etiam quia DD. de Piccolomineis non esse ex causa dicti loci feudatarios, nec iurare fidelitatem resolutum fuit prima Iunij 1575. à practica secreta Serenissimi Magni Ducis sub verbis sequentibus, Li sopradetti Piccolomini essere stati, & essere padroni, e signori del Castello, e tenimento della Triana, e sua giurisdittione, senza hauere obligo di chiederne, ò riceuerne inuestitura da S. A. come Duca di Siena, & à medesimi Piccolomini per giustitia appartenersi, e spettare l'onnimoda giurisditione con suoi emolumenti, e l'elegerci, e deputarci vn'officiale ad amministrare la giustitia, e render ragione nelle cause ciuili, e criminali, e miste.

Quamobrem satis patet, hoc Castrum, eiusquè territorium, quamuis positum sit in territorio Senēse, & intra fines Ducatus, non per hoc præsumendum esse feudale, sed ad summum eius naturæ, quàm in alijs Castris, & locis describit, & comprobat Caball. in Causa eiusdem Serenis. Magni Ducis cum Archiepiscopo Senarum, cōs. 98. per tot. lib. 2.

Accedente præsertim, quòd in eadem practica secreta Suæ Celsitudinis Serenissimæ reuocata fuit sententia lata à D. Capitaneo Iustitiæ Senen. contra D. Nicolaum Piccolomineum propter excessus commissos in Castro Trianæ, & suo territorio cum expressa declaratione nullitatis, & inualiditatis eiusdem sententiæ in omnibus, & per omnia; si-
4 quidem sententia lata pro vno ex cōsocijs nedum prodest, & suffragatur alijs cōsocijs, Angel. in auth. vt liceat matri, & auiæ, §. ad hæc, in fine, Aym. cōs. 206. num. 7. Rot. decis. 284. num. 3. par. 1. recent.

Sed facit hæc sententia ius quoad omnes etiam tertios, adeout limitetur hoc casu regula res inter alios, Roman. cons. 347. num. 11.

Secun-

secundus casus est, quando Condominus, qui deliquisse prætenditur, in iurisdictionem Condomini consentit, & non est feudatarius alterius Domini, nec agitur de re feudali: quamuis enim Surdus d. consf.47.multos referat tenentes; quod vasallus possit prorogare iurisdictionem non solum in sui præiudicium, sed etiam in præiudicium sui Domini, vbi non agitur de re feudali, vt num.8. & multos quoque referat contrarium tenentes, vt non possit Condominus delinquens iurisdictionem prorogare in præiudicium Superioris, vt num.34.
7 & seq.tamen num.37. se restringit ad distinctionem, quod si quis sit subditus dumtaxat ratione iurisdictionis possit prorogare, secus verò si vltra iurisdictionem sit etiam subditus ratione feudi, vt quia iuret fidelitatem, ex quo is strictius obligatur, quàm simpliciter subditus.

Atque hanc Surd. distinctionem sequitur etiam Sola ad Constit.Sabaudiæ tit.de tribunali competente, glo.9.num.7.fol.398.eamdemque ponit etiam Fortus ad Statut.Papiæ decreto primo,in fine,fol. mihi 736.

ARGVMENTVM,

De seruando, non grauetur, concesso eis qui se in carceribus constituerunt præstita cautione de se repræsentando.

SVMMARIVM.

1 *Præuentio realis per carcerationem præfertur verbali, ita quod Iudex qui Reum habet in manibus potest eum punire, etiam si alius Iudex primò eum citasset, vel condemnasset. Et numer. 5.*
2 *Præuentio verbalis per citationem præualet reali per constitutionem spontaneam.*
3 *Præuentio inter plures Iudices habentes ab eodem fonte, ac Principe iurisdictionem, diffinitur ab eodem Principe.*
4 *Ad Præuentionis effectum dicuntur carcerati ij, qui se in carceribus constituerunt, et relaxati sunt sub fideiussione.*
6 *Præsuppositum Partis Fisco adhærentis non est attendendum.*
7 *Concessio, non grauetur, sub nomine dignitatis, seruanda est etiam ab alijs.*
8 *Carceratio contra formam, non grauetur, dicitur attentata.*
9 *Fides publica seruanda est.*

CONSILIVM CCXII.

NON grauetur,concessum ab Eminentissimo D. Cardinale,dum erat A.C.non fuit gratiæ, sed iustitiæ, quoniam fuit ex Causa in eodem tribunali pendente, & sponte facta constitutione coram eodem, & præstita ab eisdem qui in spretum dicti non grauetur carcerati fuerant, cautione de se repræsentando pro eadem causa toties quoties &c. etiam nouis,&c. ad omne mandatum,&c. sub pœna pecuniaria Reu. Cameræ Apostolicæ applicanda in casu,&c. nam conclusio est indubitata,
1 quod præuentio realis per carcerationem personæ præfertur verbali præuentioni, ideoque etiam secundus Iudex, qui Reum habet in manibus, potest illum punire, etiam si alius Iudex primò illum citasset, & monuisset, immò etiam si in contumaciam condemnasset, quamobrem fortius applicatur præuentionis ratio hoc casu, quo, alium Iudicem non constat etiam verbaliter præuenisse citando, aut monendo, vt pluribus comprobat Farin. quæst. 7. num. 53. quam-
2 uis enim conclusionem sublimitet in Reo sponte comparente, & se constituente, tamen id declarat, & intelligit in eo, qui priùs in alio tribunali, vel loco fuerat citatus, vt eodem num.53. vers.sublimita primò.

Ideoque neque etiam applicatur alia sublimitatio,
3 quando concurrunt diuersi Iudices habentes ab eodem fonte, ac Principe iurisdictionem, ita vt hoc casu diffinitio efficaciæ præuentionis habenda sit ab eodem supremo Principe, quia & hæc secunda sublimitatio procedit,quando contentio est inter præuentionem realem vnius Iudicis, & verbalem alterius, secùs vero quando deficit subiectum præuentionum verbale, prout deficit hoc casu, vt per eumd. Farin.ead. quæst.7. num.53 vers. sublimita secundo.

Neque afficit, quod attendenda sit ad effectum rea-
4 lis præuentionis carceratio personæ, quia cum ij, qui se constituerunt fideiussionem præstiterint de se repræsentando ad omne mandatum eiusdem A.C. realis propterea fuit præuentio, ex quo etiam carcerati dicuntur,ex textu in l.in eadem 10. vers. in vinculis autem,& l.necnon 28.vers.sed sub fideiussorum satisdatione,ff.ex quib.caus.maiores.

Minusque afficit, quod præuentio à Reo affectata vitiet actum, quoniam prætensa affectatio tanquam fraudolenta minime præsumitur, & licet in duobus casibus forsan procedere possit, scilicet quando vel quæritur euitatio loci delicti, vel prius constat, aliquem ab alio Iudice citatum, attamen cum neutra huic casui applicetur, remanet ef-
5 ficax conclusio superior præuentionem realem attrens, vt per eundem Farin. eadem quæst.7. num.64.vbi etiam ante finem de hac comuni obseruantia præcipuè ex Bossio tit. de for. compet. num.80.& seqq.

Quod autem exaduerso dicitur, dictum non grauetur fundatum esse in falsa causa, nullam habet subsistentiam, cum nullatenus in eodem non grauetur legatur, & illud, quod exaduerso prætenditur ex præsupposito, quod Viganorius, & alii, qui non grauetur obtinuerunt, fuissent querelati à Vincentio super carcere priuato & testium suborna-
6 tione, est merum præsuppositum Partis Fisco adhærentis, quod propterea nullius debet esse considerationis, Rot.decis.55. nu.4.par.1.recent.

Demum nec alicuius momenti esse potest, quod non grauetur prædictum fuerit concessum ab Eminen-
7 tissimo Cardinale tunc A.C.quia non solum concessio fuit sub nomine dignitatis,ideoque ab aliis etiam est seruandum, c. quoniam abbas, de offic. deleg.

Sed etiam quia ex duplici capite illius obseruantia controuersiam minime patitur.

Altero quia assecurati mediante non grauetur, vbi
8 carcerentur eo non obstante, carceratio reputatur attentata, itaut ad pristinam libertatem sint reducendi, vt per Franc.decis.673. in princ. & nu. seqq. & decis.674.
9 Altero quia carcerati hoc casu sub fide publica remanere

... non debêr decepti etiam ex textu in l.cō... omnino,§.ff.de pactis.

ARGVMENTVM.

An sit locus auocationi Causæ à Curia Baronis ex prætextu, quod mediante epistola præceperit, aliquem non molestari.

SVMMARIVM.

1. *Priuilegium pupillorum, et viduarum quoad forum non habet locum ad priuationem iurisdictionis Baronis.*
2. *Forum sortitur delinquens in loco delicti, vel domicilii, vel originis.*
3. *Feudatarius censetur de iurisdictione inuestitus priuatiuè quoad omnes alios.*
4. *Signatura Iustitiæ, vel Sacra Consulta non solet Causas a Baronibus auocare.*
5. *A Barone non solet Princeps auocare Causas in casu suspicionis, sed ei ordinare, vt alium deputet Iudicem.*
6. *Personæ diuersitas infert diuersitatem Causæ.*
7. *Relatio fit ad ea quæ oculis corporeis leguntur.*
8. *Identitas cessat ex diuersitate qualitatis.*
9. *Species expressa non includit aliam non expressam.*
10. *Appellatio a denegata iustitia requirit trinam interpellationem.*
11. *Epistola, quæ non probatur transmissa, perinde est ac si scripta non fuisset.*

CONSILIVM CCXIII.

Rescribendum A. C. vt non obstante quocumq. impedimento, & inhibitione ab eius tribunali emanata Causam ad Partes remittat; cum enim ad querelam Francisci Causa occasione vulnerum ipsi illatorum fuerit in prima instātia in Partibus incohata, & non hactenus perfectus processus ob impedimentum inhibitionis ab ipso A. C. extortæ ex prætextu priuilegij l. vnicæ, C. quand. Imper. inter pup. & vid. quæ inhibitio caruit omni fundamento, & quia constat, aduersarium esse adultum, & non
1 pupillum, & quia priuilegium l. vnicæ non habet locū ad priuationē iurisdictionis Baronis, Schrad. de feud. par. 10. sect. 1. nu. 208. ante fin. vers. tamen hoc non habet locum, & sect. 2. numer. 42. ante fin. vers. ego tamen, & ob impedimentū alterius inhibitionis deindè ab eodem A.C. ex prætextu grauaminis absq. illius iustificatione extortæ, nulla
2 prorsus excogitabilis est ratio, quare contra regulas Iuris cognosci possit extra locum delicti cœteris alijs potentiorem, auth. qua in Prouincia, C. vbi de crim. ag. oport. & extra locum domicilij delinquentis contra text. in l. 1. ff. de interd. & releg. & l. 1. C. vbi de crim. agi oport. & extra forum, quem delinquens sortitur ratione originis contra text. in l. incola, ff. ad municip. cum alijs pluribus per Farin. quæst. 71. num. 1.

Nullaque est difficultas, quando auocatio Causæ est præiudicialis iurisdictioni Baronis, cum iurisdi-
3 ctio omnimoda sibi in feudi inuestitura etiam quoad secundas instātias attributa censeatur priuatiuè quoad omnes alios, C. Imperialem, §. fin. de prohib. feud. alien. per Frider. Bald. in l. 1. num. 35. ff. de rer. diuis. Natt. cons. 409. numer. 1. & per tot. Osasc. decis. Pedem. 29. num. 8. & cons. 65. num. 20. Brun. cons. 27. num. 18.

Adeo quod propterea neque Signatura Iustitiæ, ne-
4 que Sacra Consulta Causas à Baronibus consueuerit auocare, & vbique hanc auocationem esse mali exempli, testatur etiam Caball. resol. crim. cas. 42. num. 2. & seq.

Sed solum in casu legitimæ suspicionis tàm Baronis
5 Officialium, quàm ipsius Baronis illi ordinetur, vt alium deputet in Iudicem, Freccia de different. feudi quaternati, & de tab. in fine, Carauita ritu Magnæ Curiæ 265. Capoblanc. de auth. Baron. pragm. 3. num. 166.

Nec obstat grauamen, quod aduersarius prætendit sibi illatum ab epistola D. Auditoris Excellentissimi D. Ducis sub 2. Maij præteriti, in qua Gubernatori scripsisse dicitur, sono venuti à Roma Domenico, e Bernardino suo figliolo, & hanno dato la supplica in mano di S.E. alla gratia del quale si sono rimessi, per tanto V.S. non molestarà più li detti, ne altri per detta causa, nè meno per le sicurtà date per ordine, e mandato mio; quoniam ex tenore eiusdem epistolæ constat, nullum prorsus illatum fuisse grauamen, dum illa nullatenus tangit Causam dictorum vulnerum, sed emanauit in Causa omninò diuersa, nullamq. habente prorsus connexitatem cum hac, de qua agitur.

Primò quia processus fabricatus occasione dd. vulnerū fuit ad querelam Francisci vulnerati cōtra Leonidū, epistola verò prædicta nedum nullum prorsus habet verbum tangens personam dicti Leonidi sed loquitur solùm de personis Dominici, & Ber-
6 nardini; quamobrem negari nequit, quin Causa, de qua loquitur epistola, sit diuersa, l. cum quæritur, cum 2. seqq. ff. de except. rei iud. c. fin. vbi Franc. & alij de except. Caputaq. decis. 93. par. 3. Rot. decis. 110. num. 4. par. 1. diuers. Honded. cons. 30. nu. 50. lib. 1.

Quinimò ex eisdem supradictis verbis, non molestarà più li detti, constat de apertissima diuersitate Causæ; cum enim in Epistola non legantur nominati, nisi Dominicus, & Bernardinus, imò etiam ipsi Dominicus, & Bernardinus fuerint nominati pro sup-
7 plicantibus, verbum relatiuum, li detti, referri nequit nisi ad specificè nominatos, qui oculis corporeis in epistola nominati leguntur, Surd. decis. 85. num. 3. & cons. 123. num. 13. Rot. decis. 667. num. 6. par. 2. rec.

Secundò quia in epistola præfata leguntur verba, nō molestarà più li detti, nè meno per le sicurtà date; siquidem cum in Causa dictorum vulnerum
8 nullæ præstitæ fuerint fideiussiones, ex cessatione huius qualitatis, asserta identitas Causæ absque dubio excluditur, Oldrad. cons. 121. num. 10. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 2. num. 1. & seq.

Tertio quia constat realiter, aliam extitisse Causam pendentem ad instantiam Augustini contra prædictos Dominicum, & Bernardinum eius filium, & in hac realiter quoque præstitos fuisse fideiussores,
9 quamobrem species expressa absque dubio minimè includit aliam nō expressam, & præsertim cum veritas, quòd epistola intelligenda sit de Causa diuersa prædicta satis desumatur ex conquestione significata eidem D. Auditori per epistolam D. Augustini.

..niuni, l. si domus, ff. de seruit. vrb. pręd. Oldr. d. cons. 131. num. 10. Castr. cons. 25. numer. 1. in fine, lib. 1.

Cessatq. omnis dubitatio, tum quia quatenus censeri posset, epistolam D. Auditoris loqui de hac Causa, non tamen ex illa aliquod dici potest illatum grauamen, cum mandatum per eam datum de non molestando non possit intelligi perpetuum, & precipuè dum constat deinde ad plures actus processum, sed suspensiuum donec ab Excellentissimo D. Duce deliberaretur, an gratia sit concedenda; suspensio verò huiusmodi temporalis minimè parit effectum permissæ appellationis à iustitia denega-
10 ta, cum ad huiusmodi effectum requiratur trina specifica interpellatio, Io: Andr. in c. dilecto, 63. nu. 3. post med. vers. quod si tertio requisitus, de appell. Abb. in c. ex parte, num. 3. & ibi Dec. num. 11. de appell. Rota apud Seraph. dec. 455. sub n. 4. & seq.

Tum quia neque etiam constat, epistolam prædictam
11 fuisse transmissam, hoc enim casu perinde est, ac si scripta non fuisset, Menoch. de arbitr cas. 94. n. 18. Rot. Roman. diuers. decis 8. num. 53. Put. decis. 109. lib. 1. in correctis.

ARGVMENTVM.

De excusatione a contrauentione inhibitionis super iactationibus, & molestationibus stante lite prius cæpta.

An, & quando criminaliter agi possit pro contrauentione inhibitionis.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio super iactationibus excludit iudicialia prouenientia ex lite prius mota.*

2 *Inhibitio super iactationibus preseruat iurisdictionem primi Iudicis, coram quo Causa fuit cepta.*

3 *In monitorio super iactationibus clausula preseruatiua iudicii antea cæpti requiritur ex reformatione Pauli V.*

4 *Inhibitio conditionalis resoluitur sub contraria conditione itaut cesset contrauentio, & attentata.*

5 *Inhibitio vigore commissionis habentis clausulam sine preiudicio legitimæ exequutionis non operatur attentata.*

6 *Attentati non dicuntur actus accessorij, et consequutiui eorum qui ante litem gesti erant.*

7 *Narratiua non attenditur, vbi dispositiua est clara.*

8 *Inhibitio cum clausula, prout de iure si non est iusta et legitima non facit attentata nec intrat stilus Rotæ, quod inhibitio siue iusta, siue iniusta sit timenda.*

9 *Exequutio sententiæ fieri potest contra intrusum lite pendente habentem causam a collitigante victo.*

10 *Pro contrauentione inhibitionis obtentę in Causa ciuili nō agitur criminaliter, nisi illata fuerit iniuria realis aut verbalis.*

11 *A contrauentione quælibet causa excusat.*

CONSILIVM CCXIV.

NOn est locus alicui contrauentioni, tum quia cum inhibitio emanauerit super iactationibus
1 ex remed. l. diffamari, C. de ingen. ex qualitate, & natura huius iudicii excluduntur iudicialia prouenientia ex lite prius mota, vt notant omnes in ead. l. diffamari, vt inquit Rota in Anconitana dotis 30. Aprilis 1609. coram Cardinale Millino.

Tum etiam quia eadem inhibitio habet in ventre conditionem, dummodo molestiæ non essent illatæ
2 iudicialiter, quapropter illis iudicialiter illatis, euanescit inhibitio perinde, ac si decreta non esset, ex quo nō censetur, quoad cæpta in iudicio transfusa aliqua iurisdictio, nec proinde adempta primo Iudici, & præsertim hoc casu, quo in eadem inhibitione legitur decretum, quod in cæptis coram aliquo competente Iudice litteræ inhibitoriæ nullatenus afficiant, l. cum quædam, penult. ff. de iurisd. omn. Iud. Mandos. in commiss. super iactat. in verbo, inquietare, vers. sed quæret aliquis, Marches. de commiss. iact. par. 2. §. 2. num. 16.

Magisque dum hæc clausula dummodo iudicium nō
3 sit in Partibus cœptum, itaut si iudicium coram aliquo Iudice competente sit cœptum, monitorium non afficiat, sit clausula necessaria ex Reformat. Pauli Quinti, sub tit. de notar trib. Vib. nu. 89.
4 ad med. nam propterea absque dubio inhibitio sub hac conditione emanata, sub contraria conditione resoluitur, itaquod nullo pacto nec de contrauentione, nec de attentatis dari potest, Fab. decis. 97. Put. decis. 14. incip. attentata, vt lit. pend. sicut
5 nec attentata operatur inhibitio vigore commissionis habentis clausulam, sine præiudicio legitimę exequutionis, vt per Cæsar. de Graff. decis. 96. numer. 4.

Constat autem, molestias in hoc casu prouenisse ex lite ante exequutionem prætensæ inhibitionis coram competente Iudice de Partibus cæpta, dum actus, cuius occasione prætenditur contrauentio, processit in exequutionem sententiæ prius latę in
6 remedio reintegrandæ prius intentato, quandoquidem nec attentare, nec contrauenire dicitur, qui facit accessorium, & consequutiuum eorum, quæ gesta erant ante litem, Paris cons. 172. num. 12. lib. 4. adeoquod nec attentata sunt, quæ fiunt in exequutionem dispositionis originem trahentis ante litem. c. litteris, 30. de rescript. Aegid. cons. 35. num. 2. ad med. Lancell. de attent. cap. 4. limit. 5. n. 6. ac proinde actus omnes habentes causam de præterito sunt liciti, vt per Oldrad. cons. 299. & alios, quos refert Paris. de resign. lib. 2. quæst. 3. nu. 34 & seq.

Nec obstat, quod in monitorio narretur, nonnullos iactare se de molestando sub afferto prætextu litis
7 vertentis coram Gubernatore inter Iuniperam, & ipsos, tum quia non attenditur narratiua, vbi dispositiua est clara, vt in hoc casu, in quo non obstantibus narratis monitorium declaratur non afficere in casu cæptæ litis coram competente Iudice, Dec. cons. 28. num. 1. Rota in Pacten. prætensæ pensionis 25. octobris 1593. coram bon. mem. Cardinale Pamphilio, presertim cum dispositiua sit generalis, Gabr. cons. 119. num. 9 & seq lib. 2. siquidem vulgatum est, verba narratiua nihil disponere l. non epistolis. C. de probat. §. fin. in fine, Instit. de adopt.

tum etiam quia cum inhibitio desuper emanata
8 non sit pura, & simplex, sed prout de Iure, quatenus molestiæ non essent illatæ iudicialiter, proinde eatenus afficit, quatenus lis narrata esset talis, vt de Iure illius prætextu non posit Pars aduersa molestari, secus autem, si de Iure molestari posit, vt in puncto per Lancell.de attent. cap.20. ampliat.11. num.28. vbi quod stante tali clausula nec etiam de stilo Rotæ timenda est inhibitio, quæ alioquin siue iusta, siue iniusta est timenda, vt etiam per Farin.in fragment. crim.in verbo inhibitio,num.323.

Constat autem apertissime, litem narratam de Iure intelligi non posse, quatenus Pars aduersa ab eadem Iunipera lite pendente ex lucratiuo titulo causam haberet, præsertim data huius litis scien-
9 tia, iuxta l.sæpe,ff.de re iud.& quia certum est, contra intrusum lite pendente exequutionem fieri posse absque alia citatione, & propterea certum quoque est, præcedentem afficere Curtium habētem causam à collitigante victo, Cyn.in l.1. C.de alien.iud.m ut.caus.fact.Peregr.de iur.fisc.lib.4. tit. 6.nu.27.Rot.decis.5. vt lit.pend.in antiq. vbi quod talis intrusus non dicitur habere possessionem, Guid.Pap.decis.237.per tot.Cresc. decis.19. de re iudic.

Et in omnem casum pro absolutione satis est, vel
10 quod pro contrauentione inhibitionis obtentæ in Causa ciuili, non possit agi criminaliter, nisi fuerit vis aliqua illata, vel iniuria realis, aut verbalis in spretum inhibitionis, & Iudicis contemptum, sed agendum sit ciuiliter coram Iudice, qui dedit inhibitionem, vt in reformatione Pauli V. tit. de Iudicib.crimin.Vrbis,num.7.

Vel saltem excusatio proueniens ex declaratione D. Cardinalis Legati Prouinciæ, quod inhibitio non
11 afficeret, cum illa satis, superque sit ad euitationem omnis pœnæ, Put.decis.247.& 401.lib.2. Caputaq. decis.233. nu.8.& 11.par.1. Seraphin. decis. 1136.nu.1.& 5.

ARGVMENTVM.

De excusatione à contrauentione inhibitionis concessæ vigore Eugenianæ; quando prætensus contrauenïens non est actor in Causa, sed Reus.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio emanata sine causæ cognitione, & ex falsa causa nullius est momenti.*
2 *Eugeniana locum habet in Causis, in quibus curialis est Reus, non autem in ijs, in quibus est actor.*
3 *Actor dicitur, qui ad iudicium alium trahit.*
4 *Actor in Causa principali remanet etiam talis in Causa appellationis.*
5 *Iudex rite, & rectè procedens priuat possessione.*
6 *Immissionem petens amittit possessionem.*
7 *Inhibitio siue iusta, siue iniusta timenda est, quando dubitari potest, an afficiat, secus vero quando clarum est, eam non afficere.*
8 *Inhibitio nullum parit effectum quoad non comprehensa in ea.*
9 *Actor quamuis clericus sequi debet forum laicalem Rei occasione rerum, quas proprias, & non Ecclesiæ clericus asserit.*
10 *In mandato generali non comprehenduntur ea, per quæ Dominus posset in pœnam incidere.*

CONSILIVM CCXV.

Reuocanda est sententia lata contra D. Marchionem, quia cum inhibitio, ob cuius prætensam
1 contrauentionem lata est condemnatoria, emanauerit in vim Eugenianæ, & illa in casu, de quo quæritur, non afficeret, vtique condemnatio fuit iniusta, Abb.in c. cum venissent,2. in 4. not. num.5. de restit.in integ.Dec.cons.460.num.20. Paris cons. 108 num.11.lib.2 Honded.cons.27. num.22. lib.2. Gabr.cons.31.num.37.lib.2.

Constat autem, Eugenianam ad fauorem Partis ad-
2 uersę concessam non afficere, quia cum illa, vt patet ex eius tenore inserto in extrauag.3. sub. tit. de priuileg.in extrauag.communib.ex Bullar.tom. 4. const. Eugenij 4. fol. 270. locum habeat solum in Causis, in quibus curialis est Reus, non autem in ijs, in quibus curialis est actor, vt firmauit Rota in Mediolanen.bonorum 28. Martij 1594. coram Cardinale Millino, & apud Marches. par.2. fol.464.non comprehendit illa ratione hanc Cau-
3 sam incohatam ad instantiam eiusdem D.aduersarij pro recuperatione annuorum redditaum, de quibus agitur. Roman.cons.217.num.1.& 2.Rota ex communi decis.423.num.3.par.1.diuers.Seraph. decis.1422.num.5.

Nequè enim aliquid facit, quod per Magistratum ordinariorū redditaum Mediolani ordinatum fuisset redditus annuos prędictos D.aduersario restitui, & ex parte D.Marchionis fuerit appellatum, & quod ipse in Causa appellationis pro eius Parte interpo-
4 sitæ fuerit actor, quoniam actor in Causa principali remanet etiam talis in Causa appellationis, Gratian. discept.forens.cap.121.num.2.lib.1.Seraph. d.decis.1422.num.1.

Non autem obstat, quod D.aduersarius prætendat ex persona propria possidere certam portionem dictorum redditaum, residuum verò tanquam hæres partis ex noua Cōstitutione Mediolani continuare possessionem defuncti in heredes; tum quia
5 constat, possessionem eorumdem redditaum adeptam fuisse ex mandato Excellentissimi D. Gubernatoris pro Regia Camera, antequam illa translata fuerit in D. Marchionem etiam viuente patre eiusdem D. aduersarij, quamobrem nec respectu patris, qui in vita desijt possidere, nec respectu portionis ex aduerso ex propria persona prætēsæ, stante interruptione dari potuit aliqua prætensa continuatio, Angel.in l.qui vniuersa,§.item cum Prætor,in fin.ff.de acquir.poss. Rot. decis. 634. num.1. par.1.& decis.557.num.2.par.2. rec. Gregor. decis. 582.num.4.& seq.

Tum etiā quia idem D.aduersarius aduersus D.Mar-
6 chionem intentauit iudicium immissionis, nam propterea confessus fuit, D.Marchionem possidere & ipse possessionem, si quam habuisset amisit, ex quo licet in acquirenda possessione corpus, & animus requiratur, ad illam tamen amittendam solus animus sufficit, l.3.§.in amittenda,& l. si quis,§. differentia,ff.de acquir.possess.siquidem ex petitione immissionis, quod est remedium adipiscendæ tanquam contrarium retinendæ, resultat confessio non possidendi, & consequenter amissionis, Surd. cons.260.num.17. & seq.Card.Mantic.decis.20.n.1.

Greg.

Greg.decis.146.nu.4.Rota decis.174.par.4.diuers.& decis.561.num.2.& 4.par.1.rec. & in Romana hæreditatis de Cincijs 15. Decembris 1623. coram R.P.D.Pirouano,& in Fesulana bonorum 15.Ianuarij 1629. coram Cardinale Virile.

Neque releuat,quod inhibitio siue iusta,siue iniusta esset timenda,nè detur aditus inhibitiones sper-
7 nendi,quia procedit conclusio,quando iure dubitari potest, an inhibitio afficiat,secus verò,quando clarum est, eam non afficere,vt per Put. decis.116. num.1.lib.1.in nouis.

Et hinc est, quod inhibitio nullum parit effectum
8 quoad ea,quæ in ea non comprehenduntur,quemadmodum in hoc casu non comprehendebantur Causæ,in quibus D.aduersarius erat actor. Lancellot.de attent.post inhib.in præfat.num.185.& seq. & par.2.cap.4.limit.2.num.4.& 40. Rot. in Mediolanen.optionis 27. Iunij 1608. & in Ianuen. domorum 20. Decembris 1610. coram bo:me: Manzanedo.

Præsertim cum actus, ex quo contrauentio prætenditur,gestus sit in foro electo ab eodem D. aduersario, quique eligi potuit, non obstante superue-
9 nientia priuilegij clericalis in D.aduersario,ex quo actor,quamuis clericus sequi debet forum laicalem Rei occasione rerum, quas proprias, & non Ecclesiæ clericus asserit,c.si clericus laicum,5. de for.compet.c.cum sit generale,eod.tit. c experientiam 11.quæst.1.O drad.cons.83.num.3.Leonius in thesaur.for.Eccles.par.1.cap.11.de priuil.cler. n. 3. in fin.Gras.de effect.cler.eff 1.num.23.

Cessat autem omnis in hoc casu difficultas, dum actus,ex quo pretenditur contrauentio, non fuerũt
10 gesti à D.Marchione,sed ab eius procuratore generali,nam nunquam in mandato generali censentur ea comprehendi,per quę dominus posset in pœnam incidere,l.3.§. si procurator, vbi præcipuè Dec.num.13.ff.quod quisquè iur. Honded.cons.96. num.19.& seq.lib.2.Cardinal Mantic.de tacit.lib.7 tit.16.num.8.Surd.cons.28. nu.80. & cons.328. n.6. Seraphin.decis.969.num.6.

ARGVMENTVM.

De eadem re. Et quando quis ad effectum Eugenianæ dicatur actor, vel Reus.

SVMMARIVM.

1 *Repræsaliæ vti prouenientes manu Regia nullam solemnitatem nec libellum, nec ordinem requirunt.*
2 *Confessio comprehendit necessarium antecedens, vel consequens.*
3 *Descriptio in libris montium probat dominium, & possessionem.*
4 *Princeps non spoliat, nec attentat.*
5 *Citatio Partis non requiritur stante clausula, de plenitudine potestatis.*
6 *Petens redditunm transportationem in caput proprium fatetur se non possidere.*
7 *Actor est semper, qui non possidet.*
8 *Expressum facit cessare tacitum.*

CONSILIVM CCXVI.

Ex litteris Regijs datis sub 10. Octob. & exequutis 25. eiusdem constat, omnes redditus personarum originem trahentium ex Statu Serenissimi D.Ducis fuisse applicatos Regiæ Cameræ,& hanc applicationem effectum ex tunc sortitam fuisse,vt in Summario iurium num.2.hoc autem stante frustra prætenditur D.aduersarium exinde non fuisse per huiusmodi sequestrum possessione sua absque eiusdem citatione priuatum,quia hoc non fuit se-
1 questrum, sed represalia indicta Regia suprema auctoritate, quæ tanquam prouenìens ex manu Regia,nullam ciuilem solemnitatem requirebat, nullumque libellum, aut alium ordinem, vt per Bart.in tract.de represal.3. quæst. princ. num.2. ad fin.& 4.quęst.princ.num.1.Coler.de proc.exequut. par.1.cap.2.num.312.&346.

Hinc etiam sequitur, quod cum post adeptam iam possessioné huius redditus per Regiam Cameram, & deinde concessionem sequutam ad fauorem D. Marchionis 7.Maij subsequẽtis ipse D.aduersarius 18.Septembris narrans dictas represalias,& descriptionem redditus iam factam ad fauorem D.Marchionis, institerit pro amotione descriptionis ex capite D Marchionis,& transportationem in proprium ipsius supplicantis caput, tria resultent, ex quibus necessario idem D.aduersarius in hac Causa originarie fuerit actor, ac proinde inhibitio ab ipso extorta vigore Eugenianæ D.Marchionem non afficiat, ex eadem allegata exaduerso conclusione,quod actor intelligendus sit ille, qui primus ad iudicium prouocauit.

Primum est,quod in hoc libello,seu supplicatione fatetur D.aduersarius priuationẽ suæ prætensæ possessionis processisse ex prætextu represaliæ, talis autem prætextus cum de Iure non requirat ordi-
2 nem aliquem iudiciarium,ex præallegatis. confessio repræsaliæ comprehendit quoque confessionem eorum,quę necessario antecedunt,vel consequuntur,Egid.decis.683.in princ.vers. ratio prima, Curt.Iun cons.168.num.6.Gabr. cons. 71.num. 15. & seq.lib.1.

Secundum, quia fatetur tempore instantiæ prefatæ factę ab eodem D.aduersario D. Marchionem iam fuisse descriptum eiusdem redditus creditorem in
3 libris Cameræ Regiæ, talis autem descriptio præcedens probat non solum dominium,sed possessionem prius quæsitam D.Marchioni,Soc. cons.6. n.4. lib.4.Thesaur.quæst.for.57.num.2. lib.1. Rot. decis. 262. num.3.par.1.diuers.& in Parmen.Status 13.Iunij 1616 coram Sacrato.

Et presertim cum descriptio ad fauorem D.Marchionis sequuta esset ex auctoritate,& mandato Regio
4 nam Princeps nec spoliat,nec attentat, Rot. decis.
5 293.num.11.par.1.rec.& de potestatis plenitudine, quo casu nõ requiritur citatio Partis,Gram. decis. 65.num.50.

Tertium,quia petendo D aduersarius transportatio-
6 nem redditus in proprium caput,ex hoc ipso confessus est se non possidere,ac proinde se actorem fuisse,non Reum,Card.Mantic.decis.20.num. 1.Rot. in Fesulana bonorum 15. Ianuarij 1629. coram Eminentiss.D.Cardin.Virile,quandoquidem regula
7 est certa,quod semper actor est, qui non possidet, ex eod Bart.exaduerso allegato in l.de pupillo,§. fin.nu.1.in fin.ff.de oper.nou.nunc.Rot.decis.436. nu,

num. 1 par. 1. diuers.

Cessat autem omnis difficultas ex eo, quia cum actus, ex quibus prætenditur contrauentio, gesti fuerint à procuratore generali, non possunt principale facere incidere in pœnam ex alias adductis, quibus non obstat prætensa tacita ratificatio, quia cõstat de expressa renunciatione; quamobrem absque
8 dubio expressum facit cessare tacitum, l. cum ex filio, §. filio, ff. de vulg. Rot. decis. 453. in fine, par. 1. recent. Reuerendiss. Decanus decis. 96. n. 3.

ARGVMENTVM.

An, & quando Archiepiscopus possit criminaliter procedere contra officiales Episcopi delinquentes in officio.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus in diœcesi suffraganei non potest iurisdictionem exercere in prima instantia, sed solum in succedanea per viam appellationis.*

2 *Officialis tenetur ad restitutionem damni eius culpa, & negligentia illati.*

3 *Archiepiscopus potest iurisdictionem exercere in officiales sui suffraganei delinquentes in officio ipso suffraganeo negligente.*

4 *Ad Episcopum pertinet punire officiales suos etiam laicos de delictis per eos commissis.*

5 *Qualitas deferens iurisdictionem ante omnia discuti, & probari debet.*

6 *Archiepiscopo permittitur correctio in criminibus notorijs in visitatione Prouinciæ.*

7 *Notorium crimen, vt puniri possit tanquam tale, constare debet de notorietate, vt quia testis sit Populus, vel maior pars illius.*

CONSILIVM CCXVII.

NON videtur dubitari posse de nullitate inquisitionum, quas prætenditur formatas fuisse per assertos deputatos à Vicario ex prætenso iure Metropolitico, quoniam Archiepiscopus nec etiam in diœcesi suffraganei sibi indubitate subiecta iurisdictionem aliquam in prima instantia exercere potest, sed duntaxat in succedanea per viam legitimæ appellationis, c. 1. de offic. ordin. in 6. c. pastoralis, & c. duo, eod tit. c. 1. de supplend. negl. Prælat. c. 1. de for compet. in 6. cum alijs pluribus per Couar. pract. quæst. cap. 9. nu. 2. Dionis. de Franciscis inter cons. matrim. diuers. cons. 61. nu. 1.

Et dispositio apertissima in hoc legitur in Sac. Trident. Concil. dum precisè iubet, quod Legati quoq. etiã
1 de latere, Nuncij, Gubernatores Ecclesiastici, aut alij quorumcumque facultatum vigore non solum Episcopos in prædictis casibus impedire, aut aliquo modo eorum iurisdictionem ijs præripere, aut turbare non præsumant, sed nec etiam contra clericos, aliasque personas Ecclesiasticas, nisi Episcopo prius requisito, eoque negligente, procedant, & ordinationes nullius sint momenti, vt in c. Causæ omnes, 20. de reformat. sess. 24.

Qua ratione præter inquisitionum nullitatem tenen-
2 tur delegantes ad restitutionem, ac emendationem quorumcumque damnorum, & interesse, c. ea, quæ, vbi gloss. in verbo negligentia, de offic. Archid. Nauar. cons. 1. num. 10. vers. 4. quod officialis sub tit. de iniur. & damn. dat. lib. 5. tom. 2. & disponit etiam expresse Cõcil. in d. c. 20. Causæ omnes, in §. ad hæc, in fine.

Nec obstat, quod Archiepiscopo permittatur exerci-
3 tium iurisdictionis in officiales sui suffraganei delinquentes in officio, iuxta text. in c. 1. de offic. Vic. in 6. & clem. Archiepiscopo, vers. simili verò, de priuil. tum quia permittitur hoc dumtaxat in subsidiũ, Episcopo negligente, ex dispositione Concilij supra
4 allegati, cum alioquin ad Episcopum pertineat punire officiarios suos etiam laicos de delictis per ipsos commissis in officio, Archid. in c. si Episcopus, de offic. Ordin. in 6. cum alijs per Boer. decis. 9. nu. 7. & Franc. decis. 407. num. 4.

Tum etiam, quia conclusio est certa, quod qualitas
5 deferens iurisdictionem ante omnia discuti, & probari debet priusquam exerceat ir, l. 2. § sed si dubitatur, ff. de iudic. & ex communi pluribus alijs comprobans Farin. de inquis. quæst. 8. num 86.

Minusque obstat, quod etiam Archiepiscopo permit-
6 tatur correctio in criminibus notorijs, ex text. in c. 1. §. sanè huiusmodi, ad fin. vers. notoria vero, de censib. cum alijs per Felin. in c. Pastoralis, num. 6. de offic. Ordin. & Abb. in c. si quis contra clericum, de for. compet. tùm quia procedit textus, vbi correctio in notorijs fit in visitatione Prouinciæ, quæ fit à Metropolitano, quemadmodum loquitur text. in eod. §. sanè, prout etiam intelligit ibidem Gemin. sub num. 4.

Tum quia licet modus probandi negligentiam suffraganei in corrigendo notorium crimen ex hoc ipso pateret, quod esset notorium; tamen de hac noto-
7 rietate debet in primis constare, non autem confingi, vt plenè per Farin. quæst. 21. num. 86. & seq. adeoquod in his terminis requiritur iustificatio notorietatis, vel quia testis sit de ea Populus, aut maior pars illius, vt firmat idem Gemin. in eod. c. 1. §. sanè, num. 8. de censib. in 6.

ARGVMENTVM.

Quomodo constare debeat de corpore delicti falsæ, vel tonsæ monetæ. Depositio filii an, & quando attendatur contra patrem.

SVMMARIVM.

1 *Monetæ falsæ delictum probari debet per inspectionem, non autem per inditia, & coniecturas.*

2 *In Monetæ falsæ crimine sufficiunt præsumptiones, & coniecturæ quoad processum, & tormenta, secus autem quoad condemnationem.*

3 *In Monetæ falsæ crimine ob difficultatem probationis sufficiunt præsumptiones pro verificatione personarum delinquentium, dummodo prius constet de corpore delicti.*

5 *Monetam tondentes non incidunt in pœnam mortis Iure communi inspecto.*

5 *In falsi crimine necessaria est probatio corporis delicti.*

6 *Monetæ an sint vitiatæ, vel tonsæ, quæstio reijcitur ad ponderatores.*

7 *Monetæ tonsæ inditium non oritur ex repertione instru-*

instrumentorum aptorum ad cædem tondendam, quando sunt apta ad alia etiam licita, et consueta obsequia, et cum ratione nominatur autor.

8 *Confessio non præiudicat, vbi non constat de corpore delicti.*

9 *Exculpatio facta ab eo, qui fuit tortus pro habendis complicibus, et substinuit, signum est innocentiæ aliorum.*

10 *Testis depositionem erroneam potest reuocare zelo fidei.*

11 *Filii non possunt compelli vt testimonium ferant aduersus parentes, vel è contra.*

12 *Filii aduersus parentes, vel è contra non examinantur etiam concurrente difficultate probationis, nisi interueniat supremi Principis licentia.*

13 *Impuberum depositiones in crimine falsæ monetæ non etiam contra se ipsos attenduntur.*

CONSILIVM CCXVIII.

PRocessus super prætenso hoc crimine fabricatus funditus vndique corruit, supposita subsistentia eorum, quæ in facto deducuntur, præcipue autem ex eo, quia non constat de corpore delicti. Aut enim ex aduerso agi prætenditur de crimine falsæ
1 monetæ, & tunc ad huius delicti corporis probationem sufficientia non erant inditia, & coniecturæ, sed de illo euidenter, & per inspectionem oculorum constare debebat, vt inquit Farin. quæst.2.
2 num.22. quandoquidem, quod vulgariter dicitur, crimen hoc quoad processum, & tormenta probari præsumptionibus, & coniecturis, tam propter atrocitatem, quàm propter clandestinam fabricationem, quamuis secus quoad effectum condẽnandi, vt per Decian. tract. crim. li.7.c.24.n.10.ad med. & Farin.q.
3 115.n.150.& seq. procedit postquã constitit de corpore delicti ad effectũ aduersus vnum, vel alterũ fabricatorem procedendi, in cuius personæ, aut personarum fabricantium, aut coaduinantium verificatione concurrit ratio difficultatis probationis, secus autem antequam de delicti corpore constet, cũ in hoc nulla adsit probationis difficultas, prout hac rationis diuersitate nititur Farin. d. quæst.2. nu.22. vers. quia circa hoc nulla.

Aut prætenditur crimen falsi, qua ratione liberi ho-
4 mines tondentes monetam, quicquid sit quoad bãnimenta, non incidunt in pœnam mortis Iure cõmuni inspecto, iuxta tex. in l. quicumque, ff. ad leg. Cornel. de fals. Farin. d. quæst.115. num.99. & cons. 175. num.22. lib.2. Caball. resol. crim. cas.191. num.1.
5 & tunc etiam in hoc falsi crimine necessaria erat probatio corporis delicti, vt per eumd. Farin. d. quæst.2. num.21. vbi de communi, quamuis enim ibidem subiungat corpus delicti in hoc casu præsumptionibus probari, tamen conclusio huic casui minimè adaptatur, tum quia deficit difficultas pro-
6 bationis, in qua conclusio fundatur, cum potuerint prætensæ monetæ tonsæ reijci apud ponderatores, sicut de Iure agendum erat ad effectum, vt de delicti corpore constaret, l.1.& tot. tit. C. de ponderat. lib.11.& per illos text. Decian. tract. crim. dicto lib.7. cap.26. num.7.

Tum etiam quia pretensa inditia neque etiam ad probationem corporis delicti dici poterant sufficien-
7 tia, dum pretensa instrumenta apta ad monetas tõdendum non solum ex ipsorum inspectione constat apta esse ad alia licita, & consueta obsequia, sed etiam fassus est, quod cum ratione nominatus author fuerit, à quo fuerint habita, dum Curia contrariam testificationem ab eodem authore non habet, Bertaz. cons. crim.552. numer.6. lib.2. Decian. tract. crim. d. lib.7. cap.26. num.6. ad med. & cap.27. num.9. Mascard. de prob. conclus.1066. num.1. lib.2. Farin. d. quest.115. num.122.& 126. vbi in fine, quod absolutoriam inquisitus ex hoc capite obtinuit, & d. cons.175. num.16 & seq. lib.2.

Hinc autem quemadmodum resultat conclusio, quod
8 totus processus, ac ipsa quoque confessio in grauissimo vigiliæ repetito tormento extorta, & si ratificata nullius est momenti, dum aliter non apparet, delictum fuisse commissum, vt in his terminis per Cephal. cons.230. num.11. lib.2. Brunor. à Sole in suo cons. crim. num 176. ad fin. Farin d. quest.2. num.22. vers. & propterea confitentes se falsam monetam.

Ita quoque resultat nullitas, ac iniustitia carcerationis Aleatti, & aliorum, iuncto præsertim, quod Iacob fuit etiam tortus pro habendis complicibus,
9 & persistens in negatiua substinuit, nam exinde absque dubio iustificatur aliorum innocentia ex rationibus pluribus, quas in his terminis comprobat idem Farin. cons. 161. num. 1. post med. vers. sufficit enim dicere, & num.2.& seq. lib.2.

Neque enim quicquam releuat superuenientia depo-
10 sitionis filij ipsius Iacob, tum quia zelo fidei, & Christianæ Religionis, in qua est neophitus, depositionem hanc medio iuramento ex hac causa, & tanquam erroneam reuocauit, sicut potuit, vt per Farinac. post alios de testib. quæst.66. num. 159. si
11 quidem sicut ab initio nec liberi, nec parentes inuicem aduersus se, nec volentes ad testimonium sunt admittendi, ex text. in l. parentes, vbi Salic. & alij communiter, C. de testib. ita nec compelli possũt ad se repetendum, vt videatur, in quo dicto persistant, vt per Farin. de testib. quæst.54. num. 170.
12 etiam in casu, in quo veritas delicti aliter haberi nõ posset saltem ex iudicis authoritate non interueniente supremi Principis licentia, Clar. in praxi crim. §. fin quæst.24. num.22. ante fin. vers. debet tamen Iudex, Farin. ead. quæst.54. num.172.

Tum etiam quia filius prædictus est adhuc impubes,
13 quo casu impuberum depositiones neque etiam contra se ipsos in hoc crimine attenduntur, Bonifac. de Vitalin. in tit. de pœn. fals. monet. numer.3. vers. impuberes, Farin. d. quæst.115. numer.97. ante finem.

ARGVMENTVM.

An pro crimine falsæ monetæ, ex inditiis possit Reus condemnari in pænam extraordinariam triremium perpetuarũ vel ad tempus, postquam substinuit grauissimum vigiliæ tormentum.

An pro crimine falsæ monetæ sub nomine alterius Principis locus sit pænæ ordinariæ.

SVMMARIVM.

1 *In Pœnam extraordinariam corporalem condemnari potest Reus etiam tortus quando conuictus erat plenis probationibus, secus verò quando solum grauatus*

Reus erat inditiis etiam vrgentissimis.

2 *Per torturam an censeantur purgata inditia, remittitur arbitrio Iudicis.*

3 *Ex Vigiliæ tormento censentur purgata quæcumque inditia, etiam violenta, et indubitata.*

4 *Pœna extraordinaria triremium non intrat, postquā Reus substinuit tormentum durissimum.*

5 *Monetæ falsæ inditium non resultat quando instrumenta, quæ reperiuntur apta ad monetæ fabricationem, sunt etiam apta ad alia licita obsequia, & nominatur author.*

6 *Monetam falsificans sub nomine alterius Principis, quam eius cui inquisitus est subditus, punitur dumtaxat extra ordinem.*

CONSILIVM CCXIX.

EVidens videtur iniustitia sententiæ latæ contra D. Capitaneum, quia licet vbi Reus conuictus
1 plenis probationibus de capitali delicto torqueatur, & in negatiua persistat, condemnari possit in pœnam extraordinariam, & corporalem triremium perpetuarum, vel ad tempus, tamen communius, & recepta in praxi est sententia, quod vbi Reus non est conuictus plenis probationibus, sed tantummodo grauatus inditijs vrgentibus, & etiam indubitatis, vel præsumptionibus, ac coniecturis euidentibus, & violentis, etiam quod ex illis posset dici conuictus de Iure propter delicti difficilem probationem omittente Iudice viam condemnationis in pœnam extraordinariam, & eligente viam torturæ iuxta qualitatem, & grauitatem inditiorum, nulla ratione naturæ, aut Iuris, aut æquitatis potest in pœnam corporalem condemnari, Farin. quæst. 40. num. 13. & seq. asserens num. 15. rationem, quam appellat inconuincibilem, quod dum ex inditijs, & præsumptionibus, quantumcumque indubitatis, & violentis, Reus, etiamquod tortus non fuerit, condemnari non potest nisi in pœnam extraordinariam, quæ isto casu ad summum non poterit esse, nisi corporalis triremium, ergo vbi Reus fuerit tortus, iniquum prorsus videtur, quod in eamdem pœnam possit condemnari, itaquod tortura nihil sibi prodesse debeat, atque ideo idem Farin. eod. num. 15. inuehitur acriter contra Iudices, qui Reos grauatos inditijs quamuis indubitatis, & persistentes in tortura in aliam pœnam condemnant, quam in exilium, laudans è contra exemplum sapientis, & integri Iudicis, qui existentibus in Vrbe carceratis pluribus insignibus, & famosis furibus, qui ex vrgentissimis inditijs torti fassi fuerant, omnes pariter in pœnam mortis condemnauit, vno excepto, qui licet magis esset, quam alij socij inditiatus, tamen noluit fateri in iteratis tormentis, & licet publica laboraret infamia, quod esset magister aliorum furum, noluit tamen Iudex ipsum in aliam pœnam, quam exilii condemnare, subiungens in fine, ab hac opinione non esse in consulendo, & iudicando recedendum.

Etenim, quod ab hac opinione non sit recedendum, non solum plene comprobant authoritates, & vsus in Vrbe, prout refert idem Farin. ead. quæst. 40. num. 13. 14. & seq. sed etiam Caball. resol. crim cas. 93. num. 29 in princ. & cas. 188. nu. 26. & seq. Peguer. decis. crim. 70. nu. 2. Giurb. cons. crim. 43. nu. 30. post med. vers. nisi grauatus.

Indubitatum autem videtur hoc casu, quo contra D. Capitaneum vsus est Iudex atrocissimo tormen-
2 to vigiliæ per horas 18. nam licet sint opiniones quando inditia per torturam censeantur purgata, vt per Menoch. de arbitr. cas. 273. vbi in addit. post plures distinctos casus residet in Iudicis arbitrio, cum tamen illud debeat esse regulatum, nemo du-
3 bitat, quin ex atrocissima, & insopportabili hac capra, vt vtar verbis, Farin. quæst. 38. num. 71. tanquam omnia alia tormenta excedente substinens ab omnibus inditiis quantumuis violentis, ac indubitatis appareat purgatus, Chartar. in prax. inter. Reor. lib. 4. cap. 2. num. 8 Farin. d. quæst. 38 num. 71. & præcipuè stante Constitutione Pauli Quinti reformat. trib. tit. de Iudic. criminal. Vrbis, §. 10 num 30.
4 cum immo ad effectum, vt non sit locus pœnæ triremium sufficiat, tormentum fuisse durissimum, vt per Farin. d. quæst. 40. num. 14. ad med. vers. & illum torquet durissimè, & in terminis huius delicti fortioribus idem Farin. cōs. 175. num. 19. & seq. vbi quod opinio tenentium contrarium tanquam inhumana nullo pacto est recipienda.

Præterea opinio fauens huic Parti facilius recipienda est in casu, de quo agitur, tum quia ex plenè deductis in facto constat, inditia prætensa non posse ba-
5 ptizari pro indubitatis, & præsertim cum prætensa instrumenta apta ad monetarum fabricationem appareant etiam apta ad alia licita, & consueta obsequia, & author fuerit prætensus socius criminis, Bertaz. cons. crimin. 552. num. 6. lib. 2. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 26. num. 6. ad med. & cap. 27. num. 9. Farin. quæst. 115. num. 122. & 126. & d. cons. 175. num. 16. & seq. lib. 2.

Tum etiam quia delictum, quod pretenditur, est adulterationis monetæ sub nomine alterius Principis quam eius, cui inquisitus est subditus; in hoc autem casu, licet probato concludenter delicto, an sit locus pœnæ ordinariæ, vel solum extra ordinem sint
6 opiniones, vt per Farin. cons. 48. nu. 5. tamen verior videtur opinio Marsilij, & aliorum tenentium ad fauorem inquisiti, Caball. resol. crim. cas. 27. nu. 2. cum punctus sit dubius, & in puncto hoc dubio Iudex sequi debeat benigniorem partem, vt per Franc. decis. 440. num. 8. vbi testatur ita iudicasse, & iudicium suum fuisse approbatū, quapropter cum plenè probato delicto, non sit locus, nisi pœnæ extraordinariæ, illo non plene probato, & post grauissimum vigiliæ tormentum, quod eidem extraordinariæ sit locus, non iustitia, sed summa videtur iniquitas, ex præallegatis.

ARGVMENTVM.

Quomodo probari debeat corpus delicti monetæ tonsæ.

De exclusione inditiorum eiusdem delicti.

SVMMARIVM.

1 *Monetæ falsæ crimen requirit probationem euidentem per oculorum inspectionem.*

2 *In Monetæ falsæ crimine sufficiunt præsumptiones, et coniecturæ quoad processum, et tormenta postquā constat de corpore delicti.*

3 *In Falsi crimine probatur corpus delicti etiam præsumptionibus.*

4 *Delicti*

4 *Delicti probatio debet necessario concludere ad effectum, ut dicatur constare de corpore delicti.*
5 *Monetæ tonsæ ubi reperiuntur apud aliquem, ex hoc solum non proceditur contra eum.*
6 *Identitas rerum in delictis probari debet.*
7 *Monetam tonsam expendentes excusantur ob verisimilem ignorantiam. Et num. 9.*
8 *Moneta tonsa si non cognoscitur ex sola inspectione, sed requiritur ponderatio excusantur expendentes.*
9 *Monetæ tonsæ retentio publice, & palam excludit præsumptionem delicti.*
10 *Monetæ falsæ delictum cessat ubi dolus abest.*
11 *Dolus resultans ex falsitate cessat cessante commodo, & lucro.*
12 *Bannimenta contra non reuelantes delicta monetæ falsæ aut tonsæ intelliguntur de scientibus, non autem de ignorantibus.*

CONSILIVM CCXX.

INiustè vexantur DD. Franciscus, & Cosmus, quoniã non constat de corpore delicti, licet enim nõ aga-
1 tur de crimine falsæ monetæ, quod consistit in fabricando requirente probationem corporis euidẽtem per oculorum inspectionem, itaut nec sufficientia sint inditia, & coniecturæ, Farin. quæst. 2. num. 22. si quidem quod dicitur in hoc crimine tàm propter a-
2 trocitatem, quàm clandestinam fabricationem admitti præsumptiones, procedit postquam constitit de corpore delicti quoad processum, & tormenta ad effectum aduersus vnum, vel alterum fabricatorem procedendi, quorum respectu concurrit ratio difficultatis probationis, secùs verò antequam constet de delicti corpore, cum in hoc non admittatur ratio difficultatis probationis, vt per Farin. ead. quæst. 2. num. 22. vers. quia circa hoc nulla.

Sed agatur de crimine falsi ob prætensam monetæ tõ-
3 sationem, in quo necessaria probatio corporis delicti verificatur etiam præsumptionibus, ex eodem Farinac. d. quæst. 2. num. 21.

Tamen in casu, de quo agitur, nec præsumptiones, aut coniecturæ concurrunt, quæ sufficientes censeri possint probationi corporis delicti.

Dum enim ex parte Fisci prætenditur corpus delicti ex eo probari, quod aliqui testones, & iulij reperti in arca inquisitorum declarati fuerint tonsi per peritos desuper examinatos, & tunc respectu eorum, quos ijdem periti referunt, tales esse potuisse, così con istromenti habili, come per esserli lograti negli orli per il maneggio, che di essi si è fatto, nulla est
4 difficultas, cum delictum necessario exinde non resultet, sicut ad probationem corporis requiritur, ex l. 1. §. item illud, in verbo, scelere, ff. ad Senat. Conf. Sillan.

Respectu verò eorum, quos ijdem periti euidenter tõsos agnoscunt mediantibus instrumentis habilibus ad tondendum, licet delicti corpus resultare posset in genere, non tamen resultat tale, vt ex hac relatione insurgat habilitas procesśãdi eos, penes quos monetæ fuerunt inuentæ, cum enim ijdem periti deponant, non poter giudicare, che le tosature, e rasure, che hò dette esser fatte in dette monete con instrumenti per leuarne argento, siano state fatte di fresco, ò pur siano vecchie, sequitur, quod probatio circa corpus delicti in hac specie non releuet,
5 cum alioquin singuli campsores, mercatores, & alij retinentes penes se monetas possent processari, vbi aliquæ ex illis reperirentur tonsæ, ex quo magna tonsarum monetarum quantitas reperiretur in Vrbe, vt inquit Farin. cons. 175. num. 14. vers. præsertim in Vrbe, lib. 2. & hinc fuit, quòd licet aliquando publicata fuerint edicta, vt etiã monetæ argenteæ ponderarentur, nihilominus ex multiplicitate earum, quæ iusti ponderis non reperiebantur, ne commercia impedirentur, fuit ab edictis prædictis recessum.

Neque obstat quod tonsio de recenti ad effectum probationis corporis delicti probabilis ex coniecturis resultet ex inditijs ex parte Fisci ponderatis, quia obiectum procederet, vbi constaret, pecunias in arca repertas, quas periti agnoscunt tonsas, fuisse easdem, quæ fuerunt à Gregorio mediante Margherita
6 famula ad effectum permutationis transmisse; cum autẽ de prætensa hac identitate nihil constet, prout requiritur, frustra inditia in hoc ex aduerso adducuntur, Aym. cons. 244. num. 2. Corn. cons. 134. in fin. lib. 3. Bursatt. cons. 116. num. 29. lib. 1.

Et præsertim cùm ex processu constet, permutationem prædictam in præterita æstate spatio parui temporis, & in modica quantitate processisse, nam cum
7 bancherotti dictim pecunias permutent, verisimilius omninò est, eas tunc receptas fuisse per prius dispensatas, ex rationibus Caballi resol. crim. cas. 199 num. 15. & 38.

Sed vbi etiam sufficienter de delicti corpore constaret non tamen inditium aliquod releuans censeri potest, nedum ad torquendum, sed nec etiam ad Inquisitos in carceribus diutius retinendos: primò quia ijdem periti, qui pro Fisco fuerunt examinati, tonsionem dixerunt agnouisse, al giro, & orlo, & al peso, cioè li giulij pesano meno quattro grani, e li testoni arriuano al calo di cinque grani, subiungendo, quali cali, e mancanze non possono in alcũ mo-
8 do essere causati per il maneggio; hinc enim cum liqueat ex sola inspectione peritos Fisci tonsionem ex instrumentis ad tondendum minimè percepisse, sed ex inspectione copulata cum põderatione, vtique non mirum si ab inquisitis non fuit cognita, vt in his terminis arguit Caball. resol. crim. d. cas. 199. num. 31. & seq.

Secundò quia eadem famula testis Fisci, cuius transmissione sequuta fuit permutatio, deponit, similes plures permutationes habuisse ab alijs campsoribus sibi, & eius domino incognitis, vndè etiam cessat inditium prætensum longè remotius ex asserta amicitia cum permutante, Caball. d. casu 199. num. 32. ad med. vers. & pro eis aliam bonam monetam.

Tertiò quia non solum de die, & palam, alijs præsentibus sequuta fuit permutatio, sed eædem monetę re-
9 tentæ fuerunt in arca publicè conspicua; cum enim nequaquam censendum sit, inquisitos hæc fecisse, vbi monetam tonsam percepissent, vtiquè exinde præsumptio contraria resultat, idem Caball. ead. resol. 199. num. 28. ante fin. vers. de die, & palam.

Quartò quia tractari non potest de falsa moneta, vbi
10 dolus abest, vt comprobat Farin. cons. 125. num. 14 in fine, lib. 2. & latius quæst. 115. num. 153. & plurib. seqq. vbi de communi; in hoc autem casu nedum dolus exaduerso non probatur, sed ex hoc ipso ex-
11 cluditur, quod nullum prorsus lucrum constat ex hac permutatione fuisse receptum, Rot. decis. 111. num. 1. par. 2. diuers. Giurb. cons. crim. 85. num. 26.

Atque hinc cessat, quod prætenditur circa omissum reuelationem delinquentium ex bannimentis disponentibus, in pœnam perpetuam triremium incurrere eos, qui quomodocunque scientes similia deli-
12 cta monetę falsæ, aut tonsę non reuelant, nàm cum

[illegible] menta explicitè loquantur de scientibus, frustra applicantur ignorantibus,& prẹsertim in hominibus honestæ conditionis,ac bonę famę,l.1. C. de fals. monet.Bald.eod.tit.num. 7.ad fin. Farin. d. quęst. 115.num.156.& seqq & cõs.113.num.6.lib.2.Caball. d.resol.199.num.26. & seqq.

ARGVMENTVM.

An, & quando præsumatur scientia non reuelantis delicta falsæ, vel tonsæ monetæ ad effectum pœnæ impositæ a bannimentis.

SVMMARIVM.

1 *Scientia probari debet, vt quis incidat in pęnam impositam a bannimentis contra non reuelantes delicta falsæ monetæ.*

2 *Bannimenta contra non reuelantes recipiunt passiuam interpretationem a Iure, vt solos conscios,non etiam ignorantes comprehendat.*

3 *Statuta correctoria Iuris communis strictè intelliguntur.*

4 *Monetæ falsæ fabricatores de Iure puniuntur pœna mortis, secus verò tonsores.*

5 *Monetam falsam, aut tonsam scienter expendentes puniuntur, secus verò ignoranter expendentes.*

6 *Ignorans non tenetur obuiare delicto, cui data sciẽtia obuiare teneretur.*

7 *Testi vnico & inhabili non creditur etiam in delicto occulto, & difficilis probationis.*

8 *Suspicio est aliqualis animi applicatio ad aliquid cum vehementi titubatione.*

9 *A suspicione oritur leue inditium.*

10 *Dubius æquiparatur ignoranti in delictis.*

CONSILIVM CCXXI.

Bannimenta generalia imponunt pœnam non denunciantibus scientibus delinquentes fabricatores falsę monetę,aut illius tonsores:hęc autem scien-
1 tia cum nullatenus probetur à Fisco aduersus Franciscum.,iniustè in carceribus detinetur,Senat.Pedem. decis.138.num.24.&28.vbi quod in delictis in omittendo semper necessaria est probatio scientię, Cephal.cons. 76.num.59.vers. non obstat secundum, & num.60.61.& plurib.seqq Farin. quęst.51.num.61.

Et presertim cùm bannimenta generalia imponentia
2 pœnas non reuelantibus,quatenus loquuntur de non reuelante fabricatores recipiant passiuam interpretationem à Iure,vt solos conscios,non etiam ignorantes compræhendat,Bart.in l.lege Cornelia 9.num.2 ff.ad.leg.Cornel.de fals.Farin. quęst.115. n.
3 40.quemadmodum etiam ad solos scientes, & conscios se restringit Statutum lib.2. cap.44. quatenus verò loquuntur de non reuelantibus tonsores monetæ,magis strictè sint intelligenda tanquam correctoria Iuris communis non imponentis pœnam non denunciantibus in hoc casu, ex pluribus allegatis per Farin.d.quęst.115.num.41.

Atque hinc est,quòd inter fabricatores falsę monetæ,
4 & inter tonsores datur maxima differentia, ex quo primo casu de Iure est pœna mortis ob crimen lęsæ maiestatis, secus verò in secundo,Marsil. cons.47. n. 2. vers. sed cum fabricans,& nu.seq. & per tot. Peguer.decis.46.num.10.seq.& per tot.& decis. 86. n.2. Farin.d.quæst.115.num.99. & cons.48. num.13. post med.Caball.resol.crim.cas.191.num.1.

Quamobrem licèt expendentes monetam falsam,
5 aut tonsam scienter puniantur, non tamen pœnam aliquam incurrunt expendentes ignoranter,Marsil. in l.qui falsam,num.65.& plurib.seqq.ff.ad leg. Cornel.de fals.Menoch.de arbitr. cas. 316. num.55. vers. declarantur primò, Farin.d.quęst.115. num.153. & seqq.& num.156.& cons.172.num.3.& seqq. Caball. resol.crim.cas.199. num.6.

6 Sicut eadem ratione,quia ignorans contemnere, negligere,ac delinquere non dicitur,minus tenetur obuiare delicto,cui data scientia,obuiare teneretur, Farin.quæst.24.num.134 135.& seq.cum imò scientia in hoc casu debeat esse probabilis, vt per eumd. Farin.quęst.51.num.61.& seqq.

Nec obstat,quod satis scientia desumatur ex depositis à Margherita famula pretensi tonsoris,quatenus dixit, doppo osseruò,che detti giulij erano piccoli, e prese certi giulij in vn sacchetto ,e li mise al paragone,e mi disse, vedete ,che differenza vi è, io li piglio per questa volta,non me ne portate più, che non li voglio scambiare,& io tornai con la valuta di sedici,ouero dodici testoni in tanti giulij piccoli, e tosati, quali vedendoli, mi disse, che non li voleua, e che teneua, che questi denari haueffero man-
7 camento; tum quia est testis vnicus,& inhabilis,qui in probatione inditiorum non admittitur, etiam quod agatur de delicto occulto, & difficilis probationis, vt in his terminis per Farin.d. cons.175. n.11. vers.secus si de probatione inditiorum.

Tum etiam, quia verbum prædictum, teneua,non potest interpretari, nisi pro opinione mali, quemadmodum declarat idem Franciscus in suis constitutis quatenus dicit,ricusai di volerne pigliare più,& auuisai detta serua nel modo, che hò detto , perche
8 sospettauo non tosasse questa moneta; cum autem opinio, seu suspicio mali in totum non remoueat dubietatem, sed solum sit aliqualis animi applicatio ad aliquid cum vehementi titubatione,Bald.in l. ea quidem,num.3.C.de accus.Farin.quæst.36.num.172.
9 & seqq.& præsertim cum procederet ex sola dicta comparatione aliorum iuliorum , quæ admodum leuis est,cum quotidie expendantur iulij parui in aliorum comparatione,& tamen contra expendentes nec etiam inquiratur, vt pluribus comprobat idem Farin.d.quæst.36.num.176.

Vtique absquè dubio cessat applicatio qualitatis scien
10 tiæ ex bannimentis requisitæ, cùm dubius æquiparetur ignoranti,text.est in l.fin.§.1.ante fin.vers. sin autem nescius,& ibi Bart.& Ang.C.de furt.Tiraq. de retract.lign.§.36.glo.2.n.31.

Et per textum in d.l.fin.§.1.ad fin. vers. sin autem nescius , quod non minus parcendum sit dubitanti quam ignoranti,Bald.in l.leges sacratissimæ, 9.nu.2. ad med.vers. quod dico in ignorante,C. de legib. & Natt.cons.162.num.32.ad med. quod minus habet dubitationis hoc casu,dum neque etiam Franciscus nomine cognoscebat famulam, nec illius dominum.

ARGVMENTVM.

De admissione articulorum ad effectum eos probandi in Curia.

Consti-

Constitutio Clementis VII. contra non tradentes, vel non reuelantes bona hæreditatis mulierum ex turpi quæstu viuentium, an procedat contra eum, qui prætendit dominium ipsorum bonorum:

SVMMARIVM.

1 *Defensiones decerni debent etiam non petitæ illi, qui prætenditur confessus.*
2 *Sententia & acta denegatis defensionibus sunt nulla.*
3 *Articuli ad effectum probandi in Curia admittuntur etiam ad excusandum spolium.*
4 *Articulorum admissio non denegatur in dubio cum præseruatiua saluo iure impertinentium, & non admittendorum.*
5 *Ius rei differt a iure in re.*
6 *Ius ad rem differt a iure consistente in ipso rei dominio.*
7 *Liberatio generalis de omnibus, quæ peti possunt in bonis, & hæreditate non comprahendit ea, quæ reali actione possunt vendicari.*
8 *Claues intelligi etiam possunt traditæ causa custodiæ.*

CONSILIVM CCXXII.

NOn videtur denegari posse admissio articulorum concernentium defensionem Rei, quoniam
1 defensiones adeo sunt de substantia, vt etiam non petitæ decerni debeant illi, qui prętenditur confessus, aut conuictus, Farin.cons.1.num.17.& cons.156. num.2.& 3.& illis denegatis sententia, & omnia acta sint nulla, Farin.eod.cons.156. nu.23.29. 46.48. & seq.& cons.167.num.14. & seq.

Nec obstat, quod articuli etiam probati non sint rele-
2 uantes, quia præterquam quòd conclusio procedit in decernenda remissoria, non autem in eorum admissione ad effectum probandi in Curia, adeo vt in
3 Curia etiam admittantur ad excusandum spolium. Caputaqu. decis.43.par.1.Rot.decis.356.nu.5.& seq. præcipuè vers.accedebat, lib.3.par.3.diuers.

Negatur prætensa irreleuantia, & in dubio non est de-
4 neganda admissio cum clausula præseruatiua saluo iure impertinentium, & non admittendorum, vt per Rot.decis.503.num.2.par.2.rec.

Cœterum de releuantia constat, non obstante dispositione Constitutionis Clementis Septimi in nouo Bullario 14.tom.1.fol.582.editæ in confirmationem alterius Leonis Decimi in eodem Bullario 29. codē tom.1.fol.533. Cum enim in §.10. dictę Constitutionis Clementis Septimi disponatur, & si infra- men sem aliquis prętendens in hereditate huiusmodi ius habere comparuerit, ipsa bona hæreditaria, donec controuersia huiusmodi terminetur, apud aliquam ędem sacram, aut virum idoneum consignanda postmodum, prout iustum, & determinatum fuerit, deponi debere, & deficientes in traditione, aut reuelatione huiusmodi, nec non eum, qui impedimentum aliquod indirectè quouis quęsito colore pręstiterit, seu per quem steterit, quo minus depositum huiusmodi integrè, & libere amotis omni, dolo, & fraude fiat, omnis iuris sibi ad ipsa bona quomodolibet competentis priuatum ipso facto absque aliqua declaratione existere, dispositio hæc nulla ratione videtur casui, de quo quæritur, applicabilis.

Etenim cessat in primis applicatio, dum in Constitutione illi deficientes in traditione, aut reuelatione, priuantur, qui prætendant ius habere in hæreditate, quandoquidem D. Cæsar non prætendit ius habuisse, vel habere in aliqua re hęreditaria, sed intendit probare res, de quibus agitur, fuisse sub eius libero, & absoluto dominio; ista autem absque du-
5 bio sunt omninò diuersa, cum aliud sit ius rei, quod consistit in dominio, vel quasi, & aliud ius in re, de quo loquitur Constitutio, cùm hoc sit hypotheca, vel seruitus, Bald.in l.sciendum, 15.num.2.ante med. vers quarto, & vltimo, ff. qui satisd.cog. Rebuff. de nominat.quæst.4.num.9. ante med. Mandos. in reg. 32. quæst.30 num.5.Gonzal.ad reg.8.glos.9. §.1. nu. 95.ante med.

Præterea applicatio cessat, quia Constitutio, dum procedit priuando, declarat priuare omni iure illi, qui deficit in traditione, aut reuelatione ad ipsa bona
6 quomodolibet competente; ius autem ad rem prorsus differt à iure consistente in ipso rei dominio & præcipue in hoc, quia habens ius ad rem habet solam rei petitionem personalem, tex est in d.l.sciēdum 15.§. possessor, vers. diuersa causa, ff. qui satisd. cog. Bald. Rebuff. Mandos. & Gonzal.in locis superius allegatis; habens verò dominium, habet rei vendicationem, l.1.§.per hanc autem actionem, ff. de rei vendic.

Et hinc est, quod dispositio liberatoria, quamuis pro-
7 pterea censeatur fauorabilis, cuius contrarium est in hoc casu in quo agitur de Constitutione correctoria, & pœnali, nihilominus non obstante, quod sit generalis de omnibus, quæ qualitercumque peti possunt in bonis, & hæreditate, non tamen comprahendit ea, quæ reali actione possunt vendicari, Ruin. cons.25.num.17.lib.1. Alex. cons.46. num.14. lib.1.vbi amplius idem intelligit non obstāte, quod liberatio comprahendat omne aliud, quod peti, aut prætendi possit directè, vel indirectè, aut quacumque ratione, vel causa, tàm expressa, quàm non expressa, Bald.in l.pactum quod dotale, 3. quæst. 12. num.8.C.de collat.& in l.cum necessitatem, 18. n.1. & seq.C de fideic.idem Alex.cons.170.col.2.ad med. vers.sed ista, nu.6.lib.2.Ias.cons.171.col.3.in fin.vers. & quod transactio, lib.1.Surd.cons.112.num.96.lib.1 & decis.174.num.2. & sunt textus in l. Aurelius, §. Meuia, & in l.Aurelio, §. fin.vers.res testatoris, ff. de lib.leg.

In hoc autem casu res facilius transit, dum D. Cæsar intendit probare tam dominium, quam possessionē
8 mediante retentione clauis capsæ in domo alterius ratione solius custodiæ retentæ, Tiraqu. de Constit. par.3.limit.6.num.4.

ARGVMENTVM.

An sententia capitalis exequibilis sit contra bannitos infra, vel post annum captos, quando est nulla, vel iniusta. An, & quando intret pæna pacis ruptæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia capitalis contra bannitos tam infra, quam post annum captos exequutioni non mandatur, nisi quatenus legitimis praecedentibus inditijs ad inquirendum promulgata sit.*

2 *Testis de auditu a principali nō magis probat, quam principalis. Et num. 5.*

3 *Offensi attestatio non facit inditium, sed aperit viam Iudici ad assumendas informationes.*

4 *Inculpatio proueniens ab offenso, & similia non sunt sufficientia inditia ad formandam inquisitionem.*

6 *Inculpatio proueniens ab existente in articulo mortis, non facit inditium ad inquirendum, siue conualuerit, siue non.*

7 *Inculpatio ab existente in articulo mortis proueniens sine iuramento non facit inditium.*

8 *Pacis ruptę pœna vt intret ex Constitutionibus Aegidij, et bannimentis, requirit probationem pacis per instrumentum, vel scripturam, non per testes.*

9 *Pacis ruptæ pœna non intrat, quando non constat de iniuriarum remissione per modum pacis, sed per modum simplicis reconciliationis.*

10 *Pax differt à concordia super iniuriarum remissione.*

11 *A pacis fractæ pœna excusat noua causa.*

12 *A Pace rupta excusat nouæ causæ allegatio, etiam ex Constitutionibus Apostolicis, quando non requirit extrinsecus probationem.*

13 *Sententia notoriè iniusta contra bannitum captum post annum non est exequibilis.*

14 *Sententia vti indiuidua corruit in totum.*

15 *Sententia contra inquisitum de delicto qualificato, non substinetur qualitate non probata.*

16 *Sententia continens pœnam excessiuam non est exequibilis neque in ea pœna, quæ de Iure imponi potuisset.*

17 *Immunitas competit ei, qui violenter ab Ecclesia extractus fuit.*

18 *Immunitas Ecclesiastica competit delinquenti exceptis casibus contentis in Bulla Gregorij XIV.*

19 *Immunitate Ecclesiastica gaudet etiam excommunicatus.*

20 *Homicidium sub insidijs non includit qualitatem proditionis.*

CONSILIVM CCXXIII.

NOn meretur exequutionem sententia contumacialis lata contra D. Tarquinium; quamuis enim Pius Quintus in sua Constitutione 9. & subsequenti declaratione in nouo Bullario tom. 2. fol. 187. disponat, bannitos, & in contumaciam condemnatos in pœnam capitis, & vltimi supplicij, si capti ad manus Curiæ deuenerint, audiri in suis defensionibus, etiā intra annum non posse, sed sententias huiusmodi exequutioni demandandas, tamen idem Pontifex in eadem declaratione, in §. 2. ad fin. vers. quinimmo
1 dispositionem huiusmodi restringit, ac qualificat, quatenus sententiæ, legitimis præcedentibus inditijs ad inquirendum promulgatæ fuerint, & hanc dispositionem tanquam Iuri communi conformem tam in bannitis infra, quàm post annum captis intelligendam, latè comprobat Chartar. de exequut. sentent. capt. bannit. cap. fin. num. 58. & plurib. seqq. præcipuè à num. 63. & infra, & à numer. 81. ad 95. ex Plot & alijs relatis etiam per Farin. quæst. 11. num. 16. & seq. vbi vers. aduerte. quod debet esse legitima ad formam inditiorum.

Quod autem legitima non præcesserint inditia ad inquirendum super tractura pacis per Fiscum pretensa, & de qua Tarquinius fuit damnatus, apertissimè constare videtur ex eisdem actis; cum enim de veritate essentiæ pacis inter occisum, & Tarquinium nihil penitus in processu habeatur, & ij testes, qui de auditu deponunt, restringant eorum dictum ad auditum ab ipso occiso, vtique cum in maiori gradu
2 non sit copia, quàm originale, ac proinde non magis faciant testes de auditu à principali, quàm dictum ipsius principalis, c. licet ex quadam, vbi omnes de testib. Surd. cons. 135. numer. 96 lib. 1 Honded. consil. 102. num. 58. lib. 1. Farin. de testib. quæst. 69. num. 86.
3 Seraphin. decis. 1075. num. 3. sequitur, quod assertio principalis neque etiam facit inditium ad inquirēdum, & si aperiat viam Iudici ad assumendas informationes, Clar. in prax. §. fin. quæst. 7. num 3. Bertaz. cons. 8. num. 43. lib. 1. Farin. de indit. quæst. 46. num. 96. & seqq.

Neque enim inditium resultat ex eo, quod assertio huiusmodi processerit à vulnerato in articulo mortis, vt vnus ex testibus, qui homicidio interfuit, asserit à vulnerato audiuisse, quia præter id, quod est vnicus, & primo loco examinatus hoc non deposuit, quinimmo ex alijs omnibus, qui pariter homicidio interfuerunt, nullus est, qui hoc dicat audiuisse; siquidem licet dicatur arbitrarium esse Iudici, quæ sint legitima ad inquirendum inditia, tamen arbitrium huiusmodi non debet esse liberum, & abso-
4 lutum, sed à Iure regulatum, quamobrem sola inculpatio offensi, & similia non sunt inditia sufficientia ad formandum inquisitionem, vt per Farin. post
5 alios, quæst. 1. de inquis. num. 46. multoque minus assertio testis vnius personæ de auditu ab asserto offenso, vt per eumdem Farin. de indit. quæst. 46. num. 96. & seqq. adhuc obiectum cessat, tùm quia
6 vel verior est opinio, quòd sola inculpatio existentis in articulo mortis non faciat inditium ad inquirendum, siue conualuerit, siue non, vt per Farin. eadem quæst. 46 de indit. num. 23. & seq. & à nu. 26. ad 33. vel in omnem casum non nocet in hoc casu contraria, dum vulneratus supponitur hoc dixisse in actu vulnerum absque iuramento, quod dicere potuit, vt magis percutientes arceret, quandoqui-
7 dem absque dubio affirmatiua non procedit, quando constitutus in articulo mortis ita asserit sine iuramento, vt per eumdem Farin. ead. quæst. 46. n. 50. min isq. in hoc casu, in quo vulneratus fuit etiam à Curia examinatus, nam verisimile non est, quod qualitatem fracturæ pacis tacuisset, si hoc dicendo non deierasset ad c. quia verisimile, de presumption.

Præterea ex serie ipsa facti à testibus iuxta auditū ab ipso offenso narrati vel excluditur pax, ex deductis in facto, & ipsis met testibus, vel non constat de tali pace, ex qua pœna pacis ruptæ prætendi posset, vel constat de noua offendendi causa, ex qua
8 & pœna huiusmodi cessabat; si quidem aut ad effectum dictæ pœnæ ex Constitutionibus Aegidij, & bannimentis requirebatur probatio pacis per instrumentum, vel scripturam, non per testes, Vulpell. de treg. & pac. quæst. 66. num. 3. vers. si verò de probanda, Clar. in prax. §. fin. quæst. 58. num. 40. vers. scias etiam, Guazz. de pac. par. 1. quæst. 32. num. 10. Farin. cons. 81. num. 1. & seqq. lib. 1. & cons. 150. n. 10. in fin. lib. 2. vbi quod neque Sacra Consulta condemna-

demnari voluit vti fractorem pacis eum, quem per duos testes probatum fuerat habuisse notitiam pacis, & illam verbis prægnantibus approbasse.

Aut si probatio per testes in hoc sufficit, debent testes concludere conclusionem illius per palmarum tactus, vel osculum, itaquòd paciscentes intelligant pacem formalem inire, quia cum ad effectum, de
9 quo agitur, differat remissio iniuriarum per modum reconciliationis à remissione per modum pacis, quæ ex sui substantia requirit expressum pactum, ex quo pax à paciscendo dicitur, vtiquè propterea in simplici hac reconciliatione per testes narrata non intrabat hæc pœna, Specul. de treg & pac. n.3. Fulgos. in l 1.num.2.& 4.ff. de pact. late Farin. qui pluribus comprobat cons.98 per tot & præsertim n.8. 9.10.& 14.vbi etiam num.13. de veriori, & communi, lib.1. Guazz. de pace, par.1.quæst.80.numer.9. in fine.

Qua ratione longè etiam differunt pax, & concordia
10 super iniuriarum remissione, vt per Soc. cons.99. n. 7.lib.3. Purpur. in l.1.num.96. C. de transact. Rot. apud Seraph. decis.1384.num.10.

Quod autem in omnem casum excluderetur pœna ex noua causa, liquet ex eisdem testibus, dū probāt indignatum fuisse Tarquinium cōtra Paulum ex noua
11 sui famuli receptatione; quādoquidē de Iure noua causa excusat à pœna pacis fractæ, vt post alios per Hōded. cons.97.n.24.& seqq.lib.1.& licet ex Constitutionibus Pij Quarti, & Pij Quinti prohibita sit nouæ causæ allegatio, quæ neque forsan intelligitur
12 de iusta, tamen & Constitutiones huiusmodi interpretationem indubitatam receperunt, quatenus allegatio huiusmodi requirat extrinsecus probationem, secus autem, quando de ea constat ex ipso processu informatiuo, vt in hoc casu, vt per Farin. de var. ac diuers. crim. quæst.107.num.507.

His autem stantibus, duo resultare videntur satis cla-
13 ra, alterum, quod corruente propterea sententia respectu qualitatis fractionis, non solùm ex defectu nullitatis inquisitionis in hac parte, sed etiam notoriæ iniustitiæ, quæ nullitati æquiparatur ad effectum, de quo quæritur, ne sententia lata contra bannitum post annū captum sit exequibilis, Bertaz. cons.58.num.16.lib.1. Botta cons.8.num.29. Cephal. cons.535.lib.4. Curt. Sen. cons.59.num.28. & seq. Farin. de inquis. quæst.11.num.62. ad fin. vers. & hoc, vbi de communi, sicut etiam prius testatus fuerat Chartar. de execut. sent. capt. bannit. cap. fin. à n.207. ad 224. vbi contrarijs omnibus respondet, & in fine numeri 223. vers. & si aliqua, ostendit, hoc ipsum procedere tam in captis infra, quàm post annum,
14 proinde sententia corruit etiam in totum tanquā indiuidua. Put. decis.323.lib.1. Rot. decis.33. num.6.
15 & decis.221.par.2. vndè est, quod contra inquisitum de delicto qualificato non sustinetur sententia ratione simplicis delicti qualitate non probata, Bart. in l. in delictis, §. si detracta, ff. de noxal. & in l. denunciasse, §. quidam tamen, num.2. ff. de adult. Boss. de inquis. num.82.& seq. Clar. in praxi, §. fin. qu. 66.num.5. vbi de communi, Rimin. Iun. cons.340.nu. 4.& seq.lib.3. cum alijs per Farin. de inquisit. quæst. 1.nu.23. vbi pariter de communi, sicut propterea
16 sententia continens maiorem pœnam, quam de Iure imponi potuerit, dicitur etiam nulla in totum adeo quod capto quandocumque bannito exequi non potest, neque in ea pœna, quæ de Iure imponi potuisset, vt per Chartar. d. cap. fin. de execut. sent. num.48.& 49.

Alterum, quod cessante ex præmissis pacis fractura de-
17 negari nequit Tarquinio beneficium immunitatis Ecclesiasticæ, dum violenter ex Ecclesia, ad quam confugerat, extractus fuit, Bart. in l. fin. n.5. C. de his qui ad Eccles. confug. Oldrad. cons.154.num.2. Alex. cons.143.num.1.& seq.lib.7. etenim licet de Iure communi controuersa sit opinio, an sacrilegus im-
18 munitate hac gaudeat, tamen non videtur controuerti posse in terminis Bullæ Gregorij XIV. postquā excipiendo homicidas, & mutilatores membrorum in ipsis Ecclesijs, & certos alios casus, in quibus præsens non includitur, in cœteris constituit regulam in contrarium, quæ ad alias limitationes extensionem non patitur, vt per Farin. cons.76. nu.9. 13.& seq.lib.1. Ambrosin. in glo. ad eamdem Bullam cap.5. num.6. Guazzin. tract. ad defens. cap.38. defens.1. ex defect. iurisd. num.10. ad fin. & nu.12. etiam
19 in fin. cum imò etiam de Iure excommunicatus eadem immunitate gaudeat, Rebuff. de immun. Eccles. art.1. glo.1.num.13. vers. etiamsi essent, Ambros. ad d. Bull. cap.8.num.13. vers. attamen de communi.

Neque enim dici potest homicidium fuisse proditoriū ex prætextu pacis raptæ, cum ex supradictis cesset
20 hæc qualitas, & ea cessante, homicidium sub insidijs non verificet qualitatem proditionis, quæ datur dumtaxat in eo, cui nulla ab interfectore cauendi erat occasio, quicquid dixerit Farin. de delict. quæst.18.num.76.& seq. cum idem Farin. se ipsum repræhendat, cons.76.& seq.num.15.& seqq.lib. 1.& in addit. incip. contrarium ad cons.168. lib.2. vbi eodem cons. sub num.70. latissimè opinio hæc ex communi comprobatur, vt etiam per Falcon. post d. cons.76.num.15. Ambros. vbi supra cap.6.n.1. & seqq. Guaz. vbi supra num.39. Gratian. discept. cap.380.nnm.4. Leon. in thesaur. for. Eccles. cap.13. num.26.

ARGVMENTVM.

An, & quando inquisitus de delicto qualificato condemnari possit probato delicto simplici, non probata qualitate.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitus de delicto cum qualitate pœnam aggrauāte condemnari non potest probato delicto, non probata qualitate, sed absoluitur in illa instantia, ita vt nouo processu sit opus.*
2 *Doctori attestanti de consuetudine contra Iuris dispositionem non creditur.*
3 *Consuetudo reijcitur quod probato delicto, non probata qualitate aggrauante locus sit condemnationi.*
4 *Clausulæ in querelis, et accusationibus appositæ sunt illæ, quæ quandoque operantur, vt sequi possit condemnatio de simplici delicto non probata qualitate.*
5 *Specialia plura non admittuntur.*

CONSILIVM CCXXIV.

De veritate allegatæ conclusionis in Iure, quod Reus inquisitus de delicto cum qualitate pœ-
1 nam aggrauante, condemnari non possit, probato delicto, non autem probata qualitate, sed debeat in illa

..... instantia absolui, itaquod nouo processu sit opus, non est dubitandum, quia præter eos, qui referuntur à Farin. & alijs recentioribus in locis allegatis, hanc opinionem tuetur Bart. conf.38. incip. visio process. per tot. lib.2.& latè in quæst.sua 17.incip. Iure municipali.per tot.præsertim num.9. & eãdem Iure communi inspecto veriorem, & sequendam etiam in casu,in quo de delicto constaret non solùm per testes,sed per propriam delinquentis cõfessionem,ex plurimis probat Caball. resolut crim. cas.56 num.51.& seqq. & in tract. de omni genere homicid.num.243. Minsing.cent.4.obseru.80. num. 40.& in terminis delicti cum qualitate pacis fractę Gail.de pace pub.lib.1.cap.13.num.18.& seq.

Dubitatione igitur vertente circa consuetudinem,ad-
2 uertendum in primis est,quòd Doctoribus attestãtibus de consuetudine contra Iuris dispositionem non creditur, & præsertim dum loquuntur non solùm de consuetudine Curiæ, in qua versantur, sed de alijs,hæc nãque quicquid aliqui in contrarium voluerint,est opinio,quam seruat Rota, vt per Mohed.decis.2.& seq.de consuet.& Seraph. decis. 1349. num.5.

Ideoque in puncto,quod consuetudo, de qua obijci-
3 tur,non sit vera,immò potissimè contrarium seruatum fuerit in Ciuitate Mediolani, & alijs Ciuitatibus Lombardiæ,firmat Signor. cons.245. incip. licet in facto absolutionis,num.14.

Præterea cum fundamenta huius consuetudinis sint rationes,quas adducit Bald. originarius huius consuetudinis allegator in l.2.num.8. C.de prob. nempe quia de consuetudine in querelis,& accusationibus apponitur instantia punitionis secundum formam Iuris,& Statutorum, in inquisitione autem apponitur clausula,super quibus omnibus,& singu-
4 lis,& eorum quolibet, vtique cessantibus his clausulis,prout cessant in casu, de quo agitur, cessare quoque debet allegata consuetudo fundamentum ab huiusmodi clausulis recipiens, Roman cons.110. num.2.præsertim in fine,& num.seq. Anan.in c.continentia,4.num.5.de cleric.percuss. Clar.recept.sent. §.fin.quæst.66.nu.5.ad fin.vers.hodie enim,& quæst. 31.num.13. præcipuè in verb. operatur, vbi quòd clausulæ sunt eæ,quæ operantur, vt non probata qualitate,condemnatio sequi possit de simplici delicto,& aliàs secus,Bonacoss.in com. opin. in verbo, qualitate,in fin Rim.iun.cons.349.num.5.lib.3.Farinac.inquiens,hanc esse veritatem, de inquis. quæst. 1.num.39.ad fin.vers.ideo vbi in inquisitione, Scac. de iudic.lib.1.cap.51.num.39.ante finem, vers. maximè etiam,Caball.resol.crim d.cas.56.num.82.& d. tract.de omni gener.homicid.numer.447.Guazzin. tractat.ad defens. in 3.defens. circa accus.cap.3. numer.13.

Et enim non refert,quòd Caball.& Scac.loquantur per dictionem,maximè,quasi exinde sentiant, consuetudinem assertam seruandam etiam esse indistinctè, vt per eumdem Caball.cas.173.num.2.quia contrarium, vbi non adsunt huiusmodi clausulæ verius esse manifestum fit,tum ex rationibus,ex quibus Doctores hanc consuetudinem admittunt,tum quia in indiuiduo consuetudinem hanc non seruari, vbi non adsunt clausulæ,firmant Farin.& Guazzin. in hac Curia magis versati,& quibus propterea magis credendum,vbi supra,Farin.scilicet d.quæst.1. num. 39.in fin.& Guazzin.d.cap.3.n.13.post vers. & vigore,vers bene verum est.

Atque hinc non etiam refert, quod in Curia non formentur inquisitiones,quia nihil proinde prohibet, quin in monitorijs, quæ fiunt, huiusmodi clausulæ apponantur,nam alioquin,si velimus exindè interpretandas esse inquisitiones,& inquisitiones subauditis dictis clausulis,darentur eodem tempore plura specialia,quæ in Iure non admittuntur contra, tex.in l.1.C.de dot.promiss.cum vulg.

ARGVMENTVM.

An dicatur pacem rumpere is, qui aduersarium accusat, & suam probat accusationem.

SVMMARIVM.

1 *Supplicatio pro gratia probat delictum aduersus supplicantem.*

2 *Pacem non dicitur rumpere accusator, qui suam accusationem probauit.*

3 *Pacem in practica non intelligitur rumpere accusator de delicto vero siue accusauerit zelo iustitiæ, siue liuore vindictæ.*

4 *Pacem an dicatur rumpere accusator de delicto vero distinguitur,an accusauerit zelo iustitiæ, an liuore vindictæ.*

5 *Intentionis fundamentum probari debet concludenter.*

6 *Præsumptio delicti, et pænę exclusiua capienda est.*

7 *Pacem non rumpit accusator de crimine læsę maiestatis diuinæ vel humanæ.*

8 *Assasinium respectu atrocitatis æquiparatur crimini hæresis et similibus.*

9 *Arbitrio Iudicis remittitur, an accusatio processerit zelo iustitiæ vel vindictę ad effectum dignoscendi, an pax rupta fuerit.*

10 *Obliuio iniurię pręsumitur ex lapsu longi temporis.*

11 *Obliuio iniurię pręsumitur in sacerdote, qui continuo celebrat.*

CONSILIVM CCXXV.

NON intrat pœna pacis ruptę in casu, de quo agitur, quia cum dubitari nequeat, quin delictum de quo aduersarius fuit condemnatus, sit verum
1 tam ex sententia desuper lata, quàm ex eiusdem aduersarij supplicatione pro gratia, qua impetrata vsus fuit,l.fin.ff.de præuaricat.Doct. communiter in l.transigere, C. de transact.Gomez. var.tom.3.ca.3. num.54.vers.imò, Rot. in Anconitana pecuniaria
2 5.Iulii 1609. coram R. P.D.Manzanedo,vtiquè ex subministratione inditiorum,aliisque, quæ prætendi possunt gesta ad dicti delicti verificationem, neque dictæ, neque alteri pœnæ est locus, vt in terminis per Hercul.tract.de caut.de non offend. c.25. num.2.in fine,Farin.de var.& diuers. quæst.107. nu. 257.

Nec obstat distinctio, cum qua Doctores in hac materia pertransire videntur, quòd pœnæ non sit locus, vbi accusatio de delicto vero procedit zelo iustitiæ
3 secus verò liuore vindictæ. quoniam obiectum cessat; tum quia ista distinctio non recipitur in practica ob publicam vtilitatem, nè delicta remaneant impunita, vt per Farin. d. quæst. 107. numer. 253. & 257.

& 25. ad fin. verf. de qua tamen.
Siquidem huic atteftationi non refiftit Guazzin. de pace quæft.58.num.8.ante med.verf. quam dubitationem, & quia fupponit Farin. dubitare, cuius tamen contrarium conftat ex conftanti affertione huius practicæ, de qua teftatur eodem num.253. in fine, quamque practicam ipfe Guazzin. non negat, licet dicat fe illam non ita fimpliciter admittere, & quia ipfemet inquit fe admittere, quando delictum non poterat deduci per alios, ficut accidit in hoc cafu, in quo & fi occifus querelauerit, nihilominus ex fere ftatim fubfequuto obitu non potuit Curiæ inditia delinquentis fubminiftrare, adeo quod fine opera huius Partis contra publicam vtilitatem delictum remanfiffet impunitum.
Tum etiam quia diftinctio facit pro hac Parte, ficut il-
4 lam firmat Luc. de Pen.in l.vnica,num.43.C.publicæ lętitiæ,lib.12.cum alijs per Surd.decif.79.num.3. verf. hinc videmus, & Caball.refol.crim.caf.247.n.4. quandoquidem dum Pars aduerfa prætendit, D.Iacobum liuore vindictæ, & non zelo iuftitiæ motum
5 fuiffe,debet ipfam probare,tam ex eo quia affumptũ hoc eft fuę intentionis fundamentum, vnde probatio debet etiam effe concludens, & non præfumptiua,iuxta decif. Achill. 1. de prob it. quàm etiam
6 quia femper capienda eft delicti,& pœnæ exclufiua l.meritò,ff.pro Soc.Rot.decif.106.n.un 7.par.2.
Tum & tertio, quia ficut ex dicta diftinctione exci-
7 piuntur cafus delictorum hærefis, & læfæ maieftatis, quia in his delatio non facit deferentem incurrere in pœnam pacis ruptæ, non obftante quòd delatio procedat liuore vindictæ, cum hæc fint delicta atrociffima, Luc. de Penn. d. l.vnica,num. 43. in princ.C.publicæ lætit.lib. 12.Farin.d. quæft.107. nu. 257. ante med. verf. nifi accufatio, ita ceffare debet hæc pœna in delatione, feu fubminiftratione proba-
8 tionis delicti affaffinij, quod atrocitatis refpectu, criminibus hærefis,& læfæ maieftatis æquiparatur, vt per eundem Farin.quæft. 18.num.89. & 91.
Sed ceffat preterea difficultas, quia cum in his termi-
9 nis cognitio zeli iuftitię, vel vindictę relinquatur Iudicis arbitrio, qui tamẽ illud regulare debet iuxta cafuum,& perfonarum qualitatem, vt per Luc. de Penn. d.num.43 in fine, verf. & in dubio,& n.51. Farin.d.quæft.107.nu.257.in fin.& Guazzin.d.quęft. 58. num.10.in fine, non poterit, nifi iuftitię hoc in cafu arbitrari, tam ex circumftantijs facti, quàm perfonæ qualitate.
Facti, quia pax inter iftas Partes fupponitur inita iam
10 funt anni 23. quamobrem ex lapfu tanti temporis prefumitur oblitus animus cuiufcumque iniuriæ,fi quæ adfuiffet, l.fi non conuitij, 5. in fin. C. de iniur. Gomez.var.tom.3.tit.de iniur.num.15.Rot.decif.2. eod.tit.in nou.
Perfonæ autem, quia Iacobus eft facerdos, & conti-
11 nuo celebrauit,Burfatt.conf.20.num.19.lib.1.Farin. queft.49.num.113.Honded.conf.87. num.66. & feq. lib.2.Eugen.conf.27.num.23.& feqq.

ARGVMENTVM.

An ex infultu cum proiectione lapidis fine offenfione cenfeatur rupta pax, vel cautio de non offendendo.
De exceptione fingularitatis teftium.

SVMMARIVM.

1 *Teftes fingulares non fufficiunt ad condemnationem neque ad torturam, quando agitur de certo actu in fpecie, certo tempore, et loco.*
2 *Singularitas teftium verfatur tam ratione caufæ formalis, quam materialis, et finalis.*
3 *Probatio æquiuoca non releuat.*
4 *Teftis iudicans non probat.*
5 *Pax non dicitur rupta ex proiectione lapidis fine percuffione, et fine dolo.*
6 *Pax, et promiffio de non offendendo facta certæ perfonæ non extenditur ad aliam perfonam coniunctam non expreffam.*
7 *Pax, vel cautio de non offendendo ex Statuto Vrbis non intelligitur fracta ob verba iniuriofa, fed agendum eft ciuiliter ad æftimationem iniuriarum, et pœnam.*
8 *Pax vt rupta non dicatur, allegabilis eft noua caufa de qua conftet.*
9 *Querelanti confitenti fe mentitam dediffe non creditur de iniuria fibi præcedenter illata.*
10 *A pace rupta excufat factum ex noua caufa ad iracundiam prouocans, quamuìs pœnam non mereatur.*
11 *Teftes de auditu probant quando id, de quo deponũt non percipitur nifi per fenfum auditus.*
12 *Teftes de auditu non probant in re, quæ requirit aliquem actum qui vifu percipitur.*
13 *Teftes qui deponunt fe audiuiffe per parietem, vel cortinam debent notam habere vocem eorum, quos audiuerunt.*
14 *Teftes de auditu per parietem, vel cortinam probãt, quando agitur de probatione folius rumoris.*
15 *Teftes fingulares non coniunguntur etiam ad effectum torturæ.*
16 *Probationes in criminalibus in fua fpecie imperfectę non coniunguntur ad effectum condemnationis, neque ad effectum torquendi Præfertim quando probationes non funt propinquæ delicto. vt num.17.*

CONSILIVM CCXXVI.

NVlla ratione Pellegrinus prætenditur conuictus de infultu in Bernardinum,quia tres teftes, qui exaduerfo adducuntur ad huiufmodi probationem
1 funt fingulares,qui propterea,cum agatur de certo actu in fpecie certo tempore,& loco,vt prætenditur facto ad effectum,vt imputatus puniatur, non fufficiunt,Farin.de teftib.queft.64.& num. feq. vbi quod hoc cafu nec etiam faciunt inditium ad torturam, Caball.refol.crim.caf.293.num.29.& feq.
Conftat autem,eos effe fingulares,quia fupponitur in facto,primum teftem deponere de vifu à Pellegrino fuiffe Bernardinum in terram proiectum,ac pugnis percuffum cum proiectione lapidum,fecundum deponere,fe predicta non vidiffe, fed duntaxat,quòd Pellegrinus acceperit faxum fine proiectione,tertiũ verò teftem deponere de auditu ictus pugni, dum erat intus fuam apothecam, & deinde confpexiffe quemdam iuuenem,quem audiuit nominari Pellegrinum, qui ftabat retinens mattonum in manu minans proiectionem, quamobrem nullus eft, qui conteftis fit depofitioni alterius, meritoque intrat exceptio fingularitatis,& huic exceptioni exaduerfo effet refpondendum,non exceptioni contrarieta-
2 tis,nam fingularitas euidens eft tam ratione caufę forma-

formaliter quàm materialis, & finalis, vt per Farin. de testib. d. quæst. 64. num. 8. consistit namque singularitas in prędicamento agere secundum Bald. in l. de quibus, num. 38. ff. de legib. dum vnus testis dixit, quod Pellegrinus percussit, & alij, quod voluit percutere, cum hec longè nimis inter se differant, & cõciliari non possint, vt post Bald. vbi supra firmat in his terminis Farin. eadem quæst. 64. num. 16.

Neque enim facit, quod tertius testis subiungat, viddi vno, che staua con vn mattone in mano, che questo fu quello, che poco dianzi haueua dato il pugno, quoniam prius dixerat, ictum pugni percepisse ex sensu auditus intus suam apothecam, dum dixit, nel l'hora di finire le messe sentij alle botteghe oscure vn colpo di pugno, doue io vscij fuora di bottega, e viddi, che Bernardino staua in terra, & affacciatomi alla bottega viddi vno, che staua con vn mattone in mano; etenim hec depositio, quatenus tangit auditum pugni sine visu, ęquiuoca est, cum ictus pugni potuerit prouenire ex parte Bernardini in Pellegrinum, vndè non datur ratio, quare ęquiuoca
3 probatio conuincat, Rot. decis. 506. num. 1. vers. neque obstant testes, & num. seq. par. 1. diuers. quatenus verò depositio tangit applicationem actiuam pugni Pellegrino, constat propterea, quod ex defe-
4 ctu visus fundata censeri non potest nisi in solo iudicio ipsius testis, qui nihil in hoc probat, Oldrad. cons. 220. num. 6. Iul. cons. 157. num. 6. lib. 4. Caputaqu. decis. 270 num. 5. & seq. par. 3.

Preterea nulla quoquè ratione pretendi exaduerso potest fractio pacis, seu vindictę transuersalis, quia, preterquam quod propter pugnum, & proiectionẽ lapidum sine percussione secundùm plerosque non incurritur crimen huiusmodi quantatum, cum, & si forsan verior sit contraria opinio, illi tamen non
5 sit locus non concurrente dolo inexcusabili, adeo quod nec lata culpa sufficiat: dolus autem ex infra dicendis cesset, Farinac. quæst. 107. num. 213. & seq. & num. 219. & 220. Guazzin. de pace, par. 1. quęst. 50 num. 11. 12. & seq.

Et presertim cum pax, & promissio de non offenden-
6 do facta certę personę extensibilis non sit ad aliam personam quantumcumque coniunctam, nisi fuerit de ea facta mentio specifica; hęc enim verior, & magis communis est opinio, vt videre est ex eodem Farin. exaduerso allegato, d. quęst. 107. n. 317. & seq.

Obiectum etiã cessat, quia hodie omnes difficultates, & distinctiones sublatæ sunt ex Statuto Vrbis lib. 2.
7 cap. 27. cum enim declaret expresè, quod ex verbis iniuriosis, vel contumeliosis non intelligatur fracta pax, seù cautio de non offendendo, sed tantum pro illis agi posse ciuiliter ad iniuriarum ęstimationem, & pœnam, vt etiam per Farin. d. quęst. 107. num. 195. sequitur propterea, quod aut volumus, veram esse assertionem querelantis, quatenus in ipsa querela affirmauit, mentitam dedisse Pellegrino ob verbalem iniuriam sibi illatam, & tunc ex eadem querela probatur, pretensam subsequutam offensionem ex insultu cum pugnis, & lapidum proiectione processisse ex noua causa, eamque allega-
8 bilem esse, ac suffragari, cum de ea constet ex ipso processu informatiuo, Farin. d. quęst. 107. num. 503. & seqq. & cons. 121. num. 12. ad med. lib. 2.

Aut volumus querelanti confitenti, se mentitam de-
9 disse non credi de iniuria sibi pręcedenter illata, sicut verius est, Caball. resol. crim. cas. 154. num. 6. & tunc fortius suffragatur noua causa exinde resultans.

Pręcipuè quia licèt ad incurrendam pœnam fractę pacis, vel cautionis requiratur factum non solum implicite prouocans ad iram, sed etiam illicitum, &
10 punibile, attamen ad effectum excusandi à fractura pacis, vel cautionis propter precedentem offensionẽ & sic ex noua causa satis est, offẽsionem oriri ex facto ad iracundiam prouocante, quamuis pœnam non mereatur, ita namque post Hercul. Thob. Non. Bertazz. & alios declarat idem Farin. ex aduerso adductus, ead. quęst. 107. num. 146.

Neque singularitas testium in casu, de quo agitur, euitari potest ex deductis exaduerso, quatenus ad efficiendam probationem contextualem consideratur, quod idem concludant primus, & tertius testis, dum primus deponit de visu percussionem pugnis, tertius verò deponit de auditu ictus pugni, sumpto prætextu, quod testimonium de auditu concludat ex allegata conclusione, quòd testes de auditu probant, si quod deponunt, nõ aliter quam per sensum auditus percipi potest.

Hæc namque conclusio vera est, sed ad finem ad quem applicatur nihil facit; etenim vbi Pars aduersa adducit dictum tertij testis ad probandum rumorem
11 prouenientem ex ictu pugni, benè dicit, quòd rumor, ac ictus probatur ex auditu, cum ille, sicut verba, & similia sint compræhensibilia per sensum auditus, prout in his terminis loquuntur Specul. de teste, vers. de auditu, Marsil. cons. 5. num. 18. Farin. de testib. quæst. 69. num. 151. & 156. alijque allegati per Giurb. exaduerso adductum, cons. 43. num. 4. & 26.

Sed vbi conclusione prædicta vtitur ad applicandam percussionem sequentem ex ictu pugni magis aduersus Pellegrinum ad constituendum illum percussorem quàm aduersarium Fisco adhærentem, in
12 hoc malè applicat, cùm ictum pugni prouenisse magis ab vno quàm ab alio non percipiatur ex solo sensu auditus, sed opus sit actu, qui non auditu, sed visu percipitur tanquam materia requirens oculos, & non aures, vbi agitur de certo corpore, Pacian. de probat. lib. 1. cap. 10. num. 46. & seq. post Bald. in l. nõ ignorat, num. 12. vers. multiplex, C. de his, qui accus. non poss. & in c. cum causam, il primo, num. 35. de testib. Farin. d. quæst. 69. num. 137. & 157.

Et licet verum sit, actum, qui visu percipitur probari etiam ex sensu auditus, quando omnino non est improportionabilis cum sensu auditus, prout exemplificatur in testibus dicentibus, ex pariete, vel cortina aliquid mali commissum audiuisse ab ijs, quos non viderunt, tamen nulla proportio adaptatur in hoc casu, postquam ictus pugni in duobus rixantibus nõ datur proportio, quare magis vni quàm alteri applicetur, dum vterque habet manus, atque hinc est
13 quod in testibus audientibus per parietem, & cortinam aut requiritur, quod habeant notam vocem eorum, quos audiuerunt, sicut declarat idem Marsil. d. cons. 5. num. 18. & alii per Farin. d. quæst. 69. nu.
14 158. aut quod depositio adducatur ad effectum probandi solum rumorẽ ad quem se restringit propterea idem Giurb. d. cons. 43. num. 4. loquens de pedissequa deponente, rumorem se audiuisse intus domum.

Ac in puncto bene distinctionem hanc comprobat Pacian. de probat. lib. 1. cap. 10. num. 70. & 73.

Minus autem concludens probatio prætendi potest ex refugio scribentium contra Reos coniungendi scili-
15 cet fasciculum probationum, tùm quia prouenientes ex testibus singularibus non coniunguntur, neque etiam ad effectum torturæ, Farin. de testibus, quæst. 64.

quæst.64.num.26. Caball.resolut.crim.caſ.293.n.29. & ſeq.

Tum quia neque etiam in alijs admittitur coniunctio
16 in criminalibus, vbi probationes in ſua ſpecie ſunt imperfectæ, neque ad effectum condemnationis. Farin.conſ.70. num.47. & conſ. 108. num. 44. idem Peguer.exaduerſo adductus deciſ.17. nu.41. & ſeq. Caball.reſol.crim.caſ.200. num.139.

17 Neque ad effectum torquendi præcipue, quando probationes non ſunt propinquæ, & inhærentes delicto, Pariſ. conſ.153. num.37. verſ.obiecto,lib. 4. Farin.conſ.56.num.7.& conſ. 108. num. 21. & 44. ad fin.Caball.d.caſ.200.num.139.& ſeqq.

ARGVMENTVM.

In pœna pacis ruptæ imponenda an Statutum Ciuitatis baronis solummodo attendatur non habito respectu ad Ius commune, neque ad bannimenta generalia Gubernatoris Vrbis.

SVMMARIVM.

1 *Pœna ſtatutaria etiam minor tollit pœnam Iuris communis.*

2 *In Pace rupta imponitur pœna ſtatutaria etiam minor, non autem Iuris communis.*

3 *Pacis ruptæ pœna impoſita per Conſtitutiones Aegidianas intelligitur reſpectu locorum, in quibus particularia Statuta non prouident.*

4 *De Pace Statutum loquens intelligitur quando de ea conſtat per inſtrumentum.*

5 *Conſtitutiones Marchiæ locum non habent in Terris Baronum.*

6 *Bannimenta Status Eccleſiaſtici non ſeruantur in Terris Baronum.*

7 *Bannimenta Gubernatoris Vrbis, quæ emanant de expreſſo ordine Sanctiſſimi non expirant finito gubernio, ſed durant durante vita illius Pontificis, qui ſic fieri mandauit.*

CONSILIVM CCXXVII.

NON eſt locus pœnæ capitali in caſu, de quo agitur, quia cum non ſit agendum de alia pœna, quam illa, quæ imponitur ex diſpoſitione Statutorum Ciuitatis Excellentiſſimi D Principis dominantis auctoritate editorum, quia magis cō-
1 munis eſt concluſio, quod per pœnas Statutarias ſit penitus ſublata pœna non ſolum Iuris communis, ita vt ſola Statuti diſpoſitio attendatur etiam ſi pœnæ Statutorum ſint minores, vt de veriori, & magis recepta, etiam de communi conſuetudine teſtantur Burſatt.conſ.94. numer.4. lib.1. Bertazz. conſ.crim.237.num.1.lib.1.& poſt alios Caball. reſol.crim.caſ.2.num.3.ſeqq.& per tot.& in terminis
2 Statuti imponentis pœnam minorem pro fractione pacis, etiam quando Statutum imponit pœnam pecuniariam, & Ius commune corporalem poſt Vulpell.tract. de pace, quæſt.52.ad fin.Farin. quæſt. 107.num.76.& Guazzin.de pace, quæſt.35. num.5. 6.7.8.& ſeq.

Sed etiam ſit ſubiecta pœna aliarum Conſtitutio-
3 num, quemadmodum hac ratione Bullæ Pontificum confirmantes Conſtitutiones Aegidianas, & extendentes ad totum Statum Eccleſiaſticum in hac materia fractionis pacis intelliguntur reſpectu locorum, in quibus Statuta particularia validè non prouident, Farin.conſ.81.num.17.lib.1. vbi in fine, quod ita etiam fuit per Sacram Conſultam reſolutum.

Statutum loci videtur huic caſui applicabile, quatenus præter pœnam, quæ venit imponenda pro qualitate exceſſus, vlterius pro fractione pacis imponit pœnam pecuniariam; quamuis enim in reformatione diſponatur, frangentes pacem cum quocumque armorum genere, & effuſionem ſanguinis puniri pœna capitis, hanc tamen diſpoſitionem cenſendum eſt intelligere in ijs dumtaxat caſibus, in quibus de pace fracta conſtet per inſtrumentum, aut per pacerios deputatos, & in actis Curiæ regiſtrata, & præſertim dum in eadem reformatione ſancitur, quod notarij, qui inſtrumenta pacum conſcribunt, teneantur infrà certũ tempus eas ſcribere, & regiſtrare in libro pacum in Curia exiſtente, quamobrem reformatio applicabilis minimè eſt huic caſui, quo de pace nec per inſtrumentum, nec per pacerios conſtat: nec ea reconciliatio, in qua Curia ſe fundat, in actis Curiæ reperitur regiſtrata, ſed ſolum de ea per depoſitionem teſtium poſt prætenſum delictum dicitur apparere; licet enim verum ſit de Iure communi pacem probari poſſe tàm per inſtrumẽtum, quàm
4 per teſtes, de conſuetudine tamen quando agitur de pace ad dignoſcendum, an ſit locus Statuto, intelligendum illud eſt de pace probata per inſtrumentum, & abſque difficultate, quando idem Statutum aliquo modo facit mentionem de pace per inſtrumentum, vt in his terminis pleneè comprobat Farin.conſ.81.à n.1.vſque ad 5.& d. num.5. ſeq. & per tot. vbi etiam ex hac ratione oſtendit non eſſe locum Conſtitutioni Aegidianæ, vt dixi, atteſtando in fine, ita per Sacram Conſultam iudicatum, lib.1. Caball.reſol.crim.caſ.141.num.9.in fine, verſ vbi ex Statutis.

Preterquàm quod neque etiam Conſtitutiones Mar-
5 chiæ locum habent in Terris Baronum, Farin.conſ. 111.num.19.& 26.

Nec obſtant bannimenta generalia Vrbis, quæ dicuntur in Ciuitate publicata diſponentia, quod quicumquè fregerit pacem incurrat in pœnam vltimi ſupplicij, etiamſi pax non fuerit inita cum Magiſtratibus, aut pacerijs, ſeu perſonis publicis,
6 quia vel non afficit publicatio, dum neque etiam ipſa bannimenta Status Eccleſiaſtici ſeruantur in Terris Baronum, Vulpell. conſ.19. num.10. Farin. atteſtans, Sacram Conſultam ita declaraſſe conſ. 205.num.17.lib.3.vel publicatio non egreditur vitam ipſorum bannimentorum; ideoque cum ban-
7 nimenta Gubernatoris Vrbis, vbi ſimpliciter Gubernatoris auctoritate emanauerint cum officio eiuſdem expirent, vbi verò emanauerint de expreſſo ordine Papæ durent ſolùm durante vita illius Pontificis, qui ſic fieri mandauit, nulla ratione poteſt pretenſa publicatio de anno 1609.ad deciſionem huius Cauſæ allegari, ſtante obitu tàm Pauli V. ex tempore Pontificis, quàm etiam Gregorij XV. ſucceſſoris, nulla alia deinde ſequuta reuocatione, aut publicatione, Farin. in fragment. crim. par.1. in verb. bannimenta, num.5. & 7. vbi in fine, quòd ita ſæpius fuit ſeruatum, & iudicatum.

ARGVMENNMVM.

An bannitus captus admittatur ad defésiones, quando sententia condemnatoria lata fuit non præcedentibus legitimis inditiis.

De exclusione inditiorum homicidii.

SVMMARIVM.

1 *Banniti licet si capti sint etiam infra annum, non audiuntur, tamen hoc intelligitur, si sententiæ legitimis præcedentibus inditijs fint promulgatæ.*

2 *Inditium non resultat ex eo, quod per accidens esse potest sine delicto.*

3 *Testi interessato, vel habenti affectionem nulla ad effectum inditij fides adhibetur.*

4 *Testis de auditu non magis probat quam ille, a quo audiuit.*

5 *Vulnerati assertio non facit inditium ad transmittendam inquisitionem, licet aperiat viam Iudici ad informationes assumendas.*

6 *Vulnerati assertio etiam in articulo mortis, etiam si non conualuerit, non facit inditium.*

7 *Fama orta post incohationem processus, quemadmodum etiam in dubio præsumitur, non facit inditium.*

8 *Armorum gestatio non facit inditium contra eum, qui passim gestare solet.*

9 *Conditio etiam in delictis nihil ponit in esse.*

10 *Homicidium sine premeditatione minorem pœnam meretur.*

CONSILIVM CCXXVIII.

VIdetur ex pietate huius Sacri tribunalis concedenda admissio ad defensiones huic pauperi rustico, cum præsertim nec etiam deficiat adhoc concomitantia iustitiæ, nam quamuis fa: me: Pius Quintus in Constitutione 9 & subsequente declaratione in nouo Bullario tom.2. fol. 187. disponat.
1 Bannitos in contumaciam condemnatos in pœnam vltimi supplicij, si capti ad manus Curiæ deuenerint etiam intra annum non posse audiri in suis defensionibus, sed huiusmodi sententias exequutioni demandandas tamen idem Pontifex in eadem declaratione, §.2. ad finem, ver. quinimo restringit dispositionem prædictam, quatenus sententiæ legitimis præcedentibus inditijs fuerint promulgatæ, eandemque dispositionem tanquam Iuri conformem, tam in bannitis captis infra annum, quàm post annum intelligendam esse firmāt Chartar. de execut. sententię capto bannito, cap. fin num. 58. & plurib. seqq. precipuè num. 63. & infra, & à num. 81. ad 95. & ex Ploto, alijsque pluribus Farin. quęst. 11. num. 16. & seqq. dicens dicto nu. 16. & vers. prima tamen, quod opinio Ploti inter cons. crim. diuers. 72. num. 16. & seqq. lib. 2. in magnis seruatur in praxi, & in vers. aduerte secundò, quòd legitima non sunt inditia sufficientia ad formandam inquisitionem, nisi etiam sint sufficientia ad formandam inquisitionem trasmittendam.

Constat autem inditia, quæ audita sunt, resultare contra condemnatum prędictum, non esse talia quoniam quatenus dicitur, baliuum, seu nuncium deposuisse, quod viderit dictum condemnatum alloquentem cum Ioanne Vicario Castri Falconarę & trahentem secum boues, quorum occasione pretenditur, homicidium in personam dicti Ioannis commissum, hec depositio de per se non vide-
2 tur inditium aliquod secum trahere, tum quia alloquutio, & conductio dictorum animalium potuit esse per accidens absquè delicto homicidij, Bald. cons. 259. num. 4. vers. nec possant, lib. 1. Valpell. cons. 97. num. 3. Bursatt. cons. 336. num. 16. lib. 3. Becc. cons. 85 num. 1. in fine, Farin. cons. 147. nu. 39. post med. vers. ex regula, & cons. 192. num. 20.

Tum quia cum nuncius prædictus dicatur deposuisse, se vna cum dicto Vicario exercentem officium brittariorum dictos boues ex causa damni dati in exequutionem cepisse & fecerit se Partem iniuriatam, & interessatam in prætensione mercedis ob
3 exequutionem prædictam, ratione huius interesse nulla illi neque etiam ad effectum inditij fides poterat adhiberi, l. nullus, ff. de testib. l. omnibus, C. eodem, adeout etiam ex sola affectione omnino à fide recederetur, Farin. de testib. quæst. 60. num. 29.

Quatenus autem inditia desumantur ex testibus deponentibus de auditu, & publica voce, & fama, quia qui dicuntur deposuisse de auditu, omnes, vel deponunt de auditu ab eodem Ioanne vulnerato, vel ab ijs, qui ab ipso Ioanne dicuntur audi-
4 uisse, quamobrem in maiori gradu non sunt, quàm fuerit assertio eiusdem Ioannis, nè amplius tribuatur copiæ, quàm originali, c. licet ex quadam, vbi omnes, de testib. Surd. cons. 135. num. 96. lib. 1. Honded. cons. 102. num. 58. lib. 1. Seraphin. decis. 1075. num. 3.

Siquidem assertio ipsius vulnerati in eo gradu existit,
5 vt nec illum faciat inditium ad transmittendam inquisitionem, licèt aperiat viam Iudici ad informationes assumendas, Ciar. in prax. crim. §. fin. q. 7. num. 3. Bertaz. cons. 8. num. 43. lib. 1. Farin. quæst. 46. num. 86 & seq.

Adeout neque inditium faciat assertio vulnerati,
6 quamuis processerit in articulo mortis siue conualuerit, siue non, Farin d. quæst. 46. num. 23. & seqq. & à num. 26. ad 33.

Qui autem dicuntur deposuisse de publica voce, & fama, non etiam inditium aliquod faciunt, dum
7 omnes dicuntur hanc famam, & vocem ortum habuisse post assertionem dicti vulnerati ex eiusdem affirmatione, immò etiam post processum hunc incohatum, quemadmodum etiam in dubio præsumitur, Boss. de mand. ad homic. num. 38. Farinac. quæst. 47. num. 173. & seq. & num. 176. & quæst. 49. num. 156. Caball. resol. crim. cas. 200. numer. 132. & seqq.

Minusque quatenus alter ex testibus dicitur deposuisse, quod audiuerit à Philippo patre dicti Iosephi condemnati, quod si aliquis ex suis filijs offendisset dictum Ioannem, fuisset Ioseph, qui rediji domum cum baculo, & postea recepto pallio è do-
8 mo discessit, quia quoad baculum nullum resultat inditium in rusticis, qui simile baculum passim gestare solent, Farin. quæst. 126. numer. 203. & quæst. 125. num. 452.

Quoad verò præfatum dictum patris, quia nihil ad effectum inditij desumi potest, dum pater loquutus fuit sub conditione, si aliquis ex suis filijs, con-
9 ditio autem etiam in delictis nihil ponit in esse, non constito concludenter de conditionis purifica-

catione, Foller. in prax. crimin. in verb. item quod sororem venenauit, num. 26. cum alijs, quos adduxi inter cons. Farin. cons. 184. numer. 40. ante med. lib. 2.

Præmissa autem eo facilius admittenda, quo non agi
10 tur de homicidio præmeditato, dum etiam omnes testes dicuntur præmeditationem exclusisse, Farin. quæst. 126. num. 6. Caball. tract. de homicid. num. 5.

ARGVMENTVM.

De nullitate exequutionis factæ denegatis defensionibus ob prætensam fraudem non repertam in flagranti.

SVMMARIVM.

1 *In fraudibus reperti in flagranti procedi solet ad exequutionem denegatis defensionibus secus verò quando probatio delicti requirit causæ cognitionem.*
2 *Qualitas requisita ad delictum probanda est Parte citata, & audita.*
3 *Societas præterquam vectigalium neque etiam ex pacto transit ad hæredes.*
4 *Ad societatis renouationem non sufficiunt actus æquiuoci, sed requiruntur tales, vt citra ius, & nomen societatis fieri non possint.*
5 *Pœna sequi debet authorem suum, nec porrigitur ad alios non delinquentes.*
6 *Communio dari potest citra societatem.*

CONSILIVM CCXXIX.

NVllitas exequutionis euitari non potest ex prætextu, quod in similibus fraudibus consueuerit procedi denegatis defensionibus, quoniam
1 stilus allegatus seruatur in fraudibus repertis in flagranti, itaquod nulla datur spes defensionis, secus vbi probatio prætensi delicti requirit causæ cognitionem. Luc. de Penn. in l. 1. C. de conduct. præd. Fiscal. lib. 10. & ibi Bart. num. 1. Guid. Pap. decis. 208. num. 1. & per tot. & sing. 287. num. 1. Peregr. de Iur. Fisc. lib. 7. tit. 3. de ijs, quæ spectant ad ord. iud. num. 3.

Constat autem in hoc casu requisitam omninò fuisse causæ cognitionem, quia cum incursio in pœnam non applicaretur nisi iustificata qualitate exercitij tabernarij, aut magazinerij, hæc qualitas re-
2 quisita ex ipsis bannimentis, in quibus Pars aduersa fundat suam intentionem, egebat probatione Parte citata, ex audita, Farin. quæst. 21. num. 99. & 101.

Nec obstat, quod Io: Paulus pater D. Simonis haberet participationem in caupona, quæ in eius domo exercebatur, quia vinum, de quo agitur, non pertinebat ad Io: Paulum, sed ad Simonem, cum Simon, & non Io: Paulus fuerit conductor Castri Ianzani, mortuo verò Ioanne Paulo cum societas occasione dictæ participationis contracta esset dissoluta, non transiuit in Simonem tanquam
3 hæredem, cum omnis societas præterquam vectigalium neque etiam ex pacto transeat ad hæredes l. nemo potest, & l. adeo, vbi Bart. & l. verum, §. & hæredem, ff. pro soc. Gomez. de contr. cap. 5. de societ. num. 1. vers. secundò finitur, Rot. decis. 279. n. 1 par. 1. recent.

Nec releuat, quòd Simon exegerit aliquas pecunias ab exercentibus cauponam, in qua Io: Paulus, vt præfertur, participabat, quia cum exactio potuerit fieri ex causa crediti capitalis, vel etiam lucri facti ante Ioannis Pauli obitum, simplex exactio non potest interpretari ex causa illatiua delicti, l.
4 meritò, ff. pro soc. & præsertim cum ad renouationem societatis non sufficiant actus equiuoci, sed requirantur tales, qui citra ius, & nomen societatis fieri non possint, Rot. decis. 169. numer. 6. par. 2. diuers.

Minus obstat, quod Simon conduxerit Castrum, ac bona Ianzani cum altero Simone cauponam exercente, stantibus bannimentis, in quibus disponitur, socium teneri pro socio, tùm quia bannimenta intelligenda sunt de socijs in tabernis, non de socijs in affictu, vt minus corrigant Ius com-
5 mune aduersus regulam, quòd pœna sequi debet authorem suum, & ad alios non delinquentes minimè porrigenda, decis. 232. num. 9. post med. vers. proinde qui nihil peccauit, Rot. decis. 567. num. 2. par. 1. rec.

Tum etiam quia ex simultanea conductione dd. bonorum per vtrumque Simonem non propterea exaduerso probatur inter eosdem societas, cum
6 communiter acquiri possit citra societatem, vt inquit textus in l. vt sit pro socio, ff. pro soc. Rom. cons. 168 num. 3.

ARGVMENTVM.

De probando corpore delicti falsitatis. An de falso teneatur assertus mandans, quando principalis non incidit in hoc crimen.

SVMMARIVM.

1 *Falsi crimen cessat, vbi non constat de corpore, in quo sit immutata veritas circa substantialia, & cum præiudicio tertij.*
2 *In Falsi crimine corpus delicti probatur præsumptionibus, & coniecturis, quando concurrit difficultas probationis.*
3 *Corpus delicti, vbi remanent signa, probatur per rei euidentiam, vbi verò non remanent, per coniecturas.*
4 *Qualitas non datur sine substantia entis.*
5 *In Falsitatem quando non incidt principalis, minus de falso tenetur is, qui mandauit.*
6 *Adminicula in genere suo non perfecta non sunt momenti.*
7 *Sententia quæ non iustificatur ex actis est notorie iniusta.*
8 *Sententia contumacialis resoluitur cum omnibus illius effectibus, quando Reus comparet infra annum.*

CONSILIVM CCXXX.

ABsolutoria lata in Curia ad fauorem D. Camilli reuocans sententiam de Partibus absque aliqua
1 difficultate iustificatur, quia crimen falsi omninò cessat, vbi non constat de corpore, in quo sit immutata

... veritas, l. quid sit falsum, ff. de fals. & quidem circa substantialia ac cum præiudicio tertij, Bald. cons. 54. num. 2. & cons. 323. num. 1. lib. 4. Ancharan. cons. 173. in princ. Gabr. cons. 167. numer. 14. & seq. lib. 1. Hond. cons. 99. num. 37. lib. 2.

Nec obstat, quod in hoc crimine corpus delicti pro-
2 betur etiam præsumptionibus, & coniecturis, tum quia procedit obiectum, vbi concurrit difficultas probationis, itaquod propterea plena probatio haberi nequit, vt declarant ijdem exaduerso allegati, Boss. in tit. de delict. num. 18. & 32. & Farin. quæst. 2. num. 21. vt etiam per Honded. cons. 106. num. 19.
3 lib. 1. ideoque corpus delicti, vbi remanent signa, probandum est per rei euidentiam, vbi verò non remanent, per coniecturas, Boss. dicto tit. de delict. 19. & 32. Hond. vbi supra num. 19. & seqq. Gabr. de malef. conclus. 17. num. 13. vers. contrariam, Brun. de indic. par. 2. quæst. 5. num. 10. idem Farin. quæst. 2. num. 6. vers. liquidè, & in fine.

Tum etiam quia in casu, de quo agitur, falsitas prætensa in additione scripturæ exemplatæ caret subiecto, scriptura scilicet originali, ex cuius tenore asserta additio fabricatur, quapropter, cum non sit difficile scripturam matricem vel exhibere, vel eius tenorem concludenter probare, donec de hoc subiecto non constet, absque dubio cessat crimen
4 superædificatum, cùm qualitas nunquam possit dari sine substantia entis, Boss. eod. tit. de delict. num. 26. ante finem, vers. nam qui vult probare, Bald. dicens neque totum Mundum probare posse accidentia delicti sine subiecto, vt quia accidentis esse sit ipsum inesse, cons. 465. num. 1. 2. 3. & seq. lib. 4. Paris. cons. 167. num. 1. in fin. lib. 4. Gram. cons. crim. 26. num. 8. post med. vers. & sic, Caball. resolut. crimin. cas. 286. num. 3. & seq.

Nec obstat, quòd tenor scripturæ originalis probetur ex depositione notarij, vt quia non sit socius criminis, vel etiamsi fuerit, tamen ex concursu adminiculorum faciat saltem inditium ad torquendũ, quoniam obiectum vndique cessat.

Aut enim exaduerso negatur complicitas prætensi criminis, vt quia notarius ob consumptionem scripturæ matricis credens scripturæ exemplatæ de mandato Camilli in illa apposuerit exhibitionem, illique se subscripserit, & camdem in processu posuerit, & tunc cessat prætensio falsitatis, quia vbi
5 notarius ex carentia doli non incidit in hoc crimen, minus de falso teneri potest quisquis fuerit mandans fabricari, l. si is, 68. §. si tu Titium, ff. de furt. Bart. cons. 199. incip. Tudertinus, num. 2. lib. 1. Imol. cons. 104. num. 1. post med. Alex. cons. 74. nu. 10. vers. nec etiam falsum, lib. 1. Ruin. cons. 83. num. 20. & seq. lib. 4. Campeg. de testib. reg. 436. vers. tertio, Honded. cons. 109. num. 66. lib. 1. Farinac. quæst. 150. num. 60.

Aut admittitur criminis asserti societas, & tunc neque etiam aliquid facit ob defectum adminiculorum, siquidem cum de veritate primæ scripturæ non dubitetur in eius essentia, & substantia, dum illam fatetur idem notarius, qualitas prætensæ superadditionis in secunda ex illis verbis, appellat à denegata iustitia, funditus adminiculis caret, cum restitutio processus foliorum octo, & non septem, prout prius erat, non potuerit euenire ex sola aliquorum verborum additione, ac proinde magis applicabilis sit qualitati manus largius exemplantis, quia non existentia scripturæ aliquando in processu prouenit à retentione illius per notarium in pera, cuius occasione processit consumptio, vt idemet notarius fatetur, & reliqua non percutiunt a-
6 liquo modo additionis suspicionem; quandoquidem certum est, adminicula nullius esse considerationis, quando in genere suo non sunt perfecta, Bald. in l. si quis, §. 2. num. 2. ff. de eden. Surd. consil. 372. num. 10. lib. 3. Rot. post lib. 2. cons. Farin. decis. 138. num. 3. vers. cum enim agatur, & decis. 519. nu. 7. par. 2. in recent.

Minusque obstat, quòd stante prima sententia contumaciali admissus ad nouas defensiones debeat liquidissimis probationibus de sua innocentia do-
7 cere, tum quia satis superque docet, dum ex prædictis liquet, sententiam ex actis non iustificari, Farin. cons. 142. num. 1. in fine, lib. 2. & cons. 185. num. 1. eod.

Tum etiam quia procedit obiectum, vbi admissio ad nouas defensiones conceditur ex gratia, non etiã
8 quando infra annum Reus spontè comparet, cum tunc sententia contumacialis resoluatur perinde, ac si lata non esset vna cum omnibus illius effectibus, vt plenè per Rot. apud Seraphin decis. 354. numer. 8.

ARGVMENTVM.

De requisitis ad recognitionem litterarum per comparationem.

Commercium cum bannitis per solas litteras cessante dolo, & malo fine an sit punibile.

SVMMARIVM.

1 *Immunitate Ecclesiastica gaudet captus in Ecclesia exceptis casibus Constitutionis Gregorij XIV.*
2 *Descriptio, & inuentarium contra Reos fieri debet de vnaquaque re cum certis demonstrationibus, & per Iudicem adhibito notario.*
3 *Descriptio rerum facta a' sente Parte, & ex interuallo non probat ex possibilitate suppositionis.*
4 *Confessio generica non trahitur ad delictum.*
5 *Confessio in dubio recipit interpretationem ad fauorem confitentis.*
6 *Confessio coram solo notario in absentia Iudicis non reputatur iudicialis.*
7 *Exequutoribus non creditur capientibus aliquem cum armis, nisi arma portarent, quæ negare non posset Reus esse sua.*
8 *Consequens qui vult censetur velle omne necessarium antecedens.*
9 *Impossibile est prius aliquid exerceri quàm nasci.*
10 *Testis non repetitus, nec confrontatus non probat pro Fisco.*
11 *Consequens, quod necessario non concludit, non attenditur.*
12 *Recognitio scripturæ per comparationem periculosa est, et fallax.*
13 *Recognitio per comparationẽ in criminalibus contra hominem non malæ famæ non facit inditium ad torturam.*
14 *Ad comparationem non deuenitur nisi in subsidiũ.*
15 *Ad comparationem requiritur scriptura certa, et indubitata.*

16 *Not-*

16 *Notarius, qui non fuit rogatus, non probat tanquam notarius.*

17 *Notarius in rogitu recognitionis debet adhibere teſtes.*

18 *Periti adhibiti ad comparationem iurare debent.*

19 *Periti ad comparationem eligi debent de conſenſu Partis.*

20 *Comparatio fieri poteſt cum ſcrittura reperta in archiuio, quæ tamen ex ſui qualitate probet.*

21 *Archiuium non dat robur ſcripturæ, quando in eo aſſeruantur etiam ſcripturæ non publicæ.*

22 *Cum Bannitis commercium per ſolas litteras ceſſante dolo, et malo fine non eſt actus punibilis.*

23 *Socius criminis non facit inditium ad torquendum.*

24 *Affectus ſine effectu non punitur.*

25 *Delictum, et pœna ſequitur ſuos authores.*

26 *Delictum præſumitur contra eum, ad quem commoditas, et vtilitas pertinet.*

CONSILIVM CCXXXI.

NOn videtur agi poſſe de meritis huius Cauſæ cũ D.Bernardino, cum enim conſtet, illum captũ fuiſſe in Eccleſia ex falſo prætextu complicitatis in prætenſo delicto, manifeſtè remanet ad ſui fauorẽ
1 illæſa regula, quòd tanquam captus in Eccleſia habeat pro ſe Eccleſiaſticam immunitatem, tam de Iure, c.inter alia, c.penult.& fin.de immun.Eccleſ.& c.ſicut antiquitus, 17.quæſt.4. quàm etiam ex Conſtitutione Gregorij XIV.mandantis, illam omninò per omnes ſeruari, exceptis duntaxat certis caſibus, inter quos cum hic, de quo quæritur, non includatur, & clara in verbis ſit Conſtitutio, etiam ſub decreto irritanti, & clauſula ſublata, vtique abſque alia diſcuſſione debet priſtinæ eius libertati reſtitui, Ambroſ.in gloſ.ad d.Conſtit. cap.11. Farin. conſ.76.num.3.& ſeqq.lib.1.Gratian.diſcept.forenſ. cap.380. lib.2. Leon. in theſaur. for. Eccleſ. par. 1. cap.13.

Sed diſcuſſis etiam meritis liberandus eſt ex eius innocentia, dum ex proceſſu nullatenus conſtat de prætenſo commercio cum Ioanne Baptiſta bannito; non enim obſtant litteræ, quas Curia prætendit repertas fuiſſe penes Bernardinum, & ſcriptas à dicto bannito, alio ſuppoſito nomine, dum ſuppoſitum nullam habet iuſtificationem, ſiquidẽ quod non conſtet, illas repertas fuiſſe, vt ex aduerſo prætenditur, ſatis liquet ex ſola certarum ſcripturarũ in quodam ſacculo appoſitione ſine aliqua earum deſcriptione, non obſtante inſtantia facta ab eodẽ Bernardino pro earumdem inuentario, cum enim
2 certi Iuris ſit, deſcriptiones, & inuentaria huiuſmodi facienda eſſe nominatim de vnaquaque re cum certis cuiuſque demonſtrationibus, iuxta textum in l.ſi quis intra, 7.C.de bon.proſcript.& practicam de qua Bart. & alij in l.mandatis, ff. de requirend. Reis, & non per ſolos birroarios, & exequutores, ſed per ipſos Iudices, ſeu ab eiſdem expreſsè deputatos adhibito ad hoc notario, l.1.vbi Angel.& alij, C.de requirend.Reis, Clar.in ſua praxi, §.fin.quæſt. 44.num.3.verſ.in hoc autem, Gomez var.tom.3. cap.9.de captur.Reor.num.2.& ſeq. Chartar. de exequut.ſentent.capto bannito, cap.1.num.7.Farin. de inquiſ.quæſt.11.num.4.proinde quicquid per barroncellum, & exequutores ante legitimum inuentarium non ſeruata Iuris forma geſtum fuit nulli-
3 tatis vitio ſubiacet ex allegatis; deſcriptio verò deinde ex interuallo, & alio in loco abſente Bernardino facta nihil contra ipſum efficit, ex quo medio tempore ſatis eſt, quòd poſſibile fuerit, quòd alij alias ſcripturas, litteras nempè prædictas in eodem ſacculo immiſcuerint, l.neque natales, C.de probat.Mohed.deciſ.2.de ſent. excom. Seraph.deciſ.1372.num.2.

Nec obſtat cõfeſſio Bernardini, quòd omnes ſcripturæ exiſtentes in ſacculo fuerint domi ſuę repertæ,
4 tum quia cum ex iſta confeſſione agatur de includendo delicto, illa tanquam non ſpecifica de prætenſis litteris, ſed generica de ſcripturis confitenti non nocet, Roman.conſ.455. num.4. vbi rationem reddit, quia generalitas ambiguitatem facit, Farin de Reo confeſſo, & conuicto, quæſt.81. num. 31. & ſeq.vbi quod ex eadem ratione neque nocet confeſſio implicita, ex quo in delictis requiritur, quòd ſit clara, certa, lucida, expreſſa, & explicita, præſertim cum idem Bernardinus explicitè de litteris prædictis interrogatus negauerit, illas fuiſſe apud ſe, ac domum ſuam inuentas, Brun.de indit. par. 2. quæſt.6.num.9.Foller.in pract.crimin. in verb.& ſi confitebuntur, par 1.num.49.& 55.

Tum quia, neque etiam generalis ea cõfeſſio concludit, dum ex deductis in facto, & ſenſu ipſo patet poſſibile fuiſſe, alias ſcripturas in eodem ſacculo, dum ab eo Bernardinus fuit abſens, admiſcere; in-
5 telligitur namque confeſſio de ſcripturis exiſtentibus, ijs ſcilicet, quæ in ſacculo, vidente ipſo Bernardino, collocatæ fuerunt, non alię, quæ ipſo inſcio apponi potuere, l.ſi quis intentione, ff. de iud. Roman.d.conſ.455.num.4.& 6.Surd.deciſ.295. nu.25. Rot.deciſ.287.num.4.par.1.diuerſ.& deciſ.591.n.6. par.1.recent.

Neque exinde dici poteſt reſultare ſaltem ex huiuſmodi confeſſione inditium contra Bernardinum ad torquendum; nam quicquid ſit de confeſſione implicita, & dubia emanata coram Iudice, vel notario examinante de mandato Iudicis, contrarium
6 verius eſt, vbi confeſſio emanauit coram ſolo notario, Iudice abſente, vt hoc caſu; talis enim confeſſio non reputatur iudicialis, Blanc. de indit.nu. 212.Boſſ.de confeſſ.poſt num. 47. cum alijs per Farin.de Reo confeſſo, d.quæſt.81.n.45.

Minus obſtat, quod ſacculum fuerit ſigillatum, quodque exequutores deponant, illud apertum non fuiſſe niſi tempore deſcriptionis, quæ fuit ſub prima Octobris, quia præter id, quod in facto dicitur, ſacculum fuiſſe perforatum, & quod de facili abſque ſigilli offenſione aliæ ſcripturæ in eo reponi poterant, adhuc obiectum ceſſat, tum quia neque etiam
7 exequutoribus creditur capiẽtibus aliquem cum armis, niſi arma portarent, quæ negare non poſſet Reus eſſe ſua, Decian.tract.crim.lib.8.cap.4.num.6. verſ.breuiter, Menoch.de arbitrar.caſ.112. num.1. in fin.Franc.deciſ.379.par.2.Farin.quæſt.108. num. 155.& ſeq.

Tum quia apertiſſimè conſtat de contrario, dum ex actis ex litteris tunc Gubernatoris Peruſiæ dat.ſub 25.Septembris patet, ipſum Gubernatorem ſcripſiſſe, ſe tunc incumbere inſpectioni, ac lecturæ di-
8 ctarum ſcripturarum; ſiquidem antecedens exinde inſurgit neceſſarium, quòd ſi eas ſcripturas tunc videbat, ſacculum proinde ex tunc fuit apertum, l.illud, ff.de acquir.hæred.Surd.conſ.99.numer.31. lib.1.Rot.deciſ.119.num.2.par.1.nam & neceſſitas
9 huius antecedentis manifeſta patet, dum impoſſibile

... est, prius aliquid exerceri, quam nasci, l. bouē, ... aliquando, vers. si sub conditione, ff. de ædil. ... decem, ff. de verb. oblig.

Quod autem insistendo quoque, quòd litteræ in domo eiusdem Bernardini fuerint repertæ, non ideò exindè delictum punibile insurgat, videtur patens, dum coniunctim plura ad hoc requiruntur, & tamen in hoc casu neutrum concurrit.

Primò minimè probatur litteras fuisse scriptas à bannito, nam cum ex earum facie legatur, illas scriptas à Dionisio, non sufficit Fisco assertio eiusdem Dionisij, quòd illas ipse nō scripserit, quia vel ideò Dionisius hoc negauit, ex quo, cum litteræ continerent transmissionem cuiusdam archibusij, vereri poterat, ne ex delicto possibili eius occasione Fiscus eum vexaret, quamobrem ratione huius interesse nullam meretur fidem, l. omnibus, C. de testib. c. veniens, eod. tit. vel in omnem casum nihil
30 facit, & quia non repetitus, quo casu tanquam examinatus sine citatione, & absque confrontatione, nihil omninò ad fauorem Fisci facit, Marsil. singul. 24. & sing. 30. Bursatt. cons. 192. numer. 34. lib. 2. Farin. cons. 29. num. 12. vbi de magis communi, lib. 1. Honded. cons. 101. num. 5. & seqq. lib. 1. Caputaq. decis. 207. num. 8. & seq. par. 2. & quia non sequitur, litteras non scripsit ille, cuius nomine apparent
31 scriptæ, ergo à bannito proueniunt, cum consequentia non sit concludens necessariò, c. in præsentia, de probat. Seraph. d. decis. 1372. n. 2.

Nec obstat probatio, quam Fiscus adducit ex compa-
32 ratione, quia vltra quòd periculosa, & fallax est hæc probationis species, cum multi alienas manus imitentur, ac propterea facilè multæ falsitates committi possint, auth. de instrum. caut. & fid. in princ. Alex. cons. 70. num. 9. lib. 3. Zas. cons. 3. num. 63 lib. 2. Menoch. de arbitr. cas. 114. num. 14. Triuis. decis. 52. num. 23. & 25. Mascard. concl. 330. num. 1. Lud. decis. Perus. 7. num. 18. itaut in criminalibus contra
33 hominem non malæ famæ neque etiam inditium faciat ad torquendum, Curt. iun. in l. admonendi, num. ... vers. non facit inditium, & ibi Purpur. nu. 117. ff. de iureiur. Aym. de antiquit. temp. §. quæritur etiam in hac materia, num. 72. Vulpell. consil. 135. num. 14. Triuis. d. decis. 52. num. 28. Costa de remed. subsid. remed. 7. num. 11. Farin. in fragmen. sub littera C. num. 447. & seqq. & cons. 164. num. 4. lib. 2. Guazzin. tract. ad defens. in 20. defens. cap. 23. n. 3.
34 vers. in contrarium; adhuc obiectum cessat, tum quia ad comparationē deueniri nequit, nisi in subsidium, §. si verò neque, auth. de instrumen. caut. & fid. Salic. in l. comparationes, num. 7. & ibi Ang. nu. 11. C. de fid. instrum. Natt. cons. 632. numer. 6. in fin. Vulpell. dicto cons. 135. num. 2. vers. insuper, Menoch. d. cas. 114. num. 34. Mascard. de probat. conclus. 330. num. 33. Lud. decis. Perus. 7. num. 5. vers. tertio requiritur, Farin. cons. 70. num. 17. lib. 1. & alias non iurato saltem prius, quòd alia non habeatur probatio ipso Iure comparatio est nulla, Bald. in d. l. comparationes, num. 5. & ibi Castr. num. 12. in fine, vers. & dicit, Vulpell. d. cons. 135. num. 2. vers. itaut hac forma. Bero. cons. 86. num. 8. vers. quod iuramētum, lib. 3. Farin. dicto cons. 70. num. 17. vers. quæ iuramenti forma, & in fragm. d. litt. C. num. 491. Rimin. iun. cons. 779. num. 11. & resoluit etiam Rota in Bononien. bonorum 17. Decembris 1617. coram R. P. D. Buratto.

Tum etiam, quia inter alia ad comparationem requisita, de quibus etiam Castrens. cons. 312. lib. 2.
15 requiritur cum scriptura comparata alia scriptura comparans, quæ non solum formiter sit recognita, Salic. d. l. comparationes, num. 12. Triuis. d. decis. 52. num. 20. Farin. in fragment. d. lit. C. num. 456. & seq Guaz. d. defens. 20. cap. 23. numer. 4. sed etiam talis, quòd omninò sit certa, & indubitata, vt per Menoch. d. casu 114. num. 29 & Rot. in d. Romana coram R. P. D. Buratto.

In hoc autem casu tantum abest, quòd scripturæ comparantes sint certæ, & indubitatæ, quòd immò ex se nullam mereantur fidem, siquidem, quòd vtraque ex illis sit Ioannis Baptistæ, non constat nisi ex assertione notarij dicentis, alteram scriptam fuisse ad eius præsentiam, alteram verò per ipsum Ioannem Baptistam recognitam, non enim eius
16 dicto in hoc est standum, dum si de recognitione non se rogauit, tanquam vnicus, & priuata persona nō probat. Bart. in l. Domitius, ff. de test. Ruin. cons. 189. num. 7 in princ. lib. 1. Rot. decis. 246. numer. 4. par. 1. & in recent. decis. 139. num. 5. par. 2. Si verò se rogauit, minus illi creditur, dum testes in re-
17 cognitionis rogitu tàm de Iure, quàm de stilo necessarios non adhibuit. §. sed et si instrumenta, auth. de instrum. caut. & fid. Put. decis. 5. lib. 3. & decis. 435. num. 1. ante fin. vers. item illa attestatio, lib. 2. in princ.

Et cessat etiam difficultas, dū periti adhibiti ad com-
18 parationem, non solum sunt varij, ac suspecti, vt in facto, sed neque etiam iurarunt eorum depositionem, vt requiritur ex textu in d. l. comparationes §. omnis, C. de fid. instr. adeòquod huiusmodi iuramentum est de forma comparationis, itaquod si non præstetur, vel sub alia forma, comparatio est nulla, vt per Castr. & alios relatos à Farin. in fragm.
19 d. lit. C. num. 483. & seq. neque etiam fuerunt isti periti electi de consensu Bernardini, vt pariter requirebatur, vt per eumdem Farin. ibidem numer. 485.

Nec releuat, quod scripturæ comparantes robur accipiant à loco cancellariæ criminalis Perusinæ, à
20 qua extractæ dicuntur, quoniam, non negatur, comparationem litterarum fieri posse ex scriptura desumpta ex publico archiuio, vt per Farin. vbi supra num. 462. sed dicitur, conclusionem hanc intelligi in casu, in quo scriptura reperta in archiuio ex sui qualitate probat, vt per eumdem Farin. ibi
21 seq. num. 463. etenim scriptura non authentica non recipit fidem ex archiuio, vbi in eo mixtim conseruantur etiam scripturæ non publicæ, ex quo tunc archiuium, & custodia publica sunt signa æquiuoca, Felin. in c. ad audientiam. num. 15. de præsumpt. & ibi Abb. numer. 1. & Aretin. numer. 4. Aym. de antiq. temp. par. 1. §. quarto limitatur, n. 1. & seqq. Natt. cons. 672. num. 34. Surd. cons. 258. nu. 6. lib. 2. Rim. iun. cons. 686. num. 40. Pedemont. decis. 69. num. 1. & seqq. Caputaqu. decis. 41. par. 1. Put. decis. 451. alias 441. lib. 2. in nou.

Secundò neque etiam probatur dictas litteras fuisse directas Bernardino, nam cum ex earum quoque facie appareat, illas dirigi Alexandro, onus Fisci est docere sub hoc nomine Bernardinum includi, & præsertim dum suprascripta apparet diuersa manu, eaque minime recognita fuit neque etiam per comparationem, nam his non iustificatis nulla ratione agi potest de delicto, ex text. in d. c. in præsentia de probat. cum alijs superius adductis.

Tertiò, quod tollit omnem dubitationem, quia quādo etiam litteræ scriptæ dici possent a bannito, &

Bernar-

Bernardinum illas tanquam sibi directas recepisse non tamen exinde sequitur, illum punibilem, aut inditiatum censeri, dum non constat, recipientem in aliquo bannito inseruiuisse, nec aliquid de contentis in litteris exequutum fuisse; cum enim pro-
22 hibitio commercij cum bannitis fiat ob causam, ne aliquid in aliorum perniciem machinetur, nequè ipsi banniti auxilium aliquod assequantur, vtique ex sola litterarum receptione, aut transmissione cessat dolus, & remanet actus impunibilis, vt in terminis firmant Foller. in pract.crim.in par. fragm.num.66. Aym.cons.3.num.25. Specin. in l.1. num.9.vers. ex quo infero, ff.de verb. oblig. Rimin. iun.cons.704.num.55.lib.6.Bertaz.cons. crim. 100. num.18 & cons. 126.num.10.ad fin. lib., vers. nam prohibitio, lib.1.Farin.qui plures alios congerit, q. 133.num.55.

Neque aliud suaderi potest ex prætensis à Fisco, nàm litteræ, quæ scriptæ asseruntur ab ipso Bernardino Petro Mattheo ex comparatione patiente defectus, de quibus supra, non probantur, minimè probantur ex depositione eiusdem Petri Matthei tanquam inimici Bernardini, vt ipsemet repetitus fatetur, & in omnem casum minimè efficiunt, dum non solùm non fuerunt transmissæ ipsi Petro Mattheo, ex quo Fiscus ipse prætendit, illas penes ipsum Bernardinum, repertas, sed ipse Petrus Mattheus asserit se prorsus ignarum contentorum in ipsis litteris, quamobrem tanquam sine effectu delictum non includunt, vt per Foller. d. n.66. Bertaz.& alios per Farin.vbi supra allegatos.

Transmissio quoque archibusij D. Bernardino per Hieronymum de se non est delictum qualitas autem ex causa transmissionis ad effectum asportandi ad Dionisium, quem Fiscus intelligit Ioannem Baptistam, licet supponatur à dicto Hieronymo, tamen suppositum huiusmodi neque probatur ex
23 depositione vnius, qui in hoc efficitur socius criminis, qui propterea nequè etiam inditium facit ad torquendum, Abb.in c.1.num.2.not. de confess. Gram.cons.21.num.3 Bertatt. cons.257. post n.18.
24 lib.2.neque releuat cum huius transmissionis effectus non probetur sequutus, glo.in l. si quis non dicam rapere, in verb. sed attentare, in fine, C. de Episc.& Cler. Bald.in l.data opera, num.51.C.de ijs, qui accus.non poss. Gail. de pac.lib.1. cap.14. nu.3. in fin.& num.19.

Demum non etiam aliquid desumi contra Bernardinum potest ex pecuniarum remissione ad Ciuitatem Florentiæ, & ex immutatione libri mercatoris de hoc loco, vt occultaretur qualitas loci, ipsius transmissionis, quia pecuniæ quas transmisit Bernardinus, fuerunt causa mercaturæ plumbi, vt ipse declarat, & contrarium Fiscus non probat, quæ verò transmissæ fuerunt mediante partita, de qua in libro dicti mercatoris, nulla ratione adducuntur contra Bernardinum, dum ipse in scriptis dedit ordinem, vt soluerentur personæ non prohibitæ, & illi non probata exaduerso participatione, nullatenus imputari posset transmissio, non ab illo, sed ab ea persona, cum delicta suos
25 authores sequantur, & nemo debeat ex alieno facto pœnam incurrere, Surd.decis.232.num.9. Rot. in recent.decis.567.num 2.par.1.prætensa verò immutatio minus ipsi Bernardino applicari possit dũ liber nunquam fuit penes ipsum, neque ipse in d. immutatione aliquod habet interesse, vt per Honded.cons.96.num.61.lib.2.

ARGVMENTVM.

De excusatione à prætenso commercio cum bannitis.

De nullitate recognitionis litterarum per comparationem.

SVMMARIVM.

1 *Testis vnicus nihil probat.*
2 *Testibus, non testimonijs creditur.*
3 *Delicti interpretatio exclusiua in dubio capienda est.*
4 *Probatio æquiuoca, & multipliciter intelligibilis non releuat.*
5 *Litterarum receptio cum taciturnitate licet præiudicet in ciuilibus tamen controuertitur an præiudicet in criminalibus.*
6 *Litterarum reperitio in domo non concludit receptionem, cum aliunde prouenire potuerint.*
7 *Epistola continens calculum dati, & accepti non præsumitur retenta ad effectum approbationis, sed ad effectum considerandi computorum veritatem.*
8 *Approbatio ex tacitis non infertur, nisi quatenus necessitas exposcit.*
9 *Litterarum sola transmissio bannitis cessante dolo, & malo fine non est punibilis.*
10 *Ad Comparationem requiritur scriptura indubitata.*
11 *Scriptura nulliter recognita per comparationem, non facit indicium.*
12 *Comparatio litterarum non fit nisi in subsidium præcedente iuramento.*
13 *Periti adhibiti ad comparationem eligi debent à Iudice de consensu, vel citata Parte.*
14 *Periti in comparatione litterarum referre debent cum iuramento.*
15 *Notario vti priuatæ personæ non creditur, nisi fuerit rogatus adhibitis testibus.*
16 *Archiuium non dat robur scripturæ, quando in eo asseruatur scriptura non publice.*
17 *Armorum accomodatio tunc sonat in delictum cũ scienter prouenit ad effectum delinquendi, secus si ignoranter.*
18 *Armorũ accommodatio in dubio præsumitur ignoranter facta.*

CONSILIVM CCXXXII.

Tractatus, & intelligentia Domini Galeatij cum D.Io.Baptista bannito minimè probatur ex litteris Leonardi, quamuis pluribus ipsi D. Galeatio directis, in quibus ipse Leonardus scribit; epistolas ipsius D.Galeatij transmisisse certis vicibus Amico certis fraticello, ac certis Mario, quoniam præter id, quòd omnes istæ litteræ emanarunt à solo Leo-
1 nardo, qui tanquam vnicus nihil probat, c. licet vniuersis, c.veniens, & c. in omni negocio, de testib. & præsertim cum non fuerit sub iuramento formiter examinatus, & de Iure non attendatur te-
2 stis depositio per scripturam, ex quo testibus non testimonijs creditur, c.testes, & ibi glo. 3. quæst. 9. Roman.cons.204.num.6. Couar.var.resol.lib.2.c.13 num.6.

num. c. Rot.decis.77.num.2.par.2. obiectum etiam cessat, tum quia non probat Fiscus, Anicum, fraticellam,& Guidettum intelligi de Ioanne Baptista bannito, neque in dubio præsumi potest, dum personæ nominatæ extant, & semper capienda est
3 interpretatio delicti exclusiua, l.merito, ff.pro soc. Rot.decis.106.num.7.par.2.

Tum quia non declarat, nequè aperit in dictis litteris Leonardus, an prædictis transmiserit litteras D.Galeatij eisdem scriptas an verò easdem, quas ipsi Leonardo D.Galeatius scribebat, quamobrem cum assertio transmissionis tàm vni, quàm alteri
4 casui applicari possit in actu multipliciter intelligibili, nihil probat, c. illud, vbi Butr. Imol. & alij de præsumpt.Soc.cons.8.nu.8.vers.quinimmò,lib.1 Niconit.in rubr.ff.de nou.oper.nunc.num.78. vers. imò probatio æquiuoca,Rot.in Romana palatij de Aquila 2.Decembris 1609 coram Lugdunen.

Nec obstat, quod istæ litteræ Leonardi repertę fuerint penes D.Galeatium, & quia quicquid sit ad
5 effectum ciuilem de recipiente,ex retinente litteras, vt non contradicendo censeatur illas approbare,iuxta l.filius familias,la seconda, cum ibi not. ff.ad Maced.non idem dici potest ad effectum criminalem, in quo taciturnitas, & retentio, vel nō sufficit,vel satis est controuersum, vt per Marsil.in pract.cr.§.diligenter,nu.138.ad fin.& add.ad Matthesil.sing.122.incip.nota mirabilem, n. 5. ad fin. quando licet probatur receptio, ex qua oritur actus positiuus coadiuuans taciturnitatem, secus autem, quando receptio non probatur, vt in hoc casu, vt per Zabarell.in clem.1.num.5.vers. sed ali-
6 quid agens.de proc.liquidum ex eo, quod litteræ repertæ fuerint in domo D.Galeatij non concluditur receptio, cum aliundè prouenire potuerint,etiam eodem D.Galeatio inscio, c.in præsentia,de prob.Seraphin.decis.1103.num.2. Rot. in recent. decis.... num.4.& 729.num.3.par.2.

Et quia cum litteræ Leonardi alia negocia contineant, & propterea eorum occasione retineri potuerint, proinde argumentum approbationis desumptum ex receptione, & non contradictione tanquam necessariò non concludens minimè ope-
7 ratur, vt dicitur de recipiente litteras continentes etiam calculum dati, & accepti, quia non præsumitur tunc epistola retenta cum effectu approbationis, sed ad effectum considerandi computo-
8 rum veritatem. Ias.in l.admonendi,num.142. ff.de iur.iur Veronen.caut.9.Gama decis.Lusit.336.n.3. vndè etiam generale est, approbationem nunquā ex tacitis inferri, nisi quatenus necessitas exposcat. Aym.cons.197.num.12.Gabr.cons.36.num.62. lib.1.Rot.in Anconitana sequestri 24. maij, & 16. Decembris 1596.coram Corduba.

Cessant autem difficultates, dum litteræ,quæ bannito transmissæ prætenduntur neque exibentur à Fisco, neque probatur earum tenor, neque D. Ga-
9 leatium aliquid gessisse in banniti prædicti auxiliū, quandoquidem sola litterarum transmissio non est punibilis,Foller.in pract.crim.in parte fragmēt. num.66.Aym.cons.3.num.25.Soc.in l.1. nu.9. vers. ex quo infero,ff.de verb.oblig.Rimin.iun.cons.704. num.55.lib.6.Bertaz.cons.crim.100.num.18.& cōs. 126.num.10.ad fin.lib.1.Farin.alios congerens,qu. 133.num.55.

Neque obstant epistolæ, seu schedulæ, quæ à Fisco prætenduntur scriptæ per ipsum Ioannem Baptistam bannitum,quia prætensio hæc non probatur, nisi per comparationem desumptam ex duabus
10 scripturis,quæ non solum minimè probantur manu eiusdem Ioannis Baptistæ, ita quod sit hoc indubitatum, vt in scriptura comparante requiritur vt post alios per Menoch.de arbitr.cas.114 nu.29. & Rot.in Bononien.bonorum 17.Decembris 1617. coram R.P.D.Buratto,sed comparatio ipsa est om-
11 ninò ex pluribus eius defectibus nulla,ac inualida, quapropter eo magis insufficiens dicitur etiam ad effectum inditiandi ad torturam.Curt.iun.in l.admonendi,num.115.vers.non facit inditium, & ibi Purpur.num.117.ff.de iureiur.Vulpell.cōs.135.n.14 Triuis.decis.52.nu.28.Cost.de remed.subsid.rem.7. num.11.Farin.in fragm lit. C. num.447. & seqq. & cons.164.num.4.lib.2.Guazz.tract.ad defens.in 20. defens.cap.23.num.3.vers.in contrarium.

Constat autem de huiusmodi inualiditate, tum quia
12 cum ad comparationem deueniri nequeat nisi in subsidium, debet prius hæc qualitas saltem per iuramentum iustificari,Bald.in l.comparationes,n.5. & ibi Cast.num.12.in fine,vers.& dicit,C.de fid.instr.Vulpell.d.cons.135.num.2.Bert.cons.86.num.8. vers.quod iuramentum,lib.3.Farin.cons.70.nu.17. vers.quæ iuramenti forma,lib.1.& in fragm. dicta lit.C.num.491.Rim.iun.cons.779.num.11.Rot.in d.Bonon.coram D.Buratto.

Tum etiam quia periti adhibiti ad comparationem
13 nō solùm minimè electi fuerunt à Iudice de huius Partis consensu,vel aliàs ea legitimè citata, vt per
14 Farin.in fragment.vbi sup. nu.385.sed retulerunt, nullo pręstito super assertis ab ipsis iuramento, imò etiam non obstante suspicione allegata, quāobrem cum iuramentum hoc sit de forma, & ipsi etiam sint varij, comparatio absquè dubio remanet nulla,d.l.comparationes,§.omnes,C.de fid.instr.Farinac.vbi supra,num.483. & seq.

Nec obstat,quod sciptur æ comparantes sint recognitæ, altera mediante assertione notarij dicentis illam scriptam in eius præsentia, altera ex recognitione ipsius Io. Baptistæ, quia aut proindè non constat,notarium de prætensa recognitione roga-
15 tum fuisse, vnde eius assertioni tanquam personæ priuatæ non est standum,Ruin.cons.189. numer.7. lib.1.Rot.decis.246.num.1.par.1.& in recent.decis. 139.num.5.par.2.aut si fuit rogatus,nulla illi fides adhibetur, dum in eo testes, sine quibus notario non creditur,neutiquam adhibuit. Put. decis.435. num.1.ante finem,vers.item illa attestatio,lib.2. in nouis.

Minus obstat, quod scripturæ predictę extractę sint
16 ex cancellaria criminali,quia procederet conclusio,vbi in cancellaria, vel archiuio non asseruarētur nisi scripturæ authenticæ, & in forma probati, secus, vbi etiam aliæ, vt in hoc casu, nam tunc archiuium, & custodia publica sunt signa æquiuoca probationis, quæ propterea non releuant, Felin. in c.ad audientiam,num.15.de præsumpt.& ibi Aret.num.4.Natt.cons.672.num.34. Surd.258. nu.6. lib.2.Rom.iun.cons.686.num.40. Pedemont.decis. 69.num.1.& seqq.Caputaq.decis.41.par.1. Put. decis.451.alias 441.lib.2.in nou.

Sed neque etiam D.Galeatius ex capite prætensæ participationis manifesti dici potest culposus, cum enim statim,ac illud recepit detecto illius tenore admiratus illud comburi voluerit, satis proinde satisfecit ad euitationem omnis pœnæ, tàm iuris dispositioni, iuxta l.1.C.de famos.libell. quàm etiā Constitutioni Pij Quinti.

Ne-

Nec obstat, quod in manifesto legantur, vt dicitur, transumpta plurium scripturarum procurata, & transmissa ipsi D.Galeatio, quoniam non constat, quòd ea transmissa fuerint bannitis, aut alijs personis prohibitis, sicut neque talis est D. Saffettus, ex cuius epistola enunciatur eorum receptio, quã obrem cùm ex Parte Fisci non doceatur procurationem, & transmissionem fuisse personis vel modis illicitis, satis est D.Galeatio præsumpta ignorantia, quia eorum tenor inserendus esset in manifesto illicito, sicut dicimus de accomodante arma, cum quibus homicidia, vel alia delicta fuerint commissa, nam accommodatio tunc sonat in
17 delictum, cum scienter prouenit ad effectum delinquendi, secus si ignoranter, Felin. in c. sicut dignum, nu.4.vers.quinto limita, de homicid. Marsil.in l.nihil interest, num.23.ff.ad leg. Cornel. de sicar. Farin.quæst.130.num.7.quandoquidem alio ex Parte Fisci non docto, ignorantia præsumitur, vt dicunt Boer.decis.167.num.2.ad fin.Menoch.de arbitr.cas.349.num.6. & alij relati per eundem Farin.d.quæst.130.num.8.

ARGVMENTVM:

De excusatione à prætensa falsitate articulorum.

SVMMARIVM.

1 *Causæ ciuilis, et criminalis cumulatio simultanea non admittitur.*
2 *Causa dicitur alteri præiudicare, quando sententia lata in vna parit exceptionem rei iudicatæ in altera.*
3 *Sententia dicitur iniusta, quando ex actis non iustificatur.*
4 *Concordia fit per temporum distinctionem.*
5 *Falsitas non concluditur ex æquiuocis.*
6 *Pro Testium concordia Iudex elaborare debet.*
7 *Destinatio quandoque operatur effectum actus.*
8 *Contradicere sibi in continenti nemo præsumitur.*
9 *Confessio vnius non præiudicat alteri.*
10 *Emens ab alio non censetur confiteri, venditorem esse rei venditæ dominum, licet venditor hoc asseueret.*
11 *Venditor tenetur verificare qualitates expressas.*
12 *Indefinita non æquipollet vniuersali ad interpretationem falsitatis.*
13 *Indefinita in testibus non æquipollet vniuersali.*
14 *Obliuio præsumitur ex diuturnitate temporis, etiam in facto proprio ad excludendum delictum.*
15 *Actus intelligitur iuxta finem, ad quem Partes respexerunt.*
16 *Indefinita non æquipollet vniuersali, quando concurrit diuersitas rationis.*
17 *Testis primæ depositioni iuratæ magis creditur quã secundæ.*
18 *Testi periuro non creditur.*
19 *Notario magis creditur quam testi dicenti, se ita non deposuisse.*
20 *Falsitas cessat stante primordio veritatis.*
21 *Testes non repetiti, nec confrontati non probant.*

CONSILIVM CCXXXIII.

NVlla, & iniusta est sententia lata contra D.Franciscum; nulla, quia, cum Causa ciuilis prius es-
1 set exaduerso intentata, non admittebatur simultanea cumulatio criminalis, l.2.§.hoc edicto, ff. de vi bonor.rapt.l.interdum, C.de publ.iudic. glo.in l.1.in verb.vtraque, & in rubr. C. quand. ciuil. act. crim.præiud.Honded.consil.109.numer.60. & seqq. lib.1.Farin.quæst.100.num.123. seqq.& in fin.etiã quod criminalis orta dicatur ex Causa ciuili incidenter occasione falsitatis articulorum, & testiũ;
2 cum Causa ciuilis sit præiudicialis criminali, dum ex sententia ferenda in ciuili oritur exceptio rei iudicatæ in criminali; quandoquidem si in ciuili absoluetur hæc Pars à prætensa bonorum relaxatione, vel ex eo, quia Pars aduersa intentionem suam non probauit, vt infra dicetur, vel quia subsistant exceptiones huius Partis prouenientes ex testium depositionibus, absolutoria huiusmodi necessariò præiudicium inferet criminali, in qua aduersarius relaxationem eorundem bonorum prætendit ex prætensa Causæ amissione, Aym. consil. 289 num.2.vers.& adeò, Rot.in Romana pecuniaria 28.Iunij 1604. coram Millino, Coccin. decis. 123.num.3. Card.Caualer.decis.443. num.1. iniu-
3 sta autem, quia sententia prædicta lata contra D. Franciscum ex actis non iustificatur, Cæs.de Graff. decis.147.aliàs 2.de solut.Caputaq.decis.264.par.3. Rot.decis.311.num.2.par.2.

Quod autem non iustificetur, liquet ex falso prætextu falsitatis articuli 26. & trium testium desuper examinatorum; non enim falsi dici possunt ex alijs articulis huius Partis 9.11.12.& seq. iuncto 14. quoniam obiectum cessat, tum quia non sequitur necessariò, bona erant inculta, sicut exprimitur in dicto articulo 26. ergo articulus implicat contradictionem, & consequenter falsitatem cum alijs articulis supradictis, in quibus dicitur, quod bona prædicta erant laboratiua, locabantur, fructusque ex ijs percipiebantur, cum omnes isti articuli per
4 temporum distinctionem concordentur, & reducantur ad concordiam, l.apud antiquos, vbi glo. & Bart.num.3.C.de furt. Caputaq. decis.270. num.2. par. 3. siquidem cum in articulo 26. restringatur qualitas bonorum ad tempus emptionis D. Francisci, alij verò articuli non percutiant expressam mortem Cap.Francisci patris venditoris, quod tẽpus intelligi quoque potest illud, quod à tempore dictæ mortis Capitanei vsque ad tempus venditionis factæ per filium intercessit, vtique falsitas
5 prætensa per expressionem temporis æquiuoci minimè concluditur, vt in puncto Rot.decis.506. numer.1.vers.neque obstant, par.1.Caputaq.decision. 278.num.4.& seqq.par.3.ac proinde certa succedit
6 conclusio, vt tam articuli, quàm testes elaborare omninò Iudex debeat, vt ad concordiam reducãtur ad falsitatem euitandam, Cæs.de Graff. decis. 78.aliàs 9.num.7.de testib.Rot.decis.337.n.3.& decis.577.num.9.par.1.diuers.

Tum quia cessat implicatio contradictionis, dum inspecta verborum proprietate, bonorum incultorũ qualitas non excludit, quin eadem dici possint laboratiua, & fructifera, intelligendo, vt talia sint respectu naturæ eorumdem bonorum potentia, inculta tamen actu; vndè est, quòd ea, quæ tam potentia, quàm actu sunt inculta dicũtur magis pro-

 priè

priè sterilia, minimè scilicet apta ad fructuum productionem cultura non obstante, dum è conuerso non sterilia, sed actu inculta per culturę potentiam dicuntur laboratiua, ac fructifera, Luc. de Penn. post glo. & alios in rubr. C. de omni agr. desert. & quand. steril. lib. 10. cum l. si quis intra, 7. ibi, quid aut incultum, aut colatur, C. de temp. præscript. Rebuff. in l. quid aliud, 86. post vers. vndè Portius, verb. neminem, ff. de verb. signif. adeoquod sensus articulorū huiusmodi censendus est, vt bona culta, & inculta essent respectiuè iuxta actum, & destinationem, ac potentiam, ac proindè quòd nulla falsitas includa-
7 tur, nam & destinatio plerumque operatur effectū actus, l. fundi, & l. granariam, in fin. ff. de act. empt. l. ex facto proponebatur, §. rerum, ff. de hæred. instit. l. ita legat. in princ. ff de legat. 3. l. ligni, §. ego autem ff. eod. c. Ecclesiæ, de immun. Eccles.

Præsertim cum falsitas huiusmodi deducatur exaduerso ex vna, eademque scriptura huius Partis; non
8 enim præsumi aliquo modo potest, quòd incontinenti, eodemque contextu voluerit sibi ipsi contradicere, l. non ad ea, 88. vbi glos. & DD. ff. de cond. & dem. Alciat regul. 2. præsumpt. 28. numer. 1. Rot. decis. 460. num. 20. & decis. 673. num. 14. & seqq. par. 1. diuers.

Quod verò neque falsitas probetur ex instrumento venditionis dd. bonorum, in quo bona vendita asseruntur laboratiua, magis patet, tum quia laboratiua sunt etiam ea bona, quæ licet actu non laborentur, potentia tamen reduci possunt ad culturā, ex supra allegatis, à quibus non dissentit Bursatt. in adducto exaduerso cons. 330. num. 87. vers. secūdo infertur, dum tanquam diuersa ponit bona sterilia, ac inculta, & reducibilia ad culturam.

Tum quia qualitas huius assertionis in venditionis instrumento non profertur ab emptore, sed ab ipso
9 venditore, quamobrem ex assertione vnius alter damnari nequit, l. Seia, ff. ad Velleian. l. qui autem, §. simili modo, ff. de his, quæ in fraud. cred. Surd. decis. 218. numer. 4. & seqq. etiamquod alter, contra quem assertio allegatur, sit asserētis successor, quia exceptio huiusmodi transit in successorem, quan-
10 do successor agit, secus quando conuenitur, vndè est, quòd emens ab alio neque etiam censetur cōfiteri, venditorem esse rei venditæ dominum, licèt venditor in ipsa venditione hoc asseueret, Alexan. cons. 115. per tot. lib. 6. cons. 43. num. 9. lib. 4. & cons. 185. num. 5. lib. 5. & cons. 92. num. 1. lib. 1. Castr. in l. cum res, in vlt. col. vers. nota istam glo. C. de prob. Negus. de pign. 3. membr. 8. par. num. 10. & hinc est,
11 quod sequuta in venditione certa qualitatis bonorum assertione, quamuis emptor videatur illi assentire, non tamen propterea sequitur, quin venditor ad verificationem omnium qualitatum expressarum teneatur, l. si venditor, & l. sciendum, ff. de ędil. edict. l. si fundo vendito, ff. de act. empt. cum alijs per Surd. decis. 64. num. 17.

Tum, & tertio, ex quo resultat etiam alia responsio, circa caput antecedens, quia in eodem instrumēto, sicut etiam in dictis articulis admixta fuerunt inter sex petia terræ vendita, & in dd. articulis per relationem ad præparatoria expressa tria petia, quæ nulibi probātur fuisse culta, quapropter satis est, quod articulus 26. in istis verificari possit, quā-
12 doquidem indefinita expressio bonorum incultorum non æquipollet vniuersali ad interpretationem falsitatis, in qua strictè proceditur, Bald. in l. 1. §. in computatione, col. fin. C. de iur. delib. Surd. de-
13 cis. 188. num. 4. vnde neque etiam in testibus vnquam indefinita interpretatur pro vniuersali, Ces. de Graff. decis. 82. alias 13. num. 13. de testib. Surd. decis. 263. n. 10. & seqq. Rot. dec. 71. n. 1. par. 1. diu. Seraph. decis. 490. num. 1. & decis. 893. numer. 22. & presertim dum d. articulus 26. datus fuit 20. post
14 annos à d. instrumento, nam præsumpta ex diuturnitate huius temporis obliuio dantem satis excusat, etiamsi ageretur de facto proprio, glo. in l. licet C. de acquir. poss. Doct. in l. peregrè, eod. tit. Seraph.
15 decis. 1439. num. 1. magisque dum D. Franciscus ex dd. sex petijs terræ non nisi tria possidebat, nam censetur in articulis ad finem eorum dumtaxat respexisse, Surd. decis. 267. nu. 4. ad fin. Rot. decis. 445.
16 n. 4. par. 1. diu. ac proinde magis quoque ex hac diuersitatis ratione indefinita vniuersali æquipollere nequit, Felin. in c. postulasti, num. 2. vers. & si diceretur, de rescr. Cephal. cons. 23. num, 3. lib. 1.

Nec obstant prædicti tres testes, dicentes se rogatos ad deponendum iuxta tenorem articulorum, &
17 quia huiusmodi depositio stante pręcedente depositione sub iuramento non præiudicat Parti, cui ex ea fuerat ius quæsitum, Farin. quæst. 45. præser-
18 tim nu. 39. & seq. cum enim, qui dicit se corruptum, ostendat se esse periurum, & falsarium, ei nō
19 creditur, vt per Seraph. decis. 1250. num. 3. idque magis dicendum est in ijs duobus, qui dicunt, se non deposuisse, quod fuit à notario scriptum, nàm notario, nō illis creditur, Clar. §. fin. quæst. 53. n. 17. vers. quintus casus.

Et quia cum depositio horum testium verificetur ex
20 depositione plurimorum, non potest agi de falsitate tanquam depositio, quæ propterea docetur habere primordium veritatis, tex. est in l. cum filius 78. §. hæres meus, vbi Bart. & alij, ff. de leg. 2. Gram. vot. 26. num. 12 Aym. cons. 146. num. 4. Surd. cons. 273. num. 50. lib. 2. Hond. cons. 99. nu. 37. post princ. lib. 2.

Et cessat omne dubium, dum isti testes non fuerunt,
21 neque Parte citata examinati, neque repetiti, aut confrontati, Bursatt. cons. 192. nu. 24. lib. 2. Caputaq. decis. 207. num. 8. & seq. par. 2. Rot. in Romana donationis 13. Nouembris 1615. coram R. P. D. Cauallerio.

ARGVMENTVM.

De recognitione priuatæ scripturæ per testes ad effectum falsitatis.

De timore subornationis testium post dicta testificata.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio datur in notorijs grauaminibus non obstante lege, vel rescripto.*

2 *Suspecto existente Iudice Causa alteri committitur.*

3 *Suspectus dicitur Iudex, quando appellationem reiecit in casu appellabili.*

4 *Corpus delicti, in quo post factum remanent vestigia, non probatur præsumptionibus, & coniecturis.*

5 *Recognitio scripturæ priuatæ per testes habentes notam manum non admittitur in criminalibus, sed*

sed requiruntur testes qui præsentes fuerint.
6 *Falsitas commissa in scriptura priuata nullam fidē facienti, vt, nec actu, nec habitu nocibilis non punitur, neque etiam extra ordinem.*
7 *Recognitio in criminalibus fit inter plures similes chartas*
8 *Subornationis timor post didicita testificata viget etiam in criminalibus, quando proceditur ad querelam, vel cum instigatore, & adhærente. Et numer. 12.*
9 *Nullum, & non esse factum paria sunt.*
10 *Interrogatoria noua danda sunt, quando nouæ specificantur materiæ.*
11 *Testes nulliter examinati repetuntur etiam facta publicatione, quando repetitio nihil continet vltra primum examen.*

CONSILIVM CCXXXIV.

VIdetur signanda commissio, non solùm quia Iure defertur appellatio à notorijs grauamini-
1 bus in Causa sui natura appellabili, sed etiam vbi appellatio a lege, vel rescripto prohibetur, glo. penult. in c. ex conquestione, vbi Bald. nu. 5. & Abb. in 5. not. de restit. spol. Caputaq. decis. 33. par. 1 Par. decis. 412 num. 2. lib. 3.

Sed etiam quia, cum meritò ex hisce notorijs illatis
2 præiudicijs Iudex effectus sit suspectus, debet proinde etiam ex hoc capite Causa alteri non suspecto committi, cum alioquin daretur per indirectum denegatio defensionis, c. quod suspecti, 15. 3. quæst. 9. Abb. in c. cum inter, num. 9. vers. quia re-
3 cusatio Iudicis, de except. & hinc est quod Iudex ex sola causa reiectionis appellationis in casu appellabili redditur suspectus, vt per Franc. in c. dilecti, n. 3. & c. verum, n. 1. de appell. inquit enim vtrobique, per appellationem legitimam appellantem eximi à potestate, & iurisdictione Iudicis à quo, quamobrem reiecta ab ipso appellatione, meritò proinde sit suspectus, vt per Laurent. tract. de Iud. suspect. cap. 14. num. 30.

Grauamina autem plurima sunt, quæ in facto benè recensentur, sed inter alia videntur omninò clara, quod iam labitur annus, quo *Pars* ista reperitur carcerata occasione prætensi delicti falsitatis, de cuius corpore non constat aliquo, & præsertim
4 cum in delicto, in quo post factum remanent vestigia, ad probationem corporis illius non sufficiũt præsumptiones, & coniecturæ, sed requiruntur concludentes, et exactissimæ probationes, Farin. quæst. 2. num. 1. & seqq. Caball. resol. crim. cas. 253. num. 1 Hond. cons. 106. num. 19. lib. 1.

Nec obstat afferta copia inhibitionis, quæ ex Parte Fisci, & adhærẽtis adducitur ad probationem corporis delicti, tum quia quicquid sit de stilo Curiæ ad effectum ciuilem, in quo forsan sufficit, quod scriptura priuata recognoscatur per testes dicentes, se habere notam manum scribentis, in crimi-
5 nalibus similes testes nihil probant, nisi fuerint præsentes, dum scriberetur, quamobrem multò minus recognita dici potest ab vnico teste litterarum ignaro, cum magis facile in recognitione errare potuerit, vt pluribus comprobat Farin. cons. 164 num. 5. lib. 2. & admittit cons. 70. num. 62. lib. 1. Gratian. discept. for. cap. 235. num. 21. & seq. lib. 2. Scac. de iud. lib. 2. cap. 11. num. 1134. & seq. Caball. resol. crim. cas. 251. num. 5. & seqq. Bertaz. dicens, tales testes nullam penitus facere probationem, cons. crim. 291. num. 16. in fin. & seq. lib. 2.

Et præsertim cum agatur de prætensa falsitate in scri-
6 ptura priuata nullam fidem faciente, quæ propterea cum nec actu, nec habitu nocere posset, iuxta magis receptam opinionem non erat punibilis, neque etiam aliqua pœna extraordinaria, vt post alios per Farin. de fals. quæst. 150. n. 336. & 338. & plenius num. 362.

Tum etiam quia prætensa recognitio laborat insana-
7 bili defectu nullitatis, cum non fuerit ostensa testi recognitori inter duas, aut alias plures similes chartas, sicut tam de stilo, quam de Iure requiritur, cum aliàs ex subornationis timore reijciatur, Foller. in prax. crimin. in verb. captis foroiudicatis recognoscantur, num. 1. ad fin. vers. demum, Carer. in prax. crim. tract. de appell. §. septimus casus, nu. 8. Clar. in prax. crim. §. fin. quæst. 45. num. 14. ad fin. vers. debet tamen, Chartar. de exequut. sent. capt. bann. cap. 2. num. 39. & seq. Farin. de inquis. quæst. 11. numer. 25. ante med. vers. nec recognoscendus, Caball. resol. crim. cas. 270. n. 4. 5. & seq.

Neque refert, quod secundo loco transmissus fuerit Commissarius, qui hanc diligentiam in reiterata afferta recognitione fecerit, quia immò ex huiusmodi actu illatum fuit nouum, atque euidens grauamen, tum quia erant tunc didicita testificata, quamobrem non erat locus vlteriori repetitioni, quandoquidem licet in criminalibus possit Iudex ex officio etiam nouos testes non obstante publi-
8 catione examinare, nihilominus minimè examinare, aut repetere potest, vbi semel est facta repetitio, & publicatio, & proceditur non per solam inquisitionem, sed vel ad querelam, vel cum instigatore, seu adhærentibus, cum propterea merito detur subornationis timor, Host. in c. cum clamor, nu. 9. vers. vel dic iustius, & ibi Butr. nu. 4. in fin. vers. vel melius, de testib. Aret. in c. fraternitatis, numer. 37. vers. & postea, & num. seqq. eod. tit. Marsil. in praxi §. sequens, num. 7. vers. tamen, Alexan. in l. 4. §. hoc autem, num. 29. vers. tamen, ff. de damn. infect. Farin. de testib. quæstion. 75. num. 426. vbi de communi.

Tum etiam quia in omnem casum cum prima repe-
9 titio esset ex supradictis nulla, & consequenter perinde esset, ac si nullatenus sequuta fuisset, Surd. decis. 51. num. 13. & seqq. debebat hæc Pars citari ad dandum, quatenus vellet, noua interrogatoria
10 præsertim cum ex Parte Fisci, & adhærentis excederetur in qualitate repetendi ratione intromissionis plurium aliarum chartarum super quarum qualitate, & præcipuè an essent similes, vel omninò dissimiles, dabatur congrua occasio noua desuper fabricandi interrogatoria, glo. in c. 2. in verb. interrogatoria, de testib. in 6. Bal. c. per tuas, & ibi Felin. num. 3. de testib. Vestr. in prax. lib. 6. cap. 2. nu. 18.

Atque hinc non obstat, quod testes nulliter exami-
11 nati repeti possint, vt valide deponant etiam facta publicatione, ex Farin. quæst. 66. num. 303. quoniam procedit obiectum, vbi depositio repetitiua nihil vltra primum examen de nouo continet, secus quando continet, vt in hoc casu, cum tunc vera detur ratio timoris subornationis, vt per eum-
12 dem Farin. eadem quęst. 66. num. 306. siquidem instigatores videntes eorum intentionem ex primò depositis, minimè probari, censentur ita commoti & prouocati, vt quærere præsumantur etiam subornando probationes magis cõcludentes, Io. Andr in

in c. fraternitatis, num. 25. de testib. Zabar. in clem. 2 num. 12. vers. item, eod. tit. Decian. cons. 104. nu. 39. lib. 3.

ARGVMENTVM.

De excusatione falsitatis instrumenti extensi difformiter à prothocollo.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum habet præsumptionem pro se.*
2 *Error magis præsumitur quam dolus.*
3 *Error notarij probatur per matricem, vel prothocollum instrumenti.*
4 *Actus præsumitur gestus eo modo, quo Partes conuenerant.*
5 *Ratificatio inducitur ex vsu.*
6 *Testes interesse habentes nihil probant, itaut neque etiam locus sit arbitrio Iudicis.*
7 *Testes contra instrumentum requiruntur omni exceptione maiores articulanda, & probanda.*
8 *Falsitas cessat cessante vtilitate, & commodo.*

CONSILIVM CCXXXV.

Absoluendus est D. Marcellus à prætensa criminalitate occasione assertæ falsitatis, quoniam nedum illa minime probatur, vt requiritur, præsertim ad effectum pœnæ, sed imò ex narratis in ipsa querela, & serie huius facti dignoscitur innocentia ipsius Marcelli, adeoquòd remanet illæsa
1 præsumptio veritatis, quam ex se habet publicum instrumentum, Bart. in l. clericum, numer. 3. ff. de verb. oblig. & in auth. si quis in aliquo, num. 11. C. de eden. cum alijs per Cardin. Mantic. decis. 302. num. 1.

Nec obstat, quod instrumentum extensum in prothocollo non habeat obligationem calceolariorum proprio nomine, ac proinde falsa sit fides eiusdem notarij, cuius vigore exegerunt à bancho Sancti Spiritus pecunias censuales, in qua legitur obligatio deprædictis etiam tanquam singulis, tum quia falsitas semper euitatur, quando haberi po-
2 test recursus ad originale, cum tunc præsumatur error, & non dolus, Bald. in l. nec exemplum, num. 2. C. ad leg. Cornel. de fals. quamobrem cum constet de scriptura originali, & matrice, ex qua extensum fuit instrumentum prothocolli, & in ea legatur obligatio deputatorum ab Vniuersitate etiam sub clausula & sese, &c. cessat omnis falsitas, cum
3 error notarij satis probetur ex dicta scriptura matrice; Bart. in l. si librarius, num. 6. ff. de reg. iur. & in l. Sempronius Proculo, ff. de leg. 2. Butr. cons. 2. aliàs cons. 49. num. 4. vers. his non obstantibus, Menoch. de arbitr. cas. 187. num. 21. Moned. decis. 17. ante num. 1. de præb. Farinac. de fals. quæstion. 156. numer. 135.

Tum etiam, quia cum non solum ex ipso instrumento census emptor illius cauerit sibi expresse, quòd homines dictæ Vniuersitate tā collectiuè, quā vti singuli deberent instrumentum impositionis ratificare, ac proinde sortem ipsius census sub eodem vinculo deposuerit, & deputati ad huiusmodi ratificationem faciendam habuerint ab hominibus eiusdem Vniuersitatis tam facultatem ratificandi, quam adimplendi totum illud, quod in instrumento dicti census fuerat nomine d. Vniuersitatis promissum, sed etiam hæc omnia narrata fuerint in ipsis querelis contra notarium in hoc
4 criminali iudicio porrectis, vtique censendū est, obligationes superuenisse eodem modo, quo necessariæ erant pro habendis pecunijs censualibus, vt per Rot. decis. 645. num. 1. & 3. par. 1. diuers.

Tum, & tertio quia Vniuersitas, & homines præ-
5 dicti visi fuerunt dicta fide, in qua legitur eorum obligatio proprio nomine, ex quo eius vigore exegerunt à dicto banco Sancti Spiritus pecunias censuatas, quas alio modo stante dicto vinculo minimè exigere poterant; siquidem hoc solum sufficere deberet pro ratificatione qualitatis d. obligationis, l. si filius, ff. de minor. l. ad solutionem C. de re iud. Menoch. de recuper. rem. 15. num. 113. & 118. & seqq. & lib. 1. præsumpt. 39. num. 5. Surd. cons. 43. num. 5. 6. & seq. lib. 1. Rot. in Romana spolij 21. Februarij 1603. coram Attrebaten. & in Romana domus 18. Aprilis 1614. coram R. P. D. Vbaldo.

Neque aliquid faciunt depositiones prætensorum testium, quoniam duo ex illis sunt calceolarij, vt ipsimet fatentur, qui propterea cum agant de se eximendo ab huiusmodi obligatione, tanquam interessati nullum gradum probationis faciunt, adeo quod quamuis materia testium dicatur arbitraria;
6 non tamen vnquam, dato interesse arbitrium intrat, vt inquiunt Bald. in c. cum nuntius, numer. 1. vers. & nota, quòd commodum, de testib. & Farin. de testib. quæst. 60. num. 18. vbi quod hoc casu magis dicuntur Partes, quàm testes tanquam deponentes in effectu in Causa propria, alter verò testis minus probat, & quia remanet vnicus, c. in omni negocio, de testib. l. vbi numerus, ff. eod. Seraph. decis. 1191. num. 2. & quia cum patiatur exceptiones, de quibus in facto, & deponat de negatiua cō-
7 tra publicum, & iuratum instrumentum, aduersus quod requiruntur testes non solum idonei, sed maiores omni exceptione articulanda, & probanda, nullius est considerationis, Bero. cons. 147. num. 36. lib. 2. Seraph. d. decis. 1193. num. 4. Rot. decis. 316. n. 8. par. 4. diuers. & in Bononien. census 19. Octobris 1598. coram Penia.

Cessat autem omnis scrupulus, quia cum neque Pars
8 aduersa vnquam allegauerit, notarium ex prætensa commissione falsi aliquod commodum sensisse, vtique cessante vtilitate, cessat quoque omnis præsumptio falsi, cum proinde cesset etiam omnis dolus, Hond. cons. 105. num. 84. lib. 1. & cons. 91. nu. 8. lib. 2. Rot. decis. 111. n. 1. par. 2.

ARGVMENTVM.

An, & quando producens articulos falsos mereatur pœnam.

An pro prætenso consilio committendi falsitatem locus sit pœnæ, vbi principalis fuit absolutus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Falsitas cessat quando non immutatur veritas circa substantialia cum damno tertij.*
2 *Falsitas non est punibilis stante primordio veritatis.*
3 *Error magis presumitur quam falsitas.*
4 *Iudex elaborare debet pro exclusione doli, & falsitatis etiam verba impropriando.*
5 *Aditio hæreditatis resultat ex animo hæredis quamuis momentaneo, & actus successiuos non habente.*
6 *Aditio hæreditatis non requirit actus corporales.*
7 *Falsitas nemini præiudicialis actu, neque potentia, pœnam non meretur, neque etiam extraordinariam.*
8 *Articulos falsos producens an incidat in pœnam falsi, si non vtatur attestationibus.*
9 *Falsitas probari debet concludenter, itaut alia interpretatio desumi non possit.*
10 *De Falsitate non punitur consultor, vbi principalis in falsi crimen non incidit.*
11 *Falsitas non præsumitur sine vtilitate, & commodo.*

CONSILIVM CCXXXVI.

NEque ex primo, neque ex secundo capite, ad quę
se Curia restrinxit, insurgit aliquod inditium;
quod coloratum appellari possit, siquidem respe-
ctu primi cessat omnis prætensio falsitatis, tum
quia constat, articulos falsos dici non posse, dum
ex iuribus in forma probanti constat de sufficienti
1 aditione hæreditatis; quamobrem cum vltimus
articulus continens continuationem exercitij per
multum temporis non mutet veritatem aditionis
circa substantialia cum damno tertij, frustrà quæ-
ritur de falsitate, Bald. cons. 54. num. 2. lib. 1. & cons.
323. num. 1. lib. 4. Anchar. cons. 173. in princ. vnde
est, quòd non omnis immutatio veritatis falsitas
dici potest ad effectum punitionis, Bart. ad l. quid
sit falsum, ff. ad leg. Cornel. de fals. & cons. 199. in
principio, lib. 1. Alex. cons. 73. num. 5. lib. 1. & præ-
2 sertim, vbi quicquid sit in accidentibus, substantia
in... atur veritatis primordio, vt inquit text. in l. cũ
filius, 78. §. hæres meus, vbi Bart. ff. de leg. 2. Gram.
vot. 26. num. 12. Aym. cons. 46. num. 4. Foller. in pra-
xi, 2. par. princ. vers. item quod commisit falsitatem,
num. 35. Clar. §. falsum, num. 34. Natt. cons. 132. nu.
1. & seqq. & num. 6. Surd. cons. 273. n. 50. lib. 2. Hond.
cons. 99. num. 37. post princ. lib. 2.

Tum etiam quia vel error temporis magis censendus
est ex cohabitatione continuata in eadem apothe
ca sub exercitio eiusdem fim... ali etiam post vendi-
3 tionem, cum etiam in dubio magis error, quàm
falsitas sit iudicanda, Rot. decis. 135. num. 15. par. 2.
vel cum negari nequeat, quin illa verba, per mul-
tum t... mpus, inte... ligenda sint iuxtà materiam su-
biectam, ac proinde æquiuocam recipiant inter-
pretationem, vt per Reb... ff. in l. in vsu, 158. vers.
4 quarto notate, ff. de verb. sign. & proinde neque e-
tiam negari poterit, quin Iudex elaborare debeat
pro exclusione doli, ac falsitatis, etiam verba im-
propriando, Aym. cons. 8. nu. 2. Menoch. lib. 5. præs.
3. num. 30. Farin. quæst. 89. n. 8.

Tum, & tertio quia, cum idem resultaret effectus ex
aditione vnico momento, & ex aditione habente
actus successiuos per multum temporis, ex quo ad
5 probandam aditionem sufficit animus hæredis
quamuis momentaneus, & actus successiuos non
habens, Bart. in l. gerit, num. 15. & a... ff. de acquir.
hæred. Aym. cons. 148. numer. 10. & seqq. Rot. deci-
sion. 342. numer. 1. par. 2. quia propter aditio
6 hæreditatis non requirit actus corporales, l. 3. C. de
instit. & substit. sub cond. fact. Decian. cons. 54. num.
53. lib. 2. vtique cum i... a articulatio expressiua
7 multi temporis nemini esset præiudicialis neque
actu, neque potentia, cessat exinde omnis pœna,
Bart. in l. si quis legatum, numer. 2. ff. de fals. Gram.
vot. 25. num. 12. Bertaz. cons. crim. 21. nu. 23. & cons.
61. n. 30. lib. 1. Vulpell. cons. 29. num. 2. & seq. Gabr.
cons. 169. num. 14. & seq. lib. 1. Honded. cons. 109. n.
55. lib. 1. adeo quòd cessat etiã hoc casu pœna quę-
cumque extraordinaria, vt ex communi per Surd.
decis. 282. num. 18. & seq.

Et præsertim in casibus, vbi aut testes super falsis arti-
8 culis non fuerunt examinati, aut si examinati fue-
runt, non constat, quod producti fuerint, vt capi-
tulum falsum probarent, iuxta distinctionem, de
qua post alios Farin. de fals. q. 159. n. 36. & seq. mul-
toq. magis dum articulus concernit factum alienũ,
vt per Caball. cas. 144. n. 8.

Respectu autem secundi capitis, quoniam non con-
stat de aliquo prauo consilio Carolo, vti prætendi-
tur, præstito pro fabricatione falsi testamenti, cum
Scipio, in quo Curia se fundat, sit inimicus capita-
lis Antonij, & de hac inimicitia ex actis liqueat, &
vlterius exceptiones plures patiatur, de quibus
in facto, & nihilominus tollitur omnis obiectio,
tum quia ex toto processu informatiuo nihil con-
stat Antonium dixisse Carolo, vel alijs, nihilque
fecisse occasione dicti testamenti, quod sonaret in
delictum, cùm imò ex eisdem depositionibus Ca-
roli liqueat, sibi dictum fuisse, quod necessarium
erat, quod Olimpia loqueretur; quamobrem ex
hoc ipso delictum excluditur, quod consonat cum
depositis per eumdem Carolum respectu sui ipsius
dum dixit, nihil vnquam à notario petiisse, quod
9 non liceret, quandoquidem falsitas concludenti-
bus eget probationibus, itaquod alia interpreta-
tio desumi non possit, Bart. in l. sciendum, n. 3. ff. de
verb. oblig. Honded. cons. 91. n. 8. lib. 2. Cardin. Man-
tic. decis. 302. n. 2.

Tum etiam quia cum idem Carolus assertus falsis fa-
10 bricator fuerit absolutus, & absolutio ex prædictis
sit legitima, frustrà proindè agitur contra princi-
palem consultorem, etiam si aliàs consultor non
careret dolo, vt in terminis firmant Bart. cons. 199.
incip. Tudertinus, col. 1. lib. 1. & in l. si quis obrepse-
rit, n. 2. ff. de fals. Alex. cons. 74. n. 10. vers. nec etiam
falsum, lib. 2. Honded. qui alios allegat cons. 109. nu.
66. lib. 1. cum alijs per Farin. de fals. quæst. 150. num.
61.

Et indubitatum videtur in hoc casu, in quo Antonius
11 nullam ex tali testamento consequebatur vtilita-
tem, quinimò damnum, vt in facto deducitur, nam
& generalis est regula, quòd falsitas non datur sine
commodo, vt per Rot. decis. 111. nu. 1. par. 2. diuers.

ARGVMENTVM.

An notarius expediens monitoria pro exequutione Breuium Apostolicorum cum

cum insertione eorumdem Breuium; quæ non reperiuntur, an excusetur à falsitate, si deceptus credidit viro fide digno.

SVMMARIVM.

1 *De Consuetudine in tribunali notoria potest Iudex extraiudicialiter se informare.*
2 *Consuetudo excusat notarios scribentes præcepta sine interuentu Iudicis.*
3 *Falsitas sine dolo non est punibilis.*
4 *A Dolo, & à culpa, & proinde a crimine falsi excusatur is, qui credit Religioso viro, et fide digno. Et num. 6.*
5 *Delictum non præsumitur sine commodo, vel vtilitate.*
7 *Falsi pænę non est locus in occultatione, quæ fit Iudici.*
8 *Falsi, pæna cessat in occultatione non præiudiciali.*
9 *Falsitas non præsumitur in notario bonæ conditionis, et famæ.*

CONSILIVM CCXXXVII.

CRimen falsi nullatenus imputari potest D. Alexandro ex prætextu, quod in hoc tribunali expediuerit quædam monitoria pro exequutione Breuium Apostolicorum ad fauorem certarum personarum cum insertione tenoris eorumdem Breuium, licèt Breuia eiusmodi nullibi reperiantur expedita, quia cum supponatur in facto consuetudinem esse diù seruatam, quod notarij similia monitoria expediunt non visis Breuibus originalibus nisi demum monitorijs expeditis, quia sat est collatio, quæ deinde post hanc expeditionem fit cum
1 originalibus, & de hac consuetudine tanquam in tribunali notoria possit, & debeat Iudex extraiudicialiter se informare, etiam Partibus non vocatis, Bart. in l. 3. §. fin. ff. de testib. Bald. in l. 1. in fin. C. vt quæ desᵗ aduoc. Boer. conf. 8. num. 17. Rot. coram Greg. decis. 484. num. 6. vbi quod ex consuetudine huiusmodi prætensa falsitas excusatur, vt in ter-
2 minis in notario fabricante hæc monitoria firmāt Plot. tract. de in lit. iur. §. 6. numer. 55. in fin. Decian. conf. 99. numer. 8. lib. 2. & sequitur Farinac. quæst. 95. de pœn. temper. numer. 17. Caball. resol. crimin. cas. 130. num. 3.

Quinimmò circumscripta etiam hac consuetudine non posset de falso damnari, quia cum ex testibus ipsius Fisci constet, notarium confecisse monitoria, supposita sibi falsa schedula Breuium, ex qua
3 fuit deceptus, proinde eius respectu, non probato per Fiscum dolo, absque dubio cessat falsitatis imputatio, Bart. communiter receptus, in vulg. conf. 199. incip. Tudertinus, col. 1. lib. 1. & in l. si quis obrepierit, numer. 2. ff. de fals. Imol. consil. 104. num. 1. post med. Alexan. consil. 74. numer. 10. vers. nec etiam, lib. 4. Ruin. consil. 83. numer. 5. & seqq. lib. 4. Menoch. de arbitr. cas. 309. numer. 2. Farinac. de fals. quæst. 150. numer. 61. Honded. conf. 109. num. 66. lib. 1.

Nec obstat, quòd saltem excusari nequeat à culpa in tradendo Zamudio monitoria ante inspectionem Breuium originalium, eorumque collationem,
4 tum quia credens Religioso viro, ac fide digno ex hac credulitate excusatur non solum à dolo, Farinac. quæstion. 90. numer. 109. vbi plurimos allegat, prout propterea excusatur à falso, Angel. de malef. in verb. falsario, numer. 1. vers. & à dolo, Alexand. consil. 73. numer. 5. ad fin. vers. attento, lib. 1. Clar §. fin. quęstion. 60. vers. & generaliter, Honded. consil. 105. numer. 29. lib. 1. Surd. consil. 132. numer. 54. quos sequitur idem Farinac. consil. 179. numer. 14. lib. 2. sed etiam excusatur à culpa, vt per eumdem Farinac d. quæstion. 90. numer. 205. vbi numer. 216. quod excusat etiam à contemptu Iudicis.

Præsertim cum Zamudius per prius alia similia monitoria consignatis deinde Breuibus ritè expeditis confici ab eodem notario curauerit, ac monitoria expedita non fuerint ad ipsius Zamudij fauorem, sed aliorum, quorum nomina, vt deponunt duo testes Curiæ, de ordine Zamudij apposita fuerunt in monitorijs; nam cum exinde liqueat, illa non concernere proprium ipsius Zamudij interes-
5 se, magis omninò verisimile erat quod in re, in qua neque lucrum, neque commodum percipiebat, nollet excessum aliquem committere, Aym. consil. 75. numer. 13. & numer. 17. Honded. d. consil. 105. numer. 84. lib. 1. Cassador. decision. 10. numer. 4. de præben. Rot. diuersor. decision. 111. numer. 1. par. 2.

Tum etiam quia culpa omnis cessat, dum tantū abest quod exaduerso probetur, notariū tradidisse monitoria Zamudio ad effectū, vt illis vti posset, vt imò tā ex confessione in constitutis ipsius Zamudii, quā aliunde constet, traditionem hanc fuisse limitatam ad effectum inserendi tenorem Breuium cum illis collationandum, quod quidem probāt etiam exactæ deligentiæ per eumdem notarium sæpius, atque sæpius adhibitæ pro huiusmodi facienda collatione reiteratæ, propterea ad effectum huiusmodi ad mansionem ipsius Zamudii accedendo, in tantum quod ipse Zamudius deposuit se suspicari, notarium ipsum hæc Curiæ denunciasse. siquidem
6 excusatur à culpa notarius, credendo Zamudio circa huiusmodi faciendam collationem, etiam quod diligentius non inuestigauerit veritatem Breuium, vt in puncto per Plot. conf. 19. n. 93. repetito inter conf. crimin. diuers. 108. eod. num. 93. in paruis.

Minus obstat, quod notarius, duabus exceptis cæteras schedulas occultando in præiudicium Fisci,
7 incidat in falsum, quia omisso, quod dispositioni l. Paulus, §. 1. ff. de fals. & l. eū qui, C. eod. non est locus in occultatione quæ fit Iudici, vt per Rub. Alex.
8 conf. 16. n. 2. in fin. obiectum cessat, tum quia nihil deperit Fisco, dum in dictis duabus schedulis, quæ reperiuntur, habet fundatam intentionem, Bart. in l. si quis legatum, in princ. nu. 2. ff. de fals. Gram. vot. 25. n. 2. Bertaz. conf. 21. n. 3. & conf. 61. n. 30. lib. 1. Vulpell. conf. 29. n. 2. & seq. Surd. decis. 282. num. 18. & seq.

Tum etiam quia prætensa occultatio nullum com-
9 modum affert notario, & cum sit bonæ conditionis, & famæ proinde vexari nequit, vt ad exclusionem d. l. Paulus inquit Rub. Alex. d. conf. 16. in prin. & n. 6.

Cum imò generaliter bona fama, & legalitas notarii excludat omnem falsitatis suspicionem, vt post alios per Farin. de fals. quęst. 156. num. 156.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Stante contrauentione capitulis initis de fabricanda domo, an Iudex criminalis pro mala fabricatione condemnare possit contrauenientes ad interesse.

SVMMARIVM.

1 *Locati, et conducti actio datur, vbi opus ędificandum est in alterius solo expensis conductoris, sed vbi expensis locatoris operarum ędificandum est, datur actio empti et venditi.*

2 *Iudex criminalis potest Reum condemnare Parti ad interesse.*

3 *Criminalis actio non intrat, quando materia contractus est ordinata ad nulliter contrahendum, secus verò quando ad crimen committendum.*

4 *Criminalis actio datur, quando dolus transit in particulare nomen delicti, non obstante quod etiam purgari possit per actionem a contractu prouenientem.*

5 *Peritorum relationi standum est.*

6 *Confessio cum qualitate est diuidua, quando qualitas habet contra se prӕsumptionem.*

7 *Falsi crimen intrat ob prauam, et adulterinam fabricationem.*

8 *Venditor rei immobilis cum vitio latenti ad interesse tenetur. Neque etiam excusatur in foro conscientiӕ, vt num. 9.*

CONSILIVM CCXXXVIII.

Actio locati, & conducti datur quidem ciuiliter, vbi opus ædificandum conuenitur in alterius
1 solo conductoris expensis, iuxtà text. in l. item si pretio, 23. §. cum insulam ædificandam, ff. loc. sed quando opus ædificandum est expensis proprijs locatoris operarum iuxta casum, de quo quæritur, non actio locati, sed ex vn tate negocij actio empti, & venditi datur, iuxtà text. in l. 2. §. adeo autem vers. ecce si cum aurifice, & ibi Bart. vbi rationem reddit, quia in hisce contractibus principaliter venit traditio, & secundario factum, eodem tit. ff. locat.

Supposito igitur, quòd in hisce terminis versemur,
2 non videtur dubium, quin hoc casu aduersarij dãnari potuerint ad concernentia interesse huius Partis, Franc. Marc. decis. 227 numer. 3. par. 2. Crescent. decis. 5. numer. 1. de iudic. siquidem conclusio exaduerso adducta, quod pœna stellionatus sit subsidiaria, ac propterea non detur vbicumque dolus commissus potest purgari actione de dolo ciuiliter descendente ex eo contractu, minimè potest casui, de quo agitur applicari, tum quia procedit in dolo commisso in ipso contractu, vbi scilicet materia ipsius contractus est ordinata ad nulliter contrahendum, secus autem, vbi materia potius est ordinata ad crimen committendum, vt declarat idem Bald. exaduerso alleg. consil. 15. in fin. ver. quod secũdũ ea lib. 1. alijq. exaduerso adducti, qui ex Bald. mouentur, vt per Osasc. decision. Pedemont. 137. num. 17. ad med. vers. vel responderi, Farin. de delict. & pęn. quæst. 19. n. 37. post med. vers. quando enim.

Tum etiam quia contraria conclusio limitatur, vbi
4 non agitur simpliciter de dolo, sed d. delicto habente particulare nomen, nam quod hoc casu non obstante quod dolus purgari possit per actionem à contractu prouenientem, detur quoque criminalis actio, est receptissima conclusio, quam pluribus comprobat d. decisio Pedemont. 137. numer. 17. & admittunt etiam ijdem exaduerso adducti Farinac. dicta quæstion. 19. nu. 37. & Honded. cons. 209. num. 59. post med. lib. 1.

Datur autem particulare nomen delicti contra aduersarios, dum ex processu liquet, ipsos non obstante, quod in capitulis super ædificanda hac domo initis conuenerint expressè, quod fabrica fieri deberet de bona materia, & quod tam parietes, quam fundamenta deberent esse bona, benè facta, & recipientia, nihilominus fundamenta, ac domũ tali vitio fabricarunt, quod fabrica est malè fundata, ob parua, & insufficientia fundamenta cellæ vinariæ superficiem non excedentia, facta ex praua, & vitiosa materia, itaquod hactenus ab imo ad summum ex omni latere tales fecit conspicuas fracturas, vt impossibile sit, quin ruinam proximã patiatur, cũ immò iam esset passa, nisi pluribus puntellis substineretur, qui tamẽ tempore accedẽte, vbi terra propterea erit mollificata neque erunt sufficientes, adeoquod ruina est certa, liquet inquam tam ex accessu Iudicis ad illam, & peritorum formiter electorum relatione, quibus prop-
5 terea est standum, vt in puncto per mod. tractat. ad defens. in 4. defens. circa corpus delicti, capit. 9. numer. 3. ante med. vers. vel si aliqui alia, & ante eum Menoch. vbi infra, quàm etiam ex ipsa vnius ex aduersarijs confessione, dum non solum fatetur, in domo adesse facturas, sed etiam periculum ob parua fundamenta; etenim licet huic confessioni adijciat qualitatem, quod hæc ideo fecerit, quia ita hæc Pars voluerit, tamen contra ipsum probat, ex quo qualitas tanquam ha-
6 bens contra se præsumptionem tàm Iuris, ex l. cum de indebito, ff. de probat quam orientem ex dd. capitulis iuratis, est diuidua, Farin. de Reo confess. & conuict. quæstion. 81. numer. 110. Caball.
7 resol. crim. cas. 254. num. 1. siquidem intrat in hoc casu ob prauam, & adulterinam fabricationem non solum crimen falsi, vt per Lancell. Conrad. lib. 1. cap. 9. de Prætor. §. 3. tit. de falsar. nu. 23. ante fin. vers. & adde post Iacob de Bellouis. in pract. crim. in princ. num. 97. alias mihi lib. 1. capit. 8. in verb. falsarium, num. 6. sed etiam intrat crimen furti; subdolum enim, & occultum farandi genus est rem aliquam falsò, malitiosè, & excogitato animo corrumpere, atque ita simplices falsitatis fuco decipere, nam & quisquis tales res externo quodam, & apparente amictu adulterat, & ad deceptionem corrumpit, is dicitur etiam committere crimen falsi, inquit his verbis Iodoc. in enchirid. seu prax. rer. crim. cap. 119. de fals. num. 1 & seq. & cap. 123. de fals. per abus. num. 1 & 14. Farin. de fals. quæst. 150. num. 57.

Ac proinde quod in casu in quo venditur res immo-
8 bilis vitiosa latenti vitio, velut domus morbosa, vel cui aliud vitium latens inesset, teneatur venditor ad interesse, comprobat Menoch. de arbitr. cas. 282. num. 9. & seq. idque comprobat, cum etiam
9 venditor peccet, adeo quod neque in foro conscientiæ excusari potest, ex Sot. de iust. & iur. lib. 6. quæst. 3. art. 2. & Diu. Thom. 2. 2. quæst. 77. art. 3. vbi

post princ. loquitur particulariter de vendente domum ruinosam pro firma.

ARGVMENTVM.

Causa restitutionis in integrum an committenda sit cum retardatione pro Reo aduersus Fiscum, & Partem adhærentem.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum non datur Fisco in pœnalibus, nisi vbi agit de damno, et læsione euitanda.*
2 *Restitutionis in integrum Causa committitur pro Reo cum retardatione aduersus Fiscum.*
3 *Bannito competit de Iure restitutio in integrum.*
4 *Restitutio in integrum est species appellationis.*
5 *Fiscus vtitur Iure communi, vbi nō reperitur particulariter priuilegiatus.*
6 *Causa non dicitur criminalis, sed ciuilis, vbi pœna applicatur Parti.*
7 *Causa remittitur Iudici appellationis, non autem Iudici grauanti, vbi articulus exequutionis est dubius.*

CONSILIVM CCXXXIX.

NOn videtur dubitandum, quin etiam in criminalibus committenda sit Causa in integrum restitutionis cū retardatione, tum quia licet dubiū sit, an detur restitutio ad fauorem Fisci in pænali-
1 bus, & communis, ac recepta sit distinctio, quòd datur solùm, vbi Fiscus agit de damno, & læsione euitanda, ex l. auxilium, ff. de minor. quem in his terminis ita communiter intelligunt Cremen. sing. 23. Cephal. cons. 241. num. 63. Peregrin. de iur. Fisci, lib. 6. tit. 2. num. 12. in princ. & vers. quod in pœnis, prout & intelligendi sunt textus cum glo. in l. 1. C. de sent. aduers. Fisc. lib. 10. & in l. Imperatores, ff. de re iud. vt per Odd. de restit. in integ. par. 1. quæst. 3. art. 13. num. 79. & seqq. & cons. 35. num. 5. & seq. lib. 1. Farin. quæst. 101. num. 35. Rot. decis. 2. num. 2. ad fin. vers. sed in criminalibus, de sequestr. poss. & fruct. in nou.

Tamen non dubitatur, quin aduersus Fiscum detur
2 restitutio ad fauorem Rei cum retardatione ratione maioris præiudicij, vt in terminis post alios per Lancell. de attent. par. 2. cap. 18. de attent. restit. in integr. pend. num. 40. & seqq. vbi quod non solum datur restitutio, vbi iustè petitur, sed etiam vbi etiā aliqua daretur calumniæ præsumptio, dummodo de calumnia manifestè non appareat, & de hoc sūt text. non solum ad fauorem minorum, vt l. 1. C. si aduers. Fisc. l. in fraudem, in fin. §. minoribus, ff. de iur. Fisc. & l. si minori, C. eod. lib. 10. cum alijs per Peregr. de iur. Fisci d. lib. 6. tit. 2. num. 14. sed generaliter ad fauorem priuatorum aduersus Fiscum, vt l. 2. C. si aduers. Fisc. in 2. resp. vt etiam in puncto per Bald. in l. 2. ad fin. num. 4. C. si pend. appell. mors in-
3 teruen. vbi quod propterea de Iure datur bannito in integrum restitutio, & Vital. tract. de claus. in claus. nil nouari in integr. numer. 3. in fin. vers. ideo bannitus, & num. seq. tract. tom. 18. fol. 382.

Tum etiam quia in criminalibus, exceptis pœnis corporalibus, respectu pœnæ pecuniariæ licet. 25. applican. Fisco, sicut datur aduersus Fiscum appellatio facto deposito, vel præstita cautione in forma depositi ex Cōstitutionibus Pij Quarti, & Pij Quin-
4 ti, vt etiam per Farin. quæst. 101. num. 102. & seqq. ita danda est restitutio, quæ species est appellationis, Lancell. de atteat. d. par. 2. cap. 18. numer. 11. &
5 seq. & præsertim cum Fiscus, vbi particulariter non reperitur priuilegiatus, vtatur Iure communi, l. Fiscus, ff. de iur. Fisc. Boss. de Fisco, num. 76. Magon. decis. Lucen. 58. num. 2.

Respectu verò amissionis Causæ, pœnæ Parti applicatæ; quia non agitur de aliquo fauore Fisci, cum
6 imò etiam vbi pœna applicanda Parti prouenit ex delicto, Causa non dicatur criminalis, sed ciuilis, vt firmat post alios, Farin. quæst. 100. nu. 10. 11. 12. 13. 14. & seqq. vbi reiectis contrarijs firmat hanc veram, & magis receptam; supposito autem, quod commissio restitutionis sit signanda, neque dubi-
7 tandum est, quin sit dirigenda Gubernatori, cui iam fuit Causa appellationis commissa, cum nunquam hoc casu remittatur eius cognitio Iudici grauanti, Bart. in l. eos, num. 12. C. de appel. & ita semper seruat Signatura, vbi articulus exequutionis est dubius, Vestr. in prax. lib. 8. cap. vlt. num. 9. post versicul. sed hodie, Cassad. decision. 13. numer. 4. de rescript.

ARGVMENTVM.

An, & quando ex cancellatione in instrumento præsumenda sit falsitas.

SVMMARIVM.

1 *Cancellatio in dubio censetur facta tempore confectæ scripturæ, nec exinde falsitas argui potest.*
2 *Ex Cancellatione quam non approbat notarius, falsitas argui potest.*
3 *Cancellatio arguit falsitatem, quando discordat a prothocollo.*
4 *Assertioni notarij dicentis, scripturam, quam exhibet, esse matricem, creditur.*
5 *Periti probant recognitionem per comparationem cum scriptura indubitata ad exclusionem falsitatis.*
6 *Comparatio litterarum vti fallax in criminalibus non sufficit ad condemnandum.*
7 *Comparatio litterarum probat ad defensam eadem ratione, qua probat in ciuilibus.*
8 *Comparationem litterarum ipse quoque Iudicans ex se ipso dignoscere potest.*
9 *A Falsi pœna excusat qualibet causa etiam iniusta, et præsertim personam idiotam, et simplicem.*
10 *Cancellatio minus est suspecta, quando non impe-*
12 *dit, quominus prius scriptum intelligatur.*
11 *Scriptura suspecta non potest censeri matrix.*
12 *Falsitatis præsumptio ex vtilitate, et commodo cessat, quando non datur vsus.*
13 *Procurator non facit principalem suum incidere in pœnam sine speciali mandato.*

CONSILIVM CCXXXX.

REcepta est conclusio, quod cancellatio in dubio facta censetur tempore confecti instrumenti,

vel

vel scripturæ, & de ipsarum Partium voluntate, & quod falsitas exinde argui minimè potest, Bald. in l.1.in fin.vers. sed nunquid ista cancellatio, ff.de his, quæ in test. delent. & in l. nostram, num. 6. vers. sed numquid præsumatur,C.de testam. & in l.Labeo,§.1.col.2.vers.extra quæro, ff. de pact. vbi quod ita practicatur, & cons.305. num.1. ad med. vers. alias enim præsumeretur,lib.4. Alex. cons.70. num.4.vers.& in dubio,lib.1.Paris.cons.28.num.45. lib.2.Mascard.de probat. concl.257. num.1. & admittit Decian.cons.99.nu.3. & 47. vers. non obstat tertium,lib.2.Farin.de fals.quæst.153. num.39.

Licet autem ab hac conclusione recedatur, vbi vel
2 notarius cancellationem hanc improbat ex adductis per eumd. Farin. ead. quæst.153. num.101.vel
3 vbi instrumentum, in quo existit cancellatio, discordat à prothocollo, vel matrice, vt per Farin. ead. quæst. num.127.præsertim vbi notarius dicit
4 illum esse prothocollum, vel matricem, quia in hoc statur eius assertioni,vt in quæst. subsequenti 154.num.51.

Tamen in casu, de quo agitur, nullam habendam esse considerationem assertionis notarij,apertè cōuincitur in vtroque capite.

In primo, tum quia cū notarius totum instrumentū, in quo reperitur cancellatio,præter ipsam cancellationem, & superadditionem per annum loco biennij approbet eius manuscriptum, itaquod hec scriptura sit eiusdem notarij indubitata, proinde
5 meritò periti electi attestantes etiam, prædictam additionem esse eiusdem manu ex vtriusque litteræ comparatione probant defensionem huius Partis ad falsitatis exclusionem, l. comparationes,19. C.de fid.instr.Menoch.cons.199.num.11. Scacc.de iud.lib.2.cap.11.num.1061.& seqq.idem Menoch. de arbitr.cas.114.num.26. 27.& seqq. etenim licet
6 comparatio litterarum sit fallax, ac propterea in criminalibus non probet ad condemnationem, vt per Mascard.de probat.conclus.740.num.13. vers. attamen,cum alijs per Farin.d.quæst.153.num.118.
7 & seq. probat tamen ad defensam eadem ratione quia probat in ciuilibus, vt per eumd. Mascard. d.conclus.740.num.14.& Farin.d.numer.119.in fine.

Tum etiam quia comparatio quam ipse quoque
8 Iudicans ex se ipso potest dignoscere, vt per Scac. d.cap.11.eod.num.1061. coadiuuatur, imò etiam illius veritas demonstratur ex trium testium depositionibus affirmantium, dici audiuisse ab ipsis Colettis, qui contraxerunt, emendationem circa tempus redimendi sequutam fuisse de consensu ipsorum contrahentium; quamobrem hoc ipsum sufficere deberet ad euitandam pœnam falsi, cum
9 ab illa quælibet etiam iniusta causa excuset, & præcipuè personam idiotam, ac simplicem, vt per eumdem Farin. de fals. quæst.150. num.276 & 278 quandoquidem in his, quæ ad fidei scripturæ pertinent quæstionem in primis ad contrahentium voluntatem circa emendationem recurrendum esse,inquit textus in l.si vnus,12.C de testam.

Et præsertim dum cancellatio non fuit talis, vt prius
10 scriptum intelligi nequeat, nam illud reliquisse legibile magis ostendit scripturæ fidem,ex ratione Farin.d.quæst.153.num.42.

In secundo autem capite,quia cum,vt prædictum est, instrumentum, in quo existit cancellatio, approbetur ab ipso notario pro veridico, & reali, necesse est, quod illud, quod ipse notarius appellat prothocollum,seu matricem, non sit tale, postquam in substantialibus pluribus incompatibiliter di-
11 scordat; siquidem censeri nequit matrix magis probans scriptura illa, quæ est suspecta, vt post Bald.inquit Tusc. in verbo instrumentum,conclus. 248.nu.6.ad fin.quem sequitur.Farin. d. quæst.153. num.122. & benè per Cyn. in l. in exercendis,nu.2. ante med. vers. ergo nec instrumento, C. de fid. instrum.

Sed cessat prætereà difficultas, quia non constat Pistonum fuisse fabricatorem falsi, nisi ex præsump-
12 tione commodi; hæc autem præsumptio cessat, quando non datur eiusdem scripturæ vsus, vt ex Boss.in tit.de indit.num.58.vers.& si dicas, firmat Farin. d. quæst. 153. numer. 211. in hoc autem
13 casu cessat vsus, cum assertus procuratoris vsus ex productione huius instrumenti non possit facere incidere principalem in pœnam absque speciali mandato,l.3.§.si procurator,ff. quod quisque iur. Honded.cons.96. num.19.& seq. lib.2 Surd.consil. 28.numer.80.& consil.388.num.6. Seraphin.decis. 969.num.6.

ARGVMENTVM.

Scriptura priuata cum apostilla, seu additione an,& quando habeat exequutionem paratam vigore obligationis Cameralis non obstante cancellatione.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura suspecta licet ex testibus comprobetur,non tamen habet paratam exequutionem sed requirit iudicium ordinarium.*
2 *Cancellatio in dubio facta præsumitur tempore confectæ scripturæ,& de Partium voluntate.*
3 *Apostilla,seu additio facta præsumitur tempore cōfectæ scripturæ de voluntate Partium,non autem ex interuallo.*
4 *Obligatio Cameralis in scriptura priuata etiam sine facultate extendendi habet exequutionem paratam.*
5 *Exequutionem paratam non habet scriptura,quando agitur de comprobando toto eius tenore per testes secus si de aliqua parte,etiam substantiali.*
6 *In Apostilla scripta, vel approbata a Parte cessat suspicio,nec attenditur diuersitas atramenti.*
7 *Recognitio scripturæ per testes non immutat processum exequutiuum.*
8 *Scriptura priuata etiam trino teste non munita concurrit cum publico instrumento quando eius veritas probatur vel adminiculatur.*
9 *Creditor habens a debitore pignus in manibus præfertur alijs creditoribus carentibus hypotheca.*

CONSILIVM CCXLI.

PRælatio iure competit huic Parti in quocumque iudicio, quia Pars aduersa fabricat super supposito,quod scriptura,de qua quæritur,sit suspecta,&
1 ex hac suspicione infert,quod licet ex testibus eius fides comprobetur,non tamen hoc casu paratam habeat exequutionem, sed opus sit iudicio ordinario,ex Bald.in l.1.num.2.C.vt in poss.leg.Felin.in

c.ex litteris,num.15.vers.noto 6.de fid. instrumen. Menoch. de adipisc. rem. 4. num.705. & seq. Surd. cons.263.num. 12, & seqq. Galles. de oblig.Camer. quæst. 26. num.1.vers. quibus in proposito, & nu. seq. cum alijs per Zacch. quæst.27. num.5. sed sup-
2 positum non subsistit in Iure, quia quemadmodū cancellatio in dubio facta censetur tempore cōfectæ scripturæ, & de ipsarum Partium voluntate, Bald. in l.1.in fin. vers. sed, numquid ista cancellatio,ff. de his, quæ in testam. delent. & in l. nostram,num.6. vers. sed numquid præsumatur,C. de testam. & in l. Labeo,§.1. col.2. vers. extra quæro, ff. de pact. vbi quod ita practicatur, & cons. 305. num.1. ad med. vers. alias enim præsumeretur, lib.4. Alex.cons.70. num.4. vers. & in dubio, lib.1. Paris. cons.28. num.45. lib. 2. Mascard. de probat. conclus. 257.num.1. Farin. quæst. 153. numer.39.
Ita quoque apostilla, seu additio præsumitur facta
3 eodem tempore, quo confecta fuit scriptura de ipsarum Partium consensu,non autem ex interuallo ex veriori,& magis recepta, vt per eumdem Farin. d. quæst.153. num.24.& in his terminis Zacch. de oblig. Camer. quæst.27. num.11.

Atque ideo nihil impedit, quin scriptura priuata cō-
4 tinens Cameralem obligationem, etiam sine vlla facultate extendendi habeat exequutionem paratam,Greg. decis.328. num.1. Rot. apud Zacch. de oblig. Camer. decis.91.num.1. & seq. & decis.104. num.5. vers. nec dubium.

Cessantque dubitationes in hoc casu, tum quia con-
5 clusio contraria procedit, vbi funditus agitur de probando toto tenore scripturæ per testes, secus in aliqua parte, vt per Galles. exaduerso allegatum de oblig. Camer.d.quæst.26. num.3.siquidem [illegible] agatur etiam de parte substantiali exaduer [illegible] requirit.

[illegible] quia non solum scripturæ ipsius euidē-
6 tia liquet additionem interlineatam esse scriptam manu eiusdem Rocchi debitoris, quo casu cessat omnis suspicio, vt fortius in apostilla aliena manu,approbata tamen à Partibus per Farin.d.quæst. 153. num.12.post princ.vers. nisi fuerit approbata, adeo vt hoc casu neque ratio aliqua diuersitatis atramenti sit considerabilis, vt per eumdem num. 158.sed testes in recognitione de hac veritate de-
7 posuerunt, quandoquidem recognitio scripturæ, priuatæ non immutat processum exequutiuum, Rot.d. decis.91.& 104.apud Zacch. cum alijs supra allegatis, cùm recognitio Parte opponente sit necessaria, & alioquin nulla scriptura priuata recognita haberet processum exequutiuum cuius tamen contrarium passim seruatur, Oldr. cons.237. nu.6.Cap itaqu.decis.117.num.3.& seq. par.3. Rot. decis 143.num.2 par.2.recent.

Quoad verò iudicium ordinariū res caret omni difficultate tam respectu obligationis, cùm illa lega-
8 tur, quam præferentiæ, tum quia scriptura priuata quamuis trino teste non munita, tamen concurrit cum credito ex publicis instrumentis, vbi non solum eius veritas est probata, vt in hoc casu sed duntaxat adminiculata, Seraphin. decis.879. num.3. & decis.1221.num.1. Card. Caualer. decis. 446.num.7. Buratt.decis. 719. num.8.

Tum etiam quia nullus ex creditoribus concurrenti-
9 bus supponitur cum hipotheca; creditoribus autem non habentibus nisi solam personalem absq; dubio præferendus est D. Lucas in pignore,de quo agitur, cùm illud habuerit à debitore, & habeat in manibus,l.eos 9.C. qui pot. in pign.hab.l. creditor,12. §. si primus,ff.eod.

ARGVMENTVM.

An immutatio temporis celebrationis instrumenti quando nec nocuit, nec fuit apta nocere, criminaliter puniri possit.

SVMMARIVM.

1 *Attestationi iuratæ magis creditur quam non iuratæ.*
2 *Necessitas excludit donationem.*
3 *Falsitas nec actu, nec habitu præiudicialis tertio non meret. r pœnam.*
4 *Falsi pœna cessat stante primordio veritatis.*
5 *Falsitas non datur sine immutatione veritatis in substantialibus.*
6 *Delictum vbi non datur,cessant inditia.*
7 *Aequiuoci actus interpretationem recipiunt exclusiuam delicti.*
8 *Communio in re dari potest sine societate.*
9 *Criminalitas cessat, quando dolus non transit in particulare nomen delicti, sed purgari potest ciuiliter actione descendente ex contractu.*
10 *Furti nomen cessat, vbi res habet originem a contractu.*

CONSILIVM CCXLII.

NOn videtur alicui criminalitati locum esse contra D.Laurentium neque ex primo, neque ex secundo capite; nam quoad prætensum donatiuū scutorum 50. quamuis in notula expensarum reperta penes D. Spadam scripta, & recognita per D.Paulum legatur adnotata partita de dictis scu-
1 tis 50.tanquam donatis ipsi Laurentio,tamen idē Paulus in depositionibus suis iuratis, quibus magis est standum, Pindar.de testib. cap.11. num.1.& seqq.vbi plures adducit rationes, Surd. cons. 132. num 33.& seq. lib. 1. declarat,solutionem fuisse ex causa emolumentorum officij ratione rogitus pro duobus publicis instrumentis, omnibusque alijs
2 actibus, quapropter necessitas in hanc causam soluendi excludit omnem prætensam donationē, l.rem legatam,ff.de adimen.legat. Peregr.cons. 15. num.4.in fin.lib.5.

Quoad verò secundum caput prætensæ falsitatis ex immutatione temporis celebrationis instrumenti super communicatione partiti inter eosdem Spadam,& Paulum,minus delictum, aut criminalitas aliqua Laurentio imputari potest, quia præ-
3 tensa immutatio nec actu nocuit, nec habitu nocere vnquam potest cuiquam tertio,quo casu,neque etiam locus est alicui pœnæ extraordinariæ cessante dolo,qui absque dubio cessat,vbi prætensa immutatio,seu falsitas aliquem non iuuet,Surd. decis.282.num.18.& seqq.Honded.cons. 109. num. 55.& seqq.lib.1.Farin.de fals. quæst.150. num. 336. & 338.

Quod autem neque etiam habitu pretensa immutatio nocibilis esset, apertissimè constat, quoniam idem Paulus,in quo Curia se fundat deponit, scripturam, & tenorem instrumenti totum esse verū, præ-

præterquam quoad diem,& mensem,& expressionem temporis sententiæ, vt quia tunc non esset lata,vt loquitur instrumentum,sed ferenda secundum eius assertionem ; supposito autem vero tenore instrumenti, quia in eo expressè inter contrahentes disponitur, quemlibet teneri viriliter pro sua rata,non autem in solidum, proindè aut Curia prætendit, obligationem solidi resultasse ex ipso instrumento communicationis partiti,& obie
4 ctum cessat,stante d.pacto, cum ex illius veritate, quantum attinet ad instrumentum constet ex primordio veritatis solidi obligationem excludi,l.cū filius,78.§.hæres meus,vbi Bart. Alber. & Imol. ff. de leg.2.Grammat.vot.26.num.12. Aym. conf. 96. num.8.Clar.§.falsum, num. 34. Honded.consil.99. num.37.post princip.lib.2.Sard.consil.173.numer. 50.lib.2.

Ideoque nunquam aliquid redargui potest de falso,
5 quando non fuit immutata veritas, l. quid sit falsum,ff.de fals.Gabr.conf.169.numer.14.& 19.lib.1. Hond.d.conf.99.n.37.lib.2.

Nec immutatio circa solum tempus falsitas dici potest,cum stante supradicto pacto non concernat substantialia,Bald.conf.54.num.2.lib.1.& conf.323. num.1.lib 4.Anchar.conf.173.in prin.ideoque non omnis immutatio baptizari potest pro falsitate, inquit Bart.conf.199.in princ.lib.1.& probat tex. in d.l.quid sit falsum,ff.ad leg.Cornel.de fals. Alex. conf 73.num.5.lib.1.

Aut Curia prętendit solidi obligationem resultare, supposito instrumento prædicto ante prolationē sententiæ ex actibus gestis nomine Spadæ, ex quibus eliciuntur coniecturæ, & inditia per Curiam prætensa,aut ex ipsa sententia, vt quia ex instantia communi nomine Pauli,& Spadæ resultet societas in delinquendo obligatiua ad solidum, & vtroque
6 casu excluditur criminalitas,& delictum, ac proinde omnia etiam prætensa inditia, Boss.de delict. num.26.ante fin.vers.nam qui vult probare, Bald. conf.465.num.1.2.3.& seq.lib.4. Paris. conf.167. num. 1.ante fin.lib.4.Gram.conf.crimin.36. num.8. post med.vers.& sic vbi.Caball. resol.crim. cas. 286. nu. 3.& seq.

Et præcipuè quia primo casu coniecturæ, & inditia exaduerso prætensa non solum imperfecta sunt in suo genere,quia ex actis, & gestis pro interesse Spadæ non resultat societas, cum interesse ipsius consisteret in vsufructu, seu commoditate illius pro locis montium 80. emptis pretio scutorum
7 2100.ac propterea actus tanquam equiuoci magis interpretandi sint delicti exclusiui, l.meritò, ff. pro soc.Rot.decis.106.num.7.par.2.diuers.

Sed etiam quia non sequitur, communicatum fuit partitum ante sententiam, ergo inter Paulum, & Spadam societas desuper intercessit, quandoqui-
8 dem absque societate potest res communis esse inter plures, text.est in l.vt sit pro socio, ff.pro soc. Decian.conf.96.num.4.& 5.lib.2.

Secundo autem casu,quia ex impetratione sententiæ communi nomine non insurgit delictum, ex quo
9 quando etiam fuisset dolosa impetratio,cum illa non transeat in particulare nomen delicti, cessat criminalitas,& satis est, quòd dolus purgari possit ciuiliter actione descendente ex contractu, vel quasi,Bald.conf.14.num.3.& conf.seq.num.1.lib.1. Corn.conf.366.num.12.& 32.lib.3. Rolan. conf.75. num.31.lib.1.Aym.conf.6.num.105. Menoch.conf. 98.num.82.& seq.lib.1.Honded.conf.109.num.59. lib.1.Bertaz.conf.crim.129.num.13. lib. 1. Farinac. quęst.19.num.37.

Cum immò etiam furti nomen semper cesset,vbi res
10 habet originem à contractu,Alber.in l.inficiando, num.5.ff.de furt.Plot.de in lit.iur.§ 6.num.27.vers. vndecimo, Pract. Conrad. §.3. de offic. Presid. in Caus.crim.tit.de furib.num.7. vers. in hac re, & est text.in l.procurator, 55.ff.mand.

ARGVMENTVM.

An sit locus pœnæ falsitatis ex partitis in libro priuato descriptis cum antidata.

SVMMARIVM.

1 *Ad Falsitatem requiritur immutatio veritatis, & præiudicium tertij.*
2 *Falsitas committitur scribendo, dicendo, faciendo, aut vtendo.*
3 *Tempus in præcedenti instrumento adnotatum censetur repetitum in subsequenti.*
4 *Falsitas non inducitur ex sola vi relationis.*
5 *Error magis præsumitur quàm falsitas.*
6 *Omissio,vel silentium sine probatione doli non est punibile criminaliter, sed datur actio ad damna, & interesse.*
7 *Liber priuatus per modum memorialis nullam fidem facit.*
8 *Omisso in libro priuato vti nec actu, nec habitu nocibilis nullam meretur pœnam, neque extraordinariam.*

CONSILIVM CCXLIII.

Crimen falsitatis nequit in casu, de quo agitur, imputari,quia nullibi apparet immutata veri-
1 tas,l.quid sit falsum,ff.de fals. nec circa substantialia,nec cum præiudicio tertij,Bald.conf.54.num.2. & conf.323.num.1.lib.4. Anchar.conf.173. in prin. Gabr.conf.167.num.14.& seq.lib.1. Honded.conf. 99.num.37.lib.2.

Etenim nullus ex modis, quibus falsum commicti-
2 tur,applicabilis est in hoc casu, cum nihil hebræus hic falso scripserit,dixerit,fecerit, aut vsus fuerit, extra quos casus falsum non committitur,Menoch.de arbitr.cas.316.num.1. & seqq. Mascard. de probat.conclus.739.num.16.lib.2. Baiard. ad Clar. §.falsum,n.6.& seq.

Nec obstat,quòd falsitas consistat in scriptura, quatenus prætenditur partita descripta cum antidata,quoniam partita particularis,de qua quæritur, nullam habet explicitam antidatam,aut temporis adnotationem non veram,sed Fiscus dumtaxat interpretatiuè falsitatem elicit, sub prætextu, quòd in partita,de qua agitur, repetenda sit data, seu tempus scriptum,& adnotatum in vltima antecedente partita habente temporis expressionem; hinc autem nullo iure elicitur falsitas, tum quia
3 huiusmodi interpretatio fit solum in vim relationis temporis præcedenter adnotati, vt per Bald.& alios communiter in l.si quis ex argentarijs, §. si initium,ff.de eden. Rota coram Buratto decis. 10.
4 num.20.falsitas autem nunquam prætendi potest ex sola vi relationis, Roman.conf.301. numer. 11. post princ.vers.tamen,vbi Imol.conf.101.num. 3.

Alex.consil.71. numer.2. lib.3.

Tum etiam quia non probatur, nec probari potest in hebræo aliquis dolus, imò neque aliquod lucrũ seu commodum in omissione datæ, & adnotatione temporis in hac particulari partita, ex quo fundamento duo insurgunt clarissima, alterum, quod
5 propterea magis præsumendum est, huiusmodi omissionem processisse per errorem, Menoch.cons. 98. num.28.lib.1. Farin. de fals. quæst. 150. nu.273. & seqq. vbi plurimos adducit, Rot.decis.111.nu.1. par.2. diuers.& decis.135.num.15.eadem par.2.

Alterum quod licet in aliquibus casibus falsitas cõmitti possit etiam silentio, & omissione, tamen
6 nunquam sine probatione destinatæ malitiæ silentium, vel omissio punibilis est criminaliter, sed solum datur ciuilis actio contra omittentem ad dãna, & interesse, vt plenè per Iodoc. in praxi crim. tit. de falsit.per silent.cap.124. num.3.

Sed cessat omnis dubitatio ex qualitate libri, in quo
7 legitur hæc partita, cum enim ex defectu requisitorum sit liber priuatus per modum folius memorialis, ac propterea nullam fidem faciens, vt firmauit Rota loquens de partitis hebræorum carentium requisitis in Romana pignorum 14. Iunij
8 1602. coram Cardinale Millino, proinde omissio in illo, cum non fuerit nec actu, nec potentia nocibilis, nullam mereri potest pœnam, neque etiam extraordinariam, Surd. decis.282. num. 18. & seqq. lib.1. Farin. de fals.d. quæst.150. num.336. & 338. & cons 160. num.10. & cons. 179. num.20. Becc. cons. 78. numer. 15. & seqq. lib.1. Hect.Felic. alleg. 18.num.33.34.& seq. vbi de communi par.1 & alleg.19.num.19.

Et præsertim cum vis non sit in tempore ex adductis per eundem Farin.quæst.156.n.56.

ARGVMENTVM.

De excusatione testium à prætensa falsitate eorum depositionis.

SVMMARIVM.

1 *In Falsitatis crimine requiritur probatio corporis delicti.*
2 *Summarium non sufficit pro corpore delicti falsæ depositionis testium.*
3 *Identitas, quæ præsumitur in ciuilibus, non præsumitur in criminalibus.*
4 *Veritate possibili in esse posita nunquam necessario insurgit falsitas.*
5 *Testibus duobus affirmantibus magis creditur quam mille negantibus.*
6 *Testes deponentes super negatiua non coarctata efficiunt r suspecti*
7 *Testes, qui aliquid dicunt non audiuisse, non probant negatiuam.*
8 *Testium debet esse testimonium, non iudicium.*
9 *Diuisio præsumitur spatio decennij.*
10 *Administrationis ratio rerum communium præsumitur reddita post decennium.*
11 *Testibus verisimilia deponentibus magis creditur.*
12 *Error in teste magis præsumitur quam falsitas.*
13 *Ad Falsitatem excludendam interpretatio fit supplendo, & subaudiendo per verborum impropriationem*
14 *Qualitas delicti non datur sine substantia.*

CONSILIVM CCXLIV.

Indebitè vexantur DD.Mercurius, & Horatius occasione prætensæ falsæ eorumdem depositionis, tum quia de corpore afferti delicti non constat, si-
1 cut necessario requiritur etiam in crimine falsi, quamuis illud dicatur probari ex coniecturis ex communi, quam pluribus comprobat Farin.de inquisit.quæst.2.num.21.siquidem pro corpore delicti suffragari non possunt depositiones, quæ factæ dicuntur in Causa ciuili, cum in actis de illis non
2 constet, & assertum illarum summarium nihil faciat, dum in eo nomina illorum non leguntur, qui sic deposuisse prætenduntur; quapropter deficit
3 etiam identitas, cuius probatio necessaria quoque est in criminalibus, itaquod vbi præsumitur in ciuilibus, non tamen præsumitur in criminalibus, Aym.cons.242.num.2.Bertaz.cons.251. numer.39. lib.2.vbi loquitur in prætensa falsitate testium, sicut etiam in hac idem firmat Farin. cons.108. numer.40.ad fin.lib.2.

Tum etiam quia ex deductis exaduerso non resultat impossibilitas veritatis eorum, quæ in depositioni-
4 bus prædictis leguntur, & de Iure certum est, possibili veritate in esse posita nunquam necessariò falsitatem insurgere, Boss.de fals. numer. 133. Bertaz. cons.140.num.10.& seq.lib.1. Decian. cons.78. nu. 8.lib.1.Honded.cons.109.numer.34. & seqq. lib. 1. Surd.cons.132.num.20. Rot.in Valentina prætensæ illegitimitatis 9. Februarij 1609 coram Caualerio post lib.2.cons.Farin.decis.267.n.7.

Constat autem impossibilitatem prædictam minimè resultare, quoniam diuisio societatis vaccarum, & acceptio illarum ob onus census susceptum à Germancllo, de qua testes tam in reuelatione metu excommunicationis de anno 1612. quam deinde in actis ciuilibus deposuerunt, non excluditur a depositionibus criminalibus; primò quia testes tã in dicta reuelatione, quàm in processu ciuili deponunt super affirmatiua, qui verò in criminali, super
5 negatiua; conclusio autem est indubitata, quòd non solum magis credendum est duobus testibus affirmantibus, quàm mille negantibus, Boer.decis. 100.num.5.Seraphin.decis.607. num. 2. Rot. decis. 335.num.2.par.1.diuers.& in Oscen.salarij 22.mar-
6 tij 1613.coram R.P.D.Vbaldo, sed deponentes super negatiua, & præsertim non coarctata efficiuntur suspecti, vt per Farin.de testib. quæst.65. n.205. & seqq.

Secundò quia testes Curię, ac adhęrens, neque etiam
7 negatiuam concludunt, quandoquidem in eo, quòd dicunt, nunquam audiuisse, societatem hanc fuisse diuisam, nihil faciunt, Caputaq.decis.275.nu. 2.par.3.in eo verò, quòd dicunt, societatem durare, ijs credendum non est, ex quo testium debet es-
8 se testimonium, non iudicium, Oldrad.cons.220.n. 6.Ias.cons.157.num.6.lib.4.Caputaq.decis.270. nu. 5.& seq.par.3. & præsertim cum eorum iudicium appareat fundatum ex auditu ab alijs, qui non releuat, l.testium, C.de testib.cap.licet ex quadam, eod.tit.

Tertio quia magis vndique verisimilis est reuelatio, & depositio in ciuili, quàm in criminali ex circumstantijs, & adminiculis ponderatis in facto, & signanter, quia etiam testes contrarij fatentur, fuisse factam belluarũ æstimationem, & constat deinde,

de, animalia fuisse possessa pro diuiso, dum altera tantum Pars soluit herbaticum, & expensas, & possessio huiusmodi pro diuiso continuata fuit spatio viginti sex annorum, nullis interim interuenientibus actibus inferentibus societatem, sed illam excludentibus; nam cum exinde etiam spatio solius
9 decennij diuisio præsumatur, Rimin.cons.367.nu. 1.2.& seq.& cons.300.num.63.lib.2. Corn. cons.37. num.3.lib.3.& cons.10.num.17.lib.2. Tiraq.de cõmuni, de præscript.glo.4.§.1.vers.14. adeoquod e-
10 tiam ex lapsu huius temporis ratio administrationis rerum prius communium præsumitur reddita, Bero.cons.191.num.12.& 40.lib.1. vtique lo-
11 cus est conclusioni, quod magis testibus verisimilia deponentibus fides sit adhibenda, l.ob carmen, §.si testibus, ff.de testib. c. licet causam, de probat. Bertaz.cons.373.num.4.lib.2.accedentibus præcipuè exceptionibus deductis in facto.

Nec obstat, quod Mercurius in primo examine dixerit, societatem durasse quindecim, aut viginti annis, ac proinde falsa inferatur diuisio probata infra sexennium, tum quia cum idem Mercurius asse-
12 rat, societatem verè fuisse diuisam, concordans propterea in substantia, non est attendenda eius assertio circa qualitatem temporis, cum in hoc magis præsumendus sit error, quàm falsitas, vt per Rot.decis.135.num.15.par.2.diu.

Tum quia societas in eisdem animalibus durauit dicto tempore cum alijs personis, & in hoc tempore
13 durationis interpretanda est assertio ad effectum saluandi asserentem à falso, Bald.in l.fin. C.de iid. instr.Clar.§.falsum, ver.item Iudex. cum ad huiusmodi effectum capienda talis sit interpretatio etiam supplendo, & subaudiendo per verborum impropriationem, Boss.de fals.num.134.Gabr.consil.169.num.4.in fin. lib.1. Farinac. de testib. quæstion.67.numer.106.& seqq. & consil. 164. numer. 16.lib.2. Rot. decision.607. numer. 4. par.1. in recent.

Semota autem falsitate in testibus frustra obijcitur
14 principali subornationis prætextus, quia non datur in delictis qualitas sine substantia entis, Boss. de delict.num.26.ante fin. vers. nam qui vult probare, Bald.cons.465.numer.1.2.3.& seq.lib.4. Paris. cons.167.num.11.in fine, lib.4.Gram.cons.crim.36. num.8.post med.vers.& sic vbi.Caball. resol. crim. cas.286.n.29.& seq.

ARGVMENTVM.

De excusatione à prætensa falsitate, quãdo liber magister discordat a libris giornalis, & introitus, & exitus.

SVMMARIVM.

1 *Criminalitate cessante non potest Iudex criminalis procedere quoad Causam ciuilem.*
2 *Ad Libros giornalis, & introitus, & exitus, vti ad prothocollum, & matricem recurritur, quando ab eis discordat liber magister.*
3 *Falsitas euitatur, vbi haberi potest recursus ad originale, cum diuersitas, et discrepantia præsumatur potius ex errore.*
4 *Veritatis primordium excludit falsitatem.*
5 *Falsitas vbi non nocuit, nec potuit nocere, cessat criminalitas etiam respectu pænæ extraordinariæ.*
6 *Ratio administrationis reddi etiam potest ex chartulis non colligatis, et folijs volantibus.*
7 *Demonstratio non exigitur rei demonstratæ.*
8 *Pluralitas non præsumitur.*
9 *Ex recognitione scripturæ cessat suspicio.*
10 *Variatio testis circa non substantialia non attenditur.*
11 *Falsitas non datur sine immutatione veritatis.*
12 *Administratori generali cum libera non censetur data facultas, vt dominum faciat incidere in criminalitatem.*
13 *Ex Præpositi delicto non datur actio criminalis contra præponentẽ ad pænam, sed ciuilis ad interesse, etiamsi ille deliquerit in officio.*

CONSILIVM CCXLV.

NVlla prorsus criminalitas excogitari potest in casu, de quo agitur, nec respectu prætensæ falsitatis librorum huius affictus, nec respectu præ-
1 tensæ fraudis in duplicatione partitarum, ad quæ duo capita datur querela per D. Ioffredam, ac propterea cessante criminalitate cessat quoque iurisdictio quoad Causam ciuilem, adeo quod non solum iniustitiæ, sed nullitatis vitio sententia laboret, l. solemus, 61. §. latrunculator, ff. de iud. Honded.cons.99. num.12. lib.2. Crescent. decis.5.num. 2.eod.tit. de iudic.

Non enim constat de aliqua prætensa falsitate, quia libri in hoc affictu retenti consistunt in libro nuncupato, entrata, & vscita, & il giornale, & in libro magistro; quoad priores libros introitus, & giornalis nulla prorsus in actis datur iustificatio ne quidem suspicionis, quinimmo nec libri impugnãtur; quoad verò librum magistrum, ad quem restringitur pretensio falsitatis, nihil etiam iustificetur,
2 tur, nec iustificari potest, tum quia cum liber magister conficiatur, prout hic, de quo quæritur, factus apparet, ex spolio aliorum librorum giornalis, & introitus, & exitus, ad hos libros tanquam ad prothocollum, & matricem semper est recurrendum, Stracc.de mercatur.par.2.num.51.Alciat. cons.64.num.5.& seqq. tom.2.lib.6. præsertim cum liber magister ad alios libros prædictos etiam mediãte indicatione particularis loci se referat, Rot. Ianuen.decis.173.num.6.& ad exclusionem falsitatis Rot. in Romana affictus 16. Februarij 1618. & 29.Ianuarij 1622.coram R.P.D.Pirouano, cum &
3 regula generalis sit quod falsitas semper euitatur vbicumque haberi potest recursus ad originale, ex quo illo stante discrepantia, & diuersitas quæcumque magis præsumenda est per errorem, quam ex dolo, vt per Bald.in l. nec exemplum, nu. 5.C. ad leg. Corn. de fals.

Tum etiam quia stante existentia dd. librorum gior-
4 nalis, & introitus, & exitus, sicut ex ijs constat de primordio veritatis exclusiuo falsitatis, l. cum filius, 78.§.hæres meus, vbi Bart. ff. de leg.2. vbi etiam Alber. & Imol.Gram. vot.26.num.12.Aym. cons.46. numer.8. Foller. in prax. crimin. in 2. par. princ. vers. item quod commisit falsitatem, num. 35. Clar. §. falsum, num. 34. Surd. cons. 273. num. 56. lib.2.Honded.cons.99.num.37.post princ.lib.2. ita quoque cũ ex veritate huius primordij omnis
5 illius immutatio, si quæ adesset in libro magistro, nec actu, nec habitu Parti aduersæ nocere potuerit, omnis cessat criminalitas etiam respectu cuiuscum-

iuicumque prætensæ pœnæ extraordinariæ, Surd.
decis. 282 num. 18. & seqq. Honded. cons. 109. num.
55. & seqq. lib. 1. Farin. de fals. quæst. 150. num. 336.
& 338.

Sed veritas est, quod nec immutatio veritatis in libro
magistro legitur, nec liber iste magister in eius es-
sentia falsificatus, quicquid exaduerso ad confin-
gendam huiusmodi immutationem deducatur, nã
nihil refert, quod liber magister dicatur compila-
tus ex pluribus diuersis quinternis malè colliga-
tis, cum nihil prohibeat, quin ratio reddi sufficien-
ter possit ex libris giornalis, & introitus, & exitus,
6 cum immò de Iure reddi quoque possit ex chartu-
lis non colligatis, ac folijs volantibus, Calcan. cons.
91. col. 2. ad med. vers. sed prius incipere, & consil.
95. per tot. Afflict. decis. 360. num. 4. vers. in contra-
rium, & num. seqq. Aym. cons. 275. num. 2. vers. & in
terminis, & num. seq. Plot. de in lit. iurand. §. 5. nu.
37. vers. primo contra, Ias. cons. 111. numer. 8. lib. 1.
Rota in Romana tutelæ de Astallis 16. Decembris
1585. & in Romana tutelæ de Masso 23. Ianuarij
1587. coram Gyptio, in Romana redditionis com-
putorum 14. Maij 1593. coram Litta, & In Meliten.
reuisionis computorum 30. Octobris 1595. coram
bon. mem. Cardinali Pamphilio.

Et præsertim cum hic liber magister à tribus diuersis
personis fuerit compilatus, qui eum recognoue-
runt ratione tam eius partis, quam quisque con-
scripsit, quàm aliarũ partium ab alijs compilatarũ,
nam proinde concludentissimè probatur essentiæ
illius identitas per demonstrationem dicti libri
singulis factam, adeout maior demonstratio exigi
7 nequeat, Castr. in l. demonstratio, ff. de cond. & de-
monstr. Mascard. de probat. concl. 874. numer. 3. eo-
que magis, quo concurrit cum hac recognitione
8 Iuris præsumptio, quod pluralitas librorum non
sit præsumenda, glos. in l. omnium, in verb. compro
batur, vbi etiam Alex. & alij, C. de testib. Bald. in l.
neque natales, col. 2. C. de probat. Aym. cons. 138.
num. 1. Neuiz. cons. 24. num. 14. Menoch. præsumpt.
15. numer. 8. lib. 6. Rot. decis. 620. numer. 6. par. 2.
recent.

Nec obstat quod Paulus primus compilator dicti li-
bri magistri in primo dicto recenseat qualitates li-
bri discordantes, quia deinde se correxit, exprimẽ-
do veras qualitates, illasque recognoscendo, ratio-
nem reddens primi dicti, quod tunc de dictis præ-
cisis qualitatibus non recordabatur; variatio autẽ
hæc nullius est momenti tam ex eo, quod sufficit
9 recognitio formalis facta ab alijs duobus eiusdem
libri compilatoribus, ex qua propterea cessat om-
nis suspicio, l. 3. ff. de testib. c. licet causam, vbi Felin.
num. 8. eod. tit. Rot. decis. 315. num. 8. par. 1. recent.
10 quàm etiam, quia huiusmodi prætensa variatio nõ
est circa substantialia, Bald. cons. 54. numer. 2. lib. 1.
& consil. 323. numer. 1. lib. 4. Ancharan. consil. 173.
in princ.

Minus obstat adnotatio, quam in partita sui libri fe-
cit chartularius demonstrans, tunc temporis Vin-
centium habuisse librum intitulatum, libro mastro
di Correse, quodque cooperta huius libri fuerit po
sita libro magistro, qui exaduerso falsus prætendi-
tur etiam ex additione plurium quinternorum fa-
cta per eumdem chartularium, quia & hæc omnia
nihil inferunt ad crimen falsi; etenim nihil prohi-
bebat, quin Vincentius mediantibus dictis tribus
compilatoribus primo dicto libro noluerit vti, sed
illo cæpto prius in quinterno chartæ realis, & de-
inde ob insufficientiam alijs superadditis, cum nũ-
11 quam falsitas redargui possit, nisi quando fuerit
immutata veritas, l. quid sit falsum, ff. de fals. Gabr.
cons. 169. num. 14. & seq. lib. 1. Honded. d. consil. 99.
num. 37. lib. 2. multoque magis, cum hæc omnia
palam fuerint gesta, vt per eumdem Gabr. d. consil.
169. num 9. lib. 1.

Quæ autem dicuntur de adnotationibus animalium
& aliorum prouenientium ex gestis à factoribus,
nihil faciunt ad criminalitatem contra Vincentiũ
12 tum quia neque etiam generalibus administrato-
ribus cum libera censetur à domino attributa fa-
cultas, vt ex eorumdem facto, vel delicto ipse do-
minus incidat in criminalitatem, l. 3. §. si procu-
rator, & ibi glos. & Doctores communiter, ff. quod
quisque iur. Honded. cons. 96. num. 19. & 20. lib.
2. Seraphin. decis. 969. num. 6.

Tum etiam quia circumscripta approbatione domi-
13 ni nunquam ex delicto præpositi datur actio con-
tra preponentem criminaliter ad pœnam, sed so-
lum actio ciuilis ad interesse *Partis*; quamuis de-
lictum probaretur in officio, glo. in l. obseruari, §.
proficisci, ff. de offic. Proconf. Roman. cons. 15. nu.
1. ad fin. Franc. Marc. decis. 423. num. 13. par. 1. ple-
nè Honded. d. cons. 96. num. 17. lib. 2.

ARGVMENTVM.

An citato, & monito pro nouo delicto concedi debeat saluus conductus pro aliis delictis, & an saluus conductus cõcessus reuocari possit.

SVMMARIVM.

1 *Saluus conductus ratione aliorum delictorum conceditur citato, ac monito ratione alicuius prætensi delicti. Et num.* 12.

2 *Saluus conductus siue iustus, siue iniustus seruandus est, vt fides publica seruetur.*

3 *Molestias, & vexationes pati dicitur is, qui prætenditur interrogari, & examinari super crimine.*

4 *Confessiones nocent, etiam si emanauerint in alio iudicio.*

5 *Inquietari, verbum, refertur etiam ad molestiam, & vexationem verbalem.*

6 *Securitas frangi dicitur, siue directè, siue indirectè fiat vexatio.*

7 *Saluus conductus quando est nullus, deuenitur ad reuocationem præuia intimatione, vel si fidatus fuerit captus, ad pristinam libertatis restitutionem.*

8 *Saluus conductus concessus ab habente potestatem seruandus est, etiam si alias concedi non debuisset.*

9 *Saluus conductus reuocari non debet, ne fidatus decipiatur in expensis veniendi.*

10 *Bannito pro aliquo crimine, si pro nouo delicto vocetur, danda est fidantia, alioquin contumax non reputatur, nec sententia condemnatoria est exequibilis.*

11 *Securitas non oblata bannito non petenti reddit processum nullũ pro nouo delicto ope exceptionis, ipso autem Iure, quando vel est petita, vel de præcedente banno constat* Curiæ *ex eisdẽm actis.*

13 *Inquisitio debet esse certa specifica, et clara continens omnes qualitates delicti, alioquin substineri non potest.*

CONSILIVM CCXLVI.

SAluus conductus, ac securitas D. Laurentio concessa non fuit ex gratia, sed iustitia, cum citato,
1 ac monito ad comparendum ratione alicuius prætensi delicti petenti hanc securitatem ratione alio rum sit concedenda, Boss. de citat. num. 35. & seqq. Decian. consi. 96. dicens, hanc conclusionem indubitatam, num. 4. 9. 11. seqq. & per tot lib. 3. cum alijs pluribus per Farin. quæst. 29. n. 85. & seq.

Sed siue securitas iusta fuerit, siue iniusta postquam
2 est concessa, & sub hac fide D. Laurentius se in carceribus constituit, debet illi seruari, ne sub fide publica decipiatur, l. 1. C. de his, qui ven. ætat. impetr. Magalott. de secur. & saluo conduct. par. 2. num. 6. Peguer. decis. 39. num. 2. & seqq. Farin. d. quæst. 29. n. 95 & cons. 131. num. 6. lib. 2.

Nec obstat, quod Curia non intendat à securitate recedere, sed duntaxat Laurentium interrogare de alijs pretensis excessibus, non ad effectum illum ex ijs puniendi, sed delictum duntaxat, pro quo fuit monitus, coadiuuandi; quoniam huiusmodi effectus videtur effectualis inobseruantia securitatis, stantibus verbis claris ipsius salui conductus, dum per illum expresse conceditur, quod durante Causa, pro qua fuit monitus, & per quatuor dies postquam fuerit finita, & ipsius excarceratio sequuta pro quouis delicto, seu alijs delictis, & imputationibus, de quibus quomodolibet processatus, inquisitus, seu condemnatus in quauis Curia Ecclesiastica, seu sæculari reperiatur, necnon de quibuscumque alijs contra ipsum in iudicio, vel ad notitiam Curiæ hucusque deductis, aut non deductis, molestari, aut inquietari aliquo modo non possit: quan-
3 doquidem absque dubio molestari à Curia dicitur ille, qui etiam circumscripta punitione criminaliter interrogatur, vt in puncto propterea vexari illum, qui examinari, & interrogari super crimine prætensæ falsitatis prætenditur, firmat Farin. cons. 110. num. 12. & seq lib. 2.

Etenim aut Reus, de quo interrogando agitur, non respondet, & subijcit se periculo torturæ pro habenda ab eo responsione, aut respondet, & satisfacit interrogatorijs absque prætensi delicti coadiuuatione, & frustrà agitur de deueniendo ad interrogationem, quæ ad actum reducta non proficit; aut non satisfacit, sed prætensum delictum, de quo in monitorio, coadiuuat, & grauatur Reus, ad se expurgandum ab huiusmodi coadiuuationibus, ac desuper suas faciendum defensiones, ne noceant
4 sibi confessiones etiam in alio iudicio, Boss. de examin. Reor. num. 1. & seqq. Clar. in prax. crim. quæst. 45. num. 6. vbi etiam Baiard. num. 4. Foller. pariter in prax. in verb. & si compareant, num. 8. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 86. num. 26. & seqq.

Sed difficultatem tollit verbum, vt præfertur, in eodem saluo conductu positum, ne possit pro alijs quibuscumque quomodolibet inquietari, nam
5 verbum inquietari, refertur etiam ad molestiam, & vexationem solam verbalem, l. 1. §. sexum, in verb. magistratum inquietans, ff. de postul. l. si quis seruum, 27. §. inquit lex, in verb. inquietat, ff. ad l. Aquil. l. 1. in fin. princ. in verb. inquietauit, vbi text. inquietationem vexationem appellat, ff. de vacat. & excusat. muner.

Cum immò securitas frangi dicatur siue directè siue
6 indirectè fiat vexatio, Gozad. cons. 27. num. 21. in fine, & seq. Farinac. d. quæst. 29. num. 3.

Reuocatio autem salui conductus iam pro tempore prefinito concessi, non ad effugiendam, vel suspendendam cognitionem delicti, pro quo Laurentius fuit monitus ad personaliter comparendum, sed vt aduersus illum comparentem de veritate eiusdem delicti facilius cognoscatur iuxta declarationem Bart. in l. is, qui Reus, num. 12. post princ. vers. præterea, ff. de public. iud. minimè admittenda videtur ad effectū, vt illo excarcerato, ac in pristina libertate reposito, nisi sponte iterum se constituat in contumaciam damnari possit, quoniam
7 excepto casu inualiditatis salui conductus, quo solum deueniri potest vel ad fidantiæ reuocationem præuia intimatione, vel si fidatus fuerit captus, ad pristinam libertatis repositionem, vt per Baiard. ad Clar. quæst. 32. num. 33. & alios per Farinac. quæst. 29. num. 95. & Giurb. cons. crimin. 57. num. 4 & seq.

Saluus conductus concessus ab habente potestatem
8 seruandus est, etiam si alias concedi non debuisset, Bart. in d. l. is, qui Reus, num. 12. propè finem, vers. dico tamē, quod fidantia, ff. de public. iudic. Alber. in l. præsenti, num. 8. post med. alias col. 3. in fine, vers. sed si hoc casu data, C. de his, qui ad Eccles. cōfug. Castr. cons. 425. num. 9. post princ. vers. contrarium dico, lib. 1. & de veriori, & magis communi, ac in praxi recepta idem Farinac. d. quæst. 29. num. 95. & 96. sub vers. prima opinio magis communis, Menoch. de arbitr. cas. 337. num. 5.

Neque enim dubitari potest, quin eadem ratio fundata, ne quis sub fide publica decipiatur, militet quoque ad huiusmodi effectum, ne securitas reuocetur, & præsertim, quando res non est integra, sed fidatus grauatus est in expensis veniendi in aduocatis, procuratoribus, & alijs necessarijs ad sui defensionem, cum alioquin magis sibi expediens fuisset, securitatem non concedi; beneficia namque
9 iuuare non decipere debent, itaquod, aut perpetua, aut nulli diminutioni subiecta esse debent, vt in his terminis benè probat Io: Andr. in addit ad Specul. sub tit. de accus. lib. 3. §. 6. in addit. magna ad fin. numeri 23. in verb. vt intra certum tempus, sub col. 7. ad med. vers. securitas enim, iuncto vers. item ad quid iste grauatur in expensis veniendi.

Cæterùm irreuocabilis videtur hoc casu, quo si saluus conductus concessus non fuisset, concedi om-
10 ninò deberet; etenim qua ratione bannito pro aliquo crimine si ob nouum delictum euocetur, danda est ex necessitate fidantia, itaquod alioquin contumax reputari non potest, & si condemnaretur, sententia non est exequibilis, iuxta opinionem originalem Io: Andr. in addit. ad Specul. d. tit. de accus. in 3. par. oper. §. 6. incip. quæritur, num. 23. in fin. in d. addit magn. incip. vt infra certum tempus, post princ. Socin. in c. cum pro causa, 27. numer. 39. vers. Io: Andr. de sent. excom. Boss. de citat. num. 35. in fin. vers. & ideo conceditur, & de bann. null. nu. 9. Ias. cons. 144. numer. 2. post med. lib. 4. Clar. quæst. 32. num. 13. Blanc. attestans, ita in praxi seruari, fol. 28. num. 102. Farin. quæst. 11. num. 58. præcipuè post med. vers. quia tamen, & d. quæstion. 29. numer. 85. 86. & seqq. Guazzin. tractat. ad defens. in defens. 12. cap. 1. num. 44. 57. & seq. vers. & si fuerit.

Adeoquod securitas etiam non oblata non petenti redd it

11 reddit processum, & sententiam nullam ope exceptionis ipso autem Iure, quando vel est petita, vel de præcedente banno constat Curiæ ex eisdē actis, Farin d.quæst.11.num.59 & seq. vers. quibus tamen non obstantibus, vsque ad finem numeri, & num.45.in princ.& vers.quænam sint, & n.55. vers. quæ quidem conclusio.

Eadem ratione quoque, quando quis citatur pro vno 12 delicto, & citatus dubitat molestari super alijs, debet à Iudice, vt præfertur, saluus conductus concedi, itaut non molestetur aliorum occasione, Farin. d.quæst 29.num.86.& cons.59.num 6.lib.1.& identitatem rationis benè probat Io: Andr. vbi sup. in col.7.d.addit.in princ.

Non autem releuat, quod in monitorio narrato prætenso delicto, cuius occasione fit monitio, adiecta fuerit in fine generalis clausula, rebusque alijs, &c. quia nulla est ratio, ex qua generalis hæc clausula includat vocationem pro alijs delictis non specifi-13 catis, cum regula non minus vulgaris, quam certa sit, vt inquisitio debeat esse certa, specifica, & clara continens in se omnes prætensi delicti qualitates, & circumstantias, taliter vt Reo defensio non tollatur; quamobrem inquisitio obscura, generalis, & incerta substineri minimè potest, vt per Farin. post alios, quæst.1.num.11.

ARGVMENTVM.

Instrumentum an & quando reprobetur per testes deponentes se non adfuisse, vel non recordari, & præcipuè quando aliunde præsumptionibus cōprobatur.

SVMMARIVM.

1 *Testes ad reprobandum instrumentum non attenduntur, nisi manifestissime, et in superlatiuo gradu concludant.*
2 *Testis deponens se non recordari, aut alias dubitatiuè non reprobat, nec suspectum reddit instrumentum.*
3 *Testis deponens se non recordari, subiiciens, quod si fuisset præsens, recordaretur, non reprobat instrumentum.*
4 *Testis omni conatu reducendus est ad concordiam, ne sit sibi ipsi contrarius.*
5 *Testis primæ depositioni iuratæ standum est.*
6 *Testis in secundo dicto varians a primo non probat, etiamsi primò deposuerit extra iudicium, dummodo cum iuramento.*
7 *Testis primo dicto statur, quando in secundo conuincitur de mendacio.*
8 *Instrumentum non reprobatur per testes, quando aliunde verisimiliter iustificatur respectu essentiæ.*
9 *Instrumentum in dubio non reprobatur stante probatione legalitatis notarij.*
10 *Falsitatis causa cessante cessat falsitatis suspicio.*
11 *Mandatum sufficienter per epistolam constituitur.*
12 *Mandatum quo procurator non fuit vsus, non deseruit ad validitatem actus nulli ex alio mandato, quo vsus fuit.*
13 *Mandatum non habet vires antequam procurator sciat.*
14 *Peritis in arte standum est.*
15 *Falsitatis præsumptio oritur ex non obseruata subordinatione scripturæ.*
16 *Falsitatis præsumptio excluditur ex ordine scripturæ seruato.*

CONSILIVM CCXLVII.

FAlsitas huius mandati procuræ, quæ imputatur D. Lutio nullum habet releuans fundamentum, 1 & præcipuè cum in Iure sit certum, non attendi testes, ex quibus elicitur reprobatio publici instrumenti rogati à cognito, & legali notario, nisi manifestissimè, & in superlatiuo gradu concludant, Boss. tit de fals.num.9. Ias. cons.153. num.5. lib.2. & cons.13.col.3.ante fin. vers. secundo pro eadem parte, lib.3. Dec.cons.101.col.2 ante med. vers.non obstat, Alex. cons.33.num.15.lib.3. Aym.cons.56. num.3. Boer. decis.118.num.7. in fin. Menoch. de arbitr. cas.105.num.2. Caputaqu. decis. 100.par.2 num.3. vbi in specie loquitur ad effectum exclusionis falsitatis in mandato procuræ, Farinac. de fals. quæst.158. num. 116.

Nec obstat, quòd ipsi testes instrumentarij dicant illius celebrationi non interuenisse, quoniam alter ex illis Mattheus antequam iudicialiter esset examinatus, declarauit, se de hoc non recordari; examinatus verò iudicialiter, non negat interuentū, sed confitendo, se non recordari, fidem fecisse, ad hanc ipsam fidem se remittit; testis verò asserens, 2 se non recordari, aut alias quoquo modo dubitatiuè deponens absque dubio instrumentum minimè reprobat, neque etiam illud suspectum reddit, Innoc. in c.cum Ioannes eremita, num.6. vbi etiam Felin.numer.51.& cœteri communiter, de fid.instr. Salic.in l.in exercendis, num.5.C.eod.tit.Rota post lib.1.cons.Farinac.decis.49.numer.1.cum alijs per eumd.Farin.d.quæst 158.n.118.

Neque enim releuat, quod deinde addat, quòd si fu-3 isset præsens, recordaretur; tum quia nec qualitas huius dicti improbat instrumentum, cùm aduersus illud testi in hoc non sit credendum, vt firmat Rota in eadem decis.49. num.2.post lib.1.cons.Farinac. siquidem licet idem Farinac. d. quæst.158. num. 120. in fine dicat, hanc esse magnam ampliationem si vera est dubitans pro nunc de illa, tamen re vera non est de ea dubitandum, tum propter Rotæ authoritatem, tum quia dubitatio incidit in casum, quando testis deliberatè deponit, præcedente depositione, se non interuenisse, secus verò, quando præcedenter asserit, se non recordari, cùm tunc subsequens additio, quod recordaretur, si adfuisset, fundata sit, vt inquit Rota, in credulitate, & confidentia, quam habet testis in sua memoria, ac propterea negari non possit, quin in illa possit decipi.

Tum etiam quia ratio adducta per eumdem testem, quod si adfuisset, recordaretur, fundata est in qualitate minus concludente ex eo, quia ad effectum interuentus pro teste non fuit denuo, sed semel tantum vocatus; quandoquidem talis ratio concludens censeri non potest hoc casu, quo agitur de interuentu duobus instrumentis contextualiter, & contemporaneè eisdem adhibitis testibus; ideoque testis bene saluatur, & ad concordiam reducitur, sicut ad hoc Iudex reiectis cauillatio-

lationibus, elaborare debet, intelligendo, quod respectu interuentus verè testis nō recordaretur, sicut primò deposuit, quod verò recordaretur, si adfuisset iterata vice vocatus, & præsertim cum
4 alias intelligendo testis fuisset sibi cōtrarius, Alex. cons.5.num.12.lib.1. & cons.45.num.35.lib.4. Cæsar de Graff.decis.78.alias 9. num. 7. de testib. Caputaq.decis.270.num.7.& seq. par.3. & dubitandū minimè sit, quin in teste magis ratio quā dictum debeat attendi, vt per Farinac.de testib. quæst. 70. num.12.

Alter verò testis Rogerius minus releuans est ad huius mandati improbationem, cum & si deponat, se non adfuisse, depositio tamen ipsius sit contraria attestationi, quam prius fecerat, ac medio iuramento comproba uerat, ac proinde, aut magis stan-
5 dum est primo dicto iurato, Farinac.de testib.quæstion.66.num.124.vbi de magis recepta, Rot. decis.346.num.2.par.1.diuers. aut saltem secundum
6 propter eiusmodi varietatem non est attendendū, Rot.decis.19 de testib.in nouis, etiam quòd primū dictum emanauerit extra iudicium, attento quòd emanauit per scripturam, & sub iuramento, vt plenè per Menoch.de arbitr.cas.108.numer.23. & 25. vbi etiam sub dicto num.23.post Boss.Clar. Rolan. & alios testatur de communi. Aufrer. ad Capell. Tholos.decis.377.numer.4.multoque magis, dum iste testis negauit hanc fidem, & recognitionem
7 prius fecisse, nam cum in hoc sit de contrario conuictus, hoc ipsum magis detegit primi dicti veritatem, ex adductis per Menoch. de arbitr. d. cas. 108.num.24.

Cœterum cùm negari non possit, quin instrumentum
8 etiam aliunde recipiat iustificationem respectu essentiæ, itaut probationi magis verisimili sit standum, Farin.d.quæst.158.num 63.& 142. & seqq. &
9 in dubio magis pro notario sit præsumendum, & præsertim hoc casu, quo eius legalitas fuit formiter, ac plenè probata, idem Farin. d.quæst.158. nu. 147.Caputaq.loquens in terminis exclusiuis falsitati mandati d.decis. 100.num.5. par.2.plura sunt in hoc casu, quæ rem indubiam reddunt.

Primò namque constat, D. Lutium pro validitate permutationis periculi vitæ suæ vxoris nullam habuisse indigentiam prædicti mandati; cessante
10 autem indigentia, ac proinde causa committendi falsitatem absque dubio cessat omnis illius suspicio, Rot.decis.111.num.1.par.2.diuers. non enim huiusmodi mandato illi opus erat, tum quia idem met institit pro intimatione huius permutationis ex decreto Domini, vt patet ex ipsa intimatione tanquam facta ipso D.Lutio instante, tum quia exequutio huius actus processit iuxta formam litterarum specialium D.Lutij, prout ex actis iusti-
11 ficatur, & dubium non est, quin mandatum sufficienter per epistolam constituatur, vt est tex.in l. 1.in ptinc.ff.mandat.

Secundo quia non solum dicto mandato opus non erat, sed nec etiam D. Lutio poterat suffragari, tū quia permutatio processit vigore dictæ epistolæ,
12 quamobrem mandatum, quo procurator non fuit vsus, deseruire nequit ad actus validitatem, quamuis nulli ex illo mandato, quo gerens actum vtitur, Roman.sæpius in Rota receptus, cons.446.nu. 8.Cassad.decis.7.num.5.de appell. Honded. consil. 55.num.81.lib.1. tum quia procurator prædictus, quando processit ad actum dictæ permutationis, ignorabat, se per acta dicti notarij constitutum;
13 ante autem certam habitam mandati notitiam à procuratore mandatum vires aliquas non habet, Bart.cons.73.num.1.lib.1.Bald.in l. falsa, num. 20. C.de furt.Rot.decis.7.num.1.de procur. in nou.

Tertiò quia omnis suspicio prætensæ falsitatis excluditur ex qualitate scripturæ ipsius mandati, tum quia ex peritis constat, eodem atramento, ac contemporaneè scriptum esse hoc secundum mandatum post primum, de cuius veritate non dubita-
14 tur; peritis autem in arte est standum, Surd.consil. 126.num.16.& seq.lib.1.& decis.196.num.21. tum quia post secundum mandatum prædictum in broliardello apparent rogata in duobus mensibus, quibus vxor d.D.Lutij superuixit, alia instrumenta, de quorum etiam veritate non dubitatur, quādoquidem sicut ex subordinatione non obseruata oritur præsumptio fraudis, & antidatæ, Rota decis. 247.num.6.par.1.diuers.ita quoque ex subordinationis seruatæ qualitate excluditur fraudis, & antidatæ præsumptio, Neguf. de pignor. 2. membr.5. par.num.48. Rot.post lib.2.cons. Farinac.decis.28. num.2.

ARGVMENTVM.

An de falso redarguatur testamentum conditum ad alterius interrogationem, quando testes dicunt, se non audiuisse testatoris responsionem.

SVMMARIVM.

1 *Ex Mendacio infertur dolus.*
2 *Testamentum fieri potest ad alterius interrogationem mediante responsione per vnicum verbum, sic.*
3 *Testamentum condere potest semimortuus, & balbutiens dummodo articulatè loquatur.*
4 *Testamentum fieri potest ad interrogationem alterius quam notarij.*
5 *Instrumentum non reprobatur nisi ex probatione concludente in superlatiuo gradu.*
6 *Instrumentum vt reprobent testes, concludere debent, quod non interfuerint, vel aliter res sit gesta.*
7 *Testis, qui patitur se describi in instrumento, se ipsum notat, si deponit se non audiuisse.*
8 *Negatiua actus differt a negatiua sensus in depositionibus testium.*
9 *Testes qui dicunt se non audiuisse, non reprobant instrumentum, nisi coarctent negatiuam.*
10 *Testes quod nomen hæredis intelligere debeant in testamentis, concernit solemnitatem, ideoque testamentum non redarguitur de falso, si dicant, se non intellexisse.*
11 *Testes a notario rogati satis est, quod potuerint audire, quamuis non audiuerint.*
12 *Confessio superat omnes alias probationes.*
13 *Querelatus postquam eius nomen fuit inter Reos receptum, non potest querelantem accusare, ante expeditionem primæ causæ.*
14 *Falsitas non datur sine causa, & vtilitate.*
15 *Legata nutu relinqui possunt, quicquid sit in hæredis institutione.*

CONSILIVM CCXLVIII.

Liberandi sunt carcerati; eorum namque innocentia patens est, non solum ex dolo, quod præ-
1 sefert mendacium affirmatum in ipsa querela, quod scilicet testator condito testamento infra tres horas decesserit, cum conuincatur etiam ex confessione tam Alexandri, quam aliorum omnium testium, illum decessisse post duos dies à condito testamento, l. si quis affirmauerit, ff. de dol. Bart. in l. dolum, num. 2. & ibi Fulgos. num. 2. in fin. C. eod. Aym. cons. 362. num. 7. in fine, Surd. decis. 216. nu. 8. & seqq.

Sed etiam quia falsitas in hoc casu nullo modo re-
2 dargui potest; cum enim certum sit, eum qui articulatè loquitur, posse ad alterius interrogationem mediante responsione per vnicum verbum, sic, validè testari, glos. communiter recepta in l. iubemus, in verb. quemadmodum, C. de testamen. Roman. cons. 306. num. 6. Boss. de exam. Reor. num. 13. vers. communis tamen, Clar. §. testamentum,
3 quæst. 37. num. 2. plene Becc. cons. 102. num. 8. & per tot. lib. 1. etiamquod testator semimortuus sit, & balbutiens, dummodo tamen articulate loquatur, vt per Rot. decis. 638. num. 8. par. 1. diuers. etiã
4 quod interrogatio esset alterius, quàm notarii, Gratian. discept. 659. num. 11. & seq. Menoch. præsumpt. 8. num. 15. & seqq. & num. 20. lib. 4. vbi alios plures adducit plene Surd. cons. 414. num. 53. & seqq. lib. 3. non videtur in hoc casu de articulata hac loquutione hæsitari posse ad effectum præcipue falsitatem prætensam excludendi, quoniam
5 præsumitur pro notario cognito, & legali, vbi reprobatio instrumenti non prouenit à probatione concludente in superlatiuo gradu, Boss. de falsit. num. 9. Ias. cons. 153. num. 5. lib. 2. & cons. 13. col. 3. ante fin. vers. secundo pro eadem parte, lib. 3. Dec. cons. 101. col. 2. ante med. vers. non obstat. Alex. cons. 33. num. 15. lib. 3. Aym. cons. 56. num. 3. Boer. decis. 118. num. 7. Farinac. quæst. 158. num. 116. Caputaq. decis. 100. par. 2.

Talis autem, imò nec considerabilis, prætendi minime potest probatio exaduerso adducta, quia ad
6 hoc vt testes instrumentarii sufficienter instrumentum reprobent, depositio eorum alterum ex duobus concludere debet, vel quod ipsi non interfuerint, vel aliter res sit gesta, quàm à notario sit scripta, Boss. de fals. num. 1. & seqq. & num. 9. cum aliis infra proxime; cum autem hoc casu nullus ex testibus neget interuentum testamento, sed imò omnes contestes fateantur interuenisse, difficultas restringitur in dignoscendo, an depositio talis sit, vt exinde dici possit, testes probare secundum casum; at hoc neutiquam dici potest.

Primo quia iidem testes, ex quibus elici prætenditur, testatorem articulatè loquutum non fuisse, fatentur se pro testibus ad testamentum vocatos, & tanquam tales illi interuenisse, ac pro testibus in ipso quoque testamento scriptos fuisse; cum autem si testator non fuisset loquutus, non debuissent pati, se pro testibus interuenire, ac descri-
7 bi, vtique fatendo interuentum, & negando testatoris loquutionem, se ipsos notant, ac propterea nihil probant, Boss. dicto tit. de fals. num. 11. ad fin. vers. quia primò casu se ipsum notat, iuncto vers. præcedente, incip. quando testis est vocatus ad testimonium, & ita scribitur pro teste.

Secundo quia testes prædicti neque etiam concludũt negatiuam loquutionis, dum rationem reddunt, quia ipsũ testatorem respondentem non audiue-
8 runt: aliud enim est, quod testes deponant de negatiua actus, scilicet quod testamentum non fuerit conditum, seu quòd testator non fuerit loquutus, & aliud, quod deponant de negatiua sensus, quia dicant, se non audiuisse, Bald. in l. hæredes palam, num. 3. post princ. vers. quarto nota, & nu. 6. C. de testam. & cons. 37. num. 1. post med. vers. in contrarium, lib. 1. Dec. dicto cons. 101. col. 2. ante med. vers. inde licet ipse audiuerit, Boss. dicto tit. de fals. num. 10. Cepol. cons. crimin. 60. num. 14. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 40. num. 17.

Ideoque non reprobant instrumentum ii testes, qui
9 negant, se audiuisse, nisi etiam addant, quod si sic fuisset dictum, ipsi audiuissent, quia dici non poterat, quin ipsi audirent, quæ qualitas probationis in hoc casu deficit, Alex. cons. 43. num. 18. lib. 4. Pacian. d. cap. 40. num. 17. vers. & propterea necessarium, lib. 1. Farinac. d. quæst. 158. num. 125. & & 126. vbi post Foller. in pract. crimin. in verbo item quod commisit falsitatem, numer. 64. prope fin. vers. quia debent dicere, Monticell. & alios ampliat, etiam quod testes dicerent, se propinquos testatori, & attentos ad eius verba nihil audiuisse.

Siquidem licet in testamentis nuncupatiuis necessario testes ad eorum validitatem debeant intellige-
10 re nomen hæredis, tamen defectus huius intelligentiæ, de quo text. ac DD. in d. l. hæredes palam ff. de testam. concernit solemnitatem, non autem efficit, vt notarius, vel alii testes, qui dicunt, non audiuisse, notari possint de falso. Boss. d. tit. de fals. num. 10. post princ. vers. quia dato, quod notarius excusaretur.

Quamobrem absque dubio cessat prætensio falsitatis
11 ex quo satis est, quod notarius roget testes, & quod ipsi potuerint audire, quamuis non audiuerint, vt firmauit Rota in Ferrarien. matrimonii 29. Aprilis 1611. coram bo. me. Attrebaten. post lib. 2. cons. Farin. decis. 334. num. 6.

Tertio quia prorsus falsitatis exclusiua est probatio, quæ affertur ab hac Parte, tum ex aliis testibus, tam instrumentariis, quam extraneis, tum etiam ex confessione ipsiusmet Alexandri hæredis in hoc testamento instituti, ad cuius interesse testamenti improbatio principaliter pertinebat ob onera
12 legatorum in illo relicta: nam confessio hæc iurata, ac iudicialis superat omnes alias probationes, & contrariæ prætensionis manifestam præbet calumniam, vt per Felin. in c. cum Ioannes eremita, num. 10. de fid. instrum.

Et præsertim cum querela exaduerso porrecta fuerit absque eo, quod sua, aut suorum iniuria quisquam ex accusantibus prosequatur, & postquam querelantes iam prius fuerant querelati, ac vlterius eorum nomen inter Reos receptum; nam hoc
13 casu non potest querelatus de pari accusare antequam hæc prima Causa expediatur, Clar. in prax. crimin. quæst. 14. num. 12. Farin. quæst. 12. num. 23. vers. si autem eius nomen.

Cæterum omnis quoque falsitatis in hac Parte ima-
14 ginatio destruitur ex defectu causæ, & vtilitatis exinde prouenientis, si qua vnquam datur falsitas, Rot. decis. 111. num. 1. par. 2. diuers. quandoquidem testamentum quoad caput institutionis concernebat solum commodum Alexandri fratris testa-

testatoris, qui etiam ab intestato fuisset successurus; quoad legatum verò mobilium concernens commodum huius Partis omnes testes etiam instrumentarij concordant, quòd testator nutu, ac
15 signis legatum ipsum comprobauit; legata enim quicquid sit in hæredis institutione, non est dubiū quin nutu relinqui possint, iuxta tex. in l. nutu, 21. vbi Bart. in princip. & cœteri communiter, ff. de leg. 3.

ARGVMENTVM.

De concordandis depositionibus testiū, & de præsumptionibus excludentibus falsitatem.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptiones tam in ciuilibus, quam in criminalibus pro Reo sufficiunt ad excludendam falsitatem.*

2 *Veritate possibili data nulla necessario sequitur falsitas.*

3 *Testis, qui dicit, duos fuisse præsentes, si postea interrogatus dicat, neminem adfuisse, intelligitur præterquam illos duos.*

4 *Testis dicens in vna parte scire, in alia verò nescire intelligitur nescire aliter quam dixerit.*

5 *Pluralitas casuum præsumitur ad concordandum probationes. Et num 9.*

6 *Testium contrarietas circa accidentalia non attēditur, quando concordant in essentia.*

7 *Sententia lata contra Reum contumacem non nocet tertio.*

8 *Confessio ficta non egreditur personam confitentis.*

10 *Falsitas deficit dato primordio veritatis.*

11 *Depositiones adminiculatæ cæteris preferuntur.*

12 *Diuisio præsumitur ex diuturna possessione.*

CONSILIVM CCXLIX.

PRæsumptiones falsitatis, quibus exaduerso insistitur, vel non habent subsistentiam, vel contrarijs præsumptionibus conquassantur; præsumptio-
1 nes enim ad effectum excludendi falsitatem pro Rei defensione tam in ciuilibus, quàm in criminalibus sufficiunt, Innoc. in c. inter dilectos, numer. 3. vers. & si contra has suspiciones, de fid. instr. vbi etiam Host. Io: Andr. Butr. & cœteri communiter, Farinac. post alios attestans, hanc conclusionem non habere contradictorem, de fals. quæst. 152. nu. 6. & num. 31.

Siquidem prima desumpta ex prætensa contrarietate testium ciuiliter examinatorum, dum alter deponit, Io: Franciscum, postquam comedit, equitantem discessisse, alter verò, ibidem pernoctasse, & sequenti die Narniam petijsse, non debet esse considerationis, tum quia excluditur contrarietas ex possibilitate discedendi post prandium, & redeundi ad eumdem locum pernoctandi causa; data au-
2 tem possibili veritate nulla necessariò sequitur falsitas, Boss. de fals. num. 133. Bertaz. cons. 140. num. 10. & seq. lib. 1. Becc. cons. 78. numer. 11. lib. 1. Hond. cons. 109. num. 14. & seq. lib. 1. Surd. cons. 132. num. 20. lib. 1.

Qua ratione testis deponens, non vidisse pluere, debet intelligi supplendo, hoc est aquas insolitas, prout alij testes deponunt, & testis deponēs, quod
3 in actu duo erant præsentes, si postea interrogatus de præsentibus respondeat, quòd nemo aderat, intelligi debet præter illos duos iam dictos, Capu-
4 taq. decis. 270. num. 7. & 8. par. 3. & testis dicens, in vna parte scire, in alia verò nescire, debet intelligi, quod nesciat aliter, quàm dixerit, Rot. decis. 321. num. 1. & seqq. par. 2. rec. cum alijs infra.

Atque hinc pluralitas casuum præsumitur ad con-
5 cordandum probationes, Menoch. præsumpt. 15. num. 15. lib. 6. Farinac. de testib. quæst. 65. n. 30. Gregor. decis. 390. num. 10.

Tum etiam quia testium contrarietas circa qualita-
6 tes accidentales non attenditur, quando concordant in hoc casu circa essentiam diuisionis, Caputaq. d. decis. 270. num. 3. par. 3. Rot. decis. 147 nu. 17. par. 1. recent. Gregor. decis. 558. num. 8. & ibi add. num. 10. decis. 248. num. 13. decis. 351. nu. 29. & dec. 547. num. 9. & seq.

Secunda etiam elicita ex condemnatione Tholomei in contumaciam non nocet Mercurio, & Horatio,
7 quia sententia contra Reum contumacem lata non nocet tertio, Bart. & alij in l. si quis delatorem, ff. de iur. Fisc. Seraphin. decis. 551. num. 1. est enim fi-
8 cta confessio, quæ confitentis personam non egreditur, Boss. de delict. num. 61. cum alijs plurib. per Farin. quæst. 24. num. 176.

Tertia autem deducta ex verbis Mercurij principalis in Causa, dum affirmauit diuisionem sequutā, & nihilominus dixit, societatem durasse quindecim, aut viginti annis, non est momenti, quoniam
9 ad effectum, ne sibi contradicat, intelligendum est eius dictum de alia societate, quam illa, quam diuisam asseuerauit, Caputaq. d. decis. 270. num. 7. & seq. par. 3. Rot. d. decis. 321. num. 1. ad fin. par. 2. recent. & bene ad rem nostram Cardin. Mantic. decis. 372. num. 16. vers. quòd vero contra, & numer. 17. firmat enim quod contrarietas aduersus testem obijci non poterat, qui deposuerat, contractum fuisse matrimonium in monasterio Sancti Gregorij Papiæ, & tamen deponebat, se nunquam fuisse in aliquo monasterio Papiæ, intelligendo scilicet, eum nunquam fuisse in aliquo monasterio, præterquam eo tempore, quo fuit contractum matrimonium, de quo deposuit.

Conquassantur autem assertæ præsumptiones ex fortioribus contrarijs falsitatis exclusiuis, & præsertim quia primò de veritate diuisionis ad effectum saltem excludendi criminalitatem satis constat ex reuelationibus vsque ab anno 1612. emanatis pro exoneratione conscientiæ in exequutionem comminatæ excommunicationis aduersus non reue-
10 lantes; nam falsum nunquam dici potest habens primordium veritatis, l. cum filius, 77. §. hæres meus, & ibi Bart. ff. de leg. 2. Grammat. vot. 26. num. 12. Aym. cons. 46. num. 8. Foller. in praxi crimin. par. 2. princ. vers. item quod commisit falsitatem, nu. 35. Clar. §. falsum, num. 34. Honded. cons. 99. numer. 37. post princ. lib. 2. Surd. cons. 273. num. 59. lib. 2.

Secundò quia pro veritate diuisionis concurrunt plu
11 ra adminicula in facto ponderata; depositiones autem adminiculatæ semper cœteris preferuntur, Card. Mantic. decis. 61. num. 8.

Tertiò quia ab ipso diuisionis tempore citra, & sic
12 diu animalia fuerunt possessa ab hac Parte pro diuisis, tanquam diuisa fuerunt communiter reputata, ac expensæ pro eorum victu de proprio fuerunt

runt subministratæ, nulla interim petita nec impensarum, nec animalium communicatione, glos. in l. penult. C. commun. diuid. Gabr. de præsumpt. conclus. 1. num. 28. Achil. decision. 198. alias 2. numer. 1. de præsumpt. Rot. decision. 481. num. 1. par. 4. diuers.

ARGVMENTVM.

Subscribens se vti testis subscriptioni falsæ an excusetur à falsitate causam erroris adducens.

SVMMARIVM.

1 *Falsitas absque lucro, & commodo non datur.*

2 *Falsitas non datur absque concludentissimis probationibus.*

3 *Testis deponens pecunias recepisse, & alteri consignasse, non probat.*

4 *Testis primæ depositioni iuratæ magis standum est quam secundæ.*

5 *Testis periurus non sublata periurij exceptione ex aliquo tormento nullum facit inditium ad torturam, nec ad capturam, nec ad formandam inquisitionem.*

6 *Ad falsitatis euitationem sufficit exclusio veri doli.*

7 *Testis quamuis falsum rei essentia deponat non punitur de falso, vbi credit verum dicere.*

8 *Testis deponens falsum non dolo, sed per errorem non punitur de falso.*

9 *Testis in dubio præsumitur magis deposuisse falsum per errorem quam dolo.*

10 *Erroris correctio arguit bonam fidem, & excludit dolum.*

11 *Falsitas nec actu, nec habitu nocibilis non meretur pœnam, neque extra ordinem.*

12 *Vsus falsæ scripturæ delicto non ascribitur, nisi probata scientia falsitatis.*

CONSILIVM CCL.

IN crimine falsi duæ tanquam indubitatæ recipiũtur conclusiones huic casui applicabiles, altera,
1 quod falsitas absque lucro, & commodo non datur, Menoch. cons. 98. num. 28. lib. 1. Farinac. quæst. 150. n. 273. & seqq. & cons. 164. nu. 12. lib. 2. Rot. decis. 111. num. 5. par. 2. diuers. Aym. cons. 75. num. 13. & 17. Honded. consil. 105. numer. 84. & consil. 199. numer. 16. 23. & seqq. lib. 1. & consil. 91. numer. 8. lib. 2.

Altera, quòd de falsitate nunquam agi potest, nisi v-
2 bi concludentissimè probatur, itaquod nulla alia desumi potest interpretatio, Aym. cons. 8. num. 2. Menoch. præsumpt. 3. num. 30. lib. 5. Honded. consil. 91. num. 8. lib. 2. Caputaq. decis. 3. par. 2. Card. Mantic. decis. 302. n. 1.

De applicatione autem primæ quoad caput prætensæ falsitatis in subscriptione Mazziotti tanquam testis in cedula recognitionis bonæ fidei, & mandati ad exigendum ad fauorem Sauonantij dubitari non potest de aliqua commodi perceptione, cum ex actis nihil penitus in hoc iustificetur; quoad aliud vero caput prætensæ participationis in dolosa resignatione locorum montium Ducis mediante mandato ad resignandum falsificato, minus quoque probabilis datur dubitatio; siquidem duo testes, in quibus Curia se fundat, nihil penitus faciunt, dum primus non solum est periurus,
3 sed deponit ad sui exonerationem, pecunias recepisse, ac deinde illas Mazziotto consignasse, l. deferre, §. item decreuerunt, ff. de iur. Fisc. vbi Bart. n. 2. vers. quandoque, ad med. dicitur namque hoc casu deponere in propria Causa ad propriam vtilitatem, Prob. ad Monach. in c. Romana, num. 4. in fine, vers. repellantur, de testib. in 6. Rimin. iun. inter consil. crimin. diuersor. cons. 82. numer. 23. lib. 2. Bertaz. cons. 60. num. 7. lib. 1. Cæsar de Graff. decis. 72. alias 3. de testib. secundus verò testis, immo etiam vterque non solum conuincitur de pluribus mendacijs in substantialibus, sed ipse secundus, dũ primò sub iuramento negauit Mazziotti receptionem, aut propterea magis in hoc primo dicto iu-
4 rato fidem meretur, quam in secundo, Capel. Tholos. decis. 281. num. 1. Rot. decis. 346. numer. 2. par. 1. diuers. aut saltem cum macula periurij non fuerit
5 sublata ex aliquo tormento, periurij exceptione absque dubio repellitur, adeout nec propterea inditium aliquod faciat ad torquendum, immò etiam nec ad formandam inquisitionem, minusque ad capturam, vt pluribus comprobat Farin. de testib. quæst. 56. n. 188. & seq.

De applicatione vero secundæ constat quoad primũ
6 caput, quia cum ad euitationem falsitatis sufficiat exclusio veri doli, Bald. in l. nec exemplum, C. de fals. Paris. cons. 169. num. 58. lib. 4. Socin. iun. consil. 37. num. 28. lib. 2. Farinac. d. quæst. 150. numer. 273. & seq. Honded. d. conf. 109. num. 17. & alijs pluribus, lib. 1. cessat dolus in hoc casu, eoque cessante admissibilis est interpretatio, quam Mazziottus suæ subscriptioni tanquam testis attribuit, vt illam fecerit, non ad probandam subscriptionem D. Ducissę, sed solum pro approbatione subscriptionis Horatij, qui pariter tanquam testis pręcedenter se subscripserat; quandoquidem cum Mazziottus haberet apud se apocham sub simili subscriptione D. Ducissæ, & non solum ipse Horatius ipsius D. Ducissę magister domus, ac generalis institor cum plena, & libera sese vt testis subscripsisset eidem apochę sigillo eiusdem D. Ducissę munitæ, sed ipse Sauonantius easdem subscriptiones tanquam veras approbauerit, cedulam proinde, vt prefertur sigillatam, & subscriptam pro sui cautela acceptando, vtique Mazziottus iustam habuit credulitatẽ de veritate illius; testis namque quamuis falsum
7 rei essentia deponat, non tamen de falso punitur, vbi credit dicere verum, præcipuè vbi credulitas est iusta, Boss. de fals. num. 137. Marsil. in l. 1. §. præterea, numer. 13. vers. & ideò dico, ff. de sicar. cum alijs per Farinac. de testib. quæstion. 67. numer. 86. & 88.

Atque hinc est, quod testis deponens falsum non do-
8 lo, sed per errorem de falso non punitur, d. l. 1. §. præterea sumpto argumento, ff. de sicar. Bertaz. cons. 8. numer. 15. & seqq. lib. 1. Magon. decis. Lucen. 43. num. 4. Farinac. alios plures referens, de testib. d. quæst. 67. num. 77. vbi in fine, quod hæc limitatio communiter est recepta, & non vidit contradicto-
9 rem, vbi etiam num. 78. quod testis præsumitur in dubio falsum deposuisse magis per errorem, quam dolo, vt etiam per Honded. d. conf. 109. numer. 19. lib. 1.

Multoque minus locus est pœnæ in hoc casu, in quo de prætensa falsitate non constat, nisi ex confessione

ne eiusdem Mazziotti, quatenus fatetur, non vidisse per D. Duciffam apocham subscribi, sub expressa tamen qualitate, quod ideo ipse se tanquam testem subscripsit, quia intellexit propterea subscriptionem præcedentem Horatij approbare; nam vel ex hoc ipso dolus, & fraus in eo excludi-
10 tur, bonaque fides præsumitur, dum si quem errorem in subscribendo adhibuit, ingenuè correxit, vt nemini noceret, Honded. d. cons. 109. num. 33. lib. 1. vel saltem eius confessio ab adiuncta qualitate non est separabilis, Bart. in l. Aurelius, §. idem quæsijt, numer. 2. ff. de liber. leg. Farinac. quæst. 81. n. 49. Caball. resol. crim. cas. 254. n. 3.

Et in omnem casum cessat omninò pœna, dum subscriptio fuit in apocha prorsus nulla ex dispositione Statuti, lib. 1. cap. 151. annullantis quoscumque mulierum contractus etiam iuratos absque solemnitatibus interuentus proximiorum, ac decreti Iudicis; etenim cum propterea constet, falsitatem, nec actu, nec potentia fuisse habilem ad nocendū D. Duciffæ, & respectu actus cessasse omne interesse eiusdem D. Duciffæ ex satisfactione huius debiti ab eodem Horatio subscribente, vtique proinde
11 excluditur etiam quæcumque prætensio pœnæ extra ordinem, Surd. decis. 282. numer. 18. & seqq. Honded. d. consil. 109 numer. 40. & seqq. & numer. 52. vsque ad. 55. & seq. lib. 1. Farin. d. quæst. 150. nū. 336. & 338.

Circa verò secundum caput congrua est. secundæ conclusionis applicatio, quia quicquid gessit Mazziottus circa resignationem dd. montium nullibi iustificatur de genere prohibitorum, nisi quatenus Curia prætendat vsum falsi mandati ad resignandum in personam Horatij, à quo processit resigna-
12 tio; vsus autem eiusmodi nunquam delicto vtenti adscribi potest, vbi scientia falsitatis illius à Fisco non probatur, Clar. §. falsum, vers. vtens, & ibidem, Baiard. num. 29. Menoch. de arbitr. cas. 315. numer. 26. & seqq. Capic. decis. 67. in fine, Farinac. quæst. 159. num. 48.

ARGVMENTVM.

De excusatione secretarii montium a falsitate apostillæ, & additionis in instrumento, in quo loca montium fuerunt resignata.

SVMMARIVM.

1 *Cancellationes, & additiones in instrumento præsumuntur facta contemporaneè de voluntate cōtrahentium.*
2 *Sigillum censetur appositum de voluntate domini.*
3 *Notarius potest apponere in instrumento clausulas consuetas.*
4 *Donatio censetur, quando sine causa fit resignatio, seu translatio.*
5 *Falsitas non datur sine lucro, & vtilitate. Et num. 11.*
6 *Falsitatem non probant testes contra cognitum, & legalem secretarium, nisi manifestissimè, et in superlatiuo gradu concludant.*
7 *Testes reprobantes instrumentum debent esse omni exceptione maiores.*
8 *Testes instrumentarii requirūtur omni exceptione maiores, vbi agitur contra notarium, quia eius respectu non militat ratio eorum approbationis.*
9 *Negatiuam non probant testes, quando eam non coarctant.*
10 *Falsitas cessat stante primordio veritatis.*
11 *Dicens vnum, ex quo aliud sequitur, vtrumque dicit.*

CONSILIVM CCLI.

Secretarius non meretur hāc vexationem ex deductis in querela nec respectu primi, nec respectu secundi capitis; quoniam, quoad primum, cum apostilla, seu additio reperiatur in matrice, nec
1 quidē suspicio exinde resultat, ex quo quotidie notarii in instrumentis additiones interlineationes, & cancellationes facere consueuerunt, ideoque contemporaneè cum ipso instrumento de voluntate contrahentium factæ præsumuntur, Thob. Non. cons. 80. num. 8. loquens de additione, Bald. in l. 1. in fine, vers. sed numquid ista, ff. de his, quæ in testam. delentur, & in l. nostram, num. 6. vers. sed numquid præsumatur, C. de testam. & in l. Labeo, §. 1. col. 2. vers. extra quæro, ff. de pact. vbi quod ita practicatur, & cons. 305. num. 1. ad med. vers. alias enim præsumeretur, lib. 4. Alex. cons. 70. nu. 4. vers. & in dubio, lib. 1. Paris. cons. 28. num. 45. lib. 2. Mascard. de probat. conclus. 257. num. 1. admittit Decian. cons. 99. num. 3. & 47. lib. 2. Farin. loquens pariter de additione, quæst. 153. num. 24. 27. & 28. vers. quid dicendum, & num. 39. Rot. post lib. 2. cons.
2 Farin. decis. 367. num. 3. ante fin. qua ratione sigillum censetur appositum de voluntate domini, vt per Rot. post d. lib. 2. cons. Farin. decis. 42. num. 9. in fine

Neque aliud censeri potest, ex testibus pro informatione Curiæ examinatis, quia vel non concludunt negatiuam coarctatam ex ratione, de qua infra, vel vbi etiam concluderent, non releuant, quia cum in resignationibus, seu translationibus locorum montium vbi non exprimitur causa aliqua particularis, soleat causa consistere in receptione
3 pretii, notarius illam potest etiam ex se in instrumento extendere, Surd. decis. 223. num. 6. R. P. D. Coccin. decis. 76. num. 14. vers. non obstat, & num. 15. 16. & seqq.

Quod quidem absque dubitatione transit in hoc casu, in quo resignatio, seu translatio montium proueniebat à muliere, nam cum Statutum lib. 1. cap. 151. in mulierum contractibus requirat expressionem causæ in scriptis, talis expressio potuit a se-
4 cretario reputari necessaria, cum alioquin resignatio, seu translatio sine causa, & vt dicunt testes, libera, & quia sic resignanti, seu trasferenti facere placuit, fuisset donatio indigens ex Statuto lib. 1. cap. 149. & seq. aliis solemnitatibus, ac proinde illis non seruatis nulla, & inefficax, Cephal. cons. 308. num. 38. & seqq. lib. 3. Curt. iun. cons. 126. num. 10. Greg. decis. 15. num. 5. & seq.

Aut saltem negari non potest, quin ex huiusmodi ratione secretarius excusetur, & præsertim cum eius
5 respectu nullum considerabile lucrum circa augumentum mercedis consequeretur, sine quo non datur falsitas, Rot. d. decis. 111. num. 1. par. 1. diuers.

Quoad secundum vexatio etiam videtur iniusta, non obstantibus aliis testibus pro Curia examinatis, quia non attenduntur testes, ex quibus elicitur repro-

reprobatio publici instrumenti rogati à cognito, & legali secretario, nisi manifestissimè, & in superlatiuo gradu concludant, Boss. tit. de falsis, num. 9. Ias. cons. 153. num. 5. lib. 2. & cons. 13. col. 3. ante fin. vers. secundo pro eadem, lib. 3. Dec. cons. 101. col. 2. ante med. vers. non obstat, Alex. cons. 33. numer. 15. lib. 3. Aym. cons. 56. num. 3. Boer. decis. 118. num. 7. in fine, Menoch. de arbitrar. cas. 105. numer. 2. Farinac. quæstion. 158. num. 116. Caputaq. decis. 100. num. 3. par. 2.

Talis autem minimè est probatio ex prætensis testibus resultans, tum quia patiuntur exceptiones de-
7 ductas in facto, cum certum sit, testes reprobantes instrumentum debere esse omni prorsus exceptione maiores, Bald. in c. cum Ioannes eremita, num. 6. vers. vltima glosa, & num. 8. de fid. instrumen. vbi etiam Imol. num. 13. post med. Zabar. col. 3. ad med. vers. licet enim, Abb. num. 13. in fin. & Felin. nu. 44. Ias. d. cons. 153. col. 5. post med. vers. vndecimo facit Aym. cons. 56. num. 3. & consil. 75. numer. 34. Natt. cons. 95. numer. 10. & seqq. Boer. d. decis. 118. num. 7. vers. cum testes, & num. 14. 26. & seqq. Franc. Marc. decis. 486. num. 17. par. 1. Bero. cons. 147. numer. 36. lib. 2. Bursatt. cons. 53. num. 8. lib. 1. Bertaz. cons. 398. num. 1. Caputaq. d. decis. 100. nu. 2. par. 2. Surd. cons. 132. num. 41.

Etiamquod aliqui ex testibus sint instrumētarij, quia
8 in criminalibus, vbi agitur contra notarium, eius respectu non militat ratio illorum approbationis, vt pluribus comprobat Farinac. quæstion. 158. numer. 121.

Tum etiam quia aliqui ex testibus non probant, quia solum dicunt, in stipulatione qualitatem hæreditariam non audiuisse; alij verò, qui vlterius addūt, quod si de ea mentio facta fuisset, audiuissent, mi-
9 nus probant, cum non coarctent negatiuam cum qualitate requisita, nempè quòd dici non potuisset, quin ipsi audiuissent, Alex. cons. 43. num. 18. lib. 4. Pacian. de probation. cap. 40. num. 17. vers. & propterea necessarium, lib. 1. Farinac. d. quæstion. 158. num. 125. & seq. vbi post Foller. in pract. crimin. in verb. item quòd commisit falsitatem, numer. 64. ad finem, vers. quia debent dicere, Monticell. & alios, ampliat etiam quòd testes dicerent, se notario, & contrahentibus propinquos, & attentos stetisse ad eorum verba, & nihil audiuisse, Rot. post lib. 2. cons. Farin. decis. 324. n. 6.

Cæterum ex alijs quoque cessat iustitia huius vexationis; primò namque constat additionem dictæ hæreditariæ qualitatis habere primordium veritatis, dum alias non solum in actis pluribus iudicialibus DD. aduersarij se fecerunt hæredes, sed in alijs etiam actibus ab eorum secretario rogatis;
10 nunquàm enim falsum dicitur, quod habet primordium veritatis, inquit textus in l. cum filius, 78. §. hæres meus, ff. de leg. 2. & ibi Bart. Alber. & Imol. Crammat. vot. 26. num. 12. Aym. cons. 46. nu. 8. Clar. §. falsum, num. 34. Honded. cons. 99. num. 37. lib. 2. Surd. cons. 273. num. 50. lib. 2. quamobrem additio nec etiam est apta nocere, Farin. quæst. 150. num. 336. & 338.

Secundò quia DD. aduersarij ad effectum transferendi dicta loca montium vsi fuerunt examine testiū probantium, illos proximiores eorum, quorum se hæredes esse ab intestato additio exprimit; talis autem depositio infert pernecesse qualitatem hæreditariam; cùm si loca montium voluissent transferre tanquam fideicommissarij alienantes, vel debuissent mandatum Iudicis requirere ex forma motus proprij Pauli Quinti super gubernio montium, vel saltem docere de prætenso fideicommisso; cum autem neutrum fecerint, asserendo, & probando se proximiores ad effectum de dictis montibus disponendi, consequutiuè resultabat assertio successionis hæreditariæ, quia qui vnum dicit, ex
11 quo aliud sequitur, vtrumque dicit, Bald. in l. data opera, nu. 34. C. qui accus. non poss. Surd. cons. 310. n. 11. Seraph. decis. 447. n. 2.

Tertio quia neque ex prædicta additione, neque ex fide illius tradita alijs constat, secretarium vllum prorsus commodum reportasse; cum autem falsi-
12 tatis crimen sine dolo non detur, dolus verò non detur absque commodo, & vtilitate, vtique cessat omnis prætensio criminalitatis, Aym. cons. 75. numer. 13. & 17. Menoch. consil. 98. numer. 28. lib. 1. Honded. consil. 105. numer. 85. & consil. 109. numer. 16. & 23. & seqq. lib. 1. & consil. 92. numer. 8. lib. 2.

ARGVMENTVM.

Testes instrumentarii, an & quando reprobent instrumentum, in casu, in quo agitur criminaliter contra notarium.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenti ad reprobationem requiruntur manifestissimæ probationes, et in superlatiuo gradu.*
2 *Falsitas cessat sine lucro et vtilitate.*
3 *Instrumenti ad reprobationem, quando vnicus testis instrumentarius deponit, debet esse omni exceptione maior.*
4 *Testes, vbi agitur contra notarium, debent esse omni exceptione maiores, quia tunc non militat ratio eorum approbationis.*
5 *Contractus perfectio et forma substantialis consistit in solo puncto indiuisibili conclusionis.*
6 *Cancellationes, et additiones nihil detrahunt instrumento, quia præsumuntur de voluntate contrahentium emanasse.*
7 *Testes, qui negant audiuisse, non reprobant instrumentum.*
8 *Negatiuam non probant testes, qui eam non coarctant.*
9 *Referens se ad aliud complectitur omnia, quæ sunt in relato.*
10 *Relatio restringitur ad limites præcedentis dispositionis quoad omissa, non autem quoad expressè immutata.*
11 *Falsitas tollitur contrarijs præsumptionibus.*

CONSILIVM CCLII.

Reprobatio publici instrumenti, de quo agitur, nullum habet fundamentum, quia rogatum
1 est à cognito, & legali notario, ac propterea ad illius impugnationem requiruntur probationes manifestissimæ in superlatiuo gradu, Boss. de fals. numer. 9. Ias. cons. 153. num. 5. lib. 2. & cons. 13. col. 3. ante finem, vers. secundo pro eadem, lib. 3. Aym. cons. 56. num. 3. Dec. cons. 101. col. 2. ante med. vers. non obstat, Alex. cons. 33. num. 15. lib. 3. Boer. decis. 118.

118.num.7.in fine, Menoch.de arbitr.caſ.105.nu.2. Farin. quæſt.158. num.116.Caputaq.deciſ.100.nu. 3.par.2.

Tum etiam quia inſtrumentum huius donationis rogatum eſt ad fauorem infantis, in quo nec quidem vmbra ſuſpicionis cadere poteſt circa corruptionem eorum, contra quos falſitas obiicitur;
2 hac autem circumſcripta, cum in notario, & aliis nullum lucrum, nullumque commodum detur, ceſſat etiam omnis falſitatis prætextus, Menoch. conſ.98.num.28.lib.1.Aym.conſ.75. num.13.& 17. Honded.conſ.105. num.84. & conſ. 109. num.16. 23.& ſeq. lib.1.& conſ.71.num.8.lib.2. Farin.quæſt. 150. num.273.& ſeq.& conſ.164.num.15.lib.2.Rot. deciſ.111.num.1.par.2.diuerſ.

Nec obſtat probationes, vitia viſibilia, & præſumptiones, in quibus exaduerſo inſiſtitur, quoniam probatio, quæ deſumitur ex Geruaſio teſte inſtrumentario, nullam habet releuantiam, tum quia
3 patitur exceptiones deductas in facto, & in reprobatione inſtrumenti, quicquid ſit in pluribus teſtibus inſtrumentariis, quando vnicus deponit debet eſſe omni exceptione maior, idem Giurba exaduerſo adductus conſ.78. num.9.ad fin. nulla-
4 que eſt difficultas vbi agitur contra notarium criminaliter, ex quo tunc non militat ratio illorum approbationis, idem Farin.pariter exaduerſo adductus d.quæſt.158.num.111.

Tum etiam quia depoſitio huius teſtis nihil concludit, quandoquidem ſtant iſta ſimul, quod actum fuerit de ſubrogando Bonauenturam infantem loco Calixti legatarii, & Auguſtinum contrahentem redarguiſſe notarium in actu ſtipulationis, quod nollet donare, cum eſſe poſſit, quod poſt redargutionem, & ante perfectam ſtipulationem ab hac redargutione receſſerit, & concluſiue tandem contentus fuerit de ſtipulatione donationis; perfe-
5 ctio namque, & forma eſſentialis contractus conſiſtit in ſolo puncto indiuiſibili concluſionis, Natt. conſ.357.per tot.Alba conſ.11 num.25.& conſ. 70. num.12.

Eademque ratione minus releuans eſt depoſitio Sanctæ famulæ, quia præter hanc, & alias exceptiones deductas pariter in facto, & præcipuè quia non eſt repetita, ipſa quoque nihil deponit circa concluſionem contractus, ſed ſolum audiuiſſe altercationem circa voluntatem donandi, quid autem concluſiuè poſt diſſentionem fuerit firmatum, & ſuper quo perfecta concluſio contractus, non declarat; & hinc eſt, quòd quotidie in actu ſtipulandi, cum ſæpius contrahentes voluntatem mutent, caſſatio-
6 nes, interlineationes, additiones, & apoſtillæ nihil detrahunt inſtrumento rogato, ſed omnia præſumuntur reſpectu concluſionis de voluntate ſtabilita per ipſos contrahentes emanaſſe, Bald.in l.1.in fin. verſ. ſed numquid iſta, ff.de his, quæ in teſtam. delent.& in l.noſtram, num.6.verſ.ſed numquid, C. de teſtam.& in l.Labeo, §.1.col.2. verſ. extra quæro, ff.de pact.vbi quod ita practicatur, & conſ. 305. num.1.ad med.verſ.& in dubio, lib.1. Pariſ.conſ.28. num.45.lib.2.Thob.Non.conſ.80. num.8. Farinac. quæſtion.153.numer.27.poſt princ. verſ.& præſertim.

Neque aliquid facit, quòd teſtes prædicti nihil de tali poſſibili concluſione deponant, quodque illam ſi talis fuiſſet, audiuiſſent, quia quod teſtes illam non audiuerint, nullius eſt momenti, cum nihilominus
7 concluſio contractus poſſit ſtare abſque eo, quod illi audiuerint, plenè Surd.conſ.414.numer.48. ad fin.& ſeqq.lib.3.idem Giurb.exaduerſo adductus,
8 d.conſ.78. num.10. cum immò negatiua non probetur coarctata vbi teſtes vlterius non deponunt, quod ita perfici concluſio contractus non potuiſſet, quin ipſi audiuiſſent, Alex.conſ.43 num.18.lib. 4.Pacian.de probat.cap.49.num.17.verſ.& propterea neceſſarium, lib.1.Farin.quæſt.158.numer.125. & ſeqq.vbi poſt Foller.in pract.crimin.in verb. itē quod commiſit falſitatem, num.64.ad fin.verſ.quia debet dicere, Monticell.& alios quos allegat, ampliat, etiamquod teſtes dicerent ſe notario, & contrahentibus propinquos fuiſſe, & attentos ſtetiſſe ad eorum verba, & nihil audiuiſſe, & ſic etiam firmat Rota poſt lib.2. conſil.Farin.deciſion.324.numer.60.

Minus obſtat, quod vndique conſtet, Auguſtinum voluiſſe eaſdem ſubſtitutiones facere, quas prius fecerat in legato Calixti, quia huic voluntati ſatiſ-
9 factum plenè apparet, dum in ipſa donatione expreſſis verbis legitur habita relatio ad legatum prædictum, nempè, vt in inſtrumento publico rogato à D.Leandro die 13.Auguſti, ad quod relictū in omnibus, & per omnia relatio omnimoda habeatur, & iuxta illius ſeriem, & continentiàm, & non alias aliter, nec alio modo, l.ſi ita ſcripſero, 38. ff.de condit.& demonſtr.Rot.deciſion.243.numer. 7.par.2. diuerſor.Cardin.Mantic.deciſion.337. numer. 7.

Neque enim ex hac relatione deſumi poteſt, quod tanquam facta ad legatum ſui natura reuocabile, præſeferat donandi uoluntatem, quia relatio re-
10 ſtringitur quidem ad limites præcedentis diſpoſitionis, ad quam fit relatio quoad omiſſa, & non expreſſa, ſed non in alijs clarè, & expreſsè immutatis, Becc.conſ.101.num.78, lib.1.Surd.conſ.440.nu. 55.verſ.ita ergo.

Prætenſa autem vitia viſibilia, aliæque præſumptiones, quæ exaduerſo deducuntur, nullius ſunt con-
11 ſiderationis, tum quia omnia tolluntur ex coniunctione ſanguinis inter donantem, & donatarium, l.non ſolum, 97.poſt princ.verſ.quia par affectionis cauſa, ff.de ritu nupt.l.penult.ante fin. ff.quod falſo tutore.

Tū etiā quia omnia exaduerſo deducta proſternuntur ex numero duorum teſtium adhibito in rogitu, de quo agitur, nam ſi Auguſtinus teſtari, aut codicillare voluiſſet, vtique non duos, ſed quinque, vel ſeptem teſtes adhibuiſſet, vt arguit textus in l. non codicillum, 14.C.de teſtam.

ARGVMENTVM.

Notarius rogatus de inſtrumento nō cognoſcens perſonas contrahentes an, & quando excuſetur in terminis reformationis ſan. mem. Pauli V.

SVMMARIVM.

1 *Notarius de Iure communi non tenetur cognoſcere perſonas contrahentes niſi ex eorum aſſertionibus, vel ex eo, quia ſic audiuit eas nominari.*

2 *Notarius aſſerens ſibi cognitos contrahentes, ſatis eſt de Iure, quod hanc notitiam acquirat de tempore*

pere contractus eo modo, quo potest, audiendo eorum nomina.

3 *Dolus, & falsitas non præsumitur in notario, quando deficit lucrum, et concurrit spontanea confessio rei gestæ.*

4 *Notarius ignorans suppositionem personæ contrahentis, nullam recipiens vtilitatem non punitur pœnis corporis afflictiuis, aut pecuniarijs ob inobseruantiam Statuti.*

CONSILIVM CCLIII.

IVre communi inspecto absque dubio notarius non tenetur cognoscere personas contrahentes, nisi
1 ex eorum assertionibus, vel ex eo, quia sic audiuit, eas nominari, cum alioquin nimis restringeretur potestas rogandi instrumenta in solis personis per prius cognitis, ex quo ex huiusmodi restrictione sequeretur, illa rogari non posse inter rusticos, mulieres, & extraneos, vt inquit Io: Andr. in addit. ad Specul. in rubr. de instrum. edit. col. mihi 5. in princ. vers. sed numquid personas, quem Doctores communiter sequuntur, vt infra.

Etiamquòd notarius afferat in instrumento sibi con-
2 trahentes cognitos, quia satis est de Iure, quod hanc notitiam acquirat de tempore contractus eo modo, quo potest, scilicet videndo personas paciscentes, & audiendo eorum nomina, & cognomina, quibus afferunt se vocari, & licet quandoque aliquis mentiatur, hoc est de raro contingentibus, ad quæ iura non adaptantur, ac proinde satis est, quòd tabellio non debeat præsumere, quòd aliquis fingat nomen, & falsum committat, & in hoc sit in bona fide, credendo contrahentibus circa nomen designatiuum substantiæ, & corporis, plenè Bald. hinc rationibus in rub. ... de fid. instr. num. mihi 20. 21. & seq. ... cons. 18? num. 17. lib. 1. Foller. in prax. crim. in verb. item, quod commisit falsitatem, num. 2. Bertaz. cons. crimin. 172. num. 3. lib. 1. Aemil. cons. 94. num. 14. & cons. 130. numer. 9. Farin. de fals. quæst. 150. num. 97. & de test. quæst. 71. num. 54. & hanc partem etiam quoad testes, qui in testamentis adhibentur, vt sufficiat cognitio illa, quæ resultat pro aspectu in ipso actu contrahendi, & testandi, sequitur tanquam veriorem Rot. decis. num. 1. & seq. par. 1. diuers.

Difficultas est in reformatione san. mem. Pauli Quinti sub tit. de notarijs trib. Vrb. num. 37. vers. notarij, dum prohibet rogitum absque cognitione ipsius notarij, vel vnius saltem ex testibus sub pœna emendationis interesse Partis vltra pœnas, de quibus meminit eodem tit. num. 69. vbi imponit pœnam scutor. 25. pro qualibet vice, & alias pecuniarias, & corporis afflictiuas pro modo excessus à suo Iudice arbitrandas; sed nihilominus videtur nota-
3 rius in hoc casu omninò excusandus, dum certum est, ab eo omnem prorsus dolum abesse, quatenus cessauit omnis spes lucri, & ex qualitate spontaneæ confessionis rei gestæ, & confessione supponentis hoc ipsum clarissimè demonstratur, Aym. cons. 75. num. 13. & 17. Menoch. cons. 98. num. 28. lib. 1. Honded. cons. 105. num. 89. & cons. 109. num. 16. 23. & seqq. lib. 1.

Atque hac ratione in casu similis Constitutionis, Ro-
4 ta Auenionensis notarium, qui ignorauerat suppositionem personæ, ac nullum commodum ex eo actu receperat eadem Cõstitutione ratione huius excusationis non obstante, absoluit à pœnis corporis afflictiuis, & pecuniariis, & licet ob latam culpam, in quam inciderat, non obseruando Statuti formam, priuauerit exercitio officii, id tamen fuit, quia erat notarius prouectus, & non vnum, sed plura rogauerat instrumenta, quæ fuerãt sortita effectum in alterius præiudicium, quãobrem cessantibus his rationibus, videtur liberandus notarius iuuenis, & cuius rogitus nullum attulit alicui detrimentum, postquam pœnam condignam eius incuriæ substinuit ex carceratione, & tortura in faciem illius, qui ex hac causa delictum est confessus ad eandem Rotam Auenionen. apud Laurent. decis. 107. num. 1. vers. notarius autem, & num. 2. & seqq.

ARGVMENTVM.

An Reo condemnato in contumaciam comparenti infra annum incumbat onus probandi suam innocentiam.

SVMMARIVM.

1 *Sententia contumacialis penitus euanescit ex condemnati constitutione in carceribus infra annum.*

2 *Condemnatus, qui impetrauit a Principe admissionem ad nouas defensiones tenetur docere de iniustitia sententiæ, non autem Fiscus de iustitia.*

3 *Comparens infra annum impedit exequutionem sententiæ, etiam si de sua innocentia non doceat.*

4 *Contumacia non præiudicat Reo stante iusta causa absentiæ.*

5 *In Pœnalibus scientia generica, vel præsumpta non est sufficiens, sed requiritur specifica omnium qualitatum.*

6 *Productio scripturæ non concludit in pœnalibus scientiam omnium qualitatum.*

CONSILIVM CCLIV.

EX spontanea constitutione D. Petri Antonij in carceribus infra annum à die sententiæ contra
1 ipsum in contumaciam latæ, euanuerunt omnes eius effectus, itaut nulla ratione de eius exequutione agi possit, vt per Rot. apud Seraphin. decis. 354. num. 8. & seqq. vbi quod ita sæpius fuit decisũ, & hæc decisio Seraphini habetur etiam apud Farinac. quæst. 11. post num. 92.

Neque exaduerso prætendi potest D. Petro Antonio non obstante dicta eius comparitione onus incũbere probandi innocentiam, & ipsum non deliquisse, ex Chartar. de exeq. sentent. capto bannit. cap. 1. num. 124. & plurib. seqq. quatenus distinctis in hac controuersa quæstione quatuor capitibus, in tertio, in comparente scilicet post sententiam, & ante annum videtur tenere opinionem contrariam, quod scilicet bannito incumbat onus innocentiam probandi, non autem Fisco delictum, vt
2 eodem cap. 1. à num. 205. ad 223. quoniam Chartar. intelligendus est, prout loquitur, in condemnato, qui impetrauit à Principe admissionem ad nouas defensiones, vt eodem cap. 1. præcipuè nu.
3 213. secus autem tenendum in eo, qui sponte infra annum comparet, nam cum ex Constitutione Pii Quinti, hoc casu non ex gratia Principis audiatur, sed beneficio iustitiæ ex d. Constitutione prouenien-

uenientis ab ipso solo Iudice sententia lata ex solis ad inquirendum inditijs, nullatenus exequutioni est demandanda, etiam quod comparens de innocentia non docuerit, quia satis est, quòd compareat in termino sibi à Constitutione præfixo, verba sunt Farinac. ead. quæst. 11. num. 104. vers. limita quartò, vbi etiam in vers. & ita, vt verum fatear, quod semper ita seruari vidit, & ita fuit iudicatum, approbata sententia à fel. record. Clemente Octauo.

In hoc autem casu res videtur carere difficultate, tum quia formiter ex actis iustificata fuit absentia D. Petri Antonij ab Vrbe cum habitatione continua, & permanente in Prouincia Marchiæ in loco
4 proprij domicilij; quando autem Reus citatus non potuit ex aliqua iusta causa impeditus comparere in termino sibi nimis breui præfixo, stante qualitate absentiæ, minimè eius contumacia considerabilis censeri potest, Farinac. eadem quæst. 11. num. 50. & 52. vers. prima impedimenti, quo casu etiam Charrar. ipse contrariam conclusionem limitat, eodem tractat. de exequut. sentent. capto bannito, cap. 1. nnmer. 208. in fine, vers. nisi ostenderet iustam.

Tum etiam quia fundamentum, quod exaduerso assumitur contra D. Petrum Antonium ad probationem visus commissionis, quę supposita prętenditur ex reproductione citationis ad dicendum contra, non releuat, cum exindè inferri possit scientia in genere commissionis, non autem in specie commissionis habentis in aliquo veritatis immutatio-
5 nem; in pœnalibus autem scientia generica, vel præsumpta non est sufficiens, sed requiritur specifica omnium qualitatum, glos. communiter recepta in c. concertationi, in verb. sciuerit, de appell. in
6. Bero. cons. 68. num. 86. lib. 1. Surd. cons. 150. in fine, & decision. 265. num. 19. Benintend. decis. 12. n. 9. Rot. in Meleuitana bonorũ 8. Nouembris 1619. coram Sacrato.

Et in terminis fortioribus, in producente scilicet scri-
6 pturam, quòd exinde non resultet scientia præsumpta omnium qualitatum, cum esse possit, quòd omnia contenta in ea scriptura producens non legerit, Rot. decis. 160. num. 7. par. 4. rec.

ARGVMENTVM;

De exclusione prætensæ subtractionis instrumenti, & suppositionis in prothocollo.

SVMMARIVM.

1 *Falsitas non datur sine dolo, nec dolus sine commodo.*
2 *Societas præsumitur lucrari, donec non sit reddita ratio.*
3 *Primordium veritatis excludit falsitatem.*
4 *Notarius facta extensione instrumenti in prothocollo non tenetur conseruare notulam, super qua fuit facta stipulatio.*
5 *Instrumentum extendi potest in prothocollo aliena manu, quando hic est notarii stilus.*
6 *Contrarietas in testibus vitiat depositionem.*
7 *Testibus contrariis, vel variis in nihilo credendum est propter indiuiduitatem iuramenti.*

CONSILIVM CCLV.

INiusta videtur vexatio filiorum D. Augustini querelati de suppositione falsi instrumenti in prothocollo q. Pauli Mancinelli cum subtractione veri, quia præterquamquod causa prætensa huius falsitatis in ipsa querela ab adhærentibus expressa, quòd scilicet Augustinus creditum occasione instrumenti veri in scutis sex millibus monetæ currentis grossorum viginti pro scuto in falso supposito expresserit ad præiudicium debitorum in scutis sex millibus monetæ Papalis iuliorum decem pro scuto, nullum effectu inspecto afferebat ipsi querelato commodum, ex quo debitores probantur nec fuisse etiam soluendo in summa minori;
1 falsitatis autem crimen sine dolo non datur, dolus verò minimè quoque datur absque commodo, & vtilitate, Aym. cons. 75. numer. 13. & 17. Menoch. cons. 98. num. 28. lib. 1. Honded. cons. 105. num. 84. & cons. 91. num. 8. lib. 2. Farin. quæst. 150. nu. 273. & seq. & cons. 164. num. 15. lib. 2. Rot. decis. 111. num. 1. par. 2. diuers.

Cessat etiam quæcumque prætensæ falsitatis suspicio, dum liquidissimè constat, creditum eiusdem Augustini ratione capitalis, & augumenti positi ab ipso in societate inita cum adhærentibus excedere summam dictorum scutorum sex millium Pa-
2 palium, & presertim dum societas non solum ex iuris præsumptione censetur lucrosa, præcipue quousque administratores, quales fuerunt aduersarij, qui solùm operam in societate posuerunt, rationem non reddunt, Soc. cons. 24. numer. 41. lib. 1. Hect. Felic. de soc. cap. 20. num. 12. cap. 24. num. 33. & cap. 31. num. 66. Magon. decis. Lucen. 1. num. 33. Rot. in Florentina pecuniaria 23. Ianuarij 1617. coram bo. mem. Vbaldo, sed etiam constat de lucro societatis ex tenore eiusdem instrumenti veri, quod exaduerso prætenditur ex prothocollo sublatum, dum quantitas, quæ in eo legitur, promissa est pro capitali, & lucris; quandoquidem sicut propterea liquet de veritate crediti in quantitate dictorum scutorum sex millium Papalium; ita quoque negari nequit, quin stante hoc primordio
3 veritatis cesset omnis falsitatis prætextus, textus est in l. cum falsus, 78. §. hæres meus, ff. de leg. 2. vbi Bart. Alber. & Imol. Gram. vot. 26. numer. 12. Aym. cons. 46. num. 8. Clar. §. falsum, numer. 34. Honded cons. 99. num. 37. lib. 2. Surd. cons. 273. n. 50. lib. 2. Farin. quæst. 150. n. 336. & 338.

Nec obstat, quòd instrumentum fuerit stipulatum super minuta retenta per Hieronymum alterum ex arbitris electis inter Partes, & quibus mediantibus fuit ad concordiam deuentum, exemplata tamen eadem minuta de verbo ad verbum per Petrum Mariam alterum peritum, & relicta penes Paulum notarium, qui super ea instrumentum fuit stipulatus, instrumentum verò repertum in prothocollo eiusdem notarij apud archiuium recognitum fuerit scriptum manu Bartholomæi alterius notarij
4 cognati eiusdem notarij Pauli, tum quia data extensione instrumenti in prothocollo non est obligatus notarius conseruare notulam, super qua fuit facta stipulatio, Paris. cons. 28. num. 21. & seqq. lib. 2. Rot. in Romana pecuniaria 23. Iunij 1597. coram Litta post lib. 2. cons. Farin. decis. 117. num. 5. quem-
5 admodum nec refert, quod extensio in prothocollo sit aliena manu, præsertim cum appareat

alia reperiri extensa in eodem prothocollo manu aliena, vt per Rot. ead. decis. 147. post lib. 2. cons. Farin. num. 6.

Tum etiam quia ijdem, & alij testes non solum inter se sunt contrarij, sed etiam contrariantur ipsi querelæ, quamobrem nullam merentur fidem, & signanter respectu contrarietatis inter ipsos arbitros circa stipulationem vnius, vel alterius minutæ, & circa licentiam attributam ab Ordinario clericis fideiussoribus in vna, vel altera summa, cum

6 hæc sint inter se taliter contraria, vt non recipiant possibilitatem conciliationis, Gregor. decis. 398. n. 3. & 6.

Cum immò propter indiuiduitatem iuramenti testibus tam contrarijs, quam varijs non sit in ali-

7 quo credendum, l. qui falsò, vel variè, 16. ff. de testib. Dec. cons. 105. nu. 5. vers. similiter testes, & cōs. 424. num. 17. Clar. quæst. 53. num. 8. Rota post lib. 2. consil. Farinac. decis. 100. num. 1. & seq. & decis. 535. num. 4. par. 2. recent.

ARGVMENTVM.

De remotione inditiorum prætensæ falsitatis circa ordinem, & mandatum soluendi.

De peritorum relatione circa recognitionem scripturæ.

SVMMARIVM.

1 *In Falsitatis crimine magis vrgentes, & exactæ probationes requiruntur, quam in alio quocumque.*

2 *Inditium non oritur ex eo, quod vno, vel altero modo ex accidenti contingere potest.*

3 *Subscriptio facta a Parte tollit suspicionem falsitatis.*

4 *Actus tribuendus est causæ, de qua constat.*

5 *Quietantia duplex in dubio importat duplicem solutionem.*

6 *Testis ad sui exonerationem non probat.*

7 *Exceptio interesse adeo repellit testem, vt arbitrium Iudicis in adhibendo fidem testibus dicatur sublatum.*

8 *Quietantia duplex cum diuersitate causarum importat duplicem solutionem.*

9 *Quietantia facta a iuuene mercatores præiudicat domino.*

10 *Veritatis primordium excludit falsitatem.*

11 *Mandatum de soluendo solutione non subsequuta non præiudicat mandanti.*

12 *Falsitas nec actu, nec habitu nocibilis non meretur pœnam.*

13 *Periti etiam in criminalibus non attenduntur, nisi fuerint electi a Iudice vtrique Parti confidentes.*

14 *In Peritorum relatione requiritur iuramentum, & Partis citatio.*

15 *Periti non eliguntur nisi in subsidium, quando scilicet haberi non possunt aliæ probationes.*

16 *Periti non debent iudicare de quæstione circa factum, quæ terminari potest per religionem Iudicantis.*

17 *Comparatio litterarum non admittitur, nisi præcedente iuramento, quod non adsint aliæ probationes.*

18 *Testis deponens de suo iudicio non releuat.*

19 *Falsitas cessat, quando veritas aliter se habere potest.*

20 *Ad Falsitatem excludendam quælibet admittitur interpretatio.*

21 *Peritorum iudicium nō sufficit ad condemnationē.*

CONSILIVM CCLVI.

INditia prætensæ falsitatis contra D. Benedictum deducta releuantia censeri nequeunt, non solum

1 quia in hoc crimine, in quo magis vrgentes, magisque exactæ probationes requiruntur, quam in alio quocumque, Boss. de official. corruptis, num. 14. Grat. cons. 60. num. 16. lib. 2. Siluan. cons. 7. num. 16. & seq. Gabr. consil. 169. num. 13. lib. 1. Honded. consil. 109. num. 53. lib. 1. Rot. post lib. 2. cons. Farin. decis. 121. num. 2. non potest propterea fieri fundamentum in inditijs prætensis ex insolito modo faciendi ordines, & mandata soluendi inter mercatores, & præcipuè cum exaduerso non probetur negatiua, quòd modus ordinis, & mandati, de quo quæritur, nunquam fuerit in vsu; quandoquidem

2 inditium non oritur ex eo, quòd vno, & altero modo ex accidenti esse potest, Bald. dicens non præbere inditium ea, quæ pluribus modis accidere possunt, cons. 259. num. 4. vers. nec quæ possunt, lib. 1. Aym. cons. 6. num. 12. Vulpell. cons. 97. numer. 3. dicens ex ijs, quæ diuersimodè per accidens contingere possunt, non fieri illationem delicti, Farin. quæst. 37. num. 6. & seq. & cons. 192. num. 20. lib. 2. & cons. 60. num. 9.

Sed quia cum hoc mandatum de soluendo appareat

3 subscriptum à D. Martinello, & de veritate huius subscriptionis non possit controuerti, subscriptio talis submouet omnem scrupulum, Seraphin. decis. 973. num. 1. Caualer. decis. 75. num. 3. & decis. 133. num. 2.

Et præsertim cum nihil constet de prætensis exaduerso, quòd subscriptio emanauerit ad alium finē,

4 quia regula est, quod alio non apparente, actus sēper tribuendus est causæ, de qua apparet. Caputaq. decis. 226. num. 2. par. 2. Surd. decis. 170. num. 13. & seq. Rot. decis. 460. n. 3. post med. vers. & sic ex causa, quæ apparet, par. 2. rec.

Præterea excluduntur etiam quæcumque prætensa inditia ex veritate solutionis scutorum 400. scilicet ducentorum solutorum D. Nicolao, & aliorum ducentorum solutorum D. Ioanni Baptistæ iuueni dicti D. Nicolai; quamuis enim solutiones fuerint

5 sub eadem die, tamen cum D. Benedictus duplicem quietantiam per scripturas separatas reportauerit ex duplicitate quietantiarum nulla est dubitatio, quin in dubio summæ censendæ sint duplicatim solutæ, l. quingenta, aliàs incipit quinquaginta, in fine, ff. de probat. l. si is, qui ducenta, in princ. ff. de reb. dub. l. cum centum, ff. de adimen. leg. glo. in l. ne casu, C. de discussor. lib. 10. Bart. Ias. Alex. & alij in l. triticum, ff. de verb. oblig. Ias. cons. 87. num. 2. Menoch. de arbitr. cas. 213. num. 11. & seqq. Aym. cons. 282. num. 2. Surd. cons. 80. n. 10. seq. & per tot. lib. 1. Rot. in Romana affictus 23. Ianuarij 1613. coram R. P. D. Pirouano.

Neque enim quicquam facit, quòd examinatus dictus D. Nicolaus deposuerit, summam scutorum 300. sibi solutam fuisse cum eisdem pecunijs cambij,

bij, de quibus dictus eius iuuenis fecerat quietan-
6 tiam, tum quia depositio est ad ipsius exonerationem, Farinac. de testib. quæst. 60. num. 4. & hæc ex-
7 ceptio interesse adeo testem repellit circa qualitatem, ex qua eius commodum resultat, vt arbitrium, quod alias tribuitur Iudicanti circa adhibendam fidem testibus, omnino dicatur sublatum, Bald. in c. cum nuncius, numer. 1. vers. nota quod commodum, de testib. Farinac. d. quæstion. 60. numer. 18.

Tum etiam quia causa expressa in quietantia facta à D. Nicolao tanquam illa, quæ declarat, soluta fuisse sibi dicta scuta 200. numeratim ab ipso D. Benedicto de proprijs ipsius Benedicti pecunijs, est diuersa a causa declarata à dicto iuuene in quietantia à se facta tanquam ea, quæ refertur ad causam cambij, neque est dubium, quin data diuersitate
8 causarum expressarum in quietantijs cum separatis scripturis, non obstante, quòd sint sub eodem die, tamen summæ censeantur duplicatim solutæ, Menoch. de arbitr. cas. 213. n. 26. Mascard. de prob. concl. 1249. n. 28. par. 3.

Cæterum frustra etiam crimen falsitatis hoc casu obijcitur, quoniam de quietantia facta à D. Nicolao non ambigitur; quoad quietantiam verò factam à dicto iuuene, aut admittitur, sicut de Iure est ad-
9 mittendũ, quod præiudicet Domino, vt in terminis est decisio Rot. 566. num. 1. & seq. par. 2. recent. &
10 tunc stante primordio veritatis, cessat falsitas, l. cũ filius, 78. §. hæres meus, vbi Bart. ff. de leg. 2. Grammat. vot. 26. num. 13. Foller. in praxi crimin. 2. par. princ. vers. item quod commisit falsitatem, numer. 35. Clar. §. falsum, numer. 34. Surd. cons. 173. numer. 50. lib. 2.

Aut ex aduerso quietantia dicti iuuenis non admittitur ex eo, quod vel ex edicto Illustrissimi D. Thesaurarii anno 1630. vel alias fidem non faciat, &
11 tunc remanentia solius ordinis, & mandati de soluendo cum non præiudicet ordinanti solutione minimè subsequuta, l. solutam, ff. de solut. Rot. Ianuen. decis. 2. num. 14. etiam quod falsitas in or-
12 dine adesset, quod negatur, tamẽ cum in hoc casu nec actu, nec habitu sit nocibilis, nulli pœnæ, neque etiam extra ordinem est locus, Surd. decision. 282. numer. 18. & seqq. Honded. consil. 109. numer. 55. & seqq. lib. 1. Farinac quæstion. 150. numer. 333. & 338. & consil. 60. numer. 10. & consil. 179. numer. 20.

Ex testibus autem tanquam assertis peritis vltimo loco pro informatione Curiæ examinatis non etiam aliquod resultat prætensæ falsitatis inditiũ, quod releuet; aut enim Curia se fundat in eorum depositionibus, quia sint periti in exercitio, & professione scribendi, & in ijs ex hac qualitate nullum fieri potest fundamentum, quoniam periti etiam
13 in criminalibus non attenduntur, nisi fuerint electi à Iudice vtrique Parti confidentes, & sic de cõsensu etiam inquisiti, Vulpell. cons. 135. numer. 3. Menoch. de arbitr. cas. 114. numer. 26. post med. Farinac. cons. 70. num. 16. & cons. 112. nu. 19. & cons. 179. num. 5.

Et nisi eorum peritorum iuramentum, ac relatio re-
14 cepta sit Reo præsente, vel citato, Farinac. d. cons. 70. num. 16. ante med. vers. & propterea, & consil. 108. n. 24. & cons. 156. n. 50.

Nullaque videtur difficultas hoc casu, quo nec etiã de Iure locus erat, nec est peritorum electioni,
15 quia ad eam non est deueniendum, nisi in subsidium, quando non possunt haberi aliæ probationes, Caputaquen. decis. 65. incip. ad electionem lib. 1. in manuscript. Rota in Romana responsionum, siue rescissionis canonum, 26. martij 1593. coram Penia.

Et præsertim cum in hoc casu non incidat quæstio
16 circa factum, quæ non possit terminari per religionem Iudicantis, nisi adhibita artis peritia, cum circa alia non pertineat ad peritos iudicare, sed ad Iudices, Rota decis. 437. numer. 3. & 5. lib. 3. par. 3. diuersor. Reuerendissimus Coccinus Decanus decision. 422. nu. 7. vers. vndè declaratio peritorum, & num. seq.

Atque hinc est, quod etiam in criminalibus nec pe-
17 ritorum iudicium, nec comparatio litterarum habetur in consideratione, nisi prius per Fiscum, & accusatorem iuratum fuerit, non habere aliam probationem, quam istam peritorum, & litterarum comparationis, Menoch. de arbitr. d. cas. 114. numer. 26. Vulpell. d. consil. 135. num. 2. Farin. d. cons. 108. num. 37.

Aut Curia se fundat in depositionibus prædictorum tanquam testium pro Curiæ informatione examinatorum, prout verè sic eos examinatos fuisse constat ex lectura examinis, & tunc nec etiam rele-
18 uant, cum de eorum solo iudicio deponant, & consequenter non testium, sed Iudicum officio fungantur, vt in his terminis ad prætensæ falsitatis exclusionem hoc vtitur dilemmate, & bene comprobat Farin. cons. 179. nu. 5. in princ. & vers. quod si eos.

Cessatque dubitandi scrupulus in hoc casu, dum vterque examinatus iudicium suum fundat in prætensis coniecturis, quarum omnes desumuntur ab argumentationibus exclusiuis releuantiæ, dum ve-
19 ritas aliter se habere potest, & hæc possibilitas sufficiens est ad absolutionem, Clar. §. falsum, num. 30. vers. trita est, Farin. d. cons. 108. num. 16. ad fin. & num. 25.

Et præcipue cum pro regula tradatur, omnem faciẽ-
20 dam esse interpretationem, vt excludatur turpe, & ignominiosum falsitatis crimen, vt per eumdem d. cons. 108. n. 27.

Peritorumque iudicium insufficiens sit ad condem-
21 nationem, vt num. 64. ad fin.

ARGVMENTVM.

An, & quando testes confrontati repeti posśint ad instantiam Reorum cũ interrogatoriis.

SVMMARIVM.

1 *Confrontatio inquisiti cum testibus habet vim citationis ad videndum eos iurare.*

2 *Confrontatio non excludit Reum a facultate repetendi testes cum interrogatoriis. Contrarium numer. 3.*

4 *Confrontatio cum interrogatoriis factis a Reo non rudi, sed sagaci nullo iure repetendi sibi reseruato adimit facultatem vlterius repetendi cum alijs interrogatoriis.*

5 *Repetitio testium fit cura, & impensis Rei, qui facto suo omisit in confrontatione interrogatoria.*

6 *Testes cogi possunt ad repetitionem, sicut ad examen*

7 *Interrogatoria si neque in confrõtatione, neque postea Reus citatus voluit dare, excluditur facultas repetendi testes.*

8 *Testes iuratos examinare non tenetur is, qui eos induxit, sed relinquitur facultati alterius Partis, vt possit eos cogere ad subeundum examen.*

9 *Testium examini, & depositis non potest inducens renunciare ad effectum, vt altera Pars non possit eos examinare, sed ipse inducens non tenetur eos repetere in vtilitatem vlterius Partis.*

CONSILIVM CCLVII.

Nulla est difficultas, quod confrontatio Rei cum testibus habet vim citationis ad videndum iu-
1 rare cum in potestate Iudicis sit, prout melius sibi videbitur, vel testes pro Curiæ informatione examinatos ad faciem Rei confrontare, vel eos, Reo citato repetere, Honded. conf.101.post num. 1.lib.1. Farin. de testib.quæst.72. num.139. Caball. resol.crimin.cas.269.num.15.Guazzin.tract.ad defensam par.1.defens. 20.cap.21.num.1.

Difficultas est, an confrontatio excludat Reum à facultate repetendi testes, vt quia licet confrontatio suppleat defectum citationis ad videndum testes iurare, non tamen suppleat defectum interrogatoriorum, cum quibus testes examinari debeant.

In hoc autem articulo de Iure est controuersia, quia
2 pro Reo tenet, Honded.d conf.101.nu.28.& aliis, idemque Farin. de testib. d.quæst.72. num.144. ea ratione, quia interrogatoria ex improuiso perfectè à Reo carcerato non fiant, melius, quàm formentur à procuratoribus, & aduocatis, qui dicta testium percunctauerint, vt etiam per Guazzin. ead.defens.20.cap.21.num.3.

Contra Reum autem tenet Caball. cum ijs, quos ad-
3 ducit.d.resol.260.num.18.ad med. vers. tamen difficile obtineretur à Iudicibus, & vers. ea ratione, vt quia publicato processu possit probare quicquid vult contra personas, & dicta testium pro sua defensione.

Cæterum Doctores cõueniunt in distinctione, quod
4 si Reus monitus à Iudice ad interrogandum testes non sit rudis, sed sagax, & interrogatoria illis fecerit nullo iure repetendi sibi reseruato, denegatur repetitio, cum in hoc casu idem resultet effectus ex interrogatorijs factis à Reo, qui resultat ex repetitione, idem Farin. de testib. d.quæst.72. num. 145.& 147.vbi ita intelligit dicta per eum, numer. 146.idemque Guazzin.dicta defens.20.cap.21.n.4. vbi etiam testatur, ita semper in omnibus tribunalibus Vrbis fuisse iudicatum, idemque sentit quoque Honded. dicto consil.101. num.29. vt aduertit ipse Farinac. eadem quæstion.72. num. 145. ad fin.

Et ab hac ipsa distinctione dependet articulus oneris
5 reconducendi testes, quoniam stante validitate confrontationis, etiamquod alioquin Reus admittendus sit ad repetitionem, illa facienda est cura, & impensis ipsius Rei, dum facto suo omisit in confrontatione interrogatoria, Put. decis. 317. alias 308.in fin.lib.2.in nou.Rot.decis.282.in fine, & decis.664.num.3.lib.4.par.3. diuers. Seraph. decision. 1279.num.6.

Habet enim Reus sua remedia pro cogendis testibus
6 ad repetitionem eodem Iure, quo testis compellitur ad se examini subiiciendum, c.cum contra, & c. seq.de testib.Specul.de test.§.13.n.6.

In duobus tamen casibus quæstio carere videtur probabili dubitatione.

Primus est, quando Reus, vel dum potuit noluit in-
7 terrogare testes in confrontatione, vel deinde citatus ad dandum interrogatoria illa nec dare voluit, quia ex hoc negari nequit, quin versatus sit in dolo ad Causam protrahendam, quo casu repetitionem denegandam, firmat idem Honded. dicto consil.101. numer. 26. post princip. lib. 1. & Caualcan. de testib. par. 5. numer. 100. vers. rursus, ad med.

Vel saltem negari non potest, quin onus Rei sit prætensæ repetitionis curam suscipere eadem ratione, qua in quæstione, an quis cogi possit ad examinandum testes per eum inductos, quamuis commu-
8 nis, & recepta sit distinctio, quòd locus sit pœnitétiæ in inducente, quando testes solum fuerant inducti, & non iurati, secus verò quando iam iurarunt, tamen nec etiam, quando iurarunt hæc necessitas examinis imponitur producenti, sed solum relinquitur facultati alterius Partis, vt possit cogere testes ad examen subeundum, iuxta decisionem Capicij 30.in fine, quam decisionem sequuta fuit Rota in Sabinen.iuris pascendi 20.Decembris 1613. coram R.P.D.Pirouano, vt decis.549. per totam, & præcipuè numer. 3. ante finem, par. 3. recentior.

Secundus casus est, quando is, qui testes produxit, velit eorum examini, ac depositis per eos renunciare, quia licet hoc facere nequeat, altera Parte inuita, ad effectum, vt altera Pars non possit eos facere examinare, prout ad huiusmodi effectum loquitur Aretin. consil.140. incipiente, factum ita proponitur, numer.2.ante med.vers.ad quæsitum autem dico, secus tamen est ad effectum, vt renuncians teneatur ad repetitionem faciendam in vtilitatem aduersarij, cum hoc nimis sit graue, quòd aliquis inuitus cogatur sui aduersarij negocia gerere, prout hæ sunt rationes Laurentij in decision. Auenionen.116.num.6.vers.deinde nimis graue, & in fine decisionis, vers.& quod inuitus, & eos sequitur Rota allegata decis.549.numer.2.vers.quia eorum dicta distinguebantur, par.3.recent. Felin. in c.de testib.29.num.14.& c.præsentium, 31. numer. 7. vbi etiam Abb. numer. 7. ante finem, de testib. Boss. de public. proces. & testium, numer.17. & seq.

ARGVMENTVM.

Producens alienam scripturam interrogatus ab aduersario, an velit vti pro bona, & reali, quomodo respondere teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Falsitates, & simulationes committuntur tam fabricando, quam vtendo.*

2 *Vsus falsæ scripturæ excusatur ex capite ignorantiæ, vel erroris, vel quando vtens ante sententiam desistit.*

3 *Producens alienam scripturam compelli potest ad respondendum, an velit vti pro bona, & reali.*

4 *Responsio conditionalis, quod producens velit vti scriptu-*

scripturis pro bonis, & realibus dote non constet de contrario, non admittitur, sed requiritur præcisa, quando datur odor falsitatis.

5 *Responsio conditionalis circa vsum scripturæ non admittitur, quando producens habuit terminum sufficientem ad præcisè respondendum.*

6 *Falsitas, et simulatio committitur fabricando, non vtendo, quando producitur scriptura concernens factum proprium, non alienum.*

7 *Ex Interrogatione sub prætextu redarguendi de falso, vel de simulatione præiudiciali tertio idem resultat effectus.*

8 *Creditor creditoris agere potest via exequutiua ex obligatione Camerali pro reddenda ratione administrationis.*

9 *Simulatus contractus dicitur fictus, et pictus, carensque substantia, et spiritu.*

10 *Contractus primus non censetur sublatus ex secundo, qui non habuit effectum.*

11 *Causa est similis conditioni, qua cessante cessat effectus.*

CONSILIVM CCLVIII.

INstantia huius Partis, vt aduersarius interrogationi sibi factæ respondeat præcisè, an velit vti instrumento prætensi recessus à præcedente instrumento deputationis administrationis pro vero, & reali, & non simulato, non autem conditionaliter, cum clausula scilicet dummodo non constet de contrario, tanquam legitima, est admittenda, quo-
1 niam cum eiusmodi interrogationes tam in criminalibus, quam in ciuilibus iure fiant, ex quo falsitates, & simulationes committuntur tam fabricando, quam vtendo. l. maiorem, 4. & ibi per illum textum. Angel. & alij communiter, C. ad leg. Cornel. de falsis, Rota decision. 159. numer. 2. par. 2. di-
2 uers. hic autem vsus excusabilis fit ex capite ignorantiæ, vel erroris, ex textu in d. l. maiorem, & l. Diuus Pius, 31. ff. eod. ad leg. Cornel. de fals. prout etiam, quando vtentes ante sententiam ab vsu desistunt, vt per Bart. ad l. Diuus Pius, 31. n. 1. & l. error, C. de iur. & fact. ignor.

Ac propterea inoleuerit praxis, vt vtentes compelli
3 possint ad respondendum, Bart. d. l. Diuus Pius, 31. num. 1. vers. ideo est practica, & numer. 2. vers. quod dixi de instrumento, Afflict. decis. 189. nu. 1. & seqq. Gabr. de malef. concl. 7. num. 1.

Responsio autem conditionalis suffragetur nullis
4 concurrentibus inditijs, aut odore falsitatis, secus verò concurrentibus, prout concurrunt ex facto hoc casu vrgentissimæ, vtique nisi aduersarius præcisè declarat iuxta huius Partis instantiam relaxandum est mandatum pro redditione rationis administrationis ad factum, perindè, ac si instrumentum dicti recessus in rerum natura non existeret ratione peremptionis fidei, Aretin. in c. præsentium. num. 18. ad finem, de testib. Ant. Rub. in repet. l. non solum, §. morte, nu. 314. ante med. vers. tertius casus, ff. de nou. oper. nunc. prout etiam ita seruat Rot. vt per Caputaq. decis. 250. lib. 1. in manuscript. relati per Farin. post lib. 1. suorum Cōsiliorum decis. 1. num. 2. vbi etiam quod ita resolutum fuit in Portuen. Castri Riani 15. maii 1555. coram Capizuccho, Afflict. d. decis. 189. num. 1. 3. & 4. prout etiam clarè per Rotam post lib. 2. cons. Farin. decis. 365. num. 3. & 4. vbi etiam, quod non erat attendendum, quod exinde dari posset aditus procedendi criminaliter, quas criminalitas Rota abhorret, & quo vbi aduersarius vellet, vt contra ipsum non procedatur criminaliter, potest simpliciter declarare, se nolle vti, declarans, quod Rota non debet dare occasionem Partibus, vt se inuicem decipiant.

Nullaque videtur hoc casu difficultas tum quia ad-
5 uersarius habuit iam terminum sufficientem ad precise iuxta huius Partis interrogationem respōdendum, Bart. d. l. Diuus Pius, 31. num. 2. vers. respondeo, Iudex debet, ff. ad leg. Corne. de fal. Lap. alleg. 119. num. 4. ad fin. & num. seqq. Fulgos. consil. 177. per tot. præcipue num. 1. vers. in oppositum, & num. 3. in fine, Afflict. d. decis. 189. num. 2. & 4. Gab. de malefic. dicta conclus. 7. numer. 10. Gratian. disceptat. 752. numer. 35. & seq. Farinac. quæst. 159. num. 59.

Tum etiam quia præfixio termini ad præcise decla-
6 randum conceditur, quando agitur de scripturis, aut iuribus concernentibus aliorum factum, secus autem proprium cum in hoc casu falsitas, & simulatio committitur fabricando, non vtendo, Aretin. d. c. præsentium, num. 18. de testib. Farin. d. qu. 159. num. 56.

Idem verò resultat effectus ex interrogatione ex ca-
7 pite redarguendi de falso, qui redarguendi de simulatione tertio præiudiciali, ex textu in l. si creditor. 15. C. ad leg. Cornel. de falsis, dum loquitur de collusione inter creditorem, & debitorem, Farin. quæst. 162 n. 12. post med.

Non obstat itaque, quod stante primo instrumento,
8 quamuis hæc Pars tanquam creditrix creditoris agere posset via exequutiua ex Camerali obligatione de reddenda ratione administrationis, iuxta Rotam in Ariminen. administrationis tutelæ 24. nouembris 1625. coram bon. mem. Merlino, & 21. Aprilis 1627. & 17. Decembris eiusdem anni coram bo. mem. Pirouano; attamen exequutiue agere non possit stante secundo instrumento; nam ex deductis in facto constat clarissime secundum instrumentum dicti recessus fuisse simulatum, & de simulatione constare dum ex alijs instrumentis per acta alterius notarij liquet primum instrumētum, non autem secundum habuisse plenarium effectum nullum autem habuisse secundum; cum autem instrumentum simulatum nihil valeat, &
9 operetur, quia contractus simulatus dicitur fictus & pictus, carensque substantia, & spiritu, & vmbra sine effectu, vt per Rot. decis. 741. num. 3. par. 3. rec.
10 sequitur, quod ex carentia effectus secundi instrumenti, & effectuatione plenaria primi, obligatio ex primo duret, nec sublata fuerit ex secundo, vt per Surd. decis. 51. n. 20. & seqq.

Et præsertim ex cessatione causæ expressæ in secun-
11 do, quia causa est similis conditioni, qua cessante cessat effectus, Rota decision. 50. num. 4. par. 1. 1. recent.

ARGVMENTVM.

Filius surripiens rem paternam, in qua ad instantiam creditoris paterni fuerat facta exequutio, an teneatur de furto.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Filius subtrahens rem patris non tenetur pœna furti.*
2 *Subtractio de voluntate domini non est punibilis.*
3 *A Furti pœna excusatur habens probabilem credulitatem, quod dominus esset permissurus.*
4 *Testes duo requiruntur ad concludentem probationem.*
5 *Debitor surripiens pignus conuentionale realiter creditori traditum tenetur actione furti.*
6 *Debitor surripiens pignus prætorium non tenetur furti actione, cum creditor non possideat.*
7 *Minor ætas vel excusat à furto, vel diminuit pœnam.*
8 *In Furto probatio corporis delicti ex circumstantiis probabilibus est necessaria.*
9 *Testes singulares numero plures non magis probant quam vnus.*
10 *Identitas probari debet.*
11 *Socius criminis non est idoneus testis.*
12 *Indemnitatis promissor non tenetur, nisi probato damno.*
13 *Furti actio non competit ei, qui non habet interesse.*

CONSILIVM CCLIX.

Absoluendus est D. Franciscus à prætenso furto, quoniam aut Fiscus intendit ad condemnationem ex pretextu, quod pelles subtraxerit Franci-
1 scus proprio parenti, & non est locus actioni furti, tum quia licet tunc res in furtiuam causam cadant, furtum tamen exinde punibile non nascitur, §.2.instit.de oblig. quæ ex delict. nascuntur.l. nec cum filio familias, & l.serui, & filii, vbi glo.& Doctores communiter, ff. de furt. Gandin. in rubr.de furt.& latron. numer. 22. ea ratione quia satis est, quod patri detur actio in factum quatenus filius habeat peculium castrense, vel quasi, & non congruit, quod inter patrem, & filium detur actio furti famosa, l.si quis vxori, §.sed si filius, vbi omnes, ff.de furt.cum alijs per Farinac.de furt. quæst. 174. num.101.

Tum etiam quia cum pater non querelauerit filium, nec ipse Fisco adhæreat, aut filius excusatur, quia
2 subtractio de voluntate domini nunquam est punibilis, §.placuit, & ibi glo.& omnes instit.de oblig. quæ ex delict. l.qui vas, §.qui ex voluntate, ff.de furt.Clar.in praxi.§.furtum, num.22. vers. item excusatur, vel quia cum etiam filius vna cum patre apothecam, & exercitium pellium exerceret, pro-
3 babilem censetur habuisse credulitatem, quod pater esset permissurus, l.inter omnes, §.recte, ff.de furt.d.§.placuit instit. de oblig. quæ ex delict. Gomez var.cap.5.rubr.de furt.num.1. uers.ex quo infertur, cum alijs per Farin.de furt.d.quæst.174.nu. 141.& seq.

Aut Fiscus intendit, Franciscum condemnari ex prætextu, quod actio furti detur in hoc casu ad fauorē creditoris paterni Fisco adhærentis ex eo, quia super pellibus subtractis esset factum sequestrum, aut exequutio pro credito pecuniario, & minus actio furti competit, tum quia non probatur exaduerso scientia huius prætensæ exequutionis in filio, & testes, super quibus exaduerso fit fundamen-
4 tum, neque in hoc concludunt, neque sunt duo, vt in omni materia requiruntur, l.vbi numerus, ff.de testib.Rot.decis.245.num.4.par.1.

Tum etiam quia licet scientia probaretur, & vera esset conclusio, quod debitor rem propriam in pignus creditori datam surripiens furtum committat, tamen procedit, quando res pignorata fuit ipsi creditori tradita, & in eius manibus reperitur, secus vbi remanet in posse debitoris, quia siue agatur de pignore conuentionali, siue prætorio ratione factæ, sed non consumatæ exequutionis, semper remanente re in posse debitoris, cessat actio furti;
5 in conuentionali, quia realis traditio rei pignoratæ, non interpretatiua facit debitorem surripientem teneri de furto, l.si rem alienam, 9. §. 1. vers. propriè, ff.de pign.act.Bald.in l.si quis in tantam, num.17.ad fin.C.vnd.vi, Rip.in c. sæpè, numer. 84. in fin.de restit.spol.Menoch.de recup.remed.9.nu.
6 202.in prætorio autem minus, cum creditor hoc casu non habeat possessionem, Bellapertica d. l. si quis in tantum, colum.7.in princip.vbi in vers. sed quæritur, idem intelligit in re posita in sequestrū, C.vnde vi, Rip.d.c.sæpè, numer.84.ad fin.vers.secus in pignore prætorio, Menoch. de recup. d. remed. 9.numer.201.quamobrem violans sequestrum tenetur quidem de suo ciuiliter, sed ad pœnam non, nisi sit comminata, clem.ad compescendas, de sequestr. poss.& fruct. Caputaquen.decision.155.numer.2. par.3.

Multoque minus tenetur Franciscus ratione mino-
7 ris ætatis, quia minor ætas, vel excusat etiam à furto, vel saltem diminuit de pœna, vt per Farin. de furt.quæst.174.n.85.

Cæterum neque etiam de furto sufficienter constare videtur, tum quia de corpore delicti ex deductis in facto non constat, sicut requiritur; quando-
8 quidem licet furtum reputetur difficilis probationis, nihilominus probatio corporis ex circumstantijs probabilibus est necessaria, Farin.post alios, de furt.quæst.176.numer.1.& seqq.circumstantiæ autem exaduerso allegatę minimè suffragantur, dum prætensa recognitio ex longo interuallo processit; testes autem præter infra dicendas exceptiones
9 sunt omnes singulares, adeoquod mille non probant magis, quam vnus, Gabr.de testib.cōcl.2.n.2. Surd.cons.2.num.5.

Tum etiam quia testes minimè probant identitatem
10 pellium, quòd scilicet eæ, quę fuerunt asportatæ à mansionibus, sint eædem super quibus facta fuerat exequutio, Rot.decis.441.n.1.par.1.diu.& si probaretur per eosdem muliones, non afficit, dum pro-
11 pterea faciunt se socios criminis, Fulgos.cons.173. col.1.Marsil.cons.22.num.22. Bertaz.cons.234.nu. 4.lib.1.Vulpell.cons.30.num.7.Roland.cons.51.nu. 29.& seq.lib.1.

Et in omnem casum videtur Franciscus omninò excusandus, vel quia mandatum, cuius vigore dicitur facta exequutio, notoriæ iniustitiæ, & conse-
12 quenter nullitati subiicitur, dum relaxatum fuit vigore obligationis de conseruando aduersarium indemnem nullo probato damno, vel molestia, l.si fideiussor, ff. mandat. Castr.cons.244.nu.2. vers. rursus non sufficit, lib.1.Seraph. decis.1024.num.2. Rot. in Romana pecuniaria 19. Ianuarii 1600. coram bo. me.Cardinali Pamphilio.

Vel quia iam aduersarius post prætensam exequutionem super aliis bonis, idem mandatum exequi fe-
13 cit, & exequutionem consumauit, adeo quod desinit propterea sua interesse, Bart. in l. si debitor S1. ff.

81. ff.de furt. Farinac.de furt. dicta quæstion. 174. num.32.

ARGVMENTVM.

Stante Statuto Vrbis lib.1.capit. 151. an minor per confeßionem extraiudicialem in criminalibus ſibi præiudicet.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis cap. 151.lib.1.procedit in quibuſcumque minorum actibus ſui natura læſiuis.*

2 *Minor quamuis delinquendo obligetur ſine ſolemnitatibus Statuti, tamen conſtare debet de delicto aliunde, quam ex eius confeſſione.*

3 *Minori de conſuetudine, & praxi non datur curator in iudicio criminali non obſtante Statuto Vrbis lib.2.cap.11.*

4 *Ex Inſtrumento non probatur delictum non conſiſtens in animo, ſed in facto, nec exinde oritur inditium ſeparatum à confeſſione ibidem emiſſi.*

5 *Confeſſio extraiudicialis minoris etiam ſine ſolemnitatibus facit inditium ad torturam. Dummodo ſit veriſimilis, vt num.6.*

7 *Confeſſio metu extorta non facit inditium.*

8 *Confeſſio extraiudicialis minoris ſine ſolemnitatibus Statuti Vrbis lib.1. cap.151. vti nulla perinde ac ſi non emanaſſet, non facit inditium in criminalibus.*

CONSILIVM CCLX.

NOn habent Domini de Scottis intentionem fundatam, vt prætendunt, neque ad condemnationem, neque ad vlteriorem proceſſum, ſed locus eſt abſolutioni; cum enim ad probationem prætenſi delicti nihil aliud habeant, quàm inſtrumentum confeſſionatum, prætenſamque extraiudicialem confeſſionem ſubtractionis, vtique tanquam emanata à minore in actu ſui natura læſiuo, tam patrimonij, quam famæ abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs, nullius prorſus ſunt conſiderationis, perinde ac ſi in rerum natura non exiſterent, dum Statutum lib.1.cap.151.diſponit, neque etiam iuramentum aliquid operari, ſed cenſeri dolo, ac
1 metu extortum, certumque eſt, Statutum, quamuis loquatur in quatuor caſibus, locum tamen habere abſque dubitatione in quibuſcumque minorum actibus ſui natura læſiuis, Put.deciſ.162. alias 164.lib.1.& deciſ.7.num.55.lib.3.Rot.deciſ.529.nu.4.par.1.diuerſor.Gregor.deciſ.160. num.3. & alias ſæpius.

Nec dicatur concluſionem hanc recipi in ciuilibus,
2 non etiam in criminalibus, quia licet, verum ſit minorem delinquendo obligari ex delicto, etiam non interuenientibus ſolemnitatibus ſtatutarijs requiſitis in obligationibus minorum, tamen non minus quoque verum eſt, concluſionem hanc intelligi, dummodo de delicto conſtet plenè per teſtes, vel alio modo præterquam ex ſua confeſſione ex quo nihil vlterius aduerſus minorem adduci poteſt ad effectum criminalem, quàm quod adduci poſſet ad effectum ciuilem, vt eſt textus in l.clarum,4.C.de author.preſtan.& receptiſſima eſt opinio, vt per Farinac.de Reo confeſſ.& conuict. quæſtion.81.num.354.verſ.amplia tertio, & num. 356 & ſeqq.

Quibus non repugnat, quòd de conſuetudine, & pra-
3 xi in criminalibus iudicijs ſeruata non conſueuerit curatorem, aut alias ſolemnitates adhiberi cum minore inquiſito, & propterea eius confeſsionem de conſuetudine valere ſine ſolemnitatibus non obſtante Statuto cauente, quòd minores decem, & ſeptem annis ſine curatore in criminali iudicio ſtare nequeant, lib.2. cap.11. vt de hac praxi teſtatur idem Farinac.ead.quæſt.81. num. 370. & ſeqq. quoniam procedit obiectum in confeſsione emanata in ipſo iudicio criminali Iudice interrogante, non etiam in confeſsione extra iudicium, & prout declarat idem Farinac.eadem quæſt.81.eodemque num.370.& ſeqq.

Eiſdemque rationibus tolluntur inditia, quæ ad hunc effectum ex inſtrumento, & geminata extraiudiciali confeſsione ad finem vlterioris proceſſus eli-
4 ciuntur; nam inſtrumentum, vbi crimen non conſiſtit in animo, vti eſt hæreſis, ſed in facto ſeparato ab ipſo inſtrumento, non facit inditium ſeparatum ab ipſa confeſsione ex ipſo inſtrumento reſultante Cyn.in l.fin.num.1.& ſeqq. Bart.etiam nu.1. Bald. & cœteri communiter, C.de probat.Clar.quæſt.54. num.1.ad med.verſ.hoc tamen intellige, Farin. de Reo confeſſo, & conuicto, quæſt.84.num.1. & præ-
5 ſertim ad effectum pœnæ corporalis, vt numer.22. confeſsio autem extraiudicialis minoris quamuis forſan emanata ſine ſolemnitatibus faciat inditium ad torquendum, ex adductis per eumdem Farin. d.queſt.82. numer.24.etiam reuocata, licet de hoc
6 ſint opiniones, vt ibidem numer.27.& ſeq.tamen concluſio hæc minime poteſt huic caſui adaptari, tum quia ad effectum, vt illi locus ſit, requiritur, quod confeſsio ſit veriſimilis, vt ſe declarat idem Farinac.ead.queſt.82. eodemque num. 24. vbi ſub hac explicita qualitate fundat concluſionem, & latius num.33.

Siquidem omnis veriſimilitudo ceſſat, quod hoc caſu, quo de corpore prætenſi delicti nihil vltra conſtat, ſicut requiritur, ex Clar.quæſt.55.num.11.& aliis vulgaribus, adultis merces valoris vltra ſcuta 1500.ſubtraxerit minor ſpatio ſex menſium ex apotheca, in qua alii iuuenes ad cuſtodiam permanebant, & tamen ignoretur prorſus quid de his mercibus ſit actum, magiſque dum in apocha inſerta in inſtrumento conſtat, aduerſarios voluiſſe confeſſionem qualificari, quod tunc res exiſterent in poſſe ipſius Dominici, & tamen, vt dicunt teſtes eorumdem, habita tali confeſſione nihilominus eaſdem res apud hæbræos perquiſiuerint, ſignum euidens, confeſſionem nec apud eoſdem veriſimilem fuiſſe; quæ inueriſimilitudo augetur etiam ex negatione Dominici, dum primò ab aduerſariis fuit de rerum deficientia interrogatus, &
7 deinde præcedentibus perſuaſionibus, & minis carceris huius metu propterea extraiudicialis cōfeſſio cenſetur extorta, itaquod neque inditium contra confitentem facit, Foller.in praxi crim. in verbo, etſi confitebuntur, par.2, num.9.Farinac.d. quæſt. 82.num.38.

Tum etiam quia contraria procedunt in confeſſione extraiudiciali emanata abſque authoritate curatoris iuxta terminos ſolemnitatum de Iure communi in actibus minorum requiſitarum, ficut loquun-

quatur, Bald. Marsil. & alii alleg. per Farinac. d. quæst. 82. num. 34. quamobrem applicari nequeunt solemnitatibus requisitis ex Statuto d. lib. 1. cap. 52. cum enim dissonat, nihil operari, quin etiam juramentum censeri dolose extortum, vtique propterea adimit fidem actibus, itaquod perinde est, ac si confessio non emanasset, Gabr. cons. 31. num. 27. & seqq. lib. 1. Put. decis. 116. lib. 1. & decis. 512. n. 4. lib. 2. Honded. cons. 45. num. 37. lib. 1.

ARGVMENTVM.

Filius naturalis surripiens patri res notabilis valoris an puniendus sit pæna furti ordinaria.

Constitutus in minori ætate an excusetur a pæna ordinaria furti.

De confessione relatiua restringenda ad relatum.

SVMMARIVM.

1 *Pro Furto primo quamuis magno non imponitur pæna mortis, nisi quando est cum magna qualitate aggrauante.*

2 *Furtum in domesticis, in quibus datur sanguinis coniunctio, non punitur pæna ordinaria. Etiamsi furtum sit magnum, vt num. 4.*

3 *Furtum an sit magnum respicitur ad qualitatem personæ domini.*

5 *Aetatis probatio per aspectum trasfert onus probandi contrarium in Partem aduersam.*

6 *Minor non est puniendus pæna ordinaria furti.*

7 *Clericus pro furto non manifesto leuem pænam patitur, pro furto autem manifesto, de quo publice diffamatus est, deponitur.*

8 *Clerico non imponitur pæna depositionis pro furto, nisi quando absque clericatu pæna mortis esset imponenda.*

9 *Verba collata in liberam alterius voluntatem non præseferunt consilium, nec mandatum.*

10 *Confessio relatiua ad aliud restringitur, & declaratur iuxta relatum.*

11 *Furtum non datur sine effectu lucrifaciendi.*

12 *Diffinitio cui non conuenit, neque conuenit diffinitum.*

13 *Furti pæna non intrat stante iusta credulitate, quod dominus esset permissurus.*

CONSILIVM CCLXI.

NEque pœna ordinaria, neque extraordinaria grauis infligi potest in casu, de quo agitur; nam ordinariæ nullo iure locum esse apertissimè liquet
1 tum quia etiam data confessione furti pro primo magno furto nec de Iure, nec de consuetudine imponitur pœna mortis, quando non est cum magna qualitate aggrauante, vt per Farinac. de furt. quæst. 167. num. 47. vbi prope finem, vers. & hanc contrariam, testatur, semper vidisse seruari etiam à Iudicibus tribunalis Gubernatoris Vrbis, Caball. resol. crim. cas. 18. num. 3. & seq. cas. 99. num. 42. & cas. 172. num. 6.

Tum quia D. Io: Paulus est filius naturalis domini gemmarum subtractarum, adeoquod quicquid sit in alijs famulis, & domesticis, in quibus, quo maior est confidentia, secundum plerosque grauior dici-
2 tur proditio, in istis, in quibus datur hæc sanguinis coniunctio, furtum non est punibile saltem ordinaria pœna, l. respiciendum, §. furta domestica, ff. de pœn. Boss. de furt. num. 27. Bonifac. eod. tract. §. 10. in verb. animo lucrifaciendi, num. 157. vers. furta quoque, & num. 217. & seq. vers. in summa, Farinac. quæst. 174. num. 95. & 99. in prima ampl. Caball. resol. crim. cas. 204. n. 1. & seqq.

Neque enim in hoc casu resistit distinctio, quam & prædicti, & alij faciunt in superiore conclusione, quòd procedat in furto paruo, & leui, secus in graui, & magno, & quia hæc distinctio in secundo ca-
3 pite non applicatur, cum magnitudinis qualitas Iudici arbitraria non detur in hoc casu habita ratione personæ domini ditissimi, Bonifac. de furt. §. fin. num. 56. Farinac. quæst. 165. num. 19. Caball. d. cas. 204. num. 15. & 17. & d. cas. 18. numer. 11. & præsertim cum ex infra dicendis dici possit, neque etiam respectu rei grauitatem dari, dum non res ipsæ, sed commoditas rerum ad alium finem, quàm furandi percepta fuit, Farinac. d. quæst. 174. numer. 113. & quia Doctores, vt præfertur, distinguentes, quando applicant dictam conclusionem facto, loquuntur in seruis, & alijs domesticis, ac proinde
4 non sunt extendendi ad filios, in quibus ex sanguinis coniunctione ratio est diuersa, & indistinctè in ijs firmatur, non dari famosam, ac ideò pœnalem actionem furti, §. 2. instit. de oblig. quæ ex delict. nasc. l. nec cum filio familias, vbi glos. & Doct. communiter instit. de furt. l. si quis vxori, §. sed si filius, vbi omnes, ff. de furt. Gandin. in rub. de fur. num. 22. Farin. d. quæst. 174. numer. 101. Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 13. num. 2.

Tum etiam quia probata est minor ætas Ioannis Pauli ex testibus, qui plene illam concludunt ex rationibus, quas adducunt, & præsertim ex aspectu, l. minor 25. annis adito Præside, & ibi Alber. ff. de minor. Rot. decis. 14. de except. in antiq. Card. Caualer. decis. 375. num. 1. & seqq. siquidem sola
5 probatio per aspectum saltem transfert onus probandi contrarium in Partem aduersam, glo. in l. de ætate, in verb. probandum, post princip. & ibi Alber. vers. aut præsumptio ex aspectu, ff. de minor. cũ alijs per Mandos. tract. de ætat. minor. quæst. 2. in prin. Menoch. præsumpt. 50. num. 38. lib. 2. Farin. in fragm. verb. ætas num. 151. vbi de magis commu-
6 ni; supposita autem minori ætate, certum est, non intrare de Iure pœnam ordinariam in furto, Caccialup. inter cons. crim. diuers. cons. 92. per tot. lib. 1. Caball. resol. crim. quæst. 134. num. 1. & seqq. vbi de magis communi, Farin. de furt. quæst. 174. num. 85. & quæst. 92. num. 122. minusque ex Constitutionibus, quia excepto homicidio in aliis non seruantur, vt per eumdem Farin. ead. quæst. 92. num. 187. post med.

Eademque ratione cogitari nequit de pœna priua-
7 tionis beneficiorum, quamuis enim clericus pro furto non manifesto, de quo non sit publice diffamatus, leuem pœnam patiatur, pro furto verò manifesto, si de eo publice sit diffamatus, deponatur, ex adductis per Farin. in fragment. litt. C. num. 316. & de furt. quæst. 167. num. 9. tamen pœnæ huic
8 depositionis nunquam est locus, nisi vbi absque clericatu pœna mortis imponenda esset ordinaria, vt per Diaz. in pract. crim. canon. cap. 138. nu. 2. post med. ver. ibi colligit vnam theoricam.

Cœte-

Cæterum neque pœna extraordinaria grauis imponi potest, quia confessio, ex qua prætenditur probatio furti, tale non includit, ex quo talis pœna sit infligenda; aut enim fundamentum sit in confessione, quatenus Ioannes Paulus dixit famulo ageti secum de subtractione, fà quel che tu vuoi, & ex huiusmodi verbis non includitur delictum graui pœna puniendum, ex quo duæ obstant conclusiones, altera, quod per hæc verba non inducitur consilium tali pœna punibile, altera, quæ primæ
9 conclusionis potius est ratio, quod dicta verba tanquam collata, & reposita in liberam alterius voluntatem non præseferunt consilium, nec mandatum, vt firmant in fortioribus terminis Rimin. iun. conf.310.nu.1.& 26.lib.3. quem etiam in fortioribus sequitur Farin.in consilio decisiuo 143. num.7.lib.2.

Aut sit fundamentum in approbatione subtractionis subsequutæ vna cum gemmarum receptione, dum confessus est idem esse, ac si ipse subtraxisset, & aduertendum est, quod hæc confessio non est sim-
10 plex, sed relatiua ad alteram præcedentem confessionem per illa verba, come hò detto &c. quapropter cum restringat confessata iuxtà limites præcedentis confessionis, ac proinde vltima hæc confessio à præcedente declarationem recipiat, vt in terminis huiusmodi verborum, come hò detto, per Farinac.d.conf.143. num.4. ante fin. vers.non enim dubitandum, lib. 2. non erit ex hac vltima confessione, ac receptione maior infligenda pœna, quam ex prima.

Constat autem ex prima, grauitatem pœnæ non dari, quia famulus, qui subtractionem hanc suasit Ioanni Paulo, quamque suasionem verbis consensus, ac facto receptionis ipse Io: Paulus est sequutus, declarauit illam sub expressa causa, quia hoc modo haueria fatto venire il Sig. Antonio à capitolo, intelligendo, vt alias declarauit, quòd exinde D. Antonius inductus fuisset ad melius eumdem Ioannē Paulum tractandum; hæc autem causa ostendit manifestè, animum non fuisse furandi, quia non accipiebantur res causa lucrifaciendi, quia ex lucro illarum accipientes non poterant disponere D. Antonium ad eorum voluntatem, sed benè postquam erant subtractæ; disponere poterant mediā-
11 te restitutione; vndè intrat conclusio, quòd furtum non datur sine affectu lucrifaciendi, l.qui iniuriæ,55.ff.de furt.§.placuit, in fine, instit.de oblig. quæ ex delict.nascunt.Farinac. quæst.174. num.9.
12 ideoque cui non conuenit diffinitio, neque conuenit diffinitum, in his terminis inquit Farin.conf. 60. num.2.lib.1.

Præsertim dum ipse Io:Paulus asseruit, credere, ipsum
13 D.Antonium fuisse permissurum; quamuis enim sibi hoc asserenti non sit credendum, videtur tamē à Iudicantibus admittendum, postquam non solū idem D.Antonius ita declarat, sed pro veritate huius declarationis assistunt tam sanguinis coniūctio, quam facultas libera disponendi, quam Ioannes Paulus de rebus D.Antonij habebat, vt etiam ex testibus probatum fuit, d.§.placuit, in princ. instit.de obligat.quæ ex delict. nascunt. l. qui vas, §. qui ex voluntate, ff.de furt.Clar.in praxi, §.furtum, num.22.vers.item excusatur, Gomez de delict. tit. de furt.n.1.vbi de communi, Farin.d.qu.174.n.155. & 156.& conf.178.n.5.& seq.& nu,17.& 18.Caball. resol.crim.cas.136.n.13.

ARGVMENTVM.

Publicatis attestationibus in criminalibus an pro Reo admittantur articuli super directò contrariis, vel super eo, quod consistit in iudicio, & credulitate testium ad infringendam probationem accusatoris directam, & perfectam.

SVMMARIVM.

1 *Articuli super eisdem, vel directo contrarijs non admittuntur publicatis attestationibus etiam in criminalibus. Contrarium in criminalibus, vt nu. 2. nempe ad fauorem Rei, vt num. 3.*

4 *Defensiones Reo non sunt denegandæ etiam si Iudex timeat subornationem testium, vt quia Reus sit potens opibus, & amicorum numero.*

5 *Defensiones non denegantur etiam post publicationem processus, & conclusionem in Causa in criminalibus, in quibus agitur de præiudicio personæ, vel status.*

6 *Ex Publicatione processus, & conclusione in Causa, non impeditur examen testium in Causa appellationis.*

7 *Articuli non admittuntur ad probandum id, quod probatum non releuat tam in ciuilibus, quam in criminalibus.*

8 *Aetas hominis sicut recipit mutationem pro temperamenti mutatione, ita mutatur eius status.*

9 *Aetatis probatio ex aspectu tanquam ea, quæ fallit, & fallitur, quandocumque detecto errore est retractabilis.*

10 *Aetas non probatur ex aspectu siue ascensiue, siue descensiue nisi adempto, vel addito certo tempore.*

11 *Probatio directa per obiectum visus praualet contrariæ probationi indirectæ per iudicium intellectus.*

CONSILIVM CCLXII.

Conclusio desumpta ex Clemen.2.de testib. quod publicatis attestationibus testes produci ob ti-
1 morem subornationis non possint etiam in Causa appellationis super eisdem articulis, vel directo contrarijs, tanquam indistinctè loquens, procedit etiam in criminalibus, prout in Causa criminali ad exclusionem defensionis Rei mediantibus articulis directò contrarijs firmat Vulpell. consil. 136. per tot. vbi etiam in fine concludit, accusatum neque etiam de Iure obtinere posse admissionem eiusmodi articulorum cum clausula saluo iure impertinentium, & non admittendorum, & Vulpell. sententiæ subscripserunt Ludouicus Segnius Antonius Siptius Ferrātes Vetius, Hippol Rimina l. Simon de Prætis, & Petrus Vicedominus Iuris consulti insignes, eamdemque sententiam amplexus quoque est, reiecta contraria, quam prius tenuerat Natt.conf.359.num.4.& seq. eisdemque assentit Farin.de testib.quæst.75.n.69.ad finem, quatenus allegat Vulpell. vbi supra.

Verum est, quòd plerique aduersus regulam dictæ

 lem.

clem.2.de testib.tuentur limitationem, vt regula prædicta non procedat in Causis criminalibus, & inter illos præcipuè Marian. Soc.in c. fraternitatis 17.num.78.& num.80.de testib. & Barth.Soc. in reg.13.in verbo,testes,in 6. fallent.Vrsill.ad Afflict. decis.216.num.4.Gail.lib.1. obseruat. 102.num.10. Viu.opin.896.num.12.& 18.Thesaur.decis.262. nu. 1.& Surd.consil.118.per tot. lib.1.

Sed aduertendum, quod ad fundandam limitationē prædictam originaliter vtuntur Doctores doctrina Bart.in l.1.§.si quis vltro, ff.de quæst.qui Bart.

3 loquitur dumtaxat in admissione probationis ad defensionem Rei post conclusum in Causa, & post publicationem, quibus casibus conceditur, magis receptam esse sententiam fundatam in textu l. vnius,18.§.cogniturum,ff.de quæstio, ibi, quamuis defensionem quocumque tempore postulante Reo negari non oporteat, publicationem, & conclusionem in Causa non adimere Reo facultatem probandi suam innocentiam non obstante timore subornationis, vt ex aliis pluribus comprobat Farin.quæst.39. num.80.81.& seq. cum num.68. & de testib.quæst.75.num.264. & num.420. ac etiam 248 non obstantibus allegatis in contrarium nu. 421.saltem sub distinctione, quatenus agatur de pœna sanguinis, aut corporis afflictiua, non autem pecuniaria, licet applicanda Fisco, Gomez var. resol.tom.3.cap.13.num.33.vers.secundo poterit, præcipuè post med.vers.quod intelligo,Thesaur.d. decis.262.num.3.Surd. dicto conf.118 num. 9.vers.quarto respondeo,& Farin. de test. d. quæst. 75.num.422.

At quia difficultas nō stat in facultate attributa Reo quocumque tempore probandi suam innocentiā, etiam post publicationem, & conclusionem in Causa, sed in modo illam probandi, an scilicet mediantibus articulis continentibus directam contrariam intētionem probationi factæ per Curiam, aut accusatorem, in quo stat punctus, cum quæstio, de qua agitur, diuersa sit omnino à quæstione supradicta de admissione non obstante publicatione,& conclusione in Causa,qui alioquin sunt casus regulariter exclusiui vlterioris probationis, vt ex textu in §. quia verò, auth. de testib. per Farin.d. quæst.75.num.75.

Ideo perpensa differentia inter quæstiones prædictas & quod tenētes limitationem ad dictam Clemen. 2.de test.confundunt quæstionem de admissione defensionis per probationem directo contrariam, non videtur recedendum ab indistincta d. Clem. dispositione, & Vulpelli, & aliorum cum eo allegatorum opinione.

Verum enim est, quod Reo denegandæ non sint de-

4 fensiones, etiam quod Iudex timeat de subornatione testium examinandorum ad eiusdem Rei defensionem, vt ex pluribus probat Farin. supra alleg. quæst.39.num.68.& seq.sed tam Farinac.quam Gomez var.resol.d.tom.3.cap.13.num.33. vers.secundo poterit,Boss.de indit.num.75.Rol.consil.12. num.58.ad fin.lib.4.Rimin.iun. cons.290. num.19. & seqq.lib.3.cæterique per Farinac.allegati loquūtur in timore subornationis proueniente ex qualitate personæ inquisiti, vt quia potens esset opibus,& amicorum numero,dicentes propterea, inditiorum copiam,ac defensiones decernendas esse omni generi personarum, & tam magnis, quam paruis,& in hoc quoque genere timoris subornationis proueniente ob qualitatem hominis, vel ex

5 publicatione,& conclusione in Causa in criminalibus,in quibus agitur de præiudicio personæ, vel status,ex quo per negationem defensionum posset sequi,quod innocens condemnaretur,& melius sit in dubio nocentem absolui, quam innocentem condemnari,loquuntur Barbat. cons.47.nu.9. post princ.vers.& si dicatur,lib.1.& Alex.cons.65. num. 6.lib.1.ex quibus mouetur Boss.d.tit.de indit.n.74. & seqq.& alij,quos etiam allegat Surd.d.conf.118. num.5.seqq.& per tot.lib.1.

Longè autem differre videtur suspicio subornationis proueniens ex qualitate personæ inquisiti,& ex publicatione,& conclusione in Causa à subornationis timore oriente ex probatione, quæ ab inquisito fieri prętenditur super articulis directò contrarijs probationi concludenti factæ per querelantē;

6 atque hinc est,quod regula exclusiua probationis in primis casibus non procedit in Causa appellationis,vt per Farin.de testib.d.quæst.75. num. 258. non tamen licet super eisdem,vel directo contrarijs alios,vel eosdem testes nec in in principali,nec in appellationis Causa examinare, vt in verbis disponit textus in d.Clem.2.de testib.

Cæterum quicquid sit in quæstione prædicta,veritas videtur, quod in hoc necessaria non est discussio veritatis huius controuersiæ; quoniam agitur hic non solum de facienda probatione directò contraria,sed tali, quæ in concursu cum probatione facta per querelantem considerabilis censeri nequit.

Quandoquidem nedum in ciuilibus regula est cer-

7 tissima,quòd non debet quis ad probandum admitti,quod probatum non releuat, l. ad probationem,21.ad fin.C.de probat.

Sed non minus certa regula datur in criminalibus, Alex.cons.65.num.4.ad med. vers.meritò cum allegatio,lib.1.ex Pau.de Leaz.in reg.c.grauis,in vlt. col.depositi,Boss.d.tit.de indit. num.80. Farinac. d. quæst.39.num.78.Guazzin.dicens,nec hoc casu articulos admittendos esse cum clausula, defens. 28. cap.3.num.2.vbi etiam ante finem rationem reddit,ne Partęs superfluis, & frustratorijs impensis grauentur.

Constat autem in casu,de quo agitur, nullam probationem releuantem censeri posse in concursu cum probatione facta per querelantem,quoniam iam ab eo concludentissime probata fuit mors per plures testes omni exceptione maiores deponentes de visu.

Cum verò ex Parte inquisiti mediantibus articulis datis prætendatur eorum probatio per recognitionem asserti non visi à tempore,quo testes querelantis deponunt,illum mortuum vidisse tradi sepulturæ,& consequenter non possint testes deponere nisi de eorum iudicio, & credulitate intellectiuè ex eo, quia ab eo tempore ad præsens inter-

8 cesserint mutationes, ex quo ætas in homine per mutationem qualitatis iuuentutis,virilitatis,& senectutis sicut recipit mutationem pro temperamenti mutatione,ita mutatur eius status, Auicen. 1.par.canticorum, tract.1. tit. remoratio complexionum ætatum,num.32.& seqq.fol.mihi 378.Galen.de temperament.lib.2.cap.2.librorum classe 1. fol.mihi 15.& seq. Paul. Zacchias in quæst. Medico legal.lib.1.tit.1.quæst.3.num.11.16.& alijs.

Sequitur, quòd talis probatio per aspectum censeri

9 non possit ex veris probationibus tanquam ea, quæ fallit,& fallitur,& detecto errore quandocum que

quæ est retractabilis, Pier. in c. fraternitatis, 6. num. 18. ad med. vers. quandoque sententia, de frigidis, & malefic. Roman. in l. admonendi, 31. numer. 34. post med. vers. & primò si sit lata, de iure iur. vbi etiam Ias. in repet. num. 38. ante fin. vers. quod sententia lata ex aspectu, Mandos. in reg. 18. de ætate, quæst. 5. num. 2. ante fin. & num. seq. qua ratione nec ipsa 10 ætas probatur per aspectum à testibus siue ascensiue, siue descensiue deponentibus nisi habita ratione eius temporis, de quo Bart. in l. de ætate, num. 10. ff. de minor. cuius doctrinam tenet, & seruat Rota, vt per Caputaq. decis. 412. num. 1. par. 1. Ad consequenter, quod præualere semper debeat probatio concludens iam perfecta per obiectum 11 visus, satis est decisio eadem exaduerso allegata, Seraph. 1364. num. 5.

ARGVMENTVM.

Reus ita inditiatus, vt condemnari possit ad penam extraordinariam, an, & quando possit etiam comdemnari ad prætensæ rei subtractæ restitutionem.

SVMMARIVM.

1 *Ad interesse Partis condemnari non potest Reus nisi legitime conuictus, vel confessus de delicto. Contrarium, quod nempe sufficiant inditia, ex quibus inferet pæna extraordinaria, vt num. 1.*

2 *Pœna criminalis, & restitutio rerum vbi imponitur in eadem lege, locus est vtrique condemnationi etiam quando constat de delicto per fectam confessionem, veluti ex contumacia.*

4 *Ad interesse Partis non condemnatur is, contra quem datur sola semiplena probatio delicti, vel inditia ad torturam.*

5 *Probationes in criminalibus respectu accusatoris requiruntur, magis claræ, et efficaces, quam in ciuilibus.*

6 *Ad Defensionem Rei perfectum, et concludentem probationis gradum in criminalibus constituunt ea, quæ in ciuilibus præsumptiuè, et semipleuè probant.*

7 *Delicta difficilis probationis ex præsumptionibus probantur.*

CONSILIVM CCLXIII.

IN puncto, de quo queritur, an Reus inditiatus, vt possit comdemnari in pœnam extraordinariā, possit etiam condemnari ad restitutionem prætēsæ rei subtractæ quæstio controuersa est, in qua 1 Franc. decis. 460. num. 9. dixit, se alias scripsisse, sed scripta non reperiisse, & Caball. resol. crimin. cas. 82. numer. 14. ad fin. dixit, se non habere decisionem in indiuiduo; licet autem subiungat sub numer. 15. vers. ego autem, tenere, quod non possit condemnari ad interesse Partis, nisi sit legitime conuictus, vel confessus de delicto, ta- 2 men contra opinionem Caballi tanquam ex suo capite, & authoritate, ac ratione destitutam tenent in hoc eodem puncto Costa de remed. subsidiar. requiruntur lib. 1. & seqq. & Guazzin. tract. ad defens. par. 1. cap. 12. num. 15. vbi quod sæpius contra opinionem Caballi iudicauit, & de tregu. & pace quæst. 42. num. 2. vbi pro sua opinione inquit, esse apertum textum in c. afferte nobis, de præsumpt. & ita etiam sensit Farinac. conf. 23. num. 20. ante finem, vers. sed etiam condemnari vltra Partis interesse, lib. 1.

Verior autem videtur opinio contra Caball. nam eadem ratione, qua deueniri potest ad condemnationem in pœnam extraordinariam, vt per Boer. decis. 164. num. 1. & seqq. add. ad cons. Farin. 78. sub littera A, post vers. si tamen, lib. 1. & eundem Caball. resolut. cas. 93. num. 27. & seqq. Decian. cons. 82. num. 43. & seqq. lib. 5. eadem deueniri posse videtur ad condemnationem per actionem ciuilem in factum ad interesse, cum regula, & conclusio sit generica, quod ex quocumque crimine, ex quo publicè oritur accusatio criminalis ad vindictam, actio quoque ciuilis in factum oritur ad interesse, vel damnum Parti reficiendum, iuxta text. in l. qui nomine, ff. ad leg. Cornel. de fals. Cost. d. num. 31. num. 1.

Et hinc est, quod vbi eadem lex imponit pœnam cri- 3 minalem, & rei restitutionem, condemnatio fieri potest in vtraque, etiam quando delictum non probatur per concludentes probationes, nec propriam Rei confessionem, sed per confessionem fictam, veluti ex contumacia, Clar. in prax. crim. quæst. 2. num. 2. ante finem, vers. sed si eadem, Farinac. de inquisit. quæst. 1. nu. 66 ad fin. vers. aduertas tamen, Scac. de appell. quæst. 17. limit. 48. num. 24. ad fin. vers. in hac controuersia.

Ego autem conciliando contrarias opiniones prædictas distinguerem quæstionem in duos casus. Pri- 4 mum, quando contra Reum non datur nisi semiplena probatio, aut alias inditia sufficientia dumtaxat ad torturam, & tunc tenerem opinionem, Caball. quia Reus hoc casu est torturæ subiiciendus, & in hoc casu loquuntur Clar. in praxi crim. quæst. 62. nu. 1. & DD. in l. qui accusare, C. de eden. quibus auctoritatibus vtitur Caball. pro tuenda sua opinione d. resol. 82. num. 15. post princ.

Secundum quando contra Reum probantur ex processu inditia adeo violenta, vt inspecta eorum qualitate, ac qualitate personæ ipsius Rei, religio Indicantis agnoscat, inditia esse talia, vt ex tormētis minime purgentur, & hoc casu tenerem contra resol. Caballi cum opinione dd. Costæ, & Guazzini, quia veram credo consequentiam in hoc casu, quam negat Caball. etenim dum ipse opinatur ex prædictis violentis inditiis, Reum non cōdemnari in pœnam extraordinariam tanquam delinquentem, sed potius de delicto suspectum, & hanc suspicionem non haberi pro veritate, nec sufficere ad condemnationem quoad interesse Partis, ego cum prædictis Costa, & Guazzin. contrarium crederem, quoniam nulla datur ratio diuersitatis, quare magis Reus puniri possit in extraordinariā, seu pecuniariam pœnam Fisco applicādam, quam interesse restituendum Parti; ideoque dum iustitia admittit ex violentis inditiis prædictis excedentibus semiplenam, & talibus, vt ex tortura non purgentur, deueniri posse ad extraordinariam, eadem, imò maiori ratione deueniri posse puto ad 5 condemnationem respectu interesse Partis; quandoquidem regulę sunt certæ, quod in criminalibus respectu accusatoris requiruntur probationes magis claræ, & efficaces, quam in ciuilibus, l. absentem

ſentem, in princ. & ibi gloſ. in verbo, damnari, ff. de pœnis, l. fin. C. de probat. Boſſ. de conuict. nu. 16. Gomez var. de delict. cap. 12. rubr. de probat. num.
6 25. & reſpectu defenſionis Rei, quæ in ciuilibus præſumptiuè, aut ſemiplenè probant, in criminalibus perfectum, & concludentem probationis gradum conſtituunt, Boer. decif. 105. nu. 1. & ſeqq. ex Marſil. in praxi crim. §. diligenter nu. 190. Aym. conſ. 2. num. 16. Cephal. conſ. 140. nu. 13. lib. 2. Menoch. præſumpt. 48. num. 8 lib. 5.

Intelligendo in delictis difficilis probationis, quia
7 in his reatus ſatis etiam ex præſumptionibus probatur, vt per Decian. dicto conſ. 32. numer. 44. lib. 5. Boer. d. decif. 164. num. 1. & ſeqq. Farin. d. conſ. 23. num. 20. lib. 1.

ARGVMENTVM.

Subſcribens litteras, aut alias ſcripturas, & vtens pecuniis contra formam capitulorum ſocietatis an criminaliter ſit puniendus.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitor non poteſt obligare dominum extra cauſam cui fuit præpoſitus.*
2 *Contractus materia vbi non eſt ordinata ad crimen committendum, ſed dumtaxat ad nulliter contrahendum, dolus non eſt punibilis criminaliter.*
3 *Falſitas quæ neque actu, neque habitu eſt nocibilis, non eſt punibilis.*
4 *Confeſſio qualificata veriſimilis non eſt diuidua.*
5 *Adminiſtrationis velamen temperat criminalitatem, & Parti conſultum eſt per actionem ciuilem deſcendentem ex contractu.*

CONSILIVM CCLXIV.

DElictum minimè prætendi poteſt in caſu, de quo agitur criminaliter punibile, quoniam prætextus doli commiſſi in ſubſcribendo litteras, aliaſque ſcripturas concernentes negocium contra formam capitulorum inter hos ſocios initorum
1 ceſſat, quia ſtante huiuſmodi pacto, cum ſubſcriptio quoad præiudicium Lucatelli eſſet ipſo iure nulla, l. quicumque, 5. §. non tamen, & l. ſed ſi pupillus, 11. §. conditio, ff. de inſtit. l. 1. §. non autem, ff. de exercit. Rot. Ianuen. decif. 12. num. 11. in fine,
2 Seraphin. decif. 1139. numer. 2. materia contractus non poteſt dici ordinata ad crimen committendum, ſed dumtaxat ad nulliter contrahendum, quo caſu dolus non eſt punibilis criminaliter, Baldus communiter receptus, conſ. 14. in fine, & conſ. 15. num. 1. poſt med. verſ. præterea vbi contractus, vbi quod nec fraus in hoc caſu prætendi poteſt, cum ſit ſine effectu damni, & num. ſeq. lib. 1. Pedemont. decif. 137. num. 17. ante med. verſ. vel reſponderi, Farin. quæſt. 19. num. 37. poſt med. verſ. quando enim materia, & conſ. 96. numer. 19. ante med. verſ. ſecundo quòd materia, lib. 1.

Prætextus verò falſitatis minus applicari poteſt, cum
3 falſitas ſtante nullitate obligationis ex dicta ſubſcriptione reſultante non noceret, neque apta eſſet ad nocendum aduerſario querelanti, quamobrem neque etiam locus eſt pœnæ extra ordinem, Surd. decif. 282. num. 18. & ſeqq. Farin. de falſ. quæſt. 150. num. 336. & 338.

Sed neque furtum prætendi poteſt ex vſu pecuniarũ huius ſocietatis ſindacariæ, tum quia non conſtat
4 de huiuſmodi vſu niſi per confeſſionem qualificatam ex mandato, & iuſſu aduerſarij, quæ cum præſertim ex deductis in facto ſit omninò veriſimilis, non eſt diuidua, Caball. plenè reſol. crimin. caſ. 254. num. 5. & ſeq.

Tum etiam quia concluſio Caballi 136. non procedit, quando caſſerius vltra huiuſmodi officium habet etiam adminiſtrationem negocij, ſicut hanc Partem habuiſſe conſtat ex ipſis capitulis, vna etiam cum participatione ex cauſa ſocietatis in eadem negociatione; quandoquidem hoc caſu velamen
5 adminiſtrationis temperat furtum, attento quòd Parti conſultum eſt per actionem ciuilem deſcendentem ex contractu ipſius ſocietatis, & deputationis in adminiſtrando, & dato officio adminiſtratoris de alterius Partis conſenſu, ceſſat contrectatio in furti qualitate requiſita, l. tres tutores, vbi gloſ. in verb. contrectare, ff. de admin. tut. Corn. conſ. 366. num. 12. & 32. lib. 3. Roland. conſ. 75. num. 31. lib. 1. Menoch. conſ. 98. numer. 82. & ſeqq. lib. 1. Aym. conſil. 6. numer. 105. Handed. conſil. 109. nu. 59. lib. 1.

ARGVMENTVM.

De excluſione criminalitatis intentatæ à debitore ſub prætextu, quod creditor ſubtraxerit illi ſcripturas quietantiarum.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas non datur ſine ſubſtantia.*
2 *Caupones, nautæ, ſtabularij non tenentur ad reſtitutionem, quando bona non probantur ſibi conſignata.*
3 *Caupo reconſignans baliſiam clauſam eodem modo, quo ſibi fuit data non tenetur ad aliud, niſi hoſpes probet per teſtes rerum ſubtractionem.*
4 *Aequiuoca, et multipliciter intelligibilis probatio non releuat. Et num. 7.*
5 *Teſtes deponentes ſuper ſubiecto ignorato non probant.*
6 *Teſtis deponens cum ratione incongrua non differt a teſte nihil deponente.*
8 *Teſtes contrarii non probant.*
9 *Vniuerſalis oratio in parte falſa, in totum reputatur falſa.*
10 *Subtractio rerum non cenſetur probata contra aliquem quando alius potuit eſſe is, qui ſubtraxit.*
11 *Soluens contra formam mandati non liberatur.*
12 *Caupo an res ſubtraxerit, inſpicitur veriſimilitudo.*

CONSILIVM CCLXV.

CRiminalitas excitata ad querelam Ludouici aduerſus Caſtellum ad euitandam redditionem rationis ſcut. 2016. ſibi relictorum, nullum habet fundamentum; ſiquidem prætextus aſſumptus à Ludouico, quòd ſcripturæ concernentes quietationes ſibi factas ab ijs, quibus ſoluit, ſubtractæ fuerint

rint ab eodem Castello,caret subiecto,cum nullatenus probetur,vnquam prætensas scripturas, aut quietantias fuisse in rerum natura, ac propterea
1 impossibile sit,quod qualitas prætensæ subtractionis dari possit sine substantia entis, Boss.tit.de delict.numer.26.ad fin.vers.nam,qui vult probare, Bald.cons.465.num.1.2.3.& seqq.lib.4. Paris.consil. 167.num.1.in fine,lib.4. Gram.cons.crim.36. num. 8.post med.vers.& sic,Caball.resol.crim. cas.286.n. 3.& seq.

Atque hinc est,quod etiam caupones, nautæ, & sta-
2 bularij,contra quos iura præsumunt,non tenentur ad aliquam restitutionem, quando bona non probantur sibi consignata, præsertim dolo eorumdē non iustificato,Bart.in l.1.num.4. ff.de furt. aduersus naut.Farinac.in fragmen.par.1.in verb. caupo,
3 num. 49. nec etiam quando capsa, seu balisia fuit consignata,& eodem modo restituta, dicente hospite,sibi res in ea existentes deficere, nisi ipse hospes vltra iuramentum existentiam earumdem rerum per testes probet, vt ex pluribus comprobat idem Farinac.in fragmen.d.par.1. verb.caupo, num.48.

Nec obstat,quod vnicus testis deponat de solutionibus factis ipso præsente per Ludouicum aduersarium in absentia Castelli cum quietantia recepto-
4 rum, quia cum testis non deponat ex qua causa pecunias aduersarius soluerit, possibilitas, quod Ludouicus soluerit in aliam causam pro,laborerijs scilicet ab ipso Ludouico factis in eodem ædificio Montis Dragoni]post discessum Castelli, sufficit ad exclusionem releuantiæ ex dicta æquiuoca, & multipliciter intelligibili depositione, Niconit. in rep.rub.ff.de nou.oper.nunc.numer.78.vers.immò probatio æquiuoca,Raudens.de analog.cap.24.nu. 32.Felin.in c.Rodulphus,num.10.de re iud. Rota in Romana Palatij de Aquila 12.Decembris 1609. coram Cardinali Lugdunen.

Non etiam obstāt testes deponentes,Ludouicum in exequutionem ordinis dati à Castello soluisse cre-
5 ditoribus,quia dum interrogati de personis, quibus asserunt,fuisse solutum,dicunt illas ignorare, constat,eos deponere super subiecto ignorato, & consequenter nihil concludere,Alex.cons.54.num. 4.& seq.lib.6.Seraphin.decis.1377.numer.4.& seqq.
6 paria enim sunt nihil deponere,vel deponere cum ratione incongrua,& minus concludente,Farinac. de testib.quæst.70.num.10.

Et præsertim cum ijdem testes fateantur ignorare quænam essent debita socialia, quia ex ignorantia antecedentis sequitur ignorantia consequentis,
7 quamobrē etiam in his testibus possibilitas, quod solutiones fuerint in satisfactionem debitorum soluentis extra causam societatis excludit probationis releuantiam,c.in præsentia,de probat. Seraphin.decis.1103.n.2.

Minus obstant depositiones Putei, & Donini, tum quia inter se sunt contrarij,dum alter dicit, quod
8 quietantiæ reportatæ à creditoribus socialibus retinebantur in loco cum particulari claue ab eodem Ludouico, alter verò deponit de retentione in locis vtrisque cum clauibus communibus, Farin.de testib.quæst.65.n.2.

Tum etiam quia quatenus deponunt, Castellum asportasse secum omnes scripturas ex locis, in quibus recondebantur,tam proprias, quam communes,concernentes nempè solutiones sociales, nullam fidem merentur,cum constet, aliquas ex huiusmodi quietantijs repertis fuisse retentas ab eodem Ludouico aduersario; quapropter oratio vni-
9 uersalis in parte falsa in totum reputanda est falsa l. si is, qui ducenta,§.vtrum ff.de reb.dub.Rot.decis.24.num.14.par.1.recent.

Tum & tertio quia cum iidem testes probent, Lu-
10 douicum aduersarium vel ex retentione duplicis clauis, vel alias potuisse easdem scripturas, & quientantias accipere, hoc ipsum sufficit ad effectum, vt contra Castellum de pretensa subtractione inquiri non possit, non probato in specie, quod Castellus scripturas inde acceperit cum speciali earum designatione, Plot. de in lit. iurand. §. 10. num.10. post princ. vers. fallit vlterius, Peguer. decis.45.in addit.vers.primus casus.

Videtur autem calumnia Partis aduersæ conuinci, tum quia cum Castellus in eius discessu expresserit certas personas, quibus quantitas certa esset soluenda ipso absente per Ludouicum, prout idemmet Ludouicus in solutione dd.scutorum 2016.sibi facta à Castello explicite asserit,ad effectum scilicet soluendi, quibus idem Castellus ordinasset,
11 censeri non potest soluisse sine ordine, ac propterea ordinem exhibere debebat, cum alioquin solutiones sibi non suffragarentur,l.si hominem,§. si nulli,ff. de solut. l.si debitorem, ff. de naut. Castr. in l. qui vsumfructum, in fine, ff. de verb. oblig. & in l. singularia,num.21.vbi Cagnol.numer.32. ff. si cert.pet.Surd.decis.60.num.1.Seraphin.decis.1146. n.1.& 4.& decis.1130.nu.1.& Rot. decis.298. nu.2. par.1.recent.

Tum etiam quia si Ludouicus verè creditoribus socialibus soluisset, facile esset ab eisdem depositiones habere huius veritatis; quapropter cum hac via facili non vtatur, verisimile est quod non sol-
12 uerit, in hac autem materia in primis deferendum est verisimili, & præcipuè cùm non sit credēdum, quod aduersarius alioquin querelare distulisset post duos, & vltra annos post discessum Castelli ab eius domo, & vsquequo ab ipso Castello iudicialiter conuentus fuit pro computorum redditione, Bart.in d.l.1.num.4.ff.de furt.aduers.naut. Bonifac.de furt. §.8.num.31.Peguer.d.decis.45.in addit.vers.secundus casus, Farin.in fragm.d.par.1. in verbo caupo,num.54.

ARGVMENTVM.

De eadem re. cum remotione inditiorum.

SVMMARIVM.

1 *Furtum non probatur coniecturis nisi concurrente probatione, quod res fuerint in loco, vnde subtractæ prætenduntur.*
2 *Furto res subtracta, quod fuerit in loco, præsumitur de præterito in præsens. Nisi concurrat fortior præsumptio in contrarium, vt num.3.*
4 *Adminicula debent in suo genere esse perfecta.*
5 *Adminicula non suffragantur, nisi præcedat aliquis gradus probationis, cui coniungi possint.*
6 *Præsumptio ex præsumpto sumi non potest.*
7 *Præsumptiones leuiores cedunt grauioribus.*
8 *Habitatio, et commodum non facit inditium furti* [illegible]

aduersus hominem bonæ famæ.

9 *Furtum non præsumitur cum dolo, quando casus, ex quo furtum deducitur, potuit sine dolo euenire.*

10 *Verisimilitudo, et inuerisimilitudo includit, et excludit delictum.*

CONSILIVM CCLXVI.

Qvamuis furtum coniecturis probetur, hoc tamen intelligendum est, concurrente probatione, quod res, quæ dicuntur subtractæ, fuerint in loco, vnde subtractæ prætenduntur, ideoq. cum in casu, de quo agitur, existentia concludens in loco non fuerit iustificata, coniecturæ nec quidem ad probandum corpus delicti sufficiunt, Bart. in l. si quando, in fine, C. vnde vi, Marsil. cons. 8. num. 4. & seqq. Vulpell. cons. 74. num. 7. cum alijs plurib. per Farin. de furt. quæst. 176 num. 19. vbi licet n. 17. aliquos referat tenentes contrarium, vbi damnū passus sit vir bonæ famæ, & super existentia præstet iuramentum, tamen primam opinionem magis receptam retinet, vt num. 18.

Et licet forsan non sit necesse probare, quod tempo-
2 re commissi furti res, quæ dicuntur subtractæ, essent in loco, sed sufficiat semel ibidem fuisse ea ratione, quia de præterito præsumitur in præsens, ex eodem Farin. d. quæst. 176. eodemque num. 18. tamen hęc conclusio nec applicabilis est huic casui, quia nullo tempore existentia fuit probata, nec suffragari posset, cùm ex deductis in facto, ac alijs
3 infra fortior, & efficacior detur præsumptio, quod ipse aduersarius huiusmodi pretextum excogitauerit ad euadendam redditionem rationis notabilis summę, pro qua ante prætensam querelam fuerat conuentus, Alciat. de presumpt. reg. 2. præsumpt. 21. num. 12. & seq. Menoch. pręsumpt. 64. nu. 45. & seq. lib. 6.

Nec obstant testes examinati super dicta existentia, quia præter exceptiones, quas patiuntur, nec etiā deponunt de quietantijs, aut scripturis concernentibus interesse sociale; quamobrem cum intelligi possint de alijs scripturis, & quietantijs non percutientibus casum, de quo queritur, nec etiam deseruire possunt pro adminiculo, tum quia cer-
4 tum est, etiam adminicula debere esse in suo genere perfecta, Bald. in l. si quis, §. 2. num. 2. ff. de eden Surd. cons. 372. num. 10. lib. 3. Rota post lib. 2. cons. Farin. decis. 138. n. 3. vers. cum enim agatur, & decis. 519. n. 7. par. 2. recent.

Tum quia adminicula non suffragantur, vbi non pre-
5 cedit aliquis gradus probationis, cui coniungi possint, Gabr. de probat. conclus. 1. in princ. Rota decis. 558 n. 3. par. 2. rec.

Nec aliquid facit præsumptio, quæ elicitur ex duplicatis trium quietantiarum, quia vbi exinde infertur præsumptio existentiæ aliarum, & præsumptio existentiæ aliarum in loco, fundamentum fit in
6 duabus præsumptionibus carentibus fundamento, cum immò de Iure præsumptio ex præsumpto sumi non possit, Farin. cons. 55. num. 25. cons. 127. n. 7. & cons. 114. num. 40. Rota post lib. 2. cons. Farin. decis. 267. num. 9.

Minus faciunt duæ quietantiæ repertæ penes Castellum etiam coniuncta cohabitatione in domo, vbi subtractæ prætenduntur, & commodo sibi resultante in vexatione Ludouici, quia cohabitatio tāquam vtrique communis, non datur ratio, quare magis inferat contra Castellum, quàm contra Ludouicum, sicut nec prætextus commodi, cum immò maius commodum resultaret Ludouico in suppositione, quam Castello ex subtractione, postquam Castellus in iudicio intentato rationis redditionis administrationis erat actor, Ludouicus verò Reus, qui semper tacuit, donec non fuit iudicialiter pulsatus, ideoque leuiores præsumptiones cedere debent efficacioribus, Surd. cons. 429. nu. 28. lib. 3. & decis. 124. num. 22. Rot. decis. 263. numer. 2. par. 1. diuers.

Et nihilominus nec cohabitatio, nec commoditas
8 faciunt inditium furti aduersus hominem bonæ famæ, Farin. de furt. d. quæst. 176. num. 59. & 90.

Inuentio autem apud Castellum non etiam in hoc casu est considerabilis, vel ex possibilitate suppositionis, vel etiam quia non refundatur crimen suppositionis in accusatorem; nam ex hoc ipso, quod Partes simul aliquando cohabitarunt, & scripturas proprias, & commixtas in eodem loco retinuerunt, oritur possibilitas, quod ex tunc apud ipsum Castellum absque ipsius subtractione, & dolo, imo etiam sine illius scientia commixtim cum proprijs scripturis, remanserint; hoc autem sufficit
9 ad exclusionem furti, quia licet in eo verum esset dolum regulariter præsumi, hoc tamen fallit, quādo casus, ex quo furtum deducitur, potuit sine dolo euenire, Bart. in l. si quis ex argentarijs, §. an nec hæredi, num. 6. ad fin. vers. sunt alii casus, ff. de eden. & in l. si creditor, num. 6. post med. vers. quidam sunt casus, C. de pign. act. Mascard. de probat. concl. 829. num. 3. & admittit in hoc casu Bonifac. de furt. §. fraudolosa, num. 15.

Exclusio verò delicti, ac fraudis in Castello uidetur euidens, quia non est verisimile, quod si quietantias prædictas subtraxisset, apud se retinuisset, nam vel lacerasset, vel saltem occultasset, & è conuerso si alias quietantias vnquam aduersarius habuisset, nominaret personas, & tempus, quibus
10 illas habuisset; verisimilitudo autem, & inuerisimilitudo absque dubio excludit, & includit delictum, Farin. cons. 22. num. 34.

ARGVMENTVM.

Is, apud quem res furata reperitur, an faciat inditium contra alium, quem nominat in authorem.

SVMMARIVM.

1 *Identitatis personæ delinquentis exclusio est exclusio delicti.*
2 *Furti inditium resultat, quando res furata reperitur apud aliquem malæ opinionis.*
3 *Nominanti authorem rei furatæ, non creditur.*
4 *Nominatio authoris inuerisimilis non facit inditium.*
5 *Turpitudinem suam nemo sine causa detegere præsumitur.*
6 *Iactare suum nemo præsumitur.*
7 *Nominans authorem ad sui exonerationem non excusatur.*
8 *Socius criminis nisi depositionem suam confirmauerit in tortura ad faciem inculpati, nullum facit inditium.*

9 *Di-*

9 *Discessus, et absentia non facit inditium, quando iusta causa adducitur.*

10 *In Declaratione Rei de habendo testes pro ritè, et rectè examinatis excipiuntur mortui, et absentes.*

CONSILIVM CCLXVII.

INdebitè vexatur D. Gabriel occasione prętensi furti, quoniam ex deductis nedum Curia, & adhærens nullum habent inditium considerabile, sed ex eisdem, quæ deducuntur magis constat de innocentia, siquidem querela ipsa accusatoris designans inditiatum describit iuuenem, asciutto di carne con la barba castagnaccia, e poca, vestito di colore leonato; ex testibus autem in defensiuo non solum probatur, has qualitates Gabrieli non conuenire, sed contrarias, cum quibus etiam quoad qualitatem personæ conuenit rei euidentia; testes enim tempus prætensi furti percutiẽtes contestes probant, Gabrielem fuisse, con barba grande alla francese di pelame negro più presto del grosso, & vestimenta habuisse alterius coloris; quamobrem non est dubitandum, quin exclusio

1 identitatis sit etiam exclusio delicti, Corn. consil. 134. in fin. lib. 3. Aym. conf. 244. num. 2. Foller. inter conf. crimin. diuers. conf. 140. num. 17. lib. 1. Bursatt. conf. 116. numer. 29. lib. 1. Farinac. consil. 158. numer. 14.

Nominatio etiam Gabrielis à Bosco, penes quem in parte furtum fuit repertum magis detegit Gabrielis innocentiam, & solum Boscum nominantem reddit culposum, tum quia mala præsumptio ori-

2 tur solum contra eum, penes quem res furtiua reperitur, quando non est persona grauis, de qua non possit suspicari, cuius tamen contrarium probant testes in defensiuo examinati, Farin. de furt. quæst. 177. num. 2. 4. & seq. adeoquod nec ratio aliqua habenda est nominationis authoris, sed requiritur probatio, cum Rei purgentur non relatione criminis, sed probatione innocentiæ, quamobrem ma-

3 gis creditur ipsi neganti, quam alteri nominanti, idem Farinac. ead. quæst. 177. num. 13.

Tum quia qualitas nominationis Boschi carcerati, & demum ad triremes damnati non solum est om-

4 ninò inuerisimilis, quo casu nec vllum facit inditium, Farin. conf. 192. num. 13. scilicet quatenus asserit, ch'egli staua affacciato sul banco, quam qualitatem, nec querelans, nec vllus ex testibus affirmat, & quatenus idem Boscus asserit, furtum sibi non fuisse notum tempore contrectationis, nec tempore, quo domum cum Gabriele rediuit, sed dumtaxat, quando Gabriel furtum à se factum patefaciendo sua sponte ipsi nominanti medietatem tradidit, quod quidem ab omni prorsus verisimilitudine est alienum, cum nemo prȩsumatur dete-

5 gere absque causa suam turpitudinem, l. cum profitearis, C. de reuoc. donat. c. inter dilectos, de donat. Mohed. decis. 2. num. 3. de simon. cumque ne-

6 mo præsumatur, quod in sua potestate habet sine causa iactare, quæ præsumptio superat omnes alias præsumptiones, Rot. decis. 602. num. 8. post princ. vers. quia respondetur, par. 2. rec.

Sed etiam quia ex assertis ab ipso Bosco constat, se

7 Gabrielem nominasse ad solam sui ipsius exonerationem, dum subiunxit, se misericordiam mereri, quia ipse furtum non fecerat, Farin. de furt. quæstion. 176. numer. 86. vers. per quod credat se ostẽdere immunem, Brunor. à Sole in suo consil. crim. num. 98. ante fin. vers. quod autem sint in eadem Causa.

Tum & tertio quia ex hoc ipso se facit Boscus socium

8 criminis; socius autem criminis, nisi suam depositionem confirmauerit in tortura ad faciem inculpati, nullum facit inditium, Farin. conf. 38. num. 10. & conf. 156. num. 28. & 50. Caball. resol crimin. cas. 200. num. 128. multoque magis hoc casu, quo constat, eum deponere ad sui exculpationem, idem Farin. conf. 193. num. 29.

Prætensa fuga nullius est momenti, quia probant te-

9 stes, Gabrielem è Ciuitate discessisse ex causa antecedente prætensum furtum, ex causa nempe curandi infirmitatem, Farin. in fortioribus terminis d. quæst. 176. num. 7. & 37.

Minusque alii testes, si qui sunt examinati in Ciuitate Ferrariæ, cum præter defectum iurisdictionis

10 non sit repetiti, & declaratio Rei de habendo testes pro rite examinatis exprefse excipiat mortuos, & absentes, Vulpell. conf. 32. num. 6. Guazzin. defens. 24. cap. 6. num. 5. & seqq.

ARGVMENTVM.

Ex pluribus domesticis conuersantibus in loco an magis vnus quam alius sit suspectus de furto.

SVMMARIVM.

1 *Furata res, quod in loco extiterit, præsumitur de præterito in præsens. Dummodo hæc præsumptio allegatur ab ipso domino, vt num. 2.*

3 *Furti actio non competit non habenti interesse.*

4 *Ingerens se in re ad se non pertinente se ipsum inditiat.*

5 *Denuncianti ad sui exonerationem non creditur.*

6 *Caupones, nautæ, stabularii non probata consignatione non tenentur, nisi probetur eorum dolus.*

7 *Conuersatio in loco non facit inditium furti, nisi probetur mala fama.*

8 *Ex Conuersatione plurium in loco non oritur inditium magis contra vnum, quam contra alium.*

9 *Furti inditium non oritur contra hominem bonæ famæ, qui visus fuerit exire de domo cum fardello sub veste.*

10 *Expensæ victus, & vestitus non excessiuæ non faciunt inditium furti.*

CONSILIVM CCLXVIII.

IN furto requiritur probatio, quod res fuerint in loco vnde ablatæ prætenduntur & quamuis forsan non requiratur probatio, quod fuerint in loco de tempore commissi furti, sed sufficiat, quod

1 semel ibi fuerint ea ratione, quia à præterito præsumitur in præsens, ex Farin. ead. quæst. 176. num.

2 18. tamen huic præsumptioni non est locus, nisi vbi ipse dominus eam allegat ad tradita per Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 21. num. 1. & & seqq. Menoch. præsumpt. 64. numer. 45. & seq. lib. 6.

In hoc autem casu non dominus, sed defuncto Cardinale alius famulus denuntiauit prætensam subtractionem, asserens deficientiam cognouisse ex reui-

reuisione, & confrontatione rerum cum inuentario retento in cubilo Cardinalis, easdemque res in loco, viuente eodem Cardinale sæpius vidisse.

Sed neque ex hac assertione, siue illa fuerit denunciatio, siue querela, neque ex testibus, qui pro Curiæ informatione examinati dicuntur, aliquid contra carceratos prætendi potest.

Non enim ex prætensa denunciatione; Primò quia,
aut denunciator admittit, se tanquam custodem
rerum sibi consignatarum, non autem rerum, quæ
subtractæ prætenduntur, non teneri domino ad
3 reddendam de illis rationem, & tunc nec actio
furti, nec condictio furtiua sibi competit ex deficientia interesse, & præsertim, cum ipsemet in
denunciatione conditionem adiecerit, quatenus
teneretur, & non alias, Farin.de furt. quæst. 162.
4 num.27.nam alioquin ingerentem se in re ad se
non pertinente.se ipsum inditiare, inquit Bonifac.de furt.§.2.incip.est,num. 109.

Aut fatetur, se teneri domino ad restitutionem, &
5 tunc nulla ei fides est adhibenda, cum denunciatio tendat ad sui exonerationem.Brunor.à Sole in
suo conf.crim.num.98.ante fin. vers. quod autem
fiat in eadem causa, Farin.quæst.176.num.86. vers.
per quod credit.

Secundo quia nec prætensum inuentarium fuit factum cum carceratis, nec constat, aliquid sibi fuis-
6 se consignatum, cessante autem consignatione,
nec etiam caupones, nautæ, & stabularij, contra
quos iura præsumunt, ad aliquid tenentur eorum
dolo non iustificato, Bart.in l.1.num.4.ff. furt. aduers.naut.Plot.de in lit.iurand. §.10. num.10. post
princ.vers.fallit vlterius, Peguer.decis.45. in addit.
vers.primus casus, Farin.in fragment. par.1. in verbo, caupo, num.49.

Tertio quia in eisdem locis, in quibus dicuntur res
subtractæ plures alij famuli, & domestici assiduè
7 versabantur; domesticitas autem, & versatio eiusmodi nunquam parit inditium, nisi probetur mala fama, quæ in hoc casu omninò deficit, Bonifac.
de furt.§.2.incip.est,num.40.vers. sed quid si eiusdem domus, & num.64. Farin. de furt. quæst. 176.
num.59.& 61.

Et nihilominus vbi plures in loco fuerunt versati, ac
8 domestici, iniquum est, quod aliqui magis, quam
alij vexentur, & præsertim ad aliorum pariter domesticorum attestationem ex rationibus Brunori
à Sole conf.crim.98.ad fin.vers.nam nulli dubium
Farin.quæst.36.num.63.

Testes autem nihil prorsus faciunt, quia deponens
vidisse D.Peregrinum retinentem manum ad peram, quasi aliquid in ea retineret, præterquam
quod deponit de credulitate, & iudicio, nec etiam
aliquid releuat, cum in longe fortioribus terminis
9 recepta sit conclusio, quod in homine bonæ famæ
nec etiam operatur inditium, quod tempore commissi furti visus fuerit exire de domo cum fardello
sub veste, vel pallio, Blanc.de indit.num.418.vers.
istud inditium, & num.420.vers.sed aduerte, Brun.
de indit.par.1.quæst.3.numer.4.in fin.Bonifac.de
furt.d.§.2.num.55.Farin.d.quæst.176.num.83.

Deponentes vero de expensis factis in vestibus, ac
10 cibis, cum non fuerint excessiuę habito respectu
ad mercedem, & cibaria præstita à Cardinale in
eius seruitij recompensationem, neque etiam
suspicionem aliquam operantur, vt per Bonif. de
furt.d.§.2.num.56.in princ. & vers. si tamen.

ARGVMENTVM.

An, & quando pro vnico furto de Iure, vel ex bannimentis generalibus imponatur pœna mortis.

De rationibus temperandi pœnam furti.

SVMMARIVM.

1 *Furtum commissum cum scalis, et fractura grauius punitur.*
2 *Furtum grauius punitur ratione loci, in quo commissum fuit.*
3 *Pro Furto vnico licet magno de Iure non imponitur pœna mortis.*
4 *Pro Furto commisso cum scalis, et fractura ex bannimentis generalibus imponitur pœna mortis, et confiscationis bonorum.*
5 *Furtum an sit magnum, remittitur arbitrio Iudicis.*
6 *Bannimenta magis ad terrorem quandoque censeri possunt publicata, quam vt effectum rigorosum contra regulas Iuris sortiantur.*
7 *Furti pœna temperatur in persona nobili, ingrauescentis ætatis, et alioquin bonæ opinionis.*
8 *Furti pœna temperatur ex qualitate familiæ, et dignitate propinquorum.*

CONSILIVM CCLXIX.

Non videtur in casu, de quo agitur, locus pœnæ ordinariæ, quamuis enim de Iure furtum com
1 missum cum scalis, & fractura grauius puniatur,
quàm factum sine illis, Farinac.de furt. quæst. 165.
2 num.21.& 23.& ratione loci, in quo fuit commissum grauius etiam puniri possit, vt per eumdem
Farinac.d.quæst.165.num.17.& 23.& quamuis cõ-
3 clusio, quòd pœna mortis non imponatur, nisi furibus famosis, qui tria, aut plura furta commiserint
non autem pro vnico furto, licet magno, pro quo
de Iure pœna mortis iuxtà veriorem, & magis in
praxi receptam opinionem non imponitur, Gomez var.resol.tom.3.cap.4.de furt.num.7.post med
vers.sed his non obstantibus, Clar.in prax. crimin.
§.furtum, num. 10. vers. sed an pro vno furto magno, vbi de communi, & practicata opinione, Farinac.plurimis comprobans de furt. quæst. 167. nu.
47.Caball.resol.crim.cas.18.num.2.& seqq. limite-
4 tur ex bannimentis generalibus imponentibus
pœnam vitæ, & confiscationis bonorum furto com
misso cum scalis, & fractura, vt per Farinac. de furt.
eadem quæstion. 167. numer. 47. ad fin. vers. id
euenit.

Tamen in hoc casu neque de Iure, neque ex bannimentis videtur pœna ordinaria infligenda; de Iure, non solum ex conclusione superius firmata, quę
magis communis est, magisque in praxi seruatur
ex pręallegatis, sed etiam quia furtum non videtur mereri qualitatem magni, & enormis in hoc
casu, dum repugnat qualitati personarũ, & quantitati, aut saltem ex ijs Iudex, ita potest arbitrari,
5 cum receptissimum sit, furtum an magnum dici
possit, remitti Iudicis arbitrio, Menoch. de arbitr.
cas.295.num.10.Peguer.decis.27.num.7. Farin. qu.
165.num.19.& quæst.174. num.113. Caball. resol.
crim.

crim.cas.18.num.11.& seq. & cas.204. num.14. & seqq.Giurb.cons.crim.68.num.20.

Ex bannimentis autem, quia præterquam quod ma-
6 gis ad terrorem publicata censeri possunt, quam vt effectum ita rigorosè contra regulas Iuris sortiantur, Rimin.iun.cons.327 num.2.lib.3.Mascard. de probat.conclus.162.num.33.vol.1.adhuc ratione hac seposita illis non obstantibus ex causa locus est arbitrio pro impositione pœnę minoris ordinaria, & præsertim hoc casu, quo recedendi cau
7 sa à rigore datur honestissima ex qualitate furti vnici commissi à persona nobili ingrauescentis ætatis, quæ per antea semper fuit probatissimæ vitæ, nullumque vnquam commisit delictum, Peguera loquens de hoc arbitrio aduersus consuetudinem puniendi contrariam, d.decis.27.num.8.ad fin.vers. & quamuis, & decis.24.num.20.Caball.loquens in eodem casu resol.crim.d.casu 18.num.13.Farin.loquens de arbitrio, non obstante Statuto pœnam ordinariam pro vnico furto imponente, quęst.167. num.41.

Et præsertim ob numerosam familiam, in qua plures
8 filiæ nubiles, ac vt propinquorum dignitati, & splendori, alijsque circumstantijs ponderatis in facto indulgeatur, vt per Bonifac. de furt. §. quod Iure naturali, num.69.ad med.vers.nisi id propinquorum dignitati.

ARGVMENTVM.

De eadem re. Et an, & quando sit locus pænæ ex bannimentis generalibus ob percussiones in personam derobati.

SVMMARIVM.

1 *Pro furto vnico quamuis magno non imponitur pæna mortis.*
2 *Furandi frequentia, non magnitudo rei furatæ attendenda est quoad imponendam pœnam mortis.*
3 *Latro, seu grassator pro vnico latrocinio, seu grassatione non debet mori.*
4 *Furtum an sit magnum remittitur arbitrio Iudicis.*
5 *Furtum non probatur, nisi probetur, quod res fuerint in loco.*
6 *Furtum passo datur iuramentum in litem ad effectum ciuilem, non autem qnando agitur criminaliter ad pœnam corporalem, vel pecuniariam Fisco applicandam.*
7 *Iuramentum in litem non datur nisi præuia taxatione Iudicis, qui considerare debet verisimilitudinem, et qualitatem personarum.*
8 *Bannimentorum pœna non intrat nisi concurrentibus omnibus qualitatibus.*
9 *Incertitudinis ratione quando nescitur quisnam ex pluribus fuerit percussor, non intrat pæna ordinaria.*
10 *Bannimenta nimis rigorosa censentur quandoque emanasse ad terrorem.*
11 *Pæna diminuitur delinquenti ex qualitate anteactæ vitæ, quando constat, eum numquam antea deliquisse.*
12 *Pæna diminuitur ex confessione spontanea.*
13 *Nobilitas familiæ consideratur ad pænæ diminutionem.*
14 *Pœnarum diminutio est arbitraria supremis Magistratibus perpensa personarum qualitate.*
15 *Filiorum numerus suffragatur ad pænæ diminutionem.*
16 *Confessio in tormento vigiliæ non præiudicat, nisi prius decretis defensionibus.*
17 *Socius criminis non probat, quando non fuit confrontatus in faciem inculpati.*
18 *Alloquutio secreta præsumitur potius ad bonum, quam ad malum finem.*
19 *Alloquutio secreta vt faciat inditium homicidii, requiritur quod præcedat, non autem quod subsequatur.*

CONSILIVM CCLXX.

Poena vltimi supplicij non potest de Iure, nec vigore bannimentorum irrogari in hoc casu; quia, vt alias dixi, de Iure verior, & magis in praxi re-
1 cepta est opinio, quod pæna mortis non imponitur nisi furibus famosis, qui tria, aut plura furta commiserint, non autem pro vnico furto, quam uis magno, Clar. in praxi crim. §. furtum, num.10. vers.sed pro vno furto magno, Gomez var. resol. tom.3.cap.4.de furt. num.7. post med. vers. sed his non obstantibus, Farin.de furt.quæst.167. num.47. Caball.resol.crim.cas.18.numer.2.& seqq.frequen-
2 tia enim furandi, & non magnitudo rei derobatæ in hoc est attendenda, Bonifac.de furt. §. quod si iure naturali, num.58.Almont.Ciazzius discept. cr. ad defensam 26.num.69.& 77. adeout nec etiam latro, seu grassator pro vnico latrocinio, seu grassatione debeat mori, textus est apertus in l. capita-
3 lium, ff.de pœnis, Farin.de furt.d.quæst.167. nu.87. vbi etiam num.88.quod sæpius vidit pro vnica grassatione grassatorem ad triremes damnatum, & dicto num.47.ante finem testatur etiam, quod eamdem opinionem vidit semper seruari.

Hoc autem casu nec etiam furti magnitudo prætendi potest, quoniam respectu rerum derobatarum, quas Reus confitetur, constat ex earum qualitate integrè quoad confessas repertas, & restitutas, illas esse modici valoris, ac propterea nulla ratio-
4 ne furtum magnum arbitrari posse etiam assumpta veritate conclusionis, quod affirmatiua, vel negatiua magnitudinis furti resideat in Iudicantis arbitrio, Menoch.de arbitr.cas.295. nu.10. Peguer decis.27.num.7.Farin.quęst.165.numer.19.& quęst. 174.num.113.Caball.resol.crim.cas.18. numer.11. & seq.& cas.204.num.14.& seq.Giurb.cons.crimin. 68.num.22.

Neque enim considerabilis censeri potest querela, & assertio Abbatis querelantis, quia pręterquam quod non ascendit ad scuta 500. non etiam illa aliqua ratione attendi potest, tum quia nec iustificauit alias res quàm confessas, fuisse aliquando in loco, vndè sabtractę pretenduntur, quia alias
5 earum respectu nō dicitur probari corpus delicti, vt pluribus comprobat Farin.de furt.quęst.176.numer.16.&18.nec iustificauit valorē, vt requiritur, vt ibidem per Farin.num.19.

Tum quia conclusio quod detur furtum passo iura-
6 mentum in litem super qualitate, & quantitate rerum ablatarum contra eum, qui cum violentia furatus est, procedit ad effectum ciuilem rei persequutorium, non autem quando agitur crimina-

 liter

liter ad effectum puniendi furem pœna corporali, vel pecuniaria applicanda Fisco, vt declarat, & distinguit idem Farin.d.quęstion.176. numer.32.35. & seq.

Et nihilominus non etiam ad effectum ciuilem datur iuramentum in litem, nisi prçuia Iudicis taxatione, qui prçcipuè cum debeat considerare qualitatem personę, cui est factum furtum, & an verisimile sit, an in eo loco, vbi dicitur furtum commissum, haberet tot res, & quales sibi furatas asserit, non datur in hoc verisimilitudo quod monachus, quamuis abbas habuerit iocalia nec Ecclesię, nec personę ipsius monachi conuenientia, vt per Farin.ead.quæst.167.num.42.

Bannimenta verò generalia minimè quoad pœnam mortis applicantur, tum quia quatenus capit.53. disponunt, ob percussiones in personam derobati incurri in pœnam vltimi supplicij, loquuntur in
8 grassatore viarum, quę qualitas huic furto non adaptatur, ac propterea bannimentis non est locus, Clar.§.fin.quęst.85. num.9. Petrus Cantonius in cons.edito ad excus.homicid.& aliorum crim.post vol.2.Carpan.adStatut.Mediolan.num.12.fol.mihi 184.

Immò etiam nec in processu constat quis, fuerit percussor abbatis ex quatuor, quos constat furto in-
9 teruenisse, quapropter ratione incertitudinis percussoris hęc qualitas non etiam equiti est applicabilis, & exinde cessat pretextus pœnę ordinarię, Marsil.cons.39.num.45.ad med. & nu.58. Roland. cons.63.num. 10.& 12.vers.quod si non appareat, &num.16 vbi de communi, lib.2.Surd.cons.40.post num.43.lib.1.

Tum etiam quia, quatenus bannimenta disponunt cap.56.furtum cum fractura muri, & ascensum cum scala puniri pœna mortis, dummodo furtum excedat summam scutorum decem, preterquam
10 quod in vnico furto tanquam nimis rigorosa magis censenda sunt emanasse ad terrorem, quam indistinctam respectu omnium personarum, rerum, & casuum obseruantiam, Rimin.iun.cons.327 num.2.lib.3. Mascard.de probat.conclus.162.n.33. lib.1.non etiam applicanda, quoniam plura sunt, que ad diminuendam hanc pœnam bannimentis non obstantibus iure compellunt.

Primò enim hoc suadet iustificatio anteactæ vitę
11 equitis, cum ex actis liqueat, nunquam antea deliquisse, l.non omnes, ff.de re milit.in prin.quam ad hoc allegat Alex. cons.121.col.2.vers.concurrit lib.7. Tiraq.de pœn causa, 51.num.1.& seqq. Gram. voto 20.num.9.ad finem, quos omnes refert, & sequitur Petrus Canton.cons.superius allegato post vol.2.Carpan.ad Statut.Mediol.fol.185.num.21.

Secundò ingenua eiusdem equitis confessio spon-
12 te, & absque aliquo tormentorum metu, Tiraq. de pœn.caus.30 num. 10.Farin. quęst.81. num.172. cum [illegible] js pluribus per Canton.vbi supra num.20.

Tertio nobilitas familiæ; hęc enim etiam in hoc cri-
13 mine ad pœnę diminutionem est considerabilis, Bonifac.de furt.§.quod iure naturali num.69. ad ad med. vers.nisi ad propinquorum dignitatem, atquè hac ratione testatur Farinac. nobilem non obstante, quod commisisset plura furta fuisse solum perpetuò relegatum.

Quarto quam maxime supremum tribunal mouere debet filiorum numerus, qui paternam calami-
14 tatem sentiunt; cum enim certum sit, diminutionem pœnarum supremis Magistratibus esse arbitrariam, perpensa personarum qualitate, Peguer. decis.27.num.8.ad fin.vers.& quamuis, & decis. 24. num.20.Farin.loquens de arbitrio aduersus Statutum imponens pœnam ordinariā pro vnico furto quæst.167.num.41.Caball.d.resol.18 num.13.nega
15 ri non potest, quin filiorum numerus ad huiusmodi diminutionem sit considerandus, Tiraq.de pœnis causa 26.num.1.2.& seq.Rimin.iun.cons.245 num.55.lib.3.Canton.d.cōs.post Carpan.ad Statut. Mediol.lib.2.fol.185.num.23. vers. sexto mouere debent Senatum, & num.seq.

Neque aggrauatio contra equitem prætendi potest ratione homicidij post furtum subsequuti in personam monachi huius furti suasoris, quia homicidium ipsi interfectores fatentur commissum fuisse, equite absente; participatio verò prætensa ex Iulij depositione in tormento vigiliæ, & secretum colloquium ex prætensa depositione Virgilij, frustrà contra equitem adducuntur, quoniam con-
16 fessio, & depositio vigiliati neque nocet confitenti, neque tertio, dum processit vigilia non decretis prius defensionibus, Farin.cons.192.numer.10 lib.2.

Multoque minus equiti, dum prætensus socius cri-
17 minis suam depositionem non confirmauit confrontatus in faciem inculpati, Farin.cons.38.nu.10. & cons.156.num.28.Caball.resol.crim. cas.290. nu. 128. quia tormentum, in quo emanat confessio ad effectum nocendi, non est sufficiens sine dicta confirmatione in faciem, idem Farin. cons.79. numer.9.

Prætensa verò secreta alloquutio, quia præterquam
18 quod potius præsumenda est ad bonum, quam malum finem, Farin.cons.37.num.33.& deponens
19 de illa est vnicus, liquet, quod subsequuta fuit, non antecessit homicidium, prout requiritur ad effectum, vt exinde insurgat inditium. Farin. cons. 55.num.23.in fine, & cons.147.num.6.& quæst.134. num.56.& seqq.

ARGVMENTVM.

Pro furto alibi commisso an fures molestari posśint in loco vbi rem furatam contrectant.
An cura Romana delinquentes non subditos remittat ad locum delicti.
Pro furto an agi posśit ad restitution[em] rerum, vel æstimationis contra hæredes delinquentis.

SVMMARIVM.

1 *Fures, qui in aliquo loco reperiuntur cum re alibi furata, possunt ratione contrectationis molestari. Et num.3.Contrarium num.2.*

4 *Romana Curia non remittit delinquentes sed punit etiam non subditos extra territorium Ecclesiasticum delinquentes, licet non ordinaria, sed mitiori pœna.*

5 *Contrectans in loco rem furatam, si ibi moram traxerit, molestari potest pro furto alibi commisso.*

6 *Pro Furto Iudex quilibet, licet alias procedere non posset*

posset, tamen procedit quoad restitutionem rerum, vel æstimationis.

7 *Furtiua conditio datur tam contra hæredes, & hæreditatem iacentem, quàm contra tertium possessorem.*

8 *In Furto corpus delicti, in quo non remanent vestigia, probatur ex conquestionibus incontinenti sequutis, vel ex fama orta in vicinia. vt numer. 9.*

10 *In Furto corpus delicti probatur ex inditijs, & coniecturis.*

11 *Furto probatio, furti quantitas, et valor probatur iuramento actoris.*

12 *Furto probato, Iudex arbitratur taxationem valoris habita ratione verisimilitudinis, et qualitatis personarum.*

13 *Furtum committit etiam ille, qui rem alienam scienter inuito domino retinet, non obstante quod ab initio fuerit in bona fide.*

14 *Furti tenetur vxor perseuerans in contrectatione post mortem viri.*

15 *Furti actio competit habenti interesse.*

CONSILIVM CCLXXI.

DE iurisdictione Illustrissimi D. mei Gubernatoris in casu, & ad effectum, de quo agitu rab hac Parte, non est dubitandum; quamuis enim controuersa admodum sit illa quæstio, an fur, qui in ali-
1 quo loco reperitur cum re furata, possit ratione contrectationis ibi molestari, affirmatiuam tenente Bart. in l. si dominium, num. 2. ff. de furt. quam plurimi sequuntur relati per Bonifac. de furt. §. cōtrectatio, num. 17. & Farin. quæst. 7. num. 7. & quæstion. 174. num. 54. ac Caball. resol. crim. cas. 163. à
2 num. 1. ad 4. negatiuam contra Bart. tenentibus alijs pluribus relatis per eosdem Bonif. d. §. contrectatio, num. 18. Farin. d. quæst. 7. vers. sed contra, & d. quæst. 174. num. 55. Caball. d. cas. 163. num. 4. vers. contrariam. tamen, præterquamquod, quicquid sit in puncto Iuris aliud magis communiter serua-
3 tur in praxi, cum opinio Bartoli vtilis sit Reipublicæ, & reprimens audaciam furum, qui si in quo cumque loco cum re furata reperti puniri non possent, sed solummodò vbi aliàs forum sortirentur, ad delinquendum spe impunitatis inuitarentur, facileque ad loca, quibus nulla ratione subditi essent cum rebus furatis se conferrent, vt præcipuè per Caball. ead. resolut. 163. num. 3. quamobrem ipse Caball. qui, vt dixit num. 4. in fine, sæpius contra Bartoli opinionem votauit, demum mutata opinione, & visa obseruantia Curiarum cum opinione Bartoli sæpius transiuit, mutato, vt inquit in finalibus verbis eiusdem resolutionis 163. in melius proposito.

Adhuc retenta opinione contraria, illi locum esse frustra prætenditur hoc casu, tum quia ratione
4 contrectationis carceratio sequuta est in Vrbe, & Curia Romana, quæ nedum nunquam remittit delinquentes, sed punit etiam non subditos extra territorium Ecclesiasticum delinquentes, licet nō pœna ordinaria, sed mitiori, si non ex eo, quia in hoc concurrat ratio, quod Roma sit communis patria, de qua ratione dubitant Bonifac. de furt. §. contrectatio, num. 33. & Farin. d. quæst. 7. num. 12. post princ. vers. hæc quæstio, saltem quia non debent Iudices sub Summo Pontifice tàm spiritualiter, quam temporaliter dominante quoscumque extra ditionem Ecclesiæ delinquentes impunitos penitus liberare, prout à practicis Iudicibus semper obseruatum fuisse testatur idem Farin. eadem quæst. 7. num. 12. in fine, vbi etiam constanter firmat ita tenendum, & maximè tenendum erat hoc
5 casu, quo contrectans ante carcerationem moram traxerat in Vrbe, non per vnum diem transeundo, sed in eadem per menses permanendo, vt per Caball. ead. resol. 163. num. 8. & alios, quos refert idem Bonif. d. §. contrectatio, num. 27. in 8. limitat. siquidem licet ipse hanc limitationem inanem putet, num. 29. ad finem, vt de octaua dic, ea ratione, quia mora in hoc casu non facit contrectationem punibilem, si sua natura non est punibilis, tamen loquitur in modica mora vnius diei, non autem in habitatione non modica.

Tum etiam quia ab hac Parte non agitur ad finem, vt Curia procedat ad pœnam contra bona delinquentis iam defuncti, sed actione furti rei persequutoria ad recuperationem rerum subtractarum quatenus extent, & quatenus distractæ, ad æstimationem, quia etsi Farin. d. quæst. 7. numer. 7. vers. sed quid erit faciendum, dicat, furem non subditum liberè dimittendum, id tamen intelligit, prout declarat, quando est, qui petat remissionem, & in casu remissibili, qui non applicatur respectu carcerati in Vrbe Parte instante ex præallegatis, & nihilo-
6 minus quoad rerum subtractarum restitutionem, immò etiam æstimationem verius est, quòd Iudex quilibet licet alias contra talem furem procedere non posset, tamen respectu interesse eius, cui fuit furatum, iure procedit, faciendo res furatas restitui, vel æstimationem solui, vt per eumdem Cabal. d. resol. 163. ex Ploto cons. 133. ad fin. num. 46. vers. sed si loquamur, & Bertaz. cons. 40. num. 4. vers. secundo & si standum, in fin. lib. 1.

Eiusmodi verò actio, sicut condictio furtiua rei per-
7 sequutoria absque dubio datur tam aduersus hæredes, vel iacentem hæreditatem, quàm aduersus quoslibet tertios possessores, l. si pro fure, 7. §. condictio, & §. seq. ff. de condict. furtiua Gomez de delict. cap. 1. num. 85. post med. vers. quod limita, & intellige, cum alijs pluribus per Farinac. quæst. 10. num. 72.

Supposita igitur iurisdictione, inaniter etiam controuertitur validitas processus ob defectum prætensum probationis corporis delicti, quoniam cor
8 pus delicti in furtis, in quibus nulla post factum remanent vestigia, vt sunt furta sine fractura, non solùm probatur querela ex conquestionibus incōtinenti sequutis, Farin. quæst. 2. num. 16. & 17. im-
9 mo etiam ex sola fama orta in vicinia, quæ in hoc casu extitit plenè probata, idem Farin. d. quæst. 2. num. 18. & cons. 158 num. 15. & seq. lib. 2. sed ex in-
10 ditijs, & coniecturis pluribus vrgentissimis resultantibus non solum ex fuga, Bonifac. de furt. §. est, num. 114. & seqq. sed ex alijs ponderatis in facto, idem Farin. ead. quæst. 2. num. 14. vers. ideo concordando, & plenius quæst. 176. n. 1. & plur. seqq. & d. cons. 158. num. 9. lib. 2.

Nullaque est difficultas etiam ad effectum concludentis probationis, stante superuenientia confessionis eiusdem contrectantis non solum respectu adamantum furto subtractorum, quæ in confessione explicantur, sed etiam respectu aliorum in querela contentorum, cum quibus concurrunt in fa-
11 cto ponderata, quia furto probato, furti quantitas, & valor non solum probatur iuramento acto-

ris contra ipsum furem principalem, ex plurimis relatis per Farin.quæst.176.num.20. & seq. & contra ipsius furis fautorem, vt num. 24. sed etiam ex quo in Iure reputatur difficilis probationis, sufficienter probatur ex inditijs, & coniecturis; quam-
12 obrem hac ratione etiam Iudex taxationem debet arbitrari habita consideratione personarum quibus facta est subtractio, ex verisimili, quod persona, quæ subtraxit, & apud quam res, de quibus agitur, fuerunt repertæ, stante earumdem qualitate, & indigentia non poterat illas de proprio acquisiuisse, Boss. tit. de rapina, num.36. vers. non tamen simpliciter, Menoch.de arbitr.cas.208.num.4. & seqq. cum alijs per Farinac.d.quæstion.176. numer.43.

Neque obstat, quod respectu Fabritij, quem non constat ab initio fuisse furti participem, cesset dolus, sine quo nec iuramentum super quantitate, nec taxatio arbitraria detur, quia furtum committit
13 etiam ille, qui rem alienam scienter inuito domino retinet, non obstante quod ab initio ad ipsum bona fide peruenerit, Caball. cas.136. nu.18. quod enim declarat ad excusationem retinentis, numer. 19. non applicatur huic casui quo principalis, qui commisit furtum ex confessione ipsius Fabritij voluit restitutionem fieri dominis.

Et hinc est, quod mulier post mortem mariti perse-
14 uerans in contrectatione tenetur furti, l. 3. ff. rer. amot. Aret. §. ij, qui, instit. de oblig. quæ ex del. nasc. num.3. vers. secus si constante, Petr. Greg. in syntag. vniu. iur. lib.37. cap.11. rubr. de crim. rer. amot. nu. 3. & 6. Bonif. de furt. §. animo lucrifaciendi, numer. 182. Farin. quæst. 174. nu.105. Rot. decis. 1169. nu.9. lib.3. par.3. diuers.

Actio autem, quæ datur persequutoria rei furto sub-
15 tractæ, non etiam dubitandam, quin competat mulioni agenti, cum eius intersit, Farin. quæst. 165. num. 27.

ARGVMENTVM.

De remotione plurium inditiorum resultantium ex depositionibus testium circa furtum, vel furti participationem.

SVMMARIVM.

1 *Proximitas, vel cohærentia domus non facit inditium furti.*
2 *Habitatio, vel conuersatio in loco non facit inditiũ furti contra virum bonæ famæ.*
3 *Socius criminis periurus confirmans depositionem suam in tortura non facit inditium ad torquendum non obstante consuetudine.*
4 *Testis deponens ad sui exonerationem non probat.*
5 *Tortura in teste non purgat exceptionem interesse.*
6 *Testes viles, & singulares, & alijs exceptionibus laborantes non probant.*
7 *Negatiuæ coarctatæ probatio excludit delictum.*
8 *Famuli delictum non imputatur domino.*
9 *Testes inuerisimilia deponentes non probant, etiam si sint plures, et contestes.*
10 *Inditium saltem ad torturam non oritur ex actibus vno, vel alio modo ex accidenti contingentibus sine delicto.*
11 *Fugæ inditium oritur, quando Reus abscondit se, non autem quando in loco permanet.*
12 *Comparitio spontanea purgat inditium fugæ.*
13 *Scientia alieni delicti non præiudicat scienti extra casum læsæ maiestatis, vel alios atrocissimos.*
14 *Fugiendi facultatem habens, et illa non vtens, præsumitur innocens.*
15 *Inculpans aliquos socios criminis censetur alios exculpare.*
16 *Identitas rerum probanda est ad inclusionem delicti.*
17 *Participatio delicti non infertur ex amicitia, nisi concurrat stricta amicitia cum assiduitate, et verisimilitudine.*
18 *Amicitia, et conuersatio cum malis hominibus parit inditium, dummodo constet de scientia.*
19 *Amicitia cum reputato bonæ qualitatis non facit inditium.*
20 *Testis non repetitus, nec confrontatus non probat.*
21 *Testes de auditu in criminalibus non probant.*
22 *In Furto ex dilatione querelæ cessant inditia.*

CONSILIVM CCLXXII.

Inditia, quæ contra Simoncellum adducuntur, nulla ratione vrgentia censeri possunt, itaut tormen-
1 tis sit locus; nam primum desumptum ex cohærentia domus ipsius Simoncelli cum viridario, in quo furtum commissum prætenditur, nullius est momenti tam ex eo, quod ex ipso pariete viridarij, & aliundè æquè commodè ad illud ingressus patere potuit, quin etiam ex processu ipso constat, nepotem querelantis, & famulum furta in ipso viridario commisisse mediante ascensu, & descensu per eiusdem viridarij parietem. Brunor. à Sole cõs. crim.98. ad fin. vers. nam nulli dubium, & in terminis longè fortioribus Farinac. quæst.36. numer.63.
2 quam etiam quia conclusio in Iure est certa, quod neque cohabitatio, neque commoditas, sicut nec domesticitas, aut versatio in loco faciunt aliquod inditium aduersus virum bonæ famæ, & præcipuè honestæ familiæ, Menoch. de arbitr. cas.270. nu.22. Farin. d. quæst.176. num.58. & seq. & num.61. Bonif. de furt. §.2. incip. est, num.40. vers. sed quid si eiusdẽ domus, & num.64.

Secundum elicitum ex prætensa geminata traditione ceræ ad effectum illius venditionis non etiam vrget, tum quia, quatenus fundatur in depositionibus Iosephi confirmantis in faciem Simoncelli cum tortura, minimè releuat, nedum quia cum iuramento idem Ioseph contrarium prius depo-
3 suerat; siquidem licet dici soleat, dictum socij criminis confirmatum in tortura cum adminiculis inditium facere ad torquendum non obstante periurio ex consuetudine; tamen eam non esse attendendam, quia in Iudicibus illam seruantibus fuerit abusus, & corruptela, & verior, & attendenda sit consuetudo contraria præcipuè in Vrbe, testatur Farin. contrarijs respondens, cons.216. num. 21. lib.3. & de testib. quæst.56. numer.193. Honded. cons.100. nu.38. lib.1. bo. me. Portius inter cons. Farinac. cons.143. numer.25. & 32. Almont. Ciazzius discept. crimin. ad Reor. defensam, disceptat.8. numer.66.

Sed quia cum fateatur, & ex alijs etiam probetur, ipsum Iosephum ceram vendidisse, ac illius pretium recce-

recepisse, vel saltem negari non possit, quin ex depositis à se, & alijs teneatur de hac cera rationem reddere, nulla est dubitatio, quin assertio, quod illam vendiderit, aut aliàs vendita fuerit de ordine
4 Simoncelli, & quod Simoncellus habuerit pretiū, sit ad sui ipsius exonerationem, quo casu stante hoc interesse, absque dubio nihil prorsus probat, Brunor. à Sole in cons. crim. 98. ad fin. & num. seqq. Farin. quæst. 60. num. 18. & seq. præcipuè post med. bo. mem. Port. inter cons. eiusdem Farinac. consil. 193. numer. 29. idem Farinac. de furt. d. quæst. 176. num. 86. vers. per quod credat, Ciazz. d. disceptat. 8. num. 66.

Etiamquod assertio fuerit in tortura confirmata,
5 quia hoc est certum, quod nunquam purgat exceptionem interesse, Lentulus Capell. inter cons. Farin. cons. 60. num. 52. ad fin. vers. proprij tamen interesse, & cons. 171. n. 20.

Tum etiam quia neque ex alijs testibus recipit adminiculum, neque illi aliquid faciunt, cum sint per
6 sonæ pauperrimæ, ac viles, singulares, inter se contrarij, aliasque patiantur exceptiones, de quibus in facto, Farin. cons. 70. numer. 40. Card. Mantic. decis. 142. numer. 13. Rot. post lib. 2. consil. Farinac. decision. 138. num. 4. decis. 172. num. 2. & decision. 194. etiam num. 2.

Tum & tertio quia quoad primam ceræ venditionē factam, vt prætenditur Bartholomeo, quodcumq; prætensum inditium tollit probatio negatiuæ coarctatæ de tempore, quo dicitur hoc furtum com-
7 missum, cum in defensiuo probata concludenter fuerit absentia Simoncelli ab Vrbe, & commoratio continua in alia Ciuitate, Felin. in c. 3. num. 2. de prob. Marsil. cons. 2. num. 12. & cons. 51. num. 13. lib. 1. Boss. de defens. Reor. post num. 31. & seq. Io: de Amic. cons. 79. num. 1. Bertaz. cons. 251. num. 99. lib. 2. Rimin. iun. cons. 644. num. 2. lib. 6. Guazz. tractat. ad defens. in 28. defens. num. 13. vers. & melius poterit, & seqq. vbi etiam numer. 15. quod liberandi sunt non obstante, quod alioquin aduersus eos militarent inditia sufficientia ad torquendum.

Quoad verò secundam venditionem factam, vt dicitur Francisco, quia constat ex prioribus depositionibus Iosephi, ceram traditam fuisse à famulo Si-
8 moncelli, non autem ab ipso; quamobrem nihil est quod possit domino circa delictum famuli imputari, Oldrad. cons. 92. per tot. Felin. in c. Petrus, nu. 11. de homicid. Seraph. decis. 527. num. 1.

Minus autem in hac parte obstant depositiones aliorum, quia nihil circa ceræ traditionem; actus verò, de quibus deponunt, non sunt illatiui participationis huius criminis, ex quo testes inter se discordant, &, vt bene ponderatur in facto, & rationes huius ponderationis adducuntur, sunt sin-
9 gulares, & alieni ab omni verisimilitudine, Gram. cons. crim. 62. nu. 1. & seq. vbi quod veriorum sermonum est, vt concordent rebus sensatis, Caball. resol crim. cas. 231. num. 21. & seqq. vbi numer. 23. quod iustus Iudex nec etiam pluribus contestibus credere debet, quando non deponunt verisimilia, & num. 24. 25. & seq.

Neque vis aliqua fieri potest in testificatione, quòd Simoncellus spatiaretur propè locum, in quo sequuta fuit ceræ venditio, quia quatenus etiam hoc esset verum, non tamen exinde inditium sufficiens ad torquendum resultaret, quoniam ex a-
10 ctibus vno, vel altero modo ex accidenti contingibilibus inditia desumi nequeunt inferentia ad delictum, saltem ad effectum torquendi, Vulpell. cons. 97. num. 3. Farin. quæst. 37. numer. 6. & seqq. & cons. 192. num. 20. lib. 2.

Tertium assumptum ex prætensa fuga nihil etiam fa-
11 cit, & quia ad huiusmodi effectum requiritur talis fuga, vt quis se abscondat, & non compareat, secus permanendo in loco, Farin. d. quæst. 176. nu.
12 73. & quia spontanea constitutio purgat inditium quod ex fuga desumitur, Gram. cons. 43. num. 20. Clar. §. fin. quæst. 21. num. 24. Farin. quæst. 48. num. 48.

Quartum fundatum in prætensa scientia Simoncelli, carcerationis Cæsaris famuli occasione huius furti non solum caret fundamento, quia nihil exinde
13 resultat, cum scientia nedum carcerationis alterius, sed ipsius delicti scientem in aliquo non redarguat, quodcūque fuerit delictum extra casum læsæ maiestatis, & aliquos atrocissimos, Clar. §. fin. quest. 87. num. 3. Bertaz. cons. 445. numer. 2. lib. 1. Honded. cons. 98. num. 34. lib. 1. & cons. 96. à num. 26 ad 29. lib. 2.

Sed magis detegitur Simoncelli innocentia, tam ex eo quod palam conuersatus est in Vrbe nullo ti-
14 more d. carcerationis perterritus, si quidem habens facultatem fugiendi, & illa non vtens, præsumitur innocens, Bart. in l. quis sit fugitiuus, §. 1. ff. de ædil. edict. Menoch. præsumpt. 48. num. 10. li. 5. quam etiam, quia Cæsar confessus fuit, ceram habuisse à nepote, & famulo querelantis, numquam
15 prorsus Simoncello nominato, hæc enim euidens est demonstratio, ex quo Reus quando aliquos socios criminis inculpat, alios, quos non nominat, censeatur exculpare, Bursatt. cons. 20. num. 58. lib. 1. Farin. cons. 185. num. 20.

Eademque ratione tollitur quintum desumptum ex venditione, ac distributione ceręfacta à milite a-
16 mico, & familiari Simoncelli, nam præterquam de identitate prætensæ ceræ querelantis nullibi constat, sicut requiritur, Corn. cons. 134. in fin. lib. 3 Aym. cons. 244. num. 2. Foller. inter cons. crimin. diuers. cons. 140. num. 17. lib. 1. Bursatt. cons. 116. n. 29. lib. 1. Farin. cons. 158. num. 14. nulla ratione admissibilis est consequentia, miles furto ceram subtra-
17 xit, ergo Simoncellus, quia amicus, fuit particeps. Natt. cons. 298. num. 3. in fine, cuius opinio recepta est, quia contraria procedunt solùm, quando socius criminis nominat amicum strictum, assiduum & talem, vt verisimile sit, inter eos delictum fuisse tractatum, vt distinguit Farin. quæst. 43. num. 172. & seq.

Et præsertim cùm licet amicitia, & conuersatio cum
18 malis hominibus pariat inditium, vt inquit Farin. ead. quæst. 43. nu. 174. id tamen intelligendum sit, quando amico, & conuersanti nota est in amico
19 consuetudo delinquendi, secùs verò, quando amicitia est cum reputato bonæ qualitatis, Iacob. de Beluis. in l. omninò, per illū text. C. de inoff. testam. Oldrad. cons. 92. per tot.

Demum nec uis aliqua fieri potest in prętensa confessione extraiudiciali Simoncelli cum adiectione prætensi risus in actu auditus huius furti, quia testis, qui ad hoc adducitur, non deponit explicitè de aliqua confessione, & præter exceptiones, quas
20 patitur, nec repetitus, nec confrontatus fuit, Honded. cons. 102. num. 12. lib. 1. Caball. resol. criminal. cas. 55. in princ. & cas. 259. num. 5. & seq. Seraphin. decis. 1359. num. 4. duæ verò mulieres mater, & filia præter malas qualitates in facto relatas nihil releuant,

uant; cum deponant omninò inuerisimilia, & de
21 auditu a famula alterius mulieris, ideoque neque etiam in criminalibus faciant præsumptionem, Farin. ex communi de testib. quæst. 69. numer. 9. 10. & seq.

Cæterum satis liquet, Simoncellum tanquam innocentem esse absoluendum ex qualitate ipsius primæ querelæ aduersarij, dum in ea neutiquam Simoncellum nominauit, & ipsemet furtum asseuerauit commissum à famulo, & nepote, solum deinde non modico ex interuallo imposita participa-
22 tione Simoncello; nam exinde non est credendũ, quod, vbi vera fuisset participatio illius, querelam distulisset, sed illam excogitasse sperantẽ, quod alij sibi subtraxerunt à diuite recuperare, Bart. in l. 1. num. 4. ff. furti aduersus naut. Bonif. de furt. §. 8. numer. 31. Farinac. in fragmen. crimin. in verb. caupo, num. 54. Peguer. decis. crim. 45. in addit. vers. secundus casus.

ARGVMENTVM.

An contra inquisitum resultet inditium ad torturam ex depositionibus plurium sociorum criminis laborantium aliis etiam defectibus.

SVMMARIVM.

1 *Socius criminis sub impunitate deponens nihil probat.*
2 *Tortura non purgat defectum socij criminis, qui deposuit sub impunitate.*
3 *Socius criminis non confirmans depositionem suam in tortura, nec ad faciem inculpati non facit inditium.*
4 *Socij criminis deponentes in tortura, & ad faciem inquisiti non sufficiunt ad condemnandum.*
5 *Tortura licet purget maculam prouenientem ex societate criminis, tamen non tollit alios defectus.*
6 *Adminicula imperfecta in suo generc non coniunguntur ad effectum torturæ.*
7 *Mendacium non facit inditium, quando consistit circa id, quod si Reus confessus fuisset, non sibi prędicasset.*
8 *Mendacium circa remota non attenditur.*
9 *Inditium non oritur ex eo, quod vno, vel altero modo ex accidenti contingere potest sine delicto.*
10 *Testes viles, et criminosi non attenduntur.*

CONSILIVM CCLXXIII.

Neque condemnationi, neque inditijs, releuantibus videtur locus in casu, de quo agitur,
1 quoniam quæ desumuntur ex prætenso socio criminis, qui deposuit cum impunitate, neque etiam inditium vllum faciunt, Boss. de oppos. contra testes num. 21. Franc. decis. 459. nu. 1. & seq. vbi quod ita obseruatur Farin. cons. 161. num. 9. vers. & venit ad deponendum, & cons. 182. num. 25. & quæst. 43. numer. 19. Caball. resol. crim. cas. 29. numer. 1. & seqq.

Et procedit conclusio non obstante quod de consuetudine dictum socij criminis confirmatum in tortura cum adminiculis faciat inditium ad torquendum non obstante periurio, nam ab hac consue-
2 tudine receditur, stante concessione impunitatis, Baiard. ad Clar. quæst. 21. num. 33. quamuis enim Baiard. in eo, quod dicit, periurium socij criminis ex tortura de consuetudine non purgari, improbetur à Farin. cons. 216. num. 21. & cons. 193. num. 25. & 32. non tamen improbatur quatenus depositio emanat ab eo, qui impunitatem obtinuit.

Alij verò socij criminis, quos non constat cum im-
3 punitate deposuisse, non etiam releuantes censeri possunt, quia qui suam depositionem non confirmarunt in tortura, & ad faciem inculpati, nihil faciunt, Farin. cons. 38. num. 10. & cons. 156. num. 28. & 50. Caball. resol. crim. cas. 200. num. 128.

Itaquod neque sufficiens est prima tortura, in qua emanauit confessio, Farin. cons. 79. num. 9.

Qui verò prætensi criminis socij eorum dicta confir-
4 marunt in tortura, & in faciem inquisiti absque dubio, etiam quod essent plures, non sufficiunt ad condemnandum, Farin. cons. 156. num. 6. & cõs. 185. num. 3.

Quoad verò torturam, licet regula sit contra inquisitum, concur rentibus adminiculis, tamen non regulæ, sed limitationi locus videtur in hoc casu, tum quia prætensi criminis socij laborant alijs defectibus deductis in facto, quamobrem licet tor
5 tura purget maculam prouenientem ex societate criminis, non tamen tollit alios defectus, Farin. d. cons. 216. num. 17. 20. & seq. & cons. 156. num. 7. & seq. vbi, quod procedit, non obstante consuetudine contraria, & cons. 192. num. 8.

Tum etiam quia prætensa adminicula sunt in suo ge-
6 nere imperfecta, quæ propterea neque etiam coniungi possunt ad effectum torturæ, Eugen. cons. 27. num. 61. Farin. cons. 34. num. 7. & cons. 56. num. 7. Caball. resol. 200. num. 139.

Non enim perfectio adminiculi insurgit ex mendacio inquisiti circa cognitionem sociorum, quod præ-
7 tenditur conuictum, & quia non procedit, quando mendacium est circa id, quod si Reus fuisset cõfessus, sibi non præiudicasset, Marsil. cons. 15. n. 15. vers. præterea etiam respondeo, Farin. quæst. 52. nu. 14. & seq. vbi quod conclusio est verissima.

Et quia mendacium est circa remota, cum ex cogni-
8 tione personarum, alloquutione, & itineratione cum eisdem non insurgat aliquod inditium contra artistas tenentes apothecas apertas, ad quas omnibus confluentibus patet aditus, Honded. cõs. 107. num. 49. lib. 1. Farin. quæst. 52. num. 11. & seqq. Giurb. cons. 87. num. 8. ad med.

Minusque ex cœteris relatis in facto, quia inditia nõ
9 oriuntur ex eo, quod vno, vel altero modo contingibiliter accidere potuit absque delicto, Bald. dicens non præbere inditium ea, quæ pluribus modis sunt interpretabilia cons. 259. num. 4. vers. nec quæ possunt, lib. 1. Aym. cons. 6. nu. 52. Vulpell. cons. 97. num. 3. Becc. cons. 85. num. 1. in fin. lib. 1.

Prout neque in alijs testibus fundamentum aliquod
10 fieri potest, cum supponantur in facto viles, & criminosi, Farin. quæst. 44. num. 25. & cons. 79. nu. 17.

ARGVMENTVM.

Criminalis Iudex, qui delinquentem cōdemnat in pænam extraordinariam, an possit etiam condemnare ad rem restituendam, vel ad interesse Partis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex criminalis potest incidenter condemnare delinquentem ad rem restituendam, & resarcienda damna. Dummodo condemnet in penam ordinariam delicti, non autem in extraordinariam nisi ab ordinaria recederetur ob ætatem, vel aliā personæ qualitatem, vt num. 2.*

3 *Officium Iudicis criminalis non deseruit nisi confessioni, adeo vt non valeat condemnatio ad interesse extra casum confessionis. Contrarium numer. 4.*

5 *Iudex criminalis potest Reum condemnare ad interesse Partis ex inditiis indubitatis, quando ex Constitutione, vel Statuto imponitur pęna ad fauorem Fisci, et Partis.*

6 *Dictio, vltra, est implicatiua.*

7 *Iudex criminalis condemnans aliquem ad pænam extraordinariam non tanquam delinquentem, sed de delicto suspectum, non potest condemnare ad interesse Partis. Contrarium quando inditia sunt indubitata, vel egrediuntur terminos suspicionis, vt num. 8.*

CONSILIVM CCLXXIV.

Retenta conclusione, quod Iudex criminalis licet possit incidenter de Causa ciuili cognoscere,
1 & condemnare incidenter delinquentem non solum ad pœnam, sed ad rem restituendam, vel resarcienda damna Parti, iuxta Bart. in l. interdum, 58. §. qui furem, nu. 4. ff. de furt. & decis. Crescent. 5. de iudic. ex l. solemus, §. latrunculator, ff. de iud.
2 tamen id intelligatur, quando delinquens condēnatur in pœnam ordinariam delicti, non autem in aliam mitiorem extraordinariam, nisi ab ordinaria recederetur ob ætatem, vel aliam personæ qualitatem, iuxta resol. crim. Caball. 82. num. 14. vers. & retenta, & numer. seqq. cum alijs adductis per Franc. Merlin. Pignatell. controuers. forens. cent. 1. cap. 19. num. 15. & alijs.

Adhuc in casu in quo Reus damnatur in pœnam extraordinariam ex inditijs indubitatis videtur consequutiue posse eumdem condemnare ad restitutionem rerum furto subtractarum, quoniam cum duæ contrariæ conclusionis rationes à Doctoribus adducantur, consequens sit, vt in casu, in quo rationes prædictæ cessent, locus sit etiam damnationi ad interesse furtum passi, ex tex. in l. interdū, 58. §. qui furem, ff. de furt.

Prima fuit ratio originalis Baldi in l. qui crimen, 3. n. 23. C. qui accus. inquit enim, quod ex quo condemnatio ad rei restitutionem fieri nequit à Iudice criminali incidenter nisi per officium Iudicis, tanquam illud, quod solum deseruire potest priuatæ
3 personæ, quando constat de maleficio per confessionem, itaquod officium Iudicis deseruit confessioni, & non alijs probationibus, ex quibus officiū Iudicis non oritur, propterea extra casum confessionis damnatio ad interesse sit inualida ex defectu iurisdictionis, Ruin. cons. 35. n. 1. lib. 5. Magon. decis. Lucen. 91. n. 9.

Hæc tamen ratio Baldi præterquamquod communi-
4 ter reprobatur, quatenus restringit se ad solam delicti iustificationem ex confessione, quia illi æquiparatur etiam iustificatio per testes, aut alias probationes, ex quibus Reus appareat conuictus, ex quo non datur differentia inter confessum, & legitimè conuictum, Ruin. cons. 4. numer. 4. & seq. lib. 4. Baiard. ad Clar. §. fin. quæst. 1. num. 10. & seq. Graff. de effect. cleric. effect. 1. num. 1159. Peguer. in addit decis. 17. in fine, Caball. d. resol. 82. num. 15. Farinac. quæst. 1. num. 66. vers. sed quoad testes, Bonif. de furt. §. contrectatio, n. 91. Merlin. Pignatell. contr. forens. d. cap. 19. num. 14. post princ. vers. quod si Baldi, Farin. quæst. 1. num. 66. in princ. & vers. sed quoad testes.

Cessat in casu in quo ex eadem lege vel Statuto im-
5 ponente pœnam criminalem imponitur etiam restitutio rei ablatæ, quia tunc cum necessarium non sit officium Iudicis, sed vtraque actio criminalis, & ciuilis veniat principaliter conditione ex dicta lege, vel Statuto, cessat defectus iurisdictionis, ac propterea, nè dispositio præbens facultatem damnandi, tam in pœnam ad fauorem Fisci, quam ad interesse ad fauorem Partis, ex eadem lege, vel Statuto difformiter, & diuerso iure concedi censeatur, sicut ex inditijs indubitatis procedi potest ad pœnā extra ordinem ad Fisci fauorē ita quoque tenendum, quod procedi possit ad fauorem Partis, vt in puncto per Rouitum, & Pascalem in allegationibus impressis apud ipsum Paschalem de patr. potest. par. 1. cap. 5. nu. 114. Farin. qu. 1. num. 66. vers. aduertit, idem Guazzin. defens. 1. c. 12. num. 25. ante med. & huius quoque sensus est Hect. Felic. alleg. 107. per tot. p. 2. dum firmat, Iudicem criminalem posse damnare furem ad restitutionē rei ablatæ, non obstante quod ratione pœnæ applicandæ Fisco, & consequenter pecuniariæ appellatio fuisset interposita, & Felic. in fin. d. allegationis attestatur etiam ita in Signatura fuisse determinatum, prout determinauit etiam magna Curia Vicariæ restitui rem ablatam, non obstante quod condemnatio præcessisset contra iam tortum, & ad triremes per quinquennium condemnatum, vt testatur idem Merlin. contr. forens. cap. 20. in fine.

Hoc autem magis admittendum, stantibus bannimentis generalibus Sacræ Consultæ num. 54. & seq. cum enim pœnas corporales imponat furibus vltra refectionem damnorum, constat ex proprieta-
6 te dictæ dictionis, vltra, implicare, quod refectio etiam damni veniat etiam contra furem per modum pœnæ, ac proinde frustra dubitatur de defectu iurisdictionis Iudicis criminalis, Rebuff. in l. si quis dixerit, 133. vers. idem in dictione vltra, ff. de verb. signif. Menoch. præsumpt. 145. numer. 4. lib. 4. Surd. decis. 285. num. 9. & 12. Rot. in Romana nullitatis obligationis 27. Iunij 1631. coram R. P. D. Merlino.

Secunda fuit ratio Caballi d. resol. 82. num. 15. ante med. vers. non tamen per hoc debet, quod scilicet non debeat Reus damnatus pœnam extraordina-
riam

riam i ret à deducta per eumdem Caball. resol. 93.
7 condemnari ad interesse Partis, ex quo tunc non dicitur cōdemnatus tanquam Reus, & delinquēs sed potius vti de delicto suspectus, vt quia suspicio quoad interesse Partis nō habeatur pro veritate, cum qua ratione coincidit quoque ratio, quam adducit Scac. de sent. & re iudic. glo. 14. quæst. 19. nu. 66. quod permittatur Iudici ex inditijs arbitrari quoad pœnam, non autem quoad interesse Partis.

Ratio verò hæc procedere quidem potest, quando inditia sunt talia, ex quibus Iudex remaneat solum in terminis proprijs suspicionis, secus verò
8 quando sunt indubitata, aut talia, quæ egrediantur terminos suspicionis, quia tunc in criminibus difficilis probationis etiam talia inditia conuincūt ad effectum ciuilem, vt ex magis recepta per Farin. quæst. 176 n. 1.

ARGVMENTVM.

Hebræi bancherii mutuātes super re aliena pignorata, an & quando teneantur ad pœnam, & ad restitutionem sine recuperatione pecuniæ.

SVMMARIVM.

1 *Furti tenetur recipiens pignori scienter res furatas, nec recuperat precium a domino. Et num. 3. & num. 6.*
2 *Ad Furti pœnam non tenetur recipiens pignori ignoranter res furatas, sed ad earum restitutionem. Et num. 4.*
5 *Hebræi ignoranter recipientes pignori res furatas non amittunt pecunias ex particulari indulto. Et num. 9.*
7 *Ignorantia rerum furatarum præsumitur etiam in hebræis.*
8 *Scientes verisimiliter rem pignoratam esse alienam tenentur ad restitutionem sine precio.*
10 *Dubitatio non est proprie probationis gradus, sed principium inuestigationis.*
11 *Timor facti probabilis facit euitari pœnam.*
12 *Dubitatio excludit a dolo, & a culpa.*
13 *Dubitans non dicitur animum applicare magis ad istud quam ad illud.*
14 *Præsumptio delicti exclusiua tollit conclusiuam.*
15 *Dubitans æquiparatur ignoranti.*

CONSILIVM CCLXXV.

QVamuis Iure communi inspecto, recipientes scienter pignori res alienas furto subtractas,
1 teneantur furti ad pœnam, & condictione furtiua ad restitutionem rei ablatæ absque spe recuperationis pretij, immò etiam illo recuperato à veris dominis ad eiusdem pretij recepti restitutionem, ex tex. in l. seruus cuiusdam. 26. ff. de cond. indeb. & in l. quoniam, 18. ff. de condict. furtiua; recipientes
2 verò pignori res alienas furto subtractas ignoranter ex eiusdem Iuris communis dispositione ad pœnam aliquam minimè teneantur, sed tamen rei restitutionem euitare nequeant, ex text. in l. inciuilem, C. de furtis, actione scilicet rei vendicationis, vel alijs similibus, vt ibi præcipuè per Salicet.

Et de Iure pariter communi receptum sit, quod etiā
3 hebræi, qui ex Principis tolerantia fænerantur data scientia furti rerum sibi obpignoratarum teneantur etiam furti, & condictione furtiua ad restituendum veris dominis absque recuperatione summæ creditæ, ex Bald. in d. l. seruus cuiusdam, 26 & in l. eos, 14. num. 2. C. de furtis, Io. de Anan. cons. 70. num. 2. vers. sed certum, & seq. Marsil. sing. 13. n. 1. Senatus Pedem. apud Osasc. decis. 40. num. 1. Alciat. reg. 3. præsumpt. 29. num. 2. & num. 5. post med. vers. secus si sciens, Guazzin. defens. 17. cap. 54. nu.
4 28. hebræi verò ignorantes, res esse furtiuas, teneātur, quod attinet ad Ius commune, ad illarum restitutionem pretio minimè recepto, d. l. seruus cuiusdam, 16. vers. sed si nesciisset alienam, & ibi Bald. Ias. & alij, ff. de cond. indeb. Alciat. d. reg. 3. præsumpt. 29. num. 2. vers. quod nota, Menoch. præsumpt. 29. num. 11. lib. 5.

Tamen conclusiones prædictæ nulla ratione applicabiles sunt casui, de quo agitur, in quo priuilegiū tolerantiç fænerandi non solum habent hebræi à Principe supremo, sed vlterius habent priuilegium hebrei bancherij in Vrbe, che se ignorantemente prestasse sopra pegno, che fosse rubbato, in tal caso sia tenuto il vero padrone restituire al banchiero la sorte principale senza vsura, purche il Christiano habbia fatta diligenza tra gli hebrei di ritrouare il furto fra vn mese, e subito trouata riscotere la
5 cosa furata; etenim stante qualitate huius indulti, illi, non autem conclusionibus supradictis est locus, Marsil. d. singul. 13. num. 1. ad med. vers. limita, & secundo ex Abb. in c. quod clericus 9. num. 34. de foro compet. Alciat. d. reg. 3. præsumpt. 29. num. 35. lib. 5. vbi etiam, quod hoc casu non est locus, l. inciuilem, C. de furt. Guazzin. d. defens. 17. nu. 27.

Nec obstat, quod non obstante priuilegio prædicto,
6 hebræi teneantur ad restitutionem, quando scientes, rem furto subtractam, eam emunt, vel sub eiusdem pignore mutuant, quoniam vera est in Iure conclusio ex Anan. d. cons. 70. num. 2. & seq. & aliis relatis per Menoch. d. præsumpt. 29. num. 36. lib. 5. Decianum tract. crim. lib. 5. cap. 12. num. 19. Farin. quæst. 177. num. 25. & Guazzin. d. defens. 17. nu. 28. quod pariter disponit priuilegium ipsum n. 16 ante fin.

Sed non applicatur facto, quia de hac pretensa scien-
7 tia nullatenus constat, & præsumptio est, quod nec in hebreis in hac parte sit præsumendus dolus, & fraus, nisi liquido probentur, vt in his terminis inserto etiam tenore dicti priuilegij firmauit Rota decis. 498. num. 1. ad med. vers. item che se l'hebreo & propè finem, vers. vnde stante isto capitulo. par. 4. recent.

Minusque obstat, quod hebrei accipientes rem alie-
8 nam pignori, quam verisimiliter sciunt esse alienam, etiam stante decreto, quod possint mutuare super rebus alienis, teneantur ad restituendum pignus liberè sine pretio, ex Boss. tit. de indit. num. 62. & alijs per Farin. quæst. 177. num. 136. & 39. quoniam qualis releuans sit verisimilitudo in hoc casu, declarauit ipsum priuilegium sub numer. 17. dum in eo disponitur, si prohibisce expressamente, che in modo alcuno ardischino imprestare sopra argenti, & oro, doue sia arme publica, per la quale si conosca il vero padrone senza licentia del vero padrone, ouero del suo mastro di casa, e

questo

questo s'intende per Cardinali, Duchi, Vescoui, Signori de' Stati, Marchesi, Ambasciatori de' Prencipi, ne meno sopra robbe dedicate all'vso del culto diuino; extra autem hos casus cessat prætensa verisimilitudo, cessantque rationes Farinacij, & præsertim cum ipse loquatur iuxtà terminos Iuris communis in famulo pignorante res, quas verisimiliter recipiens cognoscat, non esse proprias ipsius famuli, sed domini, & proinde arctant recipientem ad perquirendum domini consensum; quãdoquidem vbi arctatio hæc subsisteret iuxta terminos priuilegij, & indulti, de quo agitur, actum esset de illis, cum veri domini vt plurimum nolint eorum nomina exprimi, ac propterea aut famulos, aut alios, in quibus præsumptio, quòd res sint propriæ non cadit, ad pignorandum, transmittant;
9 quamobrem nec dubitandum de validitate, & subsistentia huiusmodi priuilegiorum, prout etiam seruantur in practica, vt per eumdem Farin. d. qu. 177. n. 33. & seq.

Minus quoque releuat, quod exaduerso obijcitur sufficere ad exclusionem repetitionis pretij, quòd hebræus interrogatus, an sciat conditionem, & qualitatem pignorantis, responderit, io sò, per quanto lui mi disse, che era seruitore d'vn Prelato, perche dimandandoli io, che questi argenti credeuo, che non fossero cose sue, lui mi rispose, che non importaua, che veramente non erano li suoi, ma che veniua mandato da vn Prelato, che non voleua, che si sapesse il nome; inferendo exinde dubitationem furti, tum quia ex dubitatione
10 excluditur scientia in hoc casu stante priuilegio prædicto requisita, cum dubitatio non sit propriè aliquis probationis gradus, sed principium inuestigationis certitudinis. Farin. quæst. 36. num. 197. ac propterea Rota firmet ex dubietate scientiam excludi, vt decision. 4. numer. 12. par. 5. recent.

Atque hinc etiam timor facti probabilis faciat eui-
11 tare pœnam, vt per Franc. in c. fin. incip. quoniam,
12 num. 8. de elect. in 6. siquidem dubitatio non solũ excludit à dolo, sed etiam à culpa, Bertaz. cons. cri-
13 min. 144. num. 11. lib. 1. cum dubitans non magis dicatur animum applicare ad istud, quam ad illud, Hect. Felic. alleg. 15. num. 30. post vers. nam dicit, vers. cum dubitans, par. 1.

Tum etiam quia vel dubitatio in hoc casu cessaret quoad assertam suspicionem furti ex responsione data per famulum liberè fatentem, argenta non esse propria, sed domini nolentis eius personam
14 nominari ex regula, quòd delicti præsumptio exclusiua tollit inclusiuam, Gram. decis. 18. n. 5. Farinac. quæst. 21. num. 22.

Vel quia negari nequit, quin retenta etiam adhuc
15 dubitatione dubitans æquipararetur ignoranti, ac proinde locus sit indulto præcipienti, precium data ignorantia restituendum, l. fin. §. sin autem nescius, & ibi Bart. & Angel. C. de solut. Natt. consil. 162. num. 32. Caball. resolut. crimin. cas. 287. numer. 10.

ARGVMENTVM.

Commisso furto in vno territorio, & capto fure in alio territorio cum re furata in flagranti, an sit locus remissioni delinquentis ad locum, in quo captus fuit.

SVMMARIVM.

1 *Fures puniri possunt in loco, vbi reperiuntur cum re, quamuis alibi furata. Et numer. 3. Contrarium num. 2.*
4 *Iurisdictio competit ratione loci delicti, originis, domicilij, & reperitionis personæ.*
5 *Captus in loco alterius iurisdictionis remittendus est ad locum, in quo captus est. Etiam si exequutores loci delicti insequerentur delinquentem, vt num. 6*
7 *Captura cuicumque licita est, vbi delinquens capitur in flagranti.*
8 *Captus in flagranti a ministris loci, in quo furtum fuit commissum, non remittitur ad locum, in quo sequuta fuit contrectatio, & captura.*

CONSILIVM CCLXXVI.

Commisso furto in territorio Ciuitatis Iauelli de dominio Illustrissimi, & Excellentissimi D. Principis Mineruini, & die immediatè sequente per ministros eiusdem D. Principis in flagranti cum duobus, vel quatuor bobus furto subtractis capto fure in territorio feudi Gaudiani Illustrissimi, ac Reuerendissimi D. Episcopi Melphensis, & illico ducto ad carceres eiusdem Ciuitatis Mineruini, & in eisdem examinato, ac furtum confesso, ortaque desuper iurisdictionis differentia cum d. D. Episcopo prætendente in d. feudo Gaudiani cognitionem Causarum, tam ciuilium, quam criminalium, ac mixti fori, ac proinde turbationem possessionis, vel quasi huius iurisdictionis ex dicta captura absque litteris, aut venia suorum officialium, & consequutiuè remissionem dicti carcerati ad locum, in quo captus fuit etiam ratione contrectationis, minime videtur prætensæ remissioni locus, nec rationi cõtrectationis rei furatæ in loco capturæ, nec ratione iurisdictionis in dicto loco, & territorio d. D. Episcopo competentis.

Ratione contrectationis, quia licet frequentissime
1 dubitari contingat, an fur, qui in aliquo loco reperitur cum re furata possit ratione contrectationis ibi puniri, licet dicto loco non sit suppositus ratione delicti commissi, vel originis, vel domicilij, prout suppositus non erat fur prædictus, affirmatiuam tenente Bart. in l. si dominium 48. num. 2. ff. de furt. quem plurimi sequuntur relati per Bonifac. de furt. §. contrectatio, num. 17. & Farin. qu. 7. num. 7. & quæst. 174. num. 54. & Caball. resol. crim.
2 cas. 163. à num. 1. ad 4. negatiuam contra Bartolum tenentibus Collegio Bononien. relato per Angel. de malef. & August. ad ipsum, in verb. vestem cælestem, num. 15. & 16. quod consilium impressum reperitur in primo tomo cõsiliorum criminalium in magnis cons. 10. incip. quidam scholaris, fol. 7. alijsque pluribus relatis per eosdem Bonifac. de furt. dicto §. contrectatio, num. 18. & Farin. d. quæst. 7. num. 7. vers. sed contra Bartolum, & d. quæst. 174. num. 55. & Caballum d. resolut. 163. numer. 4. vers. contraria tamen.

Tamen controuersia huius quæstionis casui, de quo agitur, minime applicatur. cum affirmatiua, quam originaliter tenuit Bartolus fundata sit in ratione,

quod sicut mutatione dominij nascitur noua actio furti ad pœnam applicandam Parti, sic mutatione territorij, & iurisdictionis noua nascitur actio, seu accusatio furti ad vindictam publicam, ex d. l. si dominium, 48. ff. de furt. quamobrem hæc actio siue ratione interesse, siue ratione pœnæ ad publicam vindictam eatenus exerceri potest, quatenus habens iurisdictionem habitu in loco illam exerceat actu, vel respectu personæ furis sibi non subditæ, sed ab eius officialibus captæ, & consequenter sub eius posse existentis, vel ratione rei furatæ contrectatæ, pariter ab eius officialibus captæ, & propterea pariter sub eius posse existentis, ac sub eius iurisdictione; in his namque terminis loquuntur Bart. vbi supra, cœterique eum sequentes, vt per Farin. d. quæst. 174. num. 53. quatenus terminos huius quæstionis ponit in fure deprehenso in loco cum furto, & Peguer. decis. 28. n. 2. & Caball. d. resol. 163. in princ.

Neque etiam aliter intelligi possunt, quoniam cessante hac depræhensione furis non subditi ob officialibus eius, qui in loco depræhensionis habet iu-
4 risdictionem, cessarent rationes exercitij iurisdictionis ratione loci delicti, originis, domicilij, & reperitionis personæ, qui sunt casus, ex quibus datur iurisdictionis exercitium, vt l. 1. C. vbi de crim. agi oport. & c. fin. de for. comp.

Quemadmodum non subditi, vel exempti forum sortiuntur ratione delicti, contractus, vel rei, iuxta c. 1. de priuil. in 6.

Ratione verò prætensę iurisdictionis minus locus est remissioni ex prætextu, quod D. Princeps non posset per suos ministros capi facere furem in territorio subdito iurisdictioni dicti D. Episcopi, saltem absque venia, aut requisitione sua, aut suorum officialium; etenim duæ ex huiusmodi casu resultāt inspectiones, altera, an D. Princeps in aliena iurisdictione potuerit absque turbatione capi facere delinquentem, altera, illo capto, an teneatur captum in aliena iurisdictione remittere habenti iurisdictionem in loco capturæ.

Sed in vtraque potiora videntur iura ipsius D. Principis.

Quoad primam, quia captura sequuta est in flagranti, & in hoc casu non dubitatur, quin nedum officiales, sed priuatæ quoque personæ authoritate propria possint delinquentes capere absque turbatione iurisdictionis alterius, etiam sine venia, aut licentia Iudicis ordinarij loci capturæ ob periculum in mora; quandoquidem licet delinquens
5 captus in loco alterius iurisdictionis sit remittendus ad locum, in quo captus, ex adductis per Caball. resol. 291. num. 1. seqq. & num. 11. seq. & per
6 tot. etiam si exequutores loci delicti insequerentur delinquentem à loco commissi delicti ad locū alterius, vt per eumdem Caball. d. resol. 291. nu. 5. idemque procedat in casu, in quo officiales loci delicti illum caperent in territorio eiusdem loci, & captus aufugeret in alium, sed insequentes illi in alio loco caperent, vt per Clar. receptar. sentent. crim. §. fin. quæst. 29. n. 10.

Tamen aliud est, vbi delinquens capitur in flagranti,
7 quia tunc cuicumque etiam priuatæ personæ licita est captura, Clar. quæst. 28. num. 7. vers. hæc tamē conclusio, Gomez var. resol. tom. 3. cap. 9. de captura Reor. num. 3. cum alijs per Farin. quæst. 21. nu. 139. & seq. vbi in hoc sensu adducit textum in l. interdum, 58. §. qui furem, ff. de furt. & num. 141. infert, quod etiam clericus in flagranti licitè à laico capi potest.

Quoad secundam verum est, quod captus in flagranti propria authoritate duci debet ad Iudicem suū,
8 sed in casu, de quo agitur, stante qualitate capturæ licitæ tanquam in flagranti in concursu iurisdictionis Principis loci delicti cum Episcopo prætendente iurisdictionem in non subditum ex causa contrectationis in suo territorio, præferenda est iurisdictio ratione loci delicti, vt per eundē Caballum resol. 162. num. 28. vers. tamen negari non potest, & num. seq.

ARGVMENTVM.

An, & quando detur appellatio à declaratione, quod sit locus pœnis prætensæ fraudis gabellæ.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio admittitur ad vtrumque effectum, quando Causa est appellabilis.*
2 *Gabella, quæ debetur ratione rei differt a pœna, quæ debetur ratione contrauentionis.*
3 *Bannimenta loquentia de gabellis non extenduntur ad pœnam.*
4 *Priuilegia recipiunt interpretationem a Iure communi.*
5 *In Fiscalibus Causis ordo Iuris est seruandus.*
6 *Appellatio datur, quando fuit processum ordinarie, etiamsi alioquin ex natura Causæ dari non debuisset.*
7 *A Mandato de manutenendo datur appellatio, quādo fuit relaxatum per cedulam.*
8 *Appellatio datur ratione complicationis, & mixturæ.*
9 *Appellatio datur ab implicita declaratione articuli, in quo Iudex potuit decidi.*
10 *Appellatio datur ratione notoriæ nullitatis, vel iniustitiæ, etiam si alioquin lege, vel rescripto esset prohibita.*
11 *Sententia est nulla, quando est lata pendente superfessoria.*
12 *Gabella non debetur ex venditione facta durante tempore nundinarum.*
13 *Gabellæ fraus non committitur sine dolo, qui cessat ex actu palam gesto.*
14 *Promissio de soluendo iudicatum non purificatur per sententiam appellabilem, sed per rem iudicatam.*
15 *Obligationis Cameralis exequutionem impedit exceptio, quod dies obligationis non cesserit.*
16 *Exceptiones prouenientes ex natura obligationis impediunt exequutionem obligationis Cameralis.*

CONSILIVM CCLXXVII.

NOn est moderanda inhibitio, quia cùm fuerit concessa vigore appellationis, & Causa sit ap-
1 pellabilis, vtrumque effectum operari debet deuolutiuum, & suspensiuum, Roman. cons. 41. n. 4. Rot. decis. 193. num. 3. par. 1. & decis. 140. nu. 4. par. 2 in recent.

Constat

Constat autem, Causam esse appellabilem, non obstante pretextu priuilegiorum in gabellis exigendis; Primò quia sententia non condemnat ad solutionem gabellæ, sed ad pœnam ob prætensam
2 fraudem; cum enim aliud sit gabella, quę debetur ratione rei, & aliud pœna, quę debetur ratione contrauentionis, l.2. & ibi glos. 1. & 2. ff. de his, quæ pœn. nom. Arct. in l.4. §. Cato in 1. not. & n.22. vbi etiam Iaf. nu.3. & Bertrigar. num. 13. ff. de verb. oblig. Seraphin. decis. 794. num. 23. proinde banni-
3 menta, siue priuilegia loquentia de gabellis non patiuntur extensionem ad pœnam, quę propriè nō est talis, l. mulcta, ff. de cond. & demonstr. Gabr. de reg. Iur. conclus. 11. num. 59. Seraphin. decis. 537. nu. 12. & seqq. Farin. de delict. & pœn. quæst. 24. nu. 69. & seq.

Secundò quia, quando etiam priuilegia extendi pos-
4 sunt ad pœnam, recipiunt tamen passiuam interpretationem à Iure communi, Bellon. cōs. 53. n. 15. Pedemont. decis. 169. nu. 6. ad fin. Caputaquen. decis. 67. num. 7. par. 2. Rot. decis. 724. num. 15. & seq. & decis. 475. num. 4 & seqq. par. 1. diuers. quamobrem intelligenda sunt in Causis fraudum certis, & nullam habentibus dubitationem, vel scilicet, vbi quis repertus fuerit in flagranti, vel alias delictum sit tale, vt nulla defensio possit aduersus illud alle-
5 gari, non in alijs requirentibus discussionem; cum etiam in Causis Fiscalibus similibus ordo iuris sit seruandus, iuxta distinctionem desumptam ex textu in l. 1. C. de cond. act. prædior. Fiscal. lib. 11. vbi id not. Bart. num. 1. & Luc. de Penn. nu. 3. cum alijs per Peregr. de iur. Fisc. lib. 7. tit. 3. num. 3. vt etiam per Guid. Pap. decis. 208. num. 1. & per tot. & sing. 287. num. 1.

Tertiò quia processum fuit ordinariè, & vía ordina-
6 ria lata sententia per cedulam, nam hoc casu datur appellatio etiam si alioquin ex natura Causæ dari non debuisset, vt per Rot. decis. 558. numer. 5. post med. vers. quando exequutor elegisset, par. 1.
7 in recent. ideoque licet à mandato de manutenendo, neque etiam de Iure canonico detur appellatio, quando relaxatum est per decretum, datur, tamen, quando per cedulam, vt per Rot. decis. 183. num. 4. par. 2. recent.

Quartò quia non solum in sententia relaxatur mandatum, sed per expressam qualitatem diffinitiuæ declaratur, lanam deperditam, & incidisse in
8 commissum; nam hoc casu dubitandum non est, quin ratione complicationis, & mixturæ peritorij appellatio suspendat, Rota decis. 56. num. 2. & seq. par. 4. diuers. Buratt. decis. 208. num. 1.

Cùm imò detur quoquè appellatio ab implicita de-
9 claratione articuli, in quo Iudex potuerit decipi, Rot. decis. 100. num. 3. par. 1. diuers. & in Burgen. quindenniorum 21. Iunij 1596. coram Litta.

Quinto demum, quia sententia patitur defectum
10 notorię nullitatis, & iniustitiæ, quo casu datur semper appellatio, non obstante, quod illa à lege, vel rescripto esset prohibita, Caputaq. decis. 33. n. 2. par. 1. Put. decis. 414. num. 2. lib. 3.

De nullitate autem constat ex iurisdictionis defectu, dum sacra Consulta mediantibus litteris Eminentissimi Cardinalis Barberini mandauit supersederi,
11 & tamen lata fuit sententia non reuocata supersessoria, iuxta text. in l. siue pars, C. de dilat.

De iniustitia verò, tum quia nulla prætendi poterat gabella, & consequenter prætensio fraudis, stante
12 venditione facta durante tempore nundinarum, iuxta l. vnicam, C. de nundin. Ferrett. de gabell. nu. 103.

Tum quia in omnem casum, cum lana fuerit in ipsis
13 nundinis asportata per loca publica palam, & de die, ac vendita mediante ponderatione à publico Ciuitatis ponderatore, vtiquè constat, exinde cessare omnem doli suspicionem, sine quo fraus cōmissa dici non potest, vt in terminis per Becc. cons. 96. numer. 12. lib. 1. & Honded. cons. 105 numer. 57. lib. 1.

Neque releuat prætextus obligationis Cameralis de stando Iuri, & iudicatum soluendo, quia dies hu-
14 ius stipulationis non cedit lata sententia appellabili, sed dumtaxat postquam transiuit in iudicatum, iuxta text. in l. 1. & in l. iudicatum solui, 6. ff. iu-
15 dic. solui; hæc autem exceptio, quòd dies obligationis nōn cesserit, absque dubio impedit etiam exequutionem Cameralis obligationis, vt per Rot. decis. 30. num. 1. post Zacch. de oblig. Camer. cum
16 immo omnes exceptiones prouenientes ex natura obligationis eamdem impediat, vt per Gallesi. quæst. 1. ad 4. par. num. 10.

ARGVMENTVM.

An, & quando in Causa fraudis gabellæ detur appellatio suspensiua.
De excusatione à fraude gabellæ.

SVMMARIVM.

1 *Causa non est remittenda Iudici grauanti.*
2 *Pro Gabellæ fraude reperta in flagranti non proceditur de facto quando domino mercium aliqua competit defensio, sed eo citato requiritur declaratoria.*
3 *Appellatio datur ob notoriam iniustitiam etiam si alioquin lege, vel rescripto prohiberetur.*
4 *Ignorantia excusat eum, qui tenetur denunciare.*
5 *Dolo cessante merces non incidunt in commissum.*
6 *Denunciatio mercium generica sufficit, cum debeat gabellarius per se ipsum species earum videre.*
7 *Ad Fraudis exclusionem præsumitur actus antecessisse.*
8 *Per Denunciationis admissionem post commissum censetur remissa pœna.*
9 *Excessus ratione datur appellatio suspensiua in quacumque Causa.*
10 *Merces, de quibus fuit soluta gabella non incidunt in commissum, ob mercium commixtionem, de quibus non fuit soluta.*

CONSILIVM CCLXXVIII.

Causa cognoscenda est in Camera, cum retardatione, non remittenda, quia stante recursu le-
1 gitimè fuit deuoluta, nullaque patitur ratio, vt remittenda sit Iudici grauanti, Bart. in l. eos, n. 12. C. de appell. Cassador. decis. 13. num. 14. de rescript. Mohed. decis. 12. de re iudicat.

Nec obstat, quod fraus gabellæ reperta fuerit in flagranti, ita quod de facto potuerit procedi, quia non procedit obiectum, quando domino mercis
2 aliqua probabilis competit defensio, tunc enim

cum sententia declaratoria requiratur citato, & audito domino, non potest de facto procedi ad priuationem, licet alias dominium rei, cuius gabella sit fraudata, transeat in datiarium ipso iure, Bart. in l. commissa, ff. de public. Bertacch. de gabel. par. 9. princ. num. 3. in fin. Roland. consil. 42. numer. 7. lib. 3. Gail. obseruat. 51. num. 5. lib. 2.

Difficultas autem cessat in hoc casu, quia non solum competit probabilis defensio, sed constat de notoria iniustitia decreti Assessoris, quo casu permitti-
3 tur suspensiuè appellari, etiam si alioquin lege, vel rescripto appellatio prohiberetur, glos. & alij communiter in c. ex conquestione, de restit. spoliat Pat. decis. 414. num. 2. lib. 3. Caputaq. decis. 33. nu. 2. par. 1.

Constat autem de iniustitia euidenti, tum quia professio piperis absque garofolorum denunciatione processit à iuuene ignorante illorum inclusionem
4 in balla, in qua erat piper; ignorantia autem excusat profitentem, Rol. d. cons. 42. numer. 17. lib. 3. Aym. cons. 969. in principio, lib. 5. cum imò excusetur etiam omittens professionem per errorem,
5 quia cessat dolus, sine quo iniquum est, quod merces incidant in commissum, l. fin. §. Diui quoq. fratres, ff. de public. Imol. in d. l. fin. §. Diuis, num. 18. Rol. d. cons. 42. num. 13. lib. 3. Ferret. de gabel. num. 193. post princ. vers. quod est verum.

Tum quia magis imputandum est dohanerijs, quòd
6 ballam non aperuerint; quandoquidem ad excusandum profitentem sufficit generica professio, ex quo debet gabellarius per se videre, quæ species fuerint inclusæ, vt per Aym. d. cons. 969. numer. 4. lib. 5.

Tum, & tertio quia constat, dominum mercis statim quod audiuit iuuenem ignorantem garofolorum in dicta balla inclusionem, iuisse in dohanam, fecit ipse specificam professionem apud ipsum dohanarum gubernatorem; quapropter licet eadem die birroarij in itinere ballam prædictam
7 cœperint, tamen ad fraudis exclusionem censendum est domini professioné antecessisse, Achil. decis. 37. de appell. Honded. cons. 27. num. 9. lib. 2. vbi num. 10. quod nec Iudici aliud dicenti creditur, Lancellot. de attent. par. 2. cap. 20. decl. 2. numer. 1. Mandos. de inhibit. quæst. 81. n. 1. Seraph. decis. 1115 num. 1.

Et bene intrat dilemma, quod aut Pars aduersa admittit, præcessisse specificam domini professionem, & cessat commissum, l. fin. §. si quis professus, vers. cum enim, ff. de public. aut prætendit, professio-
8 nem fuisse posteriorem, & tunc censetur gubernator pœnam remisisse. vt per Peregr. de iure Fisc. lib. 6. tit. 5. num. 35. vers. limita sexto, & est conclusio verissima, quam probat text. in l. de lege, §. post diem, & l. post diem, ff. de leg. commiss.

Præterea appellatio, seu recursus legitimè etiam de-
9 uoluit ratione excessus; ex quo nulla datur Causa in Mundo, quę non recipiat suspensiuam appellationem, vt per Surd. cons. 271. numer. 57. 58. & seqq. lib. 2.

Nam de excessu dubitari non potest, dum Assessor
10 ex prætextu fraudis declarauit cecidisse in commissum, ac propterea diuidi mandauit tam garofolos, quam piper, non obstante quòd pro pipere professio esset facta, & gabella etiam ex integro soluta, Bald. in l. cum proponas, num. 10. & seqq. C. de naut. fœnor. Bart. in l. cotem. §. dominus, ff. de public. Boer. decis. 178. num. 24. & seqq. Peregrin. de iur. Fisc. lib. 6. tit. 5. num. 30. vers. sed vtrum pro quibus, text. in l. 1. §. Marcellus, ff. de aqu. quot. & æstiua.

ARGVMENTVM.

De eadem re. Et an merces, de quibus gabella fuit soluta commixtæ cum mercibus, de quibus non fuit soluta, incidant in commissum.

SVMMARIVM.

1 *Merces licitæ non confiscantur propter illicitas. Et num. 3.*
2 *Confiscatio totius non fit in consequentiam rerum, sed in consequentiam delicti. Et num. 4.*
5 *Merces licitæ publicantur propter illicitas concurrente Statuto, vel consuetudine.*
6 *Bannimenta quoad gabellas in primis sunt attendenda.*
7 *In Pœnalibus occasione gabellæ stricta capienda est interpretatio.*
8 *Ob Mercium amissionem non amittitur sacchus, vel scriuium.*
9 *Dolo cessante cessat commissum.*
10 *Caducitas in re emphiteotica remitti non potest sine speciali mandato.*
11 *Dohanarum gubernator omnia potest, quæ potest ipse dohanerius.*

CONSILIVM CCLXXIX.

NOn videtur recedendum ab opinione, quod merces, pro quibus soluta est dohana, vel gabella, non cadant in commissum ob mercium commixtionem, de quibus dohana soluta non fuerit; nam verior videtur opinio negatiua in alia informatione firmata, cui non obstant allegata in contrarium, nam exceptis Statutis, & consuetudinibus, in quibus fundatur communis opinio, de qua testatur Boer. alleg. decis. 178. num. 26. quoad dispositionem Iuris communis distinctio communiter
1 est recepta, quod propter illicitas non confiscantur licitæ, nisi vbi imponitur pœna capitalis, ex quo confiscatio omnium venit ex consequentia ipsius capitalis pœnæ, Salic. in l. cum proponas num. 2. in fin. C. de nautic. fænor. Bart. in l. cotem ferro, §. dominus, num. 1. in fin. vbi quod totum
2 numquam publicatur in consequentiam rerum, sed dumtaxat in consequentiam delicti, ff. de public. idem Boer. d. decis. 178. num. 24. dum sequitur Salicet. vbi supra, idemque Peregr. de iur. Fisc. lib. 6. tit. 5. num. 30. il primo, dum pariter sequitur prædictam Saliceti distinctionem, atque ita intelligit etiam decis. Guid. Pap. 572. addit. 2. ad fin. vers. & breuiter sciendum, atque ita etiam in praxi communiter seruatur, vt per Clar. §. fin. quæst. 82. in 7. Statuto, num. 9.

Et presertim quando res licitæ ab illicitis commo-
3 dè separari possunt absque corruptione subiecti, Bald. in l. cum proponas, C. de naut. fænor. Afflict. dicens hanc esse veritatem in c. 1. in verbo, vectigalia, num. 65. vers. in contrarium tamen est veritas tit. quę sint regalia, dicens, de hoc etiam esse casum

in d.l.cotem, §. dominus, & in l. si publicanus. §. 1. ff. de public.

Nec resistit conclusio, quòd saltem vbi mercium illicitarum delatio coadiuuatur à licitis, etiam illæ
4 incidunt in commissum, quoniam vel procedit, iuxta terminos textus in d. l. cotem, §. dominus, quando scilicet confiscatio venit consequutiuè propter delictum, sicut loquuntur Castrens. in eodem §. dominus, & Pereg. d. tit. 5. num. 28. & 31. aut
5 quando super hoc extant particulares Constitutiones, vel Statuta, sicut loquitur Boer. decis. 178. n. 22. secus autem circumscripto Statuto, vel consuetudine respectu solius dispositionis Iuris communis, Bald. in d. l. cùm proponas, C. de naut. fænor. Afflict. d. c. 1. in verbo, vectigalia, num. 65. ad fin. quę sint regalia.

Minus obstat, quòd in hoc casu concurrant banni-
6 menta, quia verum quidem est, quòd illa in primis sunt attendenda, Bald. d. l. 3. & ibi Salic. num. 3. ad fin. vers. aut simul, C. de naut. fænor. Bertacch. de gabell. par. 9. num. 13 vers. nisi quando, Ferrett. de gabell. n. 182. vers. nisi extaret, sed neutiquam concludunt intentionem Partis; cum enim illa verba, s'intendino in fraude, non explicent, an intelligant de non assignatis iuxta veram qualitatem, & quantitatem solùm iuxta sensum nostrum, an etiam de assignatis copulatiuè iuxta intellectum Partis aduersæ, satis est, quod ob æquiuocam eiusmodi possibilem interpretationem magis capienda sit intellectus, vt merces dumtaxat non assi-
7 gnatæ publicentur, cùm in pœnis stricta capienda sit interpretatio, idem Bertacch. exaduerso adductus de gabell. par. 9. princ. num. 15. post med. vers. decimo quærò, vbi propterea infert, quod si Statutum puniat fraudantem gabellam amissione salmę, vel mercis, non habeat locum in animali, curru, vel naui deferente, quamuis coadiuuent, vt etiam per Afflict. d. c. 1. in verbo, vectigalia, num. 65.
8 post med. vbi pariter, quod debens ex Statuto perdere salmam non propterea debet perdere bestiā, nec ob amissionem mercium confiscandum esse sacchum, vel scrinium, atque hinc Peregr. exaduerso adductus de iur. Fisc. lib. 6. tit. 5. num. 31. vers. amplia, vt etiam, inquit, quod apud suos non seruatur, quod publicentur ea, quæ coadiuuant.

Sed cessant difficultates in hoc casu, tum quia ignorauit Zerlus, iuuenem suum se contulisse ad profitendum; siquidem cum non alleget ignorantiam debiti gabellæ, in quo casu loquuntur Peregr. Alb. & alii exaduerso allegati, sed ignorantiam dictæ professionis, satis est, quod exinde cesset dolus,
9 sine quo non datur commissum, vt per eumd. Guid. Pap. d. decis. 572. num. 2. Ferrett. de gabell. num. 193. post princ. vers. quod est verum si dolose.

Tum etiam, quia gubernator dohanæ caducitatem
10 remisit; quicquid enim sit in remissione caducitatis rei emphiteuticæ, in qua requiritur speciale mandatum, iuxta decis. Surd. 181. num. 15. & seq. in hac materia satis, superque sufficit remissio guber-
11 natoris dohanarum, cum omnia posit, quæ potest, ipse datiarius, Ferrett. de gabell. d. num. 193. ante med. Rosental. de feud. cap. 5. concl. 42. nu. 3.

ARGVMENTVM.

In bonis, quæ venditor dolo emit, an creditor anterior præferatur venditori.

SVMMARIVM.

1 *Emptio, & venditio perficitur re, precio, & consensu.*
2 *Dominium non quæritur absenti ante scientiam, & ratificationem.*
3 *Dominium quæritur ementi pro absente, donec non sequatur absentis ratificatio.*
4 *Dominium non transit in emptorem nisi precio soluto, vel habita fide de precio.*
5 *Emptor quando est in mora soluendi precium, res habetur pro inempta, et contractus pro infecto.*
6 *Emptio, et venditio sequuta traditione non resoluitur, quamuis emptor non adimpleat, nisi interueniat pactum resolutiuum.*
7 *Causa finali cessante extrinseca a substantia contractus, resoluitur etiam contractus nominatus, secus verò cessante causa intrinseca.*
8 *Dubitans debet inquirere qualitatem eius, cum quo contrahit.*
9 *Contrahens excusatur ab inquirendo qualitatem eius, cum quo contrahit, stante dolo aduersarij.*
10 *Emptor non tenetur perquirere, an sint veræ assertiones venditoris, quando id cum difficultate potest, secus verò si cum facilitate.*
11 *Fideiussorem acceptans non tenetur perquirere illius idoneitatem, quando præstans illum idoneū asseruit. Dummodo concurrat iusta ignorantia in acceptante, vt num. 12.*
13 *Scire reputatur, qui non vult scire, quod scire facilè potest.*

CONSILIVM CCLXXX.

Emptio, & venditio, de qua agitur, fuit perfecta ex consensu emptoris, & venditoris, tradi-
1 tione rei venditæ effectualiter subsequuta, & pretio inter eosdem conuento, Afflict. decis. 280. nu. 4. Put. decis. 43. lib. 1. Rot. decis. 271. nu. 1. par. 2. diuers.

Nec obstat, quod venditio fiat emptori tanquam procuratori alterius, de cuius ratificatione non
2 constat, quoniam licet verum sit, quoad non ratificantem ante eius scientiam, & ratificationem dominium aliquod non quæri, glo. in l. si hac mente, in verb. suam facere, ff. de neg. gest. Aret. in l. qui absenti, num. 3. ff. de acquir. poss. Gabr. cons. 80. num. 3. lib. 1. Rot. apud Cenc. de censib. decis. 160. num. 3. ac propterea respectu non ratificantis dominium non abdicari a venditore, glo. d. l. si hac mente, d. verbo suam facere, ff. de negoc. gest. Alex. de communi cons. 232. nu. 5. lib. 2. Rot. d. decis. 160.
3 num. 5. tamen secus est quoad ipsum emptorem respectu propriæ personæ, quia contractus interim perficitur cum ipso, ac sibi ipsi dominium quæritur etiam illo, pro quo contrahitur non ratificante, l. si absentis, C. si cert. petat. l. secundum C. de contrahend. empt. Gabr. de verb. oblig. conclus. 2. Tiraquell. de constit. par. 3. limit. 20. num. 77. Fabian. de Monte de empt. & vend. in 3. quæst. prin. quæst. 12. nu. 19 Gabr. d. cons. 80. num. 4. lib. 1. Rota apud Zacch. de societ. decis. 12. num. 15.

Nec releuat, quod procedat conclusio, vbi pretium

4 ab emptore fuerit solutum, quia & hæc conclusio vera est, quando eidem emptori non fuit habita fides de prætio, sicut in his terminis procedunt alleg. l. quod vendidi, ff. de contr. empt. Bald. in rubr. C. eod. tit. num. 23. vers. Statutum ergo, Abb. cons. 69. num. 1. ad fin. lib. 1. Surd cons. 101. nu. 12. lib. 1. & decis. 220. num. 11. qua ratione nec soluta parte pretii dominium quæritur in reliquo, Bart. in l. fistulas, §. qui fundū, ff. de contrah. empt. Ruin. cons. 66. num. 7. lib. 4. Tiraquell. de retract. conuent. ad fin. tit. num. 71. Surd. d. cons. 101. nu. 13. & d. decis. 220. num. 12 & decis. 344. num. 11. & seqq. secus verò habita fide de precio, sicut habita fuit in hoc casu ex alias allegatis.

Quibus non obstat, quod postquam aduenit dies so-
5 lutionis, & emptor est in mora soluendi pretium, res venditæ habentur pro inemptis, & contractus pro infecto ex allegatis, adeo quod libere potest alteri venditio fieri, Odefred. in l. venditor ex hæreditate, ff. de hæred. vel act. vend. Bald. in l. quoties, num. 2. ad fin. C. rei vendicat. Menoch. de de arbitr. cas. 381. num. 18. Magon. decis. Lucen. 31. num. 12. vers. & in terminis, Surd. d. decis. 220. num. 15. & seq & d. decis. 344. num. 14 & seqq. quoniam obiectum procedit, quando non est sequuta traditio, ita quod resolutio contractus ob pretiū conuento tempore non solutum obijcitur à venditore ope exceptionis, quemadmodum in his terminis loquitur Surd. eadem decis. 220. num. 17. & bene declarat post alios Card. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 12. num. 53. & add. ad decis. Gregor. 130. num. 5. & idem Surd. cons. 381. num. 6.

Secus verò sequuta traditione vbi véditor est actor,
6 quia cum contractus emptionis, & venditionis sit nominatus, non resoluitur absque pacto resolutiuo expresso, quamuis altera Pars non adimpleat, l. inciuile, C. de rei vendicat. l. ex conditione, C. de rescind. vendit. l. fin. ff. de condit. ob caus. Seraphin. decis. 1275. num. 1. & hoc ipsum decidit Gregor. in allegata ex aduerso decis. 130. numer. 1. & seqq.

Non etiam in casu, de quo agitur, resistit alia conclusio, quod etiam in contractibus nominatis detur resolutio ob defectum causæ finalis, quia difficultas consistit in intelligentia qualitatis causæ fina-
7 lis resoluentis; quandoquidem procedit limitatio in casu, in quo causa finalis versatur extrinsecus à substantia ipsius contractus, sicut loquitur Gregor. d. decis. 130. num. 4. & Rota in Signina Castrorum Martij Columnæ contra Cardinalem Aldobrandinum ex decis. 676. num. 6. & seqq. par. 2. recent. & apud Buratt. decis. 106. num. 1. & seq. dum, vt patet sub num. 1. Martius respectu causæ vendendi non solum mouebatur pro habendo pretio, prout est commune votum venditorum, sed pro eo soluendo iuxtà conuentionem explicitam, vt liberaretur à maximis interusurijs, quibus valde premebatur ex causa societatum, cambiorum, & pignorum penes hebræos; secus verò quando causa finalis versatur circa illud, quod faciendum est ex natura contractus, prout est solutio pretij simpliciter conuenta, Bart. in d. l. fin. num. 3. ad med. ff. de condit. ob caus. per text. in d. l. ea conditione, C. de rescind. vendit. text. est in l. venditi actio, 6. C. de action. empt. & admittit idem Surd. decis. 344. num. 17 par. 2.

Demum minus obstat, quod dolus, ac mala fides emptoris dederit causam dilationi datæ ad precij solutionem, dum asseruit se procuratorem, & non erat, quia, quando etiam hoc esset verum respectu personæ emptoris, non tamen exinde sequitur, quod dominium rerum venditarum in eumdem
8 translatum non fuerit; quandoquidem, vt aliàs dictum fuit, facilè poterat venditor de mendacio dictæ assertionis certiorari, ideoque cum non fecerit, sibi est imputandum ex Bald. in cap. 1. §. personam verò, num. 2. vers. dic contra, per quos fiat inuestitura, cum alijs allegatis.

Quibus non obstat, quod regula l. qui cum alio, ff. de
9 reg. Iur. limitetur, quando interuenit dolus, vel deceptio contrahentis, Alexand. cons. 60. num. 2. lib. 5. Cagnol. in d. l. qui cum alio, num. 12. Surd. cōsil. 159. num. 131. lib. 1. quoniam procederet limitatio, vbi emptor simpliciter affirmasset, se esse procuratorem iuxtà terminos simplicis assertionis, in quibus contraria loquuntur, sed cum emptor vlterius affirmauerit de suo mandato constare in actis Gargari, Curiæ Capitolij notarij de anno 1615 debebat venditor veritatem, vel mendacium huius affirmationis in rogitibus dicti notarij dicti
10 anni perquirere, cum hoc facile posset, & in hoc stat punctus, cum emptor non teneatur perquirere assertiones venditoris, quando cum difficultate hoc potest, secus verò quando cum facilitate, vt declarat Rota decis. 281. num. 25. iuncto nu. 29. par. 2. diuers. quamobrem licet verum esset,
11 quod acceptans fideiussorem non teneatur perquirere illius idoneitatem, quando præstans illum idoneum asseruit, vt admittit Alex. cons. 60. num. 2. lib. 5. tamen idem Alexander intelligit, vbi
12 iustissima est ignorantia non idoneitatis in recipiente, vt eodem num. 2. propè finem, vers. vel iustissima ignorantia.

Ac propterea meritò scire reputatur, qui non vult
13 scire, quod scire facile potest. vt firmat Rota apud Caputaq. decis. 107. num. 3. 4. & seq. par. 3.

ARGVMENTVM.

De excusatione à falsitate, & à furto ob defectū probationis corporis delicti, in quo remanent vestigia, & ob possibilitatem correctionis erroris.

SVMMARIVM.

1 *In Falsitate, et in furto requiritur probatio talis, vt nulla alia desumi possit interpretatio.*
2 *In Falsitate, et in furto ad indiciorum releuantiam requiritur probatio corporis delicti.*
3 *In Furto, vbi non remanent vestigia constat de corpore delicti coniecturis, et præsumptionibus. Dummodo concurrat difficultas probationis, vt num 4.*
5 *Delicti corpus liquido probari debet, quando remanent vestigia.*
6 *Qualitas nunquam datur sine substantia entis.*
7 *Veritate possibili in esse posita nunquam necessario falsitas insurgit.*
8 *Error magis præsumitur quam malitia, et falsitas.*
9 *Dominus, qui patitur ministrum delinquere, in idem crimen incidit.*

10 Con-

10 *Confessio qualificata, cum qua concurrunt adminicula, non diuiditur.*

11 *Furtum, et criminalitas cessat, vbi res habet originem a contractu.*

12 *Iudex elaborare debet ad exclusionem falsitatis omni possibili interpretatione etiam supplendo, et subaudiendo.*

13 *Temporis cursu mutabilia non præsumuntur in eodem statu existere.*

CONSILIVM CCLXXXI.

INiusta videtur vexatio D. Petri Pauli, siue crimen falsi, siue furti aduersus illum prætendatur, quia
1 pro neutro potest agi, nisi vbi concludentissime hæc crimina probentur, itaquod nulla alia desumi possit interpretatio, Aym. conf. 8. num. 2. Menoch. præsumpt. 3. num. 30. lib. 5. Honded. conf. 91. num. 8 lib. 2. Farin. quæst. 89. num. 8. Cardin. Mantic. decis. 302. num. 1. Caputaq. decis. 3. per tot. par. 2.

In hoc autem casu tantum abest prætextus probationis releuantis, quod imò nec constet de corpore delicti, sine quo vulgatum est, neque applicabilem esse inditiorum releuantiam ad aliquem
2 effectum; siquidem nulla est dubitatio, quin probatio corporis delicti requiratur per necesse tàm in furto, Farin. quæst. 2. num. 14. vers. contrarium, & vers. propterea, quam etiam in crimine falsi, Bald. conf. 54. num. 2. & conf. 323. num. 1. lib. 4. Anchar. conf. 173. in princ. Gabr. conf. 167. num. 14. & seq. lib. 1. Honded. conf. 99. nu. 37. lib. 2. Giurb. cōs. 36. num. 21.

Et licet verum sit, tam in crimine furti, vbi de illo
3 non remanent vestigia, sufficere de corpore delicti constare ex coniecturis, & præsumptionibus, ex eodem Farin. d. quæst. 2. num. 14. vers. ideo concordando, quàm etiam in delicto falsitatis ex proxime allegandis, tamen in vtroque crimine conclusio dumtaxat admittitur, quando concurrit difficultas probationis, itaquòd propterea plena probatio corporis delicti haberi nequit, ita nam-
4 què in furto intelligit idem Farinac. fundans se propterea in difficultate probationis dicta quæst. 2. num. 14. vers. ideo concordando, & in crimine falsi, Boss. tit. de delict. num. 18. & 32. Honded. conf. 106. num. 19. lib. 1. idemque Farinac. dicta quæst. 2. num. 21. Giurb. dicto conf. 37. num. 21.

Quamobrem cum in hoc casu spatio tot annorum, quibus hæc delicta commissa prætenduntur, facillimum esset non semel, ac sæpius, sed qualibet hebdomada geminatis diebus veram habere litterarum dinumerationem, easque litteras, in quibus taxatio, & retaxatio prætenditur, & præsertim statim sequuta dinumeratione, ac taxatione, vel retaxatione, antequam particularibus consignarentur, imò etiam statim in ipso actu consignationis, vtique cessat in hoc casu ratio difficultatis probationis, ac consequenter conclusio in illa fundata; & præsertim cum negari non possit, quin in ipsis litteris, vt prætenditur, taxatis, & retaxatis consignandis, vel etiam, vt præfertur
5 consignandis vestigia prætensorum criminum remanerent, itaquòd probatio corporis delicti liquidissima in hoc casu requirebatur, Boss. d. tit. de delict. num. 19. & 32. Honded. dicto conf. 106. n. 19. & seqq. lib. 1. Gabr. de malef. concl. 17. num. 13. vers. contrarium, Brun. de indit. par. 2. quæst. 5. num. 10. Farin. eadem quæst. 2. num. 6. vers. liquide, & ante finem, vers. & vbi cessat difficultas probationis, & vbi post factum.

Cœterum neque crimen aliquod hoc casu adscribi potest, quoniam, quatenus prætensio delicti fundatur in dinumeratione, & retaxatione, tollitur, dum non constat, primam dinumerationem, & taxationem fuisse minorem, vel iniustam, tum quia non constito de iniustitia primæ, quod est subiectum prætensi delicti, frustrà quæritur de quali-
6 tate iniustitiæ circa secundam, cum qualitas numquam detur sine substantia entis, Boss. de delict. num. 26. ante finem, vers. nam qui vult probare, & num. 32. Bald. dicens, impossibilem esse applicationem accidentium delicti sine subiecto, vt quia accidentis esse sit ipsum in esse, conf. 465. num. 1. 2. & seq. lib. 4. Paris. conf. 167. nu. 1. in fin. lib. 4. Grammat. conf. crim. 36. num. 8. post med. vers. & sic Caball. resolut. crimin. cas. 286. num. 3. & seq.

Tum etiam quia satis est ad falsitatis exclusionem, à qua consequutiue exactio furtiua prætenditur, quod prima dinumeratio, & taxatio potuerit esse erronea, ac successiua dinumeratio, & retaxatio iusta ad effectum correctionis, quia certum est, quod
7 possibili veritate in esse posita, nunquam necessario falsitas insurgit, Boss. de fals. num. 133. Bertazz. conf. crim. 140. num. 10. & seq. lib. 1. Surd. conf. 132. nu. 20. Rota post lib. 2. conf. Farinac. decision. 267. num. 7.

Et præsertim cum error in alteratione scripturæ ma
8 gis præsumatur tanquam contingibilis, & si de raro, quam malitia, & falsitas, Rot. decis. 135. num. 15. par. 2. diuers.

Quatenus verò crimen prætenditur ob exactionem summæ excessiuæ, & exinde restitutio malè exactorum, minus illi locus est ex capite querelæ ex aduerso datæ, tum quia de prætensa excessiuitate non constat, tum quia vbi probaretur iniustitia exactionis in excessu retaxationis, deficit interesse querelantis, adeoquod ille dominus, qui pati-
9 tur ministrum delinquere, in idem crimen incidit, Caputaq. decis. 196. n. 4. par. 3.

Tum, & tertio quia hæc Pars ingenue fatetur, ob exactionem prouenientem ex retaxatione minimum commodum consequutum fuisse non excedens iulios quinque in menses singulos, eamdemque summam fuisse sibi à domino donatam; aut enim
10 hæc qualitas huiusmodi confessioni adiecta non est diuidua, concurrentibus præsertim præsumptionibus ponderatis in facto, Bart. in l. Aurelius, §. idem quæsijt, numer. 2. ff. de liber. legat. Farinac. quest. 81. num. 49. Caball. resol. crimin. cas. 254. numer. 3.

Aut vbi esset diuidua, non tamen retaxatio, & exactio esset punibilis criminaliter, sed experienda esset actio ciuiliter ad prætensa damna, & interesse cum exactio prouenerit ratione officij, ad quod exigens fuit præcedente contractu deputatus, &
11 verum sit, quod vbi res habet originem à contractu, cessat furtum, & criminalitas. Alber. in l. inficiando, num. 5. ff. de furt. Plot. de in lit. iurand. §. 6. num. 27. vers. vndecimo, Pract. Conrad. §. 3. de offic. Præsid. in caus. crim. tit. de furibus num. 7. vers. in hac re, & est text. in l. procurator, 55. ff. mand.

Non igitur obstant testes deponentes de retaxatione, aliæque argumentationes, ex quibus desumitur excessus in retaxando, & exigendo, quia ex depositionibus testium præter exceptiones deductas in facto nec resultat probatio excessiuitatis sapien-

ſapientis iniuſtitiam, cum potuerit proceſsiſſe ad
correctionem primæ taxationis erroneę ex dedu-
12 ctis, & præſertim cùm Iudex elaborare debeat ad
excluſionem falſitatis mediante omni poſsibili
interpretatione etiam ſupplendo, & ſubaudien-
do per verborum impropriationem, Boſſ.de falſ.
num.134.Gabr.conſ.169.num.4.in fine,lib.1. Fari-
nac.de teſtib.quæſt.67.nu.106.& ſeqq.& conſ. 164.
num.16.lib.2.Rot.deciſ.607.num.4.par.1.recent.

Ex alijs verò argumentis minus deſumibilis eſt iniu-
ſtitia primæ taxationis in præiudicium domini,
quia prӕterquam quòd augumentũ deſumptum
ex taxatione ſucceſſoris in officio habet ſuam cau-
ſam non applicabilem huic caſui ex deductis in fa-
13 cto, adhuc nihil facit, cum non præſumatur in eo-
dem ſtatu illa exiſtere, quæ curſu temporis ſunt
mutabilia, nec de vno ad aliud tempus ſit inferen-
dum, Menoch.de præſumpt.lib.1.quæſt.24. nu.17.
& ſeq. Alciat.de præſump.reg.2.præſumpt.26.nu.6.
verſ. aduerte, Caputaquen. deciſ. 340. numer.2.
par.3.

ARGVMENTVM.

De eadem re, cum reſponſione ad contraria.

SVMMARIVM.

1 *Inditia, & confeſsio inquiſiti corruit non conſtito de corpore delicti.*

2 *De Delicti corpore conſtare debet per ocularem inſpectionem, quando remanent veſtigia.*

3 *Error magis præſumitur quam delictum.*

4 *Criminalitas non datur ratione prætenſi doli ex contractu prouenientis, ſed actio ciuilis.*

5 *Teſtium debet eſſe teſtimonium, non iudicium.*

6 *Adminiſtrationis velamen non temperat furtum, niſi quis exigat pecunias animo reſtituendi.*

7 *Ex mandato ad exigendum, dominium pecuniæ trãſit ad exigentem, qui non eamdem pecuniam, ſed tantumdem reddere tenetur.*

8 *Confeſſio cum qualitate excluſiua delicti non diuiditur.*

9 *Aſſertioni accipientis rem alienam circa voluntatem, & permiſſionem domini non creditur. Contrarium concurrente veriſimilitudine deducta ex qualitate perſonarum, & rerum, vt num.* 10.

11 *Confeſsio qualificata diuidi poteſt, quando qualitas verſatur circa prohibita, vel habentia contra ſe præſumptionem.*

12 *Confeſsio qualificata diuiditur, quando qualitas aliunde iuſtificatur, vel habet pro ſe præſumptionem.*

13 *Donatio potius præſumitur quam delictum.*

CONSILIVM CCLXXXII.

ELaboratio facta exaduerſo circa qualitatem pœ-
næ, qua fures ex conſuetudine plectuntur, &
circa inditia probationes, aut confeſſiones ex hoc
caſu reſultantes redditur fruſtratoria deficiente
iuſtificatione corporis delicti etiam in prætenſo
furto, requiſita cui fundamento neque etiam ex-
aduerſo aliquid reſpondetur: etenim, vt alias pro-
baui, etiam in furto in primis debet conſtare de
1 corpore delicti, adeout de illo in primis non con-
ſtito non ſolum omnia inditia corruant, ſed etiam
ipſa confeſſio Rei, vt poſt alios per Giurb. conſil.
crim.37.numer.21.poſt princ. verſ. adeout confeſ-
ſus.

Neque enim obijci poteſt, ideo non fuiſſe reſponſum
quia vulgatum ſit in furto corpus delicti probari
etiam coniecturis, & præſumptionibus, quia vul-
gatum quoque eſt, hoc procedere, quando ſumus
in furto, cuius non remanent veſtigia, quæ oculis
ſubijci poſſint, ſecus vero quando poterant ocu-
lis ſubijci, vt in hoc caſu, in quo probant ijdem pro
Curiæ informatione examinati, magiſtrum poſta-
rum ſciuiſſe retaxationes factas a Petro Paulo, &
2 exactiones eius cauſa ſequutas; quamobrem, &
de retaxationibus, & exactionibus poterat per
Curiam ocularis haberi inſpectio, Blanc. de indit.
nu.17.ad fin.verſ.in hoc articulo ſic diſtinguerem,
Bonifac.de furt.§.2.num.10.Guazzin.defenſ.4 cap.
7.num.1.Giurb.d.conſ.37.num.21. poſt med. verſ.
an corpus oculis corporeis.

Sed neque etiam ex retaxatione, & exactione aliquid
releuans reſultat, quia teſtes deponentes de reta-
xatione non probant actum criminoſum, præſer-
tim in præiudicium magiſtri poſtarum, cum hoc
3 fieri potuerit ex prima taxatione, quæ minor fue-
rit facta per errorem, Farin.conſ.37.num.20. lib.
1. Caball.reſolut.56.num.155.idque etiam exad-
uerſo admittitur; deponentes verò de exactione
lucri cauſa nullam merentur fidem tam ob excep
tiones, quas patiuntur relatas in facto, quam e-
tiam, quia in eo, quod deponunt concernens fa-
ctum, fuiſſe ſcilicet exactum, minus exactio dici
4 poteſt criminoſa, cum ad officium diſpenſatoris lit
terarum pertineret exigere, & præcipuè ſtante par-
ticipatione, quam in eiſdem litteris diſpenſator
habebat, & ſatis propterea ſit, quod detur domi-
no actio ciuilis ad repetitionem, Corn. conſ. 366.
num.12, & 32.lib.3.Roland.conſ 75.num.21.libr.1.
Menoch.conſ.98.nu.82.& ſeq.lib.1. Honded. conſ.
109.num.59. lib.1.

In eo verò, ſi quod teſtes deponunt, concernens e-
xactionem lucri cauſa, nullum prorſus fieri po-
teſt fundamentum, cum teſtium debeat eſſe teſti-
5 monium, non iudicium, Oldrad. conſ.220. num.
6.Caputaq.deciſ.270.num.5.& ſeq.par.3.

Non autem iudicium hoc fieri poteſt, quia velamen
6 adminiſtrationis nunquam temperet furtum, ni-
ſi vbi quis exigit pecunias animo reſtituendi, ne-
que illas in vſum proprium conuertit lucrifacien-
di gratia, ex Farin. allegato conſ.96.num.20. lib.
1. quia exaduerſo fabricatur ſuper eo, de quo du-
bitatur, cum animus intercipiendi lucri gratia
neutiquam probetur, quinimmo conſtet de con-
trario.

Quod vero neutiquam talis animus probetur, eui-
denter liquet, quoniam, aut ille probari præten-
ditur ex eo, quod pecuniæ exactæ à D.Petro Pau-
lo non fuerint domino reſtitutæ, ſed in proprium
vſum conuerſæ, & probatio prætenſa ex hoc non
7 reſultat, cùm dato mandato, ſeu poteſtate habili
ad exigendum, dominium pecuniæ transferatur
in ipſum exigentem, ex quo ſolum ea intentione
cenſetur facta ſolutio, & exactio, vt non eadem
pecunia, idemque corpus domino reddi debeat,
ſed tantumdem, vt clarè per textum præcipue in
l. qui negotia, ff.mand.firmat Fulgoſ. in l. procu-
ratori, num.6. ad finem, verſ. ad finem, & num.7.

& in

& in repet.num.11.ff. de condit.ob caus.quamobrem stante dominii translatione, impossibile est, quod verus procurator committat furtum cessãte hoc casu veritate rei alienæ, & consequenter contrectatione contra terminos l.1.ff.de furt. & notata per omnes in d. l. si procuratori,ff.de condit.ob caus.

Aut animus lucrandi desumitur ex negatione exactorum, & in primis aduertendum est, quod nec retaxatio, nec exactio fuit vnquam negata à Petro Paulo, nisi Pars aduersa admittat illum, qui confitetur cum qualitate exclusiua delicti,haberi pro negante,quo casu per necesse quoq. admittit,
8 confessionem censeri indiuiduam,& Curiæ nihilominus incumbere onus probandi delictum, iuxta doctrinam Socini in l. 1. num.10. post med. versic. item si nego,ff. de vulg. quam sequuntur Boss. tit. de confess. num.23. ante med. Bertaz. Ioseph Ludou. & alii per Farin.in allegata exaduerso quæst. num.150.quamuis enim de ea dubitet Farin.nu. seq.151.tamen, eam veram esse profitetur Caball. resolut. 294.num.6.post med. vers. nam quod habeatur pro negante.

Ex tali tamen negatione non insurgit animus lucrãdi, cum negatio non sit pura, & absoluta, iuxta terminos, in quibus loquitur Farinac.dicto.cons. 96. num.20. sed qualificata ex ratione factæ sibi
9 donationis; quamuis enim rem alienam accipiẽti non credatur absolute circa assertionem voluntatis, & permissionis domini, quia alias nunquã aliquis puniri posset de furto, vt per Bart. in l.inter omnes, §. recte,num.3.ff de furt.tamen secus est, quando huius voluntatis afferuntur inditia verisimilia,prout verisimilia sunt in hoc casu sciẽtia domini huius exactionis per plures annos sine aliqua contradictione, quam scientiam probant iidem testes Curiæ,iustitia,& vigilantia Petri Pauli, sine qua alioquin admissa priori taxatione, nullam pariter vtilitatem magister postarum per-
10 cepisset, quodque quantitas, quæ donabatur habita ratione ad quantitatem confessam iuliorũ quinque singulis mensibus satis erat exigua, & præsertim perspecta qualitate laborũ,& expẽsarũ, quas idem Petrus Paulus necessario exponebat, Alber. dicto §.rectè,in principio,Mascard. de probat. conclus.94. num.20.& 21. Farinac. dicens hanc veriorem de fart. quæst.174.num.152.ante med. vers. nisi suæ credulitatis.

Atque hinc constat etiam,vere indiuiduam censendam esse cõfessionem ipsius Petri Pauli circa quãtitatem exactionis ex causa donationis sibi à domino factæ; quamuis enim vera sit conclusio ex-
11 aduerso firmata, quod ea confessio scindatur à qualitate, quæ versetur circa prohibita vel sui natura, vel de Iure communi, aut habentia contra se præsumptionem, ex Farin. allegata quæst. 81.nu.110.& seqq. & Caball. dicta resol.25 ... nu.1. in hoc autem casu, vt prætenditur exaduerso, qualitas confessioni adiecta habeat contra se præsumptionem, quia donatio non præsumatur.

Tamen vera quoque est eiusdem limitatio,non solũ
12 quando qualitas adiecta iustificatur aliunde, sed etiam quando habet illa pro se præsumptionem, quemadmodum hanc habere satis saltẽ præsumptiuè desumitur ex præallegatis,vt pluribus hanc limitationem comprobat idem Farinac. eadem quæst. 81. num.153.& cons. 530.num.27.lib.2.

Quin etiam verum est, quod licet donatio regulari-
13 ter non præsumatur, nihilominus præsumitur potius donatio, vbi illa tendat ad exclusionem delicti, Alciat.cons.2. num.16. alias cons.2. num. 24.tom.1.lib.1. Garzias in repet.l.2.num.9. ante fin.ff.de pact. Menoch. præsum.pt.2. num.23. vers. attamen,lib.5. & cons.422.num.6.lib.5.

ARGVMENTVM.

De suppositione personæ habente primordium veritatis, & nemini damnosa.

SVMMARIVM.

1 *Falsitas nec actu, nec habitu nocibilis non est punibilis.*
2 *Suppositio personæ quando nec nocet, nec apta est nocere non punitur.*
3 *Qualitates delicti non applicantur deficiente substantia.*
4 *In contractibus potius rei veritas quam scriptura perspici debet.*
5 *Simulatio de persona ad personam operatur, vt ius acquiratur veræ personæ, non fictæ.*
6 *Ex primordio veritatis cessat falsitas.*
7 *Calumniatoris pœna est semper extraordinaria ex communi obseruantia siue accusatio sit de crimine extraordinario, siue de ordinario.*
8 *Accusatores qui desistunt, vel in probationibus deficiunt non condemnantur nisi in expensis,damnis, & interesse Partis accusatæ.*

CONSILIVM CCLXXXIII.

INditia, quæ prætenduntur aduersus D. Andream nulla probabili ratione censeri possunt sufficentia ad torturam; quamuis enim Thomas prætendat falso supposita eius persona mediante persona Bernardini fuisse rogatam cessionem iurium per ipsum Thomam acquisitorum à Camera ob denunciationem testamenti confidentialis q. Alexandri ad vtilitatem filiæ illegitimæ,& in hac suppositione participem fuisse D. Andream ob commodum sibi exinde resultans, tamen etiam eiusmodi suppositione,& participatione veris existentibus delictum in casu, de quo agitur, punibile
1 non resultat, cùm neque falsitas, quæ nec actu, nec habitu est nocibilis, punibilis sit pœna extraordinaria cessante dolo malo. Surd.decis.282.nu. 18.& seqq.lib.1.Becc.cons.78.num.15.& seqq.lib.1. Farinac.de fals.quæst.150.num.336. & 338. & cons. 60.num.10.& cons.179.nu.20.Hect Felic. alleg.18. num.33.34.& seqq.vbi de communi, & alleg. 19.
2 num.19.par.1.& in his terminis suppositionis personæ absquè alterius præiudicio idem Farin.quęst. 150.nu.144.precipuè ex text.in l.1. C. de mut. nomin.

Cessante autem delicto punibili, frustrà quæritur de inditijs,quorum qualitates sunt inapplicabiles de-
3 ficiente ipsius delicti substantia,Boss.de delict.n.26 post med.vers.nam qui vult, & num.32.Bald.cons. 465.num.1.2.&seqq.lib.4.Paris.cons.167.post num. 11.vers.nec obstat,lib.4.Gram.cons. crim.36. nu.8.

post

post med.vers.& sic vbi non est substantia, Caball. resolut crim.cas.286.num.3. & seq.

Constat autem,pretensam hanc suppositionem minimè fuisse actu, vel habitu nocibilem, quia apparenter Thomas fuit denunciator præfati confidentialis testamenti, existenter autem denunciator fuit ipse Andręas,ac propterea inter ipsos Andræam, & Thomam præcessit conuentio, quod omne commodum ex dicta denunciatione resultans, ad ipsum Andræam pertineret; siquidem

4 cum tam ratione præuiæ huius conuentionis, quàm quia in contractibus potius rei veritas, quàm scriptura perspici debeat, dubitari non potest, quin re vera commodum denunciationis ad Andræam,non autem ad Thomam spectaret, l. 1. C. plus valere quod agitur, quàm quod simul.cócip.l.si quis gestum,& l.acta,C.eod.l.multum interest,C.si quis alteri, vel sibi; & præsertim cum si-

5 mulatio fuerit solùm de persona ad personam, & veritas fuerit in actu, nam hoc casu non dubitatur,quin actus valeat, & ex eo ius acquiratur veræ personæ, & non fictæ, Seraphin.decis.660.nu.5. & seq.

Atquè hoc stante falsitas prætendi nequit in cessione, quæ ex rogitu Nicolai Angeli legitur facta per Thomam Antonio, à quo eadem cessio facta fuit ad fauorem Augustini, qui eamdem cessionem ipsi Andrææ fecit, non obstante quod loco ipsius Thomæ suppositus fuerit dictus Bernardinus cùm eiusdem Andręæ participatione siue præsumpta, siue vera; nam cum commodum primæ cessionis factæ a Camera Thome realiter pertineret ad Andręam, quemadmodum etiam constitit ex officialium Camerę attestatione apud Sanctissimum, cessat falsitas cessionis, ex quo semper

6 ea cessat,quoties actus, qui falsus prætenditur,primordium habet veritatis. l.cum filius,78. §. hęres meus, vbi Bart. ff. de legat. 2. vbi etiam Alber.& Imol.Grammat.vot.26.num.12.Aym.cons.46. n.8. Foller.in prax. crim.in 2.par. 2.par. princ. in verb. item quod commisit falsitatem, num. 35. Clar. §. falsum,num.34.Natt.cons.132. num.1.& seq. Honded.cons.99.num.37. post princip.lib.2. Surd.cons. 173.num.50.lib.2.

Minus quoque Andręas vexari potest occasione chirographi ad instantiam ipsius impetrati pro N. super impunitate eidem N. concedendę, tanquam dictam falsitatem reuelanti ex prætextu,quòd vbi Andręas chirographum obtinuerit pro se ipso,falsitas exinde detegatur; si verò obtinuerit pro absente, id fuerit, vt deponit,ad effectum iniustę & calumniosæ vexationis dicti Antonij; quoniam assumptio primi casus excludit delictum, cum in dicta cessione effectualiter non inesset falsitas ex supra deductis, & impetratio impunitatis ad propriam cautelam excluderet ex hoc ipso punitionem; assumptio verò secundi casus excludit omnem prætextum torturæ, non solùm quia calum-

7 niatoris pœna, siue accusatio sit facta de crimine extraordinario, siue etiam de ordinario, semper est extraordinaria,& ex communi obseruantia pecuniaria, Farin. quæst.16.num.5.

Sed etiam quia in hoc casu vexatio per calumniam nullum habuit effectum ex superueniente pœni-

8 tentia eiusdem Andreæ, quo casu accusatores,nedum qui in accusatione desistunt, sed qui in probationibus deficiunt tanquam hoc casu pręsumpti, non veri calumniatores nullam pœnam subire debent, sed dum taxat solent in expensis, damnis, & interesse Partis accusatæ condemnari,l.1. §. calumniatoribus,iuncto §. seq.ff. ad Turpil. Farin. d.quęst.16.num.12.Caball.resol.crim.cas.205.nu.3. 4.& seq.

ARGVMENTVM.

An, & quando sit locus criminalitati ex prætextu fraudolentæ administrationis.

An,& quando scribens litteras iniuriantes,& infamantes incidat in delictum punibile.

SVMMARIVM.

1 *Criminalitas non datur contra administratorem, sed actio ciuilis,cum delictum ex velamine administrationis temperetur.*

2 *Administrator nõ incidit in criminalitatem,quando ex dolosa administratione non insurgit aliquod particulare nomen delicti.*

3 *Actio criminalis ob stellionatum datur solum, quando prætendenti damnum alia via succurri nequit.*

4 *Inditia remota indigent concludenti probatione. Etiam in atrocissimis,vt num.5.*

6 *In Administratore,qui reddens rationem offert se promptum ad corrigendum errores,cessat dolus.*

7 *Libelli famosi pœna non habet locum contra mittentem secretè litteras.*

8 *Ad Libelli famosi essentiam requiritur publicatio.*

9 *Iniuriarum actio non cessat ex veritate conuicij, nisi delictum iniuriati referatur ad effectum, vt iudicialiter puniatur.*

10 *Conditione non purificata non resultat delictum ex quocumque actu,vel verbis conditionalibus.*

CONSILIVM CCLXXXIV.

NOn est agendum de aliqua pœna contra D. Andręam sub prætextu, quòd existens minister, quondam Bernardi ipsum in notabili pecuniarum summa iteratis vicibus fraudauerit; quoniam

1 etiam aduersus dolosum administratorem non datur exercitium actionis criminalis,cùm velamẽ creditæ per dominum administrationis temperet furtum,& consultum sit illi per actionem ciuilem descendentem ex contractu mandati expresso,vel tacito etiam per iuramentum in litem concurrente difficultate probationis, Corn.cons.366.nu. 12. & 32.lib.3.Roland.cons.75.num.31.lib.1.Menoch. cons.98.num.82.& seq.lib.1.Aym.cons.16. nu.105. Honded.cons.109.num.59.lib.1.& dixi inter cons. Farin.cons.160.num.27. lib.2.

Et præsertim quando ex dolosa, quæ prætenditur

2 administratione, nullum insurgit particulare nomen delicti, sed sola doli prætensio, quia tunc neque etiam locus est crimini stellionatus, ex quo interesse domini reparari potest per actionem ciuilem, Bald.communiter receptus, cons. 14. nu.3. & cons.15.num.1.lib.1.Pedemont.decis.137.nu.17. Farin.quæst.9.num.37.siquidem actio ciuilis de dolo, & criminalis ex stellionatu dantur solum

quando

quando prætendentibus damnum alia via succurri nequit, vt per Castr. conf. 41 r. num. 4. lib. 1. Farin. conf. 7. num. 9. cum alijs, quos adduxi inter conf. eiusdem Farin. d. conf. 160. num. 18. lib. 2.

Sed neque etiam releuātia aliquo modo censeri possunt inditia prætēsa ex asserta præcedente paupertate ante cæptam administrationem, ac diuitijs deinde superuenientibus ac repentino discessu, ac demum pecunijs exactis, & non adnotatis, iuxtà solitum; quia priora cessant ex deductis in facto, & præcipuè quia exaduerso minimè iustificantur,

4 cum certum sit, omnia inditia remota censeri talia non posse, nisi concludenter fuerint probata, Becc. conf. 67. num. 11. lib. 1. Burlatt. conf. 36. num. 15. lib. 3. Pedemont. decis. 79. num. 14. & seq. Honded. conf. 96. numer. 42. lib. 2. Farinac. quæst. 37. numer. 18. 28. 30. & seq. quæ recepta est conclusio, etiam

5 in atrocissimis, Farin. conf. 22. num. 7. & conf. 192. numer. 23. & seqq. Caball. resol. crimin. cas. 200. num. 129.

Vltimum vero circa prætensam exactionem nec tale meretur nomen, cum Parti habenti interesse constitum esset ex quietantijs per administratorem factis ijs, qui soluerunt, quæq. in manibus eorumdem soluentium reperiebantur, & ex actis

6 inter Partes constet, D. Andream paratum fuisse rationem reddere, erroresque omnes, si qui adessent; corrigere, & emendare, quemadmodum facto emendauit, quapropter satis euinde declaratur bona fides, ac voluntas eiusdem manifestè detegitur, omnisque doli, aut fraudis præsumptio remouetur, vt per Honded. dicto conf. 109. nu. 32. ad fin. & num. 33. & seq. lib. 1.

Minus delictum prætendi potest ex assertis epistolis tanquam infamantibus querelantem, & instigantibus eum, cui fuerunt directæ ad trāsmittendū scripturas ad eiusdem detrimentum, quia aut ex illis prætenditur crimen libelli famosi, & cessat absque dubio, cum pœna libelli famosi locum non habeat contra mittentes secretè litteras, Marcobrun. conf. 38. num. 2. & 21. Farin. quæst. 105. numer. 487. in fine, multoque minus, dum in ipsis litteris exprimitur à scribente, quod apud eum, cui dirigebantur, secretè remanerent, non autem

8 omnibus paterent, & in publico loco, prout requiritur ad essentiam libelli famosi, vt in terminis fortioribus per Farin. conf. 103. num. 5. Marcobrun. conf. 38. per tot. Hector Felic. allegat. 68. num. 10. H par. & præcipuè num. 14. vbi quod æquiparatur iniuriæ verbali, & num. 17.

Aut prætenditur iniuriarum actio, & non etiam illi

9 locus est, ex quo licet regula sit, quod veritas conuicij non eximat quemquam ab actione iniuriarū, tamen secus est, quando delictum expressum refertur ad sententiam, magisque ad confessionem iudicialem prætensi iniuriati, & de causa exprimēdi liquet, quia fit, prout fuit in his litteris expressa, vt querelans iudicialiter puniretur, cum intersit Reipublicæ, vt delicta innotescant, & delinquentes puniantur, Bart. in l. eum, qui nocentem, ff. de iniur. Abb. c. fin. num. 5. de iniur. & damn. dat. Clar. §. iniuria, nu. 15. vers. item quæro, Gomez. var. tit. de iniur. cap. 6. num. 2. Farin. quæst. 105. nu. 129. & conf. 87. num. 7.

Aut demum prætenditur animus calumniosè querelantem vexandi ex prædicta instigatione ad transmissionem scripturarum, & litteræ prædictæ affectatam calumniam excludunt, cum sint conceptæ sub conditione, quatenus is, cui fuerunt directæ, esset damnificatus gestis per dictum querelantem;

10 delictum autem nunquam ex quocumque actu, aut verbis conditionalibus prætendi potest, nisi demum conditione purificata, minusque in hoc casu, in quo conditio tendebat ad verificandum delictum ipsi Curiæ, Bero. conf. 175. num. 30. lib. 3. Farin. quæst. 50. num. 32. & seqq. & conf. 104. nu. 10. cum alijs, quos ego adduxi inter conf. eiusdem Farin. conf. 184. num. 40.

ARGVMENTVM.

De exclusione participationis fraudis ex iusta causa credendi viro fide digno.

SVMMARIVM.

1 *Inclusio vnius personæ alias excludit.*
2 *Falsitas cessat stante primordio veritatis.*
3 *Liber priuatus probat concurrentibus adminiculis.*
4 *Falsitas non censetur commissa sine causa.*
5 *Veritate possibili in esse posita necessario non insurgit falsitas.*
6 *Omissio reuelationis, vel obuiationis delicti non est punibilis excepto crimine læsæ maiestatis.*
7 *Soluens procuratori putatiuo ex iusta causa credēdi communi, & publicæ reputationi liberatur.*
8 *Soluens ei, cum quo contraxit, liberatur etiam cessante mandato.*
9 *Credens viro reputato fide digno excusatur à dolo & à culpa.*
10 *Credulitas etiam leuis, & iniusta excusat a delictis.*

CONSILIVM CCLXXXV.

DVæ per Curiam prætenduntur per D. Antoniū commissæ fraudes in præiudicium Palatij Apostolici in venditione vini, de quo agitur, & vtram que iustificari ex eiusdem D. Antonini confessione.

Confessio quoad primam prætensam fraudem ratione exactionis precij vini in maiori quantitate, quam quæ erat conuentum, desumitur ex sequentibus, vn anno, che il Palazzo Apostolico non consegnò vini per appalto, seruimmo detto Palazzo per li vini, che li bisognauano Francesco alias Ciccio, Gio: Battista, & io, & altri, e così bisognò per servire il Palazzo per quell'anno dare al Sig. Giouanni doi giulij, ò trè, ò più, ò meno per ciascun barile di vino ripalzo, e questo fù trattato dal detto Ciccio à nome di detto Signor Giouanni, quale fece apparire al Palazzo hauere comprato il vino à ragione verbi gratia di giulij trenta il barile, ma questo era prezzo apparente, poiche realmente il prezzo certo era di giulij ventisette, ò vendetto il barile, così stabilito con detto Ciccio, e sò ancora, che detto Ciccio hà dato al detto Giouanni il denaro di detti barili di vino, cioè, il sopravanzo in quell'anno, perche il medesimo Ciccio li hà riscossi da noi, & ha detto, che gli hà dati al detto Giouanni.

Confessio autem quoad secundam prætensam fraudē ratione precij vini non consignati desumitur ex se-

quentibus, io hò riscosso dal Palazzo Apostolico altri denari oltre di quelli io doueuo hauere per il prezzo delli vini dati al Palazzo, e questo in vigore de gli ordini, che mi faceua fare il detto Giouanni, cioè lui mi diceua, ch'auanzaua dal Palazzo tanto vino, per esempio cento barili, ò altra somma, e faceua lui li mandati per il prezzo, e li faceua sottoscriuere da Monsignore, e lui faceua fare le fedi dalli canauari, che loro haueuano hauuto da me il vino, acciò l'ordine caminasse, e poi mi daua il mandato, io lo faceuo riscotere dall'esattore, quale subito li lasciaua nel banco in credito, ouero li portaua contanti al detto Giouanni, io replico quello, che hò detto, che non poteuo far di meno di non compiacere al detto Giouanni, perche lui era il padrone, e diceua, ch'auanzaua dal Palazzo.

Sed neutra ex prætensis confessionibus videtur Curiæ aliquo modo suffragari posse.

Non prima, quoniam ex illa resultat confessio, quod pactum super taxatione precij fuerit initum cum ipso Antonino, sed solum ipse refert pactum huiusmodi fuisse conuentum inter Ciccium, & dictum D. Ioannem; hæc autem relatio personam ipsius Antonini satis excludit ex regula certa,
1 quod certarum personarum inclusio alias excludit, l. cum Prætor, 12. ff. de iudic. Ruin. cons. 112. numer. 3. lib. 5. Paris. cons. 47. num. 2. lib. 1. Becc. consil. 74. n. 32. lib. 1. Rota in Romana vigesimæ 15. martij 1627. coram bo. me. Pirouano.

Nec obstat, quòd idem Antoninus pactum prædictũ approbauerit, exigendo à Palatio precium vini ad rationem iuliorum triginta pro quolibet cado, & ex eo iulios tres consignando dicto Ciccio paciscenti, tum quia ex ipsa solutione precij ad rationem iuliorum triginta pro quolibet cado facta ex mandato subscripto à D. Præfecto Palatij satis constat de contrarij pacti veritate, cum falsum censeri
2 non possit, quod habet primordium veritatis, ex textu in l. cum filius, 78. §. hæres meus, & ibi Bart. ff. de leg. 2. vbi etiam Alberic. & Imol. Grammat. vot. 26. num. 12. Aym. cons. 46. num. 8. Clar. § falsum num. 34. Foller. in praxi crim. in 2. par. 2. partis princip. in verb. item quod commisit falsitatem, nu. 35. Surd. cons. 173. n. 50. lib. 2.

Tum quia veritatem contrarij pacti conuincunt duę concludentes rationes, altera, quia idem Antoninus in suis libris, tam ratione temporis subordinatis, quàm vndiquè regulatis notauit, precium vini traditi Palatio fuisse maiorem, quam iuliorum tri-
3 ginta; libri autem isti, quamuis retenti dici possint memoriæ causa, probant iunctis adminiculis, quæ in hoc casu sunt vrgentissima ex iustitia precij pariter cum pluribus alijs monasterijs, & locis pijs conuenuti cum mercatore bonæ famæ, Rot. decis. 845. num. 1. & decis. 813. num. 2. & decis. 776. num. 3. par. 1. diuers. & in priuato libro Ro. t decis. 311. n. 2. & 3. par. 3. recent.

Altera, quia præter rationes, quas idem Antoninus in sua confessione adducit, certa est ea, ex qua qualificatur, quòd nullum prorsus commodum, nullamque vtilitatem ex asserto pacto ad eum per
4 uenit, ac falsitas nulla sine aliqua causa committitur, Rota decis. 111. n. 1. par. 2. diuers.

Minusque obstat, quòd pœna in hoc casu irrogari possit ex non reuelatione dicti pacti ante illius exequutionem, & quia licet Antoninus habuerit pactum, vt præfertur à Ciccio conuentum pro damnoso Palatio, id tamen nec certò sciebat, nec an posset realiter probari, quamobrem satis excusa-
5 tur ex eo, quòd falsitas nulla necessariò sequitur data possibili veritate in contrarium ex possibili aliqua iusta causa ita paciscendi, Rot. decis. 135. nu. 7. par. 2. diuers.

Et quia non subsistit in Iure, quod quisquam exce-
6 pto crimine læsæ maiestatis in aliis puniatur etiam de Iure canonico ex non reuelatione, & non obuiatione, præsertim, quando obuiari non potest, nisi cum ipsius obuiantis periculo, quod etiam ab eodem Antonino in sua confessione fuit expressum, Farin. quæst. 51. num. 61. & 64. vt etiam pro regula tradit num. 7.

Non etiam secunda asserta confessio videtur Curiam iurare, quoniam probant testes, dictum D. Ioannem tam in Palatio Apostolico, quam apud mercatores ripales fuisse summæ fidei cõmuniter reputatum, primus enim testis super primo deponit. è vero, che il detto Sig. Giouanni era computista di Palazzo, e sentiuo dire per ripa, che faceua quel, che voleua à Palazzo, e che à quello lui faceua non gli si replicaua, e questo lo sò perche l'hò sentito dire publicamente à ripa, & secundus testis iuxta vndecimum, io sò, che la sopraintendenza alli negotii di Palazzo era di Monsig. Maggiordomo, doppo lui del mastro di casa, e poi del Sig. Giouanni computista; & iuxta duodecimum, & à me pare, che detto Giouanni facesse ogni cosa, & in particolare sopraintendeua alli negotii di ripa, & iuxta decimum tertium, io sò, che detto Giouanni era quello, ch'haueua cura di negotiare à ripa li partiti delli vini per il Palazzo, e li trattaua con li mercanti. Et tertius testis iuxta vndecimum, sò bene, che detto Giouanni faceua ogni cosa circa la materia delli vini di ripa, che si dauano al Palazzo, & iuxta vigesimum secundum, detto Giouanni haueua grand'auttorità in Palazzo, e poteua trattenere li mandati al Signor Antonino, e farli qualche pregiuditio, & super primo, detto Giouanni era stimato, e tenuto per padrone in Palazzo, che nessuno ardiua contradire alli suoi ordini, e lo sò, perche l'hò inteso dire à ripa, & à Palazzo, & super octauo, & in Palazzo era stimato, come padrone, e danno poteua fare, lo sò, perche si diceua publicamente, che lui era il padrone, e faceua ogni cosa.

Hinc autem duæ quoque resultant rationes concludentes excusationem D. Antonini ab omni pœna, ac reatu.

Altera, ex qua etiam tollitur obiectum, tam dictæ secundæ, quàm primæ confessionis, quia tam illi tres iulii, qui deficiebant à iuliis viginti septem ad triginta, quam precium residui vini non con-
7 signati, soluti, & solutum d. Ioanni ex dicta communi, & publica reputatione liberarunt Antoninum soluentem ex iusta causa credendi dictæ cõmuni, & publicæ reputationi, Bart. communiter receptus in l. si procuratori, 14. num. 15. ff. de cond. caus. dat. ibique Alex. num. 16. Soc. cons. 32. nu. 21. vers. item soluens, lib. 1. Curt. iun. in l. filius paciscendo, num. 8. & seq. C. de pact. & cons. 310. nu. 95. idem Alex. cons. 120. num. 7. vers. nisi habuisset, lib. 5. Guid. Pap. decis. 173. num. 3. vbi etiam Add. litt. C. Rot. decis. 89. numer. 2. par. 2. diuers. & decis. 659. num. 3. vers. tum ex eo, par. 1. recent.

Et præsertim cum contractus prædicti initi fuerint
8 cum eodem Ioanne quia soluens illi, cum quo fuit

fuit contractum, absque dubio liberatur etiam cessante mandato, Surd. cons.41. num.2. lib.1. & cons.150.num.104.& seqq. & decis.229. numer.8. & seqq.

Altera concernens præcipuè assertam secundam confessionem, quia dum idem Ioannes affirmauit se creditorem Palatij ex causa stipendij, & portionum suarum, & ex hac causa solutiones recipere,
9 Antoninus soluens, & credens viro reputato fide digno ab omni prorsus nedum dolo, sed culpa excusatur, Farin.quæst.90.num.109. & num.115.
10 cum imò quælibet credulitas, etiamsi leuis, & iniusta sufficiat, vt per eumdem Farin. ead.quæst. 90.num.3. etiamsi delinquendo credat, se non delinquere, & licitè agere, vt eadem quæst.in princ.& nu.1.Rota post lib.2.cons. eiusdem Farin. decis.219.num.2.in fine.

ARGVMENTVM.

De exclusione participationis fraudis prætensæ ex inditiis irrelevantibus.

SVMMARIVM.

1 *Probatio ab impossibili fortior est alijs probationibus.*
2 *Potentia non redacta ad actum non operatur effectum actus.*
3 *Potestas, et voluntas requiritur in quolibet actu.*
4 *Socius criminis, etiam tortus contra mandantem non facit inditium considerabile.*
5 *De Mandante nemo potest interrogari nisi concurrant inditia, vel adminicula.*
6 *Testi deponenti ad se exonerandum non creditur.*
7 *Delicti corpus in quo remanent vestigia, nec per præsumptiones, nec per famam probatur.*
8 *Probatio non attenditur, quæ non concludit per necesse.*
9 *Delicti præsumptio non sumitur ex actu, qui potest esse, et non esse delictum.*
10 *Testes inuicem conquassantur ex contrariis depositionibus.*
11 *Probationes imperfectæ non releuant.*
12 *Precium conuentum præsumitur iustum.*
13 *Indebitum scienter soluenti non competit repetitio.*

CONSILIVM CCLXXXVI.

Perpensis diligentiis exactis, & exactè probatis, semperque adhibitis in cellis vinarijs Palatij Apostolici per ministros superiores, impossibile est, fraudem aliquam applicare aduersus D.Ioan-
1 nem eiusdem Palatij computatorem; nam probatio ab impossibili fortior est, ac superans omnes alias probationes; Rot. decis.285. post lib.2. cons. Farin.nu.3.ante med.vers.sed ab impossibili.

Impossibilitas autem oritur, quoniam probatur, in cellis vinarijs Palatij singulis annis tam, vt nuncupant, secretis, quàm communibus, vina tam ripalia, quam Castrorum retineri, annisque singulis per ministros, & precipuè eiusdem Palatij computatores prouideri tam vina ripalia, vel mediante appaltu cum ripalibus mercatoribus, vel ab eisdem particulari emptione, quam etiam mediante emptione ex Castrorum vinis, summaque diligentia omnia hæc vina in dictis cellis secretis, & communibus custodiri, ac nedum sub duarum à duobus retentis clauibus asseruari, sed assiduè etiam à deputatis ministris maioribus eorum computa, tam quoad vina ripalia, quàm Castrorum, tam respectu ingressus, quam exitus, & distributionis reuideri.

Quamobrem, quòd attinet ad Palatij Apostolici interesse exclusio cuiuscumque fraudis conuincitur; quod vero attinet ad possibilem fraudẽ in distribuendis vinis Castrorum pro ripalibus, quicquid sit quoad canauarios, & distribuentes, impossibilitas oritur, quoad personam D. Ioannis, in quo nec distribuendi officium, nec distributionis actus
2 aliquis iustificatur, ac propterea non solum potentia non redacta ad actum minimè operari potest effectum actus, Surd.decis.92.num.8.ad fin.&
3 num.9.sed potentia ipsa voluntate non probata non sufficit, Rot.decis.640.num.6.ante med.vers cum in quolibet actu,par.1. recent.

Neque obstat, quòd possibilitas fraudis etiam in persona D. Ioannis dari potuerit, concurrente non solum potentia, sed actu fraudis in canauarijs ex mandato, seu participatione ipsius D. Ioannes, quia nec mandatum, nec participatio hoc casu vllatenus probatur.

Non mandatum, quia de eo solus canauarius dicitur deponere; hic autem non solum tanquam vnicus nihil facit, & præcipuè cum quatenus distributio vnius vini pro altero fuerit ab eo affirmata in exequutionem asserti mandati illiciti, esset so-
4 cius prętensi criminis, prout tanquam talis à Curia examinatus fuit, & consequutiuè neque etiam tortus inditium facit contra prætensum mandantem considerabile, & prẹsertim cum sit varius Farin.quęst.44.num.26.

Sed quia contra D.Ioannem nec inditia, nec admi-
5 nicula concurrebant; quamobrem non poterat de prætenso mandante interrogari, Farin.ead. quæst. 44.num.13.

Ac sine difficultate quia constat de asserto mandois
6 deposuisse ad se ipsum magis exonerandum, vel exculpandum, Cæsar.de Graff.decis.3.numer.7.de testib.Farin.plurimos referens de testib.quæst.60.nu. 19.& seq.vbi quòd præsertim in criminalibus minimè probat.

Neque aliud per Curiam prætendi potest ex assertae fidibus canauarij, quibus mediantibus asseritur, D. Ioannem vina ripalia ab illis mercatoribus recepisse in recompensationem inferioris vini repositi in dictis cellis ex emptis in Castris; nam respectu asserti facientis fides, obiectum non est momenti, cum de fidibus in actis non liqueat, & ex hoc ipso satis sit exceptio, quod ex assertis fidibus de ipsius delicti corpore non constet, postquam dubitari ne-
7 quit, quin hoc fuisset delictum, cuius corporis remanerent vestigia, quo casu corpus delicti nec per prẹsumptiones, nec per famam probatur, Boss. de delict.num.18.19.& seqq.Marsil.cons.5. in princ. & num.1.& 24.Farinac.quæst.2.num.27.post med.

Respectu verò mercatorum, qui vina ripalia, vel precium D.Ioanni consignasse dicuntur, quia vbi etiam constiterit de effectuali consignatione, nihil exinde concluditur, cum ille recipere potuerit ex causa portionis vini sibi & tanquam officiali debitæ, & tanquam exigenti nomine D. maioris ministri

nostri Palatij; probatio autem nequeat attendi, quæ
8 non concludat per necesse, Boss. de defens. Reor. nu.
9 13. itaut nec presumptio delicti sumi possit ex actu, qui potest esse, & non esse delictum, Farin. cons. 37. num. 20.

Minusque fundamentum aliquod fieri potest in depositionibus duorum ex auxiliatoribus seruientibus dictis cellis vinariis, quia conquassantur ex depo-
10 sitionibus aliorum auxiliatorum, vt in facto, Rot. decis. 366. num. 4. par. 5. recent. sed neque illi, neque depositiones Allegretti, & aliorum, qui cum... malionibus operam conductionis vinorum ex Castris, & introductionis in cellas vinarias præstiterunt, in aliquo releuant, cum ex huiusmodi actibus non resultet consequentia, quod emptio, & introductio aliquam vtilitatem D. Ioanni illicitè at-
11 tulerit, atque ideo omnia, quæ obijciuntur, tanquam in suo genere imperfecta minimè Curiam, & adhærentem iuuare possint, Seraph. decis. 1163. nu. 8. Rot. decis. 259. num. 35. par. 5. rec.

Insuper neque ex Parte Curiæ delictum, aut excessus aliquis prætendi potest ex alteratione recepti precij vini ripalis excedentis quantitatem vini pro seruitio Palatij Apostolici in appaltum deductam, & à D. Ioanne à ripæ mercatoribus exacti, quoniam quoad alterationem de illa in præiudicium Palatij nullatenus constat, immò constat de contrario ex mandatis de soluendo subscriptis à D. tunc eiusdem Palatij præfecto, aliisque officialibus, & ministris huiusmodi mandata solitis subscribere; iustitia autem huius precij ipsius conuincitur ex ipsis mandatis, cum ex illis talis probetur conuentio, & de... pretium conuentum præsumatur iustum, ma-
12 gis in hoc casu, quo constat illis eisdem annis, quibus fuit pretium exactum, fuisse vina ripalia communiter... etiam maiori precio vendita, Card... tit. 20. nu. 21. Menoch. præs... 73. num. 1. lib. 3. Gregor. decis. 194. num. ... 231. num. 10. Rota decis. 223. num. 16. in fin. par. 9. rec.

Quoad verò prætensam exactionem factam, vt Curia prætendit, à D. Ioanne, quia in actis non probatur, nisi ex depositione corumdem, qui asserunt, sese soluisse cuidam mercatori asserenti exigere ad D. Ioannis commodum; hæc autem qualitas nedum minimè iustificatur, sed si iustificaretur, nihil esset, cum mercatores, qui soluerunt, & quibus actio repetendi competeret, quatenus exactio fuisset excessiua, non agant, quinimmò nec agere possent, dum
13 soluenti indebitum scienter nulla competit repetitio, l. 1. ff. de condict. indeb. l. cuius per errorem 53. ff. de reg. iur. l. indebitum solutum 9. C. de condict. indeb. Rota decis. 145. nu. 6. par. 3. recent. & in Panormitana pensionis 1. Decembris 1645. coram Reuerendiss. Dunozetto in fin.

ARGVMENTVM.

Causæ appellationum Fiscales, vel criminales, an & quomodo committantur.

SVMMARIVM.

1 *Appellationes in Causis Fiscalibus committuntur iuxta formam motus proprij Pij IV. et Pij V.*
2 *In alternatiuis electio est debitoris.*
3 *In Alternatiuis pœnarum electio est delinquentis condemnati.*
4 *Carcer post latam sententiam æquiparatur relegationi.*
5 *Iudex deferens appellationi abdicat a se iurisdictionem.*
6 *Appellatio conceditur in criminalibus ex capite notoriæ iniustitiæ.*
7 *Vsuræ crimen non probatur ex testibus singularibus interessatis.*
8 *Falsitas non nocibilis actu, nec habitu non est punibilis.*
9 *Contrauentio bannimentis iustificari debet.*
10 *Appellatio permittitur ratione excessiuitatis pœnæ.*

CONSILIVM CCLXXXVII.

Committenda videtur Causa appellationis, quia ex motu proprio Pij Quinti super admissione
1 appellationum in Causis fiscalibus mitigatorio alterius Pij Quarti statuitur expressè, quod appellationes sint committendæ præstita per Partes appellantes cautione in forma depositi pro pœna, in qua sequuta est condemnatio, seu respectiuè de se constituendo in carcere, & ibidem remanendo in quacumque parte iudicii, vt in nouo Bullario Constitutione 24. partis secundæ, fol. 202.

Siquidem per alternatiuam prædictam, seu de se constituendo in carcere, & ibidem remanendo,
2 electio concedenda est condemnato, an potius velit carceratus remanere, quàm cautionem in forma depositi præstare, & præsertim cum in eius potestate non sit illam inuenire, Bald. in l. fin. num. 5. vers. quia in alternatiua, C. de petit. hæred. Rot. in Carpen. bonorum 11. Martii 1622. coram bo. me. Remboldo.

Etenim procedit conclusio etiam in criminalibus,
3 ac propterea pœnæ, vbi imponuntur alternatiuè habito respectu ad personas, non est in optione Iudicis eligere, sed ipsius prætensi delinquentis, Felin. in c. inter cœteras, num. 14. de rescript. cum immò in dubio etiam Iudex eligere debeat minorem, vt ibidem per Felin. num. 15.

Atque ita etiam de stilo seruatur, vt testatur Marches. de commiss. par. 1. tit. de appellat. in caus. criminal. §. 1. num. 131. vers. siue Reo in carceribus firmo remanente.

Neque obstat, quod condemnationi pecuniariæ admixta fuerit condemnatio ad relegationem, tum quia licet carcer sit inuentus ad custodiam, & non
4 ad pœnam, nihilominus post sententiam æquiparatur relegationi, Farinac. de carcer. quæst. 27. num. 104.

Tum etiam quia cum Iudex, à quo detulerit appel-
5 lationi, abdicauit propterea à se iurisdictionem, itaut sententia in hac parte non esset exequibilis, Lancell. de attentat. par. 2. cap. 12. lim. 1. num. 79. in fine, & num. 80. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 97. nu. 124. Farinac. quæst. 101. num. 106.

In hoc autem casu locus est appellationi ex capite
6 notoriæ iniustitiæ, nam ea stante conceditur appellatio in criminalibus, non obstante, quod alioquin denegetur, Mansi cons. 16. num. 6. in fine, & cons. 89. num. 18. Farin. quæst. 101. nu. 112.

Constat autem de notoria iniustitia cum ex deductis in particularibus informationibus, & præcipuè
7 dum crimen prætensæ vsuræ non probatur ex testibus

stibus singularibus interessatis, Feder.de Sen.cons. 64. ante finem, vers. nam omnes testes, Clar.in prax.crim.§.fin. quæst.53. num.19. Menoch.de arbitrar. cas.235.numer.23. & seqq. Lup. in c.quamquam,in præfat.num.27 de vsur.prætensa autem
8 falsitas mandati nec iustificatur, nec actu, nec habitu nocere potuit, quo casu nec quidem pœnæ extraordinariæ est locus, Surd. decis.282. num.18 & seqq. Honded. cons.109. num.55. & seqq. lib. 1.
9 contrauentio verò bannimentis concernentibus assignationem frumenti minus iustificatur, Sola de edict. annonæ, glos.vlt. num.5. & seqq. Decian. tract.crim.lib.7.cap 22.num. 10.& seq. & præcipuè cum nec etiam de bannimentis prætensis quicquã in processu constet.

Tum etiam quia ex prædictis cõstat saltem de exces-
10 su pœnæ, cuius occasione semper permittitur appellatio ad vtrumque effectum, Innoc. Io:Andr. Butr. & cœteri in c. cum speciali, §. porrò de appell. Farinac.dicta quæst.101.num.110.

ARGVMENTVM.

An testibus deponentibus, se vsuras soluisse, credendum sit ad effectum, vt Reus puniatur.

De excusatione à crimine vsurariæ prauitatis.

SVMMARIVM.

1 *Vsura non datur, nisi aliquid augeatur vltra obligationem restituendi sortem.*

2 *Vsura committitur, quando aliquid vltra sortem recipitur ratione solius dilationis temporis.*

3 *Ad Vsuræ exclusionem in dubio fit qualibet interpretatio.*

4 *Ad Vsuræ probationem non admittuntur testes habentes interesse. Etiam si asserant se huiusmodi interesse non prætendere, vt num. 5.*

6 *Vsura non probatur ad effectum puniendi ex testibus singularibus, quicquid sit quoad genericam probationem ad effectum ciuilem, vel inquisitionis.*

7 *Vsura non committitur in venditione frumenti pro precio quanti valebit certo futuro tempore si venditor erat seruaturus frumentum vsque ad illud tempus.*

8 *Solutio spontanea magis præsumitur interuenisse gratia remunerationis, quam vsuræ.*

9 *Vsura non consideratur super eo, quod Iure communi conceditur.*

10 *Contractus duos ex vno actu insurgere non est incõueniens, vel debitum ex vno contractu in alium contractum conuerti.*

11 *Excessiuitas precij non ad vsuram, sed ad cõtractus iniustitiam pertinet.*

12 *Lucri cessantis taxatio ab initio regulariter est prohibita.*

13 *Lucrum cessans licite ab initio taxatur, quando concurrit verisimilitudo, & probabilitas proueniens ex qualitate industriæ creditoris.*

CONSILIVM CCLXXXVIII.

Crimen vsurariæ prauitatis, de quo D.Lutius imputatur, nullam habet concludentem iustificationem ex deductis pro parte Fisci, & adhærẽtium; quoniam partitæ librorum conceptæ sub tenore sequenti, si è rifermato lo scritto per grano, &c.à giulij, &c. lo staro, hà rifatto giulij, &c.non
1 recipiunt sensum, ac interpretationem vsuræ inclusiuam, quia refirmatio apochæ potuit fieri ratione facilioris exactionis pro maiori securitate creditoris, illaque de per se non auget obligationem præcedentem restituendi debitum, Bart. in l.rogasti, §.si tibi, nu.3. & ibi Bald.in fin. Roman num.5. & alij communiter, ff.si cert.petat. Anan.in c.fin.num.19 de vsur. Farinac.cons.191.num.7.& 8. lib.2.

Receptio vero summæ in eisdem partitis adnotatæ per verba prædicta, hà rifatto, non concludit in-
2 telligentiam, quod sit vltra sortem crediti ratione dilationis solius temporis, sicut ad essentiam vsuræ requiritur, Io:Andr. & alij in c. salubriter, de vsur. Rota post lib.1.cons.Farinac.decis.91. num.1. idem Farinac.cons.15.num.24.& seqq. lib.1. & cõs. 162.num.12.25.& 60.lib.2. Rota decis 72.num. 1.in fine, par.2 recent.Gregor.decis.80. num. 2. cum e-
3 tiam intelligi possit, ac debeat magis in ipsius sortis diminutionem ad vsuræ exclusionem, & præcipuè in viro diuite, vt ad exclusionem vsuræ magis comprobat post alios in foro exteriori, & contentioso, ac post Rotæ decisionem in Cremonen prætensarum vsurarum vltima Aprilis 1593. coram Orano idem Farinac.cons.54. num. 2. post med.& num.10. impressa etiam ibidem decisione prædicta, vt num.20.& seq.lib.1.Rot.decis.340.nu. 1.par.1.diuers. & post lib.2. cons. Farinac. decis.16. num.7. Seraph.decis.626.num.3. Cardinal.Mantic. de tacit.lib.8.ti. 15.num.2.& seq.

Testes autem desuper exaduerso examinati minus releuant, tùm quia vltra alias exceptiones deductas in facto, ii sunt, qui soluisse vltra sortem ratione dilationis prætendunt, ac propterea ipsimet declarãt sperare ex iustitia soluti recuperationem; quamobrem ratione huius interesse, absque dubio in his terminis repelluntur, Bald. in l. dictantibus, nu.3. C.de testam. Menoch.de arbitr.cas.235. numer.23. vers.rursus testes, cum alijs pluribus per Farinac.de test.b.quæst.60.num.77. & seq.

Etiam quod plerique asseruerint, se huiusmodi inte-
5 resse non prætendere, ac illi renunciare, quia nihilominus ex eorum depositionibus dignoscitur, eosdem restitutionem hanc facto iustitię sperare, quo casu distinctioni in contrario capite non est locus, vt sentiunt allegati per eumdem Farinac. dicta quæst.60.de testib.num.51. & 52. & Lup. de vsur.com.4.super c.quamquam, in præfat. num.26. ante fin. vers. sed ad hoc melior, Baiard.ad Clar.§. vsura, num.23.ad finem.

Tũ etiã quia omnes sunt testes singulares, qui quicquid sit quoad genericam probationem ad effectum vel ciuilem, vel inquisitionis, certum est, quod ad effectum puniendi criminaliter non admittuntur, Clar.d.§.vsura, numer.9. & quęst.53. num.19. vbi ante med.in vers.ego aliquando, benè declarat Farinac.de testib.d.quæst.60. num.80. 81. & 82. Lup.de vsur.in præfat.d.c.quamquam, num. 27.

Cœte-

Cæterum quando etiam testibus fides aliqua adhiberi posset non tamen inde vsuræ crimen probaretur; nam vbi pretenditur eo respectu, quod frumentum cariori pretio venditum fuerit quàm es-
7 set eius valor tempore venditionis, & vsura cessat in eo, qui probabiliter fuisset frumentum asseruaturus, vt venderet tempore, quo eius pretium augetur, sicut etiam in dubio presumitur iuxta veriorem, & magis receptam tàm Theologorum, quam Canonistarum, & Iuristarum opinionem Summa Angelic. in verbo vsura 4. num. 34. Siluestr. eod. verbo 4. num. 6. Scot. in 4. dist. 15. quæst. 2. art. 2. in fine, Sot. de iust. & iur. lib. 6. quest. 4. art. 2. in 2. conclus. Medin. de contr. lib. 1. §. 95. Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 21. limit. 4. num. 28. ad finem vers. potest. Rebell. de oblig. iust. lib. 8. quest. 8. vers. sit secunda. Medin. de restit. quæst. 38. in 5. caut. in resp. ad 3. ver. vnde aliqui, Ioseph. Angle. in 4. par. 2. tit. de vsur. ratione empt. dub. 2. concl. 1. & seq. Calder. in repet. c. nauiganti num. 8. vers. venditurus. de vsur. vbi etiam Bero. nu. 12. vers. contrariam. Soc. in c. 1. num. 72. vers. & aduerte eodem tit. Nauar. in Manual. cap. 17. num. 239. vers. dixi, non est seruaturus. & cons. 14. de vsur. Couar. var. lib. 2. cap. 3. nu. 6. vers. item 2. Lup. de vsur. in dicto cap. nauiganti. com. 3. §. 5. num. 122. Aym. cons. 145. num. 23.

Vbi verò prætenditur ex receptione dictę summę vltra sortem, & minus crimen iustificatur; Primò, quia nec pactum, nec petitio aliqua processit super huiusmodi facienda solutione, de qua constet;
8 quamobrem cum solutio fuerit spontanea, ac gratis, magis censenda est interuenisse gratia remunerationis licitę, quam vsurę illicitę, vt admittit pluribus comprobans Natta cons. 498. num. 28. & sequitur Baiard. ad Clar. dicto §. vsura numer. 3.
9 cum nec possit vsura considerari super eo, quod Iure communi conceditur, Caball. resol. crim. 286. num 8.

Secundò quia qualitas ipsa refirmationis, seu renouationis apocharum, de qua & libri, & testes loquuntur, ostendit, hanc renouationem continere in se duos contractus, alterum solutionis frumenti anno præcedente habiti, alterum venditionis noui frumenti; cum autem non inconueniens, sed lici-
10 tum sit, tam ex vno contractu duos exurgere, quā etiam debitum ex vno contractu in alium contractum conuerti, cessat propterea vsura, cùm secundus contractus contineat venditionem pretio quidem cariori, sed non vsurario, vt per Rotā in Cremonen. prætensarum vsurarū vltima Aprilis 1593. coram Orano apud Farinac. post consilium prædictum, 54. num. 24. ante med. vers. maximè quod in-
11 conueniens, lib. 1. quandoquidem excessiuitas precij non ad vsuram, sed ad iustitiam contractus pertinet, vt firmat Rota post lib. 2. cons. Farinac. decis. 137. num. 9.

Tertio quia potuit in omnem casum D. Lutius summam prædictam recipere in recompensationem
12 lucri cessantis; quamuis enim illius taxatio ab initio dicatur regulariter prohibita, ex Farin. dicto cons. 15. num. 25. & seqq. pluribus, lib. 1. d. decis. 91. numer. 2. post eumdem lib. 1. & alijs pluribus, quæ
13 possunt allegari, tamen fallit, quando credito pecuniario etiam mutui adiungitur probabilitas proueniens ex qualitate industriæ creditoris soliti actualiter omnes suas pecunias negociari, itaut verisimile sit, illum eam summam lucrari posse; sufficit namque ad vsuræ exclusionem huiusmodi proportio, & verisimilitudo, cum respectu quantitatis attendenda deinde sit solum quantitas interesse, quod actualiter probari continget, vt plenè satisfaciendo omnibus contrarijs decidit Rota in Ianuen. pecuniaria, 6. Iunii 1611. coram Lancellotto, & in eadem prima Martii 1613. coram bo. me. Vbaldo post lib. 2. consil. Farinac. decis. 321. per tot. præcipuè num. 5. 6. 11. 12. & 14. & decis. 372. num. 2. 4. 7. & seq. vt etiam per Gratian. discept. 287. nu. 28. & seq.

ARGVMENTVM.

An, & quando sibstineri possit, taxationem vniformem interesse pro tempore futuro non esse fæneratitiam, nec illicitam.

SVMMARIVM.

1 *Taxatio vniformis interesse ab initio pro tempore futuro est illicita, et fæneratitia. Etiamsi creditor sit solitus negociari, vt num. 2.*
3 *Taxatio interesse omnino incerti, quod potest multipliciter impediri, est illicita.*
4 *Taxatio interesse verisimilis, et proportionata qualitati rerum, et personarum valet. Dummodo deinde probetur veritas in quantitate conuenta, vt num. 5.*
6 *Pecunia dicitur sterilis, et infructifera.*
7 *Vsura committitur, quando aliquid exigitur vltra valorem rei vsu consumptibilis.*
8 *Lucri consideratio fundati in operibus, et industria alicuius cessat post eius mortem.*
9 *Lucri possibilitas consideratur respectu creditoris*
10 *Lucri cessantis, et damni emergentis vt debeatur interesse, plura copulatiuè requiruntur.*

CONSILIVM CCLXXXIX.

Fructus taxati ad vniformem annuam quantitatem scutorum sex pro singulis scutis centum debitis ex causa precij mercium venditarum ad vsū apothecæ artis albæ nullo iure peti possunt ab Archiconfraternitate aduersaria, quæ hæres extitit
1 creditoris eiusdem pretii; quoniam regula est pro debitore, vt quælibet vniformis taxatio interesse ab initio pro tempore futuro censenda sit illicita, & fæneratitia, Io. Andr. in c. salubriter in princ. de vsur. Dec. cons. 111. nu. 5. & cons. 119. n. 10. Roman. cons. 520. numer. 8. Natta cons. 417. numer. 8. etiam quòd mercator sit solitus negociari, Mohedan. decis. 2. & seq. de vsur. Rot. alijs pluribus comprobans decis. 315. par. 2. diuers. & in Lucana locationis 18. martij & 29. Aprilis 1611. coram Cardinale Lancellotto, vbi ampliat etiam in casu, in quo Partes asserant, quod ista scuta sex pro centenario soluantur pro lucro cessante, & damno emergente, quia creditor destinasset pecunias cōuertere in censibus. & si illas conuertisset, habuisset sex pro centenario, vt in eadem decis. 325. nu. 1. 2. & seq. post. lib. 2. cons. Farinac.

Nullaque est dubitatio, quando fructus, aut interes-
2 se futuri sunt omninò incerti, vt quia modo plus modo minus, & aliquando etiam nihil lucri, imò etiam

etiam damnum negociatio afferat, Rot. d. dec. 315. num. 6. vers. quod idem dixerunt Domini, par. 2. diuers. nam proinde iure prohibetur taxatio illius, quod multipliciter potest impediri, D. Thom. 2. 2. quæst. 78. art. 2. vers. ad primum, Sot. de iust. & iur. lib. 6. quæst. 1. art. 3. in 4. concl. Rot. d. decis. 315. nu. 7 & seq. par. 2. diuers. Farinac. cons. 15. num. 25. & seq. lib. 1. & decis. 91. post eumdem lib. 1. num. 2.

Nec obstat, quod ab hac regula recedatur, vbi taxa-
4 tur commodum prouenturum ex re fructifera, verisimile, ac proportionatum, vel qualitati ipsius rei, vel qualitati personarum contrahentium, iuxta distinctionem Cæs. de Graff. decis. 1. & 2. de vsur. quas decisiones secundum distinctionem prædictam intellexit Rot. in Ianuen. pecuniaria, 6. Iunij 1611. coram Cardinali Lancellotto, & post lib. 2. cons. Farin. decis. 331. num. 3. & seqq. & in eadem prima martij 1613. coram bo: me: Vbaldo post li. 2. cons. eiusdem Farin. decis. 372. num. 8. quia præter-
5 quam quòd ad effectum licitæ exactionis non sufficit sola taxatio ab initio, sed necessaria est iustificatio veritatis interesse in quantitate conuenta per veras, & extrinsecas probationes, non autem per Partium confessionem, vt declarat Rot. in eadem Ianuen. tam coram Lancellotto, quàm coram Vbaldo, vt dicta decis. 372. num. 8. & seq.

In casu, de quo quæritur, distinctio non videtur vllo modo applicabilis, ac propterea regulæ non limitationi est adhærendum; quandoquidem aut Pars aduersa prætendit fructus, seu interesse ratione crediti pecuniarij consistentis in quantitate, præcij conuenti, & cessat applicatio, cum pecunia sit sterilis, & infructifera, vt in hoc puncto per Rot.
6 decis. 331. num. 2. & seqq. par. 1. recent.

Aut prætendit fructus in recompensationem illorum qui verisimiliter prouenire poterant ex mercibus apothecæ venditis, & cessat etiam applicatio saltem ratione temporis post obitum venditoris, cui Archiconfraternitas successit, quia vbi prætenditur consideratio lucri ex solis mercibus abstractis à persona venditoris, & circumscripto eiusdem personæ auuiamento earumdem mercium occa-
7 sione, & tunc cum illæ sint vsu consumptibiles, quicquid vltra illarum valorem promittitur vsura est aut patens, aut latens, inquit Sot. de iust. & iur. lib. 6. quæst. 5. art. 3. in 1. conclus. post vers. pro decisione, vers. enim verò vbicumque traditur, D. Thom. 2. 2. quæst. 78. art. 1. in princ. Graff. part. 2. decis. cas. conscient. tit. de vsur. cap. 24. num. 5. Anton. de vsur. cap. 1. §. 5. numer. 13. Conrad. de contr. quæst. 87. in 2. suppos.

Vbi verò consideratio lucri, aut fructum prætendi-
8 tur ex mercibus coniuncto auuiamento, & persona, cuius opera, ac industria in vendendo, & emendo lucratur, & minus post obitum venditoris datur applicatio, ex cons. Riminald. iun. in his terminis 177. numer. 20. 21. 22. & seq. lib. 2. cum cesset tunc ratione obitus creditoris potestas mediante dicta negociatione lucrandi, & consequenter vnū ex requisitis substantialibus legitimitatis interesse Mohedan. decis. 3. de vsur. Put. decis. 237 alias 231. in nou. lib. 1. Afflict. decis. 20. num. 2. Rota Ianuen. decis. 37. num. 11 post med. vers. respondetur, Rot. decis. 371. n. 1. par. 1. decis. 90. n. 3. & d. decis. 315. n. 6. par. 2. diuers. Seraphin. decis. 88. num. 3. decis. 186. num. 1. & decis. 1240. etiam num. 1.

Possibilitas namque lucrandi consideratur respectu
9 creditoris, Hostiens. in c. salubriter, numer. 4. vers. ideo puto, & c. nauiganti, num. 5. vers. quid ergo de vsur. Couar. var. cap. 4. num. 5. vers. item, Nauar. in manual. cap. 17. num. 211. & de vsur. not. 15. nu. 43. vers. pro contraria, & cons. 6. per tot. cod. tit. cum alijs per Rot. in dicta Ianuen. pecuniaria primā Martij 1613. coram Vbaldo, vbi nec opinio Hostiens. tanquam admodum cōtrouersa ad fauorem creditoris admittitur, nisi quatenus cum possibilitate concurrit actus implicationis in negociando, vt in dicta decis. 372. num. 1. 3. & seq. post lib. 3. consil. Farinac.

Cæterum de prætenso interesse damni emergentis,
10 minus etiā in hoc casu agi potest, cū deficiant in hoc quoque requisita Castrens. in l. 3. §. fin. ff. de eo, quod cert. loc. tanquam ea, quæ coniunctim requiruntur tam respectu interesse lucri cessantis, quam prætensi emergentis damni, Honded. cons. 50. n. 30 vers. quæ procederet, lib. 1. & cons. 36. in fine, lib. 2. Mohedan. d. decis. 2. de vsur. Rot. decis. 467. in princ. & num. 1 par. 1. diuers. & in Romana Cambiorum de Gradis 15. Maij 1592. coram Cardinale Millino.

Etiam quacumque protestatione non obstante, Mohedan. d. decis. 2. Rot. in Romana damnorum, & interesse 9. Iunij 1593. coram Cardinale Arigonio.

ARGVMENTVM.

An, & quando testes deponentes, se vsuras soluisse, probent contra inquisitum?

SVMMARIVM.

1 *Vsurarum crimen ex testibus deponentibus, se eas soluisse non probatur ad effectum puniendi.*
2 *Testes singulares super solutione vsurarum non probant.*
3 *Socius criminis nihil probat sine tortura.*
4 *Testis allegans turpitudinem suam non probat contra tertium.*
5 *Testis inimicus non probat.*
6 *Testis falsus omnino repellitur.*
7 *Testis non repetitus non probat in criminalibus.*
8 *Declaratio habendi testes pro rite, & recte examinatis restringitur ad eos, cum quibus lis contestata fuit.*
9 *Declaratio non extenditur ad ignorata.*
10 *Testis de auditu non magis probat quam is, a quo audiuit.*
11 *Testes deponentes, se vsuras soluisse, admittuntur, quando renunciant commodo sibi obuenturo ex depositione. Contrarium, quando beneficio iustitiæ sperant recuperationem pecuniæ solutæ, vt num. 12.*
13 *Testis habens interesse non meretur fidem.*
14 *Opinio magis attenditur quam veritas ad expiscandam alterius voluntatem.*
15 *Testes deponentes, se vsuras soluisse, vt probent, renunciare debent in actis, & ante depositionem commodo sibi obuenturo ex depositione. Et medio iuramento, vt num. 16.*
17 *Constitutio Aegidiana, non autem Carpensis fuit extensa extra Prouinciam Marchiæ.*
18 *Testes asserentes se, vsuras soluisse, admittuntur,*

quando Causa mota est per tertium contra vsurarium. Contrarium num. 19.

20 *In teste paupere modicum etiam interesse est considerabile.*

21 *Numerus non supplet in testibus exceptionem interesse.*

22 *Testis non probat quando alius adductus ab eo in contestem deponit contrarium.*

23 *Verbum vno modo in vno loco acceptum debet etiã sic intelligi in alio.*

CONSILIVM CCXC.

RECeptissima est sententia, quod ex testibus quibuscumque deponentibus, se vsuras soluisse,
1 non probatur crimen vsurariæ prauitatis; præcipuè ad effectum criminalis punitionis, cũ ex eiusmodi depositione resultet commodum, & interesse ipsorum testium in earum repetitione in eodem, vel alio iudicio Feder. de Sen. consil. 64. prope fin. vers. & sunt suspecti, Roman. singul. 360. num. 1. & seq. Felin. in c. personas, 20. nu. 2. de testib. Aym. cons. 6. num. 102. Pedemont. cons. 72. num. 60. Bert. cons. 33. nu. 16. & seq. & cons. 170. num. 10. & seq. li. 1. & cons. 251. num. 29. & 30. lib. 2. Farin. plurimos allegans de testib. quæst. 60. num. 77. & seqq.

Et præsertim, quando omnes testes sunt singulares
2 tanquam deponentes absque contestibus in singulis à se relatis solutionibus, vt in hoc casu, nam tunc absque dubio nihil probant, Feder. de Sen. d. cons. 6. ante fin. vers. nam omnes testes, Clar. in prax. crim. § fin. quæst. 53. num. 19. Menoch. de arbitr. cas. 235. num. 23. & seq. Lup. in c. quanquam, in præfat. num. 27. in princ. de vsur.

Nec obstat depositio Alberti in pluribus prætensis solutionibus contestis adducti, quia in eius dictis nullum fundamentum fieri potest, Primò quia confitendo, se vsuras recepisse, de quibus deponit, se socium criminis facit, qui propterea
3 non solum improbatur saltem absquè tortura ex regulis generalibus, Marsil. cons. 22. num. 22. Vulpell. cons. 3. num. 7. Bertaz. cons. 234. numer. 4. lib. 1. sed quia talis testis allegat turpitudinem suam tãquam ille, qui mediante receptione dedit causam
4 fenori, qui proinde nihil facit, vt in puncto per Felin. in d. c. personas, 20. nu. 2. post med. vers. videlicet quòd tales testes, de testibus. Secundo quia
5 ex depositione filij eiusdem Alberti constat, D. Lutium, ab eo odio haberi ex causa capitali, Bertaz. d. cons. 170. num. 17. lib. 1. & Tertio quia Albertus
6 falsus detegitur, tam respectu temporis à se depositi quàm respectu quantitatis, quod sufficit ad illius repulsam, vt in his terminis per eumdem Bertaz. de cons. 170. num. 11. vers. preterea conuincitur, lib. 1. & demum Quartò, quia non est repe-
7 titus, Gram. decis. 11. num. 2. in fine, Roland. cons. 14. num. 36. & seq. lib. 3. Clar. quæst. 45. num. 13. sed perinde est, ac si non esset examinatus, Io. de Anic. cons. 73. num. 16. & seq. neque enim releuat, quod sit de testibus habitis à D. Lutio pro ritè, &
8 ritè examinatis, quia declaratio hæc restricta est ad testes illos, cum quibus sibi lis fuit contestata, inter quos non est Albertus l. age, C. de transact. l. cancellauerat, ff. de his, quæ in test. delen. Surd. cons. 150. num. 77. lib. 1. & præcipuè cùm non constet de aliorum examine D. Lutium notitiam habuisse, ex quo certum est, declarationem tra-
9 hendam extensiuè non esse ad ignorata; l. mater, ff. de inoff. testam. l. nec ignorans 2. de donat. l. tres fratres, ff. de pact. Rot. in Romana legati 22. Nouẽbris 1607. coram Reuerendissimo Mantanedo.

Minusque adminiculantur depositiones Venturæ, & Nicolai quia vtraquod quilibet est inimicus, & odio habens D. Lutium ex causis relatis in facto, primus deponit de receptione à quodam Bastiano qui non reperitur in rerum natura, l. testium fides 3. ff. de testib. secundus verò deponit de auditu, neque etiam concludenter ab eodem Alberto,
10 quamobrem eiusdem effectus est copia, cuius originale, c. licet ex quadam, de testib. Surd. cons. 135 num. 96. lib. 1. Seraph. decis. 1075. num. 3.

Non etiam obstat, quod testes interesse, & commo-
11 do sibi ex eorum depositionibus obuenturo renunciauerint, iuxta doctrinam Bald. in d. l. dictantibus, num. 3. C. de testib. cum alijs per Farin. de testib. quæst. 60. nu. 51. & seq. & Sarnen. decis. 10. lib. 2. etenim non propterea depositiones in casu, de quo agitur, releuant, Primò quia, vt aliàs fuit di-
12 ctum, cautela hæc in istis testibus fuit verbalis, eum ex modo deponendi realiter liqueat, eosdem nihilominus beneficio iustitiæ, ac iudicare debẽtis omninò recuperationem soluti sperare, Lup. in d. c. quamquam, in præfat. num. 26. ante finem, de vsur. sub vers. sed ad hoc melior, Baiard. ad Clar. §. vsura, num. 23. ad finem. Secundò, quia ex processu constat de publica voce, & fama, quòd Commissarius expeditus in hac Causa contra D. Lutium habebat sufficientem authoritatem liberandi, & absoluendi eos eiusdem D. Lutii debitores, qui se contra ipsum examinarent; nam propterea appa-
13 ret, hos testes tanquam motos ex commodo, & vtilitate certa ad deponendum fidem non mereri Farinac. de testib. d. quæst. 60. num. 10. cum & cer-
14 tum sit, quod ad expiscandam alterius voluntatem magis attendatur illius opinio quam veritas, l. quo loco, §. si iam mortuo, ff. de hæred. instit. Rot. decis. 453. num. 9. in fin. par. 1. recent, & Tertiò quo-
15 niam omnes admittentes, renunciationem interesse præbere fidem testibus deponentibus de vsura à se soluta, requirunt hanc renunciationem apud acta, vel ante depositionem, vel depositionis tempore, sicut etiam requirit Cõstitutio Marchiæ lib. 3. cap. 13. de qua etiam meminit Baiard. ad Clar.
16 §. vsura, num. 24. cum imò testes iurare debeant, non prætendere commodum consequi ex testificatione secundum Felin. in c. personas, in fine, vers. nisi testes fortè iurassent, de testib. prout etiam sentit Peguer. decis. crim. 35. num. 1. quapropter releuans esse nequit in hoc casu, in quo asserta renunciatio legitur post perfectum examen, minusque dictæ Constitutioni locus esse potest, cum non sit
17 Aegidij, sed additio Carpensis, quæ localis est, stante sola extensione extra Prouinciam quoad Constitutiones Aegidianas, Rot. decis. 6. numer. 3. par. 4. diuer. & in Imolen. damnorum 22. Iunij 1611 coram Cardinale Sacrato.

Nulla autem vis fieri potest in distinctione, de qua
18 loquitur Farin. d. quæst. 60. num. 84. de testib. vt scilicet probent asserentes, se vsuram soluisse, quando depositio est in Causa per tertium mota contra vsurarium, tum quia distinctio non applica-
19 tur huic casui, tum quia verior, & magis recepta est contraria, cum semper in vtroque casu militet eadem ratio interesse, Feder. de Sen. d. cons. 64. ante fin. vers. & similitudo Causæ, Roman. d. singul. 360. num. 2. Felin. d. c. personas 20. numer. 2 post princ.

vers.

verf.&quia habent consimilem causam, de testib. Laurent.de Rodulph.de vsur.cap.2. quæst.117. nu. 153.alias 26.27.& seq.& in Causa mota à tertio loquitur Bald.in d.l.dictantibus,num.3. vers. vtrum in Causa Titij, C.de testib. prout etiam intelligit Menoch.de arbitrar.d.cas.235. nu.25. & ipse etiam Farinac.de testib.d.quæst.60.num.85.

Modicitas verò interesse, ac testium numerus minus fidem testibus tribuit, quia in his testibus, qui
20 pauperes,ac viles dicuntur rustici,modicum quoque interesse dicitur considerabile, glo. in l. sed si susceperit,§.1.in verbo tā modica,ff.de iud.Alciat. in l.hæc verba,num.9.ff de verb. sign. Tiraq. in l. si vnquam, in verb. omnia, vel partem, num.27. & 31.C.de reuocand.donat.Menoch. de arbitrar. cas. 148.num.4. Rot.in Carpen. bonorum 20. Nouembris 1620. coram Sacrato.

Numerus autem nunquam supplet, quando testes
21 repelluntur ratione interesse, Aym.cons.99.n.10. Gabr.de testib. conclus.5. & 6. num. 8. Farin. alios plures adducens,de testib.d.quæst.60.num.14.

Præsertim cum etiam testes sint varij, sibi ipsis contradicant, & alias etiam patiantur exceptiones,de quibus in particulari memoriale,&signanter dum
22 allegant alios in contestes contrarium deponentes; nam propterea omninò inhabiles redduntur, Mascard.de probat. conclus.1368. num.1. Magon. decis.Lucen.17.num.8.

Denique nihil faciunt prætensæ partitæ librorum D.Lutii, tum quia nihil exinde concluditur necessario ad crimen, cum verba, hà rifatto, in quibus Curia se fundat,hanc recipiant interpretationem, vt intelligatur refactio ad bonum computum sortis, quemadmodum reficere, ex ipsis corporibus redigere, & colligere intelligunt text. in l.1.§.iubet,vers.si frater in verbo refecta pecunia ff.de col.bonorum,in l.quærebatur, 81.in verb.refici,ad l.falcid.in l.3.§.fin.in verb.pecuniaq.refecta,ff. de vsur.in l.ita autem, in princip.ff. de admin. tut. & in l.omnibus,17. C.de fideiussor.

Tum etiam quia in vna ex eisdem partitis clare legitur refactio ad bonum computum,quamobrem
23 verbum vno modo in vno loco acceptum debet etiam sic intelligi in alio,Bart.in l.vtrum,in princ. ff.de reb.dub.Gabr.cons.128.numer.14.lib.2.Surd. cons.563.n.17.vers.facit,lib 4.

ARGVMENTVM.

An, & quando pro fideiussionis prestatione liceat aliquid recipere sine delicto.

De exceptionibus contra testes.

SVMMARIVM.

1 *Inditia delicti cessant, quando cessat delicti substantia.*
2 *Vsura non constituitur, nisi vbi intercedit mutuum formale, seu saltem fictum, & interpretatiuum.*
3 *Pro Fideiussione licet aliquid recipere. Dummodo discretè, & moderate, vt num. 4.*
5 *Ad fideiussionis mercedem taxandam respicitur qualitas periculi, & dispendium fideiussoris.*
6 *Excessiuitas precii non pertinet ad vsuram, sed ad contractus iniustitiam.*
7 *Hebræorum testimonium nullius est momenti contra Christianos.*
8 *Testes habentes interesse non probant.*
9 *Testes singulares deponentes de confessione extraiudiciali non faciunt inditium considerabile.*
10 *Testis non probat, quando alius adductus ab eo in contestem negat.*
11 *Lectio cessat ex oneribus, et pacto de retrouendendo.*

CONSILIVM CCXCI.

Nihil ex Parte Fisci, & adherentium deducitur, quod inferat crimen, ac delictum punibile,
1 ideoque vbi subiectum delicti deficit,necesse quoque est,inditia,& alia cessare,in quibus insistitur, tanquam qualitates sine substantia entis. Boss.de delict.num.26.ante finem, vers.nam qui vult probare, Bald. cons.465.num.1.2.3.& seq.lib.4.Paris cons.167.num.1.in fine,lib.4.Grammat.cons.crim. 36. num.8.post med.vers. & sic Caball. resol.crim. cas. 286.num.3.& seq.

Constat autem,subiectum in prætensis delictis deficere, quoniam respectu cessionis societatis officij scutorum 300.ad effectum prætensæ conuētionis fideiubendi in censu scutorum 6600.in sorte, vbi etiam verificaretur, non tamen infert delictum,
2 quia nec vsuraria, nec illicita est huiusmodi pactio, cum nunquam detur vsura, nisi vbi intercedit mutuum formale, seu saltem fictum, & interpretatiuum, Siluestrina in verbo vsura, in fine princ. Molin. de contr.disput.303. num.7. Seraph. decis.559.num.3.Rot.decis.195.nu.2. par.2. diuers.
3 & propterea, quod in his terminis talis conuentio non sit illicita ratione periculi,firmant Nauar. in manuali cap.17.num.285. ante fin. Couar. var. resolut.lib.3.cap.2.num.6. Calcan. cons.35. nu.11. Cardinal Mantic.de tacit. lib.6. tit.6. num.6.Rot. decis.679.num.2.par.1.diuers. & apud Greg.decis. 76.num.4. &decis.161.num.1.

Neque ideo illicitus est contractus, quia non indi-
4 stinctè licitum reputetur aliquid recipere loco mercedis pro fideiussione, sed discrete, & moderate, vt per Gregor.d.decis.161.num.2.& seqq.ex quo infertur exaduerso, illicitam fuisse pactionem, quod nisi infra certum tempus crearetur census, in quo fideiubendum, pecuniæ cederent lucro debentis fideiubere, tum quia cum in hac materia non possit constitui certa regula, sed conside-
5 randa sit qualitas periculi, & dispendium fideiussoris, satis vtrumque intercedebat hoc casu ob periculum imminens, ne is, pro quo erat fideiubendum interim aliquid notabile de rebus suis alienaret, aut notabilibus debitis, & hypothecis se subiiceret, & ob dispendium,quod fideiussor interceßurus ex perquisitione pecuniarum eius nomine patiebatur, Greg. d. decis.161.num.3. Rot. in Romana pecuniaria 16.Februarii 1607.coram Sacrato.

Tum etiam quia ad vsurariam, & illicitam qualita-
6 tem non pertinet, sed ad iniustitiam contractus excessiuitas, Rot. post.lib.2.consil.Farin.decis.137. num.9.

Sed veritas est, quod nec cessio societatis ex dicta causa, nec pactum prætensi lucri vllo modo probatur aduersus publicum instrumentum solutionis pecuniarum numeratim coram notario, &

 testi-

testibus, & laudum cum re iudicata subsequu-
7 tum; nam depositio hebræorum nullius est momenti, c. non potest, & c.pagani,2. quæst.7. Afflict.decis.314.per tot.vbi quod de Iure canonico neque in contractibus, neque in iudiciis illis fides aliqua contra Christianos adhibetur, Farin. de testib.quæst.56.numer.222. ad med. vbi etiam de veriori.

Et præsertim cum patiantur etiam alios defectus,
8 ex quo alter ex eis habet interesse, alter verò est ipsius interessati famulus, quo casu neque etiam admissibiles sunt Christiani, itaquod neque hoc casu aliquid permittitur Iudicantis arbitrio, Bald. in c. cum nuntius, num.1.vers. & nota, de testib. Farin.de testib.quæst.60.num.18.

Depositio verò aliorum consistens in sola confessio-
9 ne extraiudiciali non solum patitur defectum singularitatis respectu loci, & temporis, quæ propterea nec etiam facit inditium considerabile, Farinac.quæst.82.num.45.

Sed nec etiam concludenter probatur, vt requiritur, Farin. ead. quæst.82. num.44. siquidem alter ex duobus testibus, qui singulariter de hac prætensa confessione deponit, non solum est varius,
10 sed in contestem allegat alterum, qui examinatus hoc expressè negat. Bald.in c. cum causam, numer.17. de testib. Magon. decis. Lucen.17. numer.8.

Quoad emptionem viginti locorum montis fidei precio scutorum septuaginta pro quolibet loco res nullam patitur difficultatem, cum appareant vinculata, & subiecta propterea periculo euictionis,
11 ratione præsertim certi fideicommissi; quapropter absque dubio onera accedentia obligationi de retrouendendo pro eodem precio non solum faciunt contractum licitum, sed excludunt læsionem, Greg. decis.553. nu.13.& 14. Rot. decis.648. num.1.par.1. recent.

ARGVMENTVM.

De eadem re. Et an contra eum, qui negat, se pro fideiussione aliquid recepisse, agi possit criminaliter, si constet de mendacio.

SVMMARIVM.

1 *Pro fideiussione licet aliquid recipere.*
2 *Petenti plus debito totum licitè negatur.*
3 *Accessoria pertinentia ad delictum non dantur, vbi delictum ipsum non datur.*
4 *Mendacium non facit inditium, quando Reus etiam si confessus fuisset, non sibi praiudicasset.*
5 *De Rixa non inditiatur ille, qui negat, se interfuisse in loco rixæ, quamuis constet de mendacio.*
6 *Inditia non oriuntur ex ijs, quæ stare possunt sine delicto.*

CONSILIVM CCXCII.

Videtur hæc vexatio ab omni iustitia aliena, quia cum ex alias adductis constet, neque etiam ex deductis in querela excessum punibilem criminaliter resultare, ex quo pro fideiussione licet ali-
1 quid recipere, quantitas autem receptionis concernit huius pactionis iustitiam, vel iniustitiam, non autem efficit contractum illicitum, ac punibilem ex communi opinione, quam etiam Rota sequitur, vt decis.679. numer.2. par. 1. diuersor. & san.mem.Gregor.decis.76. numer. 4. & decis. 161. num. 1.

Frustra exaduerso insistitur in prætextu, quod criminaliter agi possit ex eo, quia D. Io: Baptista negauerit recepisse pecunias ad effectum se obligandi,
2 quoniam præterquamquod petenti plus debito totum licitè negatur, Menoch.de arbitr.cas.77.nu. 15.Asin.in prax.§.32.cap.2.limit. 10.num.1. & seq. Caputaq.decis.108.n.12.& seq.par.2.

Huiusmodi negatio nullum præsefert inditium, in quo Curia, & adhærens se fundare possint, tū quia dum tam querela, quam inquisitio in hoc casu formata non continet delictum, aut crimen punibile, impossibilis est applicatio prædicti, vel alterius cuiuscumque prætensi inditij, cum non dentur
3 accessoria pertinentia ad delictum, vbi delictum ipsum non datur, Boss.de delict. num. 26. ante fin. vers.nam qui vult, Bald.cons.465.num.1. & plurib. seqq.lib.4.Paris.cons.167.num.1.in fin.lib.4.Gram. cons.crim.36.num.8.post med.Caball.resolut.286. num.3.& 4.

Tum etiam quia nunquam ex mendacio resultat ali-
4 quod inditium, quando illud, super quo dicitur emanasse, vbi ab initio libera interuenisset confessio, non fuisset pertinens ad delicti substantialia, itaquod neque inditium ad delictum fecisset, Marsil.cons.15.num.15. ad med. vers. præterea etiam respondeo, & num.seq.& cons.51.numer.66.ante med.vers.quia istud, quod negarunt, inferēs, quod
5 negans interfuisse rixę, vel in loco ipsius non propterea de rixa inditiatur, quamuis constet, eum mentitum, quia existentia in loco rixæ de per se alio non probato non infert delictum, Boss.de indit.num.36. post princ. vers. & tale mendacium, Bertaz.cons.crim.59.num.6.& 7. & cons. 60. num. 11.lib.1.Farin.quæst.52.num.14.& cons.60. nu.69. lib.1.& cons.127.num.9.& 36.& cons.192.num.21. ante med.vers.tum etiam quia si fassi fuissent, lib. 2.& cons.222.num.14.lib.3. Giurb.cons.crimin.87. num.27.

Et hinc est, quod neque etiam inditia alicuius con-
6 siderationis desumi possunt ex ijs, quæ possunt stare absque delicto, Vulpell.cons.97.num.3. Bursatt. cons.336.num.16.lib.3.Farinac.cons.37.numer.20. lib.1.& cons.147.num.39.post med. vers. ex regula communi, lib.2.

ARGVMENTVM.

De eadem re cum remotione contrariorum.

SVMMARIVM.

1 *Contractus non præsumitur feneratitius.*
2 *Pactum receptionis mercedis pro fideiussione præstanda valet.*
3 *Fideiussio de sui natura habet periculi concomitantiam.*

4 Fide-

4 *Fideiussor etiam si nullum subeat periculum iacturæ, molestiæ, aut laboris, potest recipere præmium fideiussionis.*
5 *Hebræi non sunt idonei testes contra Christianos.*
6 *Testes singulares de confessione extraiudiciali deponentes non probant.*
7 *Implementum habetur pro præstito, quando non stat per implere debentem.*
8 *Fideiubendi obligatio est precio æstimabilis.*
9 *Fideiussionis præmium ad rationem quinque pro singulis centum, vel annuæ præstationis donec fideiussio duret, non reputatur excessiua, vel contra iustitiam.*
10 *Criminalitas non datur ex sola iniustitia contractus, vbi deficit vsuræ substantia.*
11 *Depositi negatio cum dolo importat furtum.*

CONSILIVM CCXCIII.

TVtius esse abstinere à pactione, vel receptione mercedis pro fideiussione præstanda, non infert Curiæ facultatem criminaliter vexandi paciscentem, aut recipientem, imò Curia etiam in dubijs opinionibus deberet adhærere regulæ, quod con-
1 tractus nunquam fœneratitius præsumitur, l. si & pactione, C. de vsur. Surd. in his terminis cons. 306 num. 1. lib. 3.

Neque aliquid deferēdum authori damnato ex speciali Constitutione Clementis Octaui, quatenus improbam esse hanc pactionem defendit, quia cō-
2 munem esse opinionē in contrariū testatur, ijdem exaduerso allegati, Couar. var. lib. 3. cap. 2. numer. 6. post med. vers. quorum opinio communis est, & Lup. in c. nauiganti, de vsur. com. 3. §. 1. num 19. post med. vers. sed præcedens opinio est communiter recepta.

Et vere quidem communis est, a qua in iudicando recedi nequit, cum fundata sit in textu l. si remunerandi, §. fin. ff. mand. & in l. hoc iure, §. Labeo ait, ff. de donat. cum illam plurimi comprobent relati per Couar. & Lup. vbi supra, & plenè per Surd. d. cons. 406. num. 2. & seqq. & per tot. lib. 3. vbi in specie reprobat dictum authorem, quem in principio in ratione dubitandi adduxerat, eādemque sequuta sæpius fuerit Rot. vt in decis. 679. num. 2. part. 1. diuers. & apud Gregor. allegat. decis. 76. & 161. & demum hanc esse communem Iurisconsultorum, Canonistarum, & Theologorum benè tueatur Azor. institut. moral. par. 3. lib. 11. cap. 22. col. 3. in princ. vers. dubium quintum.

Nec obstat, quod à communi sit recedendum in hoc casu ratione deficientis periculi, ratione deficientis causæ, & ratione deficientis iustitiæ, quoniam imò contrarium est verius.

Nōn deficit periculum, quia exaduerso talis deficiē-
3 tia non probatur, & de sui natura non solum fideiussio habet periculi concomitantiam ex rationibus eiusdem Couar. exaduerso allegati d. lib. 3. ca. 2. var. num. 6. post princip. vers. nec ambiguum, sed in hoc casu maximum versabatur, cum fideiussio præstanda esset in censu sui natura perpetuo, itaquod ante extinctionem facile contingere poterat mors debitoris, qui mole æris alieni, & fideicommissis, ac primogenijs grauatus moriēdo inanem fideiussori spem releuationis reddebat, & nihilominus licet sint opiniones, an fideiussor, qui in fideiubendo nullum periculum incurrit iacturæ, molestiæ, aut laboris, licitè possit præmium
4 pro fideiussione exigere, verior est affirmat iua, cum duabus ex causis præmium fideiussor exigere possit, vel ob periculum, vel etiam ob solam obligationem, quam in se suscipit ad soluendum pro debitore, cum talis obligatio sit precio æstimabilis, vt benè comprobat idem Azor. instit. moral. d. part. 3. lib. 11. cap. 22. col. 3. ante med. vers. dubium sextum. Molin. de contr. disp. 319. numer. 1. vers. ratio.

Non etiam deficit causa ex eo, quia fideiussio, ob quam pecunia sit data, non fuerit præstita, tum quia non constat, pecuniam datam fuisse in hanc causam, & sub pacto, quòd liceret lucrari etiam fideiussione intra certum tempus non præstita, quā-
5 doquidem hebræorum assertiones etiam ratione interesse nullius sunt momenti; Bertaz. in his terminis cons. crimin. 251. a num. 5. ad 13. lib. 2. alii verò, qui deponunt de sola confessione extraiudiciali, sunt singulares, & patiuntur exceptiones relatas in facto, Bertaz. eodem cons. 251. numer. 29. & seq.

Tum quia, vbi etiam probarent, eorum depositio magis probat veritatem, & existentiam causæ
6 exclusiuam delicti, quia nullus ex allegatis exaduerso probat, eum, qui recepto præmio promisit infra certum tempus fideiubere sub pacto, quod elapso eo tempore non teneretur ad eius præmii restitutionem, illud præmium retinendo delinquat; quin etiam prætextus delicti omninò
7 excluditur, & quia non dicitur deficere causa receptionis, quando non stetit per eum, qui certo tempore promiserat implere, l. Labeo scribit si mihi, 50. ff. de contr. empt. glo. in l. si rem tibi, 19. §. si quis sponsionis, vers. victori, ad med. ff. de prescript. verbis. Card. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 26. num. 25. Cæsar. de Graff. decis. 1. numer. 3. de solut. Rot. decis. 92. num. 6. par. 2. diuers.

Et quia negari non potest, quia durante eo tempore, D. Io: Baptista obligatus esset ad fideiubendū: huiusmodi autem actio de fideiubendo ab initio
8 sufficiens fuit ad exclusionem delicti, cum esset æstimabilis, imò & fortius æstimabile etiam sit, quod quis, vel promittat, vel paratus sit fideiubere, Sot. de iust. & iure lib. 6. quæst. 1. art. 2. col. 12. post princip. vers. ex quo rursus infertur, Azor. instit. moral. par. 3. lib. 5. de vsur. cap. 2. prope fin. vers. nam est obligatio, qua se obligat, ex dicto lib. 11. cap. 22. col. 4. post. med. vers. sicut obligat, & huius quoque sensus est Nauarr. in comment. de vsuris, n. 62. post princ. vers. nam & Sotus confitetur.

Non etiam deficit iustitia, quia licet verum sit, præmium à fideiussore moderatè esse recipiendum, nullus ex adductis exaduerso probat id, quod prætenditur in hoc casu receptum, iustitiam excedere; quamuis enim Rota apud Gregorium exemplificet de duobus pro quolibet centenario, non tamen dicit, quòd amplior receptio sit excessiua,
9 & de quinque pro singulis centum licitè percipiendis loquitur idem Lup. in dicto c. nauiganti, de vsur. com. 3. §. 1. num. 19. post princ. vers. veluti quinque pro quolibet centum, & pariter de quinque pro singulis centum loquitur Conrad. de cōtract. tract. 2. quæst. 40. in princ. & col. 3. vers. quarta conclusio, & quod magis est de annua quantitate licitè percipienda quousque se extendit tempus contractus, cuius contemplatione intercedit fideiussor, loquitur Surd. d. cons. 306. in princ. & n. 7. in fine, vers. nec est contra iustitiam distributiuam.

Et

at nihilominus certum est, ratione solus iniustitiæ
10 contractus non admitti criminalitatem, cum in eo deficiat vsuræ substantia, & diffinitio, vt in his terminis per eumdem Surd. eod.consl.306.num.5. ante finem & num.seq.

Deficit ergo subiectum, vt applicari possit iniustitia retentionis etiam desumpta ex inficiatione inter-
11 cipiendi, & præsertim cum non versemur in deposito, in quo loquuntur contraria concurrente dolo consistente in negatione absquè vlla causa, vt per eumdem Farin.ex aduerso allegatum quæst. 168.num.5 & seq.

ARGVMENTVM.

An, & quando in crimine vsurarum possit Iudex procedere ex officio De impugnatione monitorii transmissi in crimine vsurarum.

SVMMARIVM.

1 *Super Inquisitionis ineptitudine quilibet auditur ad impediendam inquisiti condemnationem.*
2 *In Vsurarum crimine non proceditur sine accusatione ex generali consuetudine.*
3 *In vsurarum crimine proceditur ex officio quando ij, qui soluerunt, iurarunt non repetere, vel quando inquisitio fit ad correctionem peccati.*
4 *Accusatio vel inquisitio non exprimens locum, tempus, & personas cum quibus delictum prætenditur [illegible], non admittitur.*
5 *Delicto cessante non est agendum de inditijs.*
6 *[illegible] ratione maioris periculi recipere [illegible] quantitatem, quam a fideiussore recipere potuisset.*

CONSILIVM CCXCIV.

BOssius in tract.crim.tit. an in criminal. iud. quis [illegible] ab [illegible], & contumace interuenire [illegible] quod quilibet, inquit, cuilibet [illegible] disputatione super ineptitudine inquisitionis, [illegible] teneri defensionem contumacis ex [illegible], vel alias ex eisdem resultantem [illegible] ad excludendam Rei condemnationem, comprobat Farinac. quæst.99. nu. 239. vbi infert, quod ità tam de Iure, quam ex praxi [illegible].

Monitorium autem contra D.Lutium transmissum tale est, vt ex pluribus deueniri neutiquam possit ad condemnationem pœnæ comminatæ: Et pri-
1 mo quia inquisitio, & monitorium desuper formatum apparet ex solo Iudicis officio, & solo Fisco instante; quamuis enim hodie, quicquid sit de iure, ex generali consuetudine procedi possit per inquisitionem in omnibus delictis tam publicis quam priuatis, itaut dicatur remedium ordinarium, vt per Farin.quæst.1.num.9.tamen de generali quoque consuetudine est, quod in crimine
2 vsurarum non proceditur sine accusatione ex allegatis in facto, Carauit.rit.20.in fine, & Guazzin. de defens.Reor.defens.3.cap.1.num.7.sed quòd [illegible] conclusioni reiectis contrarijs sit adhærendum comprobat Innoc.in c.ad nostram, 20.num.1 [illegible] & magis restitutio vsurarum, & num. seq. de

3 Iure iur. inquit enim solum permitti Iudici ex officio inquirere super vsuris, quando ij, qui illas soluerunt, iurarunt non repetere, vel quando vult inquirere ad correctionem peccati, & pro canonica imponenda pœnitentia, secus verò in alijs casibus, & Innoc. sequitur Peguer. decis.35. in principio, vers. altera verò opinio, & numer. 1. & 3.

Secundò quia ineptum est monitorium tanquam exprimēs dumtaxat genericè, fuisse vsuras à D.Lutio perceptas occasione societatum officiorum initarum nomine Olimpiæ filiæ tacitis personis, cum quibus societates sint contractæ; quemad-
4 modum enim non admittitur generica accusatio non exprimens locum, tempus, & personas specificas, cum quibus delictum dicitur commissum l.libellorum, ff.de accus.c.fin.§.libellorum, 2.quæst. 8.ita etiam hanc specificam expressionem continere debet inquisitio, itaut alioquin sit nulla, & præsertim cum hoc casu ex hac generalitate adimatur Reo deliberatio super defensione quoad corpus prætensi delicti, vt plenè per Farin.eadem quæst.1.num.11.& seq.

Tertio quia ex facto in ipso monitorio relato non
5 resultat delictum, quo cessante absque dubio cessant omnia prætensa inditia, omnesque prætensæ rationes, ex quibus asserta vsura elicitur, Boss. de delict.num.26.post med.vers.nam qui vult, & nu. 32.Bald.consl.465.num.1.2.& seq. lib.4. Paris. consl. 167.post num.11.vers.nec obstat, lib.4. Grammat. consl.crim.36.num.8.post med.vers. & sic vbi non est substantia, Caball.resol.crim.cas.286. numer.3. & seq.

Siquidem cum personę obligatæ in prætensis societatibus possint esse minus idoneę, quamuis plures ad restitutionem sortis, periculum autem probabile amittendi sortem sit pretio æstimabile, quia sors cum periculò magis valet, quam sine pericu-
6 lo, licitum est ratione illius aliquid vltra percipere, prout etiam mutuator, quando sine fideiussore magis idoneo non esset mutuaturus, licitè percipit eam ratione huius periculi quantitatem, quam fideiussor idoneus ab ipso mutuatario percipere potuisset, nè mutuator sit deterioris conditionis, subijciendo se periculo amissionis sortis in credendo sine id neo fideiussore, quàm esset ipse fideiussor, quando fideiussisset, Medin.de restitut. quest.38 caus.3.vers.in oppositū tamē, Petr.Nauar. de restit.lib.3.cap.2.num.342.vers. tertia causa, Azor.instit.moral.par.3.lib 5.de vsur.cap.6. vers. altera opinio, Scac.de camb.§.1.quæst.1. num.493. & seq. & de communi, & magis recepta Less. de iust.iur.lib.2.cap.20.num.111.

ARGVMENTVM.

Vsuræ vsurarum an, & quando sint prohibitæ.

SVMMARIVM.

1 *Vsuræ vsurarum prohibentur, & propterea datur earum repetitio.*
2 *Interesse quando debetur non accessoriè, sed de per se principaliter, consideratur tamquam sors, & potest aliud parere interesse.*

3 *Interesse cum debito a fideiussore solutum repetitur tanquam sors cum alio interesse.*
4 *Interesse translatum in sortem ex conuentione Partium, quandoque debetur, vt in cambijs, & recambijs.*
5 *Solutiones non cedunt in causam vsurarum, quando vsuræ sunt indebitæ, vel illiquidæ.*

CONSILIVM CCXCV.

Locus est repetitioni vsurarum, quia cum ex deductis in facto constet, solutas fuisse vsuras
1 de vsuris, & exactio vsurarum de vsuris sit prohibita, datur propterea repetitio ex veriori, & magis recepta, quicquid aliqui in contrarium senserint, Afflict.decis.291.num.3. ex text.in l. improbum, C.ex quib.cau.in fam.irrog.&Clem.1.de vsur. cum quibus concordat text.in l.fin. C.de vsur. rei iud.Bologn.l.1.num.123.ante med. vers.& pro cõtraria, & numer.seqq.C.de sent.quæ pro eo, quòd interest, Dec.in c.cum venerabilis,numer.61. vbi reddit rationem, ne detur excessus in infinitum de except.Ruin.cons.55.num.28.lib.2. latè Lup. in l.curabit,comment.primo,§.6.num.120. vbi contrarijs omnibus respondet,C.de act. empt. Franc. decis.254.num.14. ad fin. vers. sed tamen semper iudicauimus,Morot.in eamdem sententiam Francum adducens cons.65.num.3.præcipuè in fine, Mastrill.decis.124.nu.30.par.2. prout etiam Mart. dec.Pisana 165.n.16.Cannet.in extrau.Siciliæ,volentes, cap. incip. at non erit, num.4.& seqq. fol. mihi 92.Gabr.de solut.conclus.10. num.7. & seqq. Hect.Fœlic.de societ.cap.24.num.60.&seq.vbi alios plures allegat, & hanc testatur veriorem, & sequendam Rimin.iun.cons.804.num.38.& seq.lib.7. Costa de port.& rat.cap.142.n.11. & seqq. Peregr. cons.100.nu.38.& seq.lib.1.Roder. de ann. reddit. lib.3. quæst.10.num.49.& seq.& hanc sequiturRota firmans,non esse admittendum, quòd vsura, seu interesse in capite anni efficiatur capitale,quia superfætatio, & anatocismus, & fænoris renouatio omnino prohibetur,vt decis.315.num.8. par.2. diuers.

Stante autem hac Rotæ opinione, quæ etiam tot. authoritatibus fulcitur, frustrà exaduerso agitur de sustinenda opinione contraria, & præsertim quia demptis tribus casibus huic, de quo agitur minimè conuenientibus, in cœteris non dantur authoritates considerabiles.

Primus casus est, quando interesse debetur de per
2 se principaliter, & non accessoriè ad capitale, vt quia sors non sit petibilis,nec debitor ad illius solutionem cogi possit, prout est in censu, tunc enim datur ratio huic casui non applicabilis, quòd interesse petitur tanquam sors, non autem accessoriè ad illam; non concurrente autem hac ratione loquuntur Franc. d. decis.254.num.9. & 11. in fin.& seq.Soc.cons.41.num.5.& seq. lib.4.& præcipue num.10.Ruin.cons.103.num.4.lib.1.Vinc.de Anna sing. 261.Milanens.decis.8.numer.352.lib.1. Hond.cons.50.num.28.lib.1. & Castil.decis.22. nu. 46.lib.1.

Secundus casus est, quando debitum, & interesse
3 non cadit in vnum eumdemque debitorem, sed quis pro alio, veluti fideiussor soluit debitum, & interesse, & postea repetit ab eo, pro quo soluit; etenim in hoc casu huic non adaptabili solutum a repetente in totum sors reputatur, & sub hac ratione loquuntur Franc.d.decis.254. num 15. & alij per Milanens.d.decis.8.num.351.lib.1.& sequitur Menoch.de arbitrar.in addit.ad cas.119. n.47. vers.præterea, & Roder.de ann.redd.d.lib.3.q.10. num.53.

Tertius est casus, quando interesse transfertur in
4 sortem, & capitale ex Partium expressa conuentione, quę hic cessat, non quidem indistinctè, sed in certo casu ratione commercij, prout cõtingit in cambijs, & recambijs, quando sunt realia iuxtà Constitutionem Pij Quinti,Rot.Ianuen. decis.78.num.15.Menoch. cons.1181. num.1. & seq. lib.12.

Nec obstat, quòd tam de Iure, quam ex pacto solu-
5 tiones prius applicatæ in causam vsurarum quam sortis faciant cessare repetitionem,quia obiectum procedit quando tempore solutionis vsuræ sunt omnino debitæ, ac liquidæ,secus si non sint debitæ, vel etiam earum pretensio sit illiquida, vt in hoc casu textus est in l.in ijs 5.§.Imperator,ad fin. vers.quod generaliter,ff.de solut.Vincent.de Anna sing.54.num.4. Laderch. cons.162.num.1.& seqq. Decian.cons.60.num.24.& 25.lib.2.

ARGVMENTVM.

An, & quando Causa criminalis super vsuris intentata coram A.C.remittenda sit ad Partes in prima instantia.

SVMMARIVM.

1 *Causæ tam ciuiles, quam criminales coram Iudice ordinario in Partibus cognosci debent in prima instantia.*
2 *Vsurarũ crimen est mixti fori, quando factum est certum, sed quando dubitatur, an adsit crimen, cognitio pertinet, ad Iudicem Ecclesiasticum.*
3 *Causę Ecclesiasticæ cognoscuntur in Partibus in prima instantia vigore Concilij Tridentini.*
4 *Præuentio coram Iudice nulliter procedente non est attendenda.*
5 *Auditor Cameræ est Iudex in Curia in Causis exequutiuis priuatiuè quoad alios, non autem extra Curiam.*
6 *Protestatio procuratoris, nihil fieri nisi eo citato, non facit, quin opponi possit declinatoria.*
7 *Mandatum generale non sufficit, sed requiritur speciale ad proprorandam iurisdictionem.*

CONSILIVM CCXCVI.

Vtraque Causa tam criminalis quam ciuilis remittenda est ad Partes attenta prima instantia,ciuilis, quia de Iure in prima instantia non sunt grauandi subditi extra Prouinciam litigare
1 ac propterea nonnisi in Prouincia coram suo Iudice ordinario primum debent Causæ diffiniri textus est in §.hoc considerantes, vers. et vltra terminos, & vers. nequaquam ad aliam Prouinciã,auth.vt omnes obediant Iudicibus Prouinciarum, Rebuff.de cessione actionis,glo.1.num.n.4. 5 & seq.

& seq. Schrader. de feud. par.10. sect. 1. num.181. nullaque est difficultas stante Constitutione fæl. rec.Pauli Quinti super reform. trib. Vrb. in nouo Bullar. tom.3.Constit.71.tit.de notar.tribun. Vrb. num.88. fol.279.vbi specificè,quòd notarii A. C. à monitoriis iactationis, & iactationum, aut aliis quibuscumque, quibus prima instantia à suis Ordinariis aufertur, exceptis casibus priuilegiatis abstinere debent.

Criminalis vero, quia non solum eadem reformatio Pauli Quinti tit. de A.C. numer.5.eod.tom.3.noui Bullarii fol.267.prohibet in locis immediatè subiectis decerni, & relaxari monitoria in prima instantia, nisi prius facto verbo cum Pontifice, præterquam in casibus in Bulla in Cœna Domini legi solita contentis, sed etiam de Iure perpetuum est, quod in Prouincia in qua Reus delinquisse prætéditur, Iuri subiaceat, inquit textus in auth. qua in Prouincia, C. vbi de crimin.agi oportet, adeo quod Parte opponente non est attendendum, quòd Causa criminalis alibi sit inchoata, vt per glos. in l.1. in verbo inchoata, C.eodem tit.vbi de crim. agi oport. Farin.quæst.7.num.1.

Et præsertim cum Causa criminalis versetur in prætextu instrumẽtorum illicitorum ex vsuraria pra-
2 uitate, quia licet hoc crimen sit mixti fori quoad restitutionem, quando factum est certum, contractus scilicet esse vsurarios, est tamen merè Ecclesiasticum, quando quæstio versatur in iure, nũquid instrumenta sint vsuraria, adeoquod hoc casu cognitio pertinet ad solum Iudicem Ecclesiasticum, Felin. in c. cum sit. num.1. de for. compet. Clar.§. vsura, in verb. hoc crimen, & quæst.37.nu. 2.ante med.Farin.quæst.8.nu 20.& 134. post princ. & num.seq. Gama decis.194.per tot.

Causa autem Ecclesiastica, nulla est dubitatio, quin
3 in prima instantia cognoscenda sit in Partibus ab Ordinario ex dispositione Tridentini in cap.Causæ omnes, sess. 24.de reform.

Nec obstat, quod Reus possit præuenire actorem, super exceptione competente, quia punctus non stat in hoc, super quo seruatur dispositio textus in l.Titia 18.ff.de accus.& l.si ea 7.C.qui accusare, sed an huiusmodi præuentio suffragetur in prima instantia coram Iudice Romanæ Curiæ, si quidem receptius est, quod dum Parte apponente Causa
4 in prima instantia coram Ordinario in Partibus est cognoscenda ex præallegatis, præuentio propterea coram alio Iudice minimè attendi possit, c. proposuisti, sumpto argumento contra, de for. compet.Felin.in c.pastoralis, §. quoniam, num.2. vers. fallit 1.& nu.3. & c. ex tenore, num.5. de rescript.Roman.cons.412.num.5. & seq. Farin.quæst. 7. num.61.

Non etiam obstat, quod criminalis sit dependens à ciuili coram A.C. legitimè intentata stante Ca-
5 merali obligatione, quia A. C. est quidem Iudex priuatiuè quoad omnes alios Iudices Romanæ Curiæ, sed non quoad Iudices de Partibus, quando creditor, qui obligationem Cameralem habet ad sui fauorem, in prima instantia non vult eligere A.C.sed Iudices de Partibus, vt firmauit Rota coram Buratto decis.462.num.1.

Minus obstat prætextus consensus in iurisdictionem, cum quia cum solùm productum fuerit mãdatum
6 generale cum protestatione, quòd nihil fieret, nisi procuratore illo citato talis, productio, & consensus non facit, quin opponi possit declinatoria, Mohed.decis. in num.2. de caus. possess. & propr. Rot.decis.779.num.5.& seq.par.1.diuers.

Tum etiam quia ad prorogandam iurisdictionem nõ
7 sufficit generale, sed speciale requiritur mandatũ, Ruin.cons.165.num.10.lib.5.Vant.de nullit.ex defect.mandat.num.102.GuidoPap.decis.462.nu m.2 Rot.in Monopolitana bonorum 12. Decembris 1597.coram Penia.

ARGVMENTVM.

An permittatur taxatio, & receptio interesse ratione damni emergentis.

SVMMARIVM.

1 *Mutuans potest recipere damni emergentis recompensationem.*

2 *Interesse taxatio congrua, verisimilis, et proportionata ab initio admittitur concurrentibus veris probationibus.*

3 *Mutuum debet esse gratuitum.*

4 *Mutuum vbi fit cum pacto expresso lucri vsura est formalis, vbi autem sine pacto dicitur mentalis.*

CONSILIVM CCXCVII.

Censeo pro veritate, quod vbi iustificetur factum prout narratur, nempè, quod Reuerendissimus Episcopus de anno 1619.indigens pecunijs, & nolẽs illas palã sub vsuris accipere, rogauerit D.Andræam, vt acciperet scuta mille ad censum, eademque sibi mutuò crederet, & quia non erat æquum, vt D.Andreas, qui hoc æs alienum contrahebat pro seruitio Episcopi, damnum pateretur in annuorum huius census fructuum solutione, idem Episcopus oretenus in se omne incommodum soluendorum fructuum susceperit, Episcopus teneatur ad horum fructuum solutionem,
1 quia quando mutuans damnum ex mutuatione habet, dicitur tunc accipere non lucrum, sed eius damni recompensationem, adeo quod non dicitur vendere vsum pecuniæ, sed ratione damni emergentis æquiualentiã ipsius damni, Diu.Thom. 2.2.quæst.78.art.2.vers.ad primum, Siluestr.in verbo vsura.quæst.19.Conrad.de contr. quæst.30. in prima conclus.Nauar.de vsur.num.56. Graff.decis. par.2.lib.2.cap.24. quæst.17. num.53. Petr. Nauar. de restit. lib.3.cap.2.num.276.Molin.de contr. disput.314.num.4.& seq.Surd.cons.269.num.7.lib.2. Mohed. decis. 1. de vsur. Seraphin. decis.935. numer.2.

Atque hinc est, quoad quando concurrentibus eius-
2 modi circumstantijs contractus cum dicto pacto iustificatur, ita quod abest dolus, ac praua intentio, & interesse est verè probatum, & per veras probationes iustificatum, prout est hoc casu per instrumentum census eadem die mutuationis celebratum, non autem per Partis confessionem, admittitur etiam taxatio interesse congrua verisimilis, & proportionata ab initio, vt plenè respondendo omnibus contrarijs firmauit Rota in Ianuen.pecuniaria 6. Iunij 1611. coram Cardinale Lancellotto, & prima Martij 1613. coram bo: me:Vbaldo.

Sed

sed vbi factum suppositum non iustificetur, arbitror, coniecturas ad illius comprobationem adductas, tanquam minus concludentes in hac materia suspecta non releuare, itaquod fructus etiam hactenus soluti imputandi sint in sortem, quia apocha obligationis Episcopi continet causam claram mutui, dum mutuò se recepisse Episcopus in ea confitetur, & facile erat exprimere contractum census, eiusque accollationem per eamdem apocham priuatam, si Partes voluissent; quapropter sine concludente probatione non videtur, à re-
3 gula recedendum, quod mutuum debeat esse gratuitum nihil ab ipso expectando, c. plerique 14 quæst. 3. c. consuluit, de vsur. adeo quod vbicumq.
4 concurrit mutuum cum pacto expresso lucri, vsura est formalis, vbi verò cessat pactum, dicitur mentalis, Siluestr. in verbo vsuræ, 1. in fine princ. Molin. de contr. disput. 103. num. 1. vbi etiam Turrecremat. num. 2. Sot. de iust. & iur. lib. 6. art. 1. vers. statui ergo, Rot. decis. 197. num. 3. par. 2. diuers.

ARGVMENTVM.

Exceptiones, quæ competunt Reo principali an, & quando competant fideiussori in criminalibus.

An possit fideiussor aliquid recipere in præmium fideiussionis.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor de repræsentando Reum non euitat pænam conuentionalem, si velit iudicium in se suscipere, vtendo exceptionibus Rei. Contrarium quando opponit notoriam iniustitiam carcerationis, vt num 2.*
3 *Sententiæ contra bannitos post annum captos non sunt exequibiles deficientibus legitimis inditiis ad inquirendum.*
4 *Societas officij cum officiale vere officium habente valet ob periculum, quamuis officium seruiret solum ad colorandum contractum.*
5 *Vsura non datur sine mutuo formali, vel interpretatiuo.*
6 *Peculium aduentitium filij administratur à patre.*
7 *Fideiussor licite aliquid recipere potest in præmiũ fideiussionis.*
8 *Fideiussor in præmium fideiussionis potest aliquid annuum recipere, donec duret fideiussio.*
9 *Fideiussor, qui aliquid immoderatum recipit pro fideiussione, non incidit in crimen vsuræ.*

CONSILIVM CCXCVIII.

QVamuis generalis regula, quod exceptiones competentes Reo principali suffragentur etiam fideiussori, ex l. omnes, ff. de except. non
1 procedat in Causis criminalibus, in quibus est necessaria persona ipsius Rei, ac propterea fideiussor de repræsentando Reum inquisitum, vel condemnatum non euitet pœnam conuentionalem promissam, ex eo, quod offerat velle in se iudicium suscipere, vtendo exceptionibus Rei, vt per
2 Farinac. quæst. 34. num. 25. 26. & seq. tamen secus est quoad exceptiones perimentes obligationem ipsius Rei, ac consequutiuè etiam accessoriam ipsius fideiussoris, prout est exceptio notoriè iniustitiæ carcerationis, quia tunc nec principalis, nec fideiussor ob non præsentationem tenentur, ad pœnæ conuentionalis solutionem, Boss. de carcerat. fideiuss. num. 48. ante med. vers. et vbi esset iniusta, & num. seq. Farinac. quæst. 30. num. 61. & seq. & num. 65. 66. 67. & seqq. vsque ad 70. cessat enim tunc legitimum Fisci, & adhærentium interesse, cum Reus stante euidente iniustitia sit in statu absolutionis, Farinac. quæst. 34. num. 68. Caball. resol. crim. casu 190. num. 9. Antonin. var. resolut. lib. 3. resolut. 29. in 4. & 5. casu, Laurent. decis. Auenion. 125. num. 8. vers. publicato processu.

Et procedit conclusio non obstante quod Reus car-
3 ceratus fuerit vigore sententiæ contra eum latæ etiam post annum à condemnatione, quia deficientibus legitimis inditijs ad inquirẽdum etiam ex Constitutione declaratoria san: me: Pij Quinti, 9. §. 2. ad finem Bullæ in Bullario nouo tom. 2. fol. 186. sententiæ capitales contra Bannitos post annum captos non sunt exequibiles, Chartar. de execut. sentent. capt. bannit. cap. fin. num. 58. & seqq. & num. 81. & infra. Farinac. quæst. 11. nu. 16. vers. prima tamen, vbi quod ita etiam Rota firmauit, adeo quòd neque sufficiunt inditia ad inquirendũ, nisi etiam talia sint, quæ sufficiant ad transmittendam inquisitionem, vt per eumdem Farin. eodem num. 16 vers. aduerte primò, & vers. aduerte secundò.

Neque hoc casu necessaria est gratia admissionis carcerati ad nouas defensiones, quia admittitur ob iustitiam huius exceptionis reseruatæ in ipsa Constitutione Pij Quinti in dicta declaratione, itaquod exceptio dicitur concernere causam, ob quam sententia non esset, neque sit exequibilis, Farinac. ead. quæst. 11. num. 47. vers. sed his non obstantibus.

Constat autem in casu, de quo agitur, non solum legitima minimè præcessisse inditia, ad inquisitionem transmittendam, sed formatam, & transmissam esse super eo, quod non est delictum, in quo daretur competentia processus criminalis; quandoquidem contractus, cuius occasione processum fuit contra D. Lutium, est societatis officij initæ à receptore ad fauorem filiæ sub eiusdem D. Lutii fideiussione, cuius causa certum præmium exaduerso supponitur, eumdem D. Lutium recepisse; ex tali autem contractu nullum delictum, nullaque criminalitas prætendi poterat, quia cõ-
4 tractus societatis cum officiale verè officium habente, prout habebat, qui contraxit, est licitus & licitè ex illo percipiuntur fructus in summa cõuenta absque dubio ob periculum, licet officia seruirent solum ad colorandum contractum, Rota decis. 288. num. 2. & decis. 300. in fine, par. 1. & decis. 336. par. 4. diuers.

Et in materia vsurarum receptissima est regula, quod
5 vsura cessat, vbicumque exaduerso non iustificatur mutuum formale, vel interpretatum, Molin. de contr. disput. 303. num. 7. Rot. decis. 195. num. 2. par. 2. diuers.

Quod vero societas inita fuerit ad fauorem filiæ D. Lutij non etiam aliquam præbere potuit crimina-
6 litatis occasionem, quia filia habebat peculium aduentitium ex rata dotis maternæ ad se spectãte

eiusdemque peculij administratio ad ipsum patrem pertinebat ex legis dispositione, l.1.2.& seq. C.de bon. matern. Rot.decis.316. num.10. part.2. diuers.

Quod demum D.Lutius præmium ex fideiussione ac
7 cipere licitè potuerit, itaut nec ex hoc capite locus esset criminalitati, certum est ex textu in l. si remunerandi.§.fin.ff.mand. & in l.hoc iure,§. Labeo ait,ff. de donat.& communis est opinio, quàm sæpius sequuta fuit Rota, vt decis.679.num.2.par. 1.diuers & apud Greg. decis.76. & decis.161. ita quod communem hanc esse Canonistarum, & Theologorum opinionem dixerit Azor.instit.moral.par.3.lib.11.cap.22.col.3.in princ.vers.dubium quintum.

Neque ad effectum, de quo agitur, aliquid facit, quod præmium à fideiussore licitè perceptibile debeat esse moderatum, quia præterquam quòd immoderatum minimè exaduerso iustificatur, siquidem moderatio desumenda est ex qualitate periculi soluendi fideiussionem, adeo quod non
8 vnicam receptionem, sed annuam quousque duraret fideiussio, licitam esse, comprobat Surd. cōs. 306.in princ.& num.7.in fine, vers.nec est contra iustitiam distributiuam, lib.3.

Adhuc data receptione immoderata, non tamen sequitur prætextus vsuræ, sed sola iniustitia præmij minimè pariens effectum criminalitatis, vt in terminis per eumdem Surd.d.cons.306.num.5.ante fin.& num. seq.

ARGVMENTVM.

De exclusione vsurariæ prauitatis ex donatione collata in mutuantem.

SVMMARIVM.

1 *Scientia requiritur in approbante contractum fœneratitium.*
2 *Merita probantur ex assertione donantis, quando donatio non est prohibita. Et num.5.*
3 *Subsequentia declarant mentem Partium.*
4 *Vsura, quæ non habet locum in vno ex contractibus correspectiuis, non habet locum in alio.*
6 *Contractus in dubio præsumitur licitus, non fœneratitius.*
7 *Pro vsuræ exclusione interpretatio capienda est.*
8 *Obseruantia contractus probat illius subsistentiam.*
9 *Confessio extraiudicialis in criminalibus non facit inditium ad torturam, nisi probata per duos testes contestes.*
10 *Fama, quæ originem habet ab interessato, non attenditur.*
11 *Vsuram perfectam, & concludentem exigit probationem siue in criminalibus, siue in ciuilibus.*
12 *Testibus deponentibus se vsuras soluisse, non creditur in Causa etiam mota per tertium.*

CONSILIVM CCXCIX.

Absoluendi DD.Ioseph, & Nuntius ab obiecto
1 crimine vsurariæ prauitatis, quoniam quoad Iosephum nihil prorsus in processu iustificatur, quod huius prætensi criminis inditium præseferat quod enim exaduerso dicitur resultare ex eo, quia Ioseph viuendo in communione cum Nuntio proinde participauerit de pecunijs fœneratitijs per ipsum Nuntium exactis, nihil est, dum nec per Curiam, nec per adhærentes aliquid probatur, ex quo resultet, Iosephum habuisse scientiam, quòd prædicta pecuniarum exactio à Nuntio communicata fuerit sub fœnoris qualitate; huius namquè
1 scientiæ qualitas, quòd necessariò sit probanda, & alioquin omnino excludatur prætextus criminis in hanc qualitatem ignorante firmat, ac pluribus comprobat in his terminis Caball. resol. cr. cas.286.num.4.ante finem, vers.secundum quia, & num.seq.

Quoad Nuntium verò minus vsuræ crimen obijci potest, quoniam aut illa exaduerso prætenditur ex sola qualitate donationis sibi factę à Gismundo anno 1607.in scutis mille soluendis post obitum Francisci patrui, & hæc de per se sumpta excludit omnem vsuræ præsumptionem, cum sit donatio remuneratoria beneficiorum antea in donantem à donatario collatorum, vt idem donans medio
2 iuramento asseruit, quiquè cum esset in ætate maiori constitutus, & nullo ex capite prohibitus donare, & confiteri, eadem donatio propterea probat merita præcedentia presertim specificè expressa, Rip.in l.si vnquam, post num.31. in 15. qu. vers.secundum caput.C.de reuoc.donat.Grat.cōs. 63.num.24.lib.2.Rot. in Rauennaten. donationis 27.Octobris 1597.coram Penia.

Aut vsura pretenditur, quia donationem prædictā præcesserit pactum de donando ex causa præcedentis mutui, & minus exinde vsura prætendi potest, tum quia nec Hostilius, qui deponit de prætensa confessione Nuntij, nec deponentes de prætensa publica voce, & fama loquuntur de mutuo, sed de traditione frumenti, & pecuniarum nulla expressa qualitate mutui; quamobrem stante do-
3 natione subsequuta ex causa remunerationis, traditio sicut censenda est ex causa donationis, l. sed Iulianus,§. proinde, vers.sed si ab initio,ff. ad Macedon.Roman.cons.291. num.2. Cardin. Mantic. de tacit.lib.2.tit.1.num.4.

Ita consequutiuè locus est conclusioni, quod vsura,
4 quæ non habet locum in vno ex contractibus correspectiuis, nec locum habeat in alio.Rot.decis. 340.num.6.par.1.diuers.

Tum etiā quia cum in hoc casu vsura prætendi non posset, nisi in quantum deducta fuerit in pactum donatio excessiua meritorum præcedentium erga donantem ob recompensationem excedentem debitum iustitiæ, iuxta distinctionem Diui Thomę in 2.2.quęst.78.art.2.vers.ad secundum dicendum, quem cœteri communiter sequuntur, iure consequitur, quòd non probato exaduerso, quòd donatio remuneratoria fuerit excessiua meritorum,
5 excludatur vsura, postquam alio non docto super hoc prætenso excessu standum est confessioni iuratæ meritorum æquiualentium factæ per donantem in ipso instrumento donationis, ex Ripa Grat. & Rota in dicta Rauennaten. donationis coram Penia susperius allegatis.

Præcipue cum non solum huic Parti faueant regulæ
6 certæ, quod in dubio contractus præsumendus sit licitus, & non fœneratitius, Rot.d.decis.340.nu.1. par.1. diuers. quodque in foro exteriori, & con-
7 tentioso omnis interpretatio fieri debeat, vt excludatur vsura, Farin.cons. 54.num.2.ante finem.

Sed

Sed quod ipse Gismandus donator licet post donationem, imò post exactionem per plures annos superuixerit, nunquam tamen exceptionem præ-
8 tensi fœnoris opposuit; obseruantia namque contractus subsequuta satis probat illius subsistētiam, Honded. conf.47.num.28.lib.1.Cardin.Mantic.de tacit.lib.2.tit.1.num.5.

Cæterum dubitatio quæcumque in hoc casu cessat ex defectu probationis prætensi pacti de donando; si quidem solus Hostilius deponens de asserta cō-
9 fessione extraiudicialis in criminalibus nec etiā facit inditium ad torquendum, nisi probata per duos testes contestes, cum sit inditium remotum, Caball.resol.crim.cas.81. num.1. & seqq. Giurb. conf. crimin.87.num.20.vers. confessio tamen extraiudicialis.

Neque ideo facit, quod habeat coniunctam probationem ex publica voce, & fama, tum quia est
10 probatio famæ imperfecta in hoc casu in suo genere, dum constat originem habuisse ab ipso Gismundo interessato, Boss.de inquisit. num.39. Mascard.de probation.concl.754.nu.22.in fine,vers.si tamen, Farinac.quæst.47.num.47. & seq. & cons. 24. num.6.& conf.78.num.36.post med.

Tum quia testes patiuntur exceptiones relatas in
11 facto; nam secundum opinionem, quam Rota tenet, vsura tàm vbi ciuiliter, quàm vbi criminaliter agitur, perfectam, & concludentem exigit probationem, cùm sit delictum, Rota decis.656. num.1.ad fin.par.3.recent.

Minus autem considerabile censeri potest, quòd Nuntius solitus sit fœnerari ex depositione asseren-
12 tium, se vsuras soluisse, quia ex veriori, & magis recepta nulla est illis fides adhibenda, etiam quod depositio emanauerit in causa mota per tertium contra prætensum vsurarium, cum etiam in hoc casu militet eadem ratio exclusiua fidei ratione interesse ob spem repetitionis, Feder.de Sen.conf. 64.ante finem, vers. & similitudo Causæ, Roman. sing.360.num.2.Pelin.c.personas,10. numer.2.post princ.vers.& quia habent consimile, de testib.Laurent.de Rodulph.de vsuris,par.2. quæst.117. num. 153.alias 26.27.& seqq. & in Causa mota loquitur Bald.in l.dictantibus,num.3.vers.vtrum in Causa, C.de testib.Menoch.de arbitrar.cas.235.n.25.

ARGVMENTVM.

Hebræis an, & quando permittatur pro mutuo post 21. menses recipere vsuras ad formam capitulorum.

SVMMARIVM.

1 *Verba futurum tempus denotantia non includunt præteritum, nec præsens.*

2 *Temporis limitati ea est vis, vt contineat post tempus dispositionem contrariam.*

3 *In obligationibus censendum est venire id, quod minus est.*

4 *Confessioni Partium non statur in materia vsurarum.*

5 *Ad Substantiam, non ad probationem ea dicuntur requiri, quæ alioquin non valerent de Iure gentium.*

6 *Vsuræ nullo iure permittuntur hebræis, sed solum ex tolerantia.*

CONSILIVM CCC.

Ex capitulis, & reformationibus bancheriorum hebræorum editis à fel. record. Sixto Quinto, sub num.5.constat, che siano tenuti a far generale venditione di tutti li pegni, che haueranno tenuti per tempo di 18. mesi ogni mese, nel qual tempo debbano in ogni modo venderli, se già non conuenissero con li padroni di perseuerare più, ò di venderli prima, ch' in questo si segua la volontà de' padroni delli pegni, purche di detto consenso n'apparisca ne gl'atti del notaro, e passati li 18.mesi non potendo l'hebreo mostrare di hauere tenuto il pegno di consenso, come di sopra, non possa dimandare, ne riscotere interesse più, che di 21. mesi, ancorche l'hauesse tenuto più tempo.

Stante autem tenore huius capituli non potest hebreus in casu, de quo agitur, petere interesse ex causa rei obpignoratæ anno 1619. à tempore post lapsum mensium 21. vsque ad annum 1626. quo à domino pignoris habuit apocham tenoris sequentis, hauendo fatto vn pegno del 1619. dichiaro, che detto hebreo hà trattenuto detto pegno, e quello non venduto insino adesso à mia istantia, e requisitione, e prometto menarli buoni la sorte principale, e frutti per tutto il tempo, che lo terrà, ancorche siano passati li 18. e 21. mesi.

Etenim ex duplici capite videtur hoc absque probabili controuersia admittendum.

Primò scilicet, quia promissio fructuum fuit restricta ad tempus post apocham prædictam futurum ex verbis apertissimis, per tutto il tempo che lo
1 terrà; verba autem futurum tempus denotantia non includunt preteritum, Oldrad.conf.310.n.2. ante med.vers.& pro hac, vbi ad hoc adducit textum in puncto stipulationis in l. nouissima,19.ff. iudicatum solui, & Oldrad. sequitur Rot.apud Gregor.decis.338.num.5.

Et pro regula etiam traditur quod tempus futurum neque includit præteritum, neque præsens, vt per Adden.ad d.decis.Gregor.338. num.15. ante finem, præcipuè ex Alciat.in l. verbum oportebit, num.6.ff.de verb.signif.& Menoch.conf.97.num.8. lib.1.

Secundò quia ex verbis dicti capituli quinti duæ habentur dispositiones separatæ, altera prohibitiua hebræis retinendi pignora vltra menses 18. cum obligatione eorumdem de illa vendendo, se già non conuenissero con li padroni di perseuerare, & altera prohibitiua recipiendi interesse vltra menses 21. nisi ad hoc habuerint pariter domini consensum ex rogitu notarij, vel per apocham; stantibus verò huiusmodi duabus separatis dispositionibus, apocha de qua per hebræum docetur quoad primam dispositionem, cum habeatur cōsensus domini, quoad hebræus retinuerit, & non vendiderit pignus post dictos menses 18. operatur, vt hebræus non contrauenerit obligationi de vendendo, ad quam ex tenore dicti cap.5. astringebatur, quoad verò secundam dispositionem apocha operatur quidem, vt hebræus possit interesse recipere post datam eiusdem apochæ, non autem pro tempore quod a 21. mensibus post da-

tum pignus vsque ad apocham intercessit, cum vsque ad hoc tempus hebræus nullam habeat apocham, immò ex ipsa apocha resultet conuentio
2 contraria, quia temporis limitati ea est uis, vt contineat post tempus dispositionem contrariam, Surd.decis.75. num.2.& decis.107. num.18. & decis. num.11. Rot. decis.596. num. par. 1. recent.

Neque obstat, quod ex verbis apochæ, e prometto menarli buoni la sorte principale, e frutti per tutto il tempo che lo terrà, resultet etiam confessio obligatiua sufficiens ad tempus præteritum, vt quia consensus per apocham ad probationem, & non ad substantiam requiratur.

Primò, quia id nullum habet fundamentum, immò est contra regulam certam, quod in obligationi-
3 bus semper censendum sit venire, quod minus est itaut obligatio minus quam fit possibile oneret promissorem, l.si quid venditor, in fine, ff. de ædil. edicto, Roman.cons.455.num.6.Aym.cons.70.nu. 29. Surd. decis.119.num.24.Rot.decis.416.num.1. par.1.diuers.

Secundo quia apocha, in qua exaduerso insistitur, non percutit tempus à die lapsus mensium 21. vsque ad diem datæ eiusdem apochæ, nisi quatenus desumitur ratione dicti temporis consensus, qui elicitur ob confessionem exinde prætensam, qui casus non includitur in dicto cap. 5. explicitè, mi-
4 nusque implicitè, cum in materia vsurarum non sit standum confessioni Partium, ne aperiatur via fraudibus, & vsurarum prauitati, Bart.in l.si fortè, ff.de castr.pecul.Rot.decis.559. num. 2. post med. vers. non enim standum est assertioni Partium, par.2.recent.

Tertiò quia prætendi nequit ad probationem, non
5 autem ad substantiam, ex quo ea dicuntur requiri ad validitatem, siue substantiam, & non ad solam probationem, quæ alioquin non valerent de Iure gentium, vt per Rot.decis.734. num.9. 10. & seq.par.2.diuers.

Quod autem vsuræ de Iure gentium non sint permis-
6 sæ hebræis, sed solum ex tolerantia desumpta ex capitulis prædictis, vt quia nec etiam ex Deuteron.cap.23. illis concedantur, sed prohibitæ omnino sint de Iure diuino, canonico, & naturali, plenissimè respondendo omnibus contrarijs, firmauit Rota in Romana vsurarum decis.301.nu.2. par.5.recent.

ARGVMENTVM.

An consuetudo, vel Constitutio Principis excuset à pœna vsurarum.
De probatione solutionis vsurarum.

SVMMARIVM.

1 *In vsurarum crimine non proceditur ex Iudicis officio sine accusatione, nisi quando soluentes iurarunt non repetere, vel quando agitur ad correctionem peccati.*
2 *Consuetudo loci quamuis non possit validare contractum illicitum, & vsurarium, tamen excusat à pœna.*
3 *Taxatio interesse vniformis ab initio concurrente probabilitate, & verisimilitudine industriæ substinetur.*
4 *Libri mercatorum non probant contra tertium.*
5 *Libri mercatorum a Statuto vel consuetudine approbati non probant in ijs, quæ non concernunt mercaturam.*
6 *Testibus asserentibus, se vsuras soluisse non creditur. In Causa etiam mota per tertium, vt numer.7.*
8 *Solutio nulla præcedente obligatione, vel pactione non præsumitur in causam vsurarum, sed ex mera liberalitate.*
9 *Vsura non consideratur super eo, quod Iure communi conceditur.*
10 *Contractus in dubio non præsumitur vsurarius.*
11 *Mutuans sine fideiussione potest eam recipere quātitatem, quam fideiussor potuisset recipere.*

CONSILIVM CCCI.

NON est locus alicui pœnæ in casu, de quo agitur ex prætextu vsurarum, quia præterquamquod in hoc crimine, quicquid sit in alijs omnibus, pro-
1 cedi ex veriori non potest ex solo Iudicis officio Fisco instante de generali consuetudine absque accusatione, Innoc. in c.ad nostram, 20.num.1.vers. & magis restitutio vsurarum, & num. seq. de iureiuran. dicens, permitti solum ex officio inquisitionem super vsuris, vel quando soluentes iurarunt non repetere, vel quando inquiritur ad correctionem peccati, & pro canonica pœnitentia, non autem in cœteris casibus, Peguer.decis.35.in princip. vers. altera verò opinio, & num.1.& 3.Carauit.ritu 20.in fine, Guazzin.in tractat.de defens.Reor. in 3. defens.cap.1.num.7.

Iniusta detegitur vexatio, siue Fiscus, siue quicumque fit instigator; quoniam receptio ad rationem sex pro singulis centum mutuo datis permittitur ex Constitutione Regni Boemiæ, de qua in facto; consuetudo namque quamuis non possit validare
2 contractum illicitum, & vsurarium, tamen excusat à pœna aduersus Fiscum Regium, magisque Regni Constitutio explicita, Berò.cons.167.nu.10. lib.1.Rot.post lib.2. cons.Farinac. decis.2. post numer.1.

Ac quod Germaniæ consuetudo, & in plerisque locis Constitutiones existant percipiendi sex pro singulis centum, testatur Koppen.decis. German.22.nu. 14.& decis.23.num.6.

Et præsertim cum hæc localis Constitutio habeat etiam Iuris assistentiam ex recepta in Iure conclu-
3 sione, quod licet vniformis taxatio interesse ab initio regulariter dicatur prohibita, hæc regula tamen etiam in mutuo fallit, quando credito pecuniario etiam ratione mutui adiungitur probabilitas proueniens ex qualitate industriæ mutuantis soliti actualiter pecunias suas negociari, itaut verisimile sit, eam, & maiorem summam lucrari posse, vt plenè per Rot.in Ianuen.pecuniaria 6. Iunij 1611.coram Cardinali Lancellotto, & in eadem 1.Martij 1613.coram bon.mem. Vbaldo post lib.2. cons.Farin.decis.331.per tot.& præcipuè num.5.6. 11.12.& 14.& decis.372.numer.2.4.7.& seq. ac per Gratian.discept.forens.cap.387.num.28.& seqq.

Excessus verò prætensus à sex ad octo minimè iustificatur, cum de eo nulla detur probatio, nisi ex proprijs libris mercatoris, qui dicitur vsuras assertas
4 soluisse, qui libri nullum prorsus constituunt probatio-

bationis gradum contra tertium, l. rationes, l. exēplo. & l. instrumenta, C. de probat. l. fin. C. de conuen. Fisci deb. lib. 10. Seraphin. decis. 606. numer. 4. Reuerendiss. Coccin. Rotę Decanus decis. 301. numer. 11. 216. n. 27. & 473. n. 4.

Et præsertim cum qualitas huius crediti ex causa
5 mutui non concernat mercaturam, quo casu nec etiam libri mercatorum probant, quando eorum fides approbatur à Statuto, vel consuetudine, Roman. cons. 204. col. 2. vers. primò probo, Surd. cons. 543. num. 9. in princ. & vers. ad secundum, & num. 8. vbi etiam de requisitis stante consuetudine, lib. 4.

Tum præcipuè, quia negari non potest, quin ex prætensa adnotatione facta in proprijs libris à dicto mercatore concernat eius interesse, tam ob repetitionem soluti, quàm ob tenorem Constitutionis applicantem certam portionem Parti reuelanti; in hoc autem vsurarum crimine certum est ex sē-
6 tentia receptissima, quod quibuscumque asserentibus, se vsuras soluisse, nulla est fides præstanda, vt firmant in his terminis Feder. de Senis cons. 64. prope finem, vers. & sunt suspecti, Roman. singular. 360. num. 1. & seq. Felin. in c. personas, 20. numer. 2. de testib. Aym. cons. 6. num. 102. Ofasc. decis. Pedem. 73. num. 6. Bertazzol. cons. 33. nu. 16. & seq. & cons. 170. num. 10. & seq. lib. 1. & cons. 251. num. 29. & 30. lib. 2. Farinac. plurimos allegans, de testib. quæst. 60 num. 77. & plurib. seqq.

Et procedit conclusio ex veriori, & magis recepta
7 etiam, quando assertio eius, qui dicit, se vsuras soluisse emanat in Causa mota per tertium contra prætensum vsurarium, ex quo militat in vtroque casu eadem ratio interesse in asserente ob spem repetitionis, ac lucri, Feder. de Sen. d. cons. 64. ante finem, vers. & similitudo Causæ, Roman. d. singul. 360. num. 2. Felin. d. c. personas, 20. nu. 2. post princ. vers. & quia habent consimilem Causam, de testib. Laurent. de Rodulphis, de vsur. par. 2. quæst. 117. numer. 153. alias 25. 27. & seq. & in Causa mota loquitur Bald. in l. dictantibus, num. 3. vers. vtrum in Causa Titij, C. de testib. prout etiam intelligunt Menoch. de arbitr. cas. 235. num. 25. Farinac. d. quæst. 60. num. 85. vbi magis huic opinioni adhæret, quā positæ sub n 84. de testib.

Cæterum, quando etiam dici posset constare de receptione vltra sortem, non tamen exinde vsura
8 prætendi potest ad effectum commissi, tum quia cum pactum præcederet de soluendis solis sex, solutio subsequuta in excessu tanquam spontanea magis ascribenda est remunerationi ob magnum exaduerso cum pecunia prædicta assequutum cōmodum, vel spontaneę donationi licitæ nulla præcedente pactione ex mera dantis liberalitate, Natt. cons. 498. num. 28. Baiard. ad Clar. §. vsura, nu.
9 3. cum non possit vsura considerari super eo, quod Iure communi conceditur, Caball. resol. crim. cas. 286. num. 8.

Quamobrem Constitutio Regni prohibitiua presūptę donationis, aut innominati contractus recipere debet passiuam a Iure interpretationem etiam ex alia eiusdem Regni Constitutione, quod prohibitio procedat respectu pacti pręcedētis de
10 donando, non autem quando nulla interueniente pactione deinde ex mera spontanea voluntate donatur; Rot. decis. 340. num. 1. par. 1. diuers. & post lib. 2. consil. Farinac. decis. 16. num. 17. idem Farinac. cons. 54. num. 2. post. med. & num. 10. impressis etiam ibi decisionibus num. 20. & num. 24. lib. 1. Cardin. Mantic. de tacit. lib. 8. tit. 25. num. 2. & seq. Seraphin decis. 626. num. 3.

Tum etiam quia ex facto liquet, mercatorem, cui D. Barò mutuauit, fuisse minus idoneum; cū autē periculum amittendi sortem sit pretio ęstimabile, quia sors cum periculo minus valet, quam sine
11 periculo, licitum est ratione illius aliquid vltra permissum de Iure, aut ex Constitutione recipere, prout etiam mutuator, quando sine fideiussore non esset illi mercatori mutuaturus, licitè percipit eam ratione huius periculi quātitatem, quam fideiussor idoneus ab ipso mutuatore percipere potuisset, ne mutuator sit deterioris conditionis subijcendo se periculo amissionis sortis in credendo sine idoneo fideiussore, quam esset ipse fideiussor, quando fideiussisset, Medin. de restit. quæst. 38. caus. 3. vers. in oppositum tamen, Petr. Nauar. de restit. lib. 3. cap. 2. num. 342. vers. tertia causa, Azor. instit. moral. par. 3. lib. 5. de vsuris cap. 6. vers. altera opinio, Scac. de camb. cap. 6. quæst. 1. num. 493. & seqq. & de communi, & magis recepta, Less. de iust. & iur. lib. 2. cap. 20. num. 111.

ARGVMENTVM.

An hebræis permittatur exigere vsuras excedentes ipsam sortem.

An hebræi possint exigere vsuras, postquam ex conuentione habuerunt facultatem vendendi pignus.

SVMMARIVM.

1 *Statutum generaliter, & indistinctè loquens declaratur ab alio specialiter, & distinctè loquente.*
2 *Statuti vna pars declarat aliam.*
3 *Hebræi non possunt ex tolerantia exigere vsuras excedentes ipsam sortem.*
4 *Vsuræ non debentur, quando creditor habet facultatem exigendi sortem.*
5 *Casus omissus in capitulis circa vsuras permissas hebræis remanet in dispositione Iuris communis.*

CONSILIVM CCCII.

VSurarum petitio ab hebræo in casu, de quo agitur, vndique apparet excessiua, & propterea venerabile hoc monasterium absolutoriam ab im petitis meretur.

Quamuis enim in capitulis, & reformatione bancheriorum hebræorum Sixti Quinti num. 21. in qua exaduerso insistitur, disponatur, quod hebręi ex mutuo gratis, & amore percipere possint 18 per cento l'anno dal dì, che giunge il tempo del pagamento finche saranno intieramente pagati, e sodisfatti, tamen hęc insistentia tollitur, quia dum in capitulo numeri quinti disponitur, che siano tenuti à far generale venditione di tutti i pegni, che hauranno tenuti per detto tempo di 18. mesi ogni mese, nel qual tempo debbano in ogni modo venderli, e passati li 18. mesi non potendo detto hebreo mostrare di hauer tenuto il pe-

pegno di consenso, non possa dimandare, ne riscuotere interesse più, che per 21. mesi, ancorche
1 l'hauesse tenuto più tempo, sequitur, quod generalis dispositio dicti capit.21. restringenda sit ad huiusmodi tempus mensium 21. specificè in d.c.5. statutum, Bald. in l.omnes Populi, numer.72. post med. ff. de iust. & iur. Rebuff. de Constit. Reg. comment.1. in proemio glos.5. num.129.

Et pro regula etiam traditur, quòd vna pars Statuti
2 declarat aliam, Rot. decis.461. num.8. part.2. recent.

Præsertim cum etiam de Iure non obstante quauis generica concessione, & tolerantia, hebræi mini-
3 mè possint exigere vsuras excedentes ipsam sortem, nàm & si aliud Surdus hebræo fauens senserit cons.302. num.1. vers. sed quicquid, & num. seq. & per tot. tamen contra Surdum verior, & magis recepta est opinio ex textu in l. si non sortem, 26. in princ. vers. supra duplum, ff. de condict. indeb. & l. eos, 26. §.1. vsure 10. & l. penul. §.1. C. de vsuris, Roderic. de ann. redd. lib.3. quæst.4. num.32. & plurib. seqq. Facchin. controu. lib.10. cap.65. per tot. & plenius singulis fundamentis Surdi respondens Cæsar Manent. in his terminis contra hebreum non obstante generali indulto, & tolerantia, conf.148. per tot. lib.2.

Adeout licet textus in d.l. vsurę 10. C. de vsuris velit, vsuras per tempora solutas non proficere Reo, ad dupli computationem, tamen hec lex abrogata fuerit, & dispositum, eamdem rationem habendam esse vsurarum tàm solutarum quàm soluendarum ex nouella 121. vt per Cuiacium, & Alciatum per Facchin. d.c.65. ante fin. vers. vt inquit Surdus, Manent. d. conf.148. num.44.

At in casu, de quo queritur, vsurę huic hebręo minimè censeri possunt debitę in aliqua summa, quoniam licet in capitulo 4. & dicto cap.5. permittatur hebreis vsurarum exactio per 21. menses tamen hoc est in casu, quem eadem capitula quartum, & quintum specificant, scilicet, quatenus impediunt hebreis pignorum venditionem ante lapsum 18. mensium; cùm autem in hoc casu in ipsa apocha obpignorationis locorum decem montium non vacabilium fuerit attributa hebręo expressa facultas elapsa dilatione sex mensium, rimborsarsi in
4 detti lochi pro rata, sequitur, quod dum exinde in potestate hebræi fuit sibi satisfacere, & noluit, non amplius sibi vsura aliqua deberetur, saltem extra illos tres menses, qui ad vendendum ex dictis capitulis 4. & 5. conceduntur, Siluestrina in verb. vsura, quæst.28. vers. sed circa hoc sciendum, Conrad. de contr. quæst.31. in prima conclus. vers. secunda circumstantia, Couar. var. resol. lib.3. cap.1. num.9. vers. & sanè, Menoch. conf.441. num.27. lib.5. idem Surd. conf.23. num.11. ad fin. vers. secundo respondeo, lib.1. & de alim. tit.8. priuil.29. num.3. in fin. & seqq.

Neque enim obstat, quòd conclusio hæc procedat de Iure, secus autem stante dicta Constitutione Sixti, quia Constitutio permittit quidem, quod absque
5 expectatione 18. mensium hebræi pignora vendere possint, quando aliter fuerit conuentum, non tamen aliquid disponunt circa pretensas vsuras, postquam ex conuentione habent hebræi vendēdi potestatem ante tempus præfixum à Constitutione; quamobrem cum hic casus sit in Constitutione omissus, remanet in dispositione Iuris, vt in puncto vsurarum ab hebræis prætensarum, per Manentem d. consil.148. num.9. ante finem, & numer.10. lib.2.

ARGVMENTVM.

An ex apocha mutui debeantur hebræis vsuræ post venditionem pignoris.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersalis pronunciatio limitatur a suo termino restrictiuo.*
2 *Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.*
3 *Temporis limitati ea est vis, vt post illud tempus contineat dispositionem contrariam.*
4 *Vsuras exercendi facultas concessa hebræis vti extranea a Christianis dogmatibus, & moribus restringenda est.*

CONSILIVM CCCIII.

QVamuis in capitulis Sixti Quinti reformationis bancheriorum hebræorum Vrbis sub num.21. caueatur, che per tutte le scritture publiche, ò priuate di mutuo gratis, & amore s'intendino correrci gl'interessi soliti à 18. per cento l'anno dal dì, che giunge il tempo del pagamento, finche saranno intieramente pagati, e sodisfatti, attamen in capitulo 5. eiusdē reformationis legitur etiam expresse, che siano tenuti à fare generale venditione di tutti li pegni, che haueranno tenuti per detto tempo di 18 mesi ogni mese, nel qual tempo debbano in ogni modo venderli, se già non conuenissero con li padroni di perseuerare più, ò di venderli prima, ch'in questo si segua la volontà de padroni delli pegni, e passati li detti 18. mesi non potendo detto hebreo mostrare di hauer tenuto il pegno di consenso, non possa dimandare, ne ottenere interesse più che per 21. mesi, ancorche l'hauesse tenuto più tempo.

Cum autem in apocha, de qua agitur, linea margaritarum legatur pignori tradita hebræo aduersario sub conuentione verbis sequentibus concepta, prometto riscuoterla fra sei mesi prossimi, e farli buono principale, & frutti, & non riscotendola, li dò piena autorità, che possa vendere, e se più detto tēpo sostenesse, prometto, e mi obligo farli buono, come sopra, principale, e frutti per tutto il tempo, che la terrà fino al giorno della riscossione, ò vendita di detto pegno, sequitur, quod solus tenor eiusdem apochæ die 16. Iunij 1630. attendi debeat, ex quo generalitas dicti capituli 21. quatenus decreuit, vsuras ab hebræis peti posse, quousque non fuerint integrè satisfacti, recipit limitationem a dicto capitulo 5. quatenus statuit, quòd nisi aliud inter obpignorantem, & hebræum conuentum fuerit, & hebræus de huiusmodi conuentione doceat, nullum obtinere possit interesse, quàm per menses 21. quod intelligi duntaxat potest ratione residui
1 sortis non solutæ, tum quia quælibet pronunciatio quantumcumque vniuersalis limitatur à suo termino restrictiuo, Bald. in l. pactum quod dotali, num.20. ad finem, C. de collat. Gabr. conf.69. num.10. lib.2. Surd. consil.34. num.39. lib.1. & conf.313. n.83. lib.3. Greg. decis.114. num.5.

Tum quia non dubitatur, quin ex hominis prouisione

2 ne cesset prouisio legis, l. fin. C. de pact. conuent. l. & habet, 15. §. cum quis, ff. de precario, Rot. decis. 366. num. 44. par. 1. diuers.
Siquidem cum in ipsa apocha promissio soluendi principale, & fructus legatur restricta ad totum tempus, quo pignus vel non fuerit redemptum, vel venditum, sequitur, quod post tempus, quo idē pignus constat fuisse venditum, interesse, & vsuræ minimè ex eiusdem conuentionis lege deberen-
3 tur, ex quo temporis limitati ea est vis, vt post illud tempus contineat dispositionem contrariam, Surd. decis. 75. num. 2. & decis. 107. numer. 18. & decis. 244. num. 11. Rota decision. 596. num. 2. par. 1. recen.
Tum & tertio quia hęc facultas tolerandi hebræos
4 exercentes vsuras, & per eas prementes Christianos est satis extranea à Christianis dogmatibus, & moribus, & meritò propterea restringenda interpretatio, vt sunt verba Nauarri cons. lib. 5. sub tit. de vsuris, cons. 35. num. 6. vers. tum quia hæc facultas, vol. 2.

ARGVMENTVM.

An ciuilis Causa super vsuris præiudicialis sit criminali.

Fructus dotis soluto matrimonio an debeantur, & soluti an repeti possint.

SVMMARIVM.

1 *Vsurarum Causa est mixti fori, quando quæstio vertitur super solo facto circa restitutionem, sed est merè Ecclesiastica, quando dubitatur, an contractus sit vsurarius.*
2 *Causa ciuilis super vsuris prius intentata præiudicialis est criminali, nec admittit cumulationem simultaneam.*
3 *Iudex vterque ciuilis, & criminalis non procedit, nisi Causæ oriantur ex diuerso fonte, diuersisque factis.*
4 *Vsuram non committit recipiens a spontè, et gratuitè donante.*
5 *Contractus vbi ex forma non apparet vsurarius, cessat in foro fori prętextus punitionis, et restitutionis.*
6 *Fructus dotis non debentur post matrimonii dissolutionem, quamuis supersint filij.*
7 *Fructus dotis soluti post dissolutionem matrimonii non repetuntur.*
8 *Alimenta debentur descendentibus ex bonis fideicommisso subiectis.*
9 *Alimenta præterita non debentur officio Iudicis, nisi alimentarius debita contraxerit.*

CONSILIVM CCCIV.

Qvamuis sint opiniones, an Causa prætensarum vsurarum sit merè Ecclesiastica, vel spiritualis,
1 vel potius mixti fori, tamen recepta censetur distinctio, quod dumtaxat mixti fori sit iudicanda, quando admittitur inter Partes, contractum de Iure esse vsurarium, quæstio autem propterea restringitur ad solum factum circa restitutionem, semper tamen est merè Ecclesiastica, quando super vsura vertitur quæstio Iuris, numquid scilicet contractus sit vsurarius; in hoc namque casu cognitio ad solum Iudicem Ecclesiasticum spectat, & præcipuè, vbi ciuiliter agitur, Ias. cons. 153. num. 21 lib. 4. Rol. cons. 96. num. 44. & seq. lib. 1. Felin. in cap. cum sit, num. 1. de foro compet. Clar. recept. sent. § vsura, vers. hoc crimen, & quæst. 37. num. 2. ante med. vers. aut vertitur quæstio Iuris. Farin. quæst. 8. num. 20. & num. 134. post princ. & seq. Gama attestans, hanc esse communem sententiam, à qua in iudicando non sit recedendum decision. 194. per tot.
Quatenus autem super prætensis vsuris iudicium ciuiliter præcedat, quod attinet ad cognitionem,
2 an hæc ciuilis sit præiudicialis criminali, certa videtur affirmatiua, ita vt interim successiua duntaxat admittatur cumulatio, non autem simultanea ciuilis, & criminalis, l. 2. §. hoc edicto, ff. de vi bonor. rapt. l. interdum, C. de publ. iud. glo. in l. 1. in verbo, vtraque, & in rub. C. quand. ciuil. actio crim. præiud. Honded. cons. 109. num. 60. & seqq. lib. 1. Farin. quæst. 100. num. 123. seqq. & in fin. Rot. apud bo. me. Coccin. decis. 123. num. 7. & seq. & sæpius etiàm hoc ipsum Rota resoluit, vt decis. 134. post lib. 1. cons. Farin. Cardin. Caualer. decis. 98 nu. 10. & seqq. & decis. 443. num. 1. & seq. & decis. 217. post lib. 2. cons. Farin.
Nec regulis Iuris inspectis admittendum, vt vterque Iudex etiam simultaneè procedat, ex eo quia Iudex criminalis procedat ad instantiam Fisci tanquam tertij, & ex officio ad vindictam; hæc nam-
3 que conclusio procedit solum, quando ciuilis, & criminalis Causa oriuntur ex diuerso fonte, diuersisque factis, non autem ex eodem fonte, eisdemque factis, Bart. in l. nunquam plura, in 2. oppos. ff. de priuat. delict. & in l. Prætor, §. 1. in 1. oppos. ff. de vi bonor. rapt. Specul. de act. §. sequitur, vers. quod autem, Surd. cons. 139. num. 5. vers. his tamen parū mouentibus, num. 6. & seqq. lib. 1. Farinac. d. quæst. 100. num. 133. vers. secus si ex diuersis.
Atque ita etiam sæpius hanc distinctionem sequuta fuit Rota, vt d. decis. 443. num. 1. & plur. seqq. apud Cardin. Caualer. vbi etiam alijs obiectis plenè respondetur, & decis. 530. in princ. & num. 1.
Cæterum in casu, de quo quæritur, cessat quæcumque prætensio vsurariæ prauitatis, tam in foro poli, & conscientiæ, quàm in foro fori.
In foro poli, quoniam supponitur in facto, in ipso li-
4 mine traditionis, & solutionis pecuniarum dantem, & soluentem specificè declarasse se tradere, & soluere donando gratuitè, vt plenissimè respondendo omnibus contrarijs per Sanctum Thom. 2. 2. quæst. 78. ar. 2. in eius conclusione & plenè etiam per Petrum à Nauarra in suo tractatu de restit. li. 3. cap. 1. num. 316. & seqq. fol. mihi 222. vbi præcipuè eodem num. 316. ad medium, vers. nam inter iam amicos, & consanguineos, Rebell. de oblig. iustitię lib. 8. quæst. 16. num. 23. fol. mihi 611. Couar. in relectione regulæ peccatum, par. 2 1. num. 3. de reg. iur. in 6. Lessius de iust. & iur. libr. 2. capit. 20. dubit. 6. num. 42.
In foro autem fori contentioso, tum quia cum ex
5 forma non appareat contractus vsurarius, cessat etiam prætextus tam punitionis, vt per Abb. in c. consuluit 100. num. 6. de vsuris, & per Feder. de Senis

Senis conf. 184. num. 1. quàm etiam restitutionis prætextus, vt etiam ibi Ancharanus num. 1.

Tum etiam quia decisio in Romana fructuum dotis
6 12. Maij 1635. coram bo: me: Coccino, quæ habetur impressa apud Fenzon. ad Statut. Vrb. decis. 91. fol. 97. quatenus firmat, dissoluto matrimonio per mortem vxoris, etiam si extent illius reliquiæ per communium filiorum superuiuentiam, tamen fructus dotis non deberi filijs, & vsuram dici illorum exactionem ob tituli dotis extinctionem, & deficentiam requisitorum pro interesse legitima consequutione, vel minimè procedit in casu, in
7 quo agitur de repetitione fructuum, seu interesse iam exactorum, concurrente præsumptione extraiudiciali pro eorum interuentu, vt distinguendo prædictam decisionem Coccini declarauit Rot. in Narnien, seu Romana fructuū dotis 8. Februarij 1627. coram Eminentissimo Cardinale Virile, quæ est decisio 38. per tot. & precipuè in fine, vers. ex quibus apparet, par. 5. recen.

Vel cessat omnis scrupulus hoc casu, aduertendo, quod qui pecunias soluit nepotibus sub declaratione donationis, quatenus illas repetere posset, seu actio aliqua, vel exceptio pro illis repetendis, vel retinendis competeret ex capite prætense vsurariæ qualitatis, adhuc ad tantumdem teneretur, ex quo, cum tanquam possessor bonorum, siue liberorum, siue subiectorum antenatorum fideicōmissis teneretur non solum ad restitutionem dotis matris eorumdem DD. fratrum, sed etiam ad
8 alimenta eisdem prestanda, ex dispositione auth. res, quæ, C. com. de leg. vt ibi per Bart. num. 6. Bald. Angel. Paul. de Castr. & alios communiter, cum plurimis relatis per Fusar. de substitut. quæst. 536. num. 1.

Solutiones propterea prædictæ cedere debent in causam huiusmodi alimentorum, ex quo licet ali-
9 menta præterita, quando petuntur Iudicis officio minimè debeantur, tamen debentur, quando alimentarij debita contraxerunt, prout contraxissent hoc casu, vbi pro solutis daretur repetitio, aut retentio, vt pluribus comprobat Giurb. ad consuet. Messanen. cap. 7. glo. 15. par. 1. n. 8.

ARGVMENTVM.

Fideiussor banniti de non ingrediendo in Statum Ecclesiasticum, an & quando teneatur ad pænam sub prætextu probationis ingressus ex confessione ipsius banniti.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio suspensiua datur ratione iniustitiæ non obstante Camerali obligatione.*

2 *Cameralis obligationis exequutionem impedit exceptio non purificatæ conditionis.*

3 *Appellatio datur, quando factis probationibus extrinsecus ab instrumento exequutiuo Iudex in pronunciatione potuit decipi.*

4 *Confessio correi non nocet alteri correo in ciuilibus.*

5 *Confessio Rei non nocet fideiussori in criminalibus ad effectum pęnæ conuentionalis.*

6 *Bullæ Apostolicæ recipiunt passiuam interpretationem a Iure communi.*

7 *Confessio ad effectum præiudicij requiritur, quod emanauerit principaliter, non autem incidenter.*

8 *Confessio non præcedentibus legitimis inditijs non sufficit ad condemnandum.*

9 *Statuti qualitate cessante non procedit dispositio.*

10 *Confessio vera, & realis ea dicitur, quæ præcedentia legitima habet inditia, non ea, quæ stat in puris terminis confessionis sine vllo adminiculo.*

11 *Adminicula confessionis aliunde sumenda sunt, quam ex ipsa confessione.*

12 *Relatiua dispositio subsequens intelligenda est retento eodem themate.*

13 *Fideiussio de non ingrediendo non intelligitur ad effectum pœnę comprehendere solum transitum.*

CONSILIVM CCCV.

Committenda est Causa appellationis cum retardatione; siquidem exequutio etiam Came-
1 ralis obligationis per appellationem non solum suspenditur, vbi iniusta detegitur mandati relaxatio, glo. pen. in c. ex conquestione, vbi Bald. nu. 5. & Abb. in 5. not. de restit. spoliat. Put. decis. 414. nu. 2. lib. 3. Caputaq. decis. 33. par. 1.

Sed in hoc casu liquido Causa est appellabilis, dum afferta Cameralis obligatio de per se non est liquida, ac pura, sed conditionalis, quatenus bannitus in Statum Ecclesiasticum ingrederetur; siquidem cum certum sit, ex tali obligatione actionem non dari, nisi concludenter constito prius de conditionis purificatione, adeoquod huiusmodi excep-
2 tio non purificatæ conditionis absque dubio est exequutionis Cameralis obligationis impeditiua, l. pecuniam quam, ff. si cert. pet. Rot. apud Zacch. de oblig. Camer. decis. 18. num. 1. vtique dum exad
3 uerso prætenditur probatio conditionis existentiæ extrinsecus ab instrumento, ex quo propterea ex obiectis ab hac Parte Iudex implicitè pronunciauit super prætensa conditionis purificatione, in qua potuit decipi, datur proinde suspensiua appellatio, Canar. de exequut. instr. quæst. 14. nu. 33. Barz. de guarantig. par. 1. quæst. 2. Gallesi. de oblig. Camer. tit. de liquidat. num. 2. Rot. decis. 100. num. 3. par. 1. plenè Surd. in signatura passim receptus decis. 27. num. 5. & seq.

Nec obstat, quòd de conditionis existentia doceatur ex propria banniti confessione, quia aut prætenditur, illam fideiussori præiudicare ex dispositione Iuris communis, & res est expedita, cùm
4 neque etiam cōfessio correi noceat correo in ciuilibus, Bart. in l. ex duobus, num. 32. ff. d. duob. Reis Ronchegall. in l. eamdem, §. sed si quis, numer. 17. ff. eod. tit. siue agatur de correo debendi, Bald. cons. 43. num. 1. vers. in contrarium, & per tot. lib. 5. Sur. decis. 218. num. 4. & seqq. siue de correo credendi, vt per eumdem Surd. decis. 229. num. 31. ad med. &
5 num. seq. minusque noceat in criminalibus ad effectum, vt pœnæ conuentionali locus sit in præiudicium fideiubentis, vt post alios per Farin. quæst. 107. num. 107.

Aut prætenditur præiudicatio ex dispositione Bullæ Pij Quarti, ad quam se refert decretum Sacræ Cōsultæ, & in qua disponitur, quod si contingat, cōtrauenientem verè, & realiter confiteri, vel fictè propter contumaciam, exigi possit pœna à fideiussore, perinde ac si cōtrauentio per testes legitimè

esset probata, vt etiam per eumdem Farinac. d. quæst. 107. num. 111. & Chartar. de exequut. sent. cap. 1. num. 306. & minus præiudicium exinde in-
6 fertur, tum quia ex passiua Iuris communis dispositione, quam recipit, Bellon. ex communi consil. 53. num. 11. Pedem. decis. 169 num. 6. ad fin. Gabr. cons. 1. num. 1 lib. 2. Caputaq. decis. 67. num. 7. par. 2 Rot. decis. 714. num. 15. & seq. par. 1. diuers. intelli-
7 genda est propterea Constitutio de confessione emanata principaliter super interrogatione ad hoc principaliter tendente, non incidenter, cum hec neque ad condemnandum principalem confitentē sufficiat, glo. in c. cum super, in verb. confessus, vers. sed nonne iste, & ibi Butr. num. 10. de confess. Bart. in l. 2. §. si publico, num. 20. ff. de adult. Rom. in l. Magistratibus, numer. 4. in fine, vers. sed quid si confessio, ff. de iurisd. omn. Iud. Boss. tit. quo modo proced. post num. 7. vers. secus si essent, cum alijs per Farin. quæst. 81. nu. 219. & 227. & cons. 89. num. 40. vers. primò quia, lib. 1. & præter illos Marsil. singul. 329. in princ. & alij per Mancin. de confess. cap. 3. art. 2. num. 29. & cap. 7. num. 7.

Tum etiam quia intelligenda est de confessione habili ad condemnandum ipsum principalem, ac
8 proinde de confessione emanata legitimis desuper præcedentibus inditijs, quæ in hoc casu nulla præcesserunt; quandoquidem sine illis neque etiam spontanea confessio ad condemnandum sufficit, l. 1. §. Diuus Seuerus, ff. de quæst. nam & sine inditijs neque Iudex potest aliquem inter Reos ponere, & interrogare, Boss. de examin. Reor. n. 6. & seq. Marsil. cons. 130. num. 34. in fine, vers. nam quando, Farinac. d. quæst. 81. num. 14. & seq. & cōs. 19. post num. 31. vers. & in tantum, li. 1. vbi quod in tantum conclusio est vera, quod procedit etiam coram quocumque Iudice habente liberum, & absolutum arbitrium, Mancin. de confess. cap. 3. ar. 3. num. 10. & art. 5. num. 33.

Neque facit in contrarium doctrina Bart. in l. cū filius familias, 49. num. 3. in fine, vers. tertio contingit, ff. de verb. obligat. & quia præter id, quod loquitur Bart. ad effectum præiudicij resultantis patri ex vera filij confessione respectu peculij profectitij, ea ratione, quia filius liberam habet in eo administrationem, satis supponit, confessionem esse debere, legitimis inditiis præcedentibus, dum ad fundandā suam conclusionem adducit textum in d. l. 1. §. Diuus, ff. de quæst. inquiens, confessiones Reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportere, si nulla probatio religionem cognoscentis instruat, vt per Farinac. d. quæst. 81. numer. 14. & Ias. qui ita Bart. declarat in eadem l. cum filius familias, num. 15. post princ. vers. sed tu aduerte.

Et quia difficultas in casu, de quo quæritur, tollitur ex eodem decreto Sacræ Consultæ, dum in eo qualificatur dispositio, quando contra bannitum, qui prætenditur ingressus, extant inditia sufficientia ad transmittendam inquisitionem ipsi bannito, & vlterius ex sententia contumaciali superuenit de-
9 claratio huius ingressus, adeo quod cessantibus huiusmodi inditijs & sententia, absque dubio cessat decreti dispositio, Dec. cons. 49 num. 1. vers. & cum Statutum, Natt. cons. 648. numer. 3. Seraphin. decis. 670. num. 1.

Nec resistit, quod in eodem decreto Sacra Consulta velit procedi contra fideiussorem eodem modo, & forma, qua fit contra fideiussorem de non offendendo, tum quia eadem Constitutio Pij Quarti istri ctè loquens in cautione de non offendendo, disponit non simpliciter, quatenus contraueniens confiteatur vel fictè per contumaciam, vel verè, & realiter, qui casus huic non conueniunt, dum & contumacia, & veritas, & realitas confessionis ces-
10 sat, ex qua in proposito ea vera, & realis dicitur confessio, quæ præcedentia legitima habet inditia, non quæ stat in puris terminis confessionis absque vllo adminiculo, Mancin. de confess. cap. 1. num. 49 & cap. 7. num. 37. quandoquidem pro inditio, aut adminiculo minimè deseruit, quod ex loco S. Mariæ ad Leonissam accedi nequeat nisi ex transitu per loca Status Ecclesiastici, & quia potuit iter fie-
11 ri per mare, & quia qualitas huius itineris cum aliunde non probetur quam ex confessione, non potest suffragari pro adminiculo, cuius substantia aliunde, vt iuuet, est desumenda, Rot. decis. 375. nu. 8. par. 1. Gabr. de probat. concl. 1. in princ. Rota in rec. decis. 558. num. 3. par. 2.

Tum etiam quia Sacra Consulta relationem habet ad casum fideiussionis de non offendendo sub eodem modo, & forma, &c. non simpliciter, & absolutè, vt exaduerso supponitur, sed continuatiue cum præcedente immediata dispositione, in qua requirūtur inditia præcedentia legitima ad transmittendam inquisitionem, & declaratio ingressus; quamobrem relatiua dispositio subsequens tanquam continuatiua intelligenda est retento eodē
12 themate, Guido Pap. decis. 527. num. 1. & seq. Alexan. consil. 134. numer. 23. in fine, & numer. seqq. lib. 6.

Hæc autem eo magis sunt amplectenda, quo prætensus contraueniens fuit capitali supplicio damnatus, & eius ingressus ab eodem dicitur fuisse per
13 transitum, nam non ita amarè, & acerbè promissio pœnæ ex ingressu est intelligenda, vt etiam solum transitum includat ad effectum standi, & habitandi extra Statum, vt in specie per Ancharan. consil. 75. num. 4. ad fin. & num. 5. & seq. & Bertaz. consil. crim. 217. num. 3. lib. 1.

ARGVMENTVM.

An fideiussor de repræsentando dicatur liberatus ex mutatione status debitoris, vel ex impedimento præstito à Superiore.

An substineatur societas officii contracta vltra officii valorem.

SVMMARIVM.

1 *Tempus durante impedimento non currit.*
2 *Fideiussor de repræsentando liberatur ex mutatione status debitoris.*
3 *Fideiussor de repræsentando liberatur ex noua causa superueniente, ex qua repræsentatio effecta fuerit impossibilis, vel difficilis. Non obstantibus etiam verbis vniuersalibus, vt numero 4.*
5 *Fideiussor de repræsentando liberatur, quando Reus bannitur. Vel quando citatur pro delicto, vt num. 6.*

7 *Fideiussor de repræsentando liberatus non reincidit in obligationem, etiam si Superior offerat saluum conductum.*
8 *Fideiussor de repræsentando excusatur ex facto Superioris.*
9 *Fideiussor in dubio non intelligitur obligatus.*
10 *Societas officij non substinetur vltra valorem officij, sed remanet purum mutuum non producens fructus.*
11 *Exceptio competens debitori suffragatur fideiussori.*

CONSILIVM CCCVI.

Fideiussor in hoc casu non tenetur pretensum debitorem in carceribus repræsentare, quoniam tempore, quo cadebat eius obligatio, excusatur ex superuenientia vacationis Sedis, quo tempore carceres aperiuntur, & debitores à carceribus à Capitibus Regionum liberati exeunt, non etiam ex causa debiti detruduntur, itaquod tempus du-
1 rante impedimento non currit, Scac. de appellat. lib.3.quæst.8.nu.162. Caputaq.decis.262.lib.1.in manuscript.

Tempore verò, quo cessauit vacatio Sedis liberatus fuit fideiussor ob impedimẽta inhibitionum, quas ratione fori etiam de mandato Sanctissimi concessit D. Cardinalis Camerarius, tum quia super-
2 ueniens priuilegium fori mutat statum, sicut quãdo debitor ex laico efficitur clericus, Marsil. in rubr.ff.de fideiussor.quæst.12.num.132.& seq. Boss. de carcerat.fideius.num.42.Cephal.cons.187.num. 8.lib.2. Eugen.cons.2 numer.28.Farinac.quæst.34. num.38.Maur.de fideiussor.par.1.sect.2. cap.3. nu. 59.Giurb.cons.crim.35.num.13.cum immò ad liberationem sufficiat non solum quælibet status debitoris mutatio, vt dicunt prædicti, sed quælibet
3 noua causa superueniens, ex qua repræsentatio nedum effecta fuerit impossibilis, sed etiam difficilis.cum obligationi etiam sub forma Cameræ insit conditio, quatenus res in eodem statu permaneat, Gozad.cons.27.num.1.vt in his terminis per Gabr.cons.173.num.11.12.& seq.lib.2. etiam non
4 obstantibus verbis vniuersalibus obligationis, vt per eumdem Gabr.cons.181.num.6.14.& 24.lib.1. Menoch.cons.292.num.24.& seqq. Honded.consil. 111.nu.45.47.49.59. & alijs, lib.1.Eugen.d.cons.2. num.28 Farinac. d.quæst.342. à numer.41.ad 54. Maurus d.cap.3.num.51.Gratian.discept.cap.208.
5 num.3 lib.4.& hinc fit, quòd non solum liberatur fideiussor, quando Reus bannitur, Eugen.cons.68. num.42.& seq.Honded.d.cons.111. num.38. lib. 1. Farinac.d.quæst.34.numer.39.& seq.sed etiam vbi
6 est inquisitus, & citatus pro delicto, Bertaz.consil. crim.436.num.1.& seq.Honded.d.cons.111.numer. 45.vers.si quod fideiussor, & num.52. Maur. d.cap.
7 3.num.50.adeoquod etiam si offeratur debitori à Superiore fidantia, seu saluus conductus, non tamen fideiussor, qui ex d.status mutatione fuit liberatus, in obligationem tanquam cessante causa reincidit, cum sufficiat, debitorem fuisse perterritum, Gabr.d.cons.181.num 23.lib.1.Eugen.d.consil.2.num.40.cum alijs pluribus per Hering. de fideiussor.cap.20.§.9.num.100.& Gratian. d.discep. 708.n.5.& seq.

Tum etiam quia durant adhuc inhibitiones, & impedimenta D. Cardinalis Camerarij de mandato
8 Sanctissimi, quapropter semper nedum Superioris factum, sed culpa fideiussorem excusat, Thob. Non.cons.103.in fin.Eugen.d.cons.68.n.27. Maur. d.cap.3.n.52.& seqq.

Præsertim cum in dubio semper capienda sit inter-
9 pretatio, ne fideiussor teneatur, vt per Gabr. d. cons.181.numer.27.lib.1. & d. cons.173. num.23. lib.2.Giurb.cons.35.num.29. Farinac. qu.84. numer.182.

Sed obstat etiam creditori defectus crediti, cuius occasione instat pro mandato, cum enim societas ex qua prætensum creditum prouenit, sit super officio valoris non capacis, ac propterea non subsi-
10 stat, nisi pro rata, cuius est capax, remanet in reliqua purum mutuum, adeoquod fructus pro rata excedente soluti imputandi sunt in sortem, tum ex Bulla Pij Quarti 12.§.2.Bullar.nouo tom.2. fol. 22.tum ex dispositione Iuris communis; quandoquidem cum dans pecunias admittatur ab officiali in socium officij, & ad participationem fructuum, in eo, quod societas valorem officij excedit, cessat officium, quod est societatis subiectum, & consequenter fructuum communicatio consequutiua à subiecto ipsius officij proueniens, l. verum, in fine, ff.pro soc.Rot.decis.763.numer.2. & 8. par.1. diuersor. & ita etiam in his terminis sæpius fuit in Rota decisum, vt apud Zacch. de societ. offic.decis.11.num.1.& seqq.& decis. 28. numer.1. & seqq.& decis.37.num.1.& seqq. Gregor. decis.167. num.1.& seqq.ac proinde exceptio hæc indubita-
11 ta, quæ competit asserto debitori, suffragatur absque du bio eiusdem fideiussori, l.omnes exceptiones, ff.de except. l.ex qua persona, ff. de fideiuss. & in fideiussore de repræsentando Menoch.d.consil. 212.num.40.& seqq.lib.3.

ARGVMENTVM.

De impugnatione sententiæ super cassatione fideiussionis.

SVMMARIVM.

1 *Iudices delegati a Principe possunt de Iure sententias suas exequi absque alia commissione.*
2 *Iudices delegati non possunt de stilo in Curia ob reuerentiam Principis exequi suas, vel alienas sententias absque commissione exequutoriali.*
3 *Commissio exequutorialis cum clausula, attento quod Causa non reperitur alteri commissa, non suffragatur, si Causa alteri commissa erat.*
4 *Sententia notorie nulla non est exequibilis, etiam si omissa sit appellatio.*
5 *Sententia nulla numquam transit in iudicatum.*
6 *Commisso conditionalis non tribuit iurisdictionem nisi conditione purificata.*
7 *Limitata causa limitatum producit effectum.*
8 *Ratio, quæ militat in vno casu, non extenditur ad alium diuersum.*
9 *Forenses cum difficultate in iudicio conueniuntur.*
10 *Procurator sine speciali mandato non potest suum principalem obligare in forma Cameræ.*
11 *Sententia dicitur nulla ex defectu iurisdictionis, quando forma rescripti non fuit seruata.*
12 *Ob Causæ appellationis desertionem cessat iurisdictio.*

13 Com-

13 *Commissio quando habet signaturam quoad secundam partem, non attenditur quoad narrata, & petita in prima parte.*
14 *Consensus limitatus non extenditur.*

CONSILIVM CCCVII.

Non est locus cassationi fideiussionis prætensæ ab aduersario ob sententiam, & rem iudicatam,
1 in qua se fundat, quia licet Iudices delegati à Principe possint suam sententiam absque alia commissione exequi tam de Iure ciuili, quia habent vim ordinarij, l.fin.in fin.C.de iudic.l.à Iudice, C.eodem tit. quàm etiam de Iure canonico, dummodo infra annum, c.quærenti, & c.significasti, de offic. deleg. Franc.Marc.decis.72.num.1.vers.sed in contrariũ,
2 & numeris seqq.par.1. tamen aliud de stilo seruatur in Curia ob reuerentiam Principis, itaquod nullus delegatus neque etiam propriam sententiam sui natura exequibilem, nedum alienam alterius tribunalis exequi valet absque speciali commissione exequutoriali, Cassad.decis.13.num.4.de rescript.& decis.3.in fine, de dol. & contum. Rota decis.39.de re iudic.& decis.72.de appell. in antiq. Aegid.cons.18.num.12.Mandos.in glo.ad commis. exequut.in principio, vbi quod procedit stilus etiã in Auditoribus Rotæ, non obstante clem.Auditor de rescript.

Neque enim releuat, quòd in actis præsentata fuerit commissio exequutorialis, in qua Pars aduersa in-
3 sistit, quia cum appareat signata cum clausula, attento quòd Causa non reperitur alteri commissa, nullatenus suffragari potest, postquam ex eisdem actis constat, Causam appellationis à sententia, cuius exequutio prætenditur, iam tunc alteri commissam fuisse ante prætensæ exequutorialis præsentationem, Bart.in l.eos, num.12.C.de appell.recip.Cassad.d.decis.13.num.4. de rescript. Vestr. in prax.lib.8.cap.vlt. num.9. post vers.sed hodie, vers. dicitur tamen Causa appellationis.

Cœterum nec facultati exequendi datur locus inspecta qualitate sententiæ, cuius exequutio præ-
4 tenditur; cum enim patiatur defectum notoriæ nullitatis, cessat proinde omnis exequibilitatis prætensio, etiamquod ab illa nunquam appellatũ extitisset, l.si constet, de appell.l.si expressim, ff.eod. tit.l.1.§.si quis, ff.quand.appell.fit, l.si vt proponis, & l.si pater, C.quando prouoc.non est necess.ideo-
5 que sententia nulla nunquam in iudicatum transit, Felin.in c.super litteris, num.15. de appell. Roman.cons.394. num. 7. presertim quando de nullitate constat ex eisdem, quia tunc nunquam talis nullitas sublata censetur, vt per Rot.decis.666. n.3. par.1.diuers.

Constat autem de nullitate, quia Iudex à quo absque iurisdictione pronunciauit; cum enim commissio-
6 nes, & rescripta, quorum vigore processit, & exaduerso prætenditur illi attributa iurisdictio, fuerint conditionalia, cessauit iurisdictio, conditionum forma non purificata, c.cum dilecta, de rescript.vbi Abb.num.4.& cœteri communiter, c.olim, de offic. deleg.Paris.cons.94.num.8.lib.4.Put. decision.429. lib.1.

Etenim cum conditiones primo rescripto adiectæ fuerint plures, nempè facta obligatione, & data idonea cautione in Curia, tam à Barone, quàm a Thoma eius filio, & consortibus de parendo mandato S.R.E.& de stando iuri, & iudicatum soluendo cum Parte, & Fisco pro omnibus Causis, mode-
7 ratio deinde impetrata limitatè quoad cautionem pro certa summa non substulit effectum conditionis quoad obligationem indefinitam ex primo rescripto requisitam, & in sequentibus minimè modificatam, & præsertim stantibus clausulis eorumdem sequentium rescriptorum, vt Iudex procederet in cœteris iuxtà formam præinsertarum eadem forma seruata, l.cancellauerat, ff.de his, quæ in testam.delent.l.sed si plures, §.ad substitutos, ff. de vulg.Surd.cons.127.num.68.& cons.150. num. 77. lib. 1.

Concurrente præcipuè summa rationis diuersitate; siquidem ratio in precibus narrata, quòd Parti aduersę impossibilis esset adinuentio fideiussorum in Curia vsque ad indefinitam quantitatem, nullatenus applicabatur obligationi per ipsam Partem ad uersam faciendam, cum talis obligatio à mera eius voluntate penderet, quamobrem ratio illatiua
8 prouisionis in vno casu absque dubio extensibilis non est ad alium diuersum, in quo ea ratio omninò cesset, c.causam, quæ, de rescript. Alex. cons.108. num.5.lib.6.Gail.obseruat.76.num.19.lib.2.

Eoque magis, quo Pars aduersa defecit quoque in obligando se in forma Cameræ, nam necessaria erat talis obligatio cũ aduersarij essent Regnicolæ,
9 & Laici, ac propterea per difficilis conuentionis, Ias.in l.si fideiussor, §. si necessaria, num.8.ff. qui satisdar.cog.Roman.cons.62.num.7.quandoquidem idem est, ac si huius obligationis qualitas in instrumento non legeretur, postquam procurator,
10 qui obligationem dicto nomine contraxit, huiusmodi facultatem in eius procurationis mandato non habebat, vt per Gallef.de oblig.camer.q.3. ad 1.par.num.1.& seqq.

Adeo quod nullitas huiusmodi ex iurisdictionis de-
11 fectu influit etiam in prætensam absolutionem à censuris, cum & illa processerit à radice iurisdictionis infecta ob conditionem, & formam rescriptorum, quibus attribuebatur, non seruatam, Ruin.cons.102.num.17.lib.2.Pedem.decis.1.nu.22. Alex. consil. 145. numer.4. vers. nec talis nullitas lib.5.

Sed corruit præterea prætextus rei iudicatæ ex alia dictæ sententię nullitate, ex defectu pariter iurisdictionis; cùm enim prior sententia lata ad fauorem huius Partis in prima instantia fecisset transitum in iudicatum ob non prosequutionem Causæ appellationis, ac fatalium non prorogationem non solum per sex menses, sed per biennium, &
12 vltra, vtique deserta iam Causa appellationis, cessauit iurisdictio Iudicis ad quem, & consequenter nulla fuit prioris sententiæ reuocatio, cum propterea exequi, non reuocari posset, c.cum sit Romana, vbi Franc.num.15.vers.sed certè, de appell. Rot.decis. 601.num.1. ad fin.par.1. in recent.

Nec obstat, quod in vltima commissione legatur in corpore facultas fatalia prorogandi, & oratorem, prout de Iure aduersus sententiam restituendi,
13 quia commissio habet signaturam restrictam, & limitatam ad secundam partem, in qua huiusmodi clausulæ non leguntur, ac proinde de iis nulla ratio est habenda, vt per Rot.decis.621.nu.2. per tot.par.2.in recent.vbi in specie loquitur de commissione habente secundam partem, firmans narrata, & petita restringi, & limitari per concessionem, & signaturam, inferens, exinde non esse habendam rationem de clausula, quam, & quas,

quæ in commissione legebatur, & tamen in secunda parte non erat repetita.

Quod quidem indubitatum videtur in hoc casu, in quo signatura dictæ secundæ partis emanauit, stan
14 te Partium consensu, & constat de consensu D. Abbatis restricto ad eamdem secundam partem, nam propterea absque dubio trahi nequit ad alias facultates in eadem secunda parte minimè expressa, l. iubemus, C. ad Velleian. Menoch. consi. 75. num. 74. lib. 1. Surd. cons. 445. num. 60. lib. 3.

ARGVMENTVM.

De pluribus exceptionibus competentibus fideiussori de repræsentando pro euitatione pœnæ conuentionalis.

SVMMARIVM.

1 *Verba contractus magis attenduntur quam extrinseca interpretatio, sicut magis attenditur textus quam glosa.*
2 *Fideiussio non extenditur vltra formalitatem verborum.*
3 *Fideiussor actoris de soluendo expensas in casu succumbentiæ non tenetur in casu peremptionis instantiæ.*
4 *Fideiussio de soluendo precium non extenditur ad obseruantiam contractus emptionis.*
5 *Fideiussor de repræsentando non euitat pœnam conuentionalem, si velit in se iudicium suscipere vtendo exceptionibus Reo competentibus.*
6 *Iudex delegatus non potest subdelegare.*
7 *Commissio vel delegatio non porrigitur ad personas non nominatas.*
8 *Actus non sustinetur ex causa habili, quando agens restrinxit se ad causam inhabilem.*
9 *Decreto corruente ex defectu iurisdictionis corruit obligatio in eius exequutionem.*
10 *Fideiussor de repræsentando non tenetur, quando constat de iniustitia carcerationis Rei principalis.*
11 *Relaxatus sub fideiussione censetur approbare capturam, nec dicere potest de inualiditate. Dummodo fideiussio præstetur voluntariè, secus autem ex necessitate, vt num. 13.*
12 *Fideiussio de se repræsentando differt a fideiussione de habendo domum pro carcere.*
14 *Actus inualidus non censetur approbatus, nisi iustificata scientia nullitatis, non genericè, sed explicite.*
15 *Fideiussio expirat finito officio eius, cui fuit præstita expresso eius proprio nomine.*
16 *In fideiussione subintelligitur conditio rebus in eodem Statu permanentibus.*
17 *Fideiussor non tenetur, si Reus aufugiat occasione noui diuersi processus, & delicti.*

CONSILIVM CCCVIII.

Verba huius fideiussionis formalia sunt, quod Bonaza non discedet à domo animo redeundi etiam ostijs, & fenestris apertis; cum autem verba
1 contractus habenda sint pro textu, cui propterea magis credendum, quam glosæ extrinsecæ notarij, aut alterius cuiuscumque, Hering. de fideiussor. cap. 20. §. 10. num. 40. ex Crauett. cons. 105. num. 2. ad med. vers. verba enim contractus, non est locus prætensæ exequutioni ad pœnam conuentionalē postquam constat, discessum Bonazæ a dicta domo cum fuga extra Statum, ad locum tutum non fuisse animo redeundi, sed immò animo minimè redeundi, ad quem casum fideiussor se non obligauit.

Quandoquidem adeò verum est, quòd fideiussio re
2 quirens stipulationem non extenditur vltra formalitatem verborum, Boss. de carcer. fid. num. 48. in fin. vers. sed tamen, Menoch. cons. 212. numer. 14. lib. 3. Caball. resolut. 59. num. 4. Surd. decis. 212. nu. 5. post princ. vers. quæ non extenditur, quod prop
3 terea fideiussor actoris de soluendo expensas in casu succumbentiæ non tenetur, vbi actor succubuit per peremptionem instantiæ, ex quo talis nō est propriè succumbentia, sed impropriè, Decian. cons. 72. num. 19. & seq. lib. 2. sicut etiam eadem ra
4 tione fideiussio de soluendo pretium non extenditur ad obseruantiam contractus emptionis, & venditionis, vt resoluit Rot. decis. 50. num. 5. par. 1. recent. & in puncto Rim. iun. cons. 738. in princ. & num. seqq. lib. 7.

Cæterum neque etiam exequutioni locus est ob releuantes exceptiones, quæ D. Marchioni competunt; quamuis enim regula sit generalis, quòd exceptiones competentes Reo principali, competāt etiam fideiussoribus, ex l. omnes, ff. de except. non procedat in Causis criminalibus, in quibus est necessaria persona Rei principalis, ac proinde fide
5 iussor de repræsentando Reum inquisitum, non euitet pœnam conuentionalem promissam ex eo, quòd offerat, velle in se iudicium suscipere, vtendo Rei exceptionibus, vt per Farinac. quæst. 34. nu. 25. 26. & seqq. tamen secus est quoad exceptiones perimentes obligationem ipsius Rei, ac consequutiuè etiam fideiussoris obligationem accessoriam, ex proximè allegandis.

Primò namque obligatio tam Rei, quam fideiussoris processit in exequutionem decreti D. Chrispolti nullam prorsus habentis iurisdictionem; licet enim D. Cardinalis tunc Cameræ Auditor tanquā à Sacra Consulta Iudex specialiter deputatus contra hebræos, & alios correos in processu, nominatos ex litteris à se transmissis deputauerit in Iudicem D. Phæbæum, qui supponitur deputasse d. D. Chrispoltum, tamen non propterea iurisdictio aliqua fuit illi attributa, tum quia D. Phæbæus tan
6 quam deputatus ab A. C. tanquam ab inferiore à Principe, non poterat subdelegare, c. super quęstionum, §. si verò, de offic. deleg c. cum Causam, de appell. l. à Iudice, C. de iudic.

Tum quia eius deputatio ab A. C. tanquam restricta
7 ad correos in d. processu nominatos, non extendebatur ad personam dicti Bonazæ tunc minimè in eo processu nominati, c. P. G. de offic. deleg. Rota decis. 214. n. 3. par. 2. rec.

Tum & tertio quia in omnem casum in faciendo dicto decreto D. Chrispoltus se restrinxit ad iurisdictionem sibi à Sacra Consulta delegatum, dum re vera non constat, Sacram Consultam illam vnquā in hac Causa sibi attribuisse; nam certum est, de
8 cretum neque etiam ex habili iurisdictione sustineri, quando decernens, ad illam se restrinxit, quā non habebat, Marsil. singal. 262. num. 1. & 3. Rota de-

decis.108. num.2. vers. nihilominus; loquens de restringente se ad delegationem Sacræ Consultæ, par.2. diuers.& in Romana prætensarum mercium 30.Maij 1597.coram Litta.

Supposita autem nullitate dicti decreti ex defectu
9 iurisdictionis corruit obligatio in illius exequutionem sequuta, Angel.in l.1.num.1.post princ. vers. decide, quod si est captus, ff. ne quis eum, qui in ius voc.Osasc.cons.65.num.21.vbi idem intelligit in habente iurisdictionem, sed limitatam, & illius limites excedente, prout intelligit etiam Farinac. quæst.32.num.70.& quæst.30.nu.135.

Secundò quia constat etiam de euidente iniustitia carcerationis ipsius Bonaze, dum litteræ quarum occasione fuit carceratus admonent dumtaxat eũ cui dirigebantur ad dicendam veritatem, ac in ea persistendum adeo quod excludunt,non inclu-
10 dunt delictum; supposita autem innocentia Rei, iniustaque illius carceratione nec principalis, nec fideiussor ad pœnam conuentionalem ob discessum, & non repræsentationem tenentur, Boss.de carcer.fideiuss.num.48.ante med.vers. & vbi esset iniusta, & num.seqq Farinac. post alios quæst. 30. num.61.& seq.& num.65.66.67.& seq.vsque ad 70. cessat enim tunc Fisci interesse, dum Reus esset in Statu absolutionis, vt pluribus comprobat idem Farin.quæst.34.num.68.Caball.resol.190.numer.9 Ant.var.lib.3.resol.29.in 4.& 5. casu, Laurent. decis.Auenionen.125.num.8. vers. publicato processu.

Neque enim obstat si dicatur, quòd relaxatus sub fi-
11 deiussione præstita de se repræsentando censetur approbare capturam, nec amplius potest dicere de illius inualiditate,ex adductis per eumdem Farin.quæst.27.num.150.& quæst.34.num.181. tũ
12 quia differunt promissio, & fideiussio de se repræsentando à promissione, & fideiussione de habendo domum probato carcere, & exinde non discendendo cum in hoc casu non sequatur relaxatio, sed fiat commutatio carceris, vt per eumd. Farin.d.quæst.30.num.61. & seqq.

Tum quia procedit obiectum quando satisdatio præ-
13 statur voluntarie,non autem ex necessitate prout actum est in hoc casu occasione infirmitatis,Aret. cons.87.num.1.in fin.& seqq. Caccialup. de debit. suspect.quæst.15.num.4. Bero cons.9. nu.16.17.18. & plur.seqq.lib.3.Rot.decis.779.num.6.vers.vel dationem cautionis. par.1. diuers. Marsil. in l. si quis nec quæstio,num.22.ff. de quæst.

Tum, & tertiò quia nunquam conclusioni contrariè locus est nisi vbi præstans satis dationem sciuit præcedentem capturæ inualiditatem, secus verò quando ignorauit, sicuti censendum est ignorasse carceratum, cùm neque facultates asserti Iudicis viderit, neque processum antea formatum;siqui-
14 dem ex actibus positiuis nullitas quæcumque purgabilis est scientia nullitatis minimè iustificata,Socin.iun.cons.24.num.5.vers. nec etiam ratio, lib.1.Dec.cons.47.num.28. & seqq. Gabr. cons.36. num.60.lib.1.adeo quod nec sufficit scientia generica nisi explicita probetur, vt per Rot. decis. 535.num.12.ad fin.& decis.492. numer.10. part.1. recent.

Tertio quia fideiussio loquitur de præsentatione in carceribus Ferrariæ ad omne mandatum dicti
15 D. Chrispolti, fideiussio autem expirat officio eius, sub cuius proprio nomine fuit præstita terminatio,l. cum apud penult. ff.Iud.solui,vbi Bart. num.1.vers.concludde ergo, Gabr. concl.4. de fideiuss.num.5.Aret.d. cons.87. num.4. Franc. decis. 320.num.4. Thesaur.decis.202. num.14. & est textus in l.si quis arbitratu,ff.de verb. oblig. Farin. d. quæst.34.num.116. & seq.

Quartò quia restricta est quoque fideiussio ad causam, pro qua de præsenti Bonaza retinebatur; cum autem supponatur deindè eumdem inquisitum fuisse de nouis, & grauioribus delictis, & o-
16 bligationi fideiussoriæ tacita insit conditio, rebus sic & in eodem Statu permanentibus, Farin.d.qu.
17 34.num.42.non tenetur, fideiussor, si Reus occasione noui diuersi processus, ac delictorum aufugiat, Gabr.cons.181.num.6. & plur. seqq. lib.1. & cons.173.num.11.& seq.vsque ad fin.lib.2. cum alijs per eumdem Farinac. eadem quæst.34. nu.54. & infra, & num. 170.ante fin.vers.licet benè secus esset si pro diuerso.

ARGVMENTVM.

De easdem exceptionibus cum responsione ad obiecta in contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Iudex delegatus non cognoscit de quæstione incidenti,sed eam remittit deleganti.*

2 *Iudex a Principe delegatus potest punire testes falsum coram eo deponentes, secus autem Iudex ab inferiore subdelegatus.*

3 *Delegati iurisdictio ratione connexitatis extenditur ad personas in commissione non nominatas.*

4 *Connexitas Causæ incidentis ea dicitur,sine qua non posset principalis Causa diffiniri.*

5 *Delegantes, qui non constituunt Ius ciuile, sed Prætorium, dicuntur delegare tanquam Magistratus.*

6 *Causa meri,& mixti Imperij vsque ad gradus punitioni delicti applicabiles non est delegabilis a Magistratu.*

7 *Delegatus ab inferiore a Principe potest aliquem articulum super mero. & nudo ministerio facti subdelegare.*

8 *Delegatus non potest actu exercere iurisdictionem ante exhibitionem litterarum delegationis.Contrarium quando Princeps est præsens.vt num. 9.*

10 *Verba vbi sunt clara, frustra adducitur quæstio voluntatis.*

11 *Fideiussor quod quisquam non discedet etiam animo redeundi, tenetur etiamsi discedens rediuerit.*

12 *Verborum destructiua interpretatio non admittitur.*

13 *Obligatio non extenditur ex verisimili in præiudicium fideiussoris.*

14 *Obligatio extenditur in ijs,quæ veniunt ex natura contractus.*

15 *Verborum certitudo declarat certitudinem intellectus.*

16 *Stipulationes in dubio recipiunt intellectum a verisimili,& more regionis.*

17 *Potestas non sufficit sine voluntate ex regula, quod potui nolui,&c.*

18 *Stipulationes Prætorias in dubio ipse Prætor interpretatur.*

19 *Fi-*

19 *Fideiussor de repræsentando liberatur, quando impeditur facto Iudicis.*
20 *Actus gestus ad vnum finem non debet alium diuersum operari.*
21 *Præseruatio nihil de nouo tribuit.*
22 *Fideiussor de repræsentando excipere potest de iniustitia carcerationis Rei principalis.*
23 *Testis vt patiatur se examinari, licet vti prece, & precio.*
24 *Attentatio subornationis testium non sequuto effectu, nec actu proximo non est punibilis.*
25 *Delicti subiecto cessante cessat qualitas inditiorum.*

CONSILIVM CCCIX.

EXceptiones defectus iurisdictionis prætensi Iudicis delegati, obligationis D. Marchionis respectu casus, de quo quæritur, & iniustitiæ carcerationis Bonazæ perimunt intentionem Fisci, non autem eius replicationibus perimuntur.

Etenim quoad primam prætextus, quod D. Phæbæus exercere posset iurisdictionem in Bonazam tanquam contra tentantem subornare, & auertere testes examinatos, ex quo propterea Causa erat incidens, & emergens, ex textu in l. nullum 12. C. de testib. cum alijs allegatis, corruit funditus non solum ex defectu subiecti ex infra adducendis, sed ex eisdem authoritatibus exaduerso allegatis; vel enim conclusio procedit in solo Iudi-
1 ce ordinario, non etiam in delegato habente iurisdictionem limitatam, cum in hoc casu, quæstio incidens sit remittenda deleganti, iuxtà textum in l. Diuus Pius, 31. per quem ita firmat Bart. in eadem l. sub num. 4. ff. ad l. Cornel. de fals. vbi etiam, quod in Iudice ordinario quoad pænam extraordinariam intelligendus est textus in l. nullũ C. de testib. vt etiam per Specul. de test. §. 1. incip. opponitur, num. 44. Boss. de fals. num. 103. Menoch. de arbitr. quæst. 91. num. 4. vers. ego autem.

Vel si procedit in delegato, intelligenda est conclu-
2 sio de solo delegato Principis Superiorem non recognoscentis, non etiam in subdelegato, qualis erat D. Phæbæus tanquam subdelegatus ab A. C. delegato à Sacra Consulta; recepta enim in hac parte est communiter distinctio Io: Andr. in addit. ad Specul. d. tit. de teste, §. 1. num. 44. in verb. coget, in princip. vt testantur ijdem exaduerso adducti, Couar. pract. cap. 18. num. 8. post princ. vers. quamobrem, & vers. & est hæc distinctio frequentiori, & Clar. attestans eamdem communiter receptam in praxi crim. §. fin. quæst. 38. numer. 13. & præter eos benè comprobat contrarijs etiam respondendo, Menoch. de arbitrar. d. quæst. 91. num. 10. in fine, & seqq. & iuxta hanc distinctionem intelligendus est Caball. pariter exaduerso adductus, dum tam resol. 117. num. 8. quàm resol. 261. numer. 5. post med. allegat Couar. eod. loco superius citato, prout eadem quoque ratione intelligendus est Vant. de nullit. tit. 13. de nullit. ex defect. processus, dum numer. 49. vtitur authoritate Specul. vbi sup.

Minus iurisdictio saluari potest ex alio prætextu cō-
3 nexitatis, vt quia iurisdictio etiam delegati extendatur ad personas non nominatas, ex Caputaqu. decis. 191. num. 7. par. 2. quia conclusio vera est, sed non applicatur facto, quandoquidem connexitas
4 in proposito ea duntaxat est considerabilis, sine qua principalis Causa diffiniri non posset; quamobrem deficit in hoc casu, quo prætensa attentatio subornationis, aut auersionis testium iam examinatorum tanquam non consumata, nec effectũ aliquo modo sortita Causæ diffinitionem nullatenus impediebat, ita enim declarat Menoch. de arbitrar. d. quæst. 91. num. 8. vers. ego autem ita soleo nodum dissoluere.

Hæc autem dum ex præmissis procedunt in subdelegato, multò facilius admittenda sunt in D. Chrispoldo, siue eius iurisdictio fundetur in authoritate sibi attributa à subdelegato, siue etiam à Sacra Consulta.

Primo casu, tum quia vel D. Chrispoldus non videtur dici posse subdelegatus à delegato Principis, cum delegatus Principis non sit, nisi qui delegatur à Principe superiorem non recognoscente, ita-
5 quod delegantes, qui non constituunt Ius ciuile, sed Prætorium, dicuntur delegare tanquam Magistratus, Peregr. in tract. varijs, lib. 1. in rubr. de offic. & potest. Iudic. deleg. n. 13.

Vel quia quicquid sit de alijs, Causa meri, & mixti
6 Imperij vsque ad gradus punitionis prætenso delicto applicabilis delegabilis non erat, Ias. in l. Imperium, num. 24. & 27. ff. de iurisd. omn. Iud. Pereg. vbi supra num. 21. saltem cum prima delegatio nō processerit à supremo Principe, Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 25. num. 2. & 4.

Neque enim releuat, quod dicitur, etiam delegatum
7 ab inferiore à Principe posse aliquem articulum Causæ subdelegare, quia procedit obiectum respectu articuli meri, & nudi ministerij facti, qui tamẽ iurisdictionem non requirit, secus vbi agitur de quocumque exercitio iurisdictionis, ita namque loquuntur exaduerso adducti Boer. sing. 9. sub ver. delegatio, & alij per Couar. var. resolut. lib. 3. cap. 20. ante fin. vers. & profectò.

Secundo vero casu, imò etiam vtroque, quia quæcumque iurisdictio, si quæ D. Chrispoldo compe-
8 tebat, actu tamen exerceri non poterat ante exhibitionem litterarum in actis, cum ad hoc arctentus delegati, ac ita etiam passim in praxi seruetur etiam in Nuntijs, & Legatis Sedis Apostolicæ, vt ex Bart. in l. prohibitum, num. 1. C. de iur. Fisc. li. 10. & alijs pluribus comprobat Carol. de Graff. de effect. cler. effect. 1. num. 34. & seqq.

Ad hoc autem supplicatur præcipuè aduerti, quia limitatio, quæ huic fudamento exaduerso datur, magis confirmat huius partis intentionem, cum
9 procedat, quando Princeps est præsens, itaquod ab eo veritas sciri potest; quapropter cum nec Papa, nec Sacra Consulta esset præsens Ferrariæ, quo loci D. Chrispoldus iurisdictionem in captura Bonazæ exercuit, faciunt pro D. Marchione Decian. tractat. crimin. lib. 4. cap. 25. num. 58. Farin. quæst. 57. n. 62. & seq. & Caball. resol. 26. num. 1. & seqq.

Defectus quoque obligationis D. Marchionis cōcurrit in hoc casu, non obstantibus adductis exaduerso ad eliciendum sensum obligatiuum in casu in quo Bonaza discederet è domo sibi pro carcere
10 assignata etiam animo non redeundi, quoniam cũ verba obligatiua sint clara litteraliter, proinde frustrà adducitur quæstio voluntatis, & frustrà scribentes in hoc laborant, Bald. cons. 174. in fine, li. 2. Aym. cons. 4. num. 21. Seraphin. decis. 689. num. 2. & seq.

Non autem controuertitur, quin dictio, etiam, regulariter censeatur adiecta ad implicandum casum
11 magis dubitabilem, ideoque fideiussionem conceptam

certam casu quo quisquam discedat, etiam animo redeundi ampliatiue ad fauorem Fisci intelligi ex Farinac.quæst.30.num.70.& conf.122.numer.29.& seqq.& Caball.resolut.212.num.3. 15.& seqq. sed dubitatio non stat in hoc,quia fideiussio non ita fuit concepta, sed verbis contrarijs, nempe quòd Bonaza non discederet è domo animo redeundi, quapropter dictio, etiam, retinet quidem suam naturam ampliandi, sed ampliatio in hoc consistit, quòd non discederet è domo animo redeun-
12 di etiam ostiis & fenestris apertis,adeo quod nulla admitti posit interpretatio, quæ verborum sit distructiua,Roland.conf.39.num.39.& seqq.li 4. Castill.de vsufr.cap.30.num.56.

Nec obstat, quod obligatio recipiat extensionem à
13 verisimili mente, quia huic couclusioni vel non est locus,quando agitur de extensione ipsi fideiussori præiudiciali,sicut huius sensus sunt adducti ex aduerso Gabr.conf.173.num.15.& 17.lib.2.& Gallin.de verb.signific.lib.2.cap.35.num.13. vel locus
14 est in casu, in quo extensio venit ex natura contractus,prout loquuntur etiam exaduerso adducti Alex.conf.34.num.19.lib.2. & Cardin. Mantic. de tacit.lib.16.tit.14. num.30. Maur. de fideiussor. par.2.sect.5.cap.2 numer.90.& Greg.decis.554.numer.3.

Nunquam autem extensio aduersus verba recipitur, quia mens non potest censeri diuersa à verbis cla-
15 ris,cum certitudo verborum declaret certitudinem intellectus,Bald.in c.ex parte,num.25.de appell.Aym.conf.4. num.21. quamobrem verba præcisæ significationis aliam non recipiunt interpretationem,Bald.in l.3.num.2.C.com. epist.Mantic. de tacit.lib.1.tit.16.num.10.& lib.2.tit.5.num.9.& seq. & in fideiussione Mantic. eod. loc. exaduerso citato,lib.16.tit.14.n.4.

Atque hinc est,quod regula generalis,quod stipula-
16 tiones recipiant intellectum à verisimili, & more regionis,ex l.in conuentionalibus,ff.de verb.oblig. et l.in obscuris, & l.semper in stipulationibus,ff.de reg.iur.recipitur in dubio, cum alias in primis inspiciendum sit quid actum fuerit, vt in verbis inquit idem textus in d.l.semper in stipulationibus, vbi Cagnol.& alij,Mantic.de tacit.lib.3.tit.1.num. 12.post princip. vers. nam in ambiguis, & tit. 13. num.48.

Alias nunquam daretur locus axiomati,quod potui
17 nolui,&c.quod tamen est verissimum, Surd.conf. 250.num.36.lib.2.Cephal.conf.745.num.8.& seqq. lib.5.Rot.in Romana vineæ 9.Aprilis 1612. coram bo.me.Vbaldo.

Minus etiam obstat,quod versemur in Prætoria sti-
18 pulatione,in qua interpretatio est ipsius Pretoris, quia responsio patet ex eodem textu, qui exaduerso ad hoc allegatur in l.in Pretorijs,9. ff.de Pretor.stipul.procedit enim,vbi in ijs ambiguis sermo incidit,et tunc non nisi,prout equitas suggerit, vt inquit ibi Bart.vers.in alijs interpretatur,secus verò,vbi verba sunt clara, vt legunt etiam ibidem Odofr.& alij,vltraquod vbi etiam locus est Pretoris interpretationi,admittitur solùm,vbi queritur de accidente substantiam non immutante, sicut propterea in eadem l.in Pretorijs,9. exemplificant Alber.& Angel.in eo,qui promisit sistere aliquem in iudicio quinto die Ianuarij,quia cum possit interpretari quinto die Ianuarij intrantis, vel exeuntis, in hoc interpretatio est Prætoris, vt per eos.

Denique respectu huius ecunde exceptionis non obstat instantia D.Marchionis pro conducendis birroarijs ad domum Bonaze ad effectum cum recõstituendi in posse Curie cum declaratione, quòd non propterea intenderet,se esse liberum ab obligatione,si fugam arriperet, tum quia constat, declarationem processisse ad finem solùm,vt Curia ex hac concessione familiæ sibi non preiudicaret,
19 sicut alioquin preiudicasset, si suo motu fecisset, Gabr.conf.181.num.9.lib.1. Farin. quæst.34. num. 57.vnde declaratio sequuta ad vnum finem alium
20 diuersum operari non debet,Surd.conf.243. num. 24.& seqq.conf.311.num.67.70.& seq.conf.371.nu. 62.& conf.425.n.21.

Tum etiam quia declaratio nihil aliud continet, ni-
21 si quòd D.Marchio propterea non intendebat, se esse liberum; cum enim hæc longè sint diuersa, quod quis non sit liber ab obligatione, & quod verè esset obligatus, vtiquè exinde patet, Curiæ nihil de nouo fuisse amplius quæsitum, sed solum priora obligationis iura dicto actu non obstante, preseruata, Oldrad.conf.214. num.2. Aym. consil. 291. num.8.& conf. 127.num.7.Rot.decis.70.n.18 par.2.diuers.

Sed & tertia quoque exceptio iniustitiæ carcerationis firma remanet, non obstantibus obiectis; de
22 releuantia namque non est dubitandum, quia in hac opinione residet Farinac.respondendo cõtrariis, quæst.30.num 63.& quæst.34. num.68. vbi quod ita est de Iure, & ita ipse quoquè obtinuit in facto, Caball.autem alleg.resol.42.loquitur de fugiente à carcere cum fractura.

De applicatione verò minus videtur dubitari posse ex prætextu, quod ad capturam sufficiant inditia leuia, & arbitraria, quia vbi illa desumuntur ex litteris scriptis, cum dispositiua earum sit restricta ad dicendam veritatem,tantum abest, quòd ex ijs inditia resultent, quod imò ex modo hoc
23 scribendi omnino excludantur, cùm imò veritas sit, quod quæcumque persuasio testium etiam prece, vel precio delictum non includit, nec de fide detrahit, quando, vt in hoc casu, subordinatur pro dicenda veritate, vt firmauit Rota apud Gregor.decis.361. num.24.

Si verò inditia desumuntur ex alijs prætensis ex processu,onus in dignoscenda veritate huius suppositi pertinet ad Illustrissimos DD.meos Iudicantes, postquam nobis Curia denegat processus inspectionem.

Illud autem erit tanquam secundum Iuris regulas subsistens principaliter aduertendum,quod si inditia prætensa ex Parte Fisci percutiunt solum attentationem subornationis, vel auersionis testiũ nullo effectu consumato, nulloque actu proximo accedente, qualis est pecuniæ traditio, tunc ab-
24 sque dubio iniustitia capturæ remaneret euidentissima, cum ex hac sola attentatione neque etiam detur delictum punibile, nec quidem pœna extra ordinem, vt in his terminis per Laderch. conf.209.num.2.& per tot.& Giurb.conf.crim.64. à num.1.ad 13.& præcipuè num.6.10.& seq.

Quamobrem cessante delicto cessant inditia, cum
25 qualitas nunquam detur sine præexistentia subiecti, Boss.de delict. num.26. ante fin. vers. nam qui probare, Bald.conf.465.num.1.2.3.& seq.lib.4.Paris.conf.167.num.1.in fine,lib.4.Grammat.conf. cr. 36.num.8.post med.

ARGV-

ARGVMENTVM.

An, & quando fideiussor præstari possit extra locum iudicij.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio præstanda est in Ciuitate, in qua promittitur, & de hominibus eiusdem Ciuitatis.*
2 *Fideiussor in loco iudicij præstandus est, qui sit idoneus, & possessor stabilium.*
3 *Fideiussorem obligatus præstare ex causa necessaria, quando eum non reperit in loco iudicij, admittitur ad præstandum eum, qui sit idoneus in Prouincia, vel in loco domicilij sub eodem Principe.*
4 *Forensis in loco iudicii non præsumitur inuenire fideiussorem.*
5 *Fideiussor, vt recipi possit extra locum iudicii, requiritur Iudicis decretum.*
6 *De Fideiussoris idoneitate constare debet.*

CONSILIVM CCCX.

LIcet regula sit, quòd obligatus satisdare teneatur cautionem præstare in eadem Ciuitate, in
1 qua promittit, & de hominibus eiusdem Ciuitatis, qui sint idonei, Bart. in l. si fideiussor, §. si necessaria, num. 1. & ibi Alex. num. 3. & Ias. num. 1. ff. qui satisd. cog. Boer. decis. 99. nu. 4. Roland. cons. 58. num. 15. & seq. lib. 1.

Qua ratione fideiussor præstandus in loco iudicij, qui
2 scilicet in loco iudicij idoneus sit, & possessor stabilium, & non extra, l. sciendum, §. possessor, ff. qui satisd. cog. Ias. in d. l. sciendum, num. 30. cum aliis pluribus per Farinac. consil. 165. numer. 2. & seqq. lib. 2.

Tamen procedit regula, vbi fideiussio præstanda est
3 ex causa voluntaria, secus autem si ex necessaria, quia tunc obligatus illam dare, si facile in loco iudicij fideiussionem non reperiat, admittitur ad præstandum eum, qui idoneus sit vel in Prouincia, vel in loco domicilij, aut vicino, dummodo sub eodem Principe, d. l. si fideiussor, §. si necessaria, vbi Bart. Bald. Alex. Ias. & cœteri communiter, ff. qui satisd. cog. Gomez. var. tom. 2. tit. de fideiussor. num. 6. Coler. de proc. execut. par. 1. cap. 10. nu. 388. vers. contrarium, alij que relati per Farin. d. cons. 165. num. 22. & num. 83. & plurib. seq. lib. 2. vbi dicit præcipuè admittendum, quando fuit iudicium primò loco ceptum in partibus d. num. 22. vers. & præsertim.

Præsumitur namque, quod forensis in loco Iudicij
4 fideiussorem non reperiat, Roman. cons. 62. nu. 3. Farin. vbi supra d. num. 87. vers. quod si Reus est forensis.

Cæterum sub fideiussione, quam prestitam vidi, non puto tutum esse Causæ expeditionem obtinere, ita vt satisfactum dici possit rescripto Sanctissimi circa facultatem præfixionis termini, data tamen cautione per oratorem de soluendo legitimam quandocumque contigerit, eam liquidari; quoniam retenta opinione, quòd in cautione neces-
5 saria admitti possit fideiussor idoneus in loco domicilij, ac primæ instantiæ, Iudex interloqui debet super hac admissione, cum talis admissio Iudicis arbitrio remittatur, ac propterea etiam de stilo vbi Iudex hoc intelligit, addi consueuerit data cautione etiam in partibus, vt per Farin. eod. conf. 165. num. 8.

Minus autem valida defendi potest præstatio in hoc casu, dum nihil supponitur constare in actis de
6 fideiussoris præstiti idoneitate, nec etiam de notarij, qui illum recepit, Farinac. eod. conf. 165. num. 8.

Ideoque ad euitandas difficultates in praxi, consueuit obtineri decretum, vel litteras Iudicis directas Presidi Prouinciæ, vt fideiussorem arbitrio suo idoneum recipiat.

ARGVMENTVM.

Fideiussor, qui promisit, quod Reus haberet carcerem publicum pro tuto, an teneatur, si Reus aufugiat à carcere secreto, vbi de mandato Iudicis singulis noctibus reponebatur.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussiones de repræsentando sunt strictissime intelligendæ, neque egrediuntur formalitatem verborum.*
2 *Fideiussores censentur liberati ex alteratione præcedentis contractus.*
3 *Fideiussio non patitur extensionem de re ad rem, nec de tempore ad tempus, nec de loco ad locum.*
4 *Fideiussor liberatur, quando Reus carceratus reponitur in arctiori loco.*
5 *Fideiussorem non liberat mutatio loci, vbi non auget eius obligationem.*
6 *Fideiussor de repræsentando liberatur, si Reus fuerit captus pro eadem Causa.*

CONSILIVM CCCXI.

FIdeiussores Ioannis Martij nulla ratione vexantur ad solutionem pœnæ conuentionalis, pro qua agitur; cum enim forma sub qua interuenerunt, hæc, sit quod Ioannes Martius carceratus habuisset carcerem publicum Ciuitatis Interamnæ pro tuto, & inde non exiret neque de die, neque de nocte, ille verò non aufugerit ex carcere publico, sibi destinato, sed ex secretis carceribus, in quibus singulis noctibus à carcerum custode de mandato Iudicis reponebatur, vtique stipulatio huius promissionis minimè fuit commissa; post
1 quam certum est in iure, quod huiusmodi fideiussiones sunt strictissimè intelligendæ, Giurb. post alios cons. crim. 35. num. 16. stipulatio enim requisita in fideiussione non egreditur formalitatem verborum, Boss. tit. de carcerat. fideiuss. num. 48. in fin. vers. sed tamen, Surd. decis. 212. numer. 5. vers. quia fideiussio.

Atque hac ratione receptissima est conclusio, quòd
2 vbicumque alteratur præcedens contractus, cuius contemplatione fideiussores intercesserant, ex hac alteratione saltem ope exceptionis censentur liberati, l. vbicumque, ff. de fideiussor, Bald. in l. tam manda-

mandatori, num.5. C.de non num. pecun. Aret. conf.57.col.verf. fecundo probatur.Socin.conf.62. num.23.lib.4.Natt.conf.102.num.1.Menoch.conf. 246.num.5.feq.& per tot.lib.3.Decian.conf.72.nu. 18.19.& aliis lib.2.Ancaran.iun.quæft.42.num.24. lib.3. Surd.conf.460.num.71.propè fin. verf. & dicit,lib.4.& d.decif.212. num.2. Seraph. decif.1063. num.3.Gregor. decif.30.num.1.feqq.& per tot.

In puncto autem, quod fideiuffio non patiatur ex-
3 tenfionem, non folum de re ad rem,& de tempore ad tempus.fed nec etiam de loco ad locum Ca-
4 ball.refol. crim.caf. 59.num.4.quodque liberet fideiuffores repofitio carcerati in arctiori loco, Gram. conf.ciuili 66.num.65.poft princ. verf.& in arctiori loco, & Laderch. conf.198.num.3.

Neque enim obftat, quod mutatio loci, vbi non au-
5 get fideiufforum obligationem, non operetur liberationem,Dec.in c.de caufis,4. num.56.ff. de offic.deleg.ex cuius rationibus non liberari fideiufforem ob loci mutationem, vt quia ex illa non augeatur eorum obligatio, arguunt Bertazz.conf. crimin.63.num.3.feqq. & per tot.lib.1. & Rip. de nocturno temp.quæft.83.num.18.tum quia huiufmodi rationes non applicantur facto, cum veritas fit, prout etiam ex pluribus teftibus iuftificatur, quod magis tutus eft carcer publicus, ad quem fideiuffores fe reftrinxerunt, quam carcer fecretus, & præfertim cum experientia docuerit, plures è fecreto aufugiffe, non etiam publico, tanquam parietibus,& ferris longe magis fecuro;quãobrem ipfi Bertaz. & Rip. in hoc cafu fentiunt contrarium, & expreffe Laderch.d.conf.198.nu.3. Thob.Non.conf.103.num.11.

Tum etiam quia caufa interceffionis fideiufforem hæc fuit, vt carceratus in fecretis carceribus habilitaretur ad carcerem publicum; cùm igitur tẽpore,quo Reus ad carcerem fecretum reponebatur,hæc caufa ceffauerit, debet quoque eorum fideiuffio ceffare eadem ratione, qua habilitatus
6 fub fideiufforibus,fi deinde fuerit captus pro eadem caufa, pro qua præftita fuit fideiuffio abfque dubio liberatur,Io: Andr.in addit.ad Specul. de accuf.§.fequitur,verb.exceptionem, Marfil.in rubr.ff.de fideiuffor.quæft.16.numer.161.Laderch.d. conf.198.num.3. verf.quinto in terminis, Gabr. conf.170.num.7.lib.2.Affli&.decif.130.per tot.Farinac.alijs pluribus comprobans,quæft.34.n.92. & feq.vbi de communi.

ARGVMENTVM.

Fideiuffor de non difcedendo an, & quãdo liberetur ex licentia difcedenni data à Iudice.

Fideiuffor de repræfentando an,& quando liberetur ex facto, & culpa Iudicis.

Ex fideiufsione de repræfentando præftita coram Iudice Ecclefiaftico, an agi pofsit coram Iudice laico:

SVMMARIVM.

1 *Fideiuffor liberatur ex licentia data a Iudice. Et num.4.*
2 *Fideiuffor de non difcedendo fine licentia Iudicis infcriptis excufatur etiam ex licentia habitu verbo, & conniuentibus oculis.*
3 *Licentia concedenda fideiuffori non requirit confenfum Fifci fub prætextu iuris quæfiti.*
5 *Inuentaria fieri non folent nifi in Caufis capitalibus.*
6 *Fideiuffor liberatur, quando Reus repræfentandus facto Iudicis fuit perterritus.*
7 *Fideiufsio concepta etiam verbis vniuerfalibus intelligitur, quatenus res in eodem ftatu permaneant.*
8 *Fideiuffor de repræfentando liberatur, quando rei banniuntur, vel etiam citantur.*
9 *Fideiuffor obligari non poteft in plus quam principalis.*
10 *Pœna conuentionalis a fideiuffore promiffa poteft modum excedere, fed impofita a Iudice femper commenfuranda eft delicto.*
11 *Ex Fideiufsione fub pœna applicanda locis pijs non proceditur ad inftantiam Fifci.*
12 *Fideiuffio non patitur extenfionem de loco ad locum, nec de re ad rem.*
13 *Fideiufsio in dubio non tenetur.*
14 *Ex Fideiufsione de repræfentando præftita coram vno Iudice agi non poteft coram alio.*
15 *Fideiufsor conueniri non poteft, quando alteratur contractus præcedens.*
16 *Iudex Ecclefiafticus non poteft pœnam fanguinis infligere.*
17 *Iudex Ecclefiafticus poteft condemnare in pœnas corporales vfque ad triremes, vel ad pœnas pecuniarias locis pijs applicandas.*
18 *Curia Ecclefiaftica non remittit delinquentes Curiæ feculari ex quacumque atrociffima caufa, exceptis cafibus hærefis falfificationis litterarum Apoftolicarum, & coniurationis contra Epifcopum.*

CONSILIVM CCCXII.

NVlla ratione vexantur fideiuffores ex prætextu, quod difcefferint Rei è domibus earum habi-
1 tationum,quia conftat,Vicarium Epifcopatus,cuius mandato fideiufferunt, licentiam difcedendi conceffiffe,Farinac.conf.59.numer.17.lib.1. adeo
2 quod etiam in cafu,in quo obligatio fideiufforia loquitur de non difcedendo fine licentia in fcriptis,nihilominus fola licentia habita à Superiore verbo,& conniuentibus oculis liberat fideiuffores ne fub fide publica remaneant decepti, quicquid in contrarium dicat Farinac.quæft.30.numer.184. ita namque indiftinctè feruatur,vt teftatur idem Farin.d.conf.59.num.16.neque in conceffione hu-
3 ius licentiæ requiritur confenfus Fifci ex prætextu iuris quæfiti, & quia contrarium eft verius, Farin. eod.conf.59.num.18.Laderch.conf.198.num.3. ad med.Pafchal.de patr.poteft.par.1.cap.8. num.192.
4 verf.fed contrarium, & quia in hoc cafu promiffio de non difcedendo non fuit fimplex,fed qualificata,de non difcedendo fcilicet fine licentia Vicarij, quamobrem dici nequit commiffa ftipulatio hoc cafu,quo de eiufdem Vicarij licentia conftat ex ip-

ſuis atteſtatione,cui creditur,Laderch.d.conſ.198.
num. 1.

Minus quoque fideiuſſores vexari poſſunt ex ſecun-
da parte fideiuſſionis de Reos prætenſos repręſen-
tando,quia cum deinde non ſolum ipſe Vicarius ,
ſed Curia Prouincialis Rauennæ fuerint in culpa ,
dando cauſam eorum fugæ, mediantibus inuenta-
5 rijs eorum bonorum,quæ fieri non conſueuerunt,
niſi in Cauſis capitalibus,iuxtà l.ſi quis intra, C.de
bon.proſcript.Clar.quæſt.44.num.2.Suarez recep-
ta ſententia,in verb.accuſatus,num.34.Gomez de
delict.cap.9.num.2.Chartar.de exequut.ſent. capt.
6 bannit.cap.1. num.67.& ſeqq. quapropter ad fide-
iuſſorum liberationem ſufficit Reos Iudicis facto
fuiſſe perterritos,Gabr.conſ.181.num.23.lib.1.Eu-
gen.conſ.2.num.40.Hering.de fideiuſſ. cap.20.§.9.
num.100.Gratian.diſcept.708.n.5.& ſeq.

Sed etiam vtraque Curia tam Epiſcopatus , quam
Rauennæ miſerit tam ſatellites,quàm plures mili-
tes Corſos ad eos capiendum, eoſque poſuerit in
fugam,meritò exindè fideiuſſores liberati reman-
7 ſerunt,tum quia cuilibet obligationi etiam ſub for
ma Cameræ ineſt tacita conditio, quatenus res in
eodem ſtatu permaneant , etiam quod concepta
fuerit verbis quantumcumque vniuerſalibus,Ga-
br.d.conſ.181.num.6.14.& 24.lib.1. Menoch. conſ.
212.num.24.& ſeqq.Honded.conſ.111.num.45.47
49.59.& alijs,lib.1.Eugen.d.conſ.2. num.28. Farin.
quæſt.34.à num.41.ad 54.Maur.de fideiuſſor.par.1.
ſect.2.cap.3.num.51.Gratian.d.diſcept.708.num.3
8 ac proindè non ſolum liberantur fideiuſſores ,
quando Rei banniuntur, Eugen. conſ.68. num.42.
& ſeqq.Honded.d.conſ.111.num.38.lib.1.Farinac.
d.quæſt.34.numer.39.& ſeq.ſed etiam vbi ſunt in-
quiſiti,& citati pro delicto, Bertaz.conſ.crim.436.
num.1.& ſeq.Honded.d.conſ.111. num. 45. verſ. ſi
quod fideiuſſor,& num.52.Maur.d.cap.3. num.50.
Farinac. alios referens in his terminis d.quæſt.34.
num.169.

Tum etiam quia licet Farinac. ead. quæſt.34.numer.
170.plures alios in contrarium referat , eoſque ſe-
quatur ea ratione , quia Iudex iure medio hoc fa-
cit, vndè non dicitur in aliqua culpa, qui ſuo iure
vtitur per viam iudiciariam,tamen contraria opi-
nio fauens fideiuſſoribus verior eſt,& magis recep-
ta,cum negari non poſſit,quin repræſentatio red-
dita ſit difficilis,immò etiam impoſſibilis ex dicta
ſatellitum tranſmiſſione ſuperueniente, Eugen. d.
conſ.2.num.4.& conſ.67. poſt num.8. & conſil. 68.
num.26.& ſeq.lib.1.& huius quoque ſenſus muta-
ta ſententia eſt idem Farinac.dicens,quod propte-
rea inoleuit praxis,quòd Iudices nunquam citant
Reos,nedum capi mandant , niſi prius fideiuſſori-
bus citatis ad illos repræſentandum , & illis iam
poſitis in mora, Farinac.inquam in addit. final. ad
num. 170.impreſſa poſt lib. 3. conſ. eiuſdem Farin.
fol.60.ad fin.& ſeq.in princ.

Præterea non etiam fideiuſſores tenentur, quia præ-
terquamquod Rei ex prætenſo delicto ex forma
bannimentorum generalium Status,ex cap.76.tã-
quam aſſociantes delinquentem poſt delictum,nõ
conſtito de auxilio ante delictum promiſſo, cum
ſolum teneri poſſit ad pœnam minorem , nulla e-
rat promiſſio fideiuſſoria ad pœnam maiorem , cũ
9 regulariter fideiuſſor teneri non poſsit in plus ,
quàm principalis,l.grecè, §.illud.ff.de fideiuſſ. Fa-
rinac.d.quæſt.34.num.65.cum alijs ſub num.4.qua
10 ratione,quamuis promiſsio certæ pœnæ per fide-
iuſſorem poſsit excedere modum , l. eos, 6. C. de
mod.mulctarum,hoc tamen non recipitur, niſi in
pœnis conuentionalibus,non etiam in pœna, quæ
imponitur à Iudice à quo ſemper commenſuran-
da eſt delicto, Bald.in l.qui crimen.3.numer.18.C.
qui accuſ.Boſſ.de carcer.fideiuſſ.num.67. Farinac.
d.quæſt.34.num.11.ſiquidem prætendi nequit ma
ior pœna ex aſſerta conuenticula , cum requiſita
deficiant,Farin.quæſt.113.num.135.& 137.

Non etiam ex prætenſa obligatio ne agi poteſt , niſi
11 coram Vicario dicti Epiſcopatus , cum promiſsio
repræſentandi fuerit ad omne mandatum ipſius
Vicarij ſub pœnis ſcut. 500. locis pijs applicando-
rum,non autem Fiſco,ad cuius fauorem fideiuſſo-
res non interceſſerunt, l.cum apud penult. vbi Bar.
num.1.verſ.concludе ergo,ff.iudic.ſolui, Gabr. de
fideiuſſ.concl.4.num.5.Franc.deciſ.320. numer.4.
Theſaur.deciſ.202.num.14.Farinac.d.quæſt.34.nu.
116.& ſeqq.

Neque enim fideiuſsio patitur aliquam extenſionem
12 de loco ad locum,neque de re ad rem,Caball.re-
ſol.crim.caſ.59.n.4.

Et in dubio ſemper capienda eſt interpretatio nè fi-
13 deiuſſores teneantur,Gabr.d.conſ.181.numer.27.
lib.1.& conſil.173.num.23.lib.2. Giurb. conſil. 35.
num.29.

Quapropter cum promiſsio de repræſentando ſit in
14 Curia Epiſcopali Ariminen.pœnæ conuentionali
locus eſſe non poteſt reſpectu non præſentationis
coram perſona alterius tribunalis,Roman. conſil.
210.num.2.probans ex textu in l.non à Iudice 64.
§.ſi quis alio iudicio,ff.de Iudic.fideiuſsionem co-
ram vna perſona factam ad aliam non trahi, Mar-
ſil.in rubr.§.de fideiuſſor.num.132. Imol. conſ.47.
num.1.Cornaz.deciſ.Lucen.212. num.3.Hering.de
fideiuſſor. §.10.cap.20.num.45.

Et hæc eſt ratio , quare fideiuſsio vbi præſtita eſt co-
ram vno Iudice ; & ſententia lata eſt ab altero , li-
cet ſit eadem cauſa , non committitur ſtipulatio
ex ratione textus in l.3.in princ ff.Iud.ſolui , non
enim vt inquit textus huius Iudicis ſententiæ fi-
deiuſſores ſe ſubſiderunt,Marſil.in d.rubr. de fide-
iuſſ.num.101.Imol.d.conſ.47.nu.1.Caſtr.in l.cum
apud,num.1.verſ.item mutatio Iudicis,ff.Iud.ſolui
Theſaur.deciſ.202.num.12.verſ. tertius eſſe poteſt
Anchar.Regienſis quæſt.15.num.13. vbi de com-
muni,lib.2.& pro regula admittit Rota, fideiuſſo-
rem non teneri, quotieſcumque mutatur Iudex ,
res, vel actio deciſ.70.numer.3. part. 1.recent.

Atque hinc quoque eſt, quod vbicumque alteratur
15 contractus præcedens , cuius contemplatione fi-
deiuſſores aceſſerunt , illi minimè conueniri poſ-
ſunt, l.vbicumque,ff.de fideiuſſ.l.cum in plures, §.
lege data.ff.loc.Surd.deciſ.212.num.2. & conſ.470.
nu.71. cenſentur namque fideiuſſores ex illa qua-
litate contractus ſeſe obligari voluiſſe non alias
obligaturi , Seraphin. deciſ.1063.num.3.& 4.

Idque ſine difficultate tranſire debet hoc caſo ; quo-
niam maxima eſt differentia inter tribunal Eccle-
ſiaſticum , & tribunal ſæculare , quoad irrogan-
das pœnas , cum reſpectu ſæcularis Rei ponerén-
tur in diſcrimine vitæ ob pœnam capitalem,cuius
ſæculare tribunal eſt capax , non autem poneren-
tur reſpectu repræſentationis in tribunali Epiſco-
pi , ac proinde fideiuſſores credentes faciliorem
repræſentationem Reorum in hoc foro Eccleſiaſti-
co pro illis repræſentandis interceſſerunt ; nulla
16 enim eſt dubitatio,quòd tribunal Eccleſiaſticum
etiam

etiam ex iurisdictionis defectu non potest pœnam sanguinis infligere, c.sæpè Principes 29.23.quæst.8 c.ex litteris 10.ante finem, vers. nos autem, de excess.Prælat.c.clericis 5. ne clerici, vel monachi,
17 sed dumtaxat pœnas inferre potest vel corporales vsquè ad damnationem ad triremes. Diaz. in pract.crim.canon.cap.146. num.3. Clar. quæst.76. num.5.& seqq. Vgolin.de offic.& potest. Episc.cap. 56.nu.3.Io.Franc.Leon.in thesaur for.Eccles.par.3. capit.4.numer.9.& 14. vel etiam pecuniarias locis pijs applicandas, quemadmodum applicatio facta legitur in hoc casu ex ipsius fideiussoriæ obligationis tenore, ita etiam disponente Tridentino sess. 25.cap.3.& 14.de reformat.iuxtà declarationes, de quibus post alios Barbos.tract.de Episc.par.3.alleg 107.num.19.vers.quare honestius.

Adeoquod exceptis tribus casibus, nempè hæresis,
18 criminis falsi litterarum Apostolicarum, & coniurationis contra suum Episcopum Curia Ecclesiastica neque etiam delinquentes ex quacumq. atrocissima causa Curiæ sæculari remittit, glo. in c. ad abolendum 9. in verbo relinquatur, & ibidem Abb.num.11.de hæret.

ARGVMENTVM.

Obligatus se repræsentare an excusetur ex prætensione iustæ causæ se non repræsentandi.

SVMMARIVM.

1 *Decretum circumducitur ex posteriori traditione copiæ inditiorum cum termino ad faciendas defensiones.*
2 *Dilatione pendente nihil potest innouari.*
3 *Dilatione pendente Iudex non innouat eam custodiam, sub qua Reus existit.*
4 *Causa iusta, vel colorata excusat eum, qui se non repræsentauit à pœna conuentionali.*
5 *Pœnæ conuentionali ob non repræsentationem non est locus, quando Reus erat in statu absolutionis.*
6 *Exigens indebitum incidit in crimen Stellionatus, non autem ex sola petitione sine exactione.*
7 *Criminalitati locus est contra actorem, qui ciuiliter trahit aliquem in iudicium per expressam calumniam super statu personæ.*
8 *Stellionatus pœna est arbitraria extra ordinem.*

CONSILIVM CCCXIII.

Mandatum relaxatum contra Salustium vigore obligationis de se repræsentando nulla ratione videtur substineri posse; cum enim in termino citationis contra eum exequutæ ad se repræsentandum fuerit oppositum, non esse locum repræsentationi, quia illi fuerant decretæ copiæ cum termino ad faciendas suas defensiones, easque facere non potuisse, nec [illegible]sse, ex quo non fuerant sibi traditæ copiæ processus informatiui, quamuis pro illis habendis esset notario tradita arrha, cum protestatione interim nihil fieri, cum non constaret de aliqua prætensa licita causa repręsentationis, mandatum autem, præmissis non obstantibus, quamuis decretum fuerit, nisi ad primam cum in-
1 timatione, tamen deinde fuerint copiæ processus traditæ, vtique stante superueniëtia huius traditionis vel decretum mandati fuit circumductum l.& post edictum, 73.ff.de iudic.Alex.cons.84.num. 9.Rota in Romana pecuniaria, seu restitutionis in integrum 5. Decembris 1610. coram Ortembergo.

Vel saltem dubitari non potest, quin relaxatio mandati, & subsequuta carceratio fuerit nulla, & attẽtata, quia eo ipso, quò existente Salustio extra carceres fuerunt sibi post decretum mandatum præ-
2 dictum traditæ copiæ cum termino, non poterat, durante hac dilatione aliquid innouari, Franc. in c.significante, num.15.de appellat. Lancell. de attent.cap.7.num.1.& seq.vbi quòd processus, & acta post dilationem sunt ipso iure nulla, Farin. quæst. 39.num.8.

Etenim generalis hæc regula procedit etiam ad effe-
3 ctum, vt Iudex non possit innouare eam custodiã, sub qua Reus tunc existit, l.vnius, 18.§.cogniturũ, vers. adeo vt propterea & differantur, & proferantur custodiæ, ff.de quęstion. vbi Marsil. verba prædicta sic intelligit, nu.123.mihi 87.ad fin.vers.adeo ut propterea differantur, Farin. d.quęstion.39. nu. 7.Guazzin.tract.ad defens.par.2.defension.24.numer. 1.

Vel saltem negari non potest, quin Salustius iustam
4 habuerit causam ex huiusmodi rationibus, quo minus se repræsentaret, cum pœna ex conuentione non incurratur, quando is, qui prætenditur contrauenisse, habet probabilem aliquam causam, ex quo requiritur dolus inexcusabilis, ac proinde causa etiam non vera, sed colorata excusat, Caputaq.decis.233.num.8.& 11.par.1. Seraph.dec.1136 num.1.& 5.

Sed difficultas quæcumque prorsus tollitur ex statu Causæ tempore, quo fuit relaxatum mandatum pro repræsentatione; cum enim non obstante prę-
5 textu calumniæ Salustius esset in statu absolutionis pęnæ conuentionali ob non repręsentationem minimè locus esse poterat, Boss.de carcer. fideiuss. num.48.ante med.vers.& vbi esset iniusta, & num. 29.Farinac.quæst.30.num.61.& seq.& num. 65. 66. 67.& seqq.vsque ad 70.cessat enim tunc interesse tam Fisci, quàm adhęrentis, idem Farinac. qu.34. num.68.Caball.resol.190.num.9.Antonin. var. resol.lib.3.resol.29.in 4.& 5.casu, Laurent.decis.Auenion.125.num.8.vers.publicato processu.

Constat autem, Salustium fuisse, & esse in statu absolutionis, quia non querelauit Britium, sed solum ad querelam Gubernatoris dohanę de falsitate ordinis pro relaxatione bullettę examinatus fuit pro Curiæ informatione, in hac autem depositione, quatenus deposuit, ordinem fuisse falsum depositio non fuit calumniosa, sed iustificata, nedum quia constat de solutionibus post d.ordinem subsequutis, sed satis deprehenditur ex ipsis constitutis querelati; quatenus verò deposuit, se creditorem in maiori summa, quam verè esse creditor in stando pro solutione, & punitione, eiusdem querelanti depositio non est punibilis, quia præterquam quod calculatio in ea summa maiori fuit per errorem, & de errore liquet ex deductis in facto, adhuc, circumscripto errore, punitionem non meretur, cum petens, & exigens indebitum
6 solum incidat in crimen Stellionatus, non autem ex sola petitione sine exactione, l.si fideiussor 29. §. in omnibus ff.mand.vbi Bart. post princ. Hier. de Federic.resol.36.num.1.Caball.resol.crim. cas.169.

num.2.verſ.quod quidem ſano modo, & numer.3. Rot.apud Coccin.deciſ.123.num.12.& ſeq.

Et licet Caball.ex Bald.in l. ſi tibi,31.C.de liberal.
7 cauſ.dicat d.reſolut.169.num.4.in fine, & ſeq.eum qui ciuiliter per calumniam expreſſam trahit aliquem ad iudicium, poſſe criminaliter accuſari, & puniri, tamen in primis hoc dictum non applicatur, cum nec fuerit Saluſtius,qui traxerit ad iudicium, ſed querela Gubernatoris dohanæ, nec calumnia in Saluſtio poſſit dici expreſſa, cum error fuerit in calculatione ſummæ eius crediti, & nihilominus vere creditor etiam tunc exiſteret in aliqua ſumma, prout oſtendit tam inſtrumentum crediti, quàm ſolutio ſibi poſt prædictam ſolutionem facta.

Prętcrea neque etiam vbi applicabilis eſſet,mandatũ iuſtificatur, tùm quia intelligendus eſt Baldus, prout loquitur, in Cauſa mota per expreſſam calumniam ſuper ſtatu perſonæ, inferente propterea iniuriam iuxtà terminos textus, ex quo mouetur Bald.in d.l.ſi tibi 31. C.de liber. cauſ.

Tum etiam quia in hoc caſu, cum non daretur ratione prætenſę calumniæ crimen ſtellionatus,tam
8 de iure, quam ex praxi non erat locus, niſi pœnę arbitrariæ extra ordinem, ſcilicet pecuniariæ,pro qua Cauſa Saluſtius locuples, & ſub fideiuſſione relaxatus non erat ad carceres reuocandus, Boſſ. crim.Stell.num.1.& ſeq. Menoch.de arbitr.caſ.381. num.4.Caball.d.reſol.169.num.6. Guazzin.defenſ. 33.cap.9.num.1.& ſeqq.

ARGVMENTVM.

An ſit efficax fideiuſſio de repræſentando præſtita ſine præcedente decreto Iudicis, & ſine cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Dolo facit perſeuerans ex ea promiſsione petere, quæ ſine cauſa fuit.*
2 *Cauſa vbi non eſt efficax, ibi non eſt cauſatum.*
3 *Pactum nudum cum cauſa parit actionem de Iure canonico.*
4 *Cauſa falſa irritos reddit omnes contractus.*
5 *Mandatum ad delinquendum non probatur ex depoſitione mandatarij, ne ſit in poteſtate cuiuslibet ribaldi alios inculpare.*
6 *Querelam aſſumere ſine nomine, & deinde ſecretum denunciatorem vti teſtem examinare non licet.*
7 *Teſtis qui non eſt, non efficitur teſtis ex modo examinandi.*
8 *Inditiis ceſſantibus ceſſat proceſſus.*
9 *Fideiuſſor de præſentando, et repręſentando, quoties principales fuerit requiſiti, conueniri non poteſt ante principalium requiſitionem.*

CONSILIVM CCCXIV.

NOn eſt locus exequutioni fideiuſſoriæ obligationis,de qua agitur;aut enim tanquam emanata nullo præuio Iudicis decreto, nullaque præcedente cauſa eſt inefficax, cum in obligatione cauſa ſit de effectuali ſubſtantia, adeoquod licet Iure ciuili valeat,obſtet tamen illius exequutioni
1 exceptio doli, quia dolo facit perſeuerans ex ea promiſſione petere,quæ ſine cauſa fuit,inquit textus in l.2.§.circa,vbi Bart.& alij, ff. de dol. except. Marſil.ſingul.219. num.1.quamobrem vbi non eſt
2 cauſa efficax,nec ibi eſt cauſatum, Cephal. conſil. 308.num.34.& ſeqq.lib.9.Cardin.Mantic.de tacit. lib.14.tit.12.num.1.verſ.ſed aduertendum, Caball. reſol.crim.caſ.286.num.66. & 70. quod etiam de Iure canonico procedit,quia licet illo Iure pactũ nudum pariat actionem, ex c. 1. de pact. tamen procedit hoc,quando pactum eſt cum cauſa,ſecus autem ſine illa, c.ſi cautio, vbi Felin.num.2.de fid. inſtrum.

Aut ſi pro cauſa adducitur, quæ in obligatione exprimitur, ſcilicet, pro qua teſtimonium veritatis ſunt perhibituri in Cauſa mandati ad occidendum Franciſcum Antonium, & Io: Thomam, & hæc
4 cum non eſſet obligatiua fuit,ſalſa, irritos reddens omnes contractus, Menoch.conſ.92. nu.40. & 46. & conſ.320.num.19.& conſ.346.numer.10. & ſeqq. Cardin.Mantic.de tacit.lib.3.tit.12.num.59.& ſeq. adeout hoc caſu nec exequibilis ſit Cameralis obligatio,Rota deciſion. 540. numer. 9. par. 2. recentior.

Conſtat autem de falſitate huius Cauſæ, quoniam ex actis liquet,nullam prorſus præceſsiſſe cauſam mandati ad occidendum prædictos,itaut applicabile cenſeri poſſet,quod ij,pro quibus fideiuſſor ſe obligauit,eſſent teſtimonium veritatis perhibituri,ac proinde puòd poſſet à Curia hoc teſtimoniũ requiri; quandoquidem vbi prætendatur,eorum examen requiri poſſe tanquam teſtium contra
5 mandantes, & præterquamquod in hoc neque etiam inditium faciebant, ne ſit in poteſtate cuiuslibet ribaldi alios inculpare, & verbis Farinac. vtar,conſ.192.num.22.lib.1.minus examen requiri poterat,cum nulla præcederet querela, nec in-
6 quiſitio ſine inditijs formari poſſet; aſſumere autem querelam ſine nomine,vel denunciationem eorumdem tanquam ſecretorum denunciantium, & deinde eoſdem tanquam teſtes examinare, ſit prohibitum,Iodoc.in prax.crim.cap.50.numer.22. Farinac. quæſtion. 60. numer.64. Hect. Felic. allegat. 112.numer.1. & ſeqq. & allegat. 79. numer. 1. par. 2.

Vbi verò prætendatur examen requiri aduerſus eoſdem tanquam illos,qui deliquerit mandatum ac-
7 ceptando,quia modus examinandi non facit aliquem teſtem,ſi teſtis non eſt, Farinac. d.conſ.192. num.9.ad finem,lib.2.& requiſitio pariter erat in-
8 iuſta, cum nulla præcederent inditia, Marſil. in pract.§.conſtante,numer.1. cum alijs per Farinac. eod.conſ.192.n.7.ad fin.

Sed ex defectu quoque nullitatis corruit proceſſus hactenus factus contra fideiuſſorem, cum obligatio de præſentando,& repræſentando in poſſe Curiæ concepta ſit, quoties principales fuerint requiſiti,& ad omne mandatum; quapropter ante
9 principalium requiſitionem agi nequit,vt per Gabr.conſil.173.numer.6.& ſeq.lib.2. Farinac. quæſt. 34.numer.129.& ſeqq.Rota deciſion.11. numer. 6. & ſeqq. par.2. diuerſor. Duran. deciſion. 272. numer. 12.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Fideiussor de repræsentãdo cũ clausula toties, quoties, an censeatur liberatus per nouam carcerationem Rei principalis qui deinde ausugiat, vel relaxetur.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor de repræsentando liberatur per carcetionem Rei repræsentandi. Etiam si deinde Reus è carceribus ausugiat, vel relaxetur ex quacumque causa*, vt *num.2*.
3 *Fideiussor protestari non debet de habendo Reum pro repræsentato, quando Reus fuit captus, ex eadem causa, secus autem quando ex alia causa.*
4 *Fideiussor de repræsentando non obstante clausula, toties, quoties, liberatur, quando Curia Reum principalem capi fecit, et ille fugam arripuit*
5 *Fideiussoris custodiæ censetur Iudex renunciasse per nouam Rei principalis carcerationem ex eadem causa.*
6 *Fideiussio de nouo est præstanda, quando Reus exiit è domo sibi assignata pro tuto carcere.*
7 *Fideiussores primi censentur liberati per dationem aliorum fideiussorum per viam renouationis.*
8 *Fideiussor de repræsentando liberatur per expeditionem mandati de capiendo Reum principalem.*
9 *Fideiussor de repræsentando liberatur, quando Reus principalis bannitur, vel citatur.*
10 *Fideiussor in dubio non tenetur.*

CONSILIVM CCCXV.

NOn tenetur D.Io.Franciscus ad pœnam, pro qua fideiussit, ob non repræsentationem D.Roderici, quoniam liberatus fuit per carcerationem de eodem Roderico factam ex eadem causa de mandato Sac. Congregationis Episcoporum eiusdemque Reuerendissimi delegati, quorum authoritate fideiussio fuerat prius pręstita, quia non re-
1 fert, an quis ad carcerem repræsentetur per fideiussorem, an verò per Iudicem, & eius officiales, Afflict.decis.130. per tot. vbi relatis opinionibus antiquorum contrarijs, & rationibus hinc inde deductis testatur, ita sæpius in Consilio iudicatũ, Boss.tit.de carcer.fideiuss.num.39.post princ. vers. distinguitur, & num.seq.Peguera decis.47.num.2. per tot.præcipuè vers.sed quicquid, Menoch.cons. 311. num.29.& seqq.vbi idem intelligit in fideiussore de tuto carcere, prout intelligit Rim. iun. cons.738.per tot.lib.7.& Farin. quæst.34. num. 92. per tot. præcipuè in fine, vbi etiam loquitur de fideiussore de tuto carcere, Add. ad Rom. consil. 137. plenè Caball.resol.crimin.cas.47.num.1. 2. & pluribus seqq. Surd. consil. 345. numer. 26. libr.2.

Et procedit conclusio, etiamsi pręsentandus è car-
2 ceribus nedum aufugerit, vt post alios per Farin. ead.quest.34.numer.93.sed etiam, quando ille, cuius contemplatione præstita fuerit fideiussio per Curiam ex quacumque causa à carcere relaxatur, Peguer.d.decis.47.numer.2. Caball.d.cas.47 num.6.

Nulla quoque ex Parte fideiussorum requisita protestatione aduersus Fiscum, quod haberent Reum pro repræsentato, quia huiusmodi protestatio ad
3 fideiubentium liberationem requiritur, quando Reus capitur per Curiam ex alia diuersa causa, secus quando ex eadem, pro qua fideiussores præstiti fuerant, Afflict.d.decis.130.num 5. Farinac. d. quæst.34.num.98.& seq. Caball. dicto cas.47. nu.4. Surd.d.cons.345.n.26.lib.3.

Nec obstat, quod in promissione D. Io: Francisci legatur clausula, toties, quoties, ex qua iuxta sensum communem fideiussor non liberatur, nisi per duas præsentationes, quia non est par ratio in casu, in quo fideiussor requisitus à Curia semel præsentat, & in casu, in quo Curia nullatenus fideiussore requisito Reum capi facit à suis officialibus, nam vbi
4 Reus postquam captus, & carceratus est, aufugiat, non tenetur fideiussor ad aliam pręsentationem, ex quo per fugam Reus nouum delictum committit, & illud facto Curię ex se capientis, & custodis culpa iterum præsentandi difficultatem præbet, quæ fideiussoribus nocere non debet, vt per Farin. ead.quæst.34.num.97.cum alijs per eumdem allegatis, num.95. & 96. ex quibus constat, hanc esse veriorem, & magis receptam.

Vbi verò Reus ab eadem Curia relaxatur sub fideiussione, minor, imò nulla est difficultas, ex quo
5 quando Reus relaxatur per iudicem è carcere, censetur Curia Reum sub custodia eiusdem fideiussoris dimittere, & consequenter deinde quando Curia eumdem Reum ex se capit, censetur custodię prioris fideiussoris renunciare, Honded.cons.111 num.46.per tot.prę cipue ante med.vers.non autẽ lib.1.Peguer.d.decis.47.num.2.post vers.sed quicquid, ver.pariter quoque dicendum & vers. pariter quoque in nostro, & prope fin.vers.ergo clare, & aperte, Rim. iun. cons.738. in princ. & per tot. Thob.Non.cons.103. n.9. & admittit Gabr.consil. 170.num.6.in fin.& seq.lib.2.

Et hinc est quod fideiussio iterum est pręstanda, quã
6 do Reus Superioris licentia à domo pro tuto carcere assignata exiit, quia prima remanet extincta, vt per Giurb.cons.crim.34.num.36.

Nullus autem dubitandi locus remanet in hoc casu, in quo idem carceratus fuit è carceribus liberatus ab eodem delegato ex præcisis litteris eiusdem Sacræ Congregationis sub renouatione fideiussionis pro scutis 500.auri, quia licet regula sit, quòd primi fideiussores per aliorum dationem non sint liberati ex rationibus Gabr. d.cons.170.num.1. & plurib.seqq.lib.2.tamen à regula receditur, quoties ad prastationem noui fideiussoris proceditur, per viam renouationis, sicut processum fuit hoc casu, Bart.in l.penult.in verbo pignore, ff.de Prætor.Stipul.Rip.in l.si se non obtulit 4.§. si ex conuentione, num.7.vers.item intellige; ff. de re iud. Menoch.præsumpt.134.num.14.& seq lib.3. Surd. consil.298. num.44. in fin. & num.2.lib.2.

Prætęrea liberatio etiam resultat ex mandato de capiendo per ipsam Curiam A. C. contra ipsum Rodericum, relaxato, quia cuilibet obligationi etiam sub forma Cameræ tacita inest conditio, quatenus res in eodem statu permaneant, etiam quod concepta fuerit verbis, quantumcumque
8 vniuersalibus, ac propterea exequibilis non est contra fideiussorem effectum irrepręsentabilẽ ob expe-

expeditionem dicti mandati, Gabr.conf.181.num. 6.14.& 24.lib.1.Menoch.conf.412.num.24 & seqq. Honded.d.conf.111.num.45.47.49 59.& alijs lib.1. Eugen.conf.2.num.28.Farinac.d.quæst.44.à nu.41. ad 54.Maur.de fideiuss.par.1.sect.2.cap.3. num.51. Gratian.discept.708.num.3.ac proinde non solum
9 fideiussores liberantur, quando Rei banniuntur Eugen. conf.68.num.42.& seq.Honded.d.conf.111 num.38.lib.1.Farinac.d.quæst.34. nu. 39.& seq.sed etiam vbi sunt inquisiti, & citati pro delicto, Bertaz.conf.crim.436.num.1.& seq.Honded.conf.111. num.45. vers. si qui fideiussor, & num.52. Maur.d. cap.3.num.50. Farinac. alios referens d. quæst.34. num.169.

Tum etiam quia licet Farinac. ead.quæst.34.nu.170. plures alios in contrarium referat, eosque sequatur, ea ratione quia Iudex Iure medio hoc facit, vndè non dicitur in aliqua culpa, qui suo Iure vtitur per viam iudiciariam, tamen opinio contraria fauens fideiussioribus verior est, & magis recepta, cùm negari non possit, quin repræsentatio reddita sit difficilior, imò etiam impossibilis ex mandati relaxatione, & superueniente satellitum transmissione ad effectum illius exequutionis, Eugen.d.conf.2.num.4. & conf.67.post num.8.& conf. 68.num.26.& seq.lib.1.Giurb.conf.35. nu.6. & seq. & huius quoque sensus mutata sententia est idem Farinac.dicens, quòd propterea inoleuit praxis, quod Iudecis nunquam citant Reos, nedum capi mandant, nisi prius fideiussoribus citatis ad illos repræsentandum, & illis iam positis in mora, Farinac. inquam in addit. ad d. quæst.34. in addit. final.ad num.170.impressa post lib.3.con.fol.60. ad fin.& seqq.in princ.

Et in dubio semper capienda est interpretatio, ne fi-
10 deiussor teneatur, idem Gabr.d.conf.181.num. 27. lib.1.& conf.173.num.23.lib.2.Farinac.d.quæst.34. num.182.Giurb.conf.crim.34.numer.33.& cõs.35. num.29.Honded.conf.94.num.27.

ARGVMENTVM.

An, & quando affines cogi possint ad fideiubendum pro bannitis.

SVMMARIVM.

1 *Consanguinei proximiores coguntur fideiubere ratione publicæ, & priuatæ quietis.*
2 *Consanguineorum coactio ad fideiubendum regulatur ab intestata successione.*
3 *Affines coguntur ad fideiubendum in subsidium proximioribus consanguineis non existentibus.*
4 *Qualitas requisita a Statuto vel Constitutione probanda est, alioquin dispositioni non est locus.*
5 *Maritus non tenetur pro vxore.*
6 *Existere eum, qui non succedit, & non existere paria sunt.*
7 *Exemplis non est iudicandum.*
8 *Exempla Senatum non attenduntur data casuum imparitate.*
9 *Ex Actibus spontaneis non desumitur exemplum coactiuum.*
10 *Legitima filii subijci potest fideicommisso, quando id concernit fauorem ipsius filii grauati.*

CONSILIVM CCCXVI.

Nulla probabili ratione prætendi potest D. Traianum tanquam generum D. Columnelli Francisci Alphani, & sororium DD. Caroli, & Thesei eiusdem Columnelli filiorum teneri ad fideiubendum, ne prædicti capitaliter damnati in Statum
1 Ecclesiasticum ingrediantur, quoniam licet ex causa publicæ vtilitatis, vt pacificus conseruetur Status, & nè publica, & priuata quies turbetur, laudabile, & honestum sit, coniunctos ad sic fideiubẽdum cogere, tamen hæc coactio tanquam contra Ius naturale aut non est interpretanda, vt extensibilis sit ad affines, sed solos proximiores sanguine coniunctos, prout intellexit proclamata eiusmodi tunc emanata Chartar.de exequut. sentent. capt. bannit.in præf.n.78.prout etiam vt proximiores solos compræhendat, intelligit Farinac. quæst. 24.num.155.quandoquidem huiusmodi onus re-
2 gulandum est ab intestata successione, Hercul. de caut.de non offend.cap.7.num.8.& cap.49.num.7. vers.quæro aliquis; quamobrem cogendus non est gener, & sororius, cum tanquam affinis nullam habeat spem successionis, l.4. §.affines, ff. de grad. cognat.

Aut extensio admittenda est dumtaxat in subsidium
3 alijs proximioribus idoneis non existentibus, prout intellexit Sacra Consulta in decretis desuper editis à Sanctissimo etiam confirmatis impressis per Flauium Cherubinum in compendio Bullarũ super Constitutione 6.Sixti Quinti fol. 112. in primo enim decreto Sacra Consulta statuit, & ordinauit, quod per consanguineos, seu affines proximiores, & magis idoneos bannitorum præstent ur fideiussores; in litteris verò eiusdem Sacræ Consultæ sub 27. Octobris 1607. scriptis Gubernatori Perusiæ præcipitur expresse, che dette sicurtà si diano dalli parenti più prossimi loro, se saranno idonei, e caso, che nò, da quelli, che sono remoti, pur che siano idonei, con farli rileuare poi dalli più congionti; quamobrem cum exaduerso non probetur, nec probari possit, alios coniunctos non idoneos existere, quia immò euidentia facti stat in
4 contrarium, non est ad remedium subsidiarium ex affinitatis prætextu deueniendum, prout Iure in hoc ipso casu etiã S. Consulta resoluit 6.Iulij anni præteriti, Dec.conf.49.num.1.vers.& cum Statutum, & conf.64.num.5. vers.ad hoc, Seraphin.decis. 670.num.1.

Nec obstat, quod proximior sit vxor dicti D. Traiani tanquam filia D.Columnelli, ac propterea concurrat quoque in illa, vt prætenditur exaduerso, spes
5 successionis; tùm quia ex proximioritate vxoris non datur ratio, quare proximior quoque existat maritus, qui nec etiam pro vxore in aliquo tenetur, ex tit.C.ne vxor pro marito, vel maritus pro vxore conueniatur, in rubro, & nigro.

Tum etiam quia non subsistit, quod vxor prædicta sit successibilis patri, aut fratribus bãnitis, dum adest Flaminius alter filius D.Columnelli, nec bannitus, nec processatus, qui vigore Statuti Perusiæ, lib. 2. rubr.45.excludit sororem iam dotatam, & nuptam tam à successione paterna, quàm fraterna; quamobrem filia in hoc casu habetur pro extranea, ex
6 quo paria sunt, aliquem non extare, & extare, & non succedere, l.2.§.sed si sint sui, ff. ad Tertull. l. & si ex modica, 6.§.si filius, & l.si necem, 4. §.si de-

por-

portatas,ff de bon.libert.Castr.conf.323.col.2.verf. cœterum,lib.1.Corn.conf.61.nu.3.lib.4. Dec.conf. 378. num.2.& feq. Rota in Fauentina fucceffionis 14.Martij 1603. coram olim Cardinale Pamphilio apud Marchefan.par.2.fol.78.numer.3. ad fin. quæ etiam habetur fub decifion.59.par.1.recentior.numer.4.

Minus obftant exempla,in quibus infiftitur,quia deducta exaduerfo nec in facto, nec in Iure fubfiftunt.

Siquidem dum exaduerfo dicitur,SacramConfultam iufsiffe,quòd pro D.Io:Baptifta de Vbaldis fideiuberet Doctor Franciicus Maria de Alexijs maritus D Magdalenæ filiæ ipfius D.Io:Baptiftæ,minimè probatur quinimmo facta diligentifsima perquifitione in regeftris litterarum Sacræ Confultę, talis iufsio minime fuit reperta; ideoque cum affertioni Partis non fit in iudicijs credendum fruftra talis prætenfa iufsio deducitur.

Dum verò dicitur pro D. Columnello Hectore Gratiano,quamuis adeffet D. Marcus Antonius Gratianus eius frater confobrinus fideiuffiffe D. Gattum Vibium maritum D. Proferpinæ fororis ipfius D.Columnelli,minus fubfiftit,cum exaduerfo de tali prætenfa fideiuffione minimè doceatur.

Ingenuè tamē fatemur pro dicto D.Io.Baptifta Vbaldo fideiufforem interceffiffe d. D. Doctorem Alexium generum ad liberandum fe à carceribus, in quibus fuerat de facto à Gubernatore Ciuitatis Perufiæ tunc detentus, & pro dicto D.Columnello Hectore Gratiano, de non ingrediendo fideiuffiffe D.Thadæam Signorellam eiufdem D. Columnelli Hectoris matrem pro fcutis quatuor millibus in cafu contrauentionis, eiufdemque D. Thadææ contemplatione, ac promiffæ indemnitatis ab eadem interceffiffe pro fcutis mille dictum D.Gattum Vibium, & pro fcutis fexcentis D. Cæfareum de Cæfareis, & pro fcutis fexcentis D. Capitaneum Io.Antonium de Oddis, & pro fcutis 600. D. Capitaneum Claudium Pellinum, & pro fcutis mille ducentis D.Carolum à Pinna,qui omnes præter releuationem fibi ex integro promiffam à D. Thadæa fuerunt etiam releuati pro fcutis 600. à D.Ilioneo Saluutio, & pro alijs 600. à DD. Philippo, & Hercule de Pellinis, prout de huiufmodi interceffionibus reperitur inftrumentum in Cancellaria criminali Perufiæ fub 20. Augufti 1593.in lib.fideiuff.diuerf.primo fol.230.

At nulla ex hifce fideiuffionibus adduci poteft in e-
7 xemplum, quod releuet, non folum quia ceffante ordine S.Confultæ aliis exemplis non eft iudicandum, l. nemo, C. de fent.& interloquut. omn. iud. non enim quod fit,fed quod fieri debet eft attendendum,c.cum caufam, de elect. Afflict. lib.1. Conft.rub.24.num.58.ante verf.tertius.

Et præfertim cū termini non fint pares,ex quo gener in primo cafu non contradixit, fed fponte fideiuffit,in fecundo autem cafu fororius nedum fpontè, fed nec fideiuffor bannitorum interceffit, fed pro bannitorum matre fub promiffa fibi etiam ab alijs
8 indemnitate, quia data cafuum imparitate,nec etiam exempla Iudicis Senatus attenduntur, Menoch. conf.604. num.53. lib.7. quandoquidem ex
9 actibus fpontaneis certum eft,nullum defumi poffe exemplum aliorum coactiuum, Cæfar de Graff. decif.117.alias 6. de præben.num.4.& 7. Rot.decif. 778. num.5.par.1.diuerf.

Sed imò fideiuffio præftita ab ipfa D. Thadæa matre dioftent contrarium, cùm illa præftita fuerit ab ea tanquam proximiore ex ordine Sacræ Confultæ expreffo in ipfa fideiuffione,& prǽfertim cum idem quoque feruauerit Sacra Confulta in fideiufsione præftita de non ingrediendo DD.de Parolis, quia aftrinxit DD.Perottum, & Capitaneum Balthaffarem de Chrifpoltis, qui propterea fub 17. Iulii 1628.fideiufferunt tanquam proximiores,non obftante quod eifdem de Parolis affinis effet D. Io. Baptifta de Vbaldis tanquam fororius, adeo quod etiam vbi exemplum effet iudicandum, hæc magis huic Parti faueant.

Cœterum nec Fifcus, nec adhęrens fundare fe poffunt in idoneitate D.Traiani; cùm in Teftamento paterno,de quo docetur, grauatus fit fideicommiffo perpetuo etiam prohibita legitima, tam ad fauorem defcendentium, quam collateralium cū arctiffima prohibitione alienationis, etiam in quocumque cafu præftandæ ab ipfo fideiuffionis, neque de validitate huius difpofitionis, dubitari
10 poffit etiam quoad legitimam cum concernat in hoc cafu grauati fauorem, vt refoluit Rota in Romana fructuum dotis 30. Ianuarij 1626. coram Coccino Decano, præcipuè ex Surd.conf.570.n.1 lib.4.Farinac.conf.173.num.7.& 8.lib.2.

ARGVMENTVM.

An is, qui dimifit habitum clericalem, puniri poffit à Iudice laico pro delictis commifsis tempore, quo in habitu incedebat.

An fideiufsio de repræfentando clericum coram Iudice laico teneat.

SVMMARIVM.

1 *Status, in quo delinquens tempore delicti, attenditur ad effectum punitionis.*

2 *Abfolutus a competenti Iudice ex capite iuftitiæ non poteft coram alio Iudice accufari.*

3 *Fideiuffori clerici non competit exceptio declinatoria fori competens principali.*

4 *Clericus non poteft confentire in iurifdictionem Iudicis laici tacitè, nec exprefsè.*

5 *Acta per Iudicem laicum facta contra clericum cōtumacem funt ipfo Iure nulla.*

6 *Fideiufforis obligatio eft nulla ftante nullitate obligationis principalis.*

7 *Fideiuffor ob non repræfentationem conueniri a Fifco non poteft ad foluendam pœnam, quando ceffat Fifci intereffe.*

8 *Priuilegium ex caufa concefsum durat quoufque durat illa caufa.*

CONSILIVM CCCXVII.

SVppofito prout exprimitur in facto, quod Meuius clericus incedens in habitu, & tonfura fub requifitis Concilij Tridentini fuerit in foro fæculari inquifitus de homicidio, & quamuis allegare potuiffet ob Clericatum declinatoriam dicti fori fæcularis, & remiffionem ad forum Ecclefiafticum tamen citatus ad informandum Curiam, fe in car-

carceribus eiusdem fori sæcularis constituerit, & ab illis relaxatus fuerit sub fideiussione de se constituendo toties quoties, noua superuenissent inditia, elapsis autem mensibus cùm fuisset interfectus frater eiusdem, in cuius personam perpetratum fuerat premium homicidium, occisorum mater ob varias suspiciones conquesta fuerit ambos filios de mandato dicti Meuij interfectos fuisse, quamobrem orta fuerit publica vox, & fama huius occisionis aduersus d. Meuium, cuius occasione fuerit iterum in foro seculari citatus, Meuius verò ex causa sui clericatus tunc priuilegium fori Ecclesiestici allegauerit, & ab Ordinario Ecclesiastico fuerit etiam foro laicali inhibitũ, nè ad vlteriora contra clericum prædictum procederent.

Ad quæstiones desuper propositas videtur, vt infra respondendum.

Quoad primam, in qua quæritur an d. Meuius quoties dimitteret habitum clericalem ex causa præfatę publicæ vocis, & famæ possit molestari à foro sæculari, non obstante quod illa vox fuerit tempore supradicto, & exequuta dicta inhibitio à foro Ecclesiastico sentio pro negatiua, quia adhuc pro delictis commissis tempore clericatus puniri non poterit, nisi per Iudicem Ecclesiasticum, quia attenditur status, in quo delinquens erat tempore delicti, Bald. in l. affinitatis, 7. num. 4. post med. vers. clericus in minoribus, C. com. de success. Gramm. decis. 10. num. 3. vbi, quòd ita Sacrum Concilium iudicauit, Franc. decis. 417. num. 3. 4. & seqq. Petrus Foller. super Constitut. Regni, tit. de Episc. & cler. cap. item quòd si aliquis citatus num. 1. & seq. fol. mihi 82. vbi respondet obiectis, Carauit. super ritib. Magnæ Curiæ ritu 66. Clar. recept. sent. §. fin. quæst. 36. num. 11. vers. qua ratione, ibique Baiard. num. 46. & 47. Carol. de Graff. alios plures adducens de effect. cleric. effect. 1. numer. 647. & præsertim stante inhibitione iam emanata à foro Ecclesiastico, vt num. 660. & nu. 1071. Giurb. consil. crim. 15. num. 17. & seqq. & n. 39.

Quoad secundam, in qua quæritur an expediat dictũ Meuium ad maiorem cautelam curare modò absolutionem apud Iudicem Ecclesiasticum, cum supponatur nihil contra eum in processu constare, ne ex dimissione habitus clericalis possit vllo numquam tempore ob causam præfatam in foro laicali molestari, puto maximè expedire, quia ab-
2 solutus à competente Iudice ex capite iustitiæ nõ potest coram alio iudice accusari, vel contra absolutum inquiri, vt per Clarum quæst. 37. num. 9. vbi etiam nu. 11. quòd hoc ipsum procedit in delictis mixti fori, vt etiam per Carol. de Graff. de effect. cler. effect. 1. num. 599. atque etiam non obstãte; quod post absolutionem duraret contra absolutum diffamatio, quòd ipse crimen commisisset vt per Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 30. num. 21.

Quoad tertiam, in qua quæritur, an fideiussio supradicta teneat, sentio, eam minimè tenere, quia licet fideiussori clerici non competat exceptio de-
3 clinatoria fori competens principali, Afflict. decis. 206. num. 2. cum aliis per Pirrhum Maur. tract. de fideiuss. 2. par. princ. sect. 9. §. 11. numer. 10. fol. mihi 525.

Tamen quia clericus non potest in Iudicis laici iuris-
4 dictionem consentire, neque expresè, neque tacitè, Decian. tract. crimin. lib. 4. cap. 9. num. 61. Farin. quęst. 8. num. 10. & seq. vbi etiam antè med. quod iudex sæcularis excusari non potest, quod procedat contra clericum, cum eum esse talem scire debeat, adeout exceptio in competentiæ quandocumque etiam post sententiam apponi
5 possit, imò etiam non sit necesse, quod opponatur, quod omnia acta per sæcularem Iudicem facta contra clericum etiam contumacem sint ipso iure nulla, vt ex communi per Farin. ead. quæst. 8. num. 15. sequitur exinde, quod fideiussio prædicta
6 non teneat, tum quia cum promissio principalis carcerati fuerit nulla, promissio quoque, & obligatio fideiussoria dicitur nulla, Farinac. quæst. 30. num. 69. & quæst. 35. num. 15.

Tum etiam quia, ex quo vbi clericus repræsentaretur in carceribus dicti fori laicalis, adhuc remittendus esset foro Ecclesiastico ex præallegatis, cõsequutiuè cessante fisci laicalis interesse non potest conueniri ob illius non repræsentationem ad soluendam pœnam, Gabr. cons. 181. num. 6. & seq. l. 1. Farin. quæst. 34. num. 68.

Quoad quartam, & vltimam, an dimittens habitum clericalem teneatur pro tempore, quo incessit in habitu soluere taxas impositas iuxta Ciuium facul-
8 tates, censeo minime teneri, quia recepta est cõclusio, quod priuilegium ex causa concessum durat quousque durat illa causa, ex adductis per Carolum de Graff. de effect. Cler. effect. 1. num. 1184.

ARGVMENTVM.

An, & quando actor in Causa criminali posśit appellare absque præstatione cautionis de reficiendo expensas in euentum succumbentiæ ad formam manus proprii Pij IV.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio in criminalibus non datur instigatorii nisi præstita cautione de reficiendo expensas in euentum succumbentiæ, vt obuietur vexationi Rei, quoad pœnam criminalem.*

2 *Causa dispositionis cessante cessat dispositionis effectus.*

3 *Cautio de reficiendo expensas iuxta formam motus proprii Pij IV. dari non debet ab instigatore appellante, quando datur fumus nullitatis sententiæ.*

4 *Iurisdictio non datur ex rescripto conditionali nisi purificata conditione.*

5 *Forensis reputatur difficilis conuentionis.*

6 *Obligatio Cameralis non potest apponi a procuratore sine speciali mandato.*

7 *Aequalitas in iudiciis seruanda est.*

8 *Casus mixtus non continetur sub simplici quoad denegandam appellationem.*

CONSILIVM CCCXVIII.

VIdetur signanda commissio, & rescribendum, vt in Causa procedatur, ac si commisśio simpliciter esset signata sine clausula præstita cautio-
1 ne; quamuis enim in Causis criminalibus ex dispositione motus proprii Pii Quarti, vbi Reus per sententiam est absolutus, & fisco instigator adhæret

uerso addu&a, Caputaq.274. num 2. par.2. magis demonstrat, Causam ciuilem esse præiudicialem criminali, ex quo, quatenus in iudicio ciuili pro-
6 nunciatur, instrumenta esse exequenda, non obstante dicta asserta falsitatis exceptione, hæc sententia pariet etiam exceptionē rei iudicatæ quoad criminalem, vt per Rotam post lib.2.cons.Farinac. decis.201.num.1.ante fin.

ARGVMENTVM.

Pendēte adhuc iudicio ciuili, in quo actor opposuit de dolosa administratione, an possit de dolo criminaliter agere.

SVMMARIVM.

1 *Causa ciuili pendente non admittitur simultanea cumulatio Causæ criminalis.*

2 *In Iudicio ciuili quando fuit oppositum de iis, quæ postea prætenduntur in iudicio criminali, Causa criminalis licet maior non facit silere ciuilem.*

3 *Causa ciuilis prius intentata facit criminalem silere, quando sententia ferenda in ciuili parit in criminali exceptionem rei iudicatæ.*

4 *Dolus quando purgari potest actione ciuili descēdente ex contractu, cessat criminalis actio.*

5 *Ex Doli prætextu, non est locus pœnæ criminis stellionatus, quando interesse reparabile est per actionem ciuilem.*

6 *Doli actio, & criminis stellionatus datur in subsidium, quando prætendenti damnum non potest alio modo prouideri.*

CONSILIVM CLVIII.

Videtur rescribendum A.C.vt constito sibi,quod Causa ciuilis sit præiudicialis criminali,super sedeat in criminali, quoniā rescriptum huiusmodi conditionale non denegatur tanquam dispositioni Iuris communis conforme, & præcipue,quādo Causa ciuilis fuit prius intentata, vt in hoc ca-
1 su, in quo proinde simultanea iudicii criminalis cumulatio, pendente ciuili, non admittitur,l.2.§. hoc edicto,ff. de ui bonor.raptor.l.interdum,C. de publ.Iudic.glo.in l.1.in verbo vtraque, & in rubr. C.quand.ciuil.act.crim.præiudic, Hond. cons. 109. num.60.& seqq.lib.1.Farinac.quæst.100.num.113. & in fine.

Et præsertim cum de præiudicialitate ciuilis ad criminalem non sit dubitandum, tum quia Pars aduersa ante incohatum iudicium criminale sepius opposuit de dolo prætenso,tam in fictione prægnātie, quam in non confectione inuentarii, & post illius confectionem de omissione, & occultatione rerum hæreditariarum, siquidem stante opposi-
2 tione in iudicio ciuili de prætensis ex posteriori iudicio criminali receditur à conclusione, quod Causa criminalis tanquam maior faciat ciuilem silere, Bellapertic.in l.fin.post med.vers. sed nūquid lex ista,C.de ord.iud.& ibidem Salic.num.1.in 1. & 2.oppos.Aym.cons.280.num.1.post med.vers.simili modo, sicut sæpe resoluit Rota, vt dec.124.post lib.1.cons.Farin.& Coccin.123.per tot.

Tum etiam, quia sententia absolutoria ferenda in ci-
3 uili parit exceptionem rei iudicatæ in criminali, quandoquidem pronunciato in Causa ciuili, non constare de dolo ex prætensis exaduerso, pronūciatio absque dubio, & per necesse parit absolutoriam quoad criminalem, & præsertim cum etiā Pars aduersa in iudicio ciuili petierit rationē administrationis, adeo quod illa iudicio ciuili reddita,corruunt quoque prætensiones occasione eiusdem administrationis in criminali,l.Præses, ff. ad leg.Flau.de plagiar.Cyn.in l.1.num.6.vers.ratio. & ibi Salic.num.9.C.quand.ciuil.act. crim. præiud. Bart.in d.l.2.§.hoc edicto,num.1. vers. videte, vbi etiam Angel. num.2.Aym.d.cons.280.n.2.vers. & adeo,Coccin.d.decis.123.num.3.Card.Caualer. decis.98.num.10.& 11.& decis.443.num.1.& seqq.

Sed & facilius videtur in hoc casu rescribendum,dū omnino cessat omnis prætensio criminalitatis tā simultaneæ, quam successiuæ,quia cum ratio administrationis reddēda sit occasione instrumenti, in quo D.Carolus deputatus fuit curator hereditatis,quomodocumque exaduerso prætendatur in hac administratione dolus, cum ille purgari possit
4 actione ciuili descendente ex hoc contractu etiam per iuramentum in litem ratione quorumcumque prætensorum,damnorum, & interesse, cessat exinde prorsus actio quæcumque criminalis, Corn. cons.366.num.12.& 32.lib.3.Roland.cons.75.n.31. lib.1.Menoch.cons.98.nu.82.& seq.lib.1.Aym.cōs. 6.num.105.Honded.d.cons.109.nu.59.lib.1. & sunt text.in l.tres tutores, vbi etiam glo. ff. de admin. tut.& in l.in eos, 9.ff.de tutel.

Et præsertim cum ex dolosa, quæ prætenditur,administratione, nullum insurgat particulare nomen delicti, sed sola doli prætensio, nam tunc neque
5 etiam locus est pœnæ criminis stellionatus,ex quo interesse reparabile est per actionem ciuilem,Bald. cons.14.num.3.& cons.15.num.2.lib.1.Pedem.dec. 137.num.17.Farin.quæst.9.num.37.& in terminis dolosę administrationis cons.96.num.19.& gene-
6 rale est, quod actio de dolo, & criminis stellionatus dantur dumtaxat prætendentibus damnum in subsidium, quando sibi alia via succurri nō potest, Castr.cons.411.num.4.lib.1.Farin.cons.7.num.9.& est text.in l.eleganter,in princ.ff.de dol.

ARGVMENTVM.

De nullitate iudicij criminalis moti contra Archiepiscopum ex defectu inhabilitatis testium.

De irreleuantia, & reiectione inditiorum cumulatorum cōtra Archiepiscopum super vsurpata iurisdictione dispensādi in matrimonio, super simonia, & super extorsione pecuniarum ex pluribus aliis illicitis causis.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi residentes non possunt moneri, vt personaliter compareant, nisi præcedente commissione signata manu Papæ.*

2 *Testes in Causa criminali contra Episcopum requiruntur bonæ conuersationis, existimationis, & famæ.*

3 *Accusator etiam nobilis, & constitutus in dignitate nullum facit inditium ad inquirendum.*
4 *Accusatoris depositio nullum facit inditium, etiā si accusatio, vel querela detur per tertias personas.*
5 *Accusatoris depositio etiamsi in tortura emanauerit, non facit inditium.*
6 *Testis criminosus, & vilis non probat.*
7 *Testis odiosus, maleuolus, vel inimicus non probat.*
8 *Testi inimico neque etiam in articulo mortis adhibetur fides.*
9 *Testis inimicus etiam sub tortura non probat, etiam in crimine excepto, vel occulto, & difficilis probationis, & num.50.*
10 *Honor comparatur vitæ.*
11 *Inimicitia oritur ex iniuria ad animum reuocata.*
12 *Inimicitia etiam leuis repellit testes, quando requiruntur omni exceptione maiores.*
13 *Prælati nō debent à subditis accusari ex malignitatis, et odii fomite.*
14 *Copia non probat corpus delicti non exhibito originali.*
15 *Corpore delicti non probato in iis, in quibus remanent post factum vestigia, cessat prætextus vexationis.*
16 *Principis mandatum motu proprio contra aliquē inquiri, intelligitur quatenus de corpore delicti constet.*
17 *Asserenti se fecisse aliquid de iussu Principis non creditur, nisi iussus Principis aliunde iustificetur.*
18 *Testibus non est credendum, nec Iudicibus, quādo agitur de eorum dedecore fugiendo.*
19 *Ablatiui absoluti faciunt conditionem.*
20 *Verbum, stantibus, vti requirens causæ cognitionem non facit merum, sed mixtum exequutorem.*
21 *Testes inimici non probant in crimine simoniæ.*
22 *Testes singulares etiam cum fama in crimine simoniæ non probant.*
23 *Testes contrarij sese inuicem collidunt.*
24 *Testis non probat, quando alius adductus ab eo in contestem contrarium deponit. Et num.45.*
25 *Testes deponentes se tradidisse pecuniam, non probant simoniam, vti tractantes de proprio interesse, ob facultatem repetendi.*
26 *Simonia excluditur cessāte probatione tractatus, et pacti conclusiui.*
27 *Simoniam excludit gratuita, et voluntaria traditio.*
28 *Testes mediatores, et socij criminis non probant simoniam.*
29 *Tortura non supplet in teste vitium interesse.*
30 *Testes de auditu in crimine simoniæ non probāt.*
31 *Testes deponentes de confessione extraiudiciali non probant simoniam.*
32 *Simonia non probatur per testium credulitatem, vel iudicium.*
33 *Testis deponere debet per causas specificas inferentes necessario vera esse, quæ deponit.*
34 *Experientia superat omnes alias probationes.*
35 *Probatio ab impossibili præualet probationibus quibuscumque.*
36 *Probatio æquiuoca non releuat.*
37 *Solutio pecuniæ in dubio præsumitur potius in bonam partem, vt excludatur delictum.*
38 *Actus tribuitur causæ, de qua constat.*
39 *Testis, qui deponit se recepisse pecuniam, et alteri eam consignasse, vti deponens ad sui exonerationem non probat. Et num.41. Et num.46.*
40 *Consuetudo vel substinet actum, vel saltem quādo non est contra Ius naturale, vel gentium, excusat à pœna.*
42 *Testes inuerisimilia deponentes quamuis sint plures, non attenduntur.*
43 *Proditionis qualitas concludenter probanda est, non præsumptiue ad excludendam immunitatem.*
44 *Conditio in delictis ante illius implementum abnegat consensum, adeo vt agi non possit de pœna.*
47 *Testi interesse habenti adhibendam esse fidem, Iudex arbitrari non potest.*
48 *Possibile, vel non possibile pro constanti poni nequit.*
49 *Testis referens se ad libros non probat non exhibitis libris.*
51 *Episcopus non tenetur de proprio expendere in visitatione.*
52 *Consuetudo attenditur in subministrandis Episcopo expensis in visitatione.*
53 *Solutio pecuniæ spontanea excusat recipientem à delicto.*
54 *Pœnæ exactio non præsumitur excessiua.*
55 *Pœnæ in tribunali Episcoporum licet applicari debeant locis piis, tamen Episcopi nec criminaliter, nec ciuiliter molestari possunt ad reddendā de eis rationem.*
56 *Fama orta à maleuolis non est sufficiens ad inquirendum specialiter.*
57 *Fama exclusiua delicti præualet contrariæ.*
58 *Administrator præsumitur in dubio ditatus ex industria, & labore suo, non autem ex bonis administratis.*

CONSILIVM CLIX.

SAcrum Concilium Tridentinum sess.13. cap.6. de reform. quoniam Episcopis subditi, tametsi iure correpti fuerint, magnopere tamen eos odio habent, tanquam iniuria affecti, & falsa illis crimina obijcere solent, vt quoquo pacto possint eis molestias exhibere, non solum disponit, eos nonnisi ob causam, ex qua deponendi, siue priuandi venirent, etiamsi ex officio, aut per inquisitionem, seu denunciationem, vel accusationem, siue alio quouis modo procedatur, nequaquam citari, vel moneri posse ad personaliter comparendum, ne magno eorum incommodo gregem sibi creditum relinquant, ac non sine Episcopalis dignitatis di-
1 minutione vagare cogantur, adeout Episcopi residentes, etiam si sit Causa atrocissima etiam, heresis, aut læsæ maiestatis, nonnisi ex speciali cōmissione manu Papæ signata, vt personaliter compareant, citari, vel moneri possint, vt per Gonzalez ad reg.8. Cancel. glo.41. num.5.

Sed etiam eadem sess.13. cap.7. de reformat. disponit expresse, quod testes in Causa criminali ad infor-
2 mationem, vel inditia, seu alias in Causa principali contra Episcopum, nisi contestes, & bonæ cōuersationis existimationis, & famæ fuerint, non recipiantur, quamobrem cum omnia capita, ex quibus D. Archiepiscopus inquiritur nullam habeant

beant subsistentiam, nisi quam Curia, & adherentes fundare in testium depositionibus prætendūt, in quibus ex deducendis infra qualitates prædictę deficiunt, vtique hoc ipsum sufficiens censeri debet post longam carcerationem, immensasque impensas ad absolutionem, vt etiam explicite disponitur in c.accusatio Episcoporum, 19.& c.accusatio, 15 & c.testes, 39.2.quæst.7.& c.fin.2.quæst.5.

Et præsertim cum in hoc casu nedum requisitæ testium præfatæ qualitates deficiant, sed etiam testes tam in dicto, quam in persona plures notabiles exceptiones patiantur deductas in facto, & tales, vt eę solę sufficiant, vt nulla illis possit adhiberi fides in nullo ex octo capitibus, ad quæ restringuntur omnia D. Archiepiscopo obiecta, & signanter, quod non solum testes, quorum dantur depositiones, earum tenore attento, liquet esse accusatores, quamobrem à testificando omnino

3 repelluntur, adeout examinati nec vllum prorsus faciant inditium ad inquirendum etiam in casu, in quo accusatores essent nobiles, & in dignitate cōstituti, magisque quādo personæ viles, vt in hoc casu, c.forus, §.in omni, de verb.signif.cap.accusatores, 3.quæst.5.Felin.in c.licet Heli, num.6.de simon.

4 etiamsi accusatio, vel querela detur per tertias personas, Farin.quæst.46.num.95.& seqq.& de testib.quæst.60.num.65.& seqq.adeout accusatoris,

5 querelantis, & offensi inculpatio nec inditiū faciat, etiam quod in tortura emanauerit, Farin.eadem quæst.47.num.99.& seqq.immo nec ad capturam, licet examinentur vti testes, Farin.num.97.& 98.nec ad inquirendum, vt numer.96.& quæst.60. num.65.

Et quia nedum dicuntur personæ viles, & criminosæ

6 etiam specialiter ex rationibus deductis in facto, c. super eo, il primo, & ibi glo.in verbo testimonium, de testibus, c.constituimus, 3.quæst.5. Farin. de testib.quæst.57.num.126.& seq.

Verum etiam, quia constat, testes esse D. Archiepi-

7 scopi inimicos, non solum ex specialibus causis grauibus, & certis relatis in facto, ex quibus redditi fuerunt nedum maleuoli, sed odiosi, & suspecti, Innocent.in c.cum P.10.num.7.de accusat.Farin.plurimos adducens, de testib. quæst.53. nu.30.

Immo etiam ex processibus, & condemnationibus

8 contra eos ex grauibus etiam causis sequutis, quapropter hisce testibus neque etiā in articulo mortis fides adhiberi debet, Boss.d.tit.de inquis.nu.11. Farin.d.quæst.53.num.11.

Nec quando sub tormentis eorum depositiones cōfirmarunt, etiam quod deponerent de criminibus

9 exceptis, Boss.eod.tit.de inquis.ex numer.52. vers. nam in criminibus exceptis, ex quo inimicitiæ inhabilitas nec etiam suppletur per torturam, idē Boss.d.tit.de inquis.num. 52. post med. vers. igitur inimici etiam cum tortura, Farin.ead.quæst.53.nu. 10.etiam quod ageretur de delictis occultis, ac difficilis probationis, vel alias veritas haberi non possit, vt num.7.

Nullaque difficultas est hoc casu, quo inimicitia in testibus orta fuit ex causis etiam dictorum processuum, & actorum eorum honori detrahentibus,

10 quia honor vitæ comparatur, l.iusta, vbi glos.ff.de man.vin.Card. Mantic.decis.307.num.5.

11 Et eosdem testes etiam ex eorum confessione constat ad animum iniuriam prætensam reuocasse, vt §.fin.cum glos.in verbo non reuocauerit, inst.de iniurijs.

Sed depositiones fuerunt contra D. Archiepiscopum

12 eorum Prælatum, quo casu cum ex præallegatis requirātur testes omni exceptione maiores, idcirco quælibet inimicitia etiam leuis eos à testificādo repellit, vt per eumdem Farin.d.quæst. 53. nu.53.

Aduertendo præcipue, quod nec in Ciuitate metropolitana, nec in alia eiusdem diœcesis dantur testes aliqui querelantes, sed dumtaxat ex oppido tam ex qualitate inhabitantium, quam animarū numero longe inferiori, quodque ijdem inhabitantes alias de similibus eumdem D. Archiepiscopum calumniose querelarunt, itaut idem Archiepiscopus per decretum ab Eminentiss. D.Cardinale Barberino approbatum fuerit absolutus, nam proinde satis desumitur, veritatem esse, quod hęc persequutio originém, & fomentum trahit à ministris Curiæ laicalis odio habentibus ipsum Archiepiscopum ob defensam aduersus eos Ecclesiasticam iurisdictionem, & consequutiue hæc per-

13 sequutio non procedit ex charitatis affectu, sed odij fomite contra textum in cap.qualiter, 24.loquente de querelis subditorum aduersus eorum Prælatum, de accus.& cōtra textum in c.licet Heli, 31.in fine, loquente de obiecto assertæ simoniæ, & alijs prætensis excessibus Prælati, in quo in fine pariter damnantur querelæ de malignitatis fomite procedentes, sub tit.de simonia.

Ac particularia capita assumendo constat, Archiepiscopum esse in statu absolutionis, quod enim attinet ad

Primum caput dispensationis matrimonialis inter compatrem, & commatrem, ex quo prætēditur, D. Archiepiscopum sub memoriale sibi porrecto ex Parte contrahentium decreuisse, stante dispēsatione obtenta super impedimento compaternitatis, capta informatione, & publicationibus factis, vt ex actis, R.curatus collegiatæ nostræ diœcesis coniungat domi oratores in matrimonio per verba de præsenti, iuxta præscriptum sacri Concilij Tridentini, nihil prorsus reprahensibile, nedum punibile contra D. Archiepiscopum prætendi potest, quoniam non constat de hoc prætenso decreto, nisi per copiam, quam Ioseph extraxisse à proprio originali penes se existente asseruit, quaprop-

14 ter asserto originali non exhibito, & recognito, frustrà prætenditur assertam copiam prætensum delicti corpus probare deficientibus requisitis, ex text.in c.fin.de fid.instrum.l.instrumenta, 2.& l. exempli, 7.C.de probat.Oldrad.cons.1. num.3. Rot. post lib.2.consil.Farin.decis.366.num.1.

Indubitatum namque est, quod corpore delicti in

15 his, in quibus post factum remanent vestigia, non probato, cessat omnis vexationis prætextus, adeout si Princeps mandaret motu proprio contra ali-

16 quem inquiri, adhuc hoc mandatum intelligendum sit, quatenus de corpore delicti constet, Brunor.à Sole suo cons.crim.num.13.& 139.vers. quod licet Princeps, & num.143.vers.& hoc adeo verū, quem sequitur Farin.quest.2.num.1.ad fin.

Nec obstat, quod idem Ioseph deponat, che Monsignore li fece fare vna copia, come se fosse estratta dall' originale d' vn decreto trà il compare, e la commare, ma veramente non lo vidde, ne vi era

17 tal decreto, quia neque etiam afferenti aliquid fecisse iussu Principis creditur, nec afferentem talis assertio excusat, nisi iussus Principis aliunde iustificetur, vt ex textu in l. 1. C.de mand. princ. & alijs per Farin.quæst.97.num.52.& seqq. & præser-

 tim

tim quando agitur de præiudicio eius, qui se opponit, vt num.57.& 60.

Minusque refert, quod tam ipse Ioseph, quã Io. Vincentius concorditer deposuerint, nõ è vero quello, che habbiamo detto, Monsignor ci pregò a dir così, e ci disse, date la colpa al Vicario, perch' io veramente hò dispensato senza il Breue Apostolico, & hò riceuuto li ducati, quia ipsimet in hac ipsa depositione affirmant, prius contrarium deposuisse, & veritas est, quod sub iuraméto prius etiam concorditer deposuerunt, Monsignore chiamò Gio. Vincenzo mastro di atti, e gli dimãdò, se vi erano le scritture necessarie con la dispẽsa per detto matrimonio, e mostrato questo il decreto del Vicario generale in virtù d'vna dispensa, quale io, e Monsignore vedessimo, diede Monsignore licenza di sposare in casa, siquidem stante hac priori iurata depositione primum hoc dictũ est attendendum, non solum ob vulgatam periurij exceptionem, sed quia neque testibus, neque

18 Iudicibus fides adhiberi debet, quando in ijs agitur de eorum dedecore fugiendo, vt pluribus cõprobat Farin.de testib.quæst.60.num.100.Dec.cõs. 603.num.14.Rot.decis.235.num.4.& decis.487.n.6. post med.vers. nec statur postea illius assertioni,p. 2.recent.

Idque eo magis videtur hoc casu dubitationem minime recipere, quo perpenso ipso decreti tenore, qui habetur ex ipsa copia à d.Iosepho subscripta, & in quo verbum, domi, siue extensum, siue adiectum substantiam non variat, decretum dispensationis legitur conditionale ex verbis, stante dispensatione super impedimento compaternitatis, capta informatione, & publicationibus factis, tũ

19 ex regula, quod ablatiui absoluti faciunt conditionem, l.ab emptione,59.ff.de pact.l.à testatore 108.ff.de condit.& demonst.Surd.decis.268.n.11.

Tum quia, quod verbum, stantibus, requirat causę

20 cognitionem, & ideo non faciat exequutorem merum, sed mixtum, decidit Rota apud Gregor. decis.413.num.2.ad med.vers.adsunt aliẹ clausulę, stantibus.

Quoad secundum caput concernens collationẽ ordinum ex prætensa pecuniarum receptione nihil ex processu resultat, quod releuet,in primis, quia omnes deponentes cõtra D.Archiepiscopum nullam merentur fidem, dum probantur causæ ex eorum excessibus prouenientes, ex quibus ipsi D. Archiepiscopo sunt inimici, exceptio namque inimicitiæ, nedum repellit, ex primo loco adductis,

21 sed quia in specie ea admittitur ex eadem Constitutione Pij Quinti in hac materia simoniæ,Cardin. Mantic.decis.211.num.10.Gregor.decis.517. n.10.

Accedente præcipue, quod etiam testes sunt singu-

22 lares, nam in hac materia simoniæ testes singulares neque etiam cum fama probant, Put. decis. 175.in fine,alias 167.num.6.lib 2.in correctis,Seraph.decis.1029.num.11.Rota in Tullen.parochialis, de qua Farin.quæst.75.num.50.& seq.& num.112. & seq.lib.1.

Magisque quia testes,vt aduertitur in facto,sunt etiã

23 inter se varij, & contrarij etiam respectu causæ scientiæ in pluribus, testes enim quamuis plures hoc casu nihil probant, cum aliqui alijs contradicendo se inuicem collidant, Farin.firmans, hanc esse regulam.de testib.quæst.65.num. 2. ac etiam in substantialibus, Farin.quæst.66.nu.5.& cons.60. num.14.

24 Quinimo quia aliqui adducunt alios in contestes, qui negant, Giurb.cons.70.nu.36.Card.Mantic.decis.317.num.8.

Præterea nulla quoque fides testibus adhiberi potest, quoniam illorum, qui affirmant, se ipsos pecunias

25 D. Archiepiscopo ex propria causa tradidisse, depositio concernit proprium eorumdem interesse, & vtilitatem, ex quo vbi id esset verum, sibi competeret ius repetendi in eodem, vel alio iudicio, Feder.de Sen.cons.54.prope finem,vers. nã omnes, Roman.singul.360.num.1.& seq. Felin in c. personas,20.num.2.de testib.Aym.cons.6.num. 102. Pedemont.decis.72.num.6.Bertaz.cons.33.num.16.& seq.& cons.170.num.10.& seq.lib.1.& cons.251.nu. 29.& seq.lib.2.Farin.quæst.60.num.77.& seqq.

Deponentes autem de traditione ex aliorum interesse nihil quoque faciunt, quia aut depositio tãgit dumtaxat simplicem traditionem absque tra-

26 ctatu, & pacto præcedente dandi ex causa collationis ordinum, & tunc nihil faciunt, vel quia simoniæ prætextus absque dubio excluditur cessãte probatione concludente, tam tractatus, quam pacti conclusiui,c. Artaldus,8.quæst.1.per tot. Diu. Thom.2.2.quæst.100.art.1.Caputaq.decis.239. n.7. par.3.Cassad.decis.2.de simon.Rot.decis.532. nu.4. par.4.diuers.Seraph.decis.1029.nu.8.Greg. d.decis. 517.num.30.& num.31 in fine,vbi quod simonia recipit formalitatem à conuentione, nec sufficit factum sequutum, & seqq.Rot.decis.166.n.9.par.2. rec.& post lib.2.cons.Farin.decis.108.nu.4.& decis. 301.num.5.& seq.

27 Quamobrem gratuita, & voluntaria traditio excludit simoniam, Seraph.decis.1029. nu.9. Rot. decis.432.num.3.ad fin.par.4.diu.

Aut traditio prætenditur, quod processerit ex tractatu, & pacto præcedente, & tunc quia nullatenus de prætenso tractatu, & conclusione cum D. Archiepiscopo constat, quinimo omnes testes deponunt, pecunias aut fuisse traditas Fiscali, aut Vicario foraneo, proinde sequitur,quod testes ne-

28 que probent, quia cum propterea fuerint mediatores, & socij criminis,repelluntur,ex textu in his terminis in c.1.cum glos.in verbo,mediatorem, de testib. in 6.

Neque ideo, quia Fiscalis hanc receptionem neget, Vicarius vero à contrario primo dicto recesserit,& recessum tortus confirmauerit,huiusmodi recessus suffragari potest, cum eius depositio tendat ad sui vtilitatem, & concludenter non probet, traditionem D. Archiepiscopo fecisse, ac propterea teneatur ipse ad restitutionem,& consequenter pro-

29 prij interesse vitium tortura non suppleat, vt per Farin.cons.60.n.52.ante finem, vers.cum tortura lib.1.ex Bosf.tit.de inquis.num.52.

30 Insuper nec testes deponẽtes de auditu aliquid faciunt in hoc crimine,vt in his terminis per Rot. apud Greg.d.decis.517.num.14.& seq.

31 Ac non etiam deponentes de asserta extraiudiciali confessione D. Archiepiscopi, quod pecunias receperit, vt pariter in his terminis per Rotã apud Greg.decis.238.num.12.

Minusque deponentes, quod viderint habentes pecunias in manibus, easque deferentes ad mansiones, in quibus D. Archiepiscopus reperiebatur, quodque postea vel insulse sonitum aliquis vidit, aliquis vero audiuit computationis illarum, tum quia huiusmodi auditus, siue inferat credulitatẽ,

32 non afficit, quia simonia non probatur per testiũ credu-

credulitatem, Gregor.in his terminis d.decis.517 num.17.siue fuerit eorumdem testium iudicium, quia neque ex illo infertur, Rot.decis.250.nu. 12.
33 par.6.rec.iudicium namque est, non testimonium depositio extra causas specificas inferentes necessario vera esse, quæ iudicantur, Caputaq.dec. 275. num.6.par.3.

Magisque dum sonitus pecuniæ, quem audiuisse dicunt ex loco specificato, rei euidentia cum experientia demonstratur impossibilis, adeout hæc ex-
34 perientia superet omnes alias probationes, Tiraq.de retract.lign.§.4 glo.1.num.37.& seqq.

Nullaque est difficultas, quin probatio ab impossibili
35 præualeat probationibus quibuscumque, Rota decis.28,num.3.ante med.post lib.2.cons.Farin.

Tum etiam, quia tam Vicarius foraneus, quam Fiscalis prædicti administrabant redditus Archiepiscopatus, & pecunias ex illis redactas exigebant, ideoque sat est, quod pecuniæ per eos traditæ D. Archiepiscopo potuerint esse ex hac causa, ac pro-
36 inde, quod actus, de quibus testes deponũt, fuerint æquiuoci, Card.Caualer.dec.570.n.7.Coccin. decis.289.num.2.& decis.379.num.9.

Quoad tertium caput concernens interesse circa alia sacramenta, nihil quoque adducitur, quod afficiat, quia solutio vndecim carolenorum, quam vnicus testis deponit fecisse D.Archiepiscopo, nullam meretur fidem, & quia dictum vnius censetur nullius, ex regula l.vbi numer.12.ff.de testib.& quia omnes alij, qui de simili solutione deponunt, qualificant, solutiones factas fuisse secretario, non D.Archiepiscopo, & tam prædictus, quam ceteri nedum fidem minime merentur, quia deponũt de re sua ratione facultatis repetendi solutum, ex reg.l.nullus idoneus, 10.ff.eod.de testib.

Sed quia ad exclusionem delicti magis solutio interpretanda esset ex causa recognitionis secretarij ra-
37 tione confectionis litterarum patentiũ, quamobrem solutio nulla ratione applicabilis est causæ administrationis Sacramentorum, sed mercedi debitæ ratione litterarum coadiutorum Archipresbyteri, Farin.cons.25.num.12.& cons.45.num.47.lib. 1.Caball.resol.crim.casu 106.num. 14. ex l. semper in dubijs, 57.& l.factum cuique, 198. in fine, versic. in pœnalibus, ff.de reg.iur.

Denegatio confirmationis vnius in officio Confessoris ob causam recuperandi ducatos 27. nullius est momenti, dum denegatio fuit arbitraria, causa vero prędicta non fuit ea, quæ exaduerso prætenditur, sed recuperatio precij excessiue soluti ratione contractus emptionis mularum cum approbatio-
38 ne huius excessus tam à mediatoribus, quã ab ipso venditore, ideoque recuperatio tribuenda est huic causæ, quæ apparet debita, Rot.decis.275.n. 3.par.1.rec.Seraph.decis.468.num.2.& decis. 1418. numer.12.

Expositio Sanctissimi Sacramenti in Ecclesia Monialium certi loci de earum ordine, & prætextus clausuræ Ecclesiæ post dictam expositionem ad effectum extorquendi pecuniã pro aperitione nullatenus probatur processisse ex mandato D. Archiepiscopi, testes vero, qui de dicta clausura deponunt, non solum patiuntur plures notabiles exceptiones relatas in facto, sed per actum publicum à prius depositis recesserunt, vnicus autem testis, qui asserit, aliquos post dies à solemnitate expositionis detulisse ducatos decem D.Archie-
39 piscopo, deponit ad sui exonerationem, prout etiam deponit Fiscalis dicti loci, quatenus affirmat, recepisse à monialibus ducatos quindecim, & hanc summam D.Archiepiscopo consignasse, Rot.decis.303.num.3.par.2.& decis.644.n.2.par.3. recent.

Collatio rectorię S.Iacobi ex causa receptionis ducatorum 30. in mense ad Pontificem reseruato cũ additione trium Beneficiatorum aliis nouem nul-
40 lam habet iustificationem, quia quoad mensem ex hoc capite D. Archiepiscopus fuit anno 1638. absolutus, & constat, dictam rectoriam indistincte in quolibet vacationis mense fuisse etiam ab antecessoribus Archiepiscopis collatam ad nominationem Capituli, hæc autem consuetudo, vel collationis validitatem substinet, Gonzal.ad reg. 8.Cancell. glo.45. num. 71.vel saltem cum non sit contra ius naturale, vel gentium, excusat, Bero. cons.190.n.2.lib.3.Peguer.decis. 34. in fine, Farin. quæst.95.num.31.35.& 44.

Circa autem numerum Beneficiatorum ad tres alios adiunctum, sed ob aliorum nouem contradictionem non effectuatum stante solutione dictorum ducatorum 30. quia neque id probant asserti testes ob exceptiones, quas patiuntur, vt in facto, neque ex eo, quia de hac prætensa solutione deponens non meretur fidem, dum depositio ten-
41 dit ad sui ipsius exonerationem tanquam asserẽtis recepisse, & tradidisse D. Archiepiscopo, Rot. dicta decis.303.par.2.& d.decis. 644. num. 2.par.3. recent.

Quoad quartum caput omissæ defensionis Ecclesiasticæ iurisdictionis respectu decreti immunitatis exclusiui, non obstante prætextu vulneris proditorie illati, in primis testes, qui super hoc capite deponunt, non solum relatas patiuntur exceptiones, & prorsus inuerisimilia deponunt, quod scilicet D. Archiepiscopus, quem constat, Ecclesiasticam iurisdictionem adeo defendisse, vt ipsum Prouinciæ Pręsidem, aliosque illius Regiæ Audiẽtiæ ministros excommunicauerit, voluerit in casu vilium personarum, mediante solutione minimæ summæ iuliorum triginta duorum aduersus Ecclesiæ immunitatem decernere, testes namque inue-
42 risimilia deponentes etiam magni numeri, nedũ parui minime attendi possunt, cum in veritate indaganda Iudices potissimum verisimilitudinem debeant inspicere, Gabr.cons.159. num.14. lib.1. Ruin.cons.149.num.36.in fine, & cons.150. nu.18. lib.5.Gabr.de testib.conclus.7.numer.9.Surd.decis. 135.num.11.Farin.de testib.quæst.65.nu.147.adeo vt Rota ex hoc capite tresdecim testes contestes reiecerit in Perusina laudi 23. Ianuarii 1619. corã bo.me.Cardinale Verospio.

Ac præterea, quia exaduerso non probatur, delictũ fuisse qualificatum ex prætẽsa proditione, quo ca-
43 su dumtaxat delictum qualificatum ab immunitate excludit, adeout nec probationes præsumptiuę ad hoc sufficiant, Mar.Ital.tract.lib.1.cap.6. §.1. num 80.& seqq.Ambros.de immun.cap.11.num.4. & seqq.Farin.cons.76.num.6.& cons.168.num.9. & seq.Riccius in prax.var.resol.38.n.4.& seqq.Castill. decis.156.num.2.& seqq.par.2.

Respectu prætensæ gabellæ, quæ asseritur imposita ex decreto D.Archiepiscopi Clero certi loci de soluendo Communitati singulis mensibus carolenos duos, cum non constet de alio decreto, quam sequentibus verbis concepto, supposita plena libertate in singulis donatoribus, etiam respectu temporis

poris stabiliti, approbamus ipsam liberam donationem, & quatenus opus est, præstamus nostrũ assensum, & beneplacitum, quod attinet ad tenorem decreti, nihil contra D. Archiepiscopum prætendi potest circa qualitatem donationis, quia decretum, vt præfertur, est conditionatum ex verbis, supposita plena libertate; conditio autem
44 ante illius implementum abnegat consensum, & essentiam dispositionis, adeout hoc casu nec de pœna, nec de delicto inquiri, & agi possit, nec inditium exinde oriatur, Bero.cons.175. num.3. lib. 3.& dixi ego inter cons.Farin.cons.184.nu.40. post med.lib.2.

Nec aliquid facit, quod donatio effectum sortiri nõ posset absque beneplacito Apostolico, quia preter id, quod hæc necessitas neque ex tenore donationis, neque aliunde legebatur requisita, nec de Iure ob paruitatem materiæ, perpensa quantitate minima in singulis personis donantibus, tanquam singulis non capitulariter, sed mediante priuata singulorum subscriptione, ex c.terrulas 53. 12. q.2. adhuc supposita necessitate expeditionis beneplaciti Apostolici, nihil potest D. Archiepiscopo imputari, cum onus huiusmodi esset Communitatis donatariæ, & alioquin ius saluum esset pro nullitate dicte donationis Capitulo, ex c.fine exceptione, 52.12.quæst.2.

Minusque facit prætextus, quod Communitas pro obtinenda dicta approbatione, & beneplacito à D. Archiepiscopo soluerit ducatos quadraginta, mediante suo capserio, quia hic non deponit soluisse D. Archiepiscopo, sed Mangiono; hic autẽ, quamuis affirmet, eamdem summam soluisse Brigæ, qui pecunias ad se traxit, D. Archiepiscopo existente in eadem mansione, tamen eius affirmatio nullius est momenti, quia idem Briga deponit contrariũ,
45 testis enim adducens alium in contestem id negãtem, nihil probat, Farin.cons.37.num.24. & cons. 127.num.11.& cons.138.num.21.Giurb.cons.70.n. 36 Magon.decis.Lucen.17.num 8.

Magisque hoc casu, quo Mangionus confitens, se recepisse dictos ducatos quadraginta affirmans eamdem summam habuisse D. Archiepiscopum,
46 deponit ad sui exonerationem, & commodum, ne teneatur ipse restituere eamdem summam Cõmunitati soluenti, adeout propterea dicatur testis in Causa propria, Peregr.decis.42.numer.2.nec
47 prætendi possit in Iudicantium arbitrio esse qualitatem fidei huic testi adhibendæ, Bald.in c.cum nuncius, num.1.vers.& nota, quod commodum. de testib.Farin.de testib.quæst.60.num.12.

Eademque ratione non probatur solutio ducatorum quindecim D. Archiepiscopo pro habendo beneplacito alienationis cuiusdam arcus ad Ecclesiam pertinentis, quia prætensio, quod soluenti suffragetur asserta solutio facta D. Chrisanti nihil facit, dum idem Chrisantes hoc negat ex præallegatis.

Dumque non etiam nullitas dicti beneplaciti prætendi potest, ex quo locus quoque est, d.c.terrulas, 53.12.quæst.2.

Quoad quintum caput concernens monasteria, & moniales, quatenus prætenditur, ab ijs fuisse plures pecunias solutas Vicarijs D. Archiepiscopi, & alijs, in casibus receptionis habitus monialis, emissæ professionis, electionis abbatissarum, seu earum confirmationis, alijsque ex causis in facto relatis, testes desuper examinati patiuntur exceptiones deductas in facto, nec aliquid, quod D. Archiepiscopum afficiat, deponunt, dum quatenus deponunt de solutione alijs quam ipsi Archiepiscopo; excluditur cuiusque excessus prætextus, cum in ciuilibus magis, quam in criminalibus probationes debeant esse concludentes, ideoque asserẽtes, se pecunias, quas receperunt, numerasse D. Archiepiscopo, nullam fidem merentur, cùm agant de ipsorum exoneratione ex præallegatis, deponentes verò de sola receptione ab alijs, quàm Archiepiscopo, minus probant, cùm satis sit, possibile esse, quòd D. Archiepiscopus has pecunias realiter non
48 receperit, & possibile, sicut non possibile pro constanti poni nequeat, Farin.cons.75.num.67.deponentes verò, Archiepiscopo pecunias numerasse, non etiam fidem aliquam merentur, cùm deponãt in Causa propria ad proprium commodum ratione consequutiuæ facultatis repetendi, quod soluisse prætendunt, ex textu in l. omnibus, 9. C. de testib.

Ac præterea, quia solutiones, quæ factæ prætenduntur à monasterijs, dicuntur ab affirmantibus fuisse in monasterij libris annotatas, & tamen libri isti nõ
49 etiam fuerunt exhibiti, Rot.decis.644. nu.2. in fin. par.3.recent.

Et insuper, quia sunt singulares, & inter alias exceptiones, quæ ex inquisitionibus, & processibus contra eos fabricatis iustificantur, patiuntur etiam ex-
50 ceptionem inimicitię cum Archiepiscopo, & hæc exceptio est talis, vt nec etiam per torturam purgetur, Boss.tit.de inquisit.num.52. vers.sed ista, & vers.igitur inimici, Farin.quæst.46.num.100.

Accedente demum, quòd etiam in casu, in quo aliquid solutum prætendi posset, id excessui imputari nequit, cùm solutio intelligenda esset in causam impensarum, quas Archiepiscopus pro se, & condecenti familia substinebat in accessu, permanentia in loco extra suam metropolim, & in alijs deductis in facto, cum non teneretur expendere de pro-
51 prio, sicut Episcopus de proprio expendere non tenetur in visitatioue, vt per Barbosam tract. de Episc.par.3.alleg.73.n.57.

52 Cessatque omne dubium, stante consuetudine soluendi in prædictis casibus, Barbos.ead.alleg.73. num.45.

Quoad verò assertas solutiones receptas in electione procuratorum monasterij ab eisdem delictis non solùm excludunt obiectum exceptiones pariter in
53 facto deductæ, sed quia in hoc à sponte dantibus delictum aliquod minimè considerabile videtur, ex adductis per Farin.quæst.111.n.241.

Quoad caput sextum respiciens applicationem pœnarum consistens in duplici ratione, scilicet in excessu, & in applicatione ad proprium commodum,

Circa primum prætensus excessus nullatenus probatur, nec prætextus assumptus ex minori quantitate exacta in antecessorum tempore, & quia non
54 etiam subsistit, & quia huiusmodi pœnæ sunt arbitrariæ, & habent pro se præsumptionem excessus exclusiuam, Seraph.decis.1189.num.2.

Circa secundum, quia nedum dantur iustificationes applicationis in fabrica ingenti Palatij Archiepiscopalis, & in alijs pluribus eleemosinis, sed quia licet pœnæ in tribunalibus Episcoporum ad euitãdam cupiditatis suspicionem locis pijs eo ipso sint applicandæ ex dispositione Tridentini sess.25.c.3.
55 & cap.14.de reform.attamen non solum contra Episcopos ex hoc capite criminaliter procedi non potest, sed nec iudicio ciuili ad aliquam dictæ conuersio-

uersionis iustificationem tenentur, itaut ad hanc applicationem, & conuersionem solum in foro Poli, eorumque conscientiæ teneantur, ex eodem Concil. Trident. d. sess. 25. cap. 14. vers. quæ fabricæ Ecclesiæ, aut alteri pio loco, de reformat. vt etiam firmant Lopez ad pract. crim. canonicam Diaz c. 145. in verb. retinere, & Quaranta in summa Bullarii, in verb. pœnæ pecuniariæ, post med.

Quamobrem solus Deus est Iudex, & cognitor huius capitis, & nemo potest quæstionem Episcopis facere, gloss. in c. statutum, 11. §. assessorem, in verb. relinquitur, de rescript. in 6. Io: de Anan. cons. 34. nu. 4. Butr. loquens in eo, quod conscientiæ, & arbitrio Ordinarii relinquitur cons. 62. num. 4. vers. non obstat, Alex. cons. 2. num. 1. in fine, & seq. lib. 2.

Quoad septimum de afferta publica voce, & fama nihil prætendi potest, quod releuet, tum quia ex
56 deductis liquet, originem habuisse à maleuolis, & non fide dignis, quo casu neque etiam sufficiẽs censeri potest ad inquirendum specialiter, Boss. de inquisit. num. 39. Farin. quæst. 47. num. 47. & seq. & cons. 78. num. 36. post med. & cons. 24. num. 6.

Tum etiam, quia constat de contraria fama negati-
57 ua instifiata plene ex testibus, quorum qualitas longe excedit affirmantes famam affirmatiuam, & præsertim accedente attestatione Vniuersitatis ipsius Metropolis, quæ ideo absque dubio præualet, Farin. d. quæst. 47. num. 168. & d. cons. 78. nu. 36. & cons. 79. num. 24.

Demum quoad octauum caput concernens prætensam cumulationem quindecim millium scutorũ, quod illud resultet ex mera calumnia, non solum liquet ex rationibus, quæ ex facto satis clare habentur, verum etiam quia habet contra se Iuris præsumptionem, ex text. in l. si defunctus, 10. C. arbitrium tutelæ; Ius namque etiam in administra-
58 tore rerum alienarum, quamuis tempore, quo ad administrationem gerendam accessit, esset pauper, & finita gestione reperiatur diues, tamen id ipsum præsumit prouenisse ex eius industria, & labore, non autem ex bonis administratis, vt ibi per illũ textum Bald. Salicet. & alij communiter.

ARGVMENTVM.

An, & quando redemptio pensionis sine beneplacito Apostolico sit simoniaca.

SVMMARIVM.

1 *Pensio exacta ante litterarum expeditionem est nulla stante decreto apponi solito.*
2 *Pensio litteris non expeditis tuta conscientia recipi potest.*
3 *Pensio sine authoritate Papæ redempta non facit, vt quis incidat in excommunicationem.*
4 *Pensionis redemptio sine authoritate Papæ est simoniaca.*
5 *Pensio reseruata ex causa resignationis redimi potest de consensu resignantis absque alia facultate.*
6 *Mandatum ad consentiendum cassationi pensionis conditionaliter reseruato beneplacito Apostolico excludit animum committendi simoniam.*
7 *Beneplaciti Apostolici reseruatio non excludit simoniam stante præcedente conuentione, & subsequente exequutione redemptionis pensioni ante beneplacitum impetratum.*
8 *Pecunia datio in rationem redemptionis pensionis pro tempore beneplaciti Apostolici reseruati obtinẽdi licita est, vti in depositum, et securitatem. Et num. 13.*
9 *Simonia non probatur ex tractatu, nisi probetur conclusio.*
10 *Simonia non præsumitur ex vicinitate actuum, nisi probetur pactum præcedens.*
11 *Pactum ad sui substantiam requirit consensum duorum.*
12 *Tractatus interpretandus est iuxta qualitatem exequutionis.*

CONSILIVM CLX.

ABsoluendus D. Tarquinius à prætensa simonia, quoniam, quatenus prætenditur ob solutionẽ
1 pensionis, signata dumtaxat supplicatione reseruationis, non autem litteris desuper expeditis, illa cessat, quia quicquid sit quoad nullitatẽ pensionis, stante decreto apponi solito, quo casu loquitur Greg. decis. 440. num. 1. & seqq. ac additio
2 num. 8. quoad effectum simoniæ, cum questio pẽdeat ab articulo, an pensio litteris non expeditis tuta conscientia recipi possit, verior in foro Poli est affirmatiua ex pluribus relatis per Gig. de pẽs. quæst. 34. num. 3. vers. contraria, & num. 6. vers. ego & cons. 151. num. 8. ad fin. Sarnen. in reg. de nõ iud. iuxta formam supplic. quæst. 14. num. 3. vers. breuiter prædictis non obstantibus, & præsertim cum ab hac distinctione non dissentiãt exaduerso allegati Paris. de confid. quæst. 43. num. 13. & Nauar. cons. 37. num. 2. vers. sed sic est, de simon. Azor. vero instit. moral. par. 3. lib. 12. cap. 13. vers. quinto quæritur alios plures pro hac eadem distinctione adducat, admittendo, quod isti authores loquuntur de Iure, & licet subiungat, quicquid sit de Iure communi standum esse consuetudini Curiæ Romanæ, hoc tamen intelligendum est quoad nullitatem pensionis, iuxta d. decis. Greg. cum addit. nu. 8. non autem quoad incursum in crimen simoniæ, saltem, quando non probatur præcedens pactio soluendi pensionẽ, litteris non expeditis, prout intelligit idem exaduerso allegatus Garz. de benefic. par. 1. cap. 5. num. 35. & seqq.

Tum etiam quia conclusio non applicatur, cum a pridie nonas octobris, quo pensio iuxta supplicationem fuit reseruata vsque ad 25. eiusdem mensis octobris, quo recepta fuerunt scuta 350. nullus terminus esset decursus, ac propterea difficultas solum restringatur ad alium articulũ, an receptio huius anticipatæ solutionis pro toto eo, quod occasione dictæ pensionis prætendi possit sine Papæ authoritate simoniam simplicẽ sub peccato mor-
3 tali incurri faciat absque excommunicatione, cum in eam quamuis realem ipso Iure non incidi ob extrauag. 2. de simon. in pensionibus sit expeditũ, ex quo loquitur de solis simoniacis in ordine, & beneficio, idem Nauar. allegat. exaduerso cons. 59. num. 3. de simon. & in manuali cap. 23. n. 111. Garz. de benef. d. prima par. cap. 5. num. 23. vers. quamuis non incurratur, Vgolin. de simon. d. tab. 1. cap. 28. §. 3. num. 8.

In hoc autem articulo, quamuis ex allegatis cõmu-
4 nis esset opinio, quod redemptio, aut cassatio sine

sine Papæ authoritate sit simoniaca, Gig.de pens. quæst.87.num.5.Paris.de resign.lib.6.quæst.2.num. 128.& de confid.quæst.23.num.5.& quæst.42.n.27. Nauar.cons.59.num.1.& cons.63.num.4.de simon. & in manual.d.cap.23.num.111.& seq.Garz.de benef.d.par.1.cap.5.num.20.& plurib.seqq.Vgolin.de simon.d.tab.1.cap.28.§.3.num.7.Graff.decis.aur. p. 1.lib.2.cap.97.num.94.Azor.instit.moral.par.3.lib. 12.cap.13.quæst.4.Suarez de relig.tom.1.lib.5.de simon.cap.26.num.5.Less.de iust.& iur.lib.2.dubit. 22.cap.35.num.122.Fernandez in medulla cas.cōsc.par.4.cap.15.§.6.num.4.& seq.tamen neque hęc conclusio afficit in casu, de quo agitur, vel quia
5 intelligenda est in alijs pensionibus, quam in reseruatis ex causa resignationis de consensu resignantis, Toletus in summa lib.5.cap.92. nu. 1. vers. dico tertiò, dicens hoc casu redemptionem cum facultate fieri ad maiorem securitatem, non quod sit necessaria ad excludendam simoniam, idem Less.exaduerso adductus de iust.& iur.lib.2.cap.35. dubit.22.num.124.vbi plures alios allegat, & testatur de communi, intelligendo, quando non præcedit pactio super extinctione, sicut non constat in hoc casu precessisse.

6 Vel quia in hoc casu cessatio, & extinctio, seu redemptio pensionis non fuit pura, sed solum datū fuit mandatum ad consentiendum cassationi conditionaliter, reseruato in primis, & ante omnia consensu, & beneplácito Apostolico, quapropter excluditur omnis animus, & intentio committēdi simoniam, vt firmauit Rota in Lunen.Sarzanen. confidentiæ 9.Iunii 1600.coram bon.mem.Cardinale Pamphilio, apud Farin.post lib.1.cons.dec.135 ante finem.

Nec obstat, quod reseruatio beneplaciti Apostolici nihil operetur, quando deuentum est ad consumationem actus, beneplacito Apostolico non im-
7 petrato, quia contraria procedunt, quando constat de præcedenti conuentione, & subsequente deinde illius exequutione, sic namque loquitur Seraph.decis.237.num.1.& 3.Nauar. cons.47.nu.4. in princ.& ante vers.nisi pactio illa, de simon. idēque Garz.de benef.par.1.cap.5.num.353.Paris.de confid.quæst.40.num.14.Mohed.decis.1.num.3.de simon.Rot.decis.673.num.3. lib.3.par.3. diuers.& decis.41.num.3.post lib.1.cons.Farin.

Siquidem cessante conuentione, datio pecuniæ in
8 rationem redemptionis pro tempore beneplaciti obtenti censetur solum interim donec beneplacitum non est expeditum, data tanquam in depositum, & securitatem vt pensionarius sit certus, & securus de solutione, ac sine necessitate exigendi à redimente eodem modo, quo posset accipere fideiussorem pecuniæ soluendæ beneplacito obtēto, vt firmat idem Garz.exaduerso alleg.de benef. ead.par.1.cap.5.num.38. ante med.vers. potest tamen.

Testes vero non obstant, quia licet duo deponere dicantur, D. Marcum Antonium dixisse non consensurum resignationi beneficiorum ad fauorem D. Tarquinij, nisi prius habuisset scuta 350. tamen nihil faciunt, cum huic dicto nec præsens fuerit, sed absens D. Tarquinius, nec alibi probetur cō-
9 clusio aliqua desuper facta cum eo, sicut ad effectum simoniæ requiritur, Rot.in Conchen. archipresbyteratus 27. Nouembris 1602. coram Litta post lib.2.cons.Farin.decis.187.num.3.

Tollitur autem omnis difficultas ex euentu contrario præteśæ declarationi Marci Antonij subsequuto, cum enim supplicatio reseruationis pensionis appareat signata, & cōsensus ipsi resignationi per eumdem Marcum Antonium pręstitus, antequam Tarquinius pecuniam in dicta quantitate persoluerit, vtique constat præcedentem significationē voluntatis fuisse absque conclusione ad effectum huius criminis requisita, Rot.d.decis.187. num.2.

Et quemadmodum nō procedit simonia etiamsi sta-
10 tim post resignationem quid fuerit factum, quia ex vicinitate actuum non præsumitur, nisi probetur pactum præcedens, Greg.decis.517.num.30.& seq.Rot.decis.166.num.9. par.2. recent. ita fortius procedere non potest hoc casu, quo non solum deficit pactum tanquam illud, quod non vnius
11 consensum, sed duorum consensum, & conuentionem simultaneam ad eius substantiam requirit l.2.ff.de pollicit.l.1.in princ.ff.de pact. Surd.consil. 136.num.55.in fine, & num.seq.lib.1. sed vlterius voluntas alterius sortita est effectum contrarium, Greg.d.decis.517.num.33.& seq.

Præterea neque declaratio voluntatis Marci Antonij, de qua testes deponunt, ex se aliquid mali cōtinet, quia intelligenda est iuxta qualitatem subsequutæ solutionis, ac proinde sub conditione, quatenus accederet beneplacitum Apostolicum,
12 cum de Iure qualitas præcedētis tractatus interpretanda sit conformis subsequutæ solutioni, Bald. in l.si certis annis, num.11.vers.& ista sunt notanda C.de pact.Natt.cons.197.num.3.Surd.cons.224.num. 13.in fin. & seq. Rota in Romana mercedis 26. Ianuarij 1604.coram Cardinali Pamphilio: stante autem tali solutione sub hac conditione reserua-
13 tionis beneplaciti, quia solutio intelligitur, vt interim resignans sit magis tutus, & loco depositi, & custodiæ, donec beneplacitum expediatur, cessat simonia, vt iam dixi, ex Garz.de benef.par.1.cap.5. num.38.ante med.vers.potest tamen, nullaque debet esse dubitatio hoc casu, quo iam beneplacitū fuit cum effectu expeditum.

ARGVMENTVM:

In supplicatione reseruationis pensionis super beneficio de iurepatronatus an sit necessaria expressio, quod pensionarius sit frater præsentantis, vt excludatur simonia.

SVMMARIVM.

1 *Simoniacus est ille, qui confert beneficium, seu præsentat sub conditione, quod sibi pensio reseruetur.*
2 *Pensio vbi reseruatur authoritate Papæ excluditur simonia.*
3 *Simonia non committitur ex solis tractatibus, & pactis absque effectuatione.*
4 *Simoniam excludit scientia Papæ in genere. Et num.8.*
5 *Subreptio in gratiosis vitiat ipso Iure.*
6 *Subreptio non inducitur, nisi quando expressio reddidisset Principem difficiliorem ad concedendum.*

7 In

SVMMARIVM.

1 *Iniustitia notoria sententiæ solet nullitati æquiparari.*
2 *Soluens eis, cum quibus contraxit, liberatur.*
3 *Cessatio interesse excludit actionem, et exceptionem.*
4 *Spoliis clericorum non fit locus nisi post eorum mortem.*
5 *Reuelare delicta aliena, vel eis obuiare nemo tenetur excepto crimine læsæ maiestatis.*

CONSILIVM CCCXXVI.

SEntentia, in qua D. Ludouicus condemnatus fuit in pœnam scutorum mille ex causa prætensæ subtractionis, & occultationis spolij ad Cameram spectantis, est reuocanda, quoniam nec subtractio, nec occultatio ex actis iustificantur; sententia autem, quæ ex actis non iustificatur, est notorie
1 iniusta, cum notoria iniustitia ex hoc capite æquiparetur nullitati, Rota decis. 55. num. 8. par. 5. rec. Buratt. decis. 363. num. 7.

Constat autem, prædictam sententiam ex actis non iustificari, quoniam nec asserta subtractio, nec asserta occultatio vllatenus probantur, quinimmo satis de contrario liquet, dum constat, bo. me. Episcopum in suo discessu ab Vrbe ex causa custodiæ easdem certas res relictas apud D. Ludouicum restitui mandasse DD. Marcello, & Flaminio eius nepotibus, easque effectualiter in huius mandati, ac ordinis exequutionem fuisse eisdem restitutas, vt probant testes Franciscus numer. 2. & 4. ac R. Pater D. Iulius cum attestatione D. Abbatis, vt num. 5. & 6.

Siquidem absque dubio restitutio, & solutio facta
2 illi, cum quo custodię contractus fuit celebratus, restituentem liberat, eademque ratione facta illi, cui rerum dominus mandauit, & consequutiue prætextus quicumquè subtractionis, & occultationis excluditur, Surd cons. 43. nu. 2. & cons. 150. num. 104. & seqq. lib. 1. & decis. 60. num. 8. & decis. 229. num. 8. & seq.

Nullaque videtur difficultas, dum iidem DD. Marcellus, & Flaminius non solum id ipsum confessi fuerunt, quamobrem constat de realitate depositionis prædictorum, sed ratione prætensi spolij per Cameram cum eadem transigerunt; nam pro-
3 pterea cum cess. t Cameræ interesse, hæc cessatio non solum prętensam actionem exclusit, sed etiã exceptionem, Gregor. decis. 396. numer. 3. & decis. 410. num. 6.

Neque obstat, quod pœnæ locus esset, ex quo D. Ludouicus antequam restitueret, debuisset Cameræ reuelare res apud ipsum à D Episcopo custodiæ
4 causa relictas, quia spolijs Episcoporum, aliorumque clericorum nunquam fit locus, nisi post eorũ mortem; in actis verò nihil habetur, quod restitutio sequuta sit post Episcopi mortem, sed ante, Rot. decis. 41. num. 2. de probat. in antiq.

Ac pręterea quia onus huiusmodi prætensæ necessitatis reuelandi nec probatur quoad Constitutiones Pontificias, cum illa, de qua meminit Redoanus de spoliis Ecclesiasticis quæst. 12. num. 15. vers. vlterius est facta Constitutio per Paulum Quartum in tract. nouis. tom. 14. fol. 254. hoc nullatenus dicat, vt etiam videre est in eiusdem Pauli Quarti Constitutione, cuius tenor est apud eumdem Redoanum eod. tract. tom. 14. fol. 267. in Constitutione scilicet, Paulus Papa Quartus, Ad futuram rei memoriam. Vt exactio spoliorum.

Quemadmodum nec de reuelationis prætēsæ onere vllum verbum in Constitutione eiusdem Pauli Quarti 21. quæ est vltima in nouo Bullario tom. 1. fol. 742.

Nec subsistit de Iure, siue ciuili, siue canonico, quòd
5 excepto crimine lęsæ maiestatis in reliquis quisquam teneatur reuelare delicta aliorum, minusq. illis obuiare, vt relatis opinionibus hanc esse veriorem, & magis communem, & receptam sententiam, ex plurimis firmat Farinac. quęst. 51. nu. 7. & 9. & 25.

ARGVMENTVM.

Iudex appellationis an, & quando elapsis sex mensibus præfixis in Constitutione Pij V. reuocare posit sententiam condemnatoriam in pænam pecuniariam Fisco applicatam.

SVMMARIVM.

1 *Appellantes a condemnatione in pænam pecuniariam Fisco applicatam tenentur infra sex menses prosequi Causam, & curare expeditionem, alioquin Iudex a quo sententiam exequitur.*
2 *Appellatio duos operatur effectus, suspensiuum, & deuolutiuum.*
3 *Clausula sine præiudicio exequutionis, non impedit quominus Iudex ad quem possit in deuolutiuo reuocare sententiam Iudicis a quo.*
4 *Nullitates non sunt cognoscendæ per Iudicem exequentem, sed per Iudicem, cui commissa est Causa nullitatis sine præiudicio exequutionis.*
5 *Constitutio Iuris communis correctoria, vbi potest operari vnum, vel plures effectus, intelligitur, vt vnum solum operetur.*
6 *Sententia notorie iniusta non meretur nomen sententiæ, nec requirit appellationem.*
7 *Sententia dicitur notorie iniusta, quando ex actis non iustificatur.*

CONSILIVM CCCXXVII.

COnstitutio Pij Quinti 138. in nouo Bullario tom. 2. fol. 349. quamuis disponat, lata in Causis cri-
1 minalibus sententia continente pœnam pecuniariam Fisco applicandam, appellantes ab ea teneri infra sex menses à die ipsius interpositæ appellationis computandos ita coram Iudice appellationis Causam suam prosequi, vt etiam expeditionem reportent, itaquod illis elapsis, & expeditione coram Iudice à quo non reproducta, teneatur Iudex à quo ad Fisci instantiam, etiamsi acta fuerint transportata, sententiam præfatam debitæ exequutioni demandare, vt in §. 2. eiusdem Constitutionis.

tamen non propterea prohibere censetur, quòd elapsis sex mensibus prædictis Iudex ad quem detecta nullitate, vel notoria iniustitia sententiæ prædictæ, illam reuocare possit ex iurisdictionis defe-
2 ctu, quia cum de natura appellationis sit duos parere effectus, alterum suspensiuum exequutionis sententiæ, à qua fuit appellatum, & alterum deuolutiuum ad Iudicem ad quem, vt per Roman.consil.41.num.4 & Rot.decis.93.num.3.par.1.& decis. 140 num.4.par.2.in recen.licet Constitutio remoueat effectum suspensionis per lapsum dicti temporis post appellationem interpositam, ac proinde præseruet iurisdictionem Iudicis à quo in exe-
3 quendo, nihilominus non tollit iurisdictionem Iudicis ad quem respectu articuli deuolutiui, tum quia hic est effectus, atque hæc est natura, & proprietas clausulę, sine præiudicio exequutionis, de qua loquitur Constitutio, vt per Rotã in Anconitana dotis 12. Iunij 1598. coram Penia, & in Perusina nullitatis exequutionis 1. Februarij 1608. co-
4 ram Card. Caualerio, qua ratione nec etiam nullitates cognoscendæ sunt per Iudicem exequentẽ, sed per Iudicem, cui est commissa Causa nullitatis sine præiudicio legitimę exequutionis, vt per Caputaq.decis.44.par.1.in manuscrip.

Tum etiam quia vulgaris est conclusio, quòd vbi
5 Constitutio Iuris communis correctoria potest vnum, vel plures effectus operari, interpretatur, vt vnum duntaxat operetur, Rota decis.475. num. 6. vbi intelligit, etiamsi Constitutio vtatur terminis vniuersalibus, par.1.diu.

Et videtur in casu, de quo agitur, omnis dubitatio euitari ex qualitate notorietatis, & euidentis iniu-
6 stitiæ; nam absque dubio in hoc sententia tale nomen minimè meretur, ac proinde nec vnquam transit in iudicatum, adeoquod neque etiam aliqua ad illius reuocationem necessaria est appellatio, l.1.§.1.ff.quæ sent.sine appellat.rescind. Farin. consil.53.num.4.lib.1.& numer.33.in fine, & seq. & consil.185.num.2.& num. 22. & 43. & dicitur noto-
7 rie iniusta, quando ex actis non iustificatur, vt per eumdem Farin.consil.142.num.1.in fin. & d. consil. 185.etiam n.1.lib.2.

ARGVMENTVM.

De restrictione verborum fideiussionis de non offendendo.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio non extenditur vltra formalitatem verborum.*

2 *Inter Consanguineos viri, et consanguineos vxoris nulla est affinitas.*

3 *Qualitas requisita probanda est, vt locum habeat dispositio.*

4 *Fideiussor in dubio non intelligitur obligatus.*

5 *Fideiussorem tenetur principalis indemnem releuare, etiam si non promiserit releuationem.*

CONSILIVM CCCXXVIII.

Ex verbis huius fideiussionis, in qua D. Ioannes promisit pro se, & D. Bernardino eius filio, ac eorum filijs, nepotibus, agnatis, cognatis, consanguineis, affinibus, & attinentibus vsque in tertium, & quartum gradum secundum Ius canonicum inclusiuè computandum non offendere, nec aliquo modo per se, vel per alium offendi facere sub pœna mille scutorum D. Lucretiam filiam quondam Matthæi vxorem prædicti Bernardini eius filij, nec suos fratres, nepotes, agnatos, cognatos, consanguineos, affines, & attinentes vsque in tertium, & quartum gradum inclusiuè, vt supra, computandum, frustra agit Fiscus ad prætensam pœnam cõuentionalem ex occisione dictę Lucretiæ per Frãciscum eius fratrem, quia cum hic non sit agnatus, cognatus, consanguineus, affinis, & attinens vsque in tertium, & quartum gradum Ioannis promit-
1 tentis, fideiussio prædicta absque dubio minime extensibilis censeri potest vltra formalitatem verborum, Boss.de carcer.fid.num.48.in fine, vers. sed tamen, Menoch.cons.212.num.14.lib.3. Caball.resol.crimin.casu 59.num.4.Surd.decis.212. n.5. post princ.vers.quæ non extenditur.

Constat autem, Franciscum sororicidam non esse cõsanguineum, agnatum, cognatum, nec attinentem, quia eiusmodi qualitates nullatenus exaduerso iustificantur; affinitas autem quoad Ioannem pa-
2 riter cessat, quia inter consanguineos viri, & consanguineos mulieris nulla est affinitas; vndè duo fratres contrahunt cum duabus sororibus, & pater, & filius cum matre, & filia, vt in declaratione arboris affinitatis ante proemium decretalium, post vers. ad cognoscendum ergo gradus affinitatis, vers. item inter consanguineos viri.

Difficultas est circa affinitatem Francisci occisoris cum Bernardino marito Lucretiæ occisę, quatenus promissio Ioannis fuit pro se, & Bernardino, ac eorum affinibus; sed verius videtur, neque ex hoc capite fuisse ad dictam pœnam commissam stipulationem; quoniam promissio, & obligatio, cuius vigore agitur, habet duas partes difformi modo conceptas; in prima namque promisit quidem Ioannes pro se, & Bernardino filio, eorumque affinibus, sed cum præcisa verba obligatiua in hac parte sint restricta, quod ipse Ioannes non offendat, nec aliquo modo per se, vel per alium offendi
3 faciet dictam Lucretiam, eiusque attinentes, propterea commissioni non est locus, non probata per Fiscum qualitate, quòd Ioannes per se, vel aliũ Lucretiam prædictam offenderit, Farinac. consil. 62.num.7.post med. vers.& quando, lib.1.Guazzin. de caut.de non offenden. §. 3. quęst.46. numer.5. par. 2.

In secunda verò parte, in qua legitur, Ioannem promisisse, quod Bernardinus eius filius, & alij sui attinentes, & consanguinei vsquè in tertium, & quartum gradum non offendent, vel offendi facient prædictam Lucretiam, nec suos, ponderandum est, quòd cum in hac parte promissio non loquatur de affinibus, & attinentibus eorum, prout alia prima pars fuerat concepta, sed de alijs suis attinentibus, ex quo verbum hoc, suis, potest intelligi de attinentibus ipsi Ioanni promissori, & de affinibus filio, in dubio magis ea fit in-
4 terpretatio, per quam Ioannes non teneatur, Gabr.consil.181.num.27.lib.1.& consil.173. num.23. lib 2.Honded consil.94.num.27.lib.2. Giurb.consil. crim.35.nu.29.

Sed tollitur difficultas, quia ratione dicti homicidij confiscata fuerunt omnia bona delinquentis, in
5 illis namquè releuandus est fideiussor prædictus,
cum

cum certum sit, quod principalis teneatur fideiussorem indemnem releuare, etiam si non promiserit, Bald. in l. Constitutionibus, num. 1. C. d. vsur. Marsil. in rubr. de fideiuss. numer. 222. Gratian. discept. 130. num. 24.

ARGVMENTVM.

Conductor domus an, & quando teneatur ad emendationem damni ex incendio prouenientis.

SVMMARIVM.

1 *Incendium præsumitur ortũ ex culpa habitantium.*
2 *Incendium præsumitur habuisse originem, vbi primum ignis visus fuit.*
3 *Incendium oritur aliquando facto hominis negligentia, & aliquando facto naturæ.*
4 *Conductor domus tenetur ad emendationem damni, quando culpa præcedit.*
5 *Culpa præcedente casum tenetur quis de casu, de quo alias non teneretur.*
6 *Locator agens ex locato ad emendationem damni tenetur probare culpam conductoris.*
7 *Conductor excipiens de incendio contra locatorem agentem ex stipulatu tenetur probare casum sine eius culpa euenisse.*
8 *Indemnitatis promissor tenetur etiam de damno ex casu fortuito.*

CONSILIVM CCCXXIX.

Incendium quamuis vbi nulla inditia illius originis apparent, dubitari possit, an casu fortuito euenerit, quia tamen plerumque culpa hominis accidit, vt inquit textus in l. 3. post princ. vers. & quia plerumque, ff. de offic. Præfect. vigil. succedit
1 præsumptio Iuris, quod culpa inhabitantium ortum præsumatur, l. si venditor, ff. de peric. & commod. rei vendit. Bald. con. 174. incip. casus est, quod dam fenile, lib. 2. Corn. cons. 242. lib. 1. Petr. de Vbald. de duob. fratr. par. 8. num. 19. Ancharan. cons. 348. Alex. cons. 50. lib. 1. Gabr. con. 159. in princ. libro 1.

Verum est, quod hæc culpa à lege præsumpta, quia non cauetur, cui culpæ speciei ascribatur, intelligitur de leuissima in omittendo, quæ non obligat, ad emendationem damni nec venit in legem Aquiliam; sed in casu, de quo agitur, cum dubitari non possit, quin origo incendii venerit. ex ipsa domo à conductore, eiusque famulis inha-
2 bitata, dum testes formiter examinati plenè probant, ignem primum in eadem domo, ac in mansione per eosdem testes designata visum fuisse, & ex fenestra primò, & deinde in partem superiorem eiusdem mansionis ascendisse, Alex. d. cons. 50. nu. 3. ante finem, vers. & primo pono casum, lib. 1. Gabr. d. cons. 159. num. 14. ad finem, & numer. seqq. lib. 1. Gregor. decis. 427. num. 2. & seq. duo sunt, ex quibus Pars aduersa tenetur ad emendationem damni ex dicto incendio causati.

Alterum est, quòd testes probant, aduersarios retinuisse semper apertam tempore noctis fenestram mansionis, in qua incendium sumpsit originem;
3 hoc autem stante, quia incendium oritur vel aliquando facto hominis negligentia, vel aliquando facto naturæ, vt fulmine, & similibus, Bald. d. cons. 174. lib. 2. cum in hoc casu non probetur euenisse facto naturæ, & propterea necesse sit, quod euenerit facto hominis negligentia, hoc sufficit huic Parti in hoc casu, in quo constat, tempore noctis fenestram mansionis combustæ apertam fuisse retentam, nam propterea, siue incendium ortum sit ab aliquo, qui ignem ex dicta fenestra aperta immiserit, vel casu, quia ex girandulis, quæ fiunt aliquod ignitum per dictam fenestram introiuerit, siue in ipsa mansione ignis, vel lumen fuerit retentum, ex quo combustio sit sequuta, semper
4 verum est, quòd præcessit culpa conductoris in committendo; vbicumque autem culpa præcedit in committendo tenetur ad emendationem, quia datur tũc vel vtilis ex l. Aquilia, vel actio in factũ, l. si seruus seruum, 27. §. si furnum, & §. si quis insulam, vers. si fornacarius, vbi quod si fornacarius seruus coloni ad fornacem obdormisset, & villa fuisset exusta, tenetur conductor ex locato conuentum præstare, ff. ad leg. Aquil. Afflict. decis. 57. num. 9. admittens cum Alber. eo casu censeri præcessisse culpam in committendo.

Et generalis quoque regula est, quod vbicumque
5 culpa præcedit casum, tenetur quis de casu, de quo aliàs non teneretur, l. si vehenda, 10. §. si ea conditione, ff. ad leg. Rhod. de iactu, l. si vt certo, 5. in princip. §. proinde, ff. commod. §. item is cui, vers. si modo, instit. quib. mod. re contr. oblig. Bald. cons. 441. num. 1. vers. sed hic negligentia probatur, lib. 1. Grat. cons. 46. num. 36. lib. 2.

Alterum est, quòd licet locator, quando directè, &
6 principaliter agit ad emendationem damni, quod ex incendio prouenit, actione vel ex locato, vel ex lege Aquilia, quia tunc se fundat in culpa conductoris, teneatur illam probare, ex Bald. d. cons. 441
7 ad fin. lib. 1. tamen secus est, quando agit actione ex stipulatu ex promissione sibi facta de restituenda re locata potius meliorata, quam deteriorata, quia tunc fundatam habet intentionem in lege conuentionis, & cõductor qui excipit de incendio casu, vel absque eius culpa, tenetur hàs qualitates probare, & nisi concludenter probet, succumbit, vt in his terminis per Gregor. decis. 278. numer. 1. seqq. & per tot.

Et comprobat textus in l. videamus, 12. §. si hoc in locatione, vers. item prospicere, ff. locati, inquit enim, prospicere debet conductor, nè aliquod rei ius, vel corpus deterius faciat, vel fieri patiatur, æquiparans hanc promissionem illi, in qua conductor promisit ignem non habere, disponens hoc casu etiam conductorem de casu fortuito teneri,
8 & confert Surd. cons. 345. num. 25. vbi quòd promissor indemnitatis tenetur etiam de damno ex casu fortuito.

ARGVMENTVM.

An debeatur remissio mercedis ob incendium contingens in fructibus à so-

lo separatis nōdum reconditis in horreo.

Remissio mercedis an, & quando debeatur ob damnum illatum ab inimicis locatoris, vel conductoris:

SVMMARIVM.

1 *Conductori debetur remissio mercedis ob damnum contingens in fructibus etiam separatis à solo, dummodo in horreo non reconditis. Contrarium num. 2.*

3 *Fructus ob solam separationem a solo ad vsumfructuarium spectant, quamuis adhuc in horreis reconditi.*

4 *Casus fortuiti periculum spectat ad rei dominum.*

5 *Conductori fit remissio mercedis ob damnum proueniens ab inimicis locatoris. Siue inimicitia processerit ex culpa locatoris siue non, vt num. 6. Et si e culpa fuerit ordinata ad casum siue non, vt num. 7.*

8 *Locator non tenetur ad remissionem mercedis ob damnum proueniens ab inimicis conductoris.*

9 *Locator, et conductor sunt correlatiui, & proinde dispositum in vno locum habet in altero.*

CONSILIVM CCCXXX.

QVamuis controuersa admodum sit quæstio, an ad effectum denegandæ remissionis, requiratur non solum, quod fructus sint a solo separati, sed etiam in horreis recogniti, aut saltem triturati, aut perfectè mandati. & affirmatiuam, vt non
1 sufficiat sola separatio à solo teneant Paul. de Castro loquens in damno contingente ex incendio, in l. ex conducto 16. §. si vis, nu. 2. & ibidem Fulgos. loquens in eisdem terminis, nu. 3. ff. locat. Gomez var. tom. 2. cap. 2. de locat. num. 18. post med. vers. quod extende, Cotta in mem. verb. conductor, vers. tertio adde, Boss. de remissionis mercedis cōduct. num. 90. post med. vers. tamen mihi, Natta cons. 284. numer. 2. Menoch. cons. 669. num. 7. lib. 7. Carpan. ad Statut. Mediolan. cap. 394. numer. 317. volum. 2.

Et tenentium hanc opinionem fundamentum sit, quia militat eadem ratio in fructibus à solo separatis, non reconditis, quę militat in fructibus pendentibus, vt quia locator præstare debeat conductori, vt aliquo tempore, vti, & frui posset, non autem dicatur, vti, & frui conductor, donec fructus sint imperfecti, & nondum redacti ad finem, mediante trituratione, & asportatione, ac proinde non dicatur ante hanc perfectionem implere ex parte sua, & licet per separationem à solo fructus efficiantur de dominio conductoris, nihilominus minus minimè Locator liberetur, quin præstet conductori patientiam illis vtendi, & fruendi, quāque cum ex casu fortuito præstare nequeat, teneatur ad remissionem ratione damni intollerabilis fortuito in fructibus ante perfectionem præfatam contingentis, Natta post alios dicto cons. 284. numer. 2. Menoch. d. cons. 669. num. 7. lib. 7. Boss. de remiss. merced. cond. n. 90. ad med. vers. contrarium etiam, & vers. & etiam fundamentum.

Tamen opinionem contrariam in casu, de quo agitur magis sequendam pro veritate censeo, adeout non sit locus remissioni, sed damnum huius fortuiti casus spectet ad conductorem dominum frumenti à solo separati, non obstante quod non fuerit trituratum, & mundum, tum quia verior, & ma
2 gis recepta est conclusio, quòd ob incendium, vel aliud damnum contingens in fructibus separatis à solo non fit conductori remissio mercedis, quia per separationem à solo fructus dicuntur percepti, & propterea periculum casus fortuiti ad ipsum conductorem pertinet, qui eorum dominus ex sola separatione efficitur, Bart. in d. l. ex conducto, 16. §. si vis, num. 1. ff. locati, Bald. in l. licet, num. 2. C. eod. Imol. in c. propter, num. 7. eod. tit. Capra regul. 88. numer. 18. Soc. cons. 100. in principio, lib. 1. Gozad. cons. 74. num. 15. Pancirol. consil. 49. num. 10. Gail. obseruat. 23. numer. 12. lib. 2. Surd. cons. 34. num. 6. & 35. Koppen. decis. German. 27. n. 18. Castil. controu. par. 3. cap. 3. n. 38.

Fundata autem est huius conclusionis ratio, nedum in communi omnium sententia, quod fructus ex
3 sola separatione à solo spectant ad vsufructuarium etiam si adhuc in horreis non sint reconditi, sed in area existant, quia hoc casu dicuntur percepti Angel. in l. deducta 58. num. 1. in fine, & ibi Alex. num. 2. ff. ad Trebell. Peregr. de fideic. art. 49. n. 22. Caball. de vsufr. cap. 77. num. 10. sed in textu, qui eamdem conclusionem probat in verbis in l. si vsufructuarius messem. 13. ff. quib. mod. vsufr. amitt. inquit enim, quod spica, quæ terræ tenetur domini est, vsufructuarijs verò non dum trita, sed cæsa, idemque probat textus in l. si eius fundi 77. ff. de rei vendit. neque vlla est dubitatio; quia
4 periculum casus fortuiti ad dominum rei spectet l. quæ fortuitis 5. C. de pign. act.

Tum etiam quia idem Bossius supra pro contraria parte allegatus fatetur numer. 90. ad med. vers. est notabilis articulus, quod in practica esset arduum obtinere opinionem Pauli de Castro, & eorum, qui cum eo sentiunt, admittens, doctores communiter sequi rationem prædictam, quod fructus sunt coloni eo ipso, quod separantur à solo, eosdemque communiter velle, quod facta fructuum separatione à solo contractus dicitur impletus ex parte locatoris, & licet subdat in vers. tamen mihi, aliam opinionem sibi placere, quia in contractibus bonæ fidei ea sit contraria subtilitati, tamen censenda non est subtilitas in hoc casu, in quo ex testibus constat, incendium dolo malo sequutum fuisse ab inimico constructoris ob retardatam sibi
5 debitæ mercedis solutionem: quandoquidem sicut remissio facienda est ob damnum proueniēs ab inimicis locatoris, ex textu in l. si merces 28. §. culpæ, ff. locat. Castill. contr. par. 3. num. 31. idque
6 procedit, siue inimicitiæ processerint ex culpa sua, siue non, Mascard. de probation. conclus. 892. num. 23. Caroc. de locat. tit. de casibus, quęstion. 12
7 num. 90. fol. mihi 177. & siue culpa fuerit ordinata ad casum, siue non, Gozad. cons. 27. num. 28. ante med. vers. præterea, Caroc. vbi supra eod. numer. 90.

Ita è contra ex damno proueniente ab inimicis con-
8 ductoris minimè fit remissio d. l. si merces 28. §. culpæ, ff. loc. Caroc. de loc. tit. de incendio, numer. 25. vbi loquitur in damno proueniente ab incendio neque est dubium, quod cum locator,
9 & conductor sint correlatiui, ac proinde dispositum

situm in vno locum quoque habet in altero, vt per eumdem Castill. contr. d. par.3. capit. 3. numer.50.

ARGVMENTVM.

De reiectione plurium inditiorum in delicto incendii.

SVMMARIVM.

1 *Incendij pœna non habet locum, nisi probato dolo saltem ex inditiis releuantibus.*
2 *Incendium est casus fortuitus.*
3 *Incendium in dubio præsumitur potius euenisse casu fortuito, quam hominis culpa.*
4 *De Incendio orto in hospitio, in quo existant famuli, & viatores, non tenetur hospes ob possibitatem culpæ viatorum.*
5 *In Incendio probanda est culpa, & factum certi hominis, alioquin ferenda est absolutoria.*
6 *Inimicitia non parit inditium, nisi agatur de maiori parte bonorum.*
7 *Voluntas est affectio animi ad aliquid applicata.*
8 *Præsumptio ex præsumptione non infertur.*
9 *Inditium remotum non probatur nisi per duos testes contestes.*
10 *Inditium non oritur ex eo quod per accidens vno, vel altero modo esse potest.*
11 *Minæ non faciunt inditium ad torturam in non solito eas exequi.*
12 *Minæ non faciunt inditium considerabile etiam in eo, qui solet eas exequi, nisi concurrente causa proportionata exequendi.*
13 *Minæ æquiuocæ non faciunt inditium.*

CONSILIVM CCCXXXI.

INcendii pœna nunquam locum habet, nisi constet prius, quod illud fuerit commissum dolo, qui
1 regulariter non præsumitur, nisi probetur, saltem ex coniecturis, & inditiis releuanter desumptis ex qualitate facti temporis, & personarum, Farinac.quæst.110.num.6.

Est enim incendium casus fortuitus, l.incendium, C.si
2 cert. pet.l. contractus, in fine, ff. de reg. iur. Rot. apud Gregor. decis.528. num.1. ac propterea in
3 dubio potius præsumendum euenisse casu fortuito, quam hominis culpa, Bald. cons.442. num.2. post princ. vers. numquid autem in dubio, lib.3. Salicet.in l.quæ fortuitis, num.7.C.de pign.act.Gozad.cons.63.num.11.post princ.vers. & primo incendium, Farin.d.quæst.110.num.36.

Hinc iniusta apparet vexatio Lolli ex prætextu, quod eius doloso facto incendium causatum fuerit in aceruis fœni, & paleæ, cuius causa dicuntur etiam boues plures combusti; cum enim pro eo sit regula prædicta, assertaque inditia, & coniecturæ quæ prætenduntur ex processu resultare nullatenus afficiant, vtique censendus est in statu absolutionis ex præallegatis.

Et præsertim cum incendium prouenire etiam potuerit, vel facto famulorum eiusdem Palloni querelantis, sicut alias dicitur euenisse ex denegata illis salarii solutione, vel etiam quia in fœnis humidis, vel pluuia aspersis etiam ex se incendiū ortum habere potuerit; quandoquidem in hac incendii materia vbi dolus, vel culpa non probatur ratione determinati hominis, & datur possibilitas, quod incendium prouenire potuerit ab aliis, quam à Reo contra quem agitur, tunc Reus est
4 absoluendus, quemadmodum hac ratione firmant communiter Doctores, quod vbi incendium ortum sit hospitio, in quo existant famuli, & viatores, aut aduenæ non teneatur hospes ex possibilitate culpæ hospitantium, Bald.dicens, hoc euenisse in hospitio Leonis in l. si creditor 4.numer.4. post princ. vers.sed quid si hoc non potest apparere, C.de pign. act. Salicet.d.l.quæ fortuitus, num.10. ad med.vers.sed tunc insurgit dubium, C.eod. de pign.act. Angel.de malef.in verbo incendiario, nu. 12.prope finem, & num.seq. dicens, dictum casum euenisse in hospitio Leonis Bononiæ, Io: de Anan. cons.71.num.3.post med.vers.& pro ista parte, Gozad.d. cons.63.num.12.Afflict. decis.57. nu.5. vers. tertio ista quæstio, & num.seq.

Quamobrem generalis quoque in hoc est regula,
5 quod probanda est culpa, & factum determinati, ac certi hominis, & alioquin ferenda est absolutoria, Gabr.cons.159.num.7.& 30. lib.1. Farinac. plurimos congerens d. quæst.110.num.93.

Neque obstant deducta ex processu informatiuo, quia preter id, quod testes patiantur plures exceptiones relatas in facto singula discutiendo, nihil deducitur, quod releuet.

Non enim facit pretensa inimicitia sumpta propriè nullatenus constat; maleuolentia autem asserta occasione quartariæ debitæ pro eius rata à Pallono, & ex illius non solutione ægreferentia Lolli, ex eo quia onus soluendi creditori redundaret in ipsum, nullo modo censeri potest talis, vt ex ea, inditium aliquod resultet, ex quo agebatur de exigua admodum summa scutorum septem; siqui-
6 dem nec inimicitiam parit inditium, nisi sit de maiori parte bonorum, Farinac.quæst.49 num.13.

Et in terminis causæ criminalis ratione prætensi incendii, Natta cons.42.in princ.cum.num.7.

Non etiam, quod probetur, Lollum dixisse ante incendium sequutum, essere meglio à tradire, che esser tradito, quia dictum hoc non infert voluntatem prodendi, sed est relatio vulgaris opinionis;
7 voluntas namque est effectio animi ad aliquid applicata, vt inquit Bald.in l.potuit 5.num.14.C.de iur.deliber.

Et quatenus etiam exinde aliqua voluntatis presumptio resultaret, non tamen alia elici potest præ-
8 sumptio facti, cum presumptio ex præsumpto inferri nequeat, Farinac.cons.55.num.25.& cons.127. num.7.& cons.114.num.40.Rot.post.lib.2.cons.Farinac.decis.267. num.9.

Minusque, quod vnicus testis deponat, che quando si pensaua li sarebbe venuta la disgratia, & alter etiam vnicus, & affectatus, dum in secundo examine deponit, quod non dixerat in primo, scilicet, che Lollo frà l'altre cose li diceua, che voleua bruciare al Pallone sino li boui, quia quodlibet assertum inditium remotum nullius est releuantiæ, nisi per duos testes fuerit probatum contestes, & omni exceptione maiores, Becc. cons.67. num. 11.lib.1.Pedem.decis.79.numer.14.& seq. Honded. cons.96.num.42.lib.2.Caball.resol.crimin.cas.200. num.129.

Nec quòd Lollus ea nocte, qua successit incendium,
10 esset in lætitia insolita, quod per accidens vno, vel altero modo esse potest, Vulpell.cons.97.nu.3.

Becc.

Bocc.conf.85.num 1.in fine,lib.1.Farinac.conf.147 num.39.post med.vers. ex regula communi.

Neque demum, quod Lollus minatus fuerit con-
11 tra querelantem, tum quia ex minis non oritur inditium sufficiens ad examen rigorosum in non solito minas exequi, & præcipuè respectu hominis bonæ famæ tanquam ex honestis parentibus nati, & non soliti delinquere, Farin.conf.22.nu.9. & conf.102.num.21.

Minusque, dum nulla probatur proportionata causa prætenso delicto, tanquam ea, in qua Fiscus,& querelans se fundat, leuissima sit, & ciuilis; siqui-
12 dem etiamsi minans esset solitus exequi minas, in quo non requiritur aliquod adminiculum, tamen neque inditium considerabile resultat ex minis, in quibus non datur correspondens causa illas exequendi, Farinac.quæst.50. num.31. & cons. 55. num.25.

Tum etiam quia minæ, de quibus prætensi testes
13 deponunt, sunt æquiuocæ,Farinac.conf.22.num. 13.& d. conf.102.num.20.45. & seqq. vbi de verbis, lo farò pentire, castigarò, &c.& conf. 130. num.9.

Et in terminis delicti pretensi ex incendio, Natta conf.43.ante num.1.vers.circa primum.

ARGVMENTVM.

De exceptionibus contra testes & inditia in delicto incendii, & contrariis præsumptionibus.

SVMMARIVM.

1 *Incendii crimen grauissimum reputatur, quia in multis sceleribus vtcumque sceleratorum voluptas expletur, incendiarius vero nihil vtilitatis,nihil voluptatis consequitur.*

2 *Causa delinquendi deficiente cessant præsumptiones,et inditia.*

3 *Offendens non præsumitur, quod velit amplius offendere.*

4 *Testibus duobus affirmantibus magis creditur, quã pluribus negantibus.*

5 *Inimicitia vbi est cum pluribus,non facit inditium ad torturam contra accusatum.*

6 *Ex Inimicitia leuiori non oritur inditium, vbi cõstat de inimicitia grauiori.*

7 *Matrimonia consistere debent in mera libertate.*

8 *Testis deponens quod de nocte aliquem recognouerit ad vocem sibi notam, non probat, stante verisimili aliquo impedimento exauditionis.*

9 *Testis probantes negatiuam coarctatam pro Reo præferuntur contrarium deponentibus.*

10 *Inditium non oritur ex eo,quod vno,vel altero modo per accidens esse potest sine delicto.*

11 *Mendacium non facit inditium, quando consistit circa id,in quo confessio non præiudicasset.*

12 *Testes non repetiti,etiam si essent mortui, ita quod repeti non possent nullum faciunt inditium.*

13 *Tortura in teste quamuis tollat vnum defectum,nõ tamen tollit plures.*

14 *Testes nemo præsumitur conuocare futuro delicto absque necessitate.*

15 *Incendium magis præsumitur ortum ex negligentia puerorum quam adultorum.*

CONSILIVM CCCXXXII.

Ex tenore, & qualitate earumdem trium querelarum, quas interiecto tempore proposuit in iudicio Archangelus accusator, incendium, de quo agitur,passus, satis liquet, calumniosam esse eiusdem accusatoris prætensionem quòd D.Io. Baptista fuerit aut illius author,aut in eo complicitatem habuerit, cum enim orto incendio sub 25.Ianuarij *1639.*in prima querela, sub *26.* eiusdem institerit generaliter procedi contra omnes reperiendos culpabiles sub assertione, vn pezzo auanti giorno mi è stato messo fuoco al mio fenile da genti maleuole, perche stò alle peste, & in mano di più inimici,per la carceratione di Tuffolone hò scoperto, che Famiano fratello di esso, e Leonardo, che vanno brauando contro di me con altri smargiassi loro amici farmi incontro, in secũda verò querela Curiæ notificauerit, come hora con noui inditij soggiuntomi da vna voce publica che Carlo, e detto Famiano, Francesco, e detto Leonardo siano stati quelli, che hanno fatto detto incendio, & in tertia demum querela dixerit, Gio.Battista hà fatto conuenticola con Angelo, & altri per rompere le prigioni, e ritogliere Tuffolone carcerato à mia instanza, e si sono indotti à darmi fuoco nel mio fenile, con quali facilmente ci si potè trouare anco Gio.Battista,perche la notte istessa, che seguì l'incendio, essendo vscito da vn festino,e raccompagnando le sue donne,quãdo fù alla piazza della Terra disse, andate, che voglio fare vn seruitio, & andò verso le dette mie case abbrugiate.

Hinc plura insurgunt,ex quibus querelarum calumnia respectu dicti Io.Baptistæ demonstratur.

Primò scilicet, quod tempore primæ, & secundæ querelæ accusator inter maleuolos, & inimicos, quos dixit habere, & à quibus incendii causam desumit. neutiquam dictum Io.Baptistam nominauit; siquidem cum in delictis non impetu,sed deliberatè patratis in primis Iudicantium religio debeat inquirere de delinquendi causa, quia nemo non fatuus sine causa delinquit, ac præcipue
1 in incendij crimine grauissimo, cum in alijs delictis sceleratorum voluptas expleatur, in incendio vero incendiarius nihil vtilitatis, ac realiter nihil voluptatis assequatur. Iodoc. in pract. crimin. cap.103.num.1.Farinac.quæst.110. num. 2. causa autem inquirenda debeat esse ratiocinatiua, ac proinde correspectiua delicto,non autem impulsiua, vtiquè cessare debet omnis prorsus pretensio delicti in hoc casu postquam idem accusator, nedum nullam probauit causam in dicto Io.Baptista, sed neque etiam allegauit, quamobrem locus est conclusioni certæ, quod cessante causa
2 delinquendi cessant quoque præsumptiones, omniaque inditia delicti,Cason. de indit. tract.2.cap. 2.num.1.& seqq.& cap.3.numer.3.Blanc.de indit. num.255.& seqq.Farinac. quæst.52. numer.145. & conf.147. num.32. vers.& propterea.

Neque obstat, quòd in tertia querela accusator prędictus pro causa adduxerit,quòd Io.Baptista vnacum alijs egisset de fractura carcerum ad effectum liberandi dictum Tuffolonum ad instantiam eiusdem accusatoris carceratum, & quia idem accusator non habuit hanc pro causa, nisi leui, & non apta ad deliberationem delinquendi, dum dixit,

quod

con qualifacilmente ei si potè trouare, & quia
causa tentandi dictam liberationem carcerati, vbi
inimicitiam parere potuisset, esset respectu ægre-
ferentiæ ipsius accusatoris, qui ex dicta liberatio-
ne offendebatur, non autem respectu dicti Io. Ba-
3 ptistæ, cum offendens non præsumatur velle am-
plius offendere, Farinac. quæst. 49. numer. 93. in
fine.

Et præsertim cum asserta probatio, quod accusator
& accusatus non se salutarent, vbi fuisset vera
procedere potuerit ab accusatore, qui se reputa-
uit offensum ex reuocatione ad animum assertæ
attentationis liberationis dicti carcerati, & reali-
ter non subsistat, dum ex pluribus testibus proba-
tur affirmatiua, quod imò etiam paulò ante præ-
tensum incendium se salutabant, & inuicem tra-
4 ctabant ex regula, quod magis creditur duobus
affirmantibus quàm pluribus negantibus, Boer. de
cis. 100. num. 5. Put. decis. 335. num. 2. lib. 1. Seraph.
decis. 607. num. 2.

Secundò quia idem accusator in prima querela con-
fessus fuit, se habere plures inimicos, reddita etiam
inimicitiarum ratione; etenim hoc casu etiam si
5 inimicitia probaretur cum accusato, prætendi
nec potest inditium ad torquendum sufficiens,
Farinac. cons. 192. num. 27. & quæst. 49. numer. 114.
Giurb. cons. crimin. 97. num. 10. & præcipuè cum
6 inter plures inimicitias illa, quæ est grauior, sit at-
tendenda; adeout ex leuiori non etiam inditium
insurgat, Farinac. cons. 102. num. 18. nec ex minus
adminiculata, vt num. 19. & dicto consil. 147. nu-
mer. 29.

Nec considerabilis aliquo modo censeri potest cau-
sa inimicitiæ, quæ exaduerso deducitur ex eo,
quia accusator institerit pro obtinendo contra-
ctu matrimonij cum sorore accusati, & quia ijdē,
qui exaduerso ad hocadducuntur, probant, re-
sponsum fuisse d. accusatori datum, quod soror
prædicta nubere alicui non intendebat, & quia
ex recusatione huiusmodi nulla oritur iniuria
7 producti[va] inimicitiæ, cum matrimonia consiste-
re debeant in mera libertate cuiusq. c. Gemma, 29.
vers. cum itaque libera, de sponsal.

Tertiò quia in tertia querela idem accusator nomi-
nat alios tanquam incendij Reos, Io. Baptistam
verò in hoc reatu non includit, sed illum solum
nominat, quia ipse rediens, & mulieres suas asso-
cians recesserit ab eis, & se contulerit versus do-
mos, quæ fuerunt combustæ, idemque eadem no-
8 cte cum alijs fuerit ad hospitium Iacobi; eiusmo-
di autem rationes respectu Io. Baptistæ nihil infe-
runt ad delictum, tum quia is testis, qui asserit, Io.
Baptistam de nocte cognouisse ad vocem, non pro
bat, & præcipue nullam mereri potest fidem hoc
casu, quo dormiebat in mansione superiori haben
te sub se fornices impedientes exauditionem, Pa-
ris. cons. 54. num. 23. lib. 3. Bertaz. cons. 228. nu. 12.
lib. 1. Pacian. de probation. cap. 10. nu. 12. lib. 1. Fari-
nac. de testib. quæst. 62. num. 45. & seqq. & cons. 192
num. 17. & 37.

Cœteri verò testes conquassantur ab alijs testibus
9 dignioribus probantibns negatiuam coarctatam
per remotionem actus à sensu, non autem solius
sensus ab actu, Felin. c. 3. num. 2. de probationibus,
Mar[s]il. cons. 2. num. 12. & cons. 51. nu. 13. lib. 1. Boss.
de defens. Reor. post nu. 31. & seqq. Ioan. de Amic.
cons. 79. num. 1. Bertaz. cons. 251. num. 99. lib. 2. Ri-
min. iun. cons. 644. num. 2. lib. 6. Guazzin. tractat. ad
defensam in 28. defens. num. 13. vers. & melius po-
terit, & seqq. vbi etiam num. 15. quod inquisiti li-
berandi sunt, non obstante, quod alioquin aduer-
sus eos militarent inditia ad torturam insufficientia.

Tum etiā quia etiamquod cōstaret de recessu ab eis-
dictis mulieribus, & accessu ad hospitium prædictū
10 nullum prorsus insurgeret inditium, cum non
oriatur ex eo, quod vno, vel altero modo per ac-
cidens esse potest citrà delictum, Bald. cons. 259.
num. 4. vers. nec quæ possunt, lib. 1. Aym. cons. 6. nu.
12. Vulpell. cons. 97. num. 3. Bursatt. cons. 336. num.
16. lib. 3. Becc. cons. 85. num. 1. in fine, lib. 1.

Atque hac quoque ratione nullius momenti esset,
11 quòd in hoc mendacium accusato ascribi posset,
cum sit circa id, quod si Reus fuisset confessus, non
etiam ex eo inditium ortum fuisset, Marsil. cons.
15. num. 15. vers. preterea etiam, Honded. cons. 102.
num. 78. & cons. 106. num. 76. & cons. 107. num. 49.
lib. 1. & cons. 93. num. 63. lib. 2. Farin. quęst. 52. num.
14. & seq.

Minus vero releuat, quod aliqui ex testibus Curiæ
faciant accusatum complicitatis Reum, quia ex
12 testibus non repetitis nedum aliquod non resul-
tat inditium etiam in casu, in quo essent mortui, &
repeti propterea non possent, Honded. cons. 101.
num. 12. lib. 1. Farin. de testib. quæst. 72. num. 133.
vers. contra, Caball. resol. crim. casu 269. num. 8.

Sed neque si repetiti essent, & repeterentur cum tor-
tura, suffragari possent, cū constet, prætensos testes
esse criminosos, varios in substantialibus, aliasq;
13 que pati exceptiones, tam in personis, quàm in
dicto, quandoquidem tor-tura licet purget vnum
defectum, non tamen purgat plures, & tales, qua-
les plenè in facto deducuntur, & iustificantur,
Roland. cons. 16. num. 9. & seqq. lib. 1. Natt. cons.
298. nu. 6. Honded. cons. 100. num. 37. & seq. lib. 1.
Farinac. quæst. 42. numer. 178. & seq. & num. 184. &
185. & de testib. quæst. 62. nu. 381. & quæst. 66. num.
188. & plenè cons. 216. nu. 2. ad finé, & n. 20. & seq.
vbi contrariis omnibus respondet.

Nullaque est in casu, de quo agitur, difficultas, quo-
niam præsumptiones innocentiæ accusati sunt vr-
gentissimæ, & pręponderantes ijs ex aduerso pon-
deratis, & inter alias altera est, quod aut Curia,
& accusator admittunt, impossibilem fuisse vni so-
li immissionem ignis intus stabulum, ac fęnile, &
tunc fundant innocentiam accusati, cum ij, qui in
processu loquuntur de immissione, illam vni soli
ascribant, vt asserunt, con vn tizzo, ò miccio; aut
volunt, possibilem fuisse ignis immissionem vni
soli, & tunc alienum prorsus est ab omni verisi-
militudine, quod accusatus, qui poterat, vbi vo-
luisset, solus, & absque alicuius adiumento ignem
immittere ea nocte, qua volebat, voluerit eli-
gere noctem, in qua in vicina domo choreæ age-
bantur, & consequenter viri, & mulieres euntes,
& redeuntes facile poterant eum obseruare, & in
hac immissione, siue per se, siue per alium plures
testes adhibere, ac proinde in grauissimum cri-
men incidere nedum ratione incendii, sed perem-
ptionis plurium puerorum, quos tanquam noto-
rium fuit probatum, in eo stabulo dormire con-
14 sueuisse, cum imò neque etiam præsumatur, quē-
quam conuocare testes futuro delicto absque ne-
cessitate, vt firmat Farinac. cons. 193. num. 60. in
fine, lib. 2.

Altera est, quod ex probatione concludente constat,
quod realiter plures pueri in d. stabulo, in quo in-
cendium

cendium ortum habuit, ea nocte dormierunt eiusque rumore, & splendore conspecto cum ingenti planctu, & stridore inuocarũt auxilium liberationis mediante aperitione ianuæ: quandoquidem
15 magis propterea præsumendum, ipsosmet pueros causa euitandi hyemale frigus ignem accendisse, & deinde illis dormientibus aucto vigore incendium fuisse causatũ, prout etiam de hoc fuit publica vox, & fama, ex rationibus Farinac. quæst. 100.n.88.& seq.

ARGVMENTVM.

Ex prætextu confessionis extraiudicialis an sit locus condemnationi, vel torturæ in delicto incendii.

SVMMARIVM.

1 *Incendium inter casus fortuitos connumeratur.*
2 *In Incendio probandus est dolus, aut culpa certi hominis.*
3 *Incendij origo probanda est ad effectum agendi cõtra certam personam.*
4 *Confessio extraiudicialis non sufficit ad condemnandum. Etiam si coadiuuetur adminiculis, vt num 5.*
6 *Testes singulares, & viles non faciunt inditium ad torturam.*
7 *Incendium non præsumitur ab aliquo causatum sine causa proportionata.*
8 *Inimicitia vbi est cum pluribus non facit inditium contra accusatum.*
9 *Probatio non requiritur in re, quæ patet sensui.*

CONSILIVM CCCXXXIII.

INcendium, ex quo dicitur combusta area adhærentis Fisco, nulla ratione releuante ascribi potest Io.Baptistæ ex hac causa carcerato, adeout nec Fiscus, nec adhærens prætendere possint, ipsum censeri grauatum inditijs sufficientibus ad rigorosum examen; quoniam nulla est dubitatio, quin vel in dubio præsumi debeat ex casu fortuito, qui neminem obligat, quamobrem incendium
1 inter casus fortuitos connumeratur, l. incendium C.si cert.pet.l.cum duobus, §.damna fatalia, ff. pro socio, l.vt certo, §.damna fatalia, ff.commod.Bald. cons.442. num.2. post prin. vers. nunquid autem in dubio, lib.3.Salicet.in l.quæ fortuitis, num. 7.C. de pign.act.Gozad.cons 63.num.11.post prin.vers. & primò incendium, Farinac.quæst.110. num.36. Gregor. decis. 38. num.1.
Vel saltem quia in hoc casu nullus probatur dolus,
2 aut culpa determinati, & certi hominis, ac proinde locus est absolutoriæ, Gabr.cons.159.n.7.& 30. cum alijs pluribus congestis per Farinac. d.quæst. 110.num.72.vbi quod quando incendium præsumi potest non ortum casu fortuito, sed dolo, vel culpa id intelligendum est dolo, vel culpa alicuius incertæ, & indeterminatæ, non autem alicuius personæ certæ, & determinatæ, vt ead. qu. 100.num.93.

Et præsertim dum testes in quibus exaduerso insistitur, concorditer affirmant, se nullatenus vidisse nedum personam aliquam immittentem ignem in stipulis, reddendo etiam rationem concludentem, quia dormierant, sed nec etiam in-
3 cendij originem cognouisse, nam ad effectum agendi contra certam personã origo incendii est probãda. Roman. cons.401.num.2.post princ.vers. his tamen non refragantibus, Paris.cons.87 num. 12. lib.4.Grammat. decis.3. num.6.Ioseph Ludou. decision. Perus.25.num.17.
Siquidem, vbi non constat de incendij origine, non potest culpa, aut dolus vllius certæ personæ præsumi, & in dubio debet ad fauorem Rei prætensi sequi absolutoria, Rol.cons.95.n.25.lib.2. Gabr.d. cons.159.num.8.lib.1.
Nec obstat, quod ex eisdem testibus constet tam de origine incendij, quàm de certa persona dicti Io.Baptistæ ex eiusdem confessione extraiudiciali, quia præter id, quod ijdem testes deponunt se dictum Io.Baptistam interrogasse, an sciret, à quo ignis fuerit immissus, & cum respondisse, nescire, adhuc in hac asserta extraiudiciali confessione nihil releuans probatum prætendi potest, nec re-
4 spectu condemnationis, ex quo confessio extraiudicialis ad condemnandum minimè est sufficiẽs. Farinac.quæst.82.num.23. Caball. resol. 288. nu-
5 mer.59. etiam si confessio extraiudicialis sit adiuuata adminiculis, quæ tamen in hoc casu deficiũt. Boss.tit.de conuict.num.34. Farinac.ex communi d.quęst.82.num.1.3.& seq.
Nec respectu illationis torturę, cum testes de asser-
6 ta confessione deponentes non sint contestes de loco, & tempore, ac propterea tanquam singulares non etiam ad torquendum sufficiunt, & absq. dubio, quando vt hic, ex defensiuo liquet testes omnes fuisse viles, & mendicos, & inseruientes porcorum custodiæ, Bero.in c.at si clerici, nu. 135. vers.requiritur etiam, & num.136.& seq.de Iudic. Farin.d.quæst.82.num.44.& 46. & cons.40. nu. 34. & cons.60.nu.44.& cons 70. num.43. lib. 1. Caball. ex communi resol. 81.num.1.& seq.Giurb.cons.87. num.20.vers.confessio tamen extraiudicialis. Menoch.præsumpt.89.num.21. lib. 1.
Accedente insuper, quod non solùm deficit omninò
7 præexistentia alicuius causæ, ex qua moueri potuerit ad incendium prætensum, Foller. in praxi crim.in verbo, & si confitebuntur, in 2. par.3. par. num.22. Menoch. pręsumpt.89. nu.17.18. 19.20. & seq.lib.1.Farin.cons.193.num.38. ante fin. vers. quę confessio, lib.2.& d.quæst.82.num.33. & 35.
Sed alia duo concurrunt in hoc casu, ex quibus realitas pretensę extraiudicialis confessionis prorsus excluditur, alterum, quia ex defensiuo liquet, do-
8 minum areę combustæ habuisse plures inimicos ex denegata solutione mercedis operarum sibi pręstitarum, & consequutiuè constat de possibilitate, quod ab ijs, seu eorum aliquo damnum dictę combustionis processerit, Salicet. d. l. quæ fortuitis, nu.10.ad med. vers. sed tunc insurgit dubium, C.de pign.act.Angel.de malefic.in verbo incendiario, num.12. ante finem, & num. seq. Io.de Anan.cons.71.num.3.post med.vers.& pro ista parte. Gozad.defens.63.num.12.Afflict.decis.57.nu.5. vers.tertio ista quęstio, & num.seq.
Alterum quia in defensiuo pariter probatur, combustionem dictæ areę processisse ex eo, quia iuxta illam, non erano stati fatti se non trè, ò quattro solchi,

foichi, ò bisognaua farne venticinque, ò trenta, quemadmodum aliæ areç,in quibus facti fuerant, propterea ab incendio, & combustione salue permanserunt; quamuis enim hęc depositio in parte sit de auditu, tamen quoad subsistentiā dictę rationis ea nulla alia indigebat iustificatione, dum subsistentia patet sensui, Bald.in l.1.nu.23. C.de fruct. & lit.expens.

ARGVMENTVM.

An, & quando teneatur dominus de incendio sub prætextu, quod famulus immiserit ignem in stipulas tempore incongruo.

SVMMARIVM.

1 *De Incendio damnari nemo potest, nisi constet de dolo saltem ex vrgentibus coniecturis.*

2 *Incendi origo probanda est ad effectum agendi cōtra certam personam.*

3 *Culpa non resultat, quando fit, quod est solitum.*

4 *Enunciatiua non probat, quando de eius veritate contingit principaliter disputari.*

5 *Enunciatiua non præiudicat tertio.*

6 *Dominus non tenetur de incēdio pro famulo delinquente extra officium.*

7 *Dominus non tenetur de mala electione famuli, quando caret culpa,*

8 *In Incendio requiritur probatio culpæ certi, et determinati hominis.*

9 *Dominus non tenetur, quando famulus delinquens est soluendo.*

10 *Dominus non tenetur, quando minister reputabatur bonæ integritatis.*

CONSILIVM CCCXXXIV.

De incendio damnari nemo potest, nisi prius constet, illud fuisse dolo commissum, qui minime
1 præsumitur, nisi saltem ex vrgentissimis coniecturis probetur desumptis ex qualitate facti, temporis, & personarum, Farinac.quæst.110.n.6.

In casu autem, de quo quæritur, cessant omnes huiusmodi requisitæ qualitates; non enim aliqua ex qualitate facti prætendi potest, quia minimè probatur, ignem euenisse ex tenuta S.Columbæ ad casale S.Ioannis, cum testes exaduerso examinati licet dicant, vidisse incendium ex igne causatum, tamen deponunt nescire vnde originem sumpse-
2 rit, nullaque est dubitatio, quin ad effectum agendi contra certam personam probanda sit incendij origo. Roman.cons.401.num.2.post princ. vers. his tamen non repugnantibus, Paris.cons.87. num. 12. lib.4. Barsatt.cons.59.num.11.lib.1.Gabr.cons.159. numer 8.lib.1. Afflict.decis.57. num 4. Grammat. decision.3. numer.6. Ludouic. decision. Perus. 25. num. 17.

Non etiam aliquid ratione temporis prætendi potest, quia constat ex edictis, & bannimentis publicatis in Oppido Montis Rotundi super licentia comburendi stipulas, fuisse concessam imponendi ignem post tempus d.publicationis sequutæ 1.Augusti 1642. cum autem etiam ex deductis exaduerso constet, ignem, de quo agitur, fuisse immissum sub 5.eiusdem mensis, vtique consequutiue liquet, licentiam, vt præfertur, publicatam suffragari, cum immò etiam culpa incendij excludatur nedum in casu, in quo culpa non probatur, Gabr.
3 d.cons.159.n.7.sed etiam quando fit, quod est solitum, vt n.18.lib.1.

Nec obstat Statutum Agriculturæ cap. 81. quia est conforme dicto bannimento Montis Rotundi de immittentibus ignem ante primam Augusti; quod verò enunciant Addentes, quòd hoc Statutum propter reformationem Kalendarij factam à Gregorio XIII. de anno 1583. fuerit reformatum per decretum generalis Congregationis nobilium de Arte, quod scilicet in posterum intelligeretur talis immissio ignis, vt produceretur vsque ad decimam diem Augusti, asserendo hoc decretum factū fuisse 17.Martij 1583.à Consulibus eius temporis, & esse apud notarium Artis, attendi nequit, tum quia an vere sit in actis, exaduerso est docendum,
4 cum huiusmodi enunciatiua prolata à solis Addētib. non arctet hoc casu, quo de eius veritate contingit principaliter disputari, Gregor. decis. 372. ex num.3.

Et præsertim cum hæc enunciatiua emanauerit à
5 persona priuata, cuius authoritas, prout nec etiam Consulum Artis, nō poterat aliis præiudiciū aliquod inferre sine confirmatione, Seraph.decis. 1278. num.3.

Tum etiam quia cum casale dicatur de territorio Montis Rotundi ex adductis in facto, & in d. Oppido adsit in hac materia Statutum particulare confimatum, Statutum hoc est attendendum, non autem Statuta Vrbis.

Minusque prætendi potest ratione personarum, nam respectu huius Partis non datur ratio, ex qua teneri possit, dum nec constat, ipsam aliquid ratione immissionis ignis mandasse, nec eum, qui præ-
6 tenditur ignem immisisse, ab ea deputatum specifice, nec generaliter, dum erat simplex custos, & in casali aderat factor, Farinac.quæst.110.n.122. & seqq. cui non aduersatur Aldobrand. cons.111. nu.5.lib.2.cum loquatur de custode, & alijs, quorū ministerio dominus in eo, in quo deliquerunt, vtitur.

Nec respectu dicti custodis, dum nulla culpa huic Par-
7 ti imputari potest circa electionem, Carauit. inter consil. crimin. diuers.cons.116.ex num.1.vers. ita distinguuntur.num.3. & seqq.lib.2.

Cessatq. omnis difficultas hoc casu, quo vel contra ipsum custodem circa prætensam ignis immissionem nihil probatur, & ipsi satis est, quòd dum nihil concluditur quoad eius personam, possibile sit, quod ab alio, seu alijs ignis immissus fuerit,
8 nec contra eum actio aliqua dari possit, non probata eius culpa determinata quoad se Afflict.d.decis.57.num.5.vers.tertio ista quęstio, & num. seqq. Angel.de malef.in verbo, incendiario, & num.seq. prope finem, Anan. cons.71. numer.3. post med. vers. & pro ista parte, Gozad. consil. 62. numer. 12.

Vel in omnem casum, quod cum iste custos sit sol-
9 uendo, actio dirigenda sit contra ipsum, & hæc Pars absoluenda, vt dixi, & comprobaui inter cōs. Farinac.cons.230.num.4.vbi etiam num. 5. quod
10 dominus nunquam tenetur, quando minister reputabatur bonæ integritatis, lib.3.

ARGVMENTVM.

An, & quando dominus pro famulo criminaliter, vel ciuiliter teneatur ad emendationem damni ex incendio prouenientis.

SVMMARIVM.

1 *Dominus non tenetur criminaliter pro delicto famuli.*
2 *Dominus non tenetur actione in factum, nec alia ciuili, quando eius famulus extra officium delinquit.*
3 *Dominus non tenetur de excessibus famuli in officio nisi probata culpa in mala electione.*
4 *Confessio praeiudicat confitenti, non tertio.*
5 *Confitens proprium crimen sibi ipsi, nō alteri praeiudicat.*
6 *Ex Delicto alterius, vbi agitur contra alterum, vera, et concludens exigitur probatio.*
7 *Testis deponens ad sui exculpationem non meretur fidem.*
8 *Mandatarius non probat delictum contra mandantem.*
9 *Socii criminis depositio admittitur ad effectum ciuilem, sed non ad plenam probationem.*
10 *Dictum vnius, dictum nullius.*
11 *Famulus non praesumitur deliquisse de mandato domini. Contrarium ad effectus ciuiles concurrentibus aliis praesumptionibus, vt num.* 12.
13 *Famulus praesumitur de mandato domini deliquisse, quando agitur de sola domini vtilitate, secus autem quando etiam ipsius famuli vtilitas concurrit.*
14 *Famulus quamuis praesumatur deliquisse de mandato domini ad effectum ciuilem, tamen praesumptio haec non sufficit ad condemnandum.*
15 *Conductor, qui promisit rem potius restituere melioratam, quam deterioratam, probare debet incendium sua culpa ortum non fuisse.*

CONSILIVM CCCXXXV.

Regula est pro hac Parte, quod dominus ex delicto famuli nedum minimè tenetur criminali-
1 ter ex authoritatibus, & rationibus, quas adduxi inter cons. Farinac. conf. vlt. lib. 3. sed nec etiam a-
2 ctione in factum, aut alia ciuili, quando famulus delinquit extra officium l. 1. §. deiecisse, & §. quoties, & l. 3. ff. de vi, & vi armata, Afflic. decision. 82. num. 2. Honded. conf. 96. num. 15. lib. 2. Farin. quęst. 24. num. 148. & seq.
Cum imò nec dominus teneatur de excessibus in
3 officio commissis per famulum, quando exaduerso non probatur mala eorum qualitas, itaquod mala electio sit in culpa, Seraphin. decis. 527. n. 1. ex Bald. conf. 222. lib. 2. & Castr. in l. videamus, ff loc. vt etiam per Farinac. d. quaest. 24. num. 61. & Munnoz. de Escobar. tract. de ratioc. cap. 19. num. 52. vbi reddit rationem, quod vbi aliquis communiter reputatur diligens, si postea negligens reperiatur ascribitur casui fortuito; in dubio namque quisque censendus est bonae qualitatis, nisi contrarium probetur, vt probaui dicto consilio vltimo libr. 3. cons. Farinac.

Nec obstat, quòd probetur mandatum domini datum famulo pro immissione ignis, quia quatenus probatio desumitur ex confessione famuli, probatio nihil releuat, tum quia regulare est, quod cō-
4 fessio cuiuscumque praeiudicat sibi, non etiam tertio, l. Seia, vbi Castr. & alij, ff. ad Velleian. l. duobus §. 1. vbi Ias. ff. de iureiur. Afflict. decis. 245. n. 11. plenè Surd. decis. 218. num. 4. & cons. 6. num. 39. Farinac. quęst. 81. num. 65. in 24. limit. Achill. decis. 4. num. 2. de confess. Rot. decis. 802. num. 10. par. 1. diuers.
Tum etiam quia dum famulus confessus fuit crimen
5 proprium, minus haec confessio praeiudicat tertio, Abb. cons. 66. col. fin. vers. vltimo non obstat, lib. 2. ex textu in c. 1. de confess. & quia vbi agitur ex de-
6 licto alterius contra alium, vera, & concludens exigitur probatio, Alber. de Stat. prima par. qu. 52. Non. cons. 95. num. 14. vers. nam quando, Honded. cons. 98. num. 16. & num. 20. lib. 1.
Nullaque est difficultas hoc casu, quo famulus confitendo, se deliquisse adiecta qualitate ex manda-
7 to domini, illam cum adijciat ad sui exculpationem, nullam respectu huius qualitatis meretur fidem, l. deferre §. item decreuerunt. ff de iur. Fisc. vbi Bart. num. 2. vers. quandoque, Alber. de Malet. de testib. cap. 4. num. 15. Barz. decis. 72. num. 7. Farinac. de testib. quaest. 60. num. 18.
Non etiam obstat, quod mandatarius probet con-
8 tra mandantem, quoniam conclusio contraria est verior, & magis recepta, siue mandatarius asserat mandatum suscepisse, siue non, ne sit in arbitrio cuiusque scelesti alios vexare, vt de primo casu, itaquod nec dictum mandatarij sufficiens ad torquendum alijs non concurrentibus proximis ad delictum, comprobat Farinac. cons. 10. num. 31. 32. 33. & 46. & seqq. & cons. 19. num. 18. non obstante, quod agatur de delictis occultis, idem Farianc. cons. 55. num. 4. 17. & 34. & seqq. Clar. in allegata exaduerso quaest. 21. num. 12. in principio; de secūdo vero casu idem Farinac. dicens, admittendum non esse, quod in cuiuslibet ribaldi potestate sit quemlibet inculpare, cons. 192. num. 22. idemque Clar. d. quaest. 21. num. 12. post med. vers. mihi placet communis, vbi etiam testatur, ita semper ferri vidisse.
Minusque obstat, quod saltem socius criminis pro-
9 bet ad effectum ciuilem, ac proinde ad emendationem pretensi damni ex allegatis exaduerso relatis etiam per Farinac. quaest. 43. num. 111 & seq. quoniam responsio habetur ex eodem Farinac. num. 115. & seqq. vbi benè authoritatibus, & rationibus probat, socios criminis admitti quidem in ciuilibus, sed non ad plenam probationem, praecipuè quando non constat de superuenientia eorum emandationis, Decian. verò, quem Farinac. non allegat, loquitur ad effectum accusandi, non autem probandi, vt patet lib. 3. cap. 19. n. 6. tractat. crimin.
Hoc autem casu, quo nedum minimè constat, confitentem esse socium criminis, nisi ex eius dicto tēdente ad propriam exonerationem, quò etiam tendunt alia contra ipsum confitentem deducta, sed praetensus socius criminis est vnicus, res est indubitata, cum alioquin sequeretur absurdū, quod maior fides praestaretur socio criminis in ciuilibus,

bus, quàm alteri cuicumque testi, omni exceptio-
10 ne maiorj, & certum sit, dictum vnius censeri dictum nullius, c. licet vniuersis, & c. veniens de testib. Farinac. dicens nec Senatoriam, nec Presidalem, aut aliam dignitatem ad hoc suffragari, de testib. quæst. 63. num. 4 & seq.

Demum nec releuat, quod famulus delinquendo ad vtilitatem domini præsumatur id fecisse de eius
11 mandato, tum quia idem Decian. exaduerso allegatus in tractat. crimin. lib. 9. cap. 37. num. 10. in princ. firmat, regulam esse in contrarium, & licet ad med. referat dicentes secus esse ad effectus ci-
12 uiles, id tamen intelligit, quando alia concurrunt, quæ in hoc casu deficiunt, vt per eumdem Decian. eod. n. 10. ad fin. vers. sed dicas.

Tum etiam quia procedit obiectum, sicut intelligit
13 idem Hieronymus de Federicis exaduerso adductus, quando datur sola domini vtilitas, non etiam quando aliqua ipsius delinquentis vtilitas versari potest, sicut versabatur in hoc famulo ratione euitandi maioris laboris in arando, dictus Feder. inquam, post lib. 2. consil. Farinac. resolut. 42. numer. 2. ante med. vers. citra aliquam ipsius vtilitatem.

Tum, & tertio quia nec conclusio procedit ad effe-
14 ctum condemnandi, sed solum ad effectum inducendi suspicionem contra dominum, vt ex textu in c. cum ad Sedem, de restit. spol. firmat etiam in ciuilibus idem Honded. pariter exaduerso alleg. consf. 97. num. 11. ante finem, & num. seq. lib. 2.

Atque hinc neque etiam obstat decisio Gregorij in
15 Romana incendii, 278. quoniam in eo casu agebatur de igne immisso in casale locato sub promissione de restituendo illud melioratum potius, quã deterioratum, vt patet in principio eiusdem decisionis, atque ex hac ratione decisio firmat, onus probandi fuisse conductoris, quòd nulla sua præcedente culpa incendium contigerit; in hoc autẽ casu agitur de incendio sequuto in re propria, in qua propterea applicabile sine dubio non est pactum prædictum, & consequenter cessantibus rationibus decisionis, cessat fundamentum ex illis desumptum ex adductis per Add. ad eamdem decisionem, num. 14. vers. & tanto magis in concernentibus proprium interesse.

ARGVMENTVM.

De foro in Causis damni dati, & an detur appellatio suspensiua.

SVMMARIVM.

1 *Damnum datum dicitur maleficium. Et num. 3.*
2 *Damni dati actio dicitur pœnalis.*
3 *Damni dati occasione dominus animalium sortitur forum loci, in quo datur damnum. Et num. 7.*
4 *Iurisdictione cessante cessat ratio, ne continentiæ Causæ diuidantur.*
5 *Rota non cognoscit nisi de Causis arduis.*
6 *Priuilegia in corpore Iuris clausa non suffragantur ad effectum euitandi forum delicti.*
8 *Damnum dantes, quando loca sunt bannita, tenentur etiam criminaliter ad pœnam ratione contemptus.*
9 *Damnorum datorum Causæ non recipiunt appellationem suspensiuam.*

CONSILIVM CCCXXXVI.

Rescribendum videtur pro moderatione inhibitionis quoad pœnas, & damna data, tum quia cum Causæ eiusmodi sint criminales, quia da mnũ
1 dare est maleficium, l. ex maleficijs, ff. de act. & obl. §. ex maleficio, instit. de oblig. quæ ex delicto nascunt. in princ. Bonifac. de Vital. de damn. dat. nu. 62. Boss. tit. de damn. dat. num. 1. ac propterea pœ-
2 nalis dicitur hæc actio ex sui natura, quia ex maleficio descendit, Host. in sum. lib. 5. rubr. de damn. dat. num. 9. vers. & qualis, in fin. adeoquod comprehenditur sub Statuto de maleficijs loquente, Magon. decis. Florent. 89. num. 7. siue damnum detur ab homine libero, vt d. l. ex maleficijs, siue à seruo, pro quo proditæ sunt noxales actiones, Instit. de noxal. in princ. siue etiam damnum detur ab animalibus, pro quo prodita est actio de pauperie, & aliquando de ædilitio edicto, quæ actio pariter est pœnalis, vt probat text. Instit. si quadrup. pauper. fecisse dicat. in princ. iuncto §. fin. in fine, vt etiam per Host. d. lib. 5. rubr. de pauper. numer. 6. vtique
3 proinde delinquentes, & dominus animalium dãnum dantium sortiuntur ratione maleficij forum, in quo delinquitur, & præsertim in prima instantia, & præsertim cum ibidem concurrant locus originis, & domicilij, l. 1. & Auth. qua in Prouincia, C. vbi de crim. agi oport. l. 1. C. de iurisd. omn. Iud. cum alijs per Farinac. de inquisit. quæst. 7. num. 1. & seqq.

Tum etiam quia eadem ratione, quòd Causæ damnorum datorum sunt criminales, non possunt in Rota cognosci, quæ neque vult in illis se intromittere, adeoquod cessante propterea in hac qualitate iurisdictione, neque hoc casu locus est regulæ,
4 ne continentiæ Causarum diuidantur, Bart. in l. in commodato, §. duobus, ff. commod. Ias. in l. nulli, n. 6. vers. quarto, C. de iudic. Menoch. de arbitr. cas. 371 num. 23,

Tum & tertio quia, cum Causę damnorum datorum sint de minimis, & egeant celeri expeditione, non
5 sunt dignæ tribunali Rotæ, quę non cognoscit, nisi de arduis, Anchar. in c. Statutum, in princ. num. 4. vers. contrarium, de rescript. in 6. Aegid. decis. 37. vers. ratio.

Ideoque non obstat priuilegium fori ex ætate pupil-
6 lari domini animalium, vel quia in materijs criminalibus etiam priuilegia in corpore Iuris clausa minimè suffragantur ad effectum, vt quis forum, in quo delinquit euitare possit, vt est tex. in c. 1. de priuil. in 6i

Vel quia non suffragantur in hac specie Causarum
7 damnorum datorum, quia in his speciale est, quòd cognoscantur in territorio, vbi damnum est datum, Vincent. de Anna singul. 137. Nouar. in praxi elect. & variat. fori, sect. 2. quæst. 2. n. 14.

Minus autem obstant deducta ex prætenso iure pascendi, & ex pretextu, quòd Causa sit introducta per remedium appellationis, quia obiectum prætensæ quasi possessionis tollitur ex facto, dum ex iuribus publicis non solum ostenditur contrariũ,
8 sed ex eisdem constat, Partem aduersam fideiussores præstitisse de soluendo pœnas damnorum datorum in bannitis reseruatis, in quibus propterea magis admittitur ratione contemptus, quod Causa sit pœnalis, vt per Vincent. de Anna singul. 138.

Obiectum verò prætensę appellationis minus facit,

dum in his Causis minimis damnorum datorum non datur appellatio, & præsertim suspensiua, ex quo indigent celeri expeditione in ipso loco, vbi damna committuntur, l.fin.ff de appell. Specul.de procur.§.in quibus,vers.8.Rebuff.de sent.prouis.in præfat. n.142.

ARGVMENTVM.

In Causis damni dati an detur suspensiua appellatio.

De damno dato in pascuis reseruatis à Barone.

SVMMARIVM.

1 *A Mandato de exequendo non datur appellatio.*
2 *Appellatio non datur in Caussis damnorum datorum.*
3 *Appellatio non datur in Causis, quæ indigent celeri expeditione.*
4 *A Mandato de manutenendo non datur appellatio.*
5 *Pascua communia possunt reseruari a Barone, quando non exceditur solitum, & consuetudo Regionis.*
6 *Pascua funditus prohiberi possunt in bonis propriis prohibentis.*
7 *Aestimatorum relationi standum est.*
8 *Causæ plures separatæ respectu summæ, separatim considerantur respectu appellationis.*
9 *Damnificans conueniendus est in loco damni dati.*
10 *Damnorum datorum Causæ sunt criminales, non cognoscendæ in Rota.*

CONSILIVM CCCXXXVII.

VIdetur signanda reformatoria ad effectum, vt inhibitio vigore prætensarum commissionum emanata declaretur non afficere quoad pœnas damnorum datorum, tum quia vel appellatio fuit
1 exaduerso interposita à mandato de exequendo, à quo saltem suspensiuè appellari non permittitur, l.ab exequutore, C.quor.appell. c.nouit, de appell. Gemin.cons.99.num.2. Caputaq. decis.40.num.1. par.1.vel à relaxatione mandatorum in his Causis
2 damnorum datorum, in quibus cum etiam de stilo notissimo omnium Curiarum procedatur exequutiuè, consequenter appellatio denegatur, vt per Pedemont.decis.86.n.4.

Præsertim cum in hoc ratio concurrat, quòd istę
3 Causæ indigeãt celeri expeditione, in quibus quoque appellatio denegatur, l.fin.ff.de appell.Specul. de proc.§.in quibus, vers.8. Rebuff.de sent. prouis. in præfat.n.142.

Tum etiam quia, cum ex vltimo deductis plenè constet, D.Ducem, eiusque conductores esse in possessione reseruandi vnam ex siluis ad eius libitum, ac desuper bannimenta, ac edicta pœnalia promulgandi, pœnasque damnorum datorum à damnificantibus etiam ab ipsis Partis aduersæ authoribus exigendi, affectus consequutiuus hujus possessionis debet esse, vt exequutio non retardetur eadem ratione, l.qua à mandato de manutenendo
4 non datur appellatio, nè lite pendente posidens commodo suę possessionis priuetur, Benintend. decis.79.num.6.Seraphin.decis.1295.num.1.& seq. Rot.in recent.decis.287.num.7. par.2.

Prẹsertim cum ista reseruatio, bannimentorum publicatio, pœnarumque à damnum dantibus exactio habeant quoque Iuris assistentiam; siquidem
5 licet pascua non possint forsan à Barone reseruari, vbi agitur de pascuis communibus, id tamen intelligitur, quando exceditur solitum, & consuetudo Regionis, secus vbi solitum seruatur, vt in hoc casu ex plenè deductis in facto. Couar.var.resolut.lib.1.cap.17.num.11 ad fin.vers. sic Rector,
6 Surd.cons.27.num.10.propè fin. cum imò possint pascua funditus prohiberi, vbi prohibitio tangit siluas, & bona propria prohibentis, vt in hoc casu, l.pratum, & ibi glos.ff.de verb.signif.l.qui agrũ C.de seruit.l.1.2.& seq. C.de pasc. public.& priuat. lib.11.Couar. pract.cap.37.num.2.vers.2. Afflict.in Constit.lib.3.rubr.37.num.8.

Nec obstat allegatio prætensi grauaminis, quia de illo nullatenus constat, sed bene constat, de con-
7 trario ex relationibus officialium, & æstimatorum, quibus est standum, vt in his terminis firmant Alex.cons. 137. numer.3. lib.7. Afflict. in Constit. d.lib.3.rubr.37.numer.16. Rot. decis.370. num.1. par.1.

Neque aliud suaderi potest ex prætensa grauitate summæ, in qua sequuta fuit condemnatio quia imò quantitas est minima, cum agatur de damnis datis duodecim vicibus per duodecim æstimationes, quæ in totum non excedunt scuta 195. siquidem cum separatim super dictis accusationi-
8 bus fuerit processum, vtique ex paruitate summæ vnaquæque Causa minimè est appellabilis iuxta notata per illum textum in l.qui separatim, 19. in principio ff. de appell.

Minus obstat prætensum ætatis pupillaris priuilegiũ,
9 quia cum in his Causis damnorum dentur particulares Iudices in Partibus particulari ratione, priuilegium non suffragatur, vt in terminis per Nouar.in praxi elect.for.sect.2. quæst.2. numer.14. & quæst. quæst.42.num.5.& aliis,

Magisque ad effectum, vt Causa remaneat in Rota
10 cum retardatione, quia Causæ damnorum datorum sunt criminales, Hostien.in summa lib.5. rubr.de damn.dat.num.9. vers.& qualis, Boss. de damn.dat. numer.1.Magon. decis. Florent.89. numer.7. in criminalibus autem Rota non se ingerit.

ARGVMENTVM.

Creditori ex causa pascuorum, vel damni dati in herbis an competat prælatio aduersus alios creditores.

SVMMARIVM.

1 *Creditor ex causa pascuorum habet hypothecam super animalibus cum prælatione aduersus alios creditores habentes anteriorem expressam.*
2 *Creditori ex causa pascuorum datur retentio animalium.*
3 *Locator ad rerum conseruationem habet hypothecam cum prælatione.*

4 *Cre-*

4 *Creditor gabellæ contractus præfertur, quando ex contractu prouenit vtilitas creditoribus ad eorum satisfactionem.*
5 *Dominus tenetur ad impensas, quæ fiunt ad rem perficiendam, aut conseruandam.*
6 *Pro damno dato non competit hypotheca, aut retentio animalium.*
7 *Actio de pastu pecoris competit, quando agitur de solo pastu, & vsu herbarum.*
8 *Dominij iura habens præfertur creditoribus.*

CONSILIVM CCCXXVIII.

Moderanda est inhibitio vltimo loco extorta à Domina Catherina ratione prætensi crediti dotalis ad impediendam exequutionem, de qua agitur; cum enim ius exequendi proueniat ex pa-
1 stu herbarum animalium, in quibus exequutio est facienda, vtique hoc respectu creditum huius Partis dicitur potius ceteris omnibus creditoribus quantumuis expressam anteriorem habentibus, cum alimenta tendant ad subiecti cōseruationem, alioquin sine illis perituri, textus est in l.huius 6. ibi, & si in cibaria, ff. qui potior. Neguſ. de pign.3. membr.7.par.num.14 15.& seq. Decian.qui pluribus comprobat conſ.108.num.23.& seq. lib.2. Caualcan.decis.44.num.46.in fin.& seqq. par.1. & decis.5.numer.7. par.2.Surd.de alim.tit.8.priuileg.62. num.13.& seq.Fælic.Solis de censib.5.in 2.tom.lib. 3.cap.5.num.12.Flor.Diaz.de Mena pract.quæst 6. art.3.num.12.Rodriq.de concurſ.credit.par.1.art. 3. num.19.& seq.Gratian.discept. cap.25. num.18.
2 qua ratione datur retentio non solum ipsorum animalium, quibus alimenta sunt præstita, donec illa soluantur, Plot.de in lit.iur.num.874.aliàs §. 53.num.7.Alciat.reg.1.præsumpt.50.ad finem Menoch.de recuper.remed.11.num.8 & 9. Peralt. in rubr.ff.de seruit.numer.138. & seq.sed etiam liberi hominis,vt per Rebuff.de litter.oblig.art.4. glo.2. num.3.& Surd.de alim.d.tit.8.priuil.62.num.15.& seqq.

Atque hinc est, quòd licet hipotheca tacita, quæ
3 competit locatori in rebus inuectis, & illatis, careat prælatione, datur tamen etiam cum prælatione, vbi locatio deseruiat rerum conseruationi, ex quo tunc negocium creditorum vtiliter fuit gestum, Bart.in l.interdum,num.2.ff.qui potior, Ludouic.decis.Peruſ.84.n.3.Caroc.de loc.par.5.tit de inuect.quæst.21.num.4.Cardin.Mantic.de tacit.libr.11.tit.23.à num.2.ad 7.

Sicut eadem ratione licèt secundum magis receptā tacita hypotheca, quę datur pro gabellis careat
4 priuilegio prelationis, non tamen caret, quando ex contractu, ex quo gabella debetur, prouenit vtilitas creditoribus ad eorum satisfactionem; quandoquidem ideo tunc gabellæ exactio præfertur omnibus, quia propterea onus dicitur rei affixum, & ad quemcumque res illa transit, affixionem oneris secum portat, Laſſart.de decim.vendit. cap.7.num.59.Girond.de gabell. par.4.§.1. ante numer.8. & seq.quos iuxtà distinctionem supradictam intelligendos esse firmant Azeued. ad Constit.Hispan.lib.9.tit.18.leg.8.num.8.ad fin.& nu.10. 11.& seq.Rodriq.de concurſ credit.par.1.art.5.nu. 17.ad fin.

Est enim deductio impensarum, quę ad rem perficien
5 dam, aut conseruandam fiunt, adeo necessaria, vt etiam dominus ipse rei in quocumque casu ad illas teneatur, quamobrem si tenetur dominus, nulla ratio videtur dari posse, quin fortius teneatur creditor ratione suæ prætensæ hypothecæ ab eodem domino causam habens, Afflict. decis.44. num.32.Natt.conſ.536.num.7. & seqq. Surd. decis. 282.num.31.Seraphin.decis.514. num.1.

Nec obstat, quod occasione debiti ex causa damnorum datorum non detur hypotheca, cum prælatione, sicut licet retentio detur pro cibarijs,& ali-
6 mentis, non tamen datur in damnis datis, vt per Surd.d.tit.8.priuil.62.num.2.de alim. quoniam obiectum cessat, tum quia termini damni dati, qui
7 intelliguntur cum rei corruptione, non applicantur in hoc casu, in quo agitur de solo pastu, & vsu herbarum iuxtà earum destinationem, quapropter prodita est in hoc casu non actio damni dati, aut legis Aquiliæ, sed de pastu pecoris iuxtà text. in l. qui occidit,30. in fin. princ.verſ. si quis alienum, ff. ad leg. Aquil.vbi post glos.in verbo, vtilis, Florian.in fine inquit, hoc notandum, quia quotidie euenit l. qui seruandarum,15.in fin.ff.de præscript verb.vbi Alber.propè fin.glos.in l.fin.in verb.agere. C.de leg.Aquil.Cuiac.lib.1.sentent.Iur.Paul.tit.15. post princ.verſ.non tantum, vbi quod pastus pecoris pauperies, aut damnum non est, vt etiam inquit, ff. par.5.lib.36.cap.4.in 4.diuis. ad med.Oinot.in tit.inst.si quadr.pauper.fec.dic.num.7.& in tit.de leg. Aquil.in princ.num.5.Peralt.in d.rubr. ff. de seruit.num.138.ad fin.Marcobrun.conſ.32. n.3. & seqq.& num.10.

Tum etiam quia aut Pars aduersa eligit solutionem pastus, & herbarum, & procedunt supra proximè deducta, aut eligit deditionem corporis animalium pro noxa iuxta l.1.ff.de noxal.act. & tūc quia
8 proinde hæc Pars acquirit ipsorum corporum dominium, consequenter etiam præferenda est vtentibus iuribus creditorum, vt per Florez Diaz. d. quæst.6. pract.lib.1 art.3.num.40.

ARGVMENTVM.

Damno dato ab Ecclesiæ animalibus an, & quando Iudex laicus procedere possit contra colonos, & custodes.

SVMMARIVM.

1 *Damni dati Causa pertinet ad Iudicem Ecclesiasticum, quando ab animalibus Ecclesiæ fortuito damnum datur, secus vero quando coloni, & custodes sunt in culpa.*
2 *Damnum an sit datum fortuito ab animalibus Ecclesiæ, an coloni, & custodes sint in culpa, cognitio pertinet ad Iudicem Ecclesiasticum.*
3 *Coloni Ecclesiæ non subijciuntur Iudici laico, quando indirectè resultaret præiudicium Ecclesiæ.*
4 *Consuetudo, & Ius commune æquiparantur.*
5 *Causarum continentiæ non diuiduntur.*
6 *Damno dato ab animalibus Ecclesiæ non diuiditur iurisdictio inter Iudicem Ecclesiasticum respectu animalium, et Iudicem laicum respectu custodum, quando indirectè Ecclesiæ resultat præiudicium.*

CON-

CONSILIVM CCCXXXIX.

NOn est recedendum à resolutione huius Sacræ Congregationis 18. Martij, & 14. Iunij 1625.
1 per quam firmatum fuit, colonos, & custodes Ecclesiasticorum, damnum dantes in bonis laicorum cum animalibus eorumdem Ecclesiasticorum conueniendos esse coram Iudice Ecclesiastico, ac propterea cognitionem huiusmodi Causarum spectare ad Ordinarium, quoniam resolutio fuit iustissima, non obstantibus exaduerso obiectis, tum quia Butr. in c. grauem 53. num. 18. de sent. excom. Felin. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 104. ad fin. de Constit. Gram. consf. ciuil. 102. num. 8. & seqq. cũ alijs per Surd. conf. 301. num. 88. lib. 3. loquuntur in damnis datis propria culpa, malitia, aut negligentia custodum permittentium, animalia damnum inferre, nec ea aliter arcendo, ne damnum inferant, non autem in damnis datis ab animalibus non ex proposito, & consulto, sed casu; siquidem in hoc casu cessat ratio prædicta, cum pœnæ hoc casu nõ sit locus, & ad damni emendationem dominus animalium teneatur, Luc. de Penn. in l. 2. C. de pasc. public. lib. 11. Frecc. de feud. lib. 2. tit. de auth. & pot. Baron. author. 46. num. 3. Afflict. decis. 290. num. 5. & lib. 3. Constit. rub. 37. numer. 7. ad fin.
2 vers. idem dicendum; quamobrem cognitio huius controuersiæ, an damnum illatum fuerit ex proposito, vel casu, pertinet ad ipsum Iudicem Ecclesiasticum, idem Butr. in c. cœterum num. 9. de iudic. Couar. pract. quæst. cap. 33. num. 1. vers. primum illud, Farinac. quæst. 8. numer. 33. vbi de communi.

Tum etiam quia receptissima est limitatio contrariæ
3 conclusionis, vt illa non procedat, quando per indirectum resultaret præiudicium Ecclesiæ, vel personis Ecclesiasticis, prout resultat hoc casu, quo cum bona D Ducis ab omni parte cohæreant cum illis hospitalis, ac proinde difficillimum sit ita animalia costodire, vt aliquando damnum non inferant, hospitale, vbi coloni, & custodes possent conueniri à Iudicibus D. Ducis, eos absque dubio non inueniret, & præsertim iunctis alijs, quæ in facto deducuntur, & alias supponitur huic Sacræ Congregationi constitisse, Feder. de sen. consf. 111. num. 10. vers. verumtamen, Felin. in d. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 99. post princ. vers. & ideo dicit eleganter de Constit. Capra regul. 96. num. 86. Menoch. de arbitr. cas. 562. num. 54. Carol. de Graff. de effect. cleric. effect. 3. num. 71. Antonin. Maceraten. var. resolut. lib. 1. resol. 111. num. 32. & seq. idem Surd. d. consf. 301. num. 74. in fine, & num. 75. 76. & seq. Leon. in thesaur. for. Eccles. par. 1. cap. 14. nu. 6. post med. vers. & quia propter grauamina.

Atque hac ratione meritò Sacra hæc Congregatio noluit attendere obiectum prætensæ immemorabilis consuetudinis cognoscendi Causas damnorũ datorum contra laicos damna inferentes cum animalibus Ecclesiæ, quamuis, vt dicitur, approbatæ à Congregatione boni regiminis; cum enim consuetudo, vbi probata sit cum requisitis, non sit maioris potentiæ, quam Ius commune, ideo ex causa præcedentis limitationis, ne Ecclesia per indirectum lædatur, recedendum est à consuetu-
4 dine, quemadmodum receditur à Iure, l. omnes populi, ibi legibus, vel moribus, vbi Bart. num. 1 ff. de iust. & iur. Cardin. Caualer. decis. 497. num. vers. Statuto.

Minus obstat pretensa resolutio Sacræ Congregationis Cardinalium controuersijs iurisdictionalibus præpositorum, in qua firmatum dicitur, vbi coloni, & ministri Ecclesiarum, & clericorum damnificant cum animalibus Ecclesiarum, vel Ecclesiasticorum cognitionem quoad personas spectare ad laicum, quo verò ad animalia ad Curiam Ecclesiasticam, quia præterquam quòd huiusmodi diuisio fieri nequit, saltem vbi damnum sit illatũ, ab animalibus casu, & ex accidenti, non autem consultò, & studiosè, cum tunc, ex quo Causa respectu emendationis damni concernit interesse Ecclesiarum, debet ab Ecclesiastico Iudice co-
5 gnosci tanquam digniore, ne continentiæ Causarum diuidantur, & in materia damni procedentis à facto indiuiduo contingat super eadem re diuersas, vel contrarias ferri sententias, l. qui de crimine 9. vbi glosa in verb. super vtroque, C. de accus. Boss. de for. comp. num. 115. & seq.

Adhuc retenta dicta resolutione pro vera intelligenda videtur, vbi non applicatur limitatio supradi-
6 cta, secus verò, vbi applicatur, quemadmodum applicatur hoc casu, quia alioquin læderetur Ecclesia, & hospitale in non reperiendo colonos, & custodes ex prædictis, alijsque rationibus sæpius in hac eademCongregatione admissis, ex Feder. de Sen. d. consf. 111. num. 10. vers. verumtamen, Felin. Menoch. Surd. & alijs superius allegatis.

ARGVMENTVM.

An, & quando dicatur ædificari ad æmulationem:
De correspectiuitate obligationum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de duabus conformibus intelligitur de validis, et iustis.*
2 *Aedificare in suo solo cuicumque licet citra æmulationem.*
3 *Aemulatio non præsumitur in ædificante.*
4 *Implementi defectus non obijcitur ab eo, cuius non interest.*
5 *Exceptio admittitur, quæ tacitè venit ex natura rei.*
6 *Vnum dicens, ex quo aliud sequitur, vtrumque dicit.*
7 *Antecedens necessarium includitur, quando dispositio etiam stricti iuris non posset sortiri effectum.*
8 *Implementi defectus non obijcitur ab eo, qui primò deficit.*
9 *Exceptio extrinseca non admittitur contra instrumentum, in quo renunciatum fuit cuicumque exceptioni.*
10 *Damnorum, et interesse appellatione veniunt pensiones domus. Et num. 13.*
11 *Superfluum est petere id, quod habetur.*
12 *Pensiones domorum sunt earumdem domorum fructus.*

CONSILIVM CCCXL.

PRonunciandum pro hac Parte, non obstantibus prætensis duabus conformibus rem iudicatam facientibus ex dispositione Statuti; quia statutum
1 intelligitur, quatenus sententiæ sint validæ, ac iustæ, Rimin.cons.150.num.13.lib.1.Rot.decis.662. num.3.par.1.recent. & in Bononien.de Ghellis 9. Iunij 1610.coram R.P.D.Coccino.

Constat autem de iniustitia, siue iustificatio sententiarum fundetur exaduerso in dispositione Iuris communis, siue in qualitate conuentionum inter has Partes initarum, quia quod attinet ad Ius
2 commune, regula est pro hac Parte, quod liceret sibi ædificare in suo solo, & area, faciendo opus, quod sibi citra æmutationem, & sine animo nocendi prosit, licet exinde damnum tertij resultet l. Proculus, ff.de damno infect. l. 1. §. denique il primo, ff. de aqua pluuia arc. latè Bero, cons. 144. n.3.seqq.& per tot.lib.3.Castr.in l. si tibi per illum textum, C.de seruit.& aqu.Corn. cons.282. num.4. vers.& potest,lib.4.Aym.cons.94.num.2. Molin. de iust.& iur.tom.3.tit.de delict.vel quasi,disput. 706. num.1. ad med.

Aemulatio verò, vel nocendi animus nunquam præ-
3 sumitur in ædificante in solo proprio,glo.communiter approbata in l.flaminum §. fin. in verb. non teneri, vbi Bart.& alij, ff.de damn.infect. Veronen. de seruit.Vrb.præd.cap.39.num.3.Padil. in l. altius numer.22. C. de seruit. & aqua Bott. cons. 77. numer.6.

Et quod attinet ad conuentiones, quoniam licet à D.Marchione promissa fuerit puntellatio necessaria domui Partis aduersæ ad effectum, nè rueret, ruinaque occurrente ante perfectionem fabricæ D.Marchio teneretur proprijs impensis ad reductionem in pristinum, tamen ex hoc capite commissio stipulationis prætendi nequit, dum Pars
4 aduersa interpellata ad præstandam patientiam puntellationi necessariæ, hoc est repletioni arcuū, & fenestrarum in partibus vacuis recusauit patientiam huic necessariȩ puntellationi prȩstare, quamobrem non stetit per hanc Partem, quominus à se promissa effectualiter impleret, Aym. cons.59.n.2. Menoch cons.1.num 370.Surd. cons.101. num.24. & decis.265. num.39. Rimin. sen.cons.92. num.17. lib.1.Cȩsar de Graff. decis.146. num.3. Greg. decis. 347.num.11.

Neque enim dubitari potest, quin promissio puntellandi contineret correspectiuitatem præstandi ex-
5 aduerso patientiam, tum quia huiusmodi repromissio tacitè inerat ex natura rei, Canar. de exequut.instr.quæst.26.ad fin.& quæst.seq.Galles. de oblig.Camer.quæst.1.ad 4. par. num.10.Felin.in c. ex parte,il 2. in 10. limit.& ibi Dec.num.57. de offic.deleg.Rot.decis.39.num.4. post Zacch. ad Galles.

Tum etiam quia cùm puntellatio necessaria præstari non posset a D.Marchione, nisi prius à DD.aduersarijs præstaretur puntellationi patientia, conuētio super puntellatione vtramque vicissitudinariam hanc promissionem continet, tam ex regu-
6 la, quod conueniens vnum, ex quo aliud sequitur, vtrumque conuenit, Surd.cons.310. num.11. Seraphin.decis.447.num.2.quàm etiam quia,quā-
7 do alias actus effectum sortiri non potest, dispositio quæcumque quantumuis stricti iuris includit omne necessarium antecedens, etiam maius expressis,Rot.decis.450.num.2.vers.non obstat,par.1. diuers.

Atque hac ratione cùm prius exaduerso præstanda esset patientia, quàm ex hac Parte puntellatio fa-
8 cienda, sequitur, quod prior quoque Pars aduersa defecerit in adimplendo, ac proinde meritò exceptione non implementi repellatur, Soc.cons. vltimo num.3.vers.non obstat lib.3.Bald. in l.1. n.22. C.de vsur.& fruct.leg.Rot.post Zacch.ad Galles.decis.139.num.3.

Nec obstat, quod Pars aduersa non teneretur hanc patientiam præstare, nisi fieret sibi instrumentum promissionis soluendi pensiones eiusdem domus, quoniam in eodem instrumento, in quo à D.Marchione promissa fuit puntellatio, Pars aduersa promisit non contrauenire,nec facere, dicere, excipere, opponere, vel venire per se, nec per alios directè, nec indirectè, nec de iure, nec de facto, sub quouis prætextu, iure, capite,causa,vel quęsito colore etiam sub obligatione tam D.Prosperi, quàm D.Dominici in solidum. Aut enim Pars aduersa admittit quòd promissio soluendi prætensas pensiones esset extrinseca à dicto instru-
9 mento, & tunc iniusta fuit recusatio præstationis patientiæ ob prætextum ab instrumento alienum, stante promissione obseruantiæ eiusdem instrumenti non obstante quacumquè exceptione, Felin.in c.ex parte 13. num.6.post princ.vers.sublatis exceptionibus,de offic.deleg.

Aut prætendit,hanc exceptionem esse legitimam, quia veniret ex eodem instrumento, & ex hoc ipso capite præstatio patientiæ non poterat recusari, dum ex eodem instrumento Parti aduersȩ consultum erat per promissionem damnorum, & inte-
10 resse, quorum appellatione pensiones domus veniebant, Rot.decis.71.numer.7.pas.2.diuers. qua-
11 propter irrationabilis erat prȩtextus eius,quod ex tenore eiusdem instrumenti sufficienter consequebatur,l.si hominem §.si prædo, ff. de solut. §. sic itaque, Instit.de act.Bald.cons.281. ad med. libr.5. Rimin.iun.cons.214.num.55. lib.2.

Et præsertim cum negari non possit,quin pensiones
12 domorum censeantur earumdem domorum fructus, Bal d.cons.118.in fin.lib.1.& in l.traditio in 12. quæst.C.de act.empt.Alex.cons.180. lib.2.Rot. in Romana medietatis domus 26.Iunij 1628. corā R.P.D.Coccino.

Nam hoc stante, nulla quoque est difficultas, quin
13 appellatione damnorum, & interesse, quæ fuerant in d. instrumento ad fauorem Partis aduersæ per hanc Partem promissa, venirent huiusmodi pensiones tanquam fructus, vt per Rot.decis.259. num.7.ad fin.par.4.diuers.

ARGVMENTVM.

Exceptio inimicitiæ, quæ repellit testem à probando contra delinquentem principalem, an repellat à probando contra auxiliantem.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia capitalis impedit examen testis.*
2 *Inimicus sicut non probat contra principalem, ita non probat contra auxiliantem. Et num.5.*
3 *Testis, qui non admittitur ad probandum delictũ principale, non probat mandatum delicti accessorium.*
4 *Delictum mandantis, et mandatarii an sit vnum numero, controuersa est quæstio. Et num.6.*
7 *Delictum mandantis, et mandatarii respectu probationis est indiuiduum.*

CONSILIVM CCCXLI.

INimicitia capitalis, quę impeditiua est examinis testis ex adductis per Farinac. de testib. quęst.62.
1 num.357.& quęst.53.num.17 non solum repellit quatenus principaliter, & directè percutit inimi-
2 cum, sed etiam, quatenus consequutiuè offendit alios, qui prætenduntur idem delictum cum inimico commisisse, atquè hac ratione, qui non probat contra delinquẽtem principalem ex eo, quod sit illi inimicus, minus probat aduersus auxiliantem, vt per Alex.cons.99.num.4.post princip.vers. præterea iste testis, lib.1.& cons.127.n.6.lib.4.Marsil.cons.49.num.12.

Qua ratione testis, qui non probat delictum princi-
3 pale, neque etiam probat mandatum eiusdem delicti accessorium, l.si is, qui rem, 68.§.si tu Titium vbi Bart.per illum textum num.2.ff.de furt.Boss.de delict.num.35 & 39.Marsil.cons.49.num.11.& seq. Bursatt.cons.20.num.2.post med.vers.nec subsistit. Natt.cons.422.num.5.Gabr.de malefic. conclus.1. num.42.Decian.tract.crim.lib.9.cap.33. quomodo mandans, & mandatarius sint correlatiui, num.1. & seq.Farinac.quæst.3.num.1. & seqq. vbi de communi, & cons.24.num.11.ad med & cons.34.nu.1. & cons.73.num.7.ad fin.& cons.195. numer.14.in fine, Muscatell.tract.crim.de cognit.seu probat.delict.tit.de homicid.mediante mandato numer. 8. Hect.Fęlic.alleg.114.nu.13. vers.& quia non constat, & alleg.167.num.1.vers.in primo casu, par.2. Giurb.consil.91.numer.18. & seq.& consil.97. numer.7.

Huius autem conclusionis fundamẽtum est ratio indiuiduitatis, quam adducit Bald.cons.259 num.6.
4 in fine lib.1.inquit enim, quod ex quo delictum facientis, & mandantis est vnum numero realiter loquendo, vt etiam per Cyn. in l. 1. præsertim ad fin.C.si Reus, vel accusator mort.fuer.vbi loquitur in crimine falsi, proinde non potest probari vnum sine altero.

Atque hac ratione sublato vno ob inimicitiæ excep-
5 tionem, necesse quoque est submoueri alterum, & vtriusque idem debere esse iudicium, Decian.tract crimin.d.lib.9.cap.33.nu.1.& seqq.Farinac. d.cons. 73.num.7.lib.1.& in fragment.crim. verbo, extẽsio num.242.par.1.

Et quamuis controuersa sit quæstio, an delictum
6 mandantis, & mandatarij sit vnum numero, vt voluit Bald.dicto cons.259.superius allegato, prout de hac controuersia per Nattam.d.cons.422.n.17. in princ. id tamen procedit eo respectu, quia diuersa sit vtriusque obligatio, tamen nulla est pro-
7 babilis cõtrouersia, quia respectu probationis detur indiuiduitas, quando prætenditur mandatum exequutum, quia probari nequit delictum vnius absque delicto alterius, vt per eumdem Nattam eod.cons.422.nu.17. post princip. vers. tamen non ingrediendo.

ARGVMENTVM.

Retinens ludum in domo an, & quando mereatur pœnam.

SVMMARIVM.

1 *Ludi pœnæ sunt de iure positiuo.*
2 *Ludus redditur licitus ex Statuto, vel consuetudine.*
3 *Licentia data à Superiore excusat a pæna.*
4 *Ludendi licentia non trahitur ad retinendum ludum lucri causa.*
5 *Testes singulares non probant.*
6 *Socius criminis non probat sine tortura.*
7 *Testes habentes interesse absque illius renunciatione non probant.*
8 *Generalis dispositio nulla facta exceptione quemcumque casum comprehendit.*
9 *Exceptio firmat regulam in omnibus non exceptis.*
10 *Delicti substantia deficiente non datur delicti qualitas.*
11 *Ludum retinenti impune fieri potest damnũ, iniuria, ac furtum.*
12 *Mixtum in pænalibus nõ comprehenditur sub simplici.*
13 *Rationis diuersitate concurrente ius diuersum statuitur.*
14 *Credulitas iusta excusat a pæna.*
15 *Dilatio vnica in criminalibus non sufficit, sed tres requiruntur.*

CONSILIVM CCCXLII.

NOn videtur substineri posse condemnatio Donati in pœnam ordinariam bannimentorum, quia cum habuerit licentiam ab Illustrissimo D. Gubernatore ludendi in domibus Ghetti pro se, & alijs hebræis socijs, absque tamen interuentu Christianorum, illaque controuerti nequeat, cùm de illa idem denunciator attestetur, quemadmodum Statutum, seu etiam consuetudo ludum permittere potest, cū illius pœnæ, siue ex lege, siue ex
1 bannimentis sint de iure positiuo, & in his casibus propterea pœnis non est locus, Paris. de Put. de lud. num.33. ad fin.& num.49.vers. vtrum Statutum, vel consuetudo, Caccialup. eodem tractat. de lud. num.72.quamuis enim controuersum sit, an Statutum, seu consuetudo possit non licitum facere licitum, nulla tamen est dubitatio, quin
2 etiam ludum prohibitum possit reddere impunibile, Farinac.quest.109.numer.53.Carpan.ad Statut. Mediolan. capit. 428. numer. 37. conclusione 1.

Ita quoque eumdem operatur effectum licentia lu-
3 dendi ab Illustrissimo D.Gubernatore obtenta, cum & illa omnem pœnam excludat l.ait Prætor. §. penultimo, & ibi glo.in verbo imputandum, ff. de

de minor.cum alijs per Farinac.conf.59. nu.9. post princip. verf. & quidem lib.1.

Nec obstat, quod licentia ludendi non trahatur ad
4 retinendum barattarias, seu biscazzas lucri, & emolumenti causâ in picchis, & repicchis, vt pote quia exinde augeatur delictum ex adductis per Farinac.d.quæst.109 numer.151. & 160. tum quia huiusmodi qualitas non probatur, cum hebræi, qui de ea deponunt, nihil probent, tam ex eo,
5 quod omnes sunt singulares, qui propterea non conuincunt, Gomez.var.tom.3.tit.de probat.delict.num.10.verf.item adde, Farinac.de testib. qu. 64. num.57. & seq. vbi quod nec etiam sufficiunt
6 ad torturam, quam etiam quia deponentes, se soluisse occasione ludi, faciunt se socios criminis, qui nec propterea probant saltem absque tortura, Felin.in c.personas 20. num.2. post med. de testib. Marsil.consil.22. numer.22. Vulpell. consil.3. numer.7.Bertaz. conf.234. numer.4.lib.1.imo nec aliquid faciunt, cum habeant interesse in re-
7 petitione soluti, ac proinde absque illius renunciatione eorum depositio nihil releuat, Bald.communiter receptus in l.dictantibus,num.3. C.de testib.Felin.d.cap.personas, in fine,Farinac.de testib. quæstione 60. numer.50.& seq. Sarnen.decis.10.libro 2.

Tum etiam quia licentia ludendi suffragatur, etiam quod testes prædicti afficerent; Primò quia est
8 generalis nulla facta exceptione retentionis biscazzæ, quæ propterea quemcumque casum comprehendit, etiam quod maior ratio prohibendi daretur in illa, quam in simplici ludo, vt pluribus comprobat Farinac. conf. 45. num. 7. & pluribus seq.lib.1.& in materia ludi est textus in§.quod autem Prætor.ff.de aleator.& præcipuè cum excepe-
9 rit interuentum Christianorum, ex quo absque dubio exceptio firmat licentiam in omnibus non exceptis, Rot.decis.51.num.10.& decis.69. num.4. par.1.recent.

Secundò, quia cum in delictis qualitates aggrauantes non applicentur, vbi non datur delicti sub-
10 stantia, vel propterea licentia ludendi tanquam exclusiua substantiæ delicti ipsius ludi excludit applicationem qualitatis aggrauantis, Boss. de delict.num.26.post med.verf.nam qui vult, & nu.32. vbi quod hæc exceptio semper admittenda, Bald. conf.465.num.1.2.& seq.lib.4. Paris. conf.167. post num.11.verf.nec obstant.lib.4.Gram. conf. crimin. 36.num.8.post med.verf.& sic vbi non est substantia, Caball. resolut. criminal. 286. numer. 3.& seq.

Vel cum bannimenta sint exorbitantia tanquam imponentia pœnam ratione huius qualitatis aggrauantis, quæ de Iure communi non admittitur,
11 postquam de Iure pœnæ augumentatio consistit solum in eo, quod retinenti biscazzas impune potest damnum, iniuria, ac furtum fieri, Angel. de malefic.in verb. mettidore de' mali dadi. num. 6. & ibi August.num.9.Menoch. de arbitrar. cas.399. numer.16. Farinac.d. quæst. 109. num.138. proin-
12 de excessiuitas pœnæ bannimentorum applicabilis casui simplici retentionis biscazzæ non patitur extẽsionem ad casum mixtum, quo retinetur, sed præuia ludendi licentia, vt plurimis comprobat Farinac.in fragment.par.2.in verbo, mixtum num.226.& plurib.seqq.

Et mirum quidem videtur, quod eadem debeat esse pœna ludentis, & retinentis biscazzas sine licentia, ac retinentis, sed ludentis cum licentia,
13 cum negari non possit, quin maius sit delictum in primo casu, quam in secundo, quamobrem non datur ratio, quare idem ius in vtroque sit statuẽdum, l.fin.ff.de calumn.Bald.in l. cum proponas, num.12.C.de nautico fœnore.

Tertio, quia ad omne peius credulitas sufficientiæ ex
14 d.licentia iustam præbet causam pœnę temperandæ.Farinac.quæst.90.num.124.& quæst.92.numer. 110.

Et præsertim cum sententiæ latæ non videatur habenda ratio etiam ex illius nullitate, cùm in cri-
15 minalibus tres sint assignandæ dilationes, & in hoc casu vnica tantum sit concessa.l. fin. ff. de for. & dilat.Clar.§.fin.quæst.48.num.2.

ARGVMENTVM.

Pater an & quando teneatur Fisco soluere legitimam filii ex Constitutionibus Pontificiis.

SVMMARIVM.

1 *Aestimum in archiuio, & loco publico conseruatum concludenter probat.*

2 *In Legitimam imputantur expensę pro delicto filii, quando solutio facta a patre non fuit spontanea.*

3 *Pater habens tres, aut plures filios non patitur bonorum confiscationem, sed ea bona filiis reseruantur.*

4 *Pater non tenetur soluere ex Constitutionibus Pōtificiis legitimam pro filio delinquente, quando tres, aut plures habet filios.*

CONSILIVM CCCXLIII.

Quamuis ex Constitutione Marchiæ lib.4.capit. 18. & Constitutione Sixti Quarti, de qua eod. lib.cap.19.pater teneatur pro capitali delicto filij vsque ad quantitatem legitimæ, tamen nullo modo tenetur D.Io.Baptista in casu, de quo agitur, tum quia calculato valore suorum bonorum iux-
1 sta ęstimum, de quo constat, quodque cum sit in libro antiquo, & in archiuio, & loco publico authenticè conseruato, concludenter probat, Soc. conf.205.num.1.in fine verf.secundò hoc idem, & num.seq.& per tot.lib.2.Alex.conf.92.num.6.lib.2. Mascard.de probat.conclus.274.num.15.& seq. ac imputatis in legitimã Matthiæ eius filij condemnati expensis factis per ipsum patrem occasione prætensi delicti eius filij, nihil vlterius ratione di-
2 ctę legitimæ soluendum remanet; quandoquidem expensas prædictas, de quibus docetur, imputandas esse in legitimam non dubitatur, quando solutio non fuit spontanea, sed ex necessitate, vt in hoc casu Bart.in l. Stichus,num.2. ff. de pecul. leg. Alex.attestans de communi in l. in quartam,n.23. ff.ad l.falcid.cum alijs per Grass.recept. sentent. §. legitima.quęst.30.num.1.

Tum etiam quia in omnem casum nulla quantitas ratione legitimę censeri potest debita à D Io.Baptista, dum probat, se vltra D. Matthiam habere aliosquinque filios viuentes; quoniam eą ratione,

 qua

3 quia receptum est, patrem damnatum capitaliter, & habentem tres, aut plures filios minimè puniri posse in bonorum confiscatione, & Fiscum nihil ex eius bonis capere posse, sed ipsis filijs ex integro reseruari, quia ampliari Imperium hominum adiectione magis, quàm pecuniarum copia oportet iuxtà textum in l.cum ratio §.si plures, & ibi glos.in verbo,plures, ff.de bon.damnat.glo.in l.1.in verb.portioné,vbi Bart.&alij,ff.eod.tit.Boss.de bonor.public.num.10. Rol. cons.97. num.30. & seqq. lib.2.Thob.Non.cons.95.n.12.& cons.97.nu.8.&seq. Honded cons.110.lib.1.num.9.& seq.Farinac.dicēs nullatenus ab hac opinione recedendum, postquā fuit expressa Iuris authoritate, & communi Doctorum calculo recepta,quæst.24,numer.39.& 40. precipuè in fine, & num. 170. Peregr. de iur. Fisc. lib.5.tit.1.num.38.Thesaur.decis.104.numer.7. vbi quod ita Senatus sæpissimè re diligentissimè discussa iudicauit.

Eadem ratione pater minimè compellendus est ex
4 dictis Constitutionibus pro filio condemnato legitimam aliquam soluere, ex quo cum plures alios habeat filios ex legis induigentia bona ista nō sunt Fisco neque etiam quoad legitimam applicanda sed alijs filijs conseruanda; etenim cum per Constitutiones prædictas reditus fiat ad Ius antiquum, quo ante auth.bona dānatorum, disponebatur, vt homicidarum bona publicarentur iuxtà d.l.ff.de bon.damnat.Ius antiquum,ac consequenter Constitutiones prædictæ recipiunt ex legis indulgentia eamdem passiuam interpretationem, vt nihil Fisco ex paternis bonis in præiudicium trium, aut plurium aliorum filiorum queratur, vt in his terminis firmatur per Thob. Non.cons.95. num.12.& seqq.dicentem ante finem dicti numeri 12.huic suæ opinioni se subscripsisse Gallesium, Marcum Antonium Burghesium, & omnes ferè Romanos Aduocatos, prout etiam per Farinac. d. quæstione 24. num. 170.& seq.ven.vbi de communi.

ARGVMENTVM.

De excusatione clerici à delicto illicitæ negociationis.

SVMMARIVM.

1 *Clericus vendens fructus recollectos in bonis sui beneficii non dicitur illicitè negociari.*
2 *Vsura non est, vbi venditur frumentum pro precio futuri temporis, quando venditor erat reseruatur usque ad illud tempus.*
3 *Clericus potest officium, ac seruitium honestum exercere, dummodo a diuinis non se subtrahat.*
4 *Negociatio ordinata ad honestum effectum non improbatur in clerico, quando concurrit ratio indigentię.*
5 *Negociator non dicitur, qui semel, atque iterum hoc agit, sed dumtaxat, qui frequenter.*
6 *Testes, qui deponunt per eumdem sermonem præmeditatum, non attenduntur.*
7 *Beneficium simplex non requirens residentiam cōpatibile est cum canonicatu.*

CONSILIVM CCCXLIV.

INdebitè vexari videtur D.Angelus ex prætextu illicitæ negociationis clericis prohibitæ, quia quoad caput venditionis frumenti habita fide de
1 precio soluendo iuxtà valorem in mense Maij; obiectum interdictæ negociationis cessat, dum frumentum recollectum fuit ex bonis canonicatus, suique beneficij.c. eijciens.88. distinct.Abb.cons.6. num.2.propè finem, vers.vel si vendat vinum, vel bladum de rebus suis recollectum.lib.1.

Nec dicatur, quod huiusmodi venditio sit vsuraria,
2 quoniam contraria conclusio fundata in probabili credulitate, quod pretium de mēse Maij sit carius, procedit, vbi constat, venditorem non fuisse reseruaturum vsque ad tempus prędictum; ita enim ex Theologis tenent summ.Angel. in verbo, vsura 4. num.34.Siluestr.in verb.vsura 4. num.6. Scot. in 4. dist.15.quæst.2.& num.2.in fin.quos adducunt Couar. & Soc.vbi infra, Sot.de iust. & iur. lib.6. qu.4. art.2.in conclus.Medin.de contr.lib.1.§.95.Less.de iust & iur.lib.2.cap.21.limit.4.num.28. ad fin. vers. potest, Ferd.Rebell.de oblig.iust.lib.8.quæst.8.vers. sit secunda conclusio,Medin.de rest.quæst.38.in 5. tract.in resp.ad 3.vers.vnde aliqui, & ex Canonistis firmant etiam Calder.in rep.c.nauiganti,nu. 8. vers.venditurus,de vsur.vbi etiam Bero, num. 12. vers.contrariam.Soc.de vsur.c.1.nu.72. vers. & aduerte, Nauar.in manual.cap.17.num.239.vers. dixi etiam, & cons.14.de vsur.Couar.lib.2.cap.3. n.6. vers.item secundo,lup.in d.c.nauiganti,com.3.§.5. num.122.& ex Legistis Aym.cons.145.num.23.vbi alij citantur.

Quoad caput verò emptionis musti, vt minutatim venderet, ac societates animalium, minus nego-
3 ciatio punibilis prætendi potest, tùm quia processit ex pecunijs sororis,ac ad ipsius sororis commodum, & in exercitio huiusmodi officij, ac seruitij honesti, in quo clericus à diuinis nunquam se subtraxit, nulla datur prohibitio, vt per Redoan.de spol.Eccles.tit.de success.cler.secul. ab intest. n.33. & seqq.in tract. nouiss.tom.14.fol.244.

Tum quia concurrebat ratio indigentiæ pro nu-
4 benda sorore, cum hæc indigentia efficiat, vt negociatio ordinata ad effectum honestum non improbetur,Diu.Thom.2.2. quęst.77. art.4. Feder. de Sen.cons.207.num.3.ante med. vers. nisi quādo propriæ facultates, Redoan. vbi supra numer. 37. vers.quia si eget, & numer.44.vers. imò clericus, & num.seq.Bero, cons.168.num.6. in fin. & seq. libro 1.

Tum & tertio quia in omnem casum negociari non
5 dicitur, qui semel, atque iterum hoc agit, sed dumtaxat qui frequenter,Barz.decis.99.numer.19. Franc.post Ancharan.& alios in c.vnico num.2. de vit.& honest.clericor.in 6.Prob.ad Monach.in c. 1. num.1 de cler.coniug.in 6.Rip.in c.1.num.99. de iudic.Stracc.de mercat.par.1.num.6.& seq.

Sed cessat præterea probatio similium prætensarum
6 negociationum, ex quo testes desuper examinati non solum plures patiuntur exceptiones relatas in facto, sed loquuntur omnes per premeditatum sermonem, nam proinde tanquam suspecti nihil faciunt,l.3.§.ideoq.& ibi Bart. & alij,ff. de testibus. Rot.decis.720.num.2.par.1.diuers.

Minus autē suffragatur prætextus incompatibilitatis retentionis canonicatus cum alio beneficio, quia

cum

7 cum aliud sit beneficium simplex de consuetudine generali residentiam non requirens, frustrà allegatur exaduerso incompatibilitas Cardin. Zabar. cons. 3 nu. 1. vers. ex hoc ergo infertur, Rot. diuers. decis. 483. num. 1. & seq. par. 1.

ARGVMENTVM.

De admittenda appellatione suspensiua in Causa super spolijs Ecclesiasticis ob sententiæ nullitatem, & iniustitiam ex pluribus capitibus resultantem.

SVMMARIVM.

1 *Facultates D. Thesaurarij quoad exequendas sententias recipiunt interpretationem à Iure, vt intelligantur de sententijs validis, & iustis.*
2 *Appellatio quamuis a lege, vel ex rescripto prohibeatur, tamen datur, vbi detegitur notoria nullitas, vel iniustitia.*
3 *Sententia est nulla, vbi denegatæ fuerunt defensiones. Et num. 5.*
4 *Appellatio datur a reiectione articulorum concernentium inquisiti defensionem.*
6 *Sententia præcipitanter lata non valet.*
7 *Dilationes dandæ sunt, & quidem congruæ.*
8 *Negociationis illicitæ delictum non committitur, quando constat de indulto Apostolico.*
9 *Clerici beneficiati, & clerici constituti in sacris æquiparantur quoad spolia Ecclesiastica.*
10 *Subreptio non est, quando non exprimitur aliquid, quod si expressum esset, non reddidisset concessionem difficiliorem.*
11 *Sententia ratione excessus remanet notorie iniusta.*
12 *Spolia Ecclesiastica cessant, quando constat, bona fuisse patrimonialia clerici.*

CONSILIVM CCCXLV.

Committenda est Causa appellationis cum translatione exequutionis, non obstantibus facul-
1 tatibus D. Thesaurarij, quia recipiunt passiuam interpretationem à Iure, vt intelligantur de sententijs validis, & iustis, Rot. decis. 662. num. 3. par. 1 tec. non autem de nullis, & iniustis, ac præcipuè latis à Subcollectoribus in Partibus, quia appella-
2 tio, siue ex lege, siue ex rescripto qualitercumque prohibita, datur nihilominus ad vtrumque effectum, vbi detegitur notoria nullitas, vel iniustitia, Put. decis. 414. num. 2. lib. 3. Caputaq. decis. 33. num. 2. par. 1.

Idque procedit etiam in Causis Fiscalibus glos. in l. quoniam nonnulli, in verbo, defecerit, per illum textum, C. de appell.

Constat autem de tali nullitate, tùm quia fuerunt
3 denegatæ defensiones, Farinac. cons. 156. numer. 2. & seq. & num. 23. 46. 48. & seq. lib. 2. siquidem non solum Iudex à quo reiecit indultum Apostolicum ab hac Part. exhibitum, iubens etiam notario illius reiectionem, sed reiecit quoque articulos re-
4 leuantes concernentes Rei conuenti defensionem, adeout ex hoc solo capite admittenda sit appellatio suspensiua, Rimin. cons. 24 nu. 11. vers. ad quin-
5 tum; illatum enim propterea fuit grauamen irreparabile per diffinitiuam tanquam auferens defensionem consistentem in probationibus, Natt. cons. 172. num. 2. ad med. vers. modo in proposito, vbi ampliat, non obstante statuto prohibitiuo appellationis à quacumque interloquutoria, cùm non debeat esse in Iudicis potestate auferre Parti defensionem in probationibus consistentem, Franc. in c. præsenti §. testes num. 4. vers. secundo quæritur, de testib. in 6. Castr. cons. 334. numer. 3. propè med. lib. 1. Rot. decis. 5. de except. in nou. Surd. decis. 36. num. 17.

Tum etiam quia sententia lata fuit precipitàter pau-
6 cos post dies postquam copia processus informatiui fuerat tradita, adeo quòd breui hoc spatio, cùm vix processus à solo procuratore legi posset, etiam ex hoc capite datur appellatio ratione excessus respectu temporis pronunciandi, Bald. in l. fin. nu. 9.
7 ad fin. C. de exeq. rei iudicatæ, cum certum sit, dilationes debere esse congruas, Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verb. per edictum nu. 5. vers. sed quis terminus Calder. cons. 2. de dilat. & hoc est, quod in criminalibus tres ad minus congruæ assignandæ sunt dilationes, l. fin. ff. fer. & dilat. vbi glo. Bart. & Angel. num. 8. dicens, dandas esse absq. probatione alicuius impedimenti, Signor. consil. 160. num. 1. Clar. in prax. crim. §. fin. quæst. 48. nu. 2. vbi quod licet text. in d. l. fin. videatur loqui in Causis capitalibus, tamen recipitur etiam in alijs quibuscumque, & ita seruatur, Marant. de iud. par. 6. art. 3. ad fin. Roman. cons. 226. num. 7. Farinac. quæst. 39. num. 4. & seq.

Constat præterea de euidente iniustitia, quia spoliũ prætensum ex capite assertæ illicitæ negociationis
8 funditus tollitur ex indulto Gregorij XV. dum nõ obstantibus Constitutionibus Apostolicis cæterisque contrarijs quibuscumque ipsi Angelino concesit, quòd durante nouennio locationis posset illam acceptare, in eaque continuare absque illicitæ negociationis vitio, Redoan. de spol. Eccles. quæst. 7. num. 18.

Neque enim obstat prætextus subreptionis ob omissam narrationem, quòd Angelinus esset benefi-
9 ciatus, quia cum Constitutio Pij Quarti decernẽs spolia ex hoc capite, quæ est 19. in nouo bullar. tomo 2. fol. 29. parificet beneficiatos constitutis in sacris ordinibus, idque etiam sit de Iure, vt per Redoan. de spol. quæst. 15. num. 13. vers. sed pro intelligentia, & num. 17. vers. si verò sit beneficiatus, nõ
10 potest dici subreptitia taciturnitas, quæ concedentem difficiliorem non reddidisset, quemadmodum propterea non reddidisset hoc casu, quo ordines sacri in Angelino fuerunt narrati, Ferret. cõs. 229. num. 4. lib. 2. Put. decis. 17. num. 1. lib. 3. in nou. Rot. decis. 466. numer. 2. & 3. par. 1. recent.

Cessatque omnis difficultas, dum supposita etiam
11 negociatione illicita, non tamen sententia ex actis iustificatur quoad vniuersa bona hæreditaria Angelini etiam stabilia, adeo quod etiam ex hoc capite sententia remanet notoriè iniusta, Cæsar. de Graff. decis. 2. num. 6. de solut. Rot. decis. 311. nu. 2. par. 2. diuers.

Siquidem cum Constitutio Pij Quarti præfata §. 2. decernat, spolia acquisita per clericos ex illicita negociatione, probandum erat per Cameram, bona contenta in sententia habere hanc qualitatem; quod enim prætenditur, Cameram pro se præsumptionem habere, itaquod onus probandi incumbat hæredi, procedit, vbi Camera possidet, & probat

probat acquisitionem post inceptam negociationem, secus illa non probata, & præsertim hærede in possessione existente, multoque magis hoc
12 casu, quo hæres probat etiam, bona stabilia fuisse patrimonialia, vt plenè per Redoan. d.tract.de spol.quæst 15.numer.13.& seqq.& numer.30.31.& seqq.

ARGVMENTVM.

De nullitate, & iniustitia sententiæ condemnantis clericũ de illicita negociatione.

SVMMARIVM.

1 *In Spolijs clericorum committitur appellatio cum effectu etiam suspensiuo non obstantibus facultatibus D.Thesaurarij, quando sententia est notoriè nulla, vel iniusta.*
2 *Appellatio committitur ad vtrumque effectum stante sententiæ nullitate, vel iniustitia euidente, etiamsi alioquin lege, vel rescripto prohibeatur.*
3 *Causa nulla est in Mundo, in qua ratione excessus non detur appellatio. Et num.13.*
4 *Contumax non est, qui comparuit per se, vel per procuratorem.*
5 *Sententia denegatis defensionibus non valet.*
6 *In Causis criminalibus tres congruæ dilationes præfigi debent.*
7 *Sententia, quæ non iustificatur ex actis, est notoriè iniusta.*
8 *Societas, vel communio probatur per actus, qui citra ius, & nomen societatis, & communionis fieri non possent.*
9 *Effectum non habere, & factum non esse, paria sunt.*
10 *Mandatum non extenditur ad illicita, ex quibus mandans posset insidere in pœnam.*
11 *Delictum excludere directè, vel aliquid deducere, per quod indirectè excludatur, paria sunt.*
12 *In Spolijs clericorum non compræhenduntur bona patrimonialia.*

CONSILIVM CCCXLVI.

Reformanda est commissio appellationis à sententia Auditoris Illustrissimi D. Thesaurarij, il-
1 laque simpliciter committenda, quia facultates, quod in Causis spoliorum clericorum rescribatur cum clausula, seruata forma motus proprij, intelliguntur etiam ex obseruãtia interpretatiua, quoad sententias validas, & iustas, secus verò quoad notoriè nullas, & iniustas, Rot.decis.662. num.3. par.1. recent.

Et ratio quoque est euidens, cum generaliter recep-
2 tum sit, appellationem committendam esse ad vtrumque effectum non obstante, quod illa prohibita sit siuè à lege, siuè Constitutione, siue rescripto, quando sententia patitur euidentis nullitatis, aut iniustitiæ defectum, Put. decis.414. n.2. lib.3.Caputaq.decis.33.num.2. par.1. etiam si procedatur in Causis Fiscalibus, vt per glos.in l. quoniam nonnulli in verbo, desecerit per illum textũ C.de appellat.

Nullaque videtur difficultas hoc casu, quo sententia est notabiliter excessiua, itaquod ab excessu nec
3 vllo probabili colore saluari potest, nam nulla est Causa in Mundo, in qua ratione excessus non detur appellatio, vt probat Surd. cons.271. n.57. & pluribus seqq.lib.2.Bero cons.32.num.15. libr.3. Rot.decis.13.de except.in antiq.

Constat autem de nullitate, quia sententia lata fuit
4 contra D.Sauinum citatum, qui comparuit tam per se ipsum, quam per procuratorem, & consequenter prætendi non potest, quòd lata fuerit in contumaciam, Bart.in l.1.§. fin. num.1.ff. de requirendis Reis, Foller.in pract.crim.can.capit.33 nu.87.in fine, & sequenti, Farinac.quæst.11.nu.90. post princ. lata inquã fuit spretis ipsius D. Sauini pluribus protestationibus, in quibus perijt sibi decerni defensiones, & signanter in protestatione, in qua in ipso termino citationis ad sententiã dicit, non posse concludi in Causa, nec ad expeditionem deueniri, cum intendat suas facere defensiones, testes repetere, & alia facere, quæ debebat, protestans propterea de nullitate processus facti,
5 & faciendi; hinc enim constat, non solum absque nullitate ad sententiam deueniri minimè potuisse denegatis defensionibus, Farin. cons.156 num.2. & seq. & nu.23.46.48.& seq. lib.2. quamobrem ex hoc solo capite appellatio suspensiua est concedẽda, Gemin. cons.24.num.11.vers.quintum. Natta cons.172.num.2.ad med.vers. modò in proposito, vbi ampliat non obstante Statuto appellationis prohibitiuo, cũ non debeat esse in potestate Iudicis auferre Parti defensionem, Franc. in c. præsenti, §.testes num.4.vers.secundò quæritur, de testib.in 6.Castren. cons.334 nu.3. propè med.lib.1. Surd.decis.36.n.17.Rot.decis.5.de except. in nou.

Sed quia non fuerunt præfixæ tres congruæ dilatio-
6 nes, quæ in criminalibus Causis tã de Iure, quã de stilo sunt præfigendæ, nè aliàs sententia dicatur precipitanter lata & consequenter nulla, l.fin. ff.de fer.& dilat.vbi glos.Bart.& Angel.num. 8. dicens, dandas absquè probatione alicuius impedimenti, Signor.cons.160.num.1.Clar.in prax.crim. §.fin.quæst.48.num.2.vbi quod licet textus in d. l. fin.videatur loqui in Causis capitalibus, tamen recipitur etiam in alijs quibuscumquè, & ita seruatur, Marant. de Iudic.par.6. actu.5.ad fin. Roman.cons.226.num.7.Farinac. quæst.39. numer.4. & seqq.

Constat etiam de iniustitia notoria, quia illa dãnat D. Sauinum ex prætextu illicite negociationis,
7 & tamen hæc prætensa illicita negociatio ex actis non iustificatur, Cæs.de Graff.decis.2.num.6. de solut. Rot.decis.311.num.2. par.1.diuers.

Si quidem aut negotiatio prætenditur ex eo, quia ante instrumentum communicationis bonorum acquisitorum, & acquirendorum inter eumdem D.Sauinum, & fratres celebratum 10. April.1613. bona prius per eosdem fratres acquisita, & possessa, & inter illa merces fundacales essent pariter communes, & exinde negotiatio in fundacalibus D.Sauinum afficiat, & hæc prætensio destituta est omni fundamẽto, cum de expressa communione, aut Societate non constet, minusq. de tacita, cum nulli prorsus probentur actus positiui illam inferentes, adeout recedi nequeat à regula, quod nec
8 communio, nec societas vnquam iustificatur, nisi per actus, qui sint tales, qui citra ius, & nomen communionis, & societatis fieri non potuerint,

Dec.

Dec. conf.548.num.5. Surd. decis.267. num.6. Rot. decis.169. num.6. par.2. diuers.

Aut prætenditur, negociationem illicitam resultare ex prælato instrumento expressæ communicationis acquisitorum, & acquirendorum etiam ex industria, ex eo quia in generali, aut vniuersali hac cõmunicatione veniant merces fundacales alterius fratris, & consequutiuè in ijs negociatio, de qua loquitur sententia, & pariter prætensio caret
9 subsistentia, quia præterquam quod instrumentũ huius prætensæ communicationis per 30. annos semper caruit effectu, & quatenus exaduerso prętendatur effectuatio, illa sit probanda, & consequenter non probato effectu minimè releuet, Caputaq. decis.11. num.5. par.1. quinimmò laudo inter Partes occasione generalis controuersiarum compromissi, in quo participatio de dictis mercibus arbitrata fuit ad fauorem D.Sauini, ille statim habita huius laudi notitia, illud expressè impugnauerit, vndè non effectuatio communicationis magis arguitur. Aym.conf.10.num.5. Cephal. conf.96.num.18. lib.1. Gozad.conf.23. num.9

Adhuc obiectum ex hoc instrumento cessat, tum ex
10 generali regula, quod in mandato, ac dispositione quantumcumq. generali nunquam illicita comcompræhenduntur, & ea, ex quibus mandans, aut disponens posset incidere in pœnam, ac propterea communicatio intelligẽda est de quæsitis, & quęrendis licitè., Cardin. Mantic. de tacit. lib.7. tit.16. num.8. & 13 & seqq. Honded. conf.96. num.16. & seq. lib.2. Rota post lib.2. consil. Farinac. decis.19. num.2. vers. tum quia non censetur.

Tum etiam, quia in ipso instrumento dictæ communionis, in quo se fundat sententia, legitur contrarium, quòd scilicet contrahentes excluserint illicitorum compręhensionem, dum consequutiuà conuentę communicationis restrinxerunt, vt eisdem verbis instrumenti vtar, à beni communi
11 ch'è stato, & è lecito di fare. paria enim sunt excludere crimẽ directè, vel aliquod deducere, per quod indirectè excludatur, Farinac. conf.85. numer. 75.

Constat insuper de excessu non solùm, quia sententia incorporauit ad fauorem Cameræ ex dicto prætextu illicitæ negociationis bona quæsita per D.Sauinum ante instrumentum dictæ communicationis de anno 1613. imò etiam plura stabilia patrimonialia ad ipsum patrem viuentem ex eius-
12 dem patris acquisitione pertinentia, quæ absque dubio excluduntur à prætensa incorporatione, vt plenè per Redoan. tract. de spol. cler. quæst.15. n.13. & seq. & num.30.31. & seqq.

Sed etiam, quia relaxauit mandatum contra personam, & bona propria ipsius D.Sauini pro prætensis portionibus mercium fundacalium, & lucris frumenti, quæ nunquam habuit, nec percepit, imò in ipsamet sententia dicuntur merces penes alium extare, quandoquidem cum Bulla Pij IV. de spolijs clericorum ob illicitam negociationẽ in nouo Bullar. 19. to. 2. §.2. fol.29. nullam aliam imponat pænã, sed solùm lucra ex illicita negociatione prouenientia tribuat facultatem Ca-
13 meræ exigendi, & recuperandi, excessiua proinde fuit sententia relaxans mandatum contra personam, & in alijs bonis, & lucris, quam illicitè acquisitis, Farinac. in fragment. par.1. vers. clericus negociator. num.161.

ARGVMENTVM.

An, & quando in criminalibus confessio inquisiti qualificata possit in parte acceptari, & in parte reprobari.

SVMMARIVM.

1 *Confessio qualificata in eodem capitulo orationis non est diuidua.*

2 *Confessio qualificata in non prohibitis, nec habentibus contra se præsumptionem, non est diuidua: Et num.3. Et num.6.*

4 *Qualitas confessionis censetur indiuidua ad delicti exclusionem.*

5 *Confessio qualificata redditur indiuidua quando incipit a negatiua.*

7 *Confessio conditionalis non diuiditur. Idemque procedit, quando confessio est modalis, vt numer. 8.*

9 *Confessio non diuiditur stante clausula, & non alias, quæ facit eam conditionalem.*

10 *Confessio non diuiditur, quando fit sub vnica verborum structura, & circa facta non continentia diuersitatem temporum, & specierum.*

11 *Confessio inquisiti non diuiditur, quando Fiscus non probat intentionem suam aliter quam per ipsam confessionem.*

12 *Confessionis qualitas iustificatur non solum probationibus, sed præsumptionibus, et coniecturis.*

CONSILIVM CCCXLVII.

VBi est quoddam totum integrale partim confessatum partim negatum, & vtrumque est simpliciter dictum sine qualitate, pars negatiua sepa-
1 rabilis quidem est à confessata, sed vbi vna est oratio, & non plura capitula, ibique adiectio habet qualificare, absque dubio qualitas à subiecto minimè est diuidua, inquit Bald. in l. siquidem 24. num.2. post med. & ibidem Salicet. etiam n.2. C. de transact.

Hinc confessionem qualificatam diuiduam non esse passim recipitur tam in ciuilibus, Cyn. in l.1. qu.3. C. de confess. Bart. in l. Aurelius §. idem quæsijt, ff. de liber. legat. Sard. decis.258. nu.4. Rot. decis.167. num.17. par.1. recent. & in Camerinen. bonorum 20. maij 1622. coram R.P.D. Merlino, quàm etiam
2 in criminalibus, vbi adiectio qualificationis applicatur in non prohibitis à natura, vel Iure communi, & contra se iuris pręsumptionem non habentibus, idem Bart. in d. l. Aurelius §. idem quæsijt num.2. & infra cum alijs pluribus per Farinac. de Reo confess. & conuicto quæst.81. num. 149. & Caball. resol. crimin. cas.254. num.3.

In hoc igitur casu, quo prætensa confessio Moisis, exaduerso elicitur ex verbis sequentibus, io non hò mai fatta poliza di cambio à fauore de' Riterbò che habbia hauuti denari da loro, è ben vero, che 20. mesi sono sottoscrissi vna lettera di cambio à fauore di Salomone Caiat, acciò lui la desse poi à detti fratelli de' Riterbò con queste conditioni però, che il giorno seguente, ouero l'istessa sera douesse seguire trà me, e detti fratelli la pace, e che mi si restituisse la poliza, che haueua Salomone

ne Cauiglia, e con questa conditione diedi la ce-
dula in mano del detto Caiat, acciò non seguen-
do la pace, me la restituisse, come me la restituì,
& io la stracciai, e non ne hò tenuto più conto;
diuidua nullo iure prætenditur qualificatio, vt
præfertur, expressa, nàm lacerare litteras cambij
Parti nunquam consignatas, sed tertio sub condi-
tione, quæ defecit, absque dubio delictum ali-
quod ex sui natura, aut ex Iuris præsumptione
minime continet. Ferrett. cons. 74. num. 3. Gabr.
cons. 170. num. 24. lib. 1. Bertaz. cons. 2. num. 9. lib. 1.
Honded. cons. 96. num. 25. lib. 1. Farinac. cons. 130,
num. 26. lib. 2. Rota in decis. coram Blanchetto im-
pressa per eumdem Farinac. cons. 67. num. 8. ante
med. vers. & perpendendo.

Multoque magis dum perpendendo qualitatem a-
diectam apparet, illam magis pro se verisimilitu-
3 dinis præsumptionem habere; quandoquidem
litteræ cambij, vbi habent numerationis præexi-
stentiam, non consignantur tertiæ personæ, sed
ipsis numerantibus, Farinac. cons. 60. num. 59. vers.
& confessio qualificata, lib. 1. imò quando etiam
consignantur tertio, non est credendum, quod
ille tertius, restituat litteras scribenti, nisi tradi-
tæ sibi fuissent sub defecta conditione, cum alio-
quin fieret interpretatio inclusiua delicti etiam
contra illum tertium, & tamen de Iure sit, quod
4 qualitas confessionis reputanda sit indiuidua ad
delicti exclusionem, vt per Rot. in Tullen. Mona-
sterij 18. Aprilis 1597. coram Penia post eumdem
2. lib. consil. Farinac. decis. 115. numer. 1. ante fin. &
num. 4. et seq.

Cœterum indiuiduitas hoc casu redditur ex ipsis
5 verbis indubitata; primo quia præmisit Moises
negatiuam, io non hò mai fatta, &c. Bald. in l. si-
quidem, nu. 4. C. de except. vbi loquitur etiam in
criminalibus, Foller. in pract. crimin. in verb. & si
confitebuntur, par. 1. num. 150. Clar. §. fin. quæst. 55.
num. 17. Farinac. d. quæst. 81. num. 142. quamuis e-
6 nim non admittant Iudices talem responsionem,
vbi inditiatus est Reus circa prohibita à natura,
vel de Iure communi, aut habentia contra se præ-
sumptionem, quia hoc casu possunt illum torque-
re pro habenda responsione præcisa affirmatiua,
vel negatiua, tamen secus est, vbi huiusmodi qua-
litates non concurrunt, & hinc est, quod Clar. Fa-
rinac. & alij exemplificant in prohibitis, vt supra,
vt per eumdem Farinac. post alios ead. quæst. 81.
num. 143. & seq.

Secundò quia confessio emanauit conditionaliter
7 sub expressis illis verbis, con queste conditioni
però, Bald. d. l. siquidem, numer. 4. post princ. vers.
deinde sub conditione C. de except. vbi num. 5. ra-
tionem reddit, quod conditio venit ad impediē-
dam natiuitatem, ac proinde qui conditionaliter
confitetur actionem natam, non confitetur illam,
sed imò eam diffitetur, prout etiam ibidem in-
quit Salicet. num. 4. 5. & seq. Ferret. d. cons. 74. nu. 1.
8 2. seq. & per tot. idemque procedit, vbi confessio
est modalis, idem Salicet. in l. 1. num. 7. post vers.
sed hic caue, vers. aut confessio est implicita, C. de
confess. Bart. post glo. d. l. si quidem, num. 2. vbi etiā
Salicet. num. 6. in fin. Boer. decis. 243. num. 2. vers.
& tunc actor, & decis. 399. num. 3. vers. & tandem
distinguit. latè post alios, quos adducit, Rimin.
iun cons. 127. num. 26. seqq. & per tot. lib. 2. Surd. d.
decis. 258. num. 9. vers. secundò non mouet, & præ-
9 cipuè cum assertæ confessioni adiecta quoque
fuerit clausula, & non alias, quæ, & ipsa facit
confessionem conditionalem, Bald. d. l. si quidem,
num. 3. in fine C. de except. cum alijs per Farinac.
ead. quæst. 81. num. 148. vbi de communi, & verio-
ri, tam in ciuilibus, quam in criminalibus.

Tertio quia confessio cum qualitate facta est sub vni-
10 ca verborum structura, & circa facta minimè cō-
tinentia diuersitatem temporum, & specierum,
in quibus loquitur Surd. d. decis. 258. n. 5. ad fin. &
Seraph decis. 1359. nū. 10. sed circa facta contem-
poranea, originem scilicet habentia à conditione,
& qualitate adiectis eodem tempore, quo litteræ
fuerunt scriptæ, & dictæ tertiæ personæ ad expli-
catum finem, de quo supra, sub restitutionis one-
rę in euentum deficientis conditionis consignatę;
siquidem hoc casu non dubitatur, quin indiuidua
sit confessio, & à qualitate inseparabilis, Signorol.
& Fulgos. inter cons. Boer. cons. 7. per tot. Rimin.
iun. dicto cons. 127. num. 29. & seqq. lib. 2. Surd. d.
decis. 258. num. 4. & num. 10. & seqq. Put. decis. 270.
in fin. lib. 3. vnitatem enim capitulorum ita quo-
que intelligit Bart. in d. l. Aurelius §. idem quæsijt,
num. 3. vers. quæro qualiter intelligatur vnum
capitulum, vel diuersa, ff. de liber. leg. Caball. re-
sol. crim. 254. num. 5.

Præterea remouetur omnis scrupulus, tum quia
11 nec de causa, nec de assertis litteris cambij, ea-
rumque laceratione aliundè constat, quàm ex
dicta prætensa confessione, quæ proinde minus
est diuidua, Farinac. d. quæst. 81. num. 154. saltem
quando confessio non habet contra se præsum-
ptionem, ex Honded. dicto cons. 96. num. 24. lib. 1.
prout intelligit idem Farinac. cons. 37. num. 16. in
fin. lib. 1.

Tum etiam quia veritas qualitatis confessioni adie-
ctæ satis aliunde iustificatur ex serie huius facti
plenè ex deductis comprobata, ex quibus liquet
de fine litterarum sub conditione ineundæ pacis
ob causam demolitionis fabricę, illarumque non
12 effectuatione ob pacem recusatam; etenim ve-
ritas qualitatis non solum ex probationibns, sed
etiam inditijs, coniecturis, & præsumptionibus
iustificatur, vt post alios plenè per ipsum Farinac
sæpius citata quæst. 81. num. 153. & d. cons. 130. nu.
27. lib. 2.

ARGVMENTVM.

An ex præsumptionibus, & coniecturis probetur ruptura cautionis de non offendendo.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas delicti nō datur sine probatione substan- tiæ.*
2 *Testi vario non creditur.*
3 *Testis prima depositio magis attenditur.*
4 *Veritate possibili data in contrarium cessat deposi- tio testis.*
5 *Acclamatio non facit inditium contra aliam parti cularem personam.*
6 *Probatio, et præsumptio specialis præualet gene- li.*
7 *Cautionis ruptæ pæna non intrat, quando casu of- fenditur alius pro alio.*

8 *Iniuria*

8 *Iniuria an sit reuocata ad animum, non inspicitur factum, sed causa faciendi.*
9 *Ad pœnam inferendam siue legalem, siue conuentionalem requiritur concludens probatio facti, nec sufficiunt coniecturæ.*
10 *Cautio vt dicatur rupta, non sufficiunt præsumptiones.*

CONSILIVM CCCXLVIII.

NOn est locus pœnæ conuentionali ex prætextu qualitatis offensionis, quia cùm de subiecto
1 prætensæ offensionis neutiquam constet, frustrà applicabilis est quæstio, an offensio sit talis, vt ex illa resultet contrauētio sufficiens ad commissionem stipulationis. Boss. de delict. nu. 26. post med. vers. nam qui vult. & num. 32. Bald. cons. 465. nu. 1. 2. & seqq. lib. 4. Paris. cons. 167. post num. 11. vers. nec obstant lib. 4. Gram. cons. crim. 36. num. 8. post med. vers. & sic vbi non est substantia, Caball. resol. crim. cas. 286. num. 3. & seq.

Nec obstat, quod de offensione constet ex depositione Lauræ, quatenus deponit audiuisse percussionē in muro, tùm quia de hoc in primo examine interrogata negauit, nullaque est dubitatio, quod
2 vel testi vario non creditur, Simon de Præt. in his terminis cons. 188. nu. 5. post med. vers. diuersimode, vel statur primo dicto, Capella Tholos. decis. 281. numer. 1. Rot. decis. 346. numer. 2. part. 1. diuers.

Tum quia auditus percussionis in muro nō cōcludit,
3 quod processerit magis à Iacobo, quam Cæsare, magisq. ex admenatione ad effectum offendendi, quàm ex accidente citrà animum offensionis; de-
4 positio autem testis nec releuat, nec concludit data possibili veritate in contrarium, Farin. cons. 53. n. 39. & cons. 166. num. 24.

Neque etiam obstat, quod mulieres duæ deponant de auditu clamoris, & conquestionis Cæsaris, quia præterquam quod nihil etiam exinde concludens resultat, cum potuerit Cæsar insequendo Iacobum fugientem ità callidè clamare, & conqueri, vt propriam voluntatem offendendi Iacobum occulta-
5 ret, atque ita acclamatio nihil faciat ad effectum alium particularem inditiandi, Farinac. quest. 52. num. 160. vers. me magis declaro. in hoc casu minus inditij nomen meretur, cum ex insequutione, quàm Cęsar fecit Iacobi fugiētis destruatur, ex quo
6 probatio, & pręsumptio specialis pręualet generali prefertim concurrentibus alijs ponderatis in facto, Farinac. quæst. 31. num. 24.

Minus releuat prætensa causa, ex qua motus prætenditur Iacobus ad vlciscendum percussionem sibi illatam à Cęsare, tum quia constat, percussionem fuisse absque vllo dolo, & voluntate illum percutiendi, dum Cæsar volens verberare proprium filium casu nolens percussit ipsum Iacobum, vt in
7 fortioribus terminis ad effectum, vt percutiens non puniatur pœna cautionis ruptę pluribus cōprobant Hercul. tract. de caut. de non offendendo cap. 34. num. 12. & seq. alijque, quos sequitur Guaz. de pac. eod. tit. de cautę de non offendend. §. 3. qu. 37. num. 5. & seqq.

Tum etiam quia constat, Iacobum non habuisse hāc percussionem pro iniuria, dum requisitus de pace negauit se offensum, ac propterea dixit non fuisse necessariam pacem, prout verè non erat,
8 quia ad effectum, vt quis censendus sit reuocasse, vel non reuocasse ad animum iniuriam, non est quærendum factum, sed causa faciendi, inquiunt textus in l. qui iniurię, & l. verum, la seconda, ff. de iniur. Decian. cons. 34. num. 36. vers. non enim factum. lib. 4. Menoch. cons. 1197. num. 19.

Cæterum difficultates cessant, quia quod exaduerso deducitur circa probationem prætensæ offensionis, consistit in assertis coniecturis, & pręsumptionibus, quę pręterquam quòd sunt admodum leues, adhuc vbi in aliquo vrgerent, minimè suffragan-
9 tur, siquidem, cùm certum sit probationem per coniecturas non admitti, neque recipi, quando agitur de probatione facti, ex quo quis in pœnam inciderit, sed requiri probationem liquidissimam, & concludentem, siue agatur de incursu pœnę legalis, siue conuentionalis Natt. cons. 173. num. 24. Schrader. de feud. 2. par. 9. par. princ. sect. 13. num. 132. vbi pariter pluribus comprobat, vtique etiam in terminis, in quibus versamur, assertę ruptę cautionis non sufficit probatio præsumptiua, vt in his terminis per Simon. de Pret. d. cons. 88. num. 8. post princ. vers. & in pœnis.

ARGVMENTVM.

Regulares exemptos an possit Episcopus per censuras compellere ad accedendum ad publicas processiones.

SVMMARIVM.

1 *Exemptio ad fauorem religiosorum seruanda est ab Episcopo in casibus expressis.*
2 *Episcopus potest compellere aliis pœnis quam mediantibus censuris.*
3 *Expressio discretiua in aliqua parte dispositionis denotat contrarium sensum in alia.*
4 *Statuta, et Constitutiones eodem modo interpretationem recipiunt, quo vltimę voluntates.*
5 *Frustratoria non dicitur dispositio, quando in aliquo operari potest.*
6 *Derogatio restringitur quoad incompatibilia.*
7 *Correctoria dispositio vbi potest vnum, vel duos effectus operari, intelligenda est, vt vnum dumtaxat operetur.*

CONSILIVM CCCXLIX.

QVamuis sacrum Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 13. de regularibus in §. exempti disponat, quod exempti omnes tam clerici seculares, quam regulares quicumque etiam monachi ad publicas processiones vocati accedere compellātur, attamen cum hęc compulsio. an ab Episcopo fieri possit etiam per censuras, Tridentinum mini-
1 mè aperiat, nihil prohibet, quin ad exclusionem censurarum seruanda sit dispositio iuris canonici ex textu in c. 1. §. in eos. de priuileg. in 6. disponente expressis verbis, quod Ordinarij iurisdictionem suam penitus exercere non possint in eos, quibus nè interdici, suspendi, vel excommunicari à quoquam valeant à Sede Apostolica est indultum, adeoutOrdinarij salua dumtaxat sit iurisdictio quoad aliarum pœnarum impositionem, vt per glos. in

in eodem textu in verb. quantum ad ista, Calder. cons.8.post med. de regular.

Nec obstat, quod plures exaduerso adducti textum Concilij prædictum intelligant indistinctè ad Ordinariorum fauorem, quoniam plerique iam allegati tenent contrarium, adeout semota sententia sacræ Congregationis, de qua in probante forma nulla datur declaratio, quæstio, quæ controuertitur, ex solis aliorũ authoritatibus decidi nequeat, sed solum perpẽsis vtriusque opinionis rationibus, vel magis adhærendum sit rationibus ex eodem Tridentino deprompris, vel ijs, quę tanquam potiores præualere debeant.

Cum autem pro Parte affirmante adducantur tres rationes pręcipuæ.

Prima, quòd cum Tridentinum tribuat iurisdictionẽ Ordinarijs in compellendo exemptos ad accedendũ publicis processionibus, non exprimendo compulsionis modum, videatur illam tribuere cum facultate excommunicandi, ex quo excommunicatio sit mucro Episcopi, quo vtitur in alijs casibus, in quibus habet iurisdictionem.

Secunda, quia alioquin facultas compellendi esset inanis, & frustatoria, si Episcopus esset destitutus armis, quibus solet compellere.

Tertia, quia Concilium ead. sess.25.cap.fin.de regul. mandat obseruari omnia decreta concernentia regulares, non obstantibus eorum priuilegijs, & Constitutionibus, vnde videtur derogatũ priuilegio, quod habent regulares exempti, ne possint ab Episcopis excommunicari, interdici, vel suspendi.

Pro parte vero negante aliæ tres præcipuè rationes adducantur.

Prima, quia derogatio in dubio est euitanda, vbi vtraque dispositio est compatibilis; in hoc autem casu compatibilis videtur iurisdictio Episcopi, & priuilegium d.c.1.§.in eos.de priuil.in 6. cum Episcopi possint compellere mediantibus alijs pœnis, 2
vt exemplificant Addentes ad glos.1.d.§.in eos, & Doctores in eod.cap. Sanchez.de matrimon. libr.7. disput.33.num.23.

Secunda, quia in alijs casibus, quando Concilium voluit iurisdictionem tribuere Episcopis excommunicandi exemptos, id clarè expressit.

Tertia, quia idem sacrum Tridentinum Concilium sess.7.cap.14.de reformat.innouat, & seruari mandat Constitutionem Innocentij Quarti, quæ incipit. Volentes.in generali Concilio Lugdunensi, quæ Constitutio est ipsum capit. 1. de priuileg. in 6.

Vtique præualere debent rationes pro Parte negante, quia pro illis concurrit non solum sensus, eiusdem sacri Concilij, quatenus in omni casu, in quo voluit Ordinarijs facultatem adhibendi censuras tribuére, id expresſim declarauit, quandoquidem
3 pro regula traditur, quod ex mentione expressa, etiam in aliqua parte, magisque in pluribus censetur disponens in alijs sensum contrarium habuisse, vt per Rot.decis.432.num.3.par.2.recent, quãobrem prima contraria ratio Partis affirmantis excluditur, Rot.decision.388. numer. 12. part.1. recent.

Nam & si hęc regula ex hisce decisionibus firmetur
4 in vltimis voluntatibus, tamen certum est interpretationem Constitutionum, & Statutorum desumi, eodem modo, quo interpretantur vltimæ voluntates, Rot.decis.203.num.6.ad fin.part.3.recent.

Sed præterea, quia facultas compellendi exemptos mediantibus alijs pœnis, quam excommunicatione, & interdicto excludit inutilitatem perpensam in secunda ratione Partis affirmantis; locus
5 namque est alteri regulæ, quod dispositio numquam iudicari potest elusoria, quando potest in aliquo operari, Surd.cons.127.n.9.lib.1. Rot.decis. 555.num.8.par.2.recent.

Ac propterea magis in his terminis adhærendum Sanchez.de matrim.lib.7.disput.33 n.23. in princ. & post med.vers.stat igitur habere Episcopum.

Insuper quoniam excluditur quoque tertia Partis
6 affirmantis ratio, tum quia derogatio priuilegiorum regularium exemptorum intelligenda est, quoad incõpatibilia, secus verò in his, quæ cõpatibiliter tendunt in parte ad conseruationem, & in parte ad derogationem Iuris communis, Cassad. decis.12.num.13.de præbend.& decis.36. numer.7. super regulis.

Tum quia stante dispositione Concilij d.sess.7.cap.14. de reformat.innouante & seruari mandante dispositionem d c.1.de priuil.in 6. & præcipuè cum in eodem c.14.hanc innouationem seruari velit, non obstantibus priuilegiis aduersus præmissa, satis propterea censetur præseruata exemptio ab excõmunicatione, & interdictis, quam pręseruat idem c.1.d.tit.de priuileg.lib.6.vt etiam per Sanchez in cons.moral.lib.6.cap.9.dub.1.num.25.

Concurrente maximè conclusione, quod cum Religiones, aduersus quas agitur, sint dupliciter priuilegiatæ, primo in exemptione, & secundo ne valeant ob Ordinarijs excommunicari, aut inter-
7 dici, noui Concilij d.c.13.dispositio correctoria vbi possit vnum, vel duos effectus contra ius operari, interpretanda est, vt vnum dumtaxat operetur, Rot.decis.765.n.6.par.1.diuers.bo.me.Coccin. decis.2.num.4.

Et in his terminis plenissimè Sanchez. de matrim. d. lib.7.disput.33.num.23.in princ.& vers.ducor ex c 1.de priuil.in 6.§.in eos autem.

ARGVMENTVM.

De eadem re, & de restringenda correctione legis.

SVMMARIVM.

1 *Iuris communis correctio non inducitur per subauditos intellectus.*

2 *Lex noua generaliter corrigens non censetur corrigere legem specialiter loquentem.*

3 *Lex noua simpliciter loquens recipit determinationem a lege veteri distinguente.*

4 *Excommunicatio est pœna maior quam sit in Ecclesia.*

5 *Regulares specialiter priuilegiati, et exempti non possunt excommunicari ab Episcopo.*

6 *Regulares exempti specialiter, ne possint excommunicari ab Episcopo, subsunt eius iurisdictioni quoad alias pęnas.*

7 *Iurium concordia in dubio admittenda est, non autem correctio.*

CON-

CONSILIVM CCCL.

NEque ex Iuris dispositione, nequè ex Tridentino Concilio desumi potest, regulares, vt infra exemptos compelli posse per censuras ad accedẽdum ad publicas processiones; non de Iure, quia textus in verbis clarus in cap.1. incip. volentes.§ in eos. de priuileg. lib.6. disponit expressè, quod in eos, quibus ne à proprio Episcopo, vel Archiepiscopo interdici suspendi, vel excommunicari valeant per Sedem Apostolicam est indultum pro vlla causa, vllo ue loco Ordinarij iurisdictionem, quantum ad ista penitus exercere non possunt.

Non etiam ex Tridentino; quia in cap.13. sess.25. de regular.& si disponatur, quod exempti omnes tàm clerici sæculares, quàm regulares quicumque ad publicas processiones vocati accedere compellantur, tamen quòd compulsio possit fieri per Ordinarios sub censuris Concilium nullatenus expressè determinat, tacitè verò quòd disponat, nullatenus videtur interpretari posse, non solùm stante contraria dispositione textus in d.c.1.volentes. §. in eos. de priuileg. in 6. sed quia pro regula tradi-
1 tur, quod per subauditos intellectus non est inducenda correctio Iuris communis, vt per Rot.decis. 189.num.1.ad med. vers.quia per subauditos intellectus par.1.recent.

Et præsertim cùm lex noua generaliter corrigens nõ
2 censeatur corrigere legem specialiter loquentem, Ias.in l.post dotem 41.num.108.vers.quia lex noua generaliter, ff.solut.matrim.Rubeus cons.79.nu.1. ante med.vers.quia lex generaliter corrigens.

Magisque quia lex noua simpliciter loquens, recipit
3 determinationem à lege veteri distinguente, vt per Falgos.cons.215.num.1. post princip. vers. quinimmo lex noua simpliciter.

Et quia ex subauditione asserti intellectus agitur de tribuenda facultate excommunicandi, quæ est
4 pœna maior, quam sit in Ecclesia, iuxtà textum in c.corripiatur.17 24.quæst.3.&Rot.apud Cassad. decis.5.num.5.de Constit. vbi etiam, quòd maior est pœna, quam priuationis beneficiorum.

Quàm pœnam neque etiam Tridentinum Concilium irrogat, nisi cum specifica illius mentione, vt sess. 14.cap.6.de reform.

Nullaque videtur probabilis difficultas quoad ter-
5 minos casus, de quo quæritur, nam textus in d.c. 1. volentes.§.in eos. de priuil.in 6. absque dubio eximit regulares, vt præfertur, priuilegiatos à pœna censurarum, & quoad eas adimit Ordinarijs huiusmodi facultatem, vt in his terminis in eod.c.1. per Io: Andr: in princip. vers. tertia determinat, Hostien.num.5.Gemin.num.2.& Franc.numer.1.& Anchar.num.4.

Hinc namque satis clarè liquet, quòd cum facultas compellendi regulares exemptos attributa per sacrum Concilium Ordinarijs suam habeat operationem quoad regulares, qui sunt dumtaxat generaliter exempti, non autem quoad specificè priuilegiatos, nè ab Ordinarijs valeant suspendi, interdici, vel excommunicari, quoad regulares sic
6 priuilegiatos remaneat Ordinarijs salua iurisdictio quoad alias pœnas, Io.Monach.in eod.c. volentes de priuileg.in 6.num.5.col.2.post vers.item contra vers.ergo quoad alias pœnas, ibiquè Archidiac. num.2.post princip.vers.ergo quoad alias pœnas, & Hostien.num.5.ante med.vers. ergo quoad alias pœnas.

Quamobrem idem Hostiensis in hoc ipso c. volentes
7 num.9.in princ.exclamat contra illos, qui ad corrigenda iura nimis proni sunt, & parati, firmans num.10.propterea, quod nisi expressius lex præcedens corrigatur, consequens laudabile est, quod iura iuribus sit concordanda.

ARGVMENTVM.

Carceratus sub prætextu delicti, an pro ciuili Causa arrestari possit.

An, & quando Reo liberato Causa quoad interesse Partis remaneat criminalis.

SVMMARIVM.

1 *Carcerátus pro Causa criminali arrestari potest pro alia pariter criminali.*

2 *Carceratus pro Causa criminali arrestari non potest pro Causa ciuili, nec relaxatus pro Causa criminali per spatium horę potest pro ciuili Causa carcerari.*

3 *Carceratio pro debito Fiscali procedente ex delicto differt a carceratione pro delicto ex Causa criminali.*

4 *Compositio non operatur, vt Causa quoad præiudicium Partis non consentientis non remaneat criminalis. Contrarium num.5.*

6 *Compositio extinguit criminalitatem quoad interesse Partis, quando fit cum supremo Principe, secus vero cum inferioribus.*

7 *Liberatio concessa a Principe non ex mera gratia, sed cum causæ cognitione extinguit criminalitatem respectu etiam interesse Partis.*

8 *Sententia in dubio lata præsumitur ob contumaciam, non autem ob delictum. Etiam si fundata sit super testibus examinatis pro informatione Curiæ, vt num.9.*

10 *Contumacia cessante cessat effectus sententiæ contumacialis.*

CONSILIVM CCCLI.

NOn est locus reuocationi ad carceres ratione prætensi arresti, quia licet carcerati pro Cau-
1 sa criminali arrestari iure possint pro alia Causa criminali, Bart.tract. de carcerib. num.21. Marsil. in prax.crim.§. attingam. num.33.Iodoc. in prax. crim.cap.21.n.1.Brunus de cession.bonor.quæst.11 quæst.4.princ.num.32. ad fin. vers. si vero fuit pro delicto.Farin.quæst.27.num.155. Caball.resol.crimin.cas.299.num.30.

Tamen excepto debito Fiscali, nedum carcerati pro
2 Causa criminali minimè arrestari possint pro Causa ciuili, sed nec etiam relaxati à carceribus, in quibus pro Causa criminali detinebantur, possunt per spatium horę pro ciuili Causa capi, & carcerati ex Cõstitutione fa.me.Pauli V. reformat.tribun. Vrbis in nouo Bullar.71.tit.de carceribus, & carceratis, num.16.fol.284.

Et hæc Constitutio quoad nullitatem arresti pro debito priuato est etiam conformis dispositioni Iuris communis, Bald.cons.90.num.2.ad med.& num.3. & seq.lib.5.Bart.d tractat. de carcerib. num.20. ad
3 fin.& in l.si quis seruus 2. §. qui exhibendi, ff. de custod.Reor.Ioseph.Ludou.decis.Perus.70.in princ. vers.

vers.casus iste, & num.1.seq.& per tot.Guido Pap. decis.61.num.3.Caball.resol.crimin. d.cas.299. nu. 18.& seq. Farinac. quæst.27. num.155. & in addit. ad eius opera post lib.3. consil. ad eamd. quęst 27. eamdemque num.155.ad fin. & in fragment. criminal.par.1.in verbo condemnatus numer.619.ad fin. vers.sed apud nos.

Aliud enim est, quòd quis sit carceratus pro debito
3 fiscali procedente ex delicto, & aliud, quod quis sit carceratus pro causa criminali, vt firmant Guido Pap d.decis.60.nu.3.Peregrin.de iur. Fisci lib.6. tit.7.num.23.& Borgni,decis.14.num.7.par.5.quos sequitur Caball.vbi supra num.34.

Nec dicatur, quod aliud sit tenendum in hoc casu ex eo, quia Causa prætensi debiti habeat in se annexum crimen furti, ac propterea non obstante quod arrestatus fuerit à prætenso crimine furti totaliter liberatus, Causa huius prætensi crediti remanserit criminalis ratione interesse Partis, adeo vt procedi etiam possit ad torturam, & præsertim cum liberatio fuerit, sine tamen præiudicio sentētiæ condemnatoriæ quoad interesse Partis, & non
4 alias, quia, & si conclusionem hanc nonnulli teneant, precipuè quando liberatus negat delictum Paris. de Put. de sindic. post verbum tortura, il 3. ver.pone, per tot.in tractat. nouiss. tom.7. fol.326. Boss.de indit.& consider.ante torturam, num.101. Ripa extra de iudic.num.97.& seq. Carer.in pract. crim.in 2.tractat.de indit. & tortura §. circa secūdam, num.24.& seq.fol.mihi 81. Decian. tract. crimin.lib.3.cap.35.num.63.Farinac.quæst 5.num.12. vers.limita sublimitationem, & in addit. ad eius opera post lib.3.cons.ad dict.quæst.5. eumdemque numer.12.vbi idem intelligit in gratia prouenien-te à Principe, & plenius cons.46. num.12. & seqq. vbi etiam contrarijs respondet, libr.1. Bonifac.de furt.§.est num.112.

Tamen vel magis adhærendum tenentibus contra-
5 rium, quod scilicet habenti interesse ratione rerū, quas prætendit sibi furto subtractas, solum præseruatum censeatur interesse, quoad effectum ciuilem, ita vt extincta criminalitate per liberationē Causa remaneat merè ciuilis, Paris.conf.1.per tot. lib.4.Ruin. cons.60. num,8. & seq.lib.5.

Vel conclusio contraria intelligenda, quando libe-
6 ratio non fit à supremo Principe, vel eo consulto, sed ab inferioribus, vt intelligunt Mastrill. post tractat.de magistrat in comment.ad indultum gener.cap.23.num.20.post princip.vers. sed indultatus pro furto, vbi etiam quod ita Consilium iudicauit, Guazzin.defens.30.cap.6. num.6. in principio, licet in vers.quę opinio contra.

Vel saltem aliud dicendum, quando liberatio præ-
7 tensi delinquentis non fit à Principe ex mera gratia, sed causa cognita, & præcipuè concernente publicam vtilitatem, prout absque dubio concernit liberatio in hoc casu.Decian.tract.crimin. lib.3. cap.35.num.69.Mastrill.decis.205 num.31.lib.3.

Cæterum in omnem casum res plana videtur ad effectum, vt non sit locus reuocationi ad carceres; quoniam sententia, in qua mandatum fuit relaxatum, cuius vigore processit arrestatio, fuit lata in
8 contumaciam, quemadmodum etiā in dubio ob contumaciam, & non ob delictum lata præsumitur, Seraphin.decis.354.num.24.Rot.post lib.2.cōsil.Farinac.decis.175.num.1.& seq.

Etiam quod sententia in contumaciam lata sit fun-
9 data super testibus examinatis pro informatione Curię, Rot.post dictum lib.2.Consil.Farinac. decis. 145.num.4.

Cum autem ex reformatione eiusdem Pauli Quinti, d.tit.de carcerib.& carcerat.num.11.d.par.3. nou. Bullar.constit.71.fol.284.arresta relaxari non possint aliter quàm præcedente mandato seruatis seruandis relaxato, & eis non obstantibus carcerati sint relaxandi, sequitur, quod ex cessatione
10 contumaciæ ex dicta liberatione cessauerint effectus contumaciæ, Seraphin.decis.965. numer.8. & decis.972.num.21.& consequutiuè resolutum fuerit mandatum ob contumaciam relaxatum, ac propterea negari in hoc casu defensiones nequeāt. Seraphin.d.decis.354.num.8.& 13.

ARGVMENTVM.

An Causa criminalis remittenda sit ad Partes, quando inquisitus habuit recursum ad Sedem Apostolicam, & postquam sese in carceribus Vrbis cōstituit, relaxatus fuit sub fideiussore de se repræsentando.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitus in Partibus habere potest recursum ad Sanctissimum, & sese in Curia constituere in carceribus. Et num 5.*
2 *Carceratus etiam dicitur is, qui præstitit fideiussionem de se repræsentando.*
3 *Carceratorum remissio, nec de Iure, nec de consuetudine fit à maiore ad inferiorem.*
4 *Romana Curia nunquam solet delinquentes remittere, sed in ea omnes vbicumque deliquerint, puniuntur.*
6 *Dispositio loquens de casu simplici non comprehendit casum mixtum.*

CONSILIVM CCCLII.

Nihil rescribendum commissioni, quæ exaduerso datur pro obtinenda moderatione inhibitionis, & remissione huius Causę ad Partes, & proin de auocatione eiusdem Causæ ab A.C. coram quo pendet instructa, stante quod querelati, & inqui-
1 siti in Curia Episcopali habuerunt recursum ad Sanctissimum iuxtà decisionem Rotæ apud Farinac.post lib.2.cons.decis.27.num.22.in fine, & n.24 ante finem, seseque in carceribus constituerunt, & postquam examinati in Vrbe fuerunt, excarceratio processit mediante cautione præstita de non discedendo ab Vrbe, & se repręsentando ad omne
2 mandatum ipsius A.C.quamobrem adhuc carcerati dicuntur, ex text.in l. in eadem.10.vers.in vinculis autem, & l.nec non.28 vers.sed sub fideiussorum satisdatione, ff.ex quib.caus.maiores.

Etenim receptissima est conclusio, quòd remissio
3 carceratorum neque de Iure facienda est à maiore ad inferiorem, Oldrad.cons.124.num.4.vers. tertio remissio, Couar.pract.cap.11.num.10.vers.decimo tertio, Farinac.quæst.7.num.33.

Neque de consuetudine, Abbas cons.24. num.1. vers. item fortius consuetado, vbi testatur de consuetudi-

tudine totius Italiæ, lib.1. Caball. resol. criminal. cas.162.num.13. vbi tractatur de consuetudine generali, Clar.quæst.38.num.10. Guazzin. defens.1. cap.17.num.24.& 32. Peguer. decis. crimin.66. numero 9.

Et indubitatum est, quod Curia Romana nunquam
4 solet delinquentes remittere, sed in ea omnes vbicumque deliquerit, puniuntur, Oldrad.d.cós. 124.numer.4.in fine, & seq.Farinac.d.quæstione 7. num.12.

Ideoque nihil facit Vrsillus exaduerso allegatus ad decisionem Afflict.155.num.6.nam licet in fine dicat, aliquando vidisse seruari contrarium, tamen fortius pro regula firmat, quòd magna Curia Vicariæ habens delinquentes eos non remittit, non obstante priuilegio cum clausula abdicatiua ex præeminentia Magnæ Curiæ.

Atque hinc fundamentum aliquod fieri nequit in prætensis facultatibus cognoscendi omnes Causas ciuiles, & criminales in prima, secunda, & tertia instantia priuatiuè quoad A. C. quoniam intelli-
5 gendæ non sunt de illis Causis, in quibus asserti delinquentes recurrunt ad Sanctissimum, & Sedẽ Apostolicam sese in carceribus Vrbis constituentes, quia in hoc casu facultates non loquuntur, & loquentes in casibus simplicibus non patiuntur extensionem ad casum, de quo agitur, in quo, tam ex regulis iuris, quàm ex consuetudine generali etiam Romanæ Curiæ ex præmissis patet, diuersam esse omnino rationem, ne alioquin recursus ad Sanctissimum,& Romanam Curiam à sponte se in carceribus Vrbis constituentibus impediatur, vt per Rot.in d.decis.27.num.22. in fine,& 24. apud Farinac post 2. libr.consiliorum ipsius.

Et pro regula traditur casus simplices casus mixtos,
6 minime compræhendere, Surd. decis. 174. nu. 16.

ARGVMENTVM.

De exclusione præsumptionum prætensi criminis simoniæ.

SVMMARIVM.

1 *Confidentia licet probetur præsumptionibus, etiamsi ciuiliter agatur, illæ tamen debent necessario concludere.*
2 *Confidentia, & simonia non probatur ex actibus sequutis absque probatione præcedentis pactionis expressæ, vel tacitæ.*
3 *Instrumentum in Regno non seruatis solemnitatibus Regiæ Constitutionis non est in forma probante.*
4 *Instrumentum non recognitum non probat.*
5 *Contractus licet sit nullus, tamen valet confessio in eo contenta. Contrarium stante falsitatis præsumptione, vt num.6.*
7 *Falsi suspicio in ciuilibus habetur pro falsitate.*
8 *Falsitatis inditium resultat ex productione instrumenti, postquam testes in eo descripti decesserunt.*
9 *Testis inimicus non probat, etiamsi materia sit coniecturalis.*
10 *Inuerisimilitudo auget suspicionem falsitatis.*
11 *Inuerisimilitudo efficit, vt confessio non attendatur.*
12 *Confidentia non probatur ex confessione extraiudiciali.*
13 *Voluntas licet colligatur ex actu nullo, tamen id procedit in actu simpliciter nullo, secus autem quando vltra nullitatem adest conditio a voluntate dependens.*
14 *Simonia excluditur ex reseruatione beneplaciti Apostolici.*
15 *Simoniæ coniectura est, si quis post resignationem se in beneficio ingerat, aut fructus percipiat. Contrarium quando constat de aliqua iusta causa præcedente, vel subsequente, vt num.16.*
17 *Actus gesti a resignante in perceptione fructuum beneficij magis ascribendi sunt ... consanguinis quam illicitæ intentioni.*
18 *Actus confidentiales tunc demum præiudicant, si gesti sint praua confidentiali intentione.*
19 *Confidentiæ interpretatio exclusiua capienda est.*
20 *Domicilium pluribus in locis æque haberi potest.*

CONSILIVM CCCLIII.

QVamuis ad probationem criminis confidentiæ tanquam delicti occulte fieri soliti etiam si ci-
1 uiliter agatur, præsumptiones, & coniecturæ sufficiant, eæ tamen debent necessariò concludere, itaquod confidentiam conuincant inexcusabilem. Rot.post lib.1.consil.Farinac.decis.63.& decis. 135. etiam num.1.& decis.166.num.8.ad fin.part.2.recent.repetita post lib.2. consil. Farinac. decis.234. num.9.Gregor.decis.238.nu.1. repetita decis. 108, par.1.recent.idem Greg.decis.517.n.2.3. & seq. repetita decis.358.par.2.recent.

Propterea confidentia, cum sit crimen simoniæ conuentionalis, non committitur absque pacto, &
2 conuentione, ideóque nec releuantes sunt coniecturæ, aut præsumptiones, aut alia, ex quibus precedés pactio, & cõuentio necessario nõ inferatur; quamobrem nunquam probatur ex actibus sequutis absque probatione precedentis pactionis expressæ, vel tacitæ, nisi ex ijs, quæ necessario non contingenter concludant, Rota post d. primum librum consil. Farinac. decis.135. num.3. & d.decis.166.num.2.loquens secundum terminos Constitutionis Pij Quinti declaratoriæ casuum, ac præsumptionum, quæ est 85.in nou.Bullar.pa.2.fol. 283.Gregor.d.decis.238.nu.8.& seq.& d. decis.517. nu.30.& 33.& Rot. d. decis.109.n.2.post lib.2. consil. Farinac.

In casu igitur, de quo quæritur, cessat omnis prætensio confidentiæ, cum nec præsumptiones conuincentes, nec præcedens pactio aliqua saltem illicita iustificetur.

Siquidem nulla probatur præcedens pactio ex asserto
3 instrumento, non solum quia ademptæ est illi omnis fides ob non seruatas solemnitates ex Regia Constitutione, de qua Afflict.lib.1.Constit.Regni rubr.79.de fid.instr.nu.1.& seqq. sed quia nullam prorsus fidem meretur etiam iure communi
4 inspecto, dum minimè fuit, sicut requiritur, formiter recognitum, adeo quòd nedum respectu solemnitatum defectus, sed etiam respectu consensus substantialis omninò corruit, Put.decis.336. alias 337.num.5.lib.2.in nouis, vbi idem docet non obstante, quod instrumentum haberet legalitatem, Rot.decis.271. numer.7. part.1 & decis.145. numer. 1. & decis.234. n.1. & 5. par.2. recent.

Cæterum, quando etiam recognoſceretur, non ta-
5 men exinde reſultaret confeſsio ſufficiens ad effe-
ctum, de quo agitur ex Gabr.de clauſ. concluſ.10.
numer.11. alijsque relatis per Mancin.de confeſſ.
6 cap.1.num.8.& ſeq.quia preter quam quod ex de-
ductis in facto, ſi non concludenter, ſaltem præ-
ſumptiuè conſtat de falſitate, idem Gabr. eadem
concluſ.10.num.12.cum in ciuilibus ſuſpicio falſi
7 habeatur pro falſitate, Seraph. deciſ.1259. num.4.
Rot.deciſ.366.num.4.poſt lib.2.conſil.Farinac.præ-
8 cipuè autem cùm inſtrumentum non fuerit viſum,
niſi poſtquam teſtes in eo deſcripti deceſſerunt,
Aym.conſ.28.num.7.Pedemont.deciſ.117.num.10.
Cephal.conſ.409.num.33.Menoch.de arbitrar.caſ.
187.num.44.& præſumpt.20.num.7.libro 5.Rot.d.
deciſ.366.num.9. poſt lib. 2. conſil. Farinac. item
9 concurrat qualitas inimicitiæ, de qua in facto, quæ
non obſtante materia coniecturali ex dicta Con-
ſtitutione Pij Quinti à quibuſcumque fidem repel-
lit, vt in his terminis per Gregor.d.deciſ.517.nu.5
& ſeq.& quod caput eſt, inueriſimile omninò red-
ditur, quod patruus, & nepos in re prohibita vo-
luerint de ſimili pactione abſque vlla neceſsitate
adhibere rogitum notarij; nam inueriſimilitudo
10 non ſolùm auget falſitatis ſuſpicionem, Surd. cóſ.
61.num.38.lib.1.Farinac.de falſ.quæſt.153.nu.176.
Rot.deciſ.137.numer.3. par.2.diuerſ.ſed efficit, vt
11 neque etiam quælibet confeſsio ſit attendenda,
Aym.conſ.134.num.38.Roland.conſ.49.numer.54
lib.1.Pariſ.conſ.131.num.23.lib.1.

Adhuc confeſsio ex aſſerto inſtrumento nullius eſt
momenti, tam ex eo, quod ſuppoſita inſtrumen-
ti nullitate ex ſolo defectu ſolemnitatum confeſ-
12 ſio remanet extraiudicialis, quæ confidentiam
non probat, vt in his terminis firmat Gregor.d.
deciſ.238.num.12. quàm etiam, quia obiectum
ceſſat, quoniam pactio, quæ in eodem prætenſo
inſtrumento legitur, eſt ſub promiſsione obtinen-
di deſuper aſſenſum Apoſtolicum; quandoquidem
13 hoc caſu non procedit concluſio, vt confeſsio etiã
ex actu nullo præiudicet, cum intelligatur de
actu ſimpliciter nullo, non autem nullo, & con-
ditionali, conditione à validitate dependente,
Seraphin.deciſ.838. num.14. Rot. deciſ.795.nu.15.
par.1.diuerſ.

Cum imò etiam ſimonia prorſus excludatur per re-
14 ſeruationem beneplaciti Sedis Apoſtolicæ, vt per
Rot.d.deciſ.135.numer.5.ad fin.poſt lib.1.conſ. Fa-
rinac.

Semota autem pactione, cui actus ſucceſsiui applica-
ri poſsint, non obſtant coniecturæ in vim Bullæ
15 Pij V. ſeu alias deſumptæ, quia licet ex Conſtitu-
tione probabilis illa cenſeatur coniectura, ſi quis
poſt reſignationem ſeſe in beneficio ingerat, aut
fructus percipiat, vt etiam per Gabr.conſ.172.nu.
8. lib.2.tamen id non procedit. quando apparet
16 de aliqua iuſta cauſa, ſiue ſuperueniente, idem
Gabr.d.conſ.172.num.8.verſ.primò quia, & num.
ſeqq.ſiue antecedẽte, cum actus ſequentes magis
cenſeantur ex titulo præcedente licito, quàm illi-
cito, idem Gabr.dicto conſ.172. num.17. & ſeqq.
Rot.d.deciſ.63.num.1.in fine, & num.3. & d. deciſ.
135.num.2.& ſeq.poſt lib.1.conſ. Farinac. Gregor.
d.deciſ.238.num.7.& ſeq.& d.deciſ.517. numer.29.
Pariſ.de confid.quæſt.31.& 32. & ſeq.

Conſtat autem de iuſta cauſa in hoc caſu non ſolùm
ex communione omnium bonorum inter reſignã-
tem, & reſignatarium etiam ante reſignationem
deinde eodem modo continuatam, prout teſtes
17 deponunt, ſed etiam ex ſola ſimultanea cohabi-
tatione, cum reſignans hoc caſu actus, quos gerit
tam ſe ingerendo in beneficijs reſignatis, quàm
in fructuum perceptione magis aſcribendi ſint iuri
coniunctionis ſanguinis, quàm illicitæ intentioni
iuxta etiam declarationem fa:me: Gregorij XIII.
de qua Pariſ.de confid.quæſtione 56. num.6.& per
tot.

Et hinc eſt, quod actus confidentiales approbati per
18 Conſtitutionem Pij Quinti, ita demum præiudi-
cant, ſi facti ſint praua confidentiali intentione,
& non alias, vt etiam reſoluit Rota d. deciſ. 109.
nu.2.ante med.verſ.ſed ita demum,poſt lib.2.conſ.
Farinac.

Quamobrem ſemper capienda eſt præſumptio confi-
19 dentiæ excluſiua, Caputaq.deciſ.200.num.4.par.1.
Gabr.d.conſ.172.num.20. & præcipuè in actibus
palam geſtis, vt num.21.lib.2.Rot.d.deciſ.63.nu.1.
in fin.& num.3.etiam in fine,poſt lib.1.conſ. Farin.
& d.deciſ.166.num.8.verſ. & ita potius in dubio,
par.2.recent.Gregor.d.deciſ.517.num.20.

Neque enim refert, quod cohabitatio non fuerit
ſemper in eadem domo, ſed ſeorſum, quia ſatis
eſt, quod fuerit ſimultanea in vna, vel altera do-
mo habitata à patruo,& nepote, itaquod vbi præ-
ſentes fuerunt, inſimul habitauerint in vno, eo-
20 demque domicilio, cum domicilium abſque du-
bio pluribus in locis æque haberi poſsit, l. eius 27.
§.fin.l.Labeo,& l.aſſumptio §.1.verſ. iuris pruden-
tibus.ff.ad municip.c.cum quis §.1.de ſepult. in 6.
Lap.alleg.99.num.2.col.2.verſ.hinc eſt, quod æ-
qualiter, Aretin.conſ.135.poſt nu.1.verſ.dato ergo
Surd.conſ.313.num.72.

ARGVMENTVM.

Poſt didicita teſtificata an, & quando impediatur inſtigatori nouum examẽ teſtium ob timorem ſubornationis.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio denegatur ante ſententiam diffinitiuam.*

2 *Teſtes ſuper eiſdem non examinantur poſt didicita teſtificata.*

3 *Publicatio proceſſus non requiritur ad effectum impediendi nouum examen, ſed ſatis eſt, quod teſtificata quomodocumque fuerint didicita.*

4 *Ad Iudicis officium ſpectat obuiare, ne falſitates committantur.*

5 *Teſtes poſt didicita teſtificata non examinantur, non ſolum ob timorem ſubornationis, ſed vt tandem vexationi finis imponatur.*

6 *Teſtium examen vt impediatur poſt didicita teſtificata, requiritur quod fuerint ritè, & rectè examinati.*

7 *Subornationis timor augetur ex teſtium exceptionibus.*

8 *Publicatio proceſſus non impedit nouum examen, quando variatur modus agendi, vt quia diuerſũ iudicium ad diuerſum finem intentatur.*

CON-

CONSILIVM CCCLIV.

NIhil rescribendum, quia cum siue appellatio fuerit interposita à denegatione remissoriæ ad effectum nouæ probationis delicti prætensæ confidentiæ ad Partes, siue ex huiusmodi prætenso grauamine prætendatur, locum esse auocationi Causæ à R.P.D. Iudice confidentiarum, & illius
1 commissioni alteri, rescribi iure nequit, cum denegatio fuerit mera interloquutoria. l. ante sentẽtiæ, C.quor.appell.l.apertissimi, C. de iudic. Vestr. in prax.lib.3.cap.10.num.6.

Et ex Cancellariæ regulis statutũ sit, vt reg.17. quòd nulli ante sententiam diffinitiuam liceat appellare.

In hoc autem casu manifesta detegitur calumnia in hac vexatione tendẽte ad impediendum exequutionem mandati exequutiui pro pensione, de qua agitur,relaxati ab A.C.& in Rota exequi mandati etiam sub censuris, quoniam iustitia omninò repugnat, dum D.aduersarius fuit querelans, & Fisco instigator adherens non solum examinauit testes super prætensa confidentia in Partibus coram Reuerendissimo Nuntio, coram quo eamdem Causam primò introduxerat,sed introducta deinde eadem Causa coram R.P.D. Iudice confidentiarum,postquam mediante monitorio ad personaliter comparendum hanc Partem accessu adCuriam grauauit, Causam prosequutus est non solum ex dicto processu coram Nuntio, sed etiam institit, vt D.Thomas prætensus Reus declararet in actis, an vellet testes habere pro ritè, & rectè examinatis, prout idem D. Thomas declarauit; quamobrem fuit vtrique Parti processus publicatus, idemque aduersarius didicit testificata,Iudicem cum ijs etiam, prout voluit, informando,
2 nam propterea vlteriori examini obstat textus in c.fraternitatis, & in Clem.testibus de testib. & in auth. at qui semel, C.de probat.

Idque procedit etiam in casu, in quo prætendatur examini aliorum testium locum esse ex officio, vel stante Fisci instantia, nam quando querelans, vel instigator vult examinari facere, & præcipuè in Partibus.minime est admittendus ob iustum ti-
3 morem subornationis, etiamquod processus non fuerit formiter publicatus, ex quo sufficit, testificata fuisse quomodocumque didicita, vt per Farinac.de testib.quæst.75.num.330. & num. 417. & 418.vbi quod hæc vltima opinio est verior, & cõmunior, vt num.424.

Et quòd sit talis,firmant præcipuè Host.in c.fraternitatis,num.37.vers.& postea, & num.seq. Marsil.in prax.§.sequens num.7.vers.tamen, Alex. in l.4. §. hoc autem,num.29.vers.tamen,ff. de damn. infect. Clar.§.final.quęst.61.num.5.in fine.

Idque etiam summa ratione conuincitur, cum præ-
4 cipuè ad Iudicis officium spectet obuiare, ne falsitates committantur, Menoch. cons.188. num.14. Giurb.cons.49.num.25.

Concurrente insuper, quod aduersarius non solum voluit D. Thomam coram d. Nuntio vexare in Partibus, sed etiam in Curia,& in hac nedum cum processu coram d.Nuntio fabricato, sed mediante legitimatione illius ex instantia, quod testes declararentur pro ritè, & rectè examinatis, nam propterea satis patet, quod ad impediendam pẽsionis solutionem quærit auocationem Causæ à Iudice ordinario confidentiarum, & alteri com-
5 mittere, & regulã, quod post didicita testificata non sint admittendi noui testes, procedit non solum ratione præsumptæ subornationis,sed etiam, vt tandem instigatoris vexationi finis imponatur, Io.Andr.in d.cap.fraternitatis,num.25. vers.primo quia,de testib.vbi etiam Abb.num.6.vers.item, & Felin.num.11.Cardinal. Zabarel. in Clem.2.nu.12. in fine, vers.fuit enim,de testib.Feder. de Sen. cons. 262. num.1. Alex.cons.84.num.2. vers. pro hoc etiam,lib.4.Surd.cons.8.numer.20. vers. & timor,libro 1.

Nec obstat, quod corã d.Nũtio processus huius Causæ fuerit ad effectum ciuilem, ideoque intentato in Curia iudicio criminali debuerit ad illius effectum produci in Curia,ex Scac.de iudic.lib.1.c.74. num.4.ad med.vers.aut quæritur, an vigore illorum actorum; quia non propterea sequitur, quin postquam dictus processus fuit inCuria productus, & postquam in Curia fuit iam nouus processus nõ solum exinde inchoatus, sed instructus vsquè ad
6 conclusionem in Causa,non excludatur noua probatio in Partibus post didicita testificata legitimata mediante dicta declaratione ex instantia instigatoris, quod haberentur, prout habiti fuerunt,pro ritè examinatis, vt per Gabr. de testib. conclus.21.num.19. stante timore subornationis;
7 & præcipuè cum testes, qui in Partibus fuerunt examinati,patiantur in dicto exceptionem,de qua in facto,propter quam timor subornationis augetur, vt per Afflict.decis.272.num.3.

Minusque obstat, quod inter iudicium ciuile intentatum coram d.Nuntio, & iudicium criminale intentatum coram Iudice cõfidentiarum fuerit variatus modus agendi, & ex huiusmodi variatione publicatio processus facta in primo iudicio non obstet, quin alij testes possint examinari in secundo, quia obiectum nec subsistit in facto,ex quo publicatio non fuit facta in primo iudicio, sed in secundo.

Nec subsistit in Iure,cum conclusio exaduerso addu-
8 cta procedat, quando primum iudicium intentatur ad vnum finem, & secundum ad alium finem diuersum; in hoc autem casu vtrumque iudicium fuerit ad eumdem finem probationis assertæ confidentię, sic namque intelligunt ijdem allegati per Farinac.de testib. quæst.75. num.128.

ARGVMENTVM.

De exclusione monopolij in emptione frumenti.

De exclusione delicti vsuræ,& immixtionis frumenti mali cum bono, & defectiuæ asignationis frumenti.

SVMMARIVM.

1 *Compositio eo casu dumtaxat legitima dicitur, quo fit super dubio criminis statu.*

2 *Compositionis effectu non est aliquis priuandus sub colore, quod fieri potuerit ad redimendas vexationes.*

3 *Contractus initus ad fauorem iniuste carcerantis non subsistit.*

4 *Ini-*

4 *Initium licitum operatur exclusionem delicti.*
5 *Vbertatis tempore liberum commercium conceditur.*
6 *Frumenti veteris in nouum commutatio permittitur, quando probabiliter dubitari potest, an pluris, vel minoris sit valiturum.*
7 *Constitutio ligat si est in vsu, alias secus.*
8 *Constitutio non requirit scientiam Superioris in abrogando, quando non recipit essentiam in vtendo.*
9 *Consuetudo excusat a dolo, & a pœna. Et numero 12.*
10 *Frumenti venditio pro precio quo valebit certo futuro tempore valet, quando venditor erat vsque ad illud tempus reseruaturus.*
11 *Venditor præsumitur fuisse reseruaturus frumentũ, vt delictum excludatur.*
13 *Mixtura frumenti boni cum malo punitur, quando fieri nequit separatio, alias secus.*
14 *Mixtura frumenti non punitur nisi concurrente dolo.*
15 *Dolus cessat ex probatione bonæ famæ.*
16 *Redhibitoriæ non est locus, quando venditio fit scienti, & videnti.*
17 *Inutile quod est, non habetur in consideratione.*
18 *Scientia certa requiritur ad effectum pœnæ.*

CONSILIVM CCCLV.

VIdetur D.Iulius, non obstantibus obiectis criminibus in casu innocentiæ, & consequenter
1 habendam non esse rationem compositionis iam factæ; cum enim compositio duntaxat eo casu legitima dicatur, quo sit super dubio criminis statu, Grilland.de malef.rubr.de pœn.compos. qu. 1. num. 11. vtiquè vbi ex eisdem liquet de innocen-
2 tia, non est innocens effectu compositionis priuandus, non obstante colore, quod fieri potuerit ad redimendas vexationes, vt per Parid. de Put. tract. de sindic.in verbo compositio. quæst. 1. nu. 6. vers. vbi nihil constat.

Et præsertim, dum emanauit compositio existente D.Iulio in carceribus, quandoquidem data car-
3 cerationis iniustitia, quicumque contractus gestus ad vtilitatem Partis carcerantis omninò nullitati subiacet, itaquod neque aliquo firmatur iuramento, l.qui in carcerem, ff.quod met.caus.cum alijs per Rot.decis.490.num.1.seq.& per tot.par.1. in recentior.

Constat autem de innocentia in vnoquoque ex criminibus obiectis, dum illa neutiquam probantur; non enim probatur prætensum monopolium, seu incettatio in emendis frumentis septem ab hinc annis, quia cum tunc constet à Præside Prouinciæ liberum commercium fuisse concessum, ex initio huius incettationis licito delictum omne excluditur, vt per Corlett.cons.25. num.35. in fine, & num.seqq.inter cons.crim.diuers.lib.2. cùm etiam
5 non sine ratione liberum commercium concedatur stante vbertate, vt per Angel.in l.annonam, n.6.ff.de extraordin.cr.& in puncto Sola glo. 5.de edict. annon.num.3.fol.735.

Neque delictum ascribi potest successiuis renouationibus apocharum ab inde citra, quoniam aut exinde delictum prætenditur in receptione frumẽti in solutum contra prohibitiones edictales, & delictum excluditur non solum, quia non constat, prohibitiones in hac parte fuisse vsu receptas, falsũ vbi receptio prouenit origine à datione frumẽti, & deinde per viam renouationis apocharum;
6 nam commutatio veteris frumenti in nouum permittitur, vbi probabiliter dubitari potest, an pluris, vel minoris tempore restitutionis sit valiturũ, Guido Pap.tractat.de contract.illicit. numero. 24. Lup.in c.nauiganti §.5.nu.123.de vsur. Couar.var. lib.2. cap.3.num.6.Sola in glo.vltim.de edict. an-
7 non.nu.10.fol.760. sed implicitum habuisse vsum contrarium, ac contrarium passim in tota Prouincia seruari Superioribus ipsis non ignorantibus, quinimmo apochas ipsas huius promissionis exequentibus, Mohedan. decis.1. de Constit. Ludou. decis.Perus.98.num.1.Put.decis.1.lib.1. adeo quod
8 neque opus est scientia Superioris in abrogando, quando Constitutio non recipit essentiam in vtẽdo, vt per Felin. in c.1.num.13. vers. nihilominus, & in fin. de treug.& pac.

Sed quia saltem ista consuetudo quamuis non ita for-
9 miter probata excusat à dolo, sine quo pœna non incurritur, vt per Rot.decis.2.num.1.ad med. post lib.2.consil.Farinac.

Aut prętenditur delictum vsurę in venditione frumẽti prætio cariori futuro in mense Maij, & nullum prorsus crimen datur, tum quia contraria con-
10 clusio fundata in probabili credulitate, quod pretium eo tempore carius esset, sicut loquuntur Azor.in moral.instit.par.3. lib.10. cap.7. vers. idem quoque, & Scacc.de camb.par.1.§.1.quæst.7.n.31. ad fin. procedit, vbi constat venditorem non fuisse vsque ad tempus prædictum reseruaturum, vt ex Theologis tenent Summ.Augel. in verbo, vsura 4.num.34.Siluestr.in verbo, vsura 2.4. num.6. Scot. in 4.distinct.15.quæst.2.art.2. in fine, quos adducunt Couar. & Rot.vbi infra, Sot.de iust. & iur. libro 6. quæst.4.art.2.in 2.conclus. Medin. de contr. lib.1.§.95.Lessius de iust.& iur.lib.2.cap.21.limit.4 num.28.ad fin.vers. potest.Ferdinand. Rebell. de obligat.iust.lib.8.quæst.8.vers. sit secunda conclusio, Medin.de rest.quæst.38.in 5. caut.in resp.ad 3. vers.vnde aliqui, Ioseph.Angles in 4. par. 2. tit. de vsur.ratione emptionis dubit.1. concl.1. & seq. & ex Canonistis Calder.in repet.c.nauiganti.num. 8. vers.venditurus.de vsur.vbi etiam Bero, num. 12. vers.contrarium, Soc.de vsur. cap.1. num.72. vers. & aduerte, Nauar.in manual.cap.17.num.239.ver. dixi etiam, non est seruaturus, Couar.var.lib.2.cap. 3.num.6.vers.item secundo, Lup. d. cap. nauiganti comment.3.§.5.num. 122.& ex Legistis Aym. cons. 145.num.23. Fusc.verbo, vsura. concl.337.num.58.
11 etenim in dubio ad delicti exclusionem præsumitur, venditorem fuisse seruaturum, vt per Aym.d.cons.145.num.23.

Tum etiam quia probatur quoque generalis consuetudo ita contrahendi in illis Partibus; quamuis enim verum esset in materia vsurariæ prauitatis consuetudinem non esse attendendam, tamen intelligitur hæc conclusio quoad validitatem actus,
12 non etiam quoad pœnam, cum ab illa sine dubio consuetudo excuset, vt per Rot.decis.2. nu.1. post princip.post lib 2.cons.Farinac.

Non etiam culpabilis censenda est immixtio frumenti vetusti, & corrupti cum nouo, & bono, & quia præter id quod non probatur confusio ex Boss.Menoch.& alijs dicentibus, immiscentes ex-
13 traordinariè puniri, procedit in eo, qui bonum cum malo miscuit, adeoquod separari non posset, quia si potuisset, nulla pœna imponitur, vt per

Claud.

Claud.ad Bertazzol.conf.crim.11.in addit.fub litt. G.lib.1.vbi inquit ita loqui l. faccularij, & ibi glo. ff.de extraord.crim.ac ita etiam apertiffimè fentire Angel.in l.annonam.ff.de extraord.crim.

Et quia contrarijs locus eft,vbi admixtio fit cum do-
14 lo ad emptoris deceptionem, vt declarat idem Bertaz.conf.crim.33.num.18. lib.1. in hoc autem
15 cafu ceffat omninò dolus,non folum ratione qualitatis perfonæ ex probatione bonæ famæ, vt in his terminis per eumdem Bertaz.eod.conf.33. nu.
16 20.& 21.fed quia venditiones factæ fuerunt fcientibus, & videntibus, quo cafu neque vnquam ex prætenfa morbofitate, aut patenti vitio locus eft redhibitoriæ,l.ea,quæ,ff.de contr.empt.Bald.in l.1. quæft.1.vbi Cyn.& alij, C.de ædil.edict. l.1.§. fi intelligatur, & l. fi tamen §. ei, qui ff. eod. tit. & in puncto mixturæ grani corrupti Sola, glo.8.num.9 de edict.annonæ fol.744.

Minufque criminofa dici poteft afsignatio frumenti; quamuis enim ex cedula afsignationis quantitas veteris frumenti exprimatur in rubris 360.& noui 90.in menfuratione autem frumentum repertum fuerit rubrorum 505. tamen dempto frumento
17 putrido,quod tanquam inutile numerari non debet, l.1.§.quod autem, ff. de offic. Præfect. Vrb. l. quoties,vbi Iaf.ff qui fatifd.cog.Surd.decif.51.n.13. & feq ac dempta quantitate frumenti proueniente ex augumento, quod ante menfurationem ignoratur, vtique apparet,affignationem minimè defectiuam fuiffe tanquam correfpondentem fcientiæ quantitatis repofitæ in foueis, quæ tanquam certa ad eiusmodi effectum,non incerta eft attendenda, Mohed.decif.4.num.5.& feqq. de probat. Put.decif.142.alias 143.num.2.lib.1.

ARGVMENTVM.

Conftitutio fan. mem. Sixti Quinti prohibens collectiones armatorum hominum, an locum habeat in infultu extra caufam manutenendæ, recuperandæ, aut adipifcendæ poffefsionis bonorum ftabilium.

SVMMARIVM.

1 *Conftitutio Sixti Quinti prohibens collectas armatorum reftringitur ad caufam manutenendi, recuperandi, vel adipifcendi poffefsionem bonorũ stabilium.*

2 *Verba quantumcumque generalia intelligenda funt eo refpectu, quo proferuntur. Et num.11.*

3 *De Pœna vbi agitur ex aliqua Conftitutione, verificari oportet omnes qualitates in Conftitutione expreffæ.*

4 *Alternatiua folet alternare æqualia, vel parum diftantia.*

5 *Ad Pœnam imponendam nõ fit extenfio de cafu ad cafum. Et num.10.*

6 *Collectiones armatorum hominum permittuntur contra latrones, graffatores, & bannitos, & in auxilium miniftrorum iuftitiæ, & ad tuenda loca maritima.*

7 *Exceptio debet effe de regula, illamque declarat.*

8 *Ex collectionibus armatorum hominum de Iure nõ inducitur crimen lefæ maieftatis, vbi non fiant hoftiliter aduerfus Principem, vel Rempublicam.*

9 *Vfurpans iurifdictionem Principis incidit in crimen lefæ maieftatis.*

CONSILIVM CCCLVI.

Conftitutio Sixti Quinti in nouo Bullario 75.tomo 2.fol.617.applicabilis non eft prætenfo in-
1 fultui, de quo agitur, quoniam quod non egrediatur terminos, in quibus explicitè loquitur, collectas fcilicet armatorum pro recuperanda, fiue manutenenda, aut adipifcenda poffeffione bonorum immobilium finium, feu terminorum, & limitum territorij, vel agrorum fatis comprobant refponfa plura apud Farinac.conf.65.num.22. & feqq.& à num.55.ad num.141.idem Farinac.qu. 113.num.51.& quæft.125.num.178.verf.verum, & quæft.175.num.81.verf.& hic.& in addit. ad d. qu. 113.num.160.ac conf.195.num.6.verf.& quod attinet.ac etiam tria vota Seraphini, Blanchetti, & Orani, cum quibus fuit iudicatum, quæ habentur impreffa fub numer.decif.61.poft lib.2. conf. eiufdem Farinac.à num.1 ad 28.

Huic autem dictæ Conftitutionis intelligentiæ non obftat conf.D.Spadæ apud eumdem Farinac. 229. lib.3.quatenus præmiffis fibi non obftantibus fentit, Conftitutionem deberi generaliter intelligi in omnibus cafibus,in quibus fieret cõuocatio armatorum, quia eius fundamenta minimè videntur cõtraria in refponfis,& votis fupradictis deftruere.

Primum fiquidem defumptum ex generalitate proemij non confiderata qualitate caufæ, qua quis mouetur ad conuocandos homines armatos,non fubfiftit, quia imò caufa conuocationis legitur tam in proemio, & narratura, quam in difpofitiua ea exprimitur, quæ oritur ex prætextu tuendæ, ad ipifcendæ, vel recuperandæ poffeffionis,& quãuis Papa generaliter loquatur, vt in quibufcumq. Prouincijs armorum tumultus, & feditioforum turba, & ftrepitus conquiefcant, vt facinoroforũ hominum audacia, & immanitate compreffa fecuritas, quies, & tranquillitas perpetuo vigeat, & conferuetur, tamen hęc omnia expreffa funt eo refpectu, quem Papa in eadem Conftitutione declarat, ne quifquam temerè, vel vi adhibita ius fibi dicat, prout etiam refert idem D. Spada eod. conf.229.num.1.cum autem verba quantumcum-
2 que generalia intelligenda fint eo refpectu, quo proferuntur, Aym.conf.9.num.21.& conf.16.num. 3. Seraphin.decif.559.nu.2.generalitas quomodocumq. expreffa patitur reftrictionẽ ad hãc caufam propter quã verba generalia proferuntur, Seraph. eadem decif.559. numer.3. Rot. loquens. de intelligentia proemij decif.403.n.3.per tot.par.1.rec.

Secundum defumptum ex generalitate difpofitiuæ per ea verba Conftitutionis,propter prædictas,vel alias etiam vrgentiores, & vrgentiffimas etiam confuetudine permiffas caufas, quæ verba D.Spada prætendit adeo effe generalia, vt falua ratione recti fermonis non poffint reftringi ad caufas poffefforias, ac proinde non poffint verificari in alijs cafibus, quàm in cafu vlcifcendæ iniuriæ, & infequendi inimicos, & in alijs fimilibus,non etiam, fubfiftit, quia dato etiam, quod comprehendant quemcumque cafum vlcifcendæ iniuriæ ex quauis caufa extra poffefforias, tamen femper hæc generalitas,vt illi locus fit, debet includere qualitatem

cafus

casus, quod sibi quis temerè ius dicat, dum Constitutio in hoc residet, vt vis in hoc non adhibeatur, & hunc puto verum Constitutionis sensum, vt nempè generaliter intelligatur, in quocumque casu, & ex quacumque causa collectæ armatorum fiant ad effectum sibi propria authoritate ius di-
3 cendi; vbicumque enim agitur de imponenda pœna ex aliqua Constitutione oportet verificari omnes qualitates in ipsa Constitutione expressas, & aliàs pœna non committitur, Rot.decis.167.nu. 40.ad fin.par.1.recent.

Tertium desumptum ex modo loquendi alternatiue aut recuperandæ, vel adipiscendæ possessionis, vt in qualibet eius parte dispositio alternatiua iuxta illius naturam locum habeat, magis videtur facere pro hac Parte, quia cum natura alternatiuæ
4 sit alternare æqualia, vel parum distantia, generalitas ex hac ipsa ratione non recipiet aliam intelligentiam, quàm quod Constitutio procedat in omni casu, in quo concurrat eadem, vel similis natura alternationis, ac proinde quatenus conuocatio armatorum fiat ad effectum sibi ipsi vi adhibita ius dicendi, Socin.in l.1.num.4.ff.de reb. dub. Rip.in c.cum inter cœteras, num.34.de rescript.

Quartum desumptum ex subiunctione verborum in dispositiua, vel alio quouis prætextu, vt exinde compræhendat alios casus etiam diuersos ab expressis, non concludit lecturam contrariam, quia semper admissa quoque diuersitate casuum circa prætextus restringi potest, vt excludat quidem quoscumque prætextus, siue veros, siue fictos, & coloratos, vt intelligit Clem.1.in princ. de offic. Ordin.& l.fin.C.commod.in tuenda, adipiscenda, vel recuperanda possessione, sed non vt includat quemcumque effectum, ad quem fiat conuocatio extra causas possessorias prædictas, & eos, in quibus cessat qualitas dicendi sibi ius authoritate pro-
5 pria; quapropter pœna, vt habeat locum non fit extensio de casu ad casum, Achil.decis.2.num.6.de confess.Seraphin. decis.393. num.18 & decis.1442. num.7.Rot.decis.519.num.2.par.3.diuers.

Quintum desumptum ex casibus exceptuatis in Bulla, illis scilicet tribus, in quibus permittit colle-
6 ctam armatorum, primò contra latrones, grassatores, & bannitos, secundo in auxilium Curiæ, & ministrorum iustitiæ, & tertiò ad tuenda, & propugnanda loca maritima, vt per Farinac. d. conf. 65.num 48.ad fin.magis etiam facit pro contraria intelligentia, quoniam isti tres casus, in quibus Constitutio permittit, sunt de directo contrarij illis, quos Constitutio prohibet, dum in prohibitis finis à Constitutione expressus tendit ad excludendam vim in iure sibi dicendo, in illis verò tribus permissis finis Constitutionis tendit ad talem vim propulsandam, atque ideò retenta regula,
7 quod exceptio sit de regula, illamque declaret, ex hac ipsa ratione magis liquet, Constitutionem non compræhendere casus, in quibus cesset ratio ius sibi dicendi, Rot.decis.144. num,6. part.1. & decis. 294.num.5.& decis.580.num.2.par.2.rec.

Sextum desumptum ex argumentatione à maiori, vt Constitutio compræhendens casum recuperandæ, vel retinendæ possessionis de facto adeptæ, vel recuperatæ, quod de Iure communi in aliquibus casibus permittitur, multo magis censeri debeat, quod prohibeat conuocationem ad insequendos inimicos particulares, vel vlciscendam propriam iniuriam, quod de Iure est prohibitum, cessat ad-
uertendo, quòd imo inter vnum, & alterum
8 casum magna datur diuersitatis ratio, quia de Iure ex caualcatis, & armatorum collectione non incurritur crimen læsæ maiestatis, vbi non fiant hostiliter aduersus Principem, vel Rempublicam l.fin.vers.planè, ff.ad leg.Iul.maiest.Seraphin.d.decis.seu voto 61.num.2.post lib.2.consil.Farin. Fab. de Anna. cons. 67. per tot. sed benè crimen læsæ
9 maiestatis incurritur ab vsurpante Principis iurisdictionem, quemadmodum vsurpat ille, qui vi adhibita sibi ipsi ius dicit, Farinac. de crim. læsæ maiest.quæst.114.num 1.& hinc est quod Sixtus Quintus in d.Constitutione censuit minimè ferendum, vt quis temerè, vel vi adhibita ius sibi dicat, & magis talem improbitatem, & audaciam legum seueritate, & grauioribus pœnis propositis compescendam, & coercendam.

Septimum, & vltimum fundatum in publica vtilitate, & tranquillitate procedere potest, vbi agitur de casibus, in quibus ratio prohibitiua ius sibi vi adhibita dicendi concurrat, secus in vlciscenda iniuria priuata, dicta ratione cessante, ex præallegatis, ac propterea non est à regula recedendum,
10 vt Constitutio pœnalis casum explicitè non compræhendens non censeatur illum per interpretationem compræhendere, Cardin.Mantic.decis.54. num.11.

Minus etiam obstat Constitutio Pauli Quinti, de cuius effectu idem Farinac.quest.113. num.150.& seq quia non auget, sed declarat Constitutionem Sixti, & licet declarando disponat, eamdem Constitutionem in retinendæ possessionis, & quibuscumque alijs casibus locum habere, tamen cùm excipiat tantummodo causam veram, ac non fictam, & necessariam ad vim vi repellendam cum moderamine inculpatæ tutelæ, non tamen violenter, & de facto adeptæ, vel recuperatæ possessionis, constat intelligendam retento semper eodem themate concursus rationis, ne temerè, & vi adhibita, quisquam audeat sibi ius dicere, cũ vt initio
11 dixi, generalitati cuicumque hæc insit restrictio, vt verba intelligenda sint eo respectu, quo sunt prolata, Surd.cons.402. num.37. Honded, cons. 6. num.34.& seq.lib.1.Greg. decis.511. num.24.

ARGVMENTVM.

De validitate impositionis census in bonis fideicommissi vigore concessæ à Principe derogationis, etiam si non fuerit ab imponente impletus modus in derogatione præscriptus.

SVMMARIVM.

1 *Onera valorem diminuunt ad læsionis exclusionem.*
2 *Alienatio bonorum fideicommissi substinetur stante indulto Principis.*
3 *Tertius non potest dare de nullitate, quæ ad eius fauorem non inducitur.*
4 *Constitutionibus generaliter derogari potest.*
5 *Concessio trahitur ad omnia, sine quibus effectum sortiri non potest.*

6 *Alle-*

6 *Allegantiadfuisse bona libera incumbit onus probandi.*
7 *Bona libera dicuntur deducto ære alieno.*
8 *Census vigore derogationis fideicommissi substinetur, etiam si non fuerit impleta forma, quando illa non respicit substantiam gratiæ, sed modum exequutionis implendum ab impetrante.*
9 *Derogatio fideicommissi cum lege iniuncta a Principe non censetur onerare emptores, sed ipsos impetrantes.*
10 *Fideicommissis derogatur in Bulla contra Barones.*
11 *Dos constituenda, & restituenda detrahitur in subsidium ex bonis subiectis fideicommisso ascendentis. Etiamsi agatur de fideicommisso in contractu, vt num. 12.*

CONSILIVM CCCLVII.

Census scutorum quinque millium in sorte imputandus est inter onera ad effectum diminutionis valoris rerum in donatione, de qua agitur, compræhensarum; cum enim fuerit impositus super tenuta, & de impositionis validitate dubitari
1 nequeat, dubitandum quoque non est, quin illius onus valorem diminuat ad prætensæ læsionis exclusionem, l.quod sæpè,§.fin.vbi glos.& alij, ff.de contr.empt.Pinell.in l.2.par.3.cap.4.num.18. ante med.vers. precium aliquando, C. de rescind. vendit.Surd.cons.217.num.31 ad fin.& num. 32. lib.3. Rot.in Romana Domus de Montegatijs, 29. Nouembris 1591. coram Orano, & decis.648. num.2. par.1.in recent.

Constat autem de valida census impositione, dum
2 fæl.record.Paulus Quintus licentiam illum imponendi non obstante fideicommisso, alijsque quibuscumq. oneribus indulsit, Molin. de primogen. lib.4.cap.3.num.28.Rot.in Romana census,seu indulti 27. Nouembris 1620. coram R.P.D Vbaldo.

Nec obstat nullitas impositionis census prætensa ex defectu derogationis Constitutionum prohibentium alienationem Castrorum, etiam iurisdictio-
3 nalium, quia vltraquod de huiusmodi nullitate dare non potest Pars aduersa, cum non fuerit inducta ad eius fauorem, Oldrad. cons.139. num.8. ad med.Surd.cons. 1.num.86.Cæsar.de Graff. decis. 192.numer.3.Crescent.decis.1. de locat.Rot.decis. 482.num.3.par.1.diuers.obiectum cessat,tum quia census fuit impositus super tenuta, quam constat non esse iurisdictionalem,non autem super Castro, ac proinde inter subditos nulla concurrit Constitutio prohibitiua, vt videre est ex Constitutionibus ipsis Sixti, Clementis,& Pauli.

Tum etiam, quia ex ipso indulto impetrato ad effectum huius impositionis specificè super eisdem bonis, super quibus fuit impositus, prouenit suf-
4 ficiens derogatio, tam ex eo, quia derogatur in isto quibuscumque Constitutionibus, cœterisque contrarijs, Paris.cons.1. numer.84.lib.4.Felin.in c. nonnulli, num.21.de rescript. quam etiam, quia
5 concessio trahitur ad omne id, sine quo gratia effectum sortiri non potest, vt per Rot. decis. 119. num.2.par.1.diuers.

Non etiam obstat, quòd Comes Alexander non narrauerit Papæ, quod haberet bona libera, ex quo prætenditur gratia subreptitia, quia non constat
6 de huiusmodi supposito, & alleganti adfuisse bona libera incumbit onus probandi, glo.in l.cum de lege, ff. de probation. Aym. cons.19. numero 18. Couar.var.resolut.lib.2.cap.6.num.4.Peregr. de fideicom.art.39.num.14.Rot.decis.210. nu.1. par.2. diuers.& decis.462.num.7.par.4. recent.

Neque enim negocium facit, quod Comes Alexander haberet liberam partem eiusdem tenutæ à se emptam, quia cum neque precium illius soluerit, imò pluribus alijs quoque debitis esset inuolutus, nullo pacto firmari potest, bona libera tunc ha-
7 buisse, cùm bona libera duntaxat dicantur postquam æs alienum fuerit deductum,l.subsignatũ,in verb. bona, & l.bonorum, ff.de verb. signif. Natt. cons.363.num.21. Rot.in Romana bonorum de Ceulis 10. Decembris 1593. coram Orano.

Non obstat, quod non fuerit seruata forma præscripta in litteris derogationis respectu multiplici destinati solutioni fructuum, ac extinctioni sortis, tum quia huiusmodi forma non erat implenda à creditoribus, ac propterea, cum sibi ex indulto esset ius quæsitum, sequitur, onus illius venire
8 in imputationem; quandoquidem cum forma præscripta non respiceret substantiam gratiæ, sed modum exequutionis, deinde non per creditores, sed impetrantem implendum circa solutiones prędictas, proinde census omnino dicitur validus, vt in his terminis per Rot.in d.Romana census, seu indulti 27.Nouembris 1620.coram R.P.D.Vbaldo. Seraphin.decis.1187. num.1.

Tum etiam quia huiusmodi derogationes fideicom-
9 missi cum certa lege iniuncta à Principe concedẽte, non censentur onerare emptores respectu validitatis, & subsistentiæ, sed duntaxat ipsos impetrantes. Molin.in his terminis de primog. lib.4. ca. 4.num.21.vers.sed vnius, Surd.decis.156.num.4. & seqq.

Tum, & tertio, quia dubitari non potest,quin census esset validus respectu imponentis; hoc enim sufficit stante Bulla Clementis edita contra Barones,
10 cum in ea specificè cuicumque fideicommisso derogetur etiam ad effectum, vt censuum creditoribus ex ipsis bonis, imò etiam Castris, & iurisdictionalibus satisfiat, ad decis. Seraphin.693. nu.1. & seq.

Sed & necessaria quoque est imputatio oneris huius census, ex quo impositus, & versus fuit in solutionem dotis vxoris eiusdem Comitis Alexandri; e-
11 tenim in subsidium, vbi non constat adesse bona libera, dos non solum constituenda, sed etiam restituenda est de bonis subiectis fideicommisso ascẽdentis, vt in hoc casu, Menoch.præsumpt.190. nu. 11.& seq.lib.4.Surd.decis.62.per tot. Seraph. decis. 678.& d.decis.693.

Etiam quod agatur de fideicommisso iniuncto in
12 contractu, tum quia contrahentes ipsi pacti sunt de constituendis dotibus descendentibus à fideicommittente, & hic casus parificatur cum dotibus cõstituendis vxoribus eorumdẽ fideicommittentis descendentium, ex quo vtroque casu militat eadem ratio obligationis ascendentium tam pro Constitutione,quam pro restitutione, l.si cum dotem,§. transgrediamur, vbi Doctores, ff. solut. matrimon.l.cum seruus, vers.nam, & si Diuus .ff. de cond. & demonstr. auth. res quæ, C. com. de legat.

Tum etiam quia licet controuersa sit opinio, an priuilegio dictæ auth. res quę, locus sit etiam in fideicommisso per contractum tamen verior,& magis recepta videtur affirmatiua saltem, quando fi-

dotem missam in contractu pēdet ab vnius dumtaxat voluntate, qui ad dotis constitutionem, vel restitutionem tanquam ascendens tenetur, cum in hoc casu militet tàm in fideicommisso in vltima voluntate, quam in contractu eadem ratio, vt per Intrigl. de substit. centur. 3. quæst. 73. num. 261.

ARGVMENTVM.

Actor deputatus à tutore an, & quando molestari posit criminaliter à pupillis ratione prætensi furti, & falsitatis.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus non agit contra actorem intuitu, & periculo tutoris constitutum, sed contra ipsum tutorem.*
2 *Tutor acquirit actionem pupillo sine cessione.*
3 *Mandatum de perquirendo relaxari non potest sine præcedentibus inditiis.*
4 *Captura, & arrestatio non subsistit sine inditiis.*
5 *Pupillus non agit criminaliter contra actorem à tutore deputatum, quando sibi consultum est per actionem ciuilem contra tutorem.*
6 *Criminalitati non est locus, quando dolus purgari potest per actionem ciuilem ex contractu.*
7 *Falsitas, & furtum excluditur, quando administrator offert se promptum ad reddendum rationes & dominus non fuit passus damnum.*
8 *Exhibitio scripturæ peti non potest nisi probata existentia.*
9 *Probatio existentiæ de tempore antecedenti non cōcludit existētiam de tempore motæ litis quoad exhibitionem.*
10 *Falsitas excluditur data possibili veritate in cōtrarium.*
11 *Probatio dubia, & æquiuoca non attenditur.*
12 *Ratio reddi potest aliunde quam ex inuentario, et libris.*
13 *Tutoris dolus purgatur per descriptionem bonorū siue in inuentario, siue in libro rationum.*
14 *Tutor, vel administrator, qui pecunias exactas cōuertunt in vsus proprios animo non restituendi tenentur de furto.*
15 *Furtum cessat, quando intercipiens rem alienam probabiliter credere potuit, quod dominus esset permissurus.*

CONSILIVM CCCLVIII.

INiuste vexatur D. Io: Baptista in casu, de quo agitur, ad pupillorum instantiam, quia cum eorum tutelam legitimam susceperit D. Antonius eiusdē Io: Baptistæ pater, & ex decreto Iudicis fuerit sibi tutelæ administratio decreta, idemq. Antonius periculo suo actorem dictum Io: Baptistam constituerit, & quicquid exaduerso dicatur, sese idem Antonius de reddenda ratione etiam sub forma Cameræ obligauerit, pupillis nulla competit actio
1 contra ipsam Io: Baptistam, sed ea quæcumque dirigenda est cōtra ipsum tutorem, Bart. in l. actor 9. nu. 7. ff. rem rat. haber. Ias. in l. properandum 11. §. illud procul dubio num. 5. C. de iudic. Aretin. in §. fin. num. 7. Instit. de curat. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 4. num. 2.

Quibus non obstant deducta in cōtrarium, quia glosa exaduerso allegata in l. falsus, in fine. C. de furt. non dicit, competere actionem pupillo contra actorem deputatum à tutore, minusq. quod tutor teneatur cedere actionem pupillo, sed solùm quòd condictio furtiua cedatur à debitore, qui soluit falso procuratori; regula verò, quòd absque cessione queratur actio pupillo, non facit ad rem, cùm pro-
2 cedat, quando tutor contrahit nomine pupilli, prout loquitur textus in l. quoties 10. in principio ff. de admin. tut. ex qua mouetur Montan. exaduerso adductus de tut. cap. 31. effect. 4. num. 5. & seq.

Iniustè etiam vexatur à Fisco, cum enim criminalis Causa inchoata fuerit mediante mandato de per-
3 quirendo, nullis præcedentibus inditijs prætensi furti, aut falsitatis, ac proinde nulliter, & iniustè relaxato, Port. in §. singulorum col. 2. super glos. in verb. planè. Instit. de rer. diuis. Seraphin. de iuram. priuileg. 6. num. 14. ad fin. ex Bart. in l. si quis ex argentarijs §. an verò hæredi. ff. de eden. Reuerendis. Coccinus Decan. decis. 9. nu. 1. vtique captura
4 seu arrestatio, & quicquid inde sequutum fuit vitio nullitatis subiacet, vt per Farinac. quæst. 27. n. 112. 113. & seq. & numer. 116. vbi de communi.

Sed iniustitia magis quoque detegitur, illis non obstantibus, ex quibus particulariter dolus contra
5 Io: Baptistam prætenditur, quia cum pupillis consultum sit per actionem ciuilem descendentem ex cōtractu, & obligatione tutoris, à quo Io: Baptista fuit deputatus actor, & administrator, cessat criminalitas, & præsertim cum ad instantiam Partis aduersæ prius quoque fuerit iudicium ciuiliter super redditione rationis administrationis intentatū l. tres tutores, vbi glo. in verbo contrectare ff. de adm. tut. Corn. cons. 366. num. 12. & 32. lib. 3. Rol. cons. 75. num. 31. lib. 1. Menoch. cons. 98. nu. 82. & seqq. lib. 1. Aym. cons. 6. nu. 105. Honded. cons. 109. num. 59. lib. 1.

Cum & generalis quoque sit regula, quod vbicumq.
6 dolus purgari potest per actionem ciuilem ex contractu, non est locus criminalitati iuxta receptum cons. Bald. 14. & seq. lib. 1. Farinac. quæst. 19. n. 36. & cons. 7. numer. 9. lib. 1. Honded. eod. cons. 109. num. 59. & alijs lib. 1.

Nec obstat, quod conclusio procedat, vbi dolus non transit in particulare nomen delicti, ac propterea applicabilis non sit huic casui, quo prætenditur exaduerso, Ioannem Baptistam cōmisisse plures falsitates, ac furta, nam cum hactenus nec reddita fuerit ratio, nec exaduerso intentatum iudicium
7 pro redditione rationis, dictus verò Io: Baptista obtulerit se paratum reddere rationem, ac bonū, & fidele computum de omnibus, expectanda est huiusmodi redditio, & prius cessat omnis prætextus furti, & falsitatis, cum eorum subsistentia, vel exclusio pendeat ab ipsa generali redditione, & præsertim cum neque hactenus pupilli doceant, se ex prætensis furtis, & falsitate aliquod passos fuisse damnum. Paris. cons. 169. numer. 52. ad med. vers. nullum propterea damnum, & n. 62. vers. eo etiā cum obtulerit lib. 4. Honded. d. cons. 109. nu. 33. lib. 1.

Atque hac ratione non etiam releuant, quæ circa prætensas particulares falsitates, assertaque furta deducuntur, nam occultatio libri memoriarum Cæsaris minimè iustificatur, siquidem liber ille memoriarum, quem aliqui ex testibus probant, Cæsarem [illegible], quatenus prætenditur

esse fuisse diuersum a libro exhibito per D. Comitem non constat, quod vnquam peruenerit ad manus Io: Baptistæ, & præsertim dum nec etiam iu-
8 stificatur, librum remansisse in ipsius Cæsaris hæreditate, adeout possibile sit, vel ipsum Cæsarem amisisse, vel ad manus aliorum peruenisse, Rota in fortioribus terminis decis. 239. nu. 8. & 15. par. 4. diuers. & decis. 259. numer. 6. par. 1. recent. & post lib. 2. consil. Farinac. decis. 267. nu. 1. ad fin. Gregor. decis. 199. num. 1.

Quatenus verò idem sit cū eo, vt præfertur, exhibito, vel aliàs falsitas prætendatur ex priore huius exhibiti occultatione, non etiam iustificatur, quia licet Io. Baptista confessus fuerit, illum aliquando fuisse in apotheca dicti Cæsaris, tamen vel non propterea concluditur, illum apud Io: Baptistam fuisse, quando fuit de illius existentia, & retentione interrogatus, cum ex probatione existentiæ de vno
9 tempore non inferatur necessario ad existentiam tempore motæ litis. Rot. d. decis. 267. num. 1. in fine, & num. 3. post lib. 2. consil. Farinac. cum aliis decisionibus proximè allegatis, vel satis iustificatur, apud eum non extitisse, dum ipso adhuc in carceribus existente fuit in actis ab alio exhibitus,
10 & falsitas excluditur, data possibili veritate in cōtrarium, quod nempè ad D. Comitem peruenire potuerit aliunde, quàm ab ipso Io: Baptista, Boss. de fals. num. 133. Bertaz. cons. 140. num. 10. lib. 1. Becc. cons. 78. num. 11. lib. 1. Honded. cons. 199. num. 14. & seq. lib 1. Surd. cons. 173. num. 43. lib. 2. & in hac specie Rot. d. decis. 267. numer. 7. ad fin. post lib. 2. consil. Farinac.

Neque releuat, quod de existentia doceatur ex ipso inuentario per eumdem Io: Baptistam subscripto, & approbato, quia in inuentario vnicus reperitur descriptus liber memoriarum; hunc autem cum
11 ex inspectione constet diuersum esse ab illo, vt præfertur, exhibito consequens fit necessariò, quod ex inuentario non resultet probatio concludens, quemadmodum in hoc casu requiritur, vt per Rot. in eadem decis. 267. num. 3. post lib. 2. eiusdem Farinac.

Eademque ratione non etiam releuat, quod Antonius pater Io: Baptistæ mediante epistola requisiuerit illum pro transmissione copiæ partitæ, seu memoriæ pecuniarum Aemiliæ, quia non exinde necessario concluditur, librum memoriarum, in quo descripta erat hæc partita, fuisse apud ipsum Io: Baptistam, cum potuerit pater de qualitate eiusdem partitæ notitiam habere viuente Cæsare, vel credere, eam partitam in libro reperiri, qui esset apud ipsum Io: Baptistam, sed re vera non fuerit, Mohed. decis. 2. de sent. excom. Seraphin. dec. 1372. num. 2. vers. neque possibilitates.

Computa etiam, seu restrictus eorum, quæ tradita dicuntur D. Cardinali, & Priori Sancti Augustini, minus concludunt aliquid falsitatis, vel furti ex prætextu, quod licet idem Io: Baptista confessus sit, ea esse computa integra reddita patri, & in bilancio, seu quinterno descripta, nihilominus conuincatur de notabili maiori quantitate ad eius manus peruēta, quia cum illa essent computa extraiudicialia data tertiis personis ad effectum videndi, & examinandi, nec super iis vlla processerit solidatio, vel approbatio, quæ pupillis noceat, satis est, quod idem Cherubinus in computis generalibus ipsis pupillis etiam aliunde rationem suam reddet, & ante huiusmodi generalem redditionem non potest aduer-
12 sus eum dolus punibilis prætendi, cum ratio reddi possit aliunde, quàm ex inuentario, & libris, Calcan. cons. 93. col. 2. ad med. vers. sed prius, & cons. 95. per tot. vbi in his terminis, quod non interest, quid ex æquipollentibus fiat, Afflict. decis. 360. n. 4. vers. in contrarium, & num. seqq. Aym. cons. 275. num. 12. vers. & in terminis, & num. seq. Plot. de in lit. iurand. §. 5. num. 37. Ias. cons. 111. num. 8. lib. 1. Menoch. de arbitr. cas. 308. num. 21. Gregor. decis. 199. num. 5. Rot. in Romana tutelæ de Masso 23. Ianuarij 1587. coram Giptio, apud Farinac. cons. 96. num. 52. lib. 1. & in Romana, seu Viterbien. dotis 8. Februarij 1627. coram Eminentissimo Cardinale Virile.

Non etiam facit, quod societatem, quam pupilli habebant scutorum duorum millium Cherubinus curauerit renouari in sui fauorem, nulla pupillorum fa-
13 cta mentione, quia cum hæc societas fuerit descripta in inuentario, consultum erat pupillis aduersus tutorem, tam respectu sortis, quàm fructuum, itaut sola descriptio sufficiat ad exclusionem criminalitatis. Aym. d. cons. 275. num. 11. ad med. vers. quia tutor descripsit, & num. 12. vers. & in terminis Montan. de tutel. cap. 32. regul. 6. num. 12. & seq.

Minusque releuat, quod notabiles aliarum pecuniarū summas ad pupillos spectantes Cherubinus in proprios vsus conuerterit, quoniam conclusio, quam firmat Caball. resol. 136. per tot. non applicatur cōtra tutores, vel actores ab ipsis deputatos, tanquā illos, qui exigendo pecunias ad pupillos spectantes tenentur ad earum restitutionem vnacū vsuris pupillaribus & licet aduersus tutores applicetur Fari-
14 nac. cons. 96. num. 20. vt etiam furti criminaliter, & condictione furtiua ciuiliter teneantur, quando conuertunt in proprios vsus animo nō restituendi, tamen de hoc animo in hoc casu obijci non potest, cum pupillis consultum sit contra Antonium patrē diuitem, à quo Io: Baptista fuit actor, & administra-
15 tor deputatus, ex quo Io: Baptista probabiliter potuit credere, patrem esse permissurum, ipsumque patrem in redditione rationis generalis omnia, si quæ deficerent, pupillis restituturum, Marsil. cons. 26. num. 2. & 3. Menoch. de arbitr. cas. 298. num. 4. cum alijs per eumdem Caball. ead. resol. 136. n. 13. & 21. qua ratione minus etiam applicatur in hac parte Farinac. eod. cons. 96. cum loquatur in eo administratore, cuius furandi animus apparebat ex ratione iam reddita, & quietantia reportata, vt patet ibi num. 1.

ARGVMENTVM.

Constitutio an dicatur pænalis, & an trahenda sit ad præterita negocia, in quibus vigeat identitas rationis.

SVMMARIVM.

1 *Pæna est læsio, quæ punit, et vindicat, quod quisque commisit.*
2 *Excommunicationis pæna grauissima dicitur, et maximus gladius in Ecclesia.*
3 *Constitutiones, et leges in dubio intelliguntur futuris negocijs, non præteritis prouidere.*
4 *Dictio, in posterum, adiecta in lege significat post*

hanc legem promulgatam.

5 *Constitutiones, et leges non trahuntur in dubio ad præterita negocia etiam si in eis militaret eadem ratio.*

6 *Casus omissus remanet in dispositione Iuris communis. Etiam si in casu omisso eadem ratio militaret, ut num. 7.*

CONSILIVM CCCLIX.

IN quæstione, in qua primo quæritur, an lex sit pœnalis, cum præcipiatur eius obseruantia sub pœna excommunicationis, & aliis &c.

Apud me nulla est difficultas, quin pœnalis sit iudicanda, cum pœna sit læsio, quæ punit, & vindicat quod quisque commisit c. pœnitentia 4. de pœnit. distinct. 3. Simanca de cathol. instit. tit. 46. de pœnis num. 1. & seq. in tract. nouiss. tom. 11. part. 2. fol. 179.

Et præsertim cum in casu contrauentionis, & inobseruantiæ iniuncta quoque fuerit pœna excommunicationis, quæ grauissimus dicitur, & maximus gladius in Ecclesia c. dilecto. de sent. excom. in 6. Felin. in c. cum non ab homine. num. 8. vers. excómunicatio dicitur. de iudic.

Adeout nulla pœna maior excõmunicatione in Ecclesia Dei reperiatur, c. corripiuntur 24. quæst. 3. quia hæc ab Ecclesia separat, c. penult. de sent. excomm.

Quoad secundam quæstionem, in qua posita lege pœnali quæritur, an solum obliget quoad futura, quoad scilicet tempus incipiendi triennium officii, ita ut illi officiales, qui pro tempore promulgatæ legis erant in officio non sint compræhensi in lege quoad quietem ab officio per annum cum dimidio, sed solùm illi, qui incipient officia, & triennium post latam, & promulgatam legem.

Apud me verior sensus est salua semper sententia saniori, quod in hac Constitutione censendi sint solum compræhensi illi, qui inceperint officia, & triẽnium post dictam latam, & promulgatam legem,

3 quoniam pro veritate huius sensus stat regula textus in l. leges, & Constitutiones 7. C. de legib. dũ inquit, leges, & Constitutiones futuris certum esse dare formam negotiis, non ad facta præterita reuocari, nisi nominatim, & de præterito tempore & adhuc pendentibus negociis cautum sit, idemq. disponunt textus in c. fin. & in c. cognoscentes 2. de Constit. Rot. decis. 318. ex num. 6. part 2. rec.

Præcipuè cum Sanctissimus in eadem Constitutione

4 in principio dispositionum præfatarum vsus fuerit dictione in posterum, cuius sensus est post hanc legem, vt per glo. in l. 3. in verb. in posterum, C. de bon. libertor.

Hæc autem conclusio est adeo vera, vt procedat etiã

5 si ratio, & causa, propter quam lex, aut Constitutio fuit condita, militaret ante tempus dictæ legis, quia per hoc prohibitio prouueniens ex ipsa lege non trahitur retro ad tempus antecedens, sed solum ad futurum, Bald. in l. testium 18. in 6. not. n. 4. ibique Salic. num. 2. in fin. C. de testib. reddentes rationem, quod illa ratio, quæ ante legis promulgationem pariter militabat, non tamen destruit regulam, ex quo ea ratio priusquam lex formaretur, non erat lex, quamuis esset motiuum legis cõdendæ, vt etiam per Felin. in d. c. fin. num. 2. vers. & ampliatur primo, vt procedat. de Constit.

Accedente etiam, quod dum Sanctissimus disposuit quod Prouinciales Visitatores, Præpositi, Rectores, aliiq. Superiores, & Officiales per triennium duntaxat durare debeant, absque vlla declaratione, quod triennium, de quo loquitur, incipiat etiã in Officialibus, qui tẽpore promulgatæ legis erant

6 in officio, casus hic tanquam omissus remanet in dispositione Iuris communis, & consequutiue minime compræhensiuus nisi Officialiũ, qui incipiẽt officium, & triennium post latam, & promulgatã legem ex textu in l. commodissime 10. ff. de liber.

7 & posth. etiam si in casu omisso vigeret maior ratio Aldobrand. cons. 30. num. 21. lib. 1.

ARGVMENTVM.

Fideiussor de seruando exilium an teneatur de contrauentione, quando à principali interposita est appellatio.

An Iudex possit in exilii pœnam condemnare a locis non subditis.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio regulariter operatur vtrumque effectũ deuolutiuum, et suspensiuum.*

2 *Fideiussor de seruando exilium non excipit de effectu appellationis a principali interpositæ.*

3 *Carceratus vbi auditur appellans respectu pœnæ corporis afflictiuæ, debet in eisdem carceribus remanere, vel duci ad carceres Iudicis appellationis. Et num. 5.*

4 *Carceratus quando remittendus est ad Iudicem appellationis, expensæ custodum ab eodem carcerato subministrantur.*

6 *Appellationis natura est, vt conseruet eum statum, in quo appellans erat de tempore appellationis.*

7 *Sequestrum semel appositum durat in qualibet instantia, nisi decretum sit incidenter ex ratione, quæ cessauerit.*

8 *Exilii pœnam Iudex imponere de Iure non potest a locis non subditis. Contrarium de consuetudine, vt num. 9.*

CONSILIVM CCCLX.

VEra est conclusio, quod appellatio regulariter abdicat iurisdictionem à Iudice à quo, & ha-

1 bet vtrumque effectum, deuolutiuum, & suspensiuum l. 1. §. fin. ff. ad Turpil. Roman. cons. 41. n. 4. Rot. decis. 93. num. 3. par. 1. & decis. 140. n. 4. par. 2. recent.

Sed non propterea firmari posse videtur pro veritate in casu, de quo agitur, D. Comitem, qui sententiam exilij ad quinquennium passus est à delegato Ordinarij Albinganen. quique iuxta formam, & tenorem eiusdem sententiæ ad effectum euadendi à carceribus fideiussorem præstitit de exilium seruando sub certa pœna, posse absque aliquo incursu huius pœnæ ad Partes, vnde exilium iniunctũ fuit, redire, tum quia incursus in hoc casu prouenit ex lege cõuentionis post latam sententiam exiliante, adeout agatur de exactione pœnæ conuentionalis contra fideiussorem, qui propterea non possit exci-

2 pere de effectu appellationis ex rationibus relatis per Farinac. quæst. 27. num. 150. & quæst 34. n. 181.

ibid.

Tum etiam quia obtinuit carceratus excarceratione̅ mante dicta prestatione fideiussoris; cum autem vera quoque sit conclusio, quod carceratus non
3 obstante appellatione ab eo interposita aduersus sententiam co̅tra se latam respectu pœnæ corporis afflictiuæ, vbi auditur appellans, debeat, vel in eisdem carceribus remanere, vel duci ad carceres Iudicis ad quem, vbi pro Causæ expeditione necessaria sit huic Iudici carcerati persona, Boss.de carcer.fideiuss. committ.num.1.vers.quę conclusio Bart.in l. ab exequutione. num. 3. C. quorum appell. Marant.de iudic.par.6. actu 2. princ.sub tit. & quandoque appellatur. num.189.vbi etiam n.190.
4 quòd vbi carceratus est remittendus ad Iudicem appellationis, debet mitti cum custodibus expe̅sis ipsius carcerati. Sola ad Constit.Sabaud.tit.de
5 iudic. in glos. rub. num. 6. vers. quęritur item, an pendente fol. mihi 241. latè Angel. de malefic.in verb. presente dicto Caio num. 16. vbi August. in addit. bene declarat. præcipue in vers in hac materia mihi placet. Baiard.ad Clar. quæst. 94.nu.50. Riccius decis. 373. num. 1. & seq. vbi q. 03 ita ce̅suit Congregatio Episcoporum, Scacc. de appell. quæst. 17. limit. 47. memor.1. num. 102. & quæst. 20.nu.26. vbi etiam, quod dicta Congregatio Episcoporum censuit, carceratum debere permanere in eodem, quo reperitur, carcere tempore sententiæ, donec Iudex ad quem visis actis, & causa cognita aliter decernat, licet Scaccia ibidem in vers. ego pro clariori, dicat, id procedere quoad appellationem ab interloquutoria, secus verò quoad diffinitiuam, quia carceratus possit petere, se remitti, exquo tota iurisdictio est deuoluta ad Iudicem ad quem, & carceratio dicitur de processu, bene Farin.quæst.33.num.24.

Sequitur, quod excarceratio, & fideiussio non fint ex sola appellatione deludendę, cum alioquin fuisset excarceratio in spretum obligationis fideiussoriæ attentata, vbi non sortiatur effectum fideiussio in casu contrauentionis respectu Fisci, vel accusatoris; siquidem natura appellationis est, vt con-
6 seruet eum statum, in quo appellans erat de tempore appellationis, Lancellott. de attent. par. 2. cap.12. de attent.appell. pend.limit.33.num.3. & seq. August.ad Angel.de malefic.in ver b. prȩsente dicto Caio num.16.post med.vers.sed tempore primæ sententię, vbi etiam, quod in practica ita seruatur.

Et hinc est, quod sequestrum semel appositum durat
7 in qualibet instantia, adeout non debeat nisi Causa finita reuocari, imo reuocatio sit attentata, nisi decretum fuisset incidenter ex ratione, quæ cessauerit, Seraphin.decis. 1096 num.4.Rot. dec. 136. num.1.par.2.recent.

Iniusta tamen videtur fuisse exiliatio à locis non sub-
8 ditis Iudici exilianti textus est in l. relegatorum 7. vers. interdicere quis ea Prouincia potest, quam regit, alia non potest, & in vers. antecedenti, sicut autem relegare. ff. de interd.& releg. Farinac. plures allegans in fragment.crim.par.1. in verbo bannire num.69.per tot.Guazzin. tract. crim. ad defens. in 13.defens.cap.27.num.17.Felin.in c.postulasti, nu.2. de for.compet.Capoblanc.de auctor.Baron.prag.7. num. 2. vbi de condemnatione ad triremes proprias, Mastrill.de magistr.lib.4 cap.17. num.98.

Id tamen procedit Iure co̅muni inspecto, quia aliud seruatur de consuetudine, Bald.in l.exequutorem n.29.vers.respondeo. C.de exequu. rei iud. Farin. in fragment. d.par.1. nu.70. Guazzin.d. defens.33. cap.27. nu.18, vers.tamen de consuetudine.

ARGVMENTVM.

Gratia concessa forensi acquirendi bona stabilia non obstante Statuto, an requirat interinationem, quæ necessaria est in gratiis interesse Cameræ Principis concernentibus.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas nominis determinans verbum, a quo dispositio sumit effectum, limitat dispositionem.*
2 *Ex Alienatione in forenses prohibita non acquiritur ius Fisco nisi sequuta traditione.*
3 *Pœnæ consideratio cessat vbi Princeps dispensat.*
4 *In Statuto prohibente forensibus acquisitionem versari dicitur vtilitas publica, vt Ciues remaneant locupletiores.*
5 *Forensis impune acquirit, quando concurrit publica vtilitas non obstante Statuto prohibitiuo acquisitionis.*
6 *Dispensatio perinde est ac si non esset concessa, quando eius forma non fuit seruata.*
7 *Qualitates probari debent ab eo, qui vtitur dispositione.*
8 *Interinatio committitur, ne impressionis, aut iniusti quicquam sub rescripti prætextu interueniat.*
9 *Constitutio prohibitiua translationis bonorum in forenses tanquam odiosa strictè intelligitur.*
10 *Conditio adiecta exequutioni non facit dispositione̅ conditionalem.*
11 *Rescripta, si in euidentem, non expediuntur in forma gratiosa, sed in forma commissaria.*
12 *Conditio non consideratur in re certa, & immutabili.*
13 *Ratio, et mens præstat legibus, et Constitutionibus intelligentiam.*
14 *Ratio dicitur prior in potentia, quam dispositio, cu̅ dispositio propter rationem edatur.*
15 *Dispositionis verba ad rationem, et intellectum debent accommodari.*
16 *Obseruantia vbi est difformis, adhærendum magis est Iuri communi.*
17 *Constitutio, quæ plures operari potest effectus, intelligitur, vt vnum tantum operetur.*
18 *Rescripti verba consistentia in facto proprio rescribentis non egent iustificatione.*
19 *Temporis limitatio ea est uis, vt post elapsum te̅pus contrariam contineat dispositionem.*
20 *Gratia licet personalis, durat temen durante vita gratiati.*
21 *Priuilegium per non vsum amittitur, quando non est facultatiuum. Vel quando casus vtendi se obtulit, vt num 22.*
23 *Priuilegium amittitur per non vsum spatio quadraginta annorum. Vel spatio decennii, vt num. 24.*
25 *Præposterum, & impossibile est aliquid prius exerceri quam nasci.*

CON-

CONSILIVM CCCLXI.

INdultum, seu dispensatio concessa à fel.record.Serenissimo D. Duce Ranutio Excellentissimo D Sfortiæ Oddo acquirendi quæcumque bona in Statu Serenissimæ S. C. non obstante Constitutione prohibitiua alienationis in forenses iuxta primum rescriptum sub 15.Iulii 1605. non egebat interinatione ex prætextu, quod ex alia Ducali Constitutione capit.15. quæcumque gratiosæ dispositiones interesse Cameræ Ducalis quoquo modo respicientes effectum habere non debeant, nisi interinentur, quia præter id, quod ex tenore eiusdem Ducalis Constitutionis interinatio disposita est in cōcessionibus,infeudationibus, donationibus, aliisue actionibus, per quas aliquid illius Serenissimi Dominii, ac Status alienatur, qui casus huic, de quo quæritur, non conuenit, in aliis verò omnibus priuilegiis,litteris patentibus, concessionibus, donationibus, & quibuscumque gratiosis dispositionibus interesse Cameræ, vt præfertur, respiciētibus disponitur quidem,illas præsentandas esse coram magistratu, sed non simpliciter purè, ac disiunctim, vt exaduerso supponitur, sed conditionaliter, si conditionem aliquam annexam habuerint,vel aliquid verificandum, probandum,vel adimplendum per impetrantem fuerit, adeoquod ad effectum dispositionis prædictæ non sufficit solum Ducalis Cameræ interesse, sed copulatiuè, & coniunctim requiritur interesse cum essentia conditionalis dispositionis, aut implementi prædicti; siquidem vbi qualitas nominis determinat verbū,
1 à quo dispositio sumit effectum,limitat dispositionem ad eam qualitatem.Felin.cons.25. num.22.ad fin.& num. seq. ex doctrina Bart. communiter recepta in l.ex facto. num. 1.post med. vers. aut ergo istæ qualitates.ff. de vulg.Surd.cons.460. n. 63. in fine, & num.seq. lib.4. & decis.39.num.2. & plurib. seqq. & decis.282.num.7.

Adhuc supposito intellectu dictæ Constitutionis alternatiuo,itaut ad effectū interinationis sufficiat, quod gratiæ respiciant interesse Ducalis Cameræ absque eo, quod sint conditionales, vel verificationem aliquam requirant, minimè in hoc casu videtur tale interesse concurrere, quod suffragetur, non enim dicta facultas cōcessa forensi dici potest, quòd dirigatur ad finem tollendi ius, quod Fisco competeret in euentum acquisitionis, quod interesse tanquam remotum dicitur exaduerso considerabile ex generalitate Constitutionis, tum quia interesse Fisci, aut Cameræ non oritur ex habilitatione, aut dispensatione acquirendi, sed ita demum, cum sine dispensatione acquiritur,cum imo
2 nec ius Fisci sit considerabile,sequuta alienatione, nisi etiam sequuta sit traditio,ex qua alienatio perficiatur, itaquod prius nullum ius quæritur Fisco, vt in his terminis per Rip. cap.2. num.18. lib.1. respons.Couar.var.resolut.lib.2.cap.16.num.7.vers.illud vero prætermittendum cum aliis per Carpan. ad Statut. Mediol. tom.2. in c. collegiis. nouarum Constit.in verb. nec alienare.num.64. & seqq.& in
3 verb. ipso Iure, & facto.num.188. pœnæ autem cōsideratio cessat, vbi Princeps dispensat, vt in his terminis per Plot.cons.19.num.32. & 43.

Tum etiam quia neque etiam ipsa Constitutio prohibens forensibus acquisitionem, & deferens bona, ac precium ipso Iure Fisco dicitur edita pro ipsius
4 Fisci interesse, cum imo in illa versari dicatur fauor, ac vtilitas publica secundario, ex quo exinde Ciues remanent locupletiores, vt dicunt in simili Constitutione Mediolani Cephal. cons.53.n.7. lib.1. & cons.161. num.6. lib.2. Carpan. in d.c.collegiis.in princ. num.8. & seq. & hinc est, quod vbi
5 publica vtilitas suadet forensis acquirit impune,vt per Plot. d.cons. 19.num.34. & seqq.

Minus autē videtur dici posse, ex ipso rescripto aliud Fisci interesse resultare, vt quia Fisco applicentur bona in casu inobseruantiæ ipsius rescripti, vnde eius intersit notitiam rescripti habere, & quia sufficit Fisco interesse proueniens ex primęua Constitutione prohibitiua, ex quo ex illa resultat idem
6 effectus, dum dispensatio ratione inobseruantiæ perinde est,ac si concessa nō esset. ad Carpan.dicto c. collegiis.in verb. per Principem,vel Senatum dispensari.num. 229.

Et quia interinatio non requiritur ad effectum notitiæ,quæ vel certa est ex subscriptione secretarii,vel superuacanea est,dum Fisco satis,superque est Cōstitutio prohibitiua, eo quo si dispensatus vult vti
7 habilitatione tenetur ipse docere de obseruantia qualitatum ipsi dispensationi annexarum, vt per Seraphin. decis. 670. num.1.

Sed requitur interinatio ex causa expressa in eadem Ducali Constitutione, vt magistratus declaret, an gratiis locus esse debeat, & hinc dicitur, interina-
8 tionem non ob aliam causam committi, quàm ne impressionis, aut iniusti quicquam sub rescripti prætextu interueniat iuxta l. si non cognitio C. si cōtr.Ius, vel vtil.public. vt in his terminis firmant Cassan.cons.39.num.69. post med. vers. nisi fuerint per Iudices, quibus diriguntur interinatæ. Aym. cons.592. num.7. vers.neque causam.Rebuff.de rescript.& litter.Regiis in præfat. num.14.42. 53. & 176.in princ.& vers.in Francia, & de regestr.bapt. & sepult. art.1. glo.1. num.28. ad fin. Sola tractat. de interinat. glo.1. num.3. ante fin. fol. 719. non enim est incongruum, quod ex Principis authoritate magistratus cognoscat,an gratia sit approbanda, vt ex l.humanum.C.de legib. inquit idem Sola de interinat.glo.1.num.17.

Sed neque etiam gratia interinationem requirebat ex capite, quod esset conditionalis ex clausula adiecta rescripto, dummodo bona acquirenda distent à finibus Dominii saltem per vnum milliare, quoniam retento intellectu, quod hæc dispositio procedat in gratiosis rescicientibus interesse Ducalis Cameræ, non potest illi locus esse cessante dicto interesse ex supra adductis; retento autem intellectu, quod sufficiat, dispositionem esse conditionalem, vel verificandam absque eo, quod gratia interesse Cameræ concernat, non tamen ex hoc capite videtur requisitam fuisse interinationem, quia cum Constitutio verificationem conditionis, aliaque implēda per impetrantem requirat ad effectum, vt magistratus declaret, an gratiæ locus esse debeat, proinde apparet,intelligere de ea conditione, & verificatione, quæ annexa sit substantiæ ipsius gratiæ, & consequenter illa, quæ ipsi gratiæ sit contemporanea, quamobrem cum
9 Constitutio tanquam Iuris diuini, canonici, & ciuilis correctoria sit stricti iuris,ac vt odiosa strictissime intelligenda, vt de simili Constitutione Mediolani dicunt Cephal.dicto cons.151. numer.5. & seq.lib.2.& Carpan.in d. c. collegiis.in principio n. 3.& seq. nō est trahenda ad illam conditionem, quæ

veri-

verificationem, quæ non substantiam ipsius gratię,
10 sed exequutionem respicit, quę q. propterea non facit gratiam conditionalem, l. ex his, C. quand. dies leg. ced. Bart. in l. 1. nu. 35. in fine ff. de condit. & demonstr. Ias. in l. item quia. num. 21. ff. de pact. Bald. in l. si cui, propè finem ff. de leg. 1. & in l. quodcumque §. fin. ff. de verb. obligat. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 18. n. 21. Surd. cons. 34. num. 5. lib. 1. Gregor. decis. 117. num. 2. & seq. repetita decis. 91. par. 2. in recent. & receptissima est conclusio, vt etiam per Rot. in Romana census, seu indulti 27. Nouembris 1620. coram R.P.D. Vbaldo, & decis. 476. num. 12. par. 1. diuers.

Ideoque non obstat quod dicitur, probationem situs, & existentiæ bonorum esse posse contemporaneam ipsi actui gratiæ, ex quo, vt exaduerso obiicitur, potest magistratus ante declarationem gratiæ pręfigere certum terminum ad probandum confiniũ distantiam à bonis emendis, quoniam ista possibilitas non euacuat fundamentum supra firmatum, quòd Cõstitutio intelligitur de verificatione respicientium substantiam ipsius gratię, & non exequutionem, quandoquidem ex ipsius obiecti qualitate perpenditur, quòd vbi magistratus præfigeret terminum, supponeret gratiam approbasse quoad substantiam, & verificationem expectari quoad solam exequutionem, adeoquod proinde etiam ipsa verificatio distantiæ non respiceret substantiam gratiæ, sed exequutionem, quamobrem non obstat simile de facultate alienandi bona Ecclesię, si in euidentem, cum in hoc casu cõditio euidentis vtilitatis adiiciatur substantię ipsius gratiæ, ac prop-
11 terea rescripta, si in euidentem, non expediantur in forma gratiosa, sed in forma commissaria, vt per Mandos. tractat. de signat. Gratię in verbo si in euidentem, in principio fol. mihi 98. & præsertim stante differentia qualitatis vtriusque conditionis; nã in conditione si in euidentem euentus vtilitatis deducit rem de potentia in actum, quę propriè est conditio; in hoc autem casu conditio adiacet rei in
12 esse productę, cum distantia bonorum à confinibus sit certa, & immutabilis, in qua propriè non cadit conditio, Bald. in l. arbitrorum 3. num. 2. ad finem C. de arbitr. Card. Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 41. num. 29. & seq.

Cæterum quando etiam dici posset, propriam conditionem in hoc casu dari, vt quia licet distantia bonorum sit certa, & in esse producta, non tamen sit producta in actum acquisitionis à forense, non tamen sequitur, interinationi locum fuisse; quia, vt dixi, quoad substantiam gratiæ nulla annexa fuit conditio, aut verificatio necessaria; quoad exequutionem verò eo minus interinatio fuit necessaria, quo in hoc cessat omne prorsus interesse Ducalis Cameræ; aut enim supponimus dispensatum empturum bona in Statu distantia à confinibus per dictum milliare, & satisfactum est intentioni Principis concedentis; aut supponimus in hoc dispensati inobseruantiam, & tunc corruit gratia, & bona ipso iure ad Cameram deuoluuntur, ac propterea eo magis non videtur ex Constitutione interinationem requiri in casu, in quo cognitio non est adhibenda ad qualitatem gratiæ,
13 sed ad qualitatem exequutionis nullum Cameræ interesse allatura ad glos. in l. damni infecti, §.
14 si is, qui vicinas, ff. de damn. infect. Surd. decis. 19. num. 5. ratio enim dicitur prior in potentia, quàm ipsa dispositio, cum dispositio propter rationem edatur, Tiraq. tract. cessante causa. par. 1.
15 num. 130. & seq. vnde dispositionis verba ad rationem, & intellectum debent accomodari, & non è contra, vt per Stephan. de Feder. tract. de interpret. leg. par. 3. nu. 2. & seqq. & nu. 22.

Huic autem argumento non resistit, quod aliud statuatur, quando lex aliquid introducit pro forma, quia non vtimur argumento ad hoc, vt à requisita interinatione recedatur ex cessatione rationis, sed ad hoc, vt Constitutio loquens de gratia conditionali intelligenda sit de conditione inherente substantię, & non exequutioni; in hoc autem deseruit ratio ex prędictis & pręsertim cum Cõstitutio Principis non fuerit obseruata respectu similiũ concessionum, saltem vniformiter; cum enim in
16 difformitate obseruantię magis adherẽdum sit Iuri communi, Rot. decis. 438. num. 3. par. 1. & dec. 19. num. 6. & 72. n. 28. par. 2. diuers. sequitur quoque, quod Constitutio noua, quę potest plures ef-
17 fectus contra ius operari, interpretanda sit, vt vnũ tantum operetur, vt minus Ius commune corrigat, quàm sit possibile, vt per Rot. decis. 475. n. 6. etiamsi vtatur terminis vniuersalibus, vt ibidem in vers. & licet vtatur. ead. par. 1. diuers.

Secundum autem rescriptum, in quo idem Serenissimus Dux Ranutius 7. Octobris 1605. concessit eidem D. Sfortiæ, ac descendentibus, vt infra triennium a die, quo habitare desierint bona acquirenda possent in subditum alienare, minus dubitationis habet quoad non indegentiam interinationis; nam respectu capitis, quod deberet iustificari narratiua prioris rescripti ex authentico documento, cessat obiectum ex verbis eiusdem rescripti subsequentibus ab eodem Principe adiectis, nempe firmo manente post dictum tẽpus priori suo rescrip-
18 to; cum enim hæc non sint verba supplicantis, sed ipsius Principis, & prius rescriptum in facto proprio eiusdẽ Principis Ranutij consisteret, non egebat alia iustificatione, Rot. decis. 60. nu. 1. & 3. de rescript. Cassador. decis. 7. in principio. de iure patr. Cæsar de Grass. decis. 2. nu. 4. de probat. Gig. cons. 48. num. 40.

Minusque respectu alterius capitis, quod probari deberet tempore alienationis durare triennium à die derelictæ habitationis; quoniam etiam quando tẽpus est de forma, vel non continet conditionem, vel si subaudiri potest, ea non est conditio suspensiua, sed resolutiua, ex temporis lapsu nihil prætẽdi potest implendam contemporanee ad gratiam, cum concessionis limitatæ ad certum tempus ea
19 sola sit vis, vt post elapsum tempus dispositionem contrariam contineat, ac proinde solam gratiæ resolutionem, non autem ab initio suspensionem includat. Gozad. in l. 2. n. 172. C. de pact. inter empt. & vend. Surd. decis. 75. nu. 2. decis. 207. num. 18. & decis. 244. num. 11.

Præmissa autem ad exclusionem asserti defectus interinationis tum prioris, tum posterioris concessionis facilius videntur admittenda, reducta materia ad praxim, & admisso, sicut exaduerso etiam admittitur, quòd prima gratia sit indeterminata, & consequenter perpetua ex c. si super gratia. de offic. deleg. in 6. secunda autem determinata quoad triennium à derelicta habitatione; supponamus namque quod forensis dispensatus simpliciter ad acquirendum stabilia in statu præsentet hanc habitationem magistratui [illegible]

tionis, & magiſtratus non octo, vel decem dierum terminum, ſed reliquum dicti menſis à præſentatione præfigat ad verificandum diſtantiam ſitus bonorum acquirendorum à confinibus quoad primam gratiam, & durationem triennij quoad ſecundam; certè reſpectu primæ contingente caſu infra hunc terminum diſpenſatus non haberet venditores, vel per ... dicendum eſſet nihilominus, gratiam ... ratione temporis indeterminatam ſuffra... & conſequenter eo magis vera detegi, & ex ... ſupra firmata ad docēdum, quod interminatio non requiritur in gratijs in ſubſtantia perfectis, quamuis quoad illarum exequutionem conditio, vel alia forma eſſet implenda, vel dicēdam eſſet, elapſo dicto termino ſine verificatione gratiam eſſe fruſtratoriam; quod quidem omnino abſurdum eſt, & quia contra ſenſum Principis, qui
20 indeterminatè conceſſit, adeoquod etiam vbi cōceſſio cenſenda eſt perſonalis, durat tamen durāte vita gratiati, c. petiſti, 7. quæſt 1. Rot. deciſ. 4. de
21 priuil. in antiqu. & quia licet non ita diſſentaneū à Iuris ciuilis diſpoſitione ſit, quòd quis aſtringatur ad vtendum priuilegio infra certum tempus, & alias illud amittat, iuxta l. 1. ff. de nundin. tamen vel non procedit concluſio in priuilegio facultatiuo, idem Felin. in allegato exaduerſo c. cum acceſſiſſent, num. 26. verſ. limita ſecundo, de Conſtit. Put. deciſ. 279. num. 8. alias ſecundum nouam impreſſionem, deciſ. 369. num. 5. lib. 2. vel procedit dumta
22 xat ... caſus vtendi ſe obtulit, vt per eumd. Felin. ... acceſſiſſent, num. 25. verſ. hanc regulam ... deciſ. 419. nu. 28. lib. 3. & in omnem
23 caſum, aut in hoc requiritur curſus annorum 40. vt per Put. deciſ. 252. num. 4. lib. 3. aut ſaltem de-
24 cennium, vt per Rot. deciſ. 139. n. 11. part. 2. diu. quapropter nimis durum eſſet, quod magiſtratus inferior ex præfixione menſis, aut breuioris termini Principis gratiam reddere poſsit eluſoriam.

Multoque minus reſpectu dicti ſecundi reſcripti, quia probatio deſiſtentiæ ab habitatione intra trienniū impoſſibilis erat impetranti de tempore gratiæ, cū
25 præpoſterum, & impoſſibile ſit aliquid prius exerceri quàm naſci, l. bouem, 43. §. aliquando, verſ. ſi ſub conditione, ff. de ædil. edict. l. ſi pecuniam, ff. ſi cert. petat. Seraphin. deciſ. 681. num. 1.

ARGVMENTVM.

Damnatus ad triremes ſiue ad tempus, ſiue in perpetuum an ſit capax ſucceſsionum.

SVMMARIVM.

1 *Ad Triremes damnatus non efficitur ſeruus pœnæ.*
2 *Ad Triremes damnatus retinet ea, quæ ſunt iuris gentium, & capax eſt ſucceſsionis.*
3 *Damnatus ad triremes ad tempus non cenſetur deterioris conditionis quam damnatus ad triremes perpetuas.*
4 *Compoſitio ſuccedit loco pænæ.*

CONSILIVM CCCLXII.

Damnatus ad triremes etiam in perpetuum hodie de iure nouiſſimo Authenticorum non
1 efficitur ſeruus pœnæ, auth. ſed hodie, C. de donat. int. vir. & vxor. §. quod autem, auth. de nupt. Rip. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, 2. num. 1. ff. ad Trebell. Peregrin. de iur. Fiſci, lib. 3. tit. 4. num. 9. & tit. ſeq. nu. 20. verſ. & iure nouo, Couar. in rubr. de teſtam. num. 27. verſ. quod in his, Gomez var. reſolut. tom. 2. cap. 15. num. 19. verſ. ſed aduertendum, Farinac. quæſt. 102. num. 158.

Ac proinde non ſolum retinet ea, quæ ſunt iuris gen-
2 tium, vti ſunt contractus, ac conſequutiuè actiones tam paſsiuæ, quam actiuæ ex illis prouenientes, ſed etiam eſt capax ſucceſsionum, atque ita in puncto ex frequentiſsima omnium opinione firmauit Rota in recent. deciſ. 492. num. 2. & ſeq. par. 2.

Hæc autem dum procedunt in damnato ad triremes
3 perpetuas, multò facilius admittenda ſunt in damnato ad tempus, vt in hoc caſu, Borellus conſ. 52. n. 43. verſ. vtrumque tamen, & num. 44. 45. & ſeq. Peregrin. de iur. Fiſc. lib. 3. tit. 4. num. 2. Farinac. d. queſt. 102. num. 159.

Neque obſtat publicatio bonorum, quia illa tanquam non cadens, niſi vbi infligitur pœna ordinaria, ſublata fuit à ſacra Conſulta; medietas verò bonorum,
4 ad quam loco pœnæ extraordinariæ fuit redacta, non obſtat exercitio actionis, de qua agitur, ſtante retroceſsione iurium per Fiſcum mediante compoſitione, Farinac. de inquiſit. queſt. 5. numer. 4. Mohed. deciſ. 3. de tranſact.

ARGVMENTVM.

An, & quando teſtis inimicus repellendus ſit non obſtante reconciliatione.

SVMMARIVM.

1 *Reconciliationes aliquando perfunctoriè non ex animo fiunt ſed diſſimulando.*
2 *Inimicis perfunctoriè reconciliatis non eſt confidendum in æternum.*
3 *Iniuria nunquam cenſetur remiſſa ex verbis, aut ſignis generalibus, dubijs, & æquiuocis.*
4 *Reconciliationis idonea ſigna non ſunt alloquutiones, et tractatus honeſtatis gratia, quando aliter facere indecens eſſet.*
5 *Inimicus reconciliatus de recenti non admittitur ad examen. Et præſertim quando inimicitia orta fuit ex cauſa graui, vt num. 6.*
7 *Reconciliatio recens non dicitur in graui inimicitia niſi elapſo triennij tempore.*
8 *Reconciliatio an dicatur recens, arbitrio Iudicis remittitur.*
9 *Ex Actibus habentibus cauſam ſucceſſiuam renouatur in dies idem effectus.*
10 *Inimicus etiam reconciliatus non admittitur ad examen ſtante noua cauſa inimicitiæ.*
11 *Teſtis deponens ſe vidiſſe a pluribus annis citra intelligi poteſt de præſenti, vel paulo ante.*

CONSILIVM CCCLXIII.

Exceptio inimicitiæ deductæ ad repellendum teſtem, cuius examen exaduerſo affectatur non tollitur ex replicatione prætenſæ reconciliationis articulata, quoniam quod aliqui viſi fuerint ſe ſalutare, honorare, alloqui, & inſimul tractare, non

1 non concludit reconciliationem, tum quia aliquãdo perfunctoriè reconciliationes, non ex animo fiunt, sed dissimulando, Igneus in l. 1. num. 89. ff. ad Senat. consult. Syllan. Decian. tract. crim. lib. 3. c. 25. num. 21. post med. vers. sunt enim, & nu. seq. ideoq.
2 inimicitias perfunctoriè reconciliatas esse suspectissimas, pluribus comprobat Tiraquell. tract. cessante causa. limit. 16. num. 8. & illis confidendum non esse in æternum, Paul. de Castro cons. 273. num. 3. post princip. vers. de inimico reconciliato, lib. 1.
3 ideo quæ iniuria nunquam censetur remissa ex verbis, aut signis generalibus dubijs, & æquiuocis, sed solum veris necessarijs, & concludentibus, Farin. cons. 98. num. 5. post med. vers. nunquam censetur remissa, lib. 1.

Tum etiam quia prætensæ alloquutiones, & tracta-
4 tus à tempore articulato, quo semper testis, qui prætenditur examinari, permansit in carceribus, non potuerunt sequi, nisi honestatis gratia, quia aliter facere indecens esset, Petr. à Plaza in epit. delict. lib. 1. cap. 6. n. 43. post princ. vers. quibus conuenit, Farinac. cons. 98. num. 4. & 12. Guazzin. de pac. par. 1. quæst. 32. num. 9. Ludou. Carbon. tract. de repacif. cap. 15. post med. vers. non censerentur idonea signa, tractat nouiss. tom. 12. fol. 256.

Sed quando etiam actus articulati essent tales, vt exinde resultaret reconciliatio, non tamen illa censeri potest talis, vt reiectio examinis huius testis euite-
5 tur, quoniam nec etiam admittendus est inimicus reconciliatus ad examen, quando reconciliatio fuit de recenti iuxta communem, & receptissimam sententiam, vt ex c. accusatores, in primo 3. quæst. 5. Rimin. cons. 319. num. 1. vbi add. & firmant plures per Farin. allegati quæst. 12. num. 42. & seqq. præcipue,
6 quando inimicitia orta fuit ex causa graui, Surd. cons. 40. num. 27. post princip. vers. tamen id procedit. Becc cons. 67. nu. 17. lib. 1. Tiraquell. dicens expectandum esse, vt amicitia sit longo tempore confirmata, & sint obliterata omnia inimicitiarũ vestigia, dicto tractat. cessante causa, limit. 16. nu. 7. idem Farinac. de testib. quæst. 53. num. 59. vbi quod reconciliatus de recenti censetur retinere odium, & nocendi animum.

Et licet an reconciliatio dicatur recens, vel antiqua sint opiniones diuersę, quia aliqui tenuerint, recẽtem non esse, quando aliquod tempus, quamuis modicum intercesserit, vt per Clar. recept. sent. §.
7 fin. quæst. 24. num. 6. in graui vero inimicitia triennium necessario elapsum esse opinatus fuerit Bonacos. in com. opin. crim. par. 1. ver. inimicitius si sit ca-
8 pitalis, tamen recepta est sententia, quod id relinquatur Iudicis arbitrio, qui illud regulare debeat ex circumstantiis, ac præcipue ex qualitate personarum, & inimicitiæ, quia ex illis iudicandum sit, an testis reconciliatus repellendus sit, vt post alios per Farinac. de testib. d. quæst. 53. numer. 61. in hoc autem casu neutiquam prætensam reconciliationem ex actibus articulatis resultantem existimari iure poterit esse sufficientem, postquam inimicitia, ex qua desumitur reiectio testis examinandi, habuit, & adhuc habet causam successiuam etiam de pręsenti stante continuata testis examinandi carceratione ex eadem causa; quandoquidẽ quemad-
9 modum ex actibus habentibus causam successiuam renouatur in dies idem effectus, c. constitutis 46. de testib. & per illum textum Abb. num. 3. & Felin. nu. 1. clarè Decian. cons. 60. num. 7. & 8. lib. 1. Hond. cons. 97. num. 5. lib. 2.

Ita ex hac ratione parificatur hic casus alteri, quando 10 post reconciliationem subsequitur noua causa inimicitiæ, qua stante non dubitatur, quin etiam inimicus reconciliatus sit repellendus, Farinac. de testib. d. quęst. 53. nu. 60. Almontes Ciazz. discept. crimin. ad Reor. defensam, discept. 34. num. 15.

Cessatque omnis scrupulus ex captiositate articuli, quia dum articulatur, come la verità fù, & è, che da vn'anno, e più esso testimonio hà veduto &c. articulus intelligi potest in verificatione de præsenti, vel paulò ante, quo casu certum est, reconciliationem tanquam de recenti, non attendi, iuxta doctrinam Bart. quam Rota sequitur in l. Celsus, num. 23. ff. de vsucap. vt per Seraphin. decis. 469. num. 1. & decis. 1231. num. 2.

ARGVMENTVM.

Probatio per rei euidentiam an, & quando admittatur publicato processu, & dicitis testificatis.

SVMMARIVM.

1 *Probatio per rei euidentiam nunquam censetur exclusa, & propterea superat omne genus probationis.*
2 *Probatio per rei euidentiam admittitur post publicationem processus, et post didicita testificata.*
3 *Euidens probatio est, quæ ex facto per aspectum desumitur.*
4 *Euidentia non cadit nisi in eo, quod nulla terginersatione celari potest.*
5 *Periti adhibentur in iis, quæ per omnes ex aspectu deprhendi non possunt.*
6 *Peritorum testificationes recipi possunt post publicationem processus.*
7 *Iudex per se ipsum potest, et debet videre statum, qui ex rei euidentia percipitur, publicato etiam processu, et didicitis testificatis.*

CONSILIVM CCCLXIV.

Probatio per rei euidentiam, quæ priuilegiata reperitur in Iure, vt nulla vnquam virtute exclusa
1 censeatur, vt per Rotam decis. 289. num. 1. par. 4. recent. quæque propterea dicitur superare omne genus probationis, Gregor. decis. 575. num. 6. Alba cons. 97. num. 3 Menoch. de arbitr. cas. 526. nu. 5. & seqq. Muscatell. de cognit. & probat. delict. tit. de prohib. armor. asport. num. 30. ac etiam eadem
2 ratione admittitur post processus publicationem, & non obstante, quòd testificata sint didicita, Bald. in l. si quis testibus 13. num. 18. ad med. C. de testib. Aret. in c. fraternitatis 17. nu. 55. de testib. vbi etiã Felin. nu. 8. post princ. vers. idem est, quando probatio, Menoch. de arbitr. d. cas. 526. num. 7. Farin. alios plures adducens de testib. quæst. 75. nu. 172.

Ea est, quæ resultat ex oculari aspectu adeo euidenti, vt timeri nequeat subornatio, & cuius suspicionis cessatio efficit, vt consequenter cesset impedimentum proueniens ex processus publicatione, ac didicitis testificatis; quapropter cum in casu, de quo quæritur, iure timeatur subornatio, dum non agitur de probatione per euidentiam facti sensati, ac

omnibus patētis ex sola oculari inspectione, in qua non cadat possibilitas deceptionis, meritò versamur extra casum limitationis, quòd probatio, quę
3 fieri intēditur, cōsistat in puris terminis per rei euidentiam, quemadmodum ad effectum huiusmodi requiritur, Bald. in d. l. si quis testibus 13. num. 18. vers. quia in rei euidentia non timetur subornatio, ita intelligens Specul. de probat. §. 3. incip videndū num. 9. & in l. contra negantem 4. num. 10. vbi huius sēsus intelligit Azon. in summa; C. de leg. Aquil. qui Azo magis hoc inquit in comment. ad lib. 3. C. eod. tit. de leg. Aquil. 35. n. 4. Alex. cons. 116. n. 2. lib. 1. & cons. 134. n. 14. lib. 2. Marsil. in repet. rub. C. de probat num. 169. & seq. Afflict. decis. 216. n. 3. Tiraq. de retract. lign. §. 2. glo. 1. num. 37. & plurib. seqq. Mascard. de probat. quæst. 8. n. 1. & seq. vol. 1. vbi quod probatio per euidentiam dicitur ea, quæ est adeò clara, vt nec Iudex aliud quàm illam requirat ad veritatem cognoscendam, & concl. 860. num. 2. vbi quod euidens probatio est, quæ ex facto per aspectum desumitur.

Ideoque euidentia propriè non cadit, nisi in eo, quod
4 nulla tergiuersatione celari potest, sed semper oculatim apparet, c. euidentia 9 de accusat. Rebuff. in l. natura cauillationis, col. 2. vers. euidens est, ff. de verb. significat.

Atque hinc est, quod licet in iis, quę non possunt de-
5 prehēdi per omnes ex aspectu adhiberi, debeāt periti, vt per Aretin. cons. 142. nu. 17. & testificatio-
6 nes peritiorū recipi possint post processus publicationem, quando agitur de probando contrarium eius, quod per peritos fuit probatū, quia cum deponāt de peritia, facile possunt decipi, vt post alios per Farinac. de testib. quæst. 75. num. 124. 125. & seqq. hæc tamen conclusio intelligitur in expectatione ad futurum statum, qui non nisi ex peritia dignosci potest, veluti quòd ex vulnere sit remansura cicatrix, ex quo quoad futurum accidens nō datur euidentia facti iuxta præcedentem statum oculariter visibilem, prout in his terminis loquitur Menoch. de arbitr. quæst. 34. num. 9. & aliis. Farinac. d. quæst. 75. num. 125. & procedunt add. ad Dec. in c. proposuisti, n. 44. vers. in addit. incip. contra hanc, de probat.

Secus autem in probatione per rei euidentiam respectu præsentis status minimè futurum aliquod sensatum expectante, quale est instrumentum prętensæ donationis, de quo agitur, in eo namque
7 quia non cadit peritia respectu futuri status, sicut non cadit in vulnerato habente cicatricem, cuius existentia per aspectum ocularē videri potest per ipsam Iudicem absque alia futuri euentus expectatione, verius est, publicatis, & didicitis testificationibus, ipsum Iudicem posse, & debere per se ipsum videre statum, qui ex rei euidentia percipitur absque alia peritorum peritia vlteriori expectanda, Bald. in d. l. contra negantem, num. 10. C. de leg. Aquil. Marsil. in l. 1. §. si serui quasi, nu. 7. post princip. vers. quod tamen si ipsa cicatrix, ff. de quæst. Abb. in c. causam 14. ante num. 1. col. 1. ad med. distinguens in depositione, quæ non potest fieri, nisi de credulitate ratione peritiæ. & in depositione de veritate. de prob. Aretin. d. c. fraternitatis 17. num. 55 vers. quod dictum potest esse verum d. de testib. & ib. Felin. num. 8. ante med. vers. quod intellige, Gabr. de testib concl. 21. nu. 92. Menoch. de arbitr. d. cas. 526. num. 11. & seq. Farin. de testib. d. quæst. 75. n. 173. vers. secus autē.

ARGVMENTVM.

Peritiores an, & quando admittantur in criminalibus post sententiam latam ex iudicio peritorum.

SVMMARIVM.

1 *Peritiores admittuntur post publicationem processus, quando causa decidenda est solo iudicio peritorum.*
2 *Periti quando assumuntur vt testes considerari potest in eis timor subornationis, secus vero quando assumuntur ad referendum.*
3 *Processus in infinitum non admittitur in eligendis peritis.*
4 *Sententia lata ex iudicio peritorum non potest sub prætextu peritiorum retractari vltra duas vices.*
5 *Peritiorum relationes non nisi ex magna ratione, & Iudicis officio admitti possunt.*
6 *Peritiores non admittuntur, nisi quando Parti nihil imputari potest, quare eos non prius produxerit.*
7 *Periti deponentes de credulitate non attenduntur contra rem iudicatam, sed requiruntur probationes directe concludentes innocentiam Rei per euidentiam facti.*
8 *Dilationes non sunt semper concedendæ.*

CONSILIVM CCCLXV.

Conclusio desumpta ex Farinac. de testib. quæst. 75. num. 124. & seq. quod aduersus testificatio-
1 nes peritorum, quorum relationes fuerint publicatæ, potest tamen contrarium probari per alios peritiores, præterquamquod non procedit, nisi vbicumque Causa decidenda est solo iudicio peritorum, vt per Abb. in c. causam, 14. in 2. not. de probat. & Pacian. tract. de probat. lib. 1. cap. 47. num. 77. & præsertim, quando periti electi fuerunt ad referendum, sicut ipse Farinac. loquitur, ponens con-
2 clusionem prædictam, quando agitur de recipiendis relationibus peritiorum aduersus aliorum relationes, quia differunt casus isti inter se, ex quo primo casu, quando assumuntur periti, vt referant, non ita datur timor subornationis, prout datur in secundo, Abb. in c. proposuisti, 4. numer. 11. de probat. vbi quòd licet alias contrariam sententiam esset sequutus, tamen habito tempore maturius inuestigandi hanc tenet ob rationem prædictam, quia publicatis attestationibus, timenda est subornatio testium etiam peritorum, Alex. cons. 148 nu. 7. lib. 2. quem iuxta hanc distinctionem intelligit, & sequitur Pacian. de probation. d. cap. 47. num. 78. & seq. lib. 1. minusque procedit, nisi concurrat qualitas peritioritatis, de qua constet, tanquam illa, in qua fundatur admissio dictæ conclusionis, itaut
3 non admittatur processus in infinitum, ex quo sēper altera Pars asserere posset alios eligendos peritiores, Abb. Dec. & alij in dicto c. proposuisti, 4. de prob. Pinell. in l. 2. par. 3. cap. vlt. de rescind. vendit. num. 6. Lup in l. 2. §. 3. num 156. vers sed aduertendum, C. de pact. int. empt. & vend. quamobrem sententiā
4 latam ex iudicio peritorum ex prætextu peritiorum retractari non posse, nisi per duas vices, inquit con-

conciliando opiniones Pacian.de probat.d.cap.47. num.88.verſ.omiſſis diſputationibus, & num.ſeq. cum num.83.& ſeqq.& dicto num.88.verſ.contrarium,
5 quinimmo relationes peritiorum nonniſi ex magna ratione,& Iudicis officio admitti poſſe,inquit Add.ad Alexan. d.conſil.148.in vltima addit. lib.2.

In hoc caſu nulla probabili ratione eſt admittenda,
6 tum quia non recipitur concluſio, niſi dummodo Parti nihil poſſit imputari, quare peritiores prius non produxit, ficut imputandum eſt hoc caſu ex ſuppoſitis in facto,Abb.d.c.cauſam, 14.col.1. poſt med.verſ.vel ad Partis inſtantiam, cui nihil poſſit imputari,de probat.Pacian.d.tract.de probat.cap. 47.poſt med.verſ.modò nihil ei poſſit,lib.1.

Tum etiam,quia Pars aduerſa concluſione prædicta vtitur,poſtquam lata fuit contra ipſam ſententia, quæ tranſitum fecit in iudicatum;in hoc enim ca-
7 ſu non admittuntur probationes priuilegiatæ,quales ſunt atteſtationes peritorum deponentium de credulitate ex illorum peritia, ſed requiruntur probationes directæ concludentes innocentiam Rei per euidentiam facti,quæ oſtendat, non eſſe delictum commiſſum,vt puta ſi probetur verè, & realiter,homicidium non fuiſſe commiſſum, quia is,qui dicebatur interfectus viuat,vel quid ſimile, Gomez var.reſol.tom.3.cap.13.num.33. poſt med. verſ.tamen iſto quarto,& vltimo caſu, præcipue ex textu in l.1.§.ſi quis vltro, ff. de quæſt. Farinac. quæſt.39.numer.83.Guazzin.tract.ad defenſ.d.defenſ.28.cap.2.num.7.& hæc fuit ratio,quare in publicatione proceſſus de ordine Sanctiſſimi fuerunt ſolum præſeruatæ probationes per euidentiam.

Magiſque dum plures præfixi,& elapſi fuere termini
8 peremptoriè aſſignati; quamobrem Deſiderius Guido Vrbis Gubernator nunquam concedere voluit vltra tertiam dilationem, vt inquit commendando Triuiſan.deciſ.59 in fin.lib.1.

ARGVMENTVM.

Creditum penſionis aſsignatum creditoribus penſionarij an, & quando cadat ſub ſpoliis.

SVMMARIVM.

1 *Spolia dicuntur earum rerum, quæ ad beneficiatos ſpectant, & in eorum peculio tempore mortis reperiuntur.*
2 *In Spolijs non comprehenduntur ea, quæ non remanent in hæreditate.*
3 *Ad Eccleſiam non ſpectant ea,de quibus clericus in vita diſpoſuit.*
4 *Conſtitutio loquens de caſu ſimplici non comprehendit caſum mixtum.*
5 *Succeſſor in Eccleſia tenetur ad debita anteceſſoris contracta ex cauſa neceſſaria.*
6 *Religioſus nihil habet proprium.*
7 *Confeſsio adminiculata probat,etiam ſi emanauerit inter perſonas prohibitas.*
8 *Confeſsio probat,quando emanauit ab eo,qui diſponere poteſt.*
9 *Ceſsionarius Cameræ tenetur ad debita, ad quæ Camera ipſa teneretur.*

CONSILIVM CCCLXVI.

NOn cadit ſub ſpolio creditum penſionis, de qua agitur; quamuis enim verum eſſet,in Regno Neapolis penſiones inexactas ſpolij appellatione venire,tamen intelligendum hoc eſt de ijs penſionibus,quarum ius exigendi ſpectat ad ipſum penſionarium,ſecus de ijs,de quibus penſionarius viuens diſpoſuit dando illas in ſolutum ſuis credi-
1 toribus;ſiquidem cum ſpolia dicantur earum rerum,quæ ad beneficiatos ſpectant, & in eorum peculio tempore mortis reperiuntur, vt declarat idem Seraphin.in exaduerſo allegata deciſion.594.
2 num.15. non poteſt creditum hoc dici ſpolium, cum tempore mortis Epiſcopi ſtante dicta in ſolutum datione ad ipſum non ſpectaret, ſed quoad ipſum eſſet conſumptum, vt per eumdem Seraph. ead.deciſion.594. numer.18. vbi propterea infert non capere ea,quæ non remanent in hæreditate.

Ideoque facit pro hac parte Redoan. de ſpol. eccleſ. quæſt.6.num.12.& Azor.de ſpol.cap 3.ver.octauo;
3 etenim admittunt ea, de quibus clericus in vita diſpoſuit,non ſpectare ad Eccleſiam,vt præcipue per Redoan.d.n.12.verſ.vnde.

Et in omnem caſum omnis Conſtitutio deferens in-
4 exacta Cameræ intelligenda erit de inexactis ſpectantibus ad beneficiatum, & ſic in caſu ſimplici, non autem in caſu mixto, quando beneficiatus de illis viuens diſpoſuit alteri cedendo, Surd. deciſ. 174.num.15.& ſeq. Rot. poſt lib.2. conſ. Farinac. deciſ.130.num.6. idem Farinac. in fragment.verb. mixtum,num.226.

Et præſertim cum diſpoſitio,ac datio in ſolutum prædicta proceſſerint, non ex voluntate mera, ſed neceſſitate ex cauſa debiti præcedentis, quia dum Camera per ſpecialem Pontificum reſeruationem ſuccedit in ſpolijs,quæ alioquin ad Eccleſiam, vel
5 ſucceſſores ſpectaſſent,tenetur, prout tenetur Eccleſia ad debita anteceſſoris, Abb. & alij communiter in c.1.& ſeq.de ſolut.Put.deciſ.44.num.2.lib. 2.& deciſ.11.num.1.lib.3.in nou.Rota loquens in terminis quando Camera ſuccedit ex cauſa ſpoliorum,deciſ.41.de prob.in antiq.& deciſ.705. n.2. par.1.& deciſion.778.num.2.par.2. recent. Buratt. deciſ.482.num.8.

Neque enim dubitari poteſt, quin debitum, cuius occaſione proceſſit datio inſolutum,fuerit ex cauſa alimentorum, nam Epiſcopus erat regularis, & debitum, de quo agitur, contractum fuit tempore, quo Epiſcopatum reſignauerat ſub reſerua-
6 tione penſionis, adeoquod ex defectu illius ſolutionis abſque dubio conſtat, nihil vltra habuiſſe ex adductis per eumd. Surd. exaduerſo allegatum de aliment.tit.8.priuil.79.num.1.& ſeqq.

Ac propterea ſufficienter probat confeſſio eiuſdem
7 Epiſcopi, de qua in inſtrumento dictæ in ſolutum dationis;concurrunt enim adminicula ſupradicta, ex quibus probat confeſſio etiam emanata inter perſonas confiteri prohibitas, iuxta deciſ. Achill. primam de confeſſis ſæpiſſimè in Rota receptam.

Quinimmò probat etiam ſola confeſſio de per ſe,
8 quia cum emanauerit tempore, quo Epiſcopus viuens poterat de hac penſione ad libitum diſponere, idem Surd.d.conſ.333.num.1. & ſeqq. Seraphin.ead.deciſ.594.num.7.non applicatur concluſio exaduerſo allegata ex Bart.in l.ſi forte, num.4. ff. de caſtr. pecul.cum idem Bart.ibi declaret,illam

procedere inter personas prohibitas, non in aliis, vltra quod dantur etiam partitæ, ex quibus debitum Episcopi probatur cum sua causa.

Minus obstat, quod Reuerendiss. Episcopus aduersarius ignorans cessionem, seu dationem in solutum prędictam potuerit transigere cum Camera iuxta l.si i.ff.de transact. quia quoad summam solutam Cameræ, scutũ scilicet 80.contenta est hæc Pars eam ex suo credito diminuere, quoad verò residuum, pro quo nihil ex aduerso fuit solutum, dicitur, transactionem minimè suffragari, ex quo stante cessione iurium facta à Camera, Pars aduersa Cameram ipsam tam actiuè, quam passiuè re-
9 præsentat, ac proinde ad solutionem huius debiti eodẽ modo teneri debet, quo Camera teneretur, Castr.consi.207. num.4. vers.his non obstantibus, & num.5. vers. & sic concluditur, iuncto num.2. vbi opponit in contrarium, & nihilominus ita resoluit eodem num.4.& seq.lib.1. Aloiſ. de Leo. in l.si post perfectam, num.8.C.de euict.

ARGVMENTVM.

Repræsaliæ an, & quando concedantur. De nullitate, & iniustitia sententiæ fundatæ in falsa causa.

SVMMARIVM.

1 *Repræsaliæ a non recognoscente Superiorem indicuntur aduersus res, aut homines eius loci, in quo fuit denegata iustitiæ exhibitio.*

2 *Repræsaliæ conceduntur per magistratum creditoris, cui alibi denegata fuit iustitia.*

3 *Repræsaliæ conceduntur contra ipsos iustitiam denegantes.*

4 *Repræsaliæ non conceduntur nisi ex iusta causa, cõstito saltem summarie de iure petentis.*

5 *Soluentibus in vim repræsaliarum iuste concessarum datur regressus contra principalem debitorem.*

6 *Commissione ad instantiam vnius Partis impetrata non potest altera Pars vti, nisi antea fuerit citata ad dicendum contra.*

7 *Sententia nulla non substinetur ex cõsensu in vim pacti, nisi consentiens babeat plenam scientiam nullitatis.*

8 *Sententia fundata in falsa causa dicitur nulla, & iniusta.*

9 *Testes instrumentarii dicuntur omni exceptione maiores.*

10 *Pecuniæ numeratio excluditur, quando testes deponunt, pecuniam demonstratam in sacculo non potuisse esse illius quantitatis expressæ in instrumento.*

11 *Simulationis causa probanda est, vbi pretenditur simulatio ex coniecturis, secus vero vbi de simulatione clare constat.*

CONSILIVM CCCLXVII.

Repræsaliæ quamuis à non recognoscente Superiorem ad instar iusti belli indicantur aduersus
1 res, aut homines eius loci, vel territorii, in quo fuit denegata iustitiæ exhibitio, vt ex sententia Diui Augustini in libro quæstionum 6. quæst.10.
2 relata in c.Dominus noster 2.23. quęst.2. quin etiam concedãtur per magistratum ipsius creditoris, cui alibi denegata fuit iustitia, quia hoc remedium in subsidium specialiter ex hoc capite dari conueniat, non obstante, quod sit contra ius diuinum, ius naturale gentium, & canonicum, alios, qui nec contraxerunt. vel quasi, nec deliquerunt, vel quasi ex alieno debito pręgrauari, vt plenè post alios per Coler.de processi. exeq.par.1. cap.
3 2.num.308. & seqq.& num.314.magisque conceduntur contra ipsos iustitiam denegantes, quoniam tunc ob delictum eorum conceduntur, vt inquit Angel.consi.196.num.1.ad med.vers. potest tamen contra denegatam.

Tamen hoc est certum, quod nunquam indici pos-
4 sunt nisi ex iusta causa, constito scilicet de iure petentis, itaut ex illius qualitate cognoscatur iustitię denegatio, Bart.tract.repræsal.in prima quest. princip.num.4.& quęst.4.nu.10.quę cognitio propterea est saltem prius summatim examinanda idem Bart. eod.tract.repræsal.quæst.9. num.7. post med.vers.quibus adhibitis, & vers.& in hoc etiam adhibebitur, idem Angel. consi.122. num.2. vers. præterea, & d. consi. 196. num.1. post med. vers. primo propter peccatum formæ, vbi pręter formam requirit pro substantia cognitionem, & probationem iuris petentis, Coler. de processi.d. cap. 2.num.307.& seqq.vbi vlterius num.303.quod ratio denegandi repræsalias hæc est, nè pax publica in Imperio ob priuati alicuius commodum turbetur.

Et ratio quoque debitæ huius examinationis est euidens, quia nõ cognita iustitia petentis repræsalias,
5 & consequutiue iustitiæ denegatione repræsaliantes soluentes non possent habere regressum aduersus principalem debitorem, tanquam eum, qui solum tenetur in casu, in quo repræsaliæ iuste fuerint concessæ, Ruin.consi. 107.num.11.lib.5.Mynsing.cent.6. obseruat.1.in fine, Costa de remed. subsid.remed.17.num.16.Seraphin.decis.453.nu.3. vbi quod propterea in primis cognoscenda erit iustitia sententiæ latæ à Iudice Causę.

Examinata autem iustitia, & validitate sententiæ latæ per contradictas, ac proinde Parte hac non defensa, non datur ratio, quare sententia hæc remedium subsidiarium repræsaliarum mereatur.

Siquidem nullitas sententiæ videtur clara ex defectu
6 iurisdictionis, dum processum fuit vigore commissionis impetratæ sub nomine huius Partis, quã nunquam fuit vsa, & cuius absque dubio poterat ante citationem ad dicendum contra pænitere, cum rescriptum eius vtilitatem principaliter concerneret, nec propterea ante citationem posset altera Pars illa vti, etiam quod in aliquo sibi faueret, & obtenta esset in Signatura ex veriori, & magis recepta opinione, Host.in c.ex conquestione, de restit. spol.vbi Abb. nu.10. testatur de communi, Felin.in rubr.de rescript.num.3. in 3. & 4. fallent. Rot.in Salamantina pensionis 13. Ianuarii 1584. coram Bubalo apud Marches.par.1.fol.172. & decis.317. per tot. par.2.recent. quæ decisiones cum loquantur etiam de commissionibus expeditis in Signatura gratiæ vtraque Parte informante, non est curandum de Marchesano contrarium in hoc casu tenente, & præsertim cum etiam contra Marchesanum sit communis stilus Curialium obtinendi in hoc casu à Signatura aliam commissionẽ, in qua narrato, quod altera Pars commissione impe-

impetrata non vtitur, propterea rescriptum sub eadem forma conceditur.

Neque obstat, quod defectus iurisdictionis sanatus fuerit per consensum, quia impetrator dictæ commissioni nunquam consensit, hæres vero aut consensisse dici nequit ex rationibus deductis in facto, aut non propterea nullitatis sententiæ exinde sanatio resultat, ex quo sententia nulla per superuenientem consensum vti sententia non vali-
7 datur, substentatio vero in vim pacti procedit solum, vbi constat, consentientem habuisse plenam scientiam illius nullitatis, Soc.iun.cons.24.num.5. vers.nec etiam ratio, lib.1. Dec.cons.475. num.28. vers.sed ad hoc, Gabr.cons.36.num.60.lib.1. Rota decis.535.num.12.post med.& decis.492. num. 10. par.1.rec.

Iniustitia verò eiusdem sententiæ non minus est euidens, facto tamen,& culpa Partis aduersæ, quę supponitur in Rota dedisse summarium testium mutilatum, idque satis etiam dignoscitur ex ipsa decisione Causæ, quę est 219.par.2.recent.cum enim in illa sub num. 3. ad probationem numerationis pecuniæ censualis fundamentum fiat in deposi-
8 tione duorum testium instrumentalium,& notarij rogati de instrumento; ex eisdem verò testibus, & notario perlectis integris depositionibus habeatur contrarium, constat propterea sententiam tanquam fundatam in falsa causa non solum esse iniustam, sed nullam, Rot.decis.29.numer.1. decis. 178.num.1.& decis.504.num.3.par.2.rec. Gregor. decis.2.num.4.

Licet enim ex tenore ipsius instrumenti census dicatur constare de interuentu pecuniæ numeratæ coram eodem notario,& testibus, vt in d. decis. 219 num.2.par.2.recent.& aliàs sæpius, tamen cōtrarium, numerationem scilicet minimè sequutā fuisse non solum probant concludenter duo testes
9 instrumentarij, qui dicuntur propterea tanquam omni exceptione maiores, ex eadem decis.219.nu. 3.par.2.recent.sufficienter instrumentum in ea parte reprobare, sed notarius ipse, quamuis nimis affectatè deponat pro legitima celebratione instrumenti ad sui exonerationem, fatetur tamen, se pecuniam numerari non vidisse, adeoquod propterea manifestè pateat, pecuniam fuisse solum demonstratam,& præsertim vlterius dicunt pecu-
10 niam demonstratam in sacculo non potuisse esse illius quantitatis expressæ in instrumento, vt post alios per Modern.Perus.de censib.par.2.cap.1. qu. 1.art.7.num.10.& art.8.num.20.& seqq. Rot. decis.140.num.10.ad fin. post lib. 1. cons. Farinac. & apud Modern.Perus.de censib. decis.48. numer. 2. vers.nec visum,& decis.120.num.1.2.& 5.& decis. 130. num. 10.& admittit etiam Rota apud Card. Mant.decis.302.n.3.& seqq.

Et præsertim cum ijdem testes deponant etiam de causa simulandi, scilicet de impositione census ad effectum tuendi bona à creditoribus, quos nominant, non solum ex publica fama, sed ex rei veritate ex rationibus, quas adducunt, licet probatio
11 causæ simulandi necessaria solum sit, vbi prætenditur probatio simulationis ex solis coniecturis, secus verò quando de simulatione clarè constat, vt per Add.ad Greg.decis.157.num.27.in princ.& vers.prædicta procedunt solum, iunctis precipue sententijs conformibus latis in Partibus pro simulatione à Senatoribus Illustrissimis, ac alijs adminiculis ponderatis in facto.

ARGVMENTVM.

An,& quando Iudex allegari possit suspectus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex allegatus suspectus quamuis non deberet ad animum reuocare recusationem tamen solet quandoque indignari,& se prouocatum reputare.*
2 *Iudex allegatus suspectus remanet Iudex, nisi legitima causa allegetur,& probetur. Et numero 9.*
3 *Iudex allegari potest suspectus in Causa spectante ad eius famulum.*
4 *Suspectus allegari potest Iudex filius eius, qui fuit aduocatus in Causa.*
5 *Iudex vt suspectus allegetur, sufficit iuramentum de iure ciuili.*
6 *Iudex vt suspectus allegetur de iure canonico, non solum requiritur iuramentum sed expressio, et verificatio legitimæ causæ.*
7 *Iuramentum Partis non facit probationem.*
8 *Iudex non allegatur suspectus ex inimicitia præsumpta sed solum ex manifesta,& non dubia.*

CONSILIVM CCCLXVIII.

Farinac.in fragmen.criminal.par.2.in verb.Iudex, numer.918.quamuis dicat, quod & si Iudex su-
1 spectus allegatus non deberet ad animum reuocare recusationem de eo factam, solet tamen sic recusatus pro maiori parte moueri ad iracūdiam,& indignari,& se prouocatum reputare, ex c.suspicionis, 39.de offic.deleg.& alijs.

Nihilominus idem Farinac.subsequente numer.919.
2 inquit, aduertendum, quòd nisi legitima causa allegetur,& probetur, remanet Iudex, ex textu in c. cum speciali, de appellat.& reddit rationem, quia alias esset in potestate vniuscuiusque recusare Iudicem ex causa non iusta,& ea non probata opponere de inimicitia propter allegatam suspicionem, quod est absurdum.

Farinac.etiam vbi supra num.820.& 821.loquitur de
3 Iudice delegato in Causa spectante ad eius famulum, quamobrem deficit applicatio.

Numero autem 860. loquitur in Iudice recusato,
4 quia sit filius eius, qui fuit aduocatus in Causa, ideoque non etiam applicabilis casui, de quo quęritur.

Marchesanus de commission. suspicionis Iudicum, par.2.§.1.num 19.& 20.licet dicat dari in hoc capite recusationis differentiam inter ius canonicū,& ciuile, quia de iure ciuili sufficit, vt suspicionis
5 causa proferatur, seu absque alia expressione suspectus Iudex allegetur, dummodo iuramento adducto confirmetur, ideoque quod inoleuit praxis apponendi verba, vt quotidie fit, eum suspectum in manibus Papæ iurare paratus est,& quatenus opus sit, iurat.

Attamen Marchesanus ibidem numero 23. firmat, quod de iure canonico alia inducitur serua-
6 tur forma, quia solo iuramento non est contentum, verum etiam vult causæ, seu causarum expressionem,& verificationem, quæ postea an sint legi-

legitimę, seu iuridicæ, necne, vel rationabiles, manus est Signaturæ, vel arbitrorum ad id eligendorum, qui repertis veris, vel iustificatis allegatis, à Iudice suspecto Causa auocatur, & alteri non suspecto demandatur.

Cumque idem Marchesanus adductis, ac, vt præfertur, præmissis locis id pluribus comprobet authoritatibus, & signanter per text. in dicto c. cum speciali, quod est capitulum 61. de appellat. qui textus id in verbis clarissimis disponit, minimè curãdum est de Seraphino in tract. de priuil. iuram. priuil. 7. num. 6. qui quatenus dicit, aliud esse de iure canonico, ex textu in eodem c. cum speciali, de appellat. proinde textus contrarium disponit eius, ad quod Seraphin. eum inducit.

Mascardus pręterea conclus. 951. num. 1. de probat.
7 vol. 2. firmat regulam, quod non admittant leges, nec vlla ratio permittat, Partis iuramentum probationem facere.

Præsertim cum Iudices propter inimicitiam præsum
8 ptam nequeant allegari suspecti, sed solum quando inimicitia est manifesta, & non dubia, ex eodem Farinac. vbi supra num. 880. & seq. quinimmo nec
9 inimicitia sit præsumenda cessante allegatione, & verificatione causę famosæ, Iudicem scilicet infamante, idem Farinac. numer. 919. ante fin. vers. & etiam aduerte, cuius quoque sensus est Mandos. in glos. ad 8. formulam commut. in verbis, quas hic consulito, fol. 29.

ARGVMENTVM.

De requisitis, vt sequestratio concedatur.

De hypothecæ, aut dominii extinctione ob commixtionem, aut consumptionem rerum.

SVMMARIVM.

1 *A Sequestratione non est incohandum.*
2 *Sequestratio impeditiua possessionis, et administrationis rei propriæ non etiam ad fauorem Fisci, aut Cameræ conceditur.*
3 *Sequestratio non conceditur nisi quatuor concurrentibus, primo, quod constet de credito, secundo quod debitor sit citatus, tertio quod petens iuret de calumnia, quarto quod constet de suspicione dilapidationis.*
4 *Assecuratio iudicij non fit de consuetudine, quicquid sit de iure.*
5 *Actio personalis non transit de subiecto in subiectum, ac tertium possessorem.*
6 *Hypotheca extinguitur, quando materia transit in materiatum apud tertium possessorem.*
7 *Commixtio nummorum extinguit ius hypothecæ, & dominij, quando non fit dolo malo. Idemque operatur consumptio bona fide facta, vt numero 8.*

CONSILIVM CCCLXIX.

Reuocandum est sequestrum concessum ad fauorem Cameræ super auro, seu potius super scutis aureis ex illo impressis; cum enim constet etiã ex confessione DD. zeccheriorum, illud ipsis zeccherijs traditum fuisse ab hac Parte ad effectum cudendi monetam, ex Parte verò Camerę nihil constet de prætensa pertinentia ad Episcopum assertum Cameræ debitorem, vtique reuocationi sequestri locus est, non solum ex generali regula, ex
1 qua inchoatio à sequestratione est prohibita, iuxta tex. in l. 1. C. de prohib. sequestr. siquidem sequestra
2 tio impeditiua possessionis, & administrationis rei proprię neque etiam ad fauorem Cameræ, aut Fisci de Iure conceditur, l. defensionis facultas, 7. C. de iur. Fisci, lib. 10. vbi Bart. num. 4. & Luc. de Pen. num. 8. & seq. l. fin. C. de bon. vacant. lib. 10. vbi Bart. num. 22. in princ. idem Bart. in l. post contractum, num. 19. ff. de donat. Couar. var resol. lib. 1. cap. 16. num. 9. Peregr. de iur. Fisci, lib. 7. tit. 3. num. 10. vers. sequestratio.

Tum etiam quia validitas sequestri non datur ad-
3 uersus proprium debitorem, eiusque effectus, nisi ubi quatuor concurrunt, quod scilicet primo constet de credito, secundo quod debitor sit citatus, tertio quod petens iuret, se pro calumnia illud non petere, & quarto demum, quod appareat de sufficiente suspecta dilapidatione, Guid. Pap. decis. 210. & 246. Alex. cons. 163. per tot. lib. 6. Angel. cons. 107. in principio, Rot. decis. 654. num. 2. 3. & seq. & decis. 727. numer. 2. & seqq. par. 2. in recent.

Et præcipue quia quicquid esse possit de rigore, ta-
4 men de consuetudine Reus astringi non potest ad assecurandum iudicium, vt prius etiam resoluit Rota, vt decis. 326. num. 4. ead. par. 2. recent.

Cæterum nec quando etiam apparere posset, vasa aurea, ex quibus aurum fusum dicitur, pertinuisse ad dictum Episcopum, legitimum videtur impedimentum ex parte Cameræ præstitum consignationi, de qua agitur; etenim actio personalis, si quam habet Camera contra eumdem Episcopum tanquam eius prætensum debitorem, exerceri nõ potest in bonis per tertium possessis ex causa, & ti
5 tulo oneroso, cum certum sit, personalem actionem non transire de subiecto in subiectum, ac tertium possidentem, l. 1. §. si hæres, ff. ad Trebell. Seraphin. decis. 168. & 529. numer. 1. l. fin. §. fin. ff. de contr. empt.

Tacita vero prætensa hypotheca minus exerceri potest, tum quia tempore prætensi exequuti sequestri vasa erant iam fusa, & ex illis fabricata mone-
6 ta; quapropter ex quo materia transiuerat in materiatum, hypotheca remansit extincta, l. si conuenerit 18. §. si quis, vbi glos. & Bart. in princ. ff. de pign. act. & in auro materiato est textus in l. Seia 6. vers. item quæro, ff de aur. & argent. leg. quicquid sit, quando materiatum reducibile est ad materiam secundum primam formam, vel in subsidium, vbi debitor non est soluendo; nam intelliguntur hæc, vbi materia transit in materiatum penes ipsum debitorem, secus autem quando apud extraneum, vt in hoc casu, quapropter ratione mutationis rei tam in specie, & forma, quam in nomine extinguitur ius pignoris, vt per Alber. in d. l. si conuenerit 18. §. si quis, in princ. & paulo post princ. vers. secus si extraneus, vbi quod hoc casu materiatum neque etiam ex pacto debitoris obligatur creditori, Negus. de pign. 2. membr. 2. par. nu. 26. & seq.

Tum etiam quia difficultas omnis cessare videtur ex commixtione auri cum alio auro eiusdem zecchæ,

itaut

7 itaut discerni non possit identitas vnius ab altero: nam hoc casu ex huiusmodi commixtione extinctum remanet non solum ius hypothecæ, sed etiam dominij, vbi non probatur commixtio dolo malo, l. si alieni nummi, 78 ff. de solut. vbi Bart. num. 1. inquit, hoc esse speciale in nummis propter singularia præcepta l. singularia, ff. si cert. pet. ac propterea non obstare dispositionem tex. in §. quod si fru-
8 mentum, Instit. de rer. diuis. cum idem quoque operetur consumptio bona fide facta, iuxta l. Cassius, 17. vbi etiam Bart. ff. eod. tit. de solut. vt etiam declarat Dec. in d. l. singularia, num. 6 post princip. vers. in eadem glosa.

ARGVMENTVM.

Confessio, quæ emanauit sine præcedentibus inditiis an præiudicet.

Testis, qui asserit se subornatum an faciat inditium.

SVMMARIVM.

1 *Confessio quæ emanauit sine præcedentibus inditijs non præiudicat ad condemnationem.*
2 *Sine inditijs non potest aliquis inter Reos poni, & interrogari.*
3 *Confessio quæ emanauit ex abrupto, et absque animi deliberatione non attenditur.*
4 *Querela Partis nullum facit inditium.*
5 *Accusator et propterea inimicus nullum facit probationis gradum neque etiam in casibus exceptis, et difficilis probationis.*
6 *Testis corrupti depositio non solum non facit inditium ad torturam contra corrumpentem, sed nec etiam ad inquirendum specialiter.*
7 *Subornatio et corruptio testis probanda est aliunde quam ex eius depositione.*
8 *Falsitatem committens propter particularem inimicitiam, vel aliam causam non potest de mandatoribus, et subornatoribus interrogari.*

CONSILIVM CCCLXX.

CAepit hæc causa in Curia Burgi ad querelam Iosephi contra Laurentium, & fratres aduersarios ob tentatam subornationem in eius præiudicium ex prætextu furti equorum; pro iustificatione autem querelæ, licet deposuerit Constantinus, qui fuit ille, quem aduersarii corrumpere etiam mediante pecuniæ oblatione attentarunt, quemadmodum ipse Constantinus sub iuramento asseruit, & licet eius depositio coadiuuata quoque fuerit duobus aliis testibus, qui de eadem oblatione deposuerunt, nihilominus recepta ab eadem Curia querela eiusdem Constantini contra dictum Iosephum, & fratrem de asserto insultu, & percussionibus, admissa etiam fuit denunciatio ipsius Constantini querelantis super asserta falsitate eorumdem duorum testium, qui depositionem ipsius Constantini, vt præfertur, coadiuuerat sub conficta assertione eiusdem, quod falsò deposuissent contemplatione ipsius Iosephi, & fratris pecunia corrupti, quamobrem superueniente deinde querela in eadem Curia eiusdem Laurentij contra Iosephum, eodemque ex prædictis carcerato, extorta fuit confessio, quæ tanquam emanata nullis legitimis præcedentibus inditijs, nullius est momenti, ac confitenti nullatenus nocet; si quidem & si opiniones sint diuersæ, an spontanea confessio va-
1 leat, & sufficiat ad condemnandum, etiam quod emanauerit sine inditijs, tamen verior, & magis recepta est opinio negatiua probata ex tex. in l. 1. §. Diuus seuerus. de quæst. ibi, confessiones Reorũ pro exploratis facinoribus haberi non oportere, si nulla probatio religionem cognoscentis instruat & cõprobat ex pluribus authoritatibus relatis, Farinac. quæst. 81. num. 14. vbi etiam num. 15. quod hoc statuitur ex Constitutione Pauli Tertij, vt etiam per eumdem Farinac. quæst. 37. num. 173. vbi propterea reprobat contrariam consuetudinem.
Etenim sine inditijs verius est, tam ex Iuristis, quam
2 Theologis, Iudices non posse aliquem inter Reos ponere, & interrogare, ex Diuo Thoma, Soto, Marsil. Sarmient. Nauar. Chartario, & aliis per eũdem Farinac. ead. quæst. 81. num. 14. & 15. per tot. & cons. 184. num. 58. & in crimine falsi, de quo quæritur cons. 110. per tot vbi plenè.
Multoque minus attendenda est spontanea confes-
3 sio, vbi illa fiat ex abrupto, & absque animi deliberatione, præcipuè ab idiota, Giurb. cons. crim. 16. num. 9.
Constat autem, inditia nulla legitima in hoc casu præcessisse, quoniam vbi fundamentum fiat in querela Laurentij, indubitatum est, illam nihil facere, &
4 iniquitatem, ac absurdum omnino esse contrariũ asserere, c. accusatores, 3. quæst. 5. c. forus, §. in omni de verb. signif. Farinac. de testib. quæstion. 60. numer. 64.
Vbi verò fundamentum fiat in assertione Constantini, minus aliquid inditij facit, tum quia emanauit in actu querelæ ab eodem Constantino contra eumdem Iosephum expositæ; quapropter & tanquam accusator, & tanquam propterea inimicus
5 nullum efficit probationis gradum, neque etiam in casibus exceptis, & difficilis probationis, Farinac. de testib. quæst. 53. numer. 7. etiamquod Iudex habeat liberum, & amplum arbitrium, vt num. 8. immo etiam nec concurrente Principis authoritate, vt num. 9 nec vbi inimicus testis depositionẽ confirmauerit in tortura, vt num. 10. adeoquod neque etiam reputatur habilis, vt inditium faciat ad inquirendum, vt num. 13.
Tum etiam quia quicquid in contrarium dici possit,
6 magis communis est opinio, quod dictum testis corrupti non solum inditium minimè facit ad torturam; sed nec etiam ad inquirendum, factum specialiter, vt ex c. sicut nobis, de testib. plurimisque alijs iuribus, & authoritatibus comprobat idem Farinac. quæst. 45 à num. 12. ad 23. vbi etiam num. 22. quòd talis testis corruptus nec etiam aliquid facit deponens cum tortura.
Atque hinc est, quòd corruptio, & subornatio testiũ,
7 vt noceat prætenso corrumpenti probanda est aliunde quàm ex eiusdem corrupti depositione, Farinac. cons. 171. num. 4. Seraphin. decis. 851. num. 4. decis. 1230. num. 3. ex Gram. vot. 11. num. 10. & seq. optimè contra Marsilium concludens, & decision. 1250. etiam num. 3. Rot. dec. 206. n. 6. par. 2. & dec. 234. n. 13. par. 4. diuers.
Nullaque est dubitatio, quando asserens se corruptum,

8 tum, aut subornatum particularem habet inimicitiam, seu aliam causam contra prætensum corrumpentem, cum tunc neque etiam possit corruptus de mandatoribus, aut subornatoribus interrogari, vt in puncto criminis falsitatis per Farinac. quæstion.43. numer.49. post med. vers. si verò apparet.

ARGVMENTVM.

Stante confiscatione bonorum hæredis grauati an, & quando fideicommissarii excludant Fiscum, vel eius cessionarios à bonis fideicommisso subiectis, vel fructibus.

SVMMARIVM.

1 *Occidens efficitur indignus succedendi occiso ex testamento, vel ab intestato, sed non efficitur incapax, et propterea Fiscus aufert ab eo hæreditatem, et consanguinei excluduntur.*

2 *Fideicommissa non extenduntur de casu ad casum, nec de persona ad personam, nec sine necessitate multiplicantur.*

3 *Alienationis prohibitio consequutiua non ampliat fideicommissum.*

4 *Testamentum condemnati ad mortem remanet irritum. Dummodo condemnatio fuerit propter delictum, non propter contumaciam, vt numero 5*

6 *Fideicommissum actiuum, et passiuum reciprocum resultat, quando vocantur in perpetuum proximiores de linea.*

7 *Fisco debentur de Iure fructus bonorum fideicommissi, quando deficit prohibitio alienationis.*

8 *Fisco debentur ex Constitutione Sixti V. fructus bonorum fideicommissi stante etiam alienationis prohibitione.*

CONSILIVM CCCLXXI.

CEnseo & ego, Dominicum interfectorem Francisci eius fratris indignum effectum fuisse occi-
1 so succedendi ad proprium commodum ex testamento, vel ab intestato, non autem effectum fuisse incapacem, adeout succedat interfector, sed Fiscus ab illo tanquam indigno auferat, & per huiusmodi ablationem sequentes in gradu à defuncti successione excludantur; sunt enim de hoc textus clari in l. Lucius, ff. de iur. Fisci, in l. his consequenter, §. 1. ff. famil. ercisc. in l. sororem, C. de indign. & in l. cum ratio, §. fin. ff. de bon. damnat. & receptissima est opinio, vt post alios per Peregrin. de iur. Fisci, lib. 2. tit. 3. num. 1. & seqq. vbi num. 7. respondet contrarijs, & ex Boss. tit. de his, quib. vt indig. num. 2. & seqq. & alijs ostendit, hanc esse veriorem, & communem, vt etiam eodem lib. 2. tit. 2. num. 6. & seqq. & lib. 3. tit. 1. num. 1. & seq. vbi de differentia inter indignos, & incapaces.

Difficultas igitur non versatur in hoc articulo, sed supposita cessione iurium Fisci ad fauorem Helisabethæ, an acquisitioni huiusmodi iurium obstent fideicommissa Erminii de anno 1622. & Dominici senioris de anno 1525.

Quoad testamentum Erminii concurro, fideicommissum in eo iniunctum expirasse; cum enim institutis vniuersalibus hæredibus dd. Dominico iuniore, & Francisco eius pronepotibus æqualiter, in euentum mortis alicuius eorum sine filiis legitimis, & naturalibus voluerit, quod vnus succedat alteri, nec vlterius progrediatur, regula est
2 certa, quod fideicommissa de casu ad casum, & de persona ad personam non sunt extendenda, minusque sine necessitate multiplicanda, l. si quis ita §. penult. ff. de test. tut. Peregr. de fideic. art. 52. nu. 2. Seraph. decis. 1023. num. 1. & seqq. Rot. decis. 491. num. 2. par. 4. diuers.

Neque enim ampliatio desumi potest ex prohibitione dictis hæredibus iniuncta alienandi, aut aliquo modo bona hæreditatis obligandi sub dispositione, quod in euentum contrauentionis alienatio, & obligatio esset ipso iure nulla; quoniam cum
3 hæc prohibitio nullam habeat de per se rationem conseruationis in familia, aut in aliorum fauorem censetur consequutiue adiecta, & tanquam præcedentis substitutionis correspectiua illam vlterius non extendit, Dec. sæpissime in Rota receptus cons. 636. num. 7. & seqq. Cephal. cons. 17. num. 24. lib. 1. & cons. 544. num. 12. lib. 4. Gabr. cons. 111. nu. 22. lib. 1. Hond. cons. 78. num. 35. & seqq. lib. 1. Menoch. cons. 327. num. 72. lib. 4. Peregr. de fideicom. art. 14. num. 47. ad fin. vers. quamobrem veriorem, Petr. de fideic. quæst. 6. in princ. Surd. cons. 53. num. 11. lib. 1. Seraph. decis. 183. nu. 4. & seq. Rot. decis. 300. nu. 20. vbi etiam aliæ decisiones citantur par. 2. in recent.

Sed circa testamentum Dominici senioris adhæreo contrariæ opinioni tanquam iudicio meo, ni fallor, veriori; quamuis enim testator semper saluam voluerit remanere tàm suis filiis hæredibus, quam cuiuscumque ipsorum filiis, hæredibus, & successoribus in perpetuum authoritatem testandi, quam eisdem declarauit se nolle auferre, ac propterea salua sint testamenta Erminii, & Dominici secundi, tamen hoc fundamentum non deseruit quoad bona Dominici iunioris ab eodem primo Dominico seniore descendentis, ex quo non est testatus, etsi
4 testatus esset, eius testamentum ex sententia capitali esset irritum, l. eius, §. si cui, ff. de testam. Farinac. quæst. 102. numer. 111. & seqq. intelligendo si
5 condemnatio fuit propter delictum, & non propter solam contumaciam, vt per Seraphin. decis. 354. num. 16.

Videtur autem ex Dominici primi testamento fideicommissum inter eius descendentes esse perpe-
6 tuum, non solum actiuum, quatenus institutis sibi hæredibus Gregorio, & Francisco seniore, disposuit quod si prædictos, & cuiusque ipsorũ filios, & hæredes in futurum, & in perpetuum, vel alterũ eorum mori contingeret sine filiis ab intestato, vnus moreretur alteri, & è contra; siquidem filii in conditione positi sub qualitate perpetuitatis, quæ descendentes includit, censetur dispositiuè vocati ex Statuto Vrbis lib. 1. cap. 142. sed etiam passiuum ex reciproca, quæ inter eosdem descendentes pariter in perpetuum fuit concepta, per illa subsequentia verba, & semper proximior de linea masculina, si reperiatur, sin autem de fœminina succedat morienti, ex deductis per Seraphin. decis. 934. numer. 13. & seqq. Rot. in Florentina fideicõmissi 3. Deceb. 1607. coram

corām Manzanedo, Coccin.decis.493.per tot. vbi plene dicitur, in hoc concurrere tria illa requisita, quæ ad reciprocam substantiandam desiderantur, & contrariis respondetur, prout etiam in Bononien. de Poetis 10. martij 1617. coram R. P. D. Vbaldo.

Existimo tamen, durante vita naturali delinquentis etiam in contumaciam condemnati fructus bonorum huiusmodi, non obstante dicto fideicommisso pertinere ad Fiscum, & consequenter ad D. Helisabetham eius cessionariam, tam Iure com-
7 muni inspecto, cum in hoc testamento Dominici primi mihi tradito nulla legatur alienationis prohibitio, itaquod obstare possit dispositio textus in l. Statius, §. Cornelio Fælici, ff. de iur. Fisci, vt per Farinac.quæst.25.numer.32.36.& alijs,& conf.135. num.2.& in addit.nu.56.lib.1. quàm etiam si pro-
8 hibitio alienationis in dicto testamento fuisset apposita, stante Constitutione Sixti Quinti in Bullar. nouo 6. in §.8.ad finem, vers. necnon quæcumque fideicommissa, par.2.fol.493.

ARGVMENTVM.

De simulandi causa & coniecturis requisitis ad probandam simulationem. An, & quando valeat pœna apposita in contractu sponsalium non obseruato.

SVMMARIVM.

1 *Simulatus contractus in ea specie, in qua Partes intendunt agere, dicitur infirmus, & nullus.*
2 *Simulandi causa, et coniecturis concurrentibus, contractus dicitur simulatus.*
3 *Matrimonium debet esse liberum, et pœna est inefficax tam inter sponsos, quam inter parentes, et coniunctos. Et num.22. Concurrente etiam iuramento, vt num.4. Et num.23.*
5 *Simulandi causa probatur ex tractatu.*
6 *Simulandi causa probatur ex verisimilitudine.*
7 *Simulationis coniectura resultat ex paupertate eius, qui dicitur soluisse.*
8 *Simulationis coniectura oritur, immo probatio ex confessione, et agnitione bonæ fidei.*
9 *Ad Simulationem duæ sufficiunt coniecturæ.*
10 *Ad Simulationem probandam admittuntur testes minus idonei aliæque facti circumstantiæ arbitrio Iudicis.*
11 *Simulatio excluditur ex veritate causæ præexistentis.*
12 *Contrariorum eadem est disciplina.*
13 *Ad simulationem requiruntur coniecturæ legis, non hominis. Contrarium num.14.*
15 *Exceptio non numeratæ pecuniæ iustificatur ex inuerisimilitudine.*
16 *Vxor tenetur pro viro operari.*
17 *Mater tenetur alere filios aliunde non habentes.*
18 *Simulatione contractus probata, iuramentum etiā presumitur simulatum.*
19 *Contractus simulatus est ipso Iure nullus.*
20 *Ad Matrimonium potest aliquis inuitari spe lucri.*
21 *Testator potest auferre legatum, aut hæreditatem, si quis cum certo genere personarum contraxerit, vel non contraxerit matrimonium.*
24 *Pœna impeditiua matrimonij nulla est etiam respectu consanguineorum, quando probabile est quod impediatur matrimonium ne consanguinei pœnam soluant.*
25 *Promissor, quod aliquis contrahet matrimonium sub pœna factis diligentiis excusatur.*
26 *Arræ amittuntur, vel duplicatæ restituuntur in casu inobseruantiæ.*
27 *De Arris excessiuis iudicatur tanquam de pœna.*
28 *Arræ inuicem promissæ permittuntur.*
29 *Sciens, vel scire debens irritam esse stipulationem pœnalem sibi imputare debet. Et num 31.*
30 *Pœna ex contractu sponsalium non obseruato exigi potest respectu damni emergentis, non autem lucri cessantis.*

CONSILIVM CCCLXXII.

Constat de simulatione in ea specie, in qua fit quidem contractus in sui figura apparenter,
1 propter aliquam causam, sed existenter ob voluntatis defectum contractus est infirmus, & nullus, l. imaginaria, ff.de reg.iur. l. nuda ratio, ff.de contr. empt.Bart.cons.65.num.2.vers.tertio modo, lib.1. Becc.cons.52.num.29.& seqq.lib.1.Honded.consil. 46.num.7.post princ.vers.alteram verò, lib.1.Rota decis.1.num.4.vers.tertio modo, de donat.in nou. & in Romana donationis 14.Februarij 1620. corā Sacrato, vbi quod contractus hoc casu est ipso Iure nullus, nec aliqua requiritur declaratoria, sicut requiritur, quando est validus, sed eget rescissione.

Quod autem contractus fuerit simulatus, constat,
2 quia concurrunt duo requisita, causa scilicet simulandi, & coniecturæ pro simulatione, Bart.in l.post contractum, num.3.& seq.ff.de donat.& d.cons.65. in princip.& num.3.& seqq.Honded.d.conf.46.nu. 3.& 11.lib.1. Farin.quæst.162.num.97. Rota in dicta Romana donationis coram Sacrato.

Siquidem de causa simulandi apparet ex ipso tenore apochæ matrimonij cum depositionibus pluriū testium; cum enim, vt ipsi deponunt, Martha deliberasset ad secundas nuptias conuolare, & id in maximum detrimentum filiorum primi matrimonij tenderet, quia filij ob restitutionem dotis matri faciendæ prorsus omni paterna substantia destituti remanebant D. Aegidius dd. pupillorum protector eorum miseratione ductus ad diuersionem secundi matrimonij obtulit Marthæ propriū filium in maritum, dilatis tamen nuptijs post biēnium, sperans spatio huius temporis Martham futuri matrimonij cupiditatem dimissuram; Martha autem timens, hoc secundum matrimonium effectum non sortiturum, cogitauit pœnæ impositionem, sed à Iuris consultis edocta, ne sub spe pœnæ
3 contraheret, quia cum matrimonia debeant esse libera, pœna est inefficax, ex c.gemma, 29.de sponsal.l.Titia, ff.de verb.oblig l.fin.C.de sponsal.etiam
4 non obstante, quod contractus firmetur iuramento, quia talis promissio interdicitur ob publicam vtilitatem ne matrimonij libertas impediatur, c.si diligenti, de foro compet. fuit Martha ab eisdem Iuris consultis monita, vt à D. Aegidio promissionem dotis restituendæ in scutis 2000. reciperet, cū pacto, quòd vbi matrimonium non effectuaretur ex parte viri, hæc summa esset sibi restituenda, recusante verò ipsa Martha, D. Aegidius ad restitutionem

tionem minime teneretur; quamobrem hæc vera
5 fuit causa simulandi dotis prædictæ receptionem, Bald.in l.multum intereit,num.2.verf.fed quomodo,C.si quis alteri,vel sibi, Rot. decis.800. num.4. par 1.diuers.

Cum immo causa simulationis sufficienter probata
6 dicatur,vbi de ea verisimiliter appareat,Seraphin. decis.600.num.3 Rota in dicta Romana donationis coram Sacrato, & in Romana locorum montium 27 Ianuarij 1626.coram Pirouano.

Ex coniecturis verò prima est, quia probant testes, Martham omnia, quæ habebat,dedisse in dotem primo viro, & hæc omnia effectualiter semper re-
7 tinuisse,& retinere,adeoquod sicut propterea dictam summam D. Aegidio persoluere non potuit, ita nec realiter persoluisse censetur. Aym. consil. 201.num.45.Rot.decis.114.num.9.par.5.recent. & in Imolen.pecuniaria 3. Iulij 1628. coram Cardinale Vitile.

Secunda quia constat etiam ex eisdem testibus de confessione tam ipsius Marthæ, quam matris, ipsam realiter nihil D.Aegidio persoluisse, sed apocham receptionis fuisse cautelam loco pœnæ in
8 casu recusationis matrimonij; hanc enim esse non solum coniecturam,sed concludentem simulationis probationem,ex Tiraq.de retr. gio 14. §.1.numer.55 & seqq Decian.consil.62.num.50. & seq. lib. 3.& alijs firmauit Rota in dicta Romana donationis 14.Februarij 1620.coram Sacrato.

Tertia quia vrget etiam publica vox,& fama huius contractus simulati ex causa,de qua supra cum alijs coniecturis, & præsumptionibus pluribus in facto ponderatis,cum tamen in hac materia duæ sufficiant,Berod.d consil.52.num.47.& seqq.lib.1.&
9 quidem leuiores,cum simulatio reputetur difficilis probationis,Menoch. præsumpt. 124. num.25. in fine,verf.existimo,lib.3.Mantic.de tacit. lib. 13. tit.25.num. 10. Rota in eadem Romana donationis coram Sacrato.

Adeoquod admittuntur etiam ad illius probationē
10 testes minus idonei, aliæque facti circumstantiæ reddentes eam verisimilem Iudicis arbitrio,Honded.d.consf.46.num.13.lib.1.Castill. decis.89. num. 17.& seq.

Neque applicatur Rota apud Gregor.allegata exad-
11 uerso decis.195.nu.12. vbi simulationem excludi firmat ex veritate causæ præexistentis,quia ex eadem prædicta ratione à contrario resultat proba-
12 tio simulationis,cum contrariorum eadem sit disciplina,idem Gregor.decis.517.n.34.

Addens verò ad Gregor.eadem decis.195 numer.17.
13 licet dicat ad simulationis probationem requiri, quod coniecturæ sint legis,& non hominis,& illas debere esse à Iure approbatas dicant Cephal.& alij allegati per Farinac.quæst.162.num.140.tamen
14 contrarium tenent idem Farinac.consf.40.numer. 22.& alij per eumdem relati eadem quæst.162.numer.141.

Ideoque conclusio contraria intelligenda de alijs coniecturis,quàm approbatis ab homine prudente,vt intelligit Rota apud eumdem Farinac.decis. 29.in fine,post primum librum consil. eiusdem, & ead.quæst.162.num.141.in fin.

Exclusio igitur veritatis causæ præexistentis in hoc casu includit simulationem, cum ex pluribus testibus formiter examinatis probetur pecuniam, quam aduersaria repetit, fuisse solum apparenter demonstratam,non etiam realiter solutam, cum immo nec potuerit soluere, & hoc ipsum confessa fuerit tam eadem ad uersaria,quam mater, vt pa-
15 riter ijdem testes deponunt, neque est dubium, quod exceptio non numeratæ pecuniæ,ex qua oritur simulationis probatio,satis iustificatur ex inuerisimilitudine,Card.consf.71.num.12.verf.& hęc dico,Cuman.consf.155 n.4.

Et in terminis istis Rota decis. 140.num.9. post lib. 1. consil. Farinac. & in Romana pecuniaria 5.Maij 1627.coram R.P.D.Dunozetto.

Et pręsertim concurrentibus alijs pluribus coniecturis pro hac Parte adductis, aduersus quas non releuant adductæ in contrarium,cum prætensa industria aduersariæ in emendo sericum,auenam, & alia paulò ante solutum matrimonium non rele-
16 uet,cum vxor teneatur pro viro operari,l.sicut,ff. de oper.libert.l.sed & si virum,in princ.ff.de donat. inter vir.& vxor.

Soluto verò matrimonio,si quid vxor fuerit lucrata, id fuerit modicæ summæ, & vix fuerit sufficiens proprijs, & trium filiorum pupillorum alimentis,
17 quos mater tanquam aliunde non habentes alere teneobatur,Surd.de aliment. tit. 1. quæstion.14. num.9.

Minusque releuat,quod instrumentum pretensę receptionis dotis fuerit iuratum,cum etiam proba-
18 ta simulatione instrumenti iuramentum censeatur simulatum,ideoque cum in hoc casu ad hunc finem interponatur,vt simulatio allegari non possit,& consequenter ne fraus detegatur, sequitur, quod propterea minimè suffragetur, Ruin.consil. 132.à numer.15. verf. solum dubium, ad 29. lib.4. Cardin.Mantic.de tacit.lib.21. titul. 8. numer.54. & seqq.

Ideoque contractus simulatus est ipso Iure nullus,
19 Farinac.d.quest.162 num.9 Rota decis.1. num.4. verf.tertio modo,de donat.in nou.& in Romana donationis 14.Febr. 1620.coram Sacrato,& decis. 741.num.3.verf.ratio est,par.2.recen.vbi quod dicitur contractus simulatus carens substantia tanquam corpus sine spiritu,& verba sine effectu, & meritò,quia deficit verus consensus.

Nec pœna debetur; quamuis enim spe lucri possit
20 quis inuitari ad matrimonium,l.Titio centum, §.1.& l.cum ita legatum, §.videamus, ff. de cond. & demonstr.c.de illis,de sponsal. Castill. controu. par.4.cap.25.num.19.& seqq.atque hinc inferatur,
21 quod testator posset auferre legatum, & hereditatem,si quis cum certo genere personarum non contraxerit,vel contraxerit matrimonium, quia licet ademptio videatur facta nomine pœnę, verè tamen pœna non irrogatur, per quam aliquid, quod sit proprium absit, vel absuturum sit,vt plenè per Rotam in Venusina legati 28. Iunij 1623. coram Reuerendiss.Coccino.

Tamen certum est ex libertate consensus necessaria ad matrimonium pro illo contrahendo nec etiam
22 in ipsis sponsalibus validè pœnam promitti posse, ac propterea illam nec Iure ciuili deberi inter sponsos,nec inter parentes,aut coniunctos,l.Titia 134.ff de verb.obligat.l.fin.C.de sponsal. l.neque ab initio, C.de nupt. nec Iure canonum, c. Gemma,29 de sponsalib. vbi Abb. Ancharan. & cœteri omnes. Couar.in 4.lib.decret.de sponsal. & matrimon.par.2.cap.3.§.7.numer.5. Bart. d.l.Titia, 134. num.1 lib.1.Feder.de Sen.consil. 169. numer.1. & seq.Io: Brunell.de sponsal. conclus 16. dub.5. Sanchez de matrim.lib.1.de sponsal.disput.30. num.2. & seq.

& seq. vbi quod nec violans fidem tenetur ad pœnam in vtroque foro, quin etiam nec peccat venialiter stante prohibitione adiectionis pœnæ vtroque Iure, & disput. 32. num. 1. prout etiam firmat Gutier. de matrim. cap. 17. num. 1. & seqq. & nu. 20. & 21. Cancer. var. resol. cap. 11. de sponsal. num. 152. & seqq. Castill. d cap. 25. numer. 19. Rota in dicta Venusina legati coram Reuerendissimo Coccino.

Adeout cum adiectio pœnæ sit contra bonos mores naturales, & publicam vtilitatem principaliter, quia expedit Reipublicæ, libera esse matrimonia, ex quo ex coactis, iurgia, dissentiones, mala liberorum educatio, & pessimi exitus sequuntur, neque
23 etiam firmetur iuramento; licet enim articulo nō discusso de dicta conclusione videatur dubitasse Greg. decis. 563. num. 10, quæ eadem est cum decision. 377. par. 2. recent. tamen veritas est, quod hęc est magis recepta opinio, Bart. d. l. Titia, 134. num. 11. ff. de verb. oblig. Gutier. attestans de veriori, & magis recepta, de matrimon. d. cap. 17. num. 19. & seqq. Sanchez de matrim. d. lib. 1. & disp. 32. nu. 21. vbi pariter testatur de veriori.

Transit autem absque difficultate hoc casu, quo pœna explicitè minimè fuit promissa, & si quę implicitè resultat ex simulata, & falsa receptione dotis,
24 minus subsistit; quoniam in casu etiam, in quo pœna expresè promittitur, hæc promissio licet quoad pœnæ solutionem diceretur facti proprij, & non alieni, & non arctatiua libertatis matrimonij, sed compensatio facti alieni, cuius tamen contrarium est verius, præsertim in filijs, & subditis, qui possent de facto cogi ad contrahendum matrimonium minus liberè, vel quia ne pater teneretur ad solutionem pœnæ, probabile sit fore, vt inducantur ad matrimonium, quod cessante pœna non essent contracturi, Sanchez de matrimon. lib. 1. disp. 30. num. 3. & disp. 34. num. 10. Couar. d. §. 7. num. 5. ante med.

Adhuc promissio pœnæ nec tacita, nec expressa obligauit ad solutionem hoc casu, quo constat, patrē bona fide absque fraude, & fictione fecisse quantū in se fuit, & procurasse, mediante implorata authoritate, & officio Archiepiscopi omni diligentia, ac studio, vt filius promissum ab ipso patre
25 matrimonium impleret; siquidem resoluitur promissio pœnæ in promissionem, se facturum, & curaturum, ac proinde factis diligentijs possibilibus promissor excusatur, & ad pœnam minimè teneatur, Sanchez de matrimon. d. lib. 1. disp. 24. num. 7. 8. & 11. & disp. 25. num. 2. & seqq. in princip. & ante fin & num. 4. Gutier. de sponsal. cap 18. numer. 22. vbi fortius loquitur in arris datis, & disputat. 36. num. 13. Cancer. var. d. par. 3. cap. 11. numer. 156. & ante eos Anchar. d. c. Gemma, 29. num. 13. ad fin. de sponsal. & Abb. num. 9. ad med. vers. si facit quātum in eo, Bart. cons. 236 lib. 1.

Et præsertim cum agatur hoc casu de pœna in summa notabili scutorum 2000. auri; nam quamuis ex
26 l. fin. C. de sponsal. & not. communiter per Doctores in d. c. Gemma, 29. de sponsal. & d. l. Titia, 134. ff. de verb. oblig. arrarum amissio, vel etiam duplicatio permittatur, quando non sunt verbaliter promissæ, sed realiter traditæ, hoc tamen vel recipiendum in arris paruæ quantitatis, non autem in
27 arris excessiuis, quia tunc iudicatur de illis, sicut iudicatur de pœna, vt post Io: Andr. per Anchar. d. cap. Gemma, numer. 6. ante med. vers. debemus hoc ex quantitate.

Vel vbi magis adhęrendum sit contrariæ ex Sanchez dicto lib. 1. disp. 36. num. 9. & Gutierez dicto cap. 18. num. 6. vers. verior. procedit, quando mutua est arrarum traditio, itaquod dans arras perdit, quas dedit, & restituit, quas accepit; quamobrem neque
28 pœnæ, neque illis locus esse potest hoc casu, quo D. Aegidius perderet dictam summam scutorum duorum millium auri, & Martha aduersaria, quæ nihil dedit, nihil non contrahendo amisisset, vt per eosdem Sanchez d. lib. 1. disput. 35. num. 14. & Gutier. d cap. 18. numer. 8. vers. hæc mutua traditio.

Atque hinc non obstat, quòd aduersaria saltem potuisset petere, & obtinere interesse, quia præter-
29 quamquod sciens, vel scire debens stipulationem pœnalem irritam esse, sibi imputare debet, ex adductis per Sanchez d. disput. 30. nu. 13. vers. quarto quia sciens, in hoc casu non constat de aliquo dā-
30 no, & certum est, quod in his casibus vbi datur petitio interesse, intelligitur ratione damni emergentis, non autem lucri cessantis. Bart. in d. l. Titia, 134. num. 3. ff. de verb. oblig. & ibi Castr. num. 17. & seq. Abb. dicto c. Gemma, 29. num. 11. ante med. & Anchar. num. 12. Sanchez d. disput. 30. n. 14.

Minusque releuat prætextus contemptus, vel iniuriæ illatæ aduersariæ ex eo, quia D. Aegidius finxerit, filium contracturum, ideoque teneatur ex ficta promissione, quia præter id, quòd totum id, quod actum est, fuit cessante omni dolo ad bonum finem, nè aduersaria occasione secundi matrimonij filios ex primo susceptos induceret ad mendicandum, neque fictio, vbi verè adfuisset cen seri potest aliqua ratione punibilis, dum aduersariæ nihil fuit in re, & honore detractum, & sibi im-
31 putare debet omnem fictionem, dum sciebat disparitatem in omni parte inter se, & iuuenem, qui sibi promittebatur, vt per Sanchez in longè fortioribus terminis d. lib. 1. disp. 10. n. 5.

ARGVMENTVM.

De remissoria non concedenda super directo contrarijs post didicita testificata:

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non conceditur, quando articuli continent directo contraria post didicita testificata.*
2 *Remissoria non conceditur, quando timetur subornatio.*
3 *Remissoria denegari solet, quando petitur in vltimis audientiis ad destruendas decisiones Rotales.*
4 *Remissoria denegatur, quando articuli tendunt ad finem protrahendæ Causæ, & sunt omnino inuerisimiles.*
5 *Articulorum contrarietas sufficit quoad comprehensa in genere, vt deneganda sit remissoria.*
6 *Remissoria denegatur quando Pars curare potuit examen testium in Partibus, & tamen omisit.*
7 *Remissoria denegatur, quando contrarium constat per scripturas.*

CONSILIVM CCCLXXIII.

DAnda non est remissoria, tum quia articuli continent de directo contraria ijs, super quibus
1 fuerunt iam testes in Partibus examinati, & didicita testificata etiam per retentionem processus originalis, tam examinis, quam reprobationis illorum, & discussionem Causæ in Rota super illis, quamobrem intrat suspicio subornationis, c. fraternitatis, & c. intimauit, de testib. auth. at qui semel, C. de probat. & in corpore, vndè sumitur §. quia verò, Auth. de testib. Farin. de testib. quæst. 75. num. 68. & seq.

Et stante timore subornationis remissoria minimè
2 conceditur, Caputaq. decis. 54. num. 1. & seq. par. 3. Seraphin. decis. 688. num. 1. Rot. decis. 240. numer. 5. lib. 3. par. 3. diuers.

Tum etiam quia dantur articuli pro remissoria in
3 vltimis audientijs ad destruendas decisiones Rotæ, vt per Rot. decis. 212. num. 1. par. 1. recen. Greg. decis. 211. num. 6.

Tum, & tertio quia ex rationibus deductis in deci-
4 sione huius Causæ super simulatione liquet apertissimè, articulos formatos fuisse ad finem protrahendę Causæ, & omninò esse inuerisimiles, Greg. decis. 414. num. 3. & 5.

De contrarietate constat ex lectura testium deponentium de quantitate dotis aduersarię traditæ primo viro, de modicis superlucratis ex causa mercaturę, de retentione omnium per aduersariam etiam post confectum dotale instrumentum, & de publica voce, & fama, immò etiam de eiusdem aduersariæ, & matris confessionibus geminatis, quod nihil D. Aegidio dederit in dotem, sed confessio de recepto fuerit ex causa simulationis, vbi iuxta admonitionem Doctorum in effectu ex non effectuatione matrimonij præterquam ex facto aduersariæ pœna exigeretur, & ex tenore articulorũ continentium contraria specificè, & tamen sufficiat
5 in hoc contrarietas etiam quoad comprahensa in genere, Aym. cons. 134. num. 45. ante finem, vers. & si quis contendat, post Oldrad. cons. 244. nu. 14. Gabr. de testib. conclus. 21. num. 18. Greg. dec. 497. num. 2. & seqq.

Atque ex eisdem rationibus in decisione super simulatione comprobatis liquet quoque, articulos esse prorsus inuerisimiles, & calumniosos, & præser-
6 tim cum ea, quæ nunc deducit aduersaria in articulis, vbi fuissent vera, non omisisset illorum probationem in Partibus, Aegid. decis. 38. post princ. Aym. cons. 134. num. 3. Rot. decis. 406. num. 2. par. 2. recent.

Idque eo magis apparet, quo articulatur, Dionisium sæpe requisiuisse ab Archiepiscopo Auenionen. licentiam contrahendi per verba de præsenti cum aduersaria, cum tamen ex authenticis, ac publicis documentis constet de contrario, Dionisium scilicet fuisse à D. Aegidio patre requisitum ad con-
7 trahendum, & tamen in actis publicis recusasse; quamobrem magis liquet denegandam remissoriam, Seraph. dec. 1460. num. 3. Rota decis. 589. nu. 2. par. 2. recent. Rota decis. 235. n. 11. & decis. 371. num. 3. par. 5. recent.

ARGVMENTVM.

De eadem re. Et quando dicantur didicita testificata.

SVMMARIVM.

1 *Articuli non admittuntur, nec remissoria conceditur stante subornationis timore.*
2 *Remissoria non conceditur super eisdem, vel directo contrariis, quando procurator habuit, et retinuit processum originalem.*
3 *Copia integra testium retenta a procuratore impedit concessionem remissoriæ super eisdem, vel directo contrariis.*
4 *Publicatio processus, et lectura processus originalis æquiparantur ad effectum remissoriæ.*
5 *Articuli, quinam dicantur directo contrarii.*
6 *Remissoria non conceditur, quando articuli apparent formati pro destruendis fundamentis decisionum Rotalium.*
7 *Contraria ea sunt, quæ se inuicem expellunt.*
8 *Remissoria conceditur etiam post didicita testificata, quando vna cum testibus producitur instrumentum.*
9 *Articuli post didicita testificata non admittuntur super eisdem, vel directo contrariis, neque etiam fauore minoris, mulieris, vel Ecclesię.*

CONSILIVM CCCLXXIV.

PRætextus releuantiæ articulorum non est attendendus, quando remissoria petitur post didicita
1 testificata super articulis eisdem, vel directo contrariis, cum tunc sit deneganda ob timorem subornationis, c. fraternitatis, de testib. auth. at qui semel, C. de probation. Farin. de testib. quæst. 75. nu. 68. & seq.

Dum autem constat ex fide D. Fonthiæ notarii Causæ, D. G. Siluanum procuratorem D. aduersariæ sub die 9. Ianuarii 1635. habuisse ad effectum videndi, & cum promissione ab eodem D. G. Siluano in libro accomodatorum subscripta duos processus productos pro D. Aegidio Serpilliono, contra D. Martham de Veyrer die 7. nouembris, & 7. martii 1631. item processum remissorialem fol. 351
2 vt supra productum, vtique negari nõ potest, quin testificata fuerint didicita, §. quia vero, vers. si vero, ibi, aut omnino pro eo agens, auth. de testib. Farin. d. quæst. 75. num. 86. & in his terminis Rota in Cremonen. pensionis 4. maii 1635. coram Reuerendissimo D. Decano, vbi plenissimè authoritatibus, & rationibus comprobatum fuit hanc retentionem processus originalis testium iam examinatorum a procuratore Partis petentis remissoria n fortiorem esse solemni publicatione.

Et adeo vera est conclusio, quod etiam retentio co-
3 piæ integræ testium à procuratore petentis remissoriam excludit ab illius concessione super eisdem vel directo contrarijs, Vitalin. in Clem. fin. ante finem, de testib. Farinac. de testib. d. quæst. 75. num. 56. vers. vel etiam copiæ, Rota decis. 56. num. 2. post lib. 2. cons. Farin.

Nulla enim datur ratio diuersa inter lecturam processus originalis, & processus publicatioñe, §. quia verò

verò, ante med. verſ. neque perlegerit teſtationes, auth. de teſtib. Bart. in auth. at qui ſemel, num. 21. C. de probat. Seraph. deciſ. 688. n. 3.

Quod verò articuli exaduerſo dati ſint de directo contrarij articulis, & teſtibus examinatis pro hac Parte, conſtat ex eorum combinatione cum articulis, & teſtibus huius Partis; ſiquidem extraiudi-

5 ciali confeſsioni D. Aegidij de veritate numerationis contradicit confeſſio contraria aduerſariæ articulata, & probata cum publica voce, & fama, item articulatæ exaduerſo induſtriæ D. aduerſariæ cum lucris contradicit probatio negatiua huius Partis, & inſuper articulatæ exaduerſo maximæ confidentiæ D. Marthæ erga D. Aegidium opponitur de directo probata ab hac Parte ſimulatio adhibita exaduerſo etiam mediantibus peritorum conſilijs, glo. in Clem. fin. in verb. directo contrarijs verſ. eſſent autem directo contraria, vbi Imol. numer. 8. Zabarell. num. 3. in princ. & Vitalin. nu. 121. cum alijs in dicta Cremonen. penſionis coram Reuerendiſſ. D. Decano.

Et præcipuè cum directa hæc contrarietas eo magis appareat manifeſta, quo ex lectura deciſionum ad fauorem huius Partis, & articulorum, qui exad-

6 uerſo dantur liquet, omnes articulos formatos fuiſſe pro deſtruendis fundamentis deciſionum, Greg. deciſ. 211. num. 6. Rot. deciſ. 212. num 1. par. 1. recent.

Neque euitari poteſt contrarietas ex eo, quod hæc Pars articulauerit diuerſas coniecturas ad probãdum ſimulationem, Pars autem aduerſa articulauerit confeſsionem D. Aegidij ſuper numeratione pecuniæ, quæ prætenditur data in dotem, quia in articulis huius Partis fuit etiam articulata confeſsio aduerſariæ nullius ſequutæ realis numerationis, & plenè probata cum adiuncto publicæ vo-

7 cis, & famæ; ideoque cum ſint contraria, quæ ſe inuicem expellunt, contrarietas negari non poteſt, Surd deciſ. 24 num. 10. & deciſ. 71. la prima, nu. 8. & conſ. 230. num. 13. lib. 2.

Non obſtat, quòd Pars habeat inſtrumentum pro ſe, & teſtes adducat ad illius comprobationem, quo

8 caſu etiam poſt dicicita teſtificata admittuntur teſtes ad nouum examen, quia procedit concluſio quando vna cum teſtibus poſt publicationẽ producitur inſtrumentum; ſecus verò, quando detectum eſt per teſtificata didicita inſtrumentum fuiſſe ſimulatum, & deinde teſtes adducuntur ad cõtrariàm probationem, quia hoc caſu non loquuntur exaduerſo allegati reſtricti ad primum caſum, quo militat diuerſa ratio, vt etiam per Farinac. de teſtib. quæſt. 75. num. 165.

Minuſque obſtat, quòd admittatur nouum examen ſuper eiſdem, vel directo contrarijs fauore mulie-

9 ris, minoris, & Eccleſiæ, ex allegatis, quia concluſio contraria eſt verior, & magis recepta, Pedemont deciſ. mihi 87. incip. quæſitum fuit, an ruſticus, num. 3. & ſeq. Odd. de reſtit. par. 2. quæſt. 65. nu. 79. cum alijs per Farin. de teſtib. d. quæſt. 75. num. 457. vbi etiam num. 458. reprobat Afflict. Menoch. & alios exaduerſo allegatos.

ARGVMENTVM.

De diminutione pœnæ ob minorem ætatem.

De inefficacia ſententiæ condemnatoriæ fundatæ in ſola relatione birroariorum:

SVMMARIVM.

1 *Temporis limitati ea est vis, vt post tempus contineat contrariam diſpoſitionem.*

2 *Minores mitius puniuntur.*

3 *Birroariis etiam pluribus non creditur deponentibus de reſistentia facta Curiæ.*

4 *Birroarii deponentes contra Reum æquiparantur accuſatoribus.*

5 *In Birroariorum relationibus attendendum est in primis, quod magis est veriſimile.*

6 *Eximens è manibus Curiæ ſe ipſum ſine offenſione facti in perſonis birroariorum, et ſine alicuius auxilii inuocatione, non incidit in grauem pœnam.*

7 *Appellatio a quotidiano, et ſucceſſiuo grauamine quandocumque legitime interponitur.*

CONSILIVM CCCLXXV.

Liberandus videtur Hieronymus à triremibus, poſtquam per ſeptennium in iis inſeruiuit iuxta tempus limitatum ex decreto huius ſacræ Conſul-

1 tæ, cuius vigore ad triremes fuit tranſmiſſus; hæc enim temporis limitati eſt vis, vt poſt tempus contrariam contineat diſpoſitionem, & conſequenter debitam ſibi vigore eiuſdem ſententiæ liberationẽ. Surd. deciſ. 75. num. 2. deciſ. 187. num. 18. & deciſ. 244. num. 11.

Nec obſtat, quod in Curia Rauennæ fuiſſet priùs in contumaciam in pœnam vitæ damnatus, quia huius condemnationis nulla eſt habenda ratio, dum ſacra Conſulta non ex gratia, ſed ob iuſtitiam pœnam capitalem iudicauit exceſſiuam, & de exceſſu conſtitit tam ex qualitate imputationum in ſequendo fratrem, quàm ex qualitate ætatis cum

2 Hieronymus eſſet tunc minor ætate annorum 16. Farinac. quæſt. 92. num. 181. & pluribus ſeqq. vbi quod excepto caſu homicidii, in quo contrarium ſtatuunt Pontificiæ Conſtitutiones, in reliquis ſeruatur diſpoſitio Iuris communis.

Minus obſtat alia ſententia lata Bononiæ, in qua dicitur idem Hieronymus tunc ibidem carceratus damnatus ad triremes perpetuas, tum quia hæc condemnatio nullum aliud habet fundamentum, quam relationem birroariorum deponentium de

3 prętenſa reſiſtentia Curiæ; ſiquidem illis in hoc nulla fides eſt præſtanda, non obſtante, quod ſint plures, Boſſ. tit. de denunc. num. 12. vbi quòd apud ipſum hæc concluſio nullam habet dubitationem, quamuis, vt inquit, quotidiè multi pauperes ex ſolis dictis ſatellitum indebitè vexentur, Alciat. reg. 3. præſumpt. 14. num. 47. cum aliis per Farinac. quæſt. 22. num. 80. & ſeq.

Siquidem cenſendi ſunt birroarii loco accuſatorum,

4 qui non poſſunt eſſe teſtes, ex quo deponunt in ſua Cauſa, vt per Caball. reſolut. crim. caſ. 126. nu. 1. ad fin. & num. 2. & ſeqq. & caſ. 127. numer. 2. vbi alios plures adducit, & omnibus contrariis reſpõdet, probans, huiuſmodi depoſitiones tanquam excedentes ſpectantia ad eorum officium nullam mereri fidem, cum non ſolum perſonæ ſint viles,

ſed

sed in propria Causa deponant.

Et præsertim cum prorsus inuerisimilia deponant, asserendo, quòd dictus Hieronymus, ac frater minores, & pedestres, immo etiam altero existente ligatis manibus manicis ferreis, & sine armis aptis ad offendendum ausi sint resistere pluribus birroarijs armatis, & equitantibus; quandoquidem in
5 hac materia etiam aduersus satellitum relationes in primis attendendum, quod magis verisimile, Caball. resol. crimin. d. cas. 126. num. 10. & cas. 127. num. 5. & seq.

Tum etiam quia ijdem birroarij deponunt resistentiam fuisse ad effectum sese eximendi à carceratio-
6 ne; etenim quicquid sit in tertio alium eximente, quo casu loquuntur Constitutiones, in eximente seipsum non incurritur pœna saltem grauis cessante offensione facti in birroariorum personis, & sine alicuius auxilij inuocatione, & ita etiam in practica seruatur, Farinac. quæst. 32. num. 13. ad fin. vers. sed quicquid sit, & numer. 28. & præcipuè ex Boer. decis. 170. num. 5. vers. vnde in casu.

Quatenus autem de liberatione dubitetur, denegandа saltem minimè videtur commissio Causæ appellationis, seu recursus pro iustitia, cum appella-
7 tio à quotidiano, & successiuo grauamine quandocumque legitimè interponatur, Felin. in c. quoad consultationem, num. 29. in 9 conclus. de re iud. & c. accedens, il secondo, num. 16. vers. prima declaratio, vt lit. non contest. Franc. in c. ex tua, numer. 9. vers. sed aduerte, de appell. Farinac. in fragment. par. 1. sub lit. A. num. 236.

ARGVMENTVM.

An Constitutio fa. me. Clementis VIII. edita contra Barones includat casus futuros.

SVMMARIVM.

1 *Leges, & Constitutiones respiciunt futura.*
2 *Testamentis non est sine congrua causa derogandum.*
3 *Lex appellari non potest vniuersalis, quando non fuit pro communi Ciuium vtilitate conscripta, sed pro priuato commodo.*
4 *De Lege vniuersali retinente proprie naturam legis non arguitur ad legem priuilegiatiuam in odiosis, & in materia vtrique non proportionabili.*
5 *Constitutio noua, vbi potest vnum, vel plures effectus operari contra ius, recipit interpretationem, vt vnum tantum operetur.*
6 *Constitutio loquens per verba præteriti temporis non includit futura.*
7 *Constitutio loquens per verba præsentis temporis non extenditur ad futura, ne detur materia delinquendi.*
8 *Voluntas colligitur etiam ex actu nullo, et imperfecto.*

CONSILIVM CCCLXXVI.

Non obstante generali regula, quòd leges, & Cōstitutiones respiciant futura, iuxtà c. 2. de Con-
1 stit., l. leges, la seconda, C. de legib. cum alijs per Felin. in c. fin. per illum textum, eodem tit. de Constit. & per Rot. decision. 255. numer. 5. par. 1. in recent.

Verius videtur, Constitutionem fel. record. Clementis Octaui aduersus Barones editam, de qua in nouo Bullario Constit. 41. tom. 3. pag. 55. minimè futuros casus includere, minusque ad futura extendi posse; vel enim tanquam illa, quæ absque grauissima causa publica vtilitate concurrente destruit funditus primogenia, fideicommissa, aliasque testatorum dispositiones contra l. si testamentum, 10. C. de testam. & ipsam Iuris communis disposi-
2 tionem, qua ipsius vtilitatis publicæ fauore testamentarijs dispositionibus ex ipso Iure gentium nō est derogandum, vt per Molin. de primogen. lib. 1. cap. 8. num. 28. 31. & alijs. & lib. 4. cap. 3. numer. 1. & seqq. propriè vniuersalis lex appellari nequit pro
3 communi Ciuium vtilitate conscripta, sed particulare priuilegium pro priuato commodo eorum qui pecunias Baronibus crediderunt, vbi c. erit autem 2. Præpos. numer. 6. dist. 4. l. leges, la prima, C. de leg. & l. 1. vbi Angel. & Ias. ff. eod.

Vel propterea est lex priuilegiatiua; quamobrem cū
4 non arguatur de lege vniuersali retinente propriè naturam legis ad legem priuilegiatiuam in odiosis, & in materia vtrique non proportionabili, non comprehendit futura, quamuis futura vniuersalis lex includat, Præpos. in c. priuilegia, 4. num. 6. ad fin. vers. sed in materia, dist. 3. vbi propterea infert, legem trahi ad consequentiam, sed non priuilegiū, Imol. in Clem. fin. num. 25. ante med. vers. fallit primò, de rescript. Marcobrun. cons. 26. à numer. 27. ad 44. & à num. 63. ad 104.

Præsertim cum ex hac Constitutione maius inferatur præiudicium vocatis ad primogenia, & fideicommissa, quam vtilitas creditoribus, dum præiudicium in nascituris vocatis multiplicatur perpetuo; nam hoc casu intrat generalis regula, quod
5 vbi Constitutio noua potest plures effectus contra Ius operari, interpretatur, vt vnum tantum operetur, vt minus corrigat Ius commune, Roman. in l. damni, §. si is qui, num. 8. post med. vers. item & quia priuilegium, ff. de damn. infect. Rot. decis. 475. num. 6. par. 2. diuers.

Sed videtur dubitatio excludi ex qualitate ipsius
6 Constitutionis, tum quia loquitur per verba præteriti temporis de iis, qui Baronibus crediderunt, quo casu lex noua indulgentiæ concessiua includit præterita dumtaxat, Gemin. in c. ex antiquis, nu. 3. col. 4. ante med. vers. sed quando loquitur, & ibidem Præpos. num. 6. col. 4. ante med. vers. sed quādo loquitur, distinct. 54. siquidem satis est hoc casu, quod effectus Constitutionis, sit perpetuus quoad creditores præteritos, vt per Marcobrun. d. cons. 26. a nu. 104. ad 108.

Tum etiam quia si contraria assumeretur interpretatio præberet Cōstitutio delinquendi occasionē, cum possent progressu temporis succedentes in fideicommissis ad eorum libitum æs alienum contrahendo eadem primogenia, & fideicommissa
7 prorsus euertere, nam & hoc casu Constitutio quamuis regulariter loquens per verba præsentis temporis ad futura referatur, l. 1. ff. de condict. ex lege, quia lex semper loquitur, l. Arriani, C. de hæret. tamen ne datur materia delinquendi, ad futura non extenditur, l. cum lex. 21. ff. de legib. & per illum textum Bart. in l. si ita legatum 8. nu. 2. vers. fallit, ff. de aur. de arg. leg. Butr. in c. quia 22. num. 6.

num.6.col.fin. ante med. verf.fallit si continet, de priuileg. Imol. in Clem. i num. n.25. post med. verf. fecundo fallit de rescript. Felin. aliis pluribus cõprobans in c. fin. num. 13. de Conftit.

Præfertim concurrente chirographo eiufdem fel. record. Clementis Octaui, in quo fpecifice declarat, fuæ mentis non fuiffe Conftitutionem ad futura extendi; quia nifi enim dicatur, aliquo refpectu difpofitionem hanc declaratoriam minimè publicatam, aut aliàs effectum fortitam non fuif-

8 fe, tamen negari non poteft, quin etiã ex actu nullo, & imperfecto intentio colligatur, Seraphin. decif. 719. num. 3. & decif. 934. num. 13. Rot. decif. 281. num. 7. & decif. 369. num. 2. par. 1. in recent.

ARGVMENTVM.

Succeffor an impediat effectum Conftitutionis contra Barones ex prætextu reintegrationis fideicommiffi.

Conftitutio contra Barones an procedat, quando illi non funt tales tempore, quo conueniuntur.

SVMMARIVM.

1 *Interpretatio non admittitur in cafu claro.*

2 *Conftitutio etiam correctoria, et odiofa indiftinctè loquens indiftinctè intelligitur.*

3 *Statuta, seu decreta, quod alius pro alio obligetur, valent, quando emanarunt cum caufa, quamuis nulla culpa, vel negligentia poffit obligato imputari.*

4 *Interpretatio non admittitur, quæ difpofitionem redderet elufOriam.*

5 *Hypotheca non competit fideicommiffario pro reintegratione fideicommiffi contra bona grauati, fed actio perfonalis.*

6 *Subrogatum fequitur naturam eius, in cuius locum fubrogatur.*

7 *Qualitas adiecta fatis eft, quod interueniat tempore, quo difpofitio fortitur effectum.*

CONSILIVM CCCLXXVII.

Conftitutio edita contra Barones tanquam correctoria ftrictè interpretanda eft in cafibus dubiis propterea interpretatione egentibus, fed

1 in cafibus, in quibus clare difponit, ficut ceffant interpretationes, Bald. conf. 173. in fine, lib. 2. Aym. conf. 4 num. 21. Caftill. de vfufruct. cap. 30. num. 56. ita quoque quamuis dura, eft feruanda, l. profpexit 12 ff. qui, & a quib.

Conftitutio autem non eft intelligenda cum præfuppofito alicuius culpæ in fucceffore, qui conuenitur, tum quia non folum nullam in hoc facit di-

2 ftinctionem, ac propterea indiftinctè, ficut loquitur, eft intelligenda, non obftante, quod tanquam correctoria reputetur odiofa, vt per Caputaq. decif. 146. num. 2. & 3. par. 2. fed immò loquitur exprefsè in cafu, in quo conuentus in nulla fit culpa, vel negligentia, vt in §. 9.

Tum etiam quia conclufio, quod Statuta, feu de-

3 creta obligantia alium pro alio, reftringãtur, quando aliqua culpa, vel negligentia imputari poteft ei, qui pro alio obligatur, procedit, vbi ftatuta, feu decreta fiant fine caufa, fecus cum caufa, quemadmodum edita fuit Conftitutio prædicta, vt patet in §. primo; ita enim intelligit idem Ofafc. exaduerfo alleg. decif. Pedemont. 88. num. 23. verf. non obftant in contrarium add. ibi., & n. 24. 25. & feq.

Applicatur igitur Conftitutio non obftante prætenfo credito occafione reintegrationis debitæ ob alienata fideicommiffo fuppofita, & quia hanc exceptionem fubftulit eadem Conftitutio rotundis

4 verbis in d. §. 9. & feq. & quia Conftitutio retento Partis aduerfæ intellectu redderetur elusoria, omnique effectu deftituta, Iaf. conf. 84. num. 16. lib. 3. Soc. iun. conf. 94. num. 21. lib. 3. Surd. conf. 63. nu. 96. lib. 1.

Neque enim releuat, quod ipfi quoque DD. aduerfarii fint creditores anteriores hypothecarii, nam refpectu dotis maternæ Conftitutio in eodem § 9 clare difponit, quod Barones, feu illorum fucceffores quicumque d. fubhaftationem, & deliberationem impugnare, impedire, vel retardare non poffent, nec aduerfus ea aliquo modo fe tueri, etiam ex contractibus ex caufa dotium, vel quacumque alia de Iure priuilegiata, & in §. 5. fatis huic intereffe prouidet, dum pretium ex fubhaftatione redigendum conuerti mandat in fatisfactionem creditorum iuxta eorum anterioritatem, & potioritatem, recepta prius ab eis iurium ceffione ad fauorem emptoris, et fi eidem Congregationi vifum fuerit, præftita etiam idonea cautione, feu facta obligatione de eodem pretio reftituendo prioribus, & potioribus ad omne mandatum.

Refpectu vero crediti pro fideicommiffi reintegratione fatis quoque prouidet in §. 13. quatenus mandat, vt fi ex dicto pretio aliquid folutis debitis fuper erit, inueftiatur in multiplico, donec fideicommiffum reintegretur, etfi in omnem ca-

5 fum minime fubfiftat opinio Thefauri lun. quæft. 84. nu. 4. & feq. lib. 2. cum eius rationes non fint veræ, ac receptius propterea fit, fideicommiffario contra grauatum pro fideicommiffi reintegratione non competere hypothecariam, fed folũ actionem perfonalem, textus eft in l. fi hæres 70. §. fi hæres, & ibi Bart. ff. ad Trebell. Corn. conf. 303. nu. 8. ante med. verf. quinimmo, lib. 1. atque hinc actio realis non datur ad res hæredis proprias pro fideicommiffi reintegratione, Bart. in l. 1. num. 4. & ibi Salicet. num. 8. C. com. de legat. Surd. decif. 311. nu. 4. & feq. Caft. de port. & rat. quæft. 18. numer. 9. & quæft. 23. num. 7.

Non etiam obftat, quod bona per DD. aduerfarios poffeffa prouenian ex multiplico ordinato tam pro defenfione emptorum bonorum fideicommiffo fubiectorum, quam pro reintegratione dicti fideicommiffi; quoniam multiplicum non propterea efficitur alterius conditionis, quam cafale, & alia bona vendita, ex quorum pretii parte fuit cõftitutum, cum illorum loco fuerit fubrogatum;

6 nam proinde iure fubrogationis patitur eafdem exequutiones, quas ipfum cafale, & bona patiebantur vigore eiufdem Conftitutionis in §. 3 l. filiæ, §. Attia, ff. de condit. & demoftr. c. Ecclefia, vt lit. pend. Caftr. conf. 73. num. 3. ad fin. col. 3. verf. cum res fubrogata, lib. 1. Seraphin. decif. 1496. numer. 3.

Minus

Minus quoque obstat, quod Constitutio intelligen-
da sit de baronibus, qui tales sint tempore, quo
conueniantur ex regula, quod qualitas adiuncta
verbo intelligatur secundum tempus verbi; quo-
7 niam ab hac regula receditur, quoties qualitas eo
tempore, quo interuenit, eundem habet effectum,
quandoquidem eamdem habet in hoc casu, cum
Constitutio in dicto §.9. expresse disponat sufficere,
quod ii, qui debita contraxerunt bona, super
quibus petitur fieri exequutio quouis titulo,
& modo tenuerint, & possederint, Aym.cons.830.
num.6.ante med.vers.secundo ad argumentum re-
spondetur, lib.5. Chartar.decis. Ianuen.16. nu.29.
& seq.

Et in terminis ita resoluit Rota decis.36.numer.3.&
num.6 & num.10. par.5.recent. & Congregatio à
san. mem. Paulo V. deputata habita 17. Nouem-
bris 1617. quæ refertur in d. Rotæ decision. in
fine.

ARGVMENTVM.

An Prælatus Regularis in iudicio summario suspendi possit ab exercitio regiminis, & administrationis quoad temporalia, & spiritualia sine citatione, & publicatione capitum inquisitionis;

SVMMARIVM.

1 *Suspensio officialis in iudicio summario intentata requirit publicationem capitum inquisitionis, et inquisiti citationem.*

2 *Ad suspensionem Prælati non proceditur ex sola diffamatione.*

3 *Ex Diffamatione sola proceditur contra Prælatum ad effectum dandi coadiutorem, quando subest suspicio, et periculum dilapidationis.*

4 *Officialis censetur quasi signum ad sagittam, cum non possit omnibus complacere.*

5 *Prælatus æquiparatur tutori.*

6 *Prælatus differt à tutore, quando agitur de suspensione.*

7 *Tutor antequam suspendi possit, debet in suis exceptionibus audiri.*

8 *Prælatus non obstante iudicio summario super suspensione debet in administratione remanere, quando non constat de corruptione testium, vel de malitia.*

CONSILIVM CCCLXXVIII.

DEcretum, ex quo Reuerendissimus Pater Generalis, ipso tamen nullatenus citato, vel audito suspensus fuit ab exercitio regiminis, & administrationis, quoad temporalia, & quoad spiritualia donec Causa, & Causę contra eum prætensæ fuerint per sententiam, & rem iudicatam terminatæ, non videtur sustineri posse; quoniam licet in hac materia duo fiant iudicia, alterum summarium ad effectum suspendendi, durante inquisitione, & alterum plenarium ad effectum post decretas defensiones condemnandi, ac proinde in primo sufficientes censeri possent ad suspicionem probandam coniecturæ non tamen leues, sed efficaces; itaut suspensio merito decerni valeat; in secundo autem requiratur plena excessuum probatio, attamen non propterea substineri posse videtur consequentia, quod in eodem primo iudicio summario audientia sit inquisito deneganda, ex decis Franchi 8. nam quod hæc decisio Franchi
1 sit intelligenda dummodo prius inquisitus publi-
catis sibi capite, aut capitibus inquisitionis sum-
marie etiam audiatur in suis exceptionibus, idem
Regium Consilium declarauit, ac sæpius insuper decidit, & iudicauit, vt per Io: Franciscum à Ponte decis.7.num.15.& seq & decis.15.num.7.vt etiam per Mastrill.de magistrat.lib.6. cap.15. numer.46. & Castill. decis.Siciliæ 166. nu. 16.& seqq. Bertrand. cons.83.num.7.& seqq.vsque ad 13.vol.1.par.1.

Et ratio quoque huius conclusionis conuincit, quia aut pretenditur contra Prælatum ad suspensionem procedi posse ex sola diffamatione, non tamen ex scriptura aliqua prouenienete, sed sine scriptura, sicut dicitur sensisse Iacobum de Beluiso in auth. vt Iudices sine quoque suffragio, §. necessitatem
2 in verbis ex non scripto, & author hic communi-
ter reprobatur, cum casus illius textus sit diuersus tanquam restrictus ad officialem finito officio non reddentem rationem suæ administrationis, sed fugientem intra tempus sindicatus, ac proinde ex eo textu dicta conclusio minime probetur, vt in his terminis per Cardinalem Zabarell. in c.venerabili 37.num.4.ante med.ibique Imol.numer.20. ad med. & Abb. nu.8.in fine, de offic. deleg. quam-
3 uis enim Abbas admittat procedi posse in casu
probandæ suspicionis dilapidationis, id tamen intelligit ad effectum dandi coadiutorem, & non simpliciter, sed concurrente demum periculo imminente, iuxta textum in dicto cap.venerabili 37. d.tit.de offic.deleg.

Aut prætenditur, ad suspensionem deueniri potuisse ex aliqua probatione per testes, & tunc non minus requiritur inquisiti citatio, eiusque summaria in suis exceptionibus audientia, cum diffamatio, & testes potuerint ortum habere a maleuolis maledicis, & præsertim cum officiales censeantur
4 quasi signum; & scopus ad sagittam, non valentes
omnibus compiacere, ex quo ratione officii tenētur nedum arguere, sed etiam increpare, quamobrem frequenter odium multorum incurrunt, & sæpius etiam insidias patiuntur, vt in his terminis per Bertrand.d cons.83.numer.9. & seqq. volum.1. par. 1.

Nec obstat, quod Prælatus æquiparetur tutori, ex l. orphanotrophos, C.de Episc. & cleric. tutor verò statim atque de suspecto accusatur, sit ab administratione suspendendus, ex l cum quem. 7.C. de
6 susp.tut. tum quia ad effectum suspēsionis de quo
quæritur diuersa est ratio inter tutorem, & Prælatum, ex quo tutor non habet nisi solā administrationem sibi onerosam, quia tutela est onus, vnde, & propter hoc, & ob alias differentias à proximè allegandis adductas inter tutorem, & Prælatum facilius tutoris suspensio admittitur; aliud verò est in Prælato, qui dignitatem, & ius habet in rebus, Archid.in c.vobis enim, 12.quæst.2.numer.6. ad med. Anan.in d.c.venerabili, 37.num.5.de offic. deleg.& plenè in c.fin.num.23.& seqq. de accusat. Bertrand.dicto consil 83.numer. 4. & 5. Vital.de

Camban.

tract.de clausul.in clauf.nil nouari,accuf.pend.nu. 9.in nou.tract.tom.18.fol.385.

Tum quia neque etiam in tutore valet consequentia,pendente iudicio suspicionis tutor debet, aut potest ab administratione suspendi,ergo non debet prius audiri,nedum ex vulgari regula, quòd ab exequutione non est inchoandum;præcipuè quoad dedecus inferentia, sed quia in hisce quoque terminis suspensionis tutoris verior,& magis recepta
7 est conclusio contraria, quod immo tutor prius quam suspendi possit,debeat in suis exceptionibus audiri,cum minimè ipso iure suspendatur, Morot. cons.74.num.17.ex quo,& alijs pluribus hanc sequitur Rota,vt in Romana tutelæ 4. martij 1622. coram bo.me.Manzanedo.

Difficilius autem permittitur suspensio Prælati ab exercitio regiminis, & administrationis quoad spiritualia;nam & si Hostiens.in c.licet Heli, 31.num. 9.ad med.de simonia,velit in casu, in quo constat. Prælatum astrinxisse sibi illos, qui veritatem sciũt, vel alio modo corrupisse,vel eis minatum fuisse,
8 verisimiliter malitiam præsumi,tamen cessantibus istis,non obstante dicto primo iudicio summario, Prælatus remanere debet in administratione quoad spiritualia,dicto c.vobis enim,& c. Vulterranæ, 12.quæst.2.ibique glos.in princ. Archid.in eodem c.Vulterranæ,num.1.Cardin.Zabarell.in d.c.venerabili,num.1.& 3.vers.& hoc in extraiudicialibus, vbi etiam Abb.num.8. ante med. vers. & dicit Archidiac.& Imol.num.2.& 18.in princ.& numer.19. ante med.& num.22.Io: de Anan.dicto c.licet Heli,31.num.22.ibique Anchar.numer.15. ad med.& Host.num.9.ad med.

ARGVMENTVM.

De nullitate resolutionis Capitularis, in qua depositus fuit Prælatus Regularis à non habentibus iurisdictionem, & contra formam Constitutionum Religionis.

SVMMARIVM.

1 *Attentata in primis sunt tollenda, itaut non solum de Iure,sed de facto nocere non possint.*
2 *Causa pendente coram delegato Papæ, inferiores non possunt in ea se intromittere.*
3 *Principum mandata non nisi in scriptis sunt probanda.*
4 *Rescripta interpretationem recipiunt a stilo rescribentium.*
5 *Generales Religionum habẽt in religiosos sibi subditos iurisdictionem quasi Episcopalem.*
6 *Princeps non censetur auocare Causas a suis delegatis,nisi expressa auocationis qualitate.*
7 *Statuto qualificato non est locus, nisi probata qualitate.*
8 *Statuta non adimpleta in forma specifica nullum operantur effectum.*
9 *Dictio, isti,demonstratiua,& repetitiua est.*
10 *Præsuppositio non verificato non procedit dispositio.*
11 *Lex,aut Constitutio loquens cum aliqua qualitate trahit ad sui intellectum omnes alias leges de eadem materia simpliciter loquentes.*
12 *Statutum simpliciter loquens trahitur ad aliud Statutum distinctè loquens.*
13 *Ratio vbi viget,casus censetur in qualibet dispositione comprahensus,etiam si verba deficiant.*
14 *Appellatio semper admittitur dato excessu.*

CONSILIVM CCCLXXIX.

Depositio,quæ sub absolutionis nomine fertur in Capitulo Generali huius Religionis in Ciuitate Ianuæ sub 25. Octobris præteriti aduersus Reuerendiss.P.Generalem sequuta,nullatenus substineri potest,quin euidenter fuerit attentata, tanquam emanata pendente super eadem prætensa depositione Causa in Curia coram Eminentissimis DD.Cardinalibus,& Prælatis ad eius cognitionẽ, & diffinitionem specialiter vsque ad rem iudicatã per Sanctissimum D.N.delegatis,ac proinde,quin
1 in primis hæc attentata ita sint tollenda, vt non solum de Iure, sed nec de facto nocere possint, Lancellot.de attent.par.3.cap.19.num.42.Rot.decis.329.n.2.in fin.par.1.recent.

Censetur namque Sanctissimus per hanc delegatio-
2 nem ad se,eiusque delegatos negocium reuocasse, & ideò alii inferiores non debuerunt, nec potuerunt se de eadem prætensa depositione intromittere,c.licet,5.de offic.Legati,Innoc.in c.cum M.sociis,9.ex num.10.vers.agebatur coram Papa,vel eius delegato,de Constit. Lancell.de attent. par. 2. cap.10.num.9.& seqq.

Nec obstat,quod Diffinitores,& ij,qui pro depositione votasse in dicto Capitulo dicuntur prætendant, quòd consulto Sanctissimo, an in eo Capitulo agi posset de depositione dicti Reuerendissimi Patris Generalis stante delegatione, & pendentia eiusdẽ Causæ in Curia,Sanctissimus dixerit,aut rescripse-
3 rit,vtantur iure suo,quia præter id,quòd Principũ mandata nonnisi in scriptis sunt probanda,ex textu in l.vnica,C.de mand.Princ.

Non etiam qualitas huius asserti rescripti suffragari potest,tum quia ex consuetudine Curiæ etiam Sacræ Congregationis Episcoporum,& Regularium, Sacræ Consultæ, omniumque Congregationum per huiusmodi rescripta,quòd supplicans, vel interrogans vtatur iure suo,nihil censetur obtinuisse, illaque interpretantur pro denegatione eius,
4 quòd petitur;siquidem rescripta interpretationẽ recipiunt à stilo,& consuetudine rescribentium, Rota decision.194.numer.3.ante finem, vers. necnon recipiunt interpretationem, par. 3. recentior.

Tũ quia hæc interpretatio resultat quoq. ex verborũ eiusdem rescripti qualitate; cum enim in eiusmodi rescriptis nulla explicita inesse legatur concessio,sed simplex sit responsio,quòd supplicans, vel interrogans vtatur iure suo,quod intelligi nequit, nisi cõditionaliter vtatur iure suo, scilicet si quod habet,vtique propterea cum nullum ex eo rescripto habeatur verbum augens prætensam potestatem deponendi,minimè censeri potest aliqua attributa potestas exclusiua attentatorum prouenientium ex delegatione,& commissione eiusdem Causæ præcedentis ex speciali Breui Sanctissimi, ex ratione textus in c.licet in corrigendis,12. & in c.graue,16.de offic.Ordinarij.

Tum,& tertio quia ex lectura contrariæ Partis resultaret nimis prauus intellectus, quod scilicet San-

ctissimus per rescriptum, vtantur iure suo, voluerit auocare in effectu eamdem Causam ab Eminentissimis Cardinalibus, & insignibus primarijs Curiæ Prælatis, quibus eam delegauerat, existente in Curia eodem Reuerendiss Patre Generali, qui poterat seruatis seruandis audiri, & suas per se facere defensiones, vt illa remitteretur iudicanda à Diffinitoribus Ianuæ existentibus sibi subditis, & ex necessitate retentionis suæ personæ absente inaudito, ac vnica sessione; quandoquidem propterea longè magis dictum rescriptum, vtantur iure suo, interpretationem recipit, quod in dicto Capitulo ad peius agi quidem posset de depositione ad effectum ventilandi accusationes, & prætensas criminationes, si quæ extituræ essent, non autem eam diffiniendi fine huius Sanctæ Apostolicæ Sedis authoritate, iuxta c. quamuis liceat, & c. multum stupeo, 8.3. quæst. 6. quamuis enim in vtroque prædicto canone agatur de accusationibus Episcoporũ, tamen eadem militat ratio in Generalibus Religionum, præcipuè insignium, qualis est Religio Sãcti Dominici, tam in Italia, quam vltra montes, dũ
5 Generales habent in fratres sibi subditos iurisdictionem quasi Episcopalem, vt per Emanuel. Rodericum tom. 1. quæst. Regularium, quæst. 17. art. 2. col. 2. in princip. vers. & quidem peritissimi Theologi.

Et præsertim cum regulariter Principes non censeantur auocare Causas à suis delegatis, nisi expressa
6 auocationis qualitate, quæ qualitas in prętenso rescripto omninò deficere dicitur, Rebuff. tract. de euocationibus, in præfat. quæst. 3. n. 12.

cæterum adhuc depositio per assertos Diffinitores in dicto Capitulo generali extorta, quam absolutionem aiunt, subsistineri neutiquam vigore Constitutionum Religionis potest; quoniam indubi-
7 tata est conclusio, quod nec Statutis, nec Constitutionibus qualificatis vnquam locus est, nisi concurrant, & probentur illarum qualitates, & requisita, Seraph. decis. 670. num. 1. Rota decis. 673. num. 2. ad fin. par. 3. & decis. 307. numer. 10. par. 7. recent.
8 adeout Statuta, quæ non constat fuisse adimpleta in forma specifica, nullum operentur effectum, Rot. decis. 660. num. 2. par. 2. rec.

casu autem, de quo agitur, neutiquam prætendi potest, quod forma Constitutionum, earumque qualitates fuerint seruatæ, quoniam in Constitutionibus, distinct. 2. cap. 8. de generali Capitulo text. 3. loquente de Diffinitoribus illis eiusdem Capituli, quorum vnus ab ipsis Diffinitoribus, vel maiori parte eorum in Magistri Ordinis Vicarium assumptus esset, qui durante Capitulo vices Magistri gerat, quem aliqua occasione contingeret abesse, iuxta disposita expressim in textu 2. eiusdẽ cap. 8. de istis namque loquitur dictus textus 3. in
9 eius initio ex dictione, isti, quæ est demonstratiua, & repetitiua, Oldrad. consf. 232. ex num. 1. vers. per pronomen his, quamuis habeantur verba sequentia, isti autem Diffinitores habebunt plenariam potestatem super excessu Magistri Ordinis corrigendo, vel de eo penitus remouendo.

Tamen non solum ex ipso tenore huius dispositionis
10 restricte ad potestatem super excessu liquet, non constito de excessu supposito dispositioni locum non esse, Seraphin. decis. 121. nu. 10.

Sed omnis prorsus dubitatio tollitur ex eodem cap. 8. in 6. textu, in quo verbis pręcisis sequentibus disponitur, quod Diffinitores de eius correctione conferãt, & disponãt, si præuaricator Ordinis fuerit, aut contemptor, aut adeo negligens, & remissus, quod ordinis dissolutionem, & destructionem inducat; neque enim dubitari potest, quin
11 lex, seu Constitutio loquens cum aliqua qualitate trahat ad sui intellectum omnes alias leges loquentes simpliciter in eadem materia, ac proinde, quin textus 3. præfatæ Constitutionis intellectum recipiat ex dicto textu 6. Alberic. in l. si quis in princip. testamenti 32. ex num. 2. in princip. vers. nam quando lex, ff de leg. 3. Soc. iun. in l. cum filius familias, 11. super apparatu glosarum, num. 46. ff. de leg. 1. quos sequuta fuit Rota in Perusina bonorum de Balleonibus, 10. Iunii 1591. coram bo. me. Comitulo, apud Gilianum post comment. ad Statut. Perus. decis. 9. num. 7. & eius decis. 160. num. 9.

Accedente etiam alia recepta conclusione, quod
12 quãdo in eadem materia vnũ Statutum loquitur simpliciter, & aliud distinctè, Statutum loquens simpliciter trahitur ad aliud, Bald in l. omnes Populi, num. 72. ff de Iust. & Iur. Rebuff. tom. 1. comment. ad Constitut. Regias, in proœm. glos. 5. numer. 129.

At casus hic non eget conclusionibus generalibus.

Primò quia glosa super eodem textu 6. cap. 8. dist. 2. Constit. Religionis sub lit. E. vers. declaramus, indinctè declarat per verba sequentia, declaramus quod Diffinitores Capituli generalis non habent potestatem remouendi Magistrum in suo officio, nisi in casibus expressis in Constitutionibus, videlicet si fuerit contemptor, hoc est, si ita spernit, & nihil curat de Regula, & Constitutionibus, vt pro nihilo reputet transgredi illas, & eius voluntas renuat subiici Regulæ, & Constitutionibus, immo nulla subsistente causa eas continuè transgrediatur, & habet firmum propositum in huiusmodi transgressione perseuerandi, vel si fuerit præuaricator, hoc est, si frequenter, & quasi ex habitu Regulam, & Constitutiones transgrediatur. hactenus glosa approbata.

Secundo quia in eodem cap. 8. textu 7. Constitutionum d. distinct. 2. disponitur, quod vbi Magister præsens in Capitulo generali de suis excessibus se accusat, & Magistratui cedit iuxta c. 6. antecedens, cessio Magistri à Diffinitoribus non potest admitti, nisi propter aliquem prædictorum quatuor casuum, de quibus in eodem cap. 6. aut defectum, aut impotentiam, quæ ipsum ab exequutione officii Magistratus perpetuo impediret, subiuncta declaratione, quòd Diffinitores de prudentũ consilio per peritum iudicent; etenim si in casu, in quo Magister se de suis excessibus accusat, & Magistratui cedit, Diffinitoribus interdicta est potestas eum remouendi nisi in dictis casibus, aut propter perpetuum defectum, aut impotentiam, multò magis potestas interdicta apparet huiusmodi defectibus minime apparentibus, & Magistro Ordinis absente inaudito, & inuito, cum ratio vbi
13 viget, casus censeatur in qualibet dispositione cõprætensus, & si verba deficiant, Gregor. decis. 293. num. 14.

Tertio quia eædem Religionis Constitutiones admittunt etiam appellationem in materia correctionis, dato excessu in corrigendo, vt per glos. ad eumdem textum 3. d. cap. 8. dist. 2. sub lit. D. quod etiam in Iure est absolutum, ex textu in c. irrefragabili 13. in fine, ibique glos. in verb. appellatio, de offic. Ordin. glo. 1. in c. de priore 31. de appel.

pell. Abb. c. cum speciali 61. §. porro, n. 3. de appell.
Euidéter enim de excessu constat in hoc casu, nedum defectibus assertis cessantibus, sed quia non solum fuit à Diffinitoribus ad depositionem processum sine accusatore contra eumdem textum sextum Constitutionum, & præsertim dum eædem Constitutiones d. distinct. 2. cap. 9. textu 4. requirunt, quod accusator etiã in minoribus casibus debeat perquiri, si accusat de visu, vel auditu.
Sed etiam quia Capitulum generale prædictum ex tenore ipsius intimationis celebrandum erat sub die 26. octobris, & tamen depositio emanauit sub die 25. contra textum requirentem celebrationẽ in die præfixa, in c. Cumana 50. de elect. in princ.

ARGVMENTVM.

Prælatus Regularis an possit appellare non obstantibus Constitutionibus.

SVMMARIVM.

1 *Appellans non peccat, quando mouetur ex confidentia iustæ causæ, vt quia iniuste a Iudice grauatur, secus vero quando appellat ex causa afferendæ moræ.*
2 *Constitutio Apostolica prohibens appellationem Regularibus intelligitur de appellatione ex mandatis legitimè factis, secus vero illegitimis, & excessiuis.*
3 *Decretum irritans cum clausula sublata, et aliis amplissimis non impedit, quo minus allegari, & iudicari possit, quod casus non sit comprehensus in Constitutione.*
4 *Dictio, nisi, affirmat, quando præcedit negatiua.*
5 *Appellans ad Papam, & sedem Apostolicam dicitur pro iustitia recurrere.*

CONSILIVM CCCLXXX.

Contendentes, appellationem prouocationem, & querelam euidentissimi illati grauaminis pro Parte Reuerendissimi Patris Nicolai interpositam ad sanctissimum D. N. Sanctamq; Sedem Apostolicam aduersus depositionem prætensam, fuisse illegitimam, ac punibilem, in triplici capite insistunt.
Primò, quia appellans appellando peccauerit, prout docet S. Thom. 2. 2. quæst. 69 art. 3.
Secundo quia ex Constitutione Iulii secundi, quæ habetur in libro priuilegiorum fol. 246. derogãte Iuri communi prohibita sit Regularibus appellandi facultas.
Tertio quia appellatio sit contra manifestam Constitutionum huius Religionis dispositionem, præcipue ex cap. 8. §. 3. distinct. 2.
Sed nullum ex obiectis quicquam releuat.
Non primum, quoniam D. Thom. d. quæst. 69. art. 3. quamuis tribus mediis in principio contra appellantem obiiciat tamen in conclusione illud, quod
1 docet, hoc est, quod duplici de causa contingit, aliquem appellare, vno quidem modo confidentia iustæ causæ, quia videlicet iniuste à Iudice grauatur, & sic licitum est appellare reddens rationem, quia omnis oppressus libere si voluerit Sacerdotum iudicium appellat, idemque plene cõprobat Nauar. de Regul. com. 3. ad c. nullam, num. 51. vers. sed his non obstantibus, & cons. 4. num. 2. & seqq. vsque ad finem, de appellat. alio modo, quando aliquis appellat causa afferẽdæ moræ, quod autem versemur in primo, non autem in sec undo casu exaduerso supposito nullatenus tamen vnquãm iustificato liquet non solum ex tenore ipsius appellationis continente qualitatem oppressionis, & grauaminis, sed ex iis, quæ in alia deduxi ex gratia reassumenda.
Non autem releuat secundam; quoniam Constitu-
2 tio Iulii secundi prohibens Fratribus, & sororibus Ordinis Prædicatorum appellationem sub excõmunicationis pœna, intelligitur de appellatione à correctione ex mandatis Regularibus legitimè factis, secus minus legitimis, & excessiuis, cum alioquin tolleretur remedium defensionis, quam appellatio in se includit de Iure diuino, & naturali, vt in terminis eiusdem Constitutionis Iulii secundi per Emanuelem Rodericum tom. 1. quæstionum Regularium q. 29. art. 2. per tot. fol. mihi 185.
Non denique tertium, quoniam Reuerendissimus Pater Nicolaus fuit semper, & est obseruantissimus Constitutionum suæ Religionis, nec se in aliquo tuetur extra ipsarum Constitutionum tenorem, ac formam, minusque aduersus tria vota solemnia, & essentialia ipsius Religionis; quandoquidem se iure duntaxat tuetur aduersus prauos intellectus, qui tribuuntur Constitutionibus ab aduersarijs honestandæ eorum actionis gratia, vt enim in alia dixi, licet in dicto cap. 8. textu 3. distinct. 2. prohibita legatur appellatio à iudicio Diffinitorum Capituli generalis congregati iuxtà earumdem Constitutionum formam, non etiam illa minimè seruata, tamen in eodem cap. 8. textu 6. dispositio præcedens restringitur ad casus, quibus Magister Ordinis preuaricator, aut contemptor, aut adeò negligens, & remissus sit, quòd Ordinis dissolutionem & destructionem inducat, huic namque restrictiuę non solum assistunt receptissimę conclusiones, quas etiam ex Rota comprobaui, sed duo, quę exaduerso impugnari nequeunt.
Alterum, quod etiam Constitutio Pontificia habens decretum irritans, & clausulam sublata, & siue mo
3 tu proprio, siue cum adiectione, quod subreptione, & obreptione non obstante seruari debeat etiã quacumque remota appellatione, tamen non propterea cuicumque interdicitur allegatio, quòd casus, de quo agitur, in ea Constitutione non comprehenditur, minusque Iudicibus interdicitur non comprehensionis cognitio, Put. decis. 48. num. 6. lib. 1. in correctis, Rot. decis. 569. num. 9. par. 2. rec. Cardin. Caualer. decis. 522. num. 4.
Alterum, quòd eędem Constitutionis Religionis dicta dist. 2. cap. 8. textu 5. precisè disponunt, vt sequitur, appellans autem ad absolutione facta, vel facienda ab officijs prioratus Prouincialis, vel conuentualis, aut vicariatus etiam prętextu grauaminis, ipso facto sit absolutus ab illo officio, volentes, quòd in istis ratio grauaminis tam proprij, quam communis non habeat locum quoad appellandũ, item ad nullum Iudicem extra Ordinem, nisi ad Sedem Apostolicam, cui immediatè Ordo subditus est, aliquod membrum Ordinis, illique subditum pro iustitia recurrat; etenim dum membris Ordinis appellatio à depositione officij permittatur, nunquam dabitur ratio subsistens, quare eadẽ
4 permissio interdicenda sit ipsi capiti Ordinis, tum ex eo, quia, dum Constitutio prohibitiua est ap-

 pel-

pellationis, nisi ad Sedem Apostolicam, dictio, nisi, dum præcedit negatiua, affirmat Rota apud Card. Cauaier. loquens in Constitutione Papæ decis. 77. ante num. 1. vers. in quibus verbis Constitutio, & num. 1.

Tum etiam quia ad Papam, & Sedem Apostolicam
5 appellans prouocãs, & se querelans de grauamine propriè ad Sedem Apostolica pro iustitia dicitur recurrere, Gregor. Sayrus de censur. lib. 3. cap. 15. il secondo, incip. excommunicatio duodecima, num. 5. vers. tertio recurrere, Eman. Roder. quæst. regul. dicto tom. 1. quæst. 29. art. 2. post med. vers. nã tunc, aut per viam appellationis, Lancellot. de attent. par. 2. cap. 19. de attent. pend. recurs. num. 1. & seqq. præcipuè num. 4.

ARGVMENTVM.

De exceptionibus contra testes super homicidio examinatos.

De imperfectione inditiorum homicidii.

SVMMARIVM.

1 *Sententia condemnatoria ferri non potest nisi contra confessum, aut conuictum.*
2 *Testes non integri etiam plures non sufficiunt ad condemnandum.*
3 *Instrumentum non probat, delictum fuisse commissum in præsentia notarii.*
4 *Socius criminis non est integer testis.*
5 *Teste confitente se ab inimico inquisiti fuisse corruptum, contra alios testes similis resultat præsumptio.*
6 *Inditia indubitata dicuntur, quando possibile non est rem aliter se habere.*
7 *Inditia indubitata non sufficiunt ad condemnandum in pœnam ordinariam.*
8 *Testes non integri possunt facere inditium ad torturam. Contrarium quando sunt socii criminis, qui suas depositiones non confirmarunt in tortura, & in faciem inculpati, vt num. 9.*
10 *Tortura in teste purgat maculam prouenientem ex societate criminis, non autem alios defectus.*
11 *Adminicula in suo genere imperfecta non coniunguntur ad effectum torturæ.*
12 *Inimicitia capitalis orta non censetur ex lite, quæ non sit omnium bonorum, vel maioris partis eorum.*
13 *Fama delicti negatiua præfertur affirmatiuæ.*
14 *Fama, quę originem traxit ab inimico non est momenti.*
15 *Inditium non faciunt ea, quæ vno, vel alio modo per accidens contingere possunt.*
16 *Ex Mendaciis concernentibus circumstantias non substantiales non resultat inditium.*
17 *Mendacia non faciunt inditium ad torturam, quãdo consistit circa id, quod si Reus confessus fuisset, non ibi præiudicasset.*
18 *Solitus delinquere non dicitur, qui non fuit confessus, vel conuictus.*

CONSILIVM CCCLXXXI.

Textus est in verbis clarus in c. 1. 2. quæst. 1. quòd in quemcumque casum sententia ferri non po-
1 test, nisi aut contra conuictum, aut spontè confessum, & in c. 2. eadem 2. quæst. 1. quod Iudex criminosum discutiens non ante sententiam proferre potest capitalem, quam aut Reum, se ipse confiteatur, aut per innocentes testes conuincatur, & in c. Primates, 5. eadem 2. quæst. 1. quod Primates accusatum discutientes prohibentur, non ante proferre sententiam damnationis, quam Apostolica freti authoritate, aut Reum se ipse confiteatur, aut per innocentes, & canonicè examinatos regulariter testes conuincatur aliter irritam esse censen. & iniustam damnationem, itaut oppressis ab omnibus in cunctis subueniatur Causis.

Subueniendum est hoc casu instigatoribus non obstantibus; quoniam de confessione aliqua nullatenus liquet, conuictio autem ex quocumque prætendatur capite iniustitiæ titulum, iuxta dictorum textuum dispositionem meretur; nam ex capite conuictionis per testes, quamuis non duo, sed plures adducantur de visu, attamen certa quoque in
2 hoc capite est conclusio, quod nec duo, nec plures sufficiunt testes non integri, Boss. tit. de conuictis, num. 16. adeout integri duntaxat censeantur, qui sunt testes omni exceptione maiores, vt est textus in l. fin. C. de probat. Farinac. quæst. 84. num. 2. vers. quarta quia in criminalibus ad condemnandum, & cons. 192. num. 41. ante finem, Caball. resol. crim. casu 288. num. 1.

Adeout nec delictum esse commissum in præsentia
3 notarij probetur per instrumentum desuper rogatum, Farinac. d. quæst. 84. num. 3. & seq.

Tales autem nulla probabili ratione censeri possunt testes, in quibus Curia, & instigatores insistunt nõ solum ex probata illorum paupertate cum vtilitate notoria coniuncta, sed quia se socios huius præ-
4 tensi criminis fatentur; quandoquidem hæc sola qualitas sufficiens est ad cuiuscumque prætensæ testium integritatis exclusionem, vt disponit in verbis textus in l. quoniam, 10. C. de testib.

Et præsertim cum alter ex illis postquam confessus
5 fuit asserto homicidio personaliter interuenisse, deinde propriam confessionem tanquam erroneã ex interuallo corrigendo, declarauerit contrarium deposuisse suadente inimico inquisiti; quamobrem seipsum de falso nedum conuincit, sed contra alios testes similis resultat præsumptio, Caputaq. decis. 50. num. 6. post princ. par. 3. Duran. decis. 131. nu. 5. Rota decis. 246. num. 5. par. 3. rec.

Neque obstat, quod saltem ex dictorum testium depositionibus, & alijs obiectis exaduerso resultent inditia indubitata sufficientia ad conuincendam, quia obiectum nec subsistit in facto, nec subsistit in Iure.

Non in facto, quia non solum deficiunt exempla, ex quibus qualitas inditiorum indubitatorum desu-
6 mitur, de quibus inter alios Caball. d. resol. 288. nu. 8. 9. & seqq. sed quia ad huiusmodi effectum requiritur, inditia esse talia, vt possibile non sit aliter rẽ se habere, Farinac. quæst. 86. num. 67. vbi de communi, Caball. d. resolut. 288. n. 10. Giurb. cons. crim. 71. num. 3.

Et non in Iure, quia etiam quando inditia censeri
7 pos-

7 possent in indubitata, non tamen sufficientia censeri possunt ad condemnandum in pœnam ordinariã, Boss.d.tit.de conuict.num.34.Boer.decis.164. num. 6.Gram.decis.42.num.1 Clar.§.fin.quæst.20. num. 6.Farin.d.quæst 86.num.62.78.82 & alijs,& plene num.110.& 113.vbi fortius, quod nulla excogitari possunt inditia,& præsumptiones, quantumcumque indubitatæ,vt quis pœna ordinaria affici possit,idemque Farinac. cons. 100. num. 10.& add. ad eiusdem cons.55.littera F. vers. secundo, Caball. d. resol.288.num.15.& seqq.Scac.de iud.lib.1.cap.97. num.1.vers.sed prædictam,Guazzin.tractat.ad defensam,in defens.33.circa pœnam,nu. 14.& 16.vers. necnon deducet,

Adeout neque ille,qui conuictus dici potest ex inditijs vehementissimis, & luce meridiana clarioribus pœna capitalis ordinaria imponi possit, vt per Almontem Ciazzium discept.crimin.ad Reorum defensam discept.2.num.121.& seqq.& 112.in fine, & seqq.plurib.

Minusque releuat,quod cessante conuictione, ac in-
8 dubitatis inditijs,ea,in quibus Curia, & instigatores se fundant,sint saltem sufficientia ad torturã, etiam quòd testes non essent integri,vt sentit Boss. d.tit.de conuict.dicto num.16.quia & si hoc procedere possit ex non integritate testium quoad qua-
9 litatem earum personarum, id tamen nunquam per Iuris regulas admitti potest in testibus socijs criminum,qui suas depositiones non confirmarũt in tortura,& in faciem inculpati,Farin.cons.38.nu. 10.& cons.156.num.28.& 50.Cabal.resol.crim.cas. 200.num.128.

Et præsertim cum ex deductis in facto,testes,in quibus exaduerso insistitur,laborent alijs pluribus de-
10 fectibus; licet enim tortura illata in faciem inculpati purget maculam prouenientem ex societate criminis non tamen purgat alios defectus, Farin. cons.216.num.17.20.& seq.& d.cons.156.num.7. & seq.vbi etiam benè comprobat, id non procedere ex contraria consuetudine,& cons.192.n.8.

Nullaque est difficultas, quando vel testes destituti
11 sunt adminiculis,vel quæ adducuntur sunt in suo genere imperfecta, quæ propterea nec coniungi possunt ad torturæ effectum, Eugen.cons.27.num. 61.Farin.cons.34.num.7.& cons.56.num.7. Caball. resol.200.num.139.

De imperfectione autem manifestè liquet ex eisdem, in quibus dicitur litis contestationem processisse.

Siquidem asserta capitalis inimicitia cum occiso destruitur ex facto,cum fuerit probatum in defensiuo,inter inquisitum, & occisum sæpe sæpius tanquam sanguine coniunctos colloquia promiscua processisse; causa verò prætensæ inimicitiæ dicatur originem traxisse ex lite ratione bonorum,non inter ipsum inquisitum,&occisum,sed inquisitum, & Seuerum occasione bonorum ab eodem Seuero dicto inquisito,& fratri donatorum, adeout huius causæ victoria fauore Seueri nihil detraheret patrimonio ipsius inquisiti, & nihilominus in tur
12 minimè subsistit,quòd inimicitia capitalis censeri possit orta ex lite,quæ non sit omnium bonorum, vel maioris partis eorum,Farinac. consil.182. numer.13.

Prætensa fama publica, & vox Populi statim post delictum,non est momenti, & quia ex actis liquet de
13 contraria fama,nec est dubium, quin fama delicti negatiua præferatur assertæ affirmatiuæ, Farinac. quæst.47.num.168.& cons.78. num.36. & cons. 79. numero 24.

Et quia constat ex actis,assertam famam affirmatiuã
14 originem traxisse ab inimico maximè cupido damni huius Partis,Farin.quæst.47.n.44.

Latitatio etiam post delictum,& absentia per dies ante delictum nihil inferunt, cum latitatio non pro-
15 betur ex absentia,& ea,quæ per accidens vno, vel altero modo euenire potuerunt absque necessaria delicti illatione nec inditium faciant, Bald. consil. 359.num.4.vers.nec quæ possunt, lib.1. Aym.cons. 6.num.82.Vulpell.cons.97.num 3.

Prætensa mendacia circa assertam citationem,& alia
16 non etiam afficiunt, & quia non versantur in circumstantijs substantialibus,Boss.de iudic.num.36. vers.& tale,Caball.resol.200.num.135.

Et quia neque etiam mendacia conuicta ad torquẽ-
17 dum sunt sufficientia,quando consistunt circa id, quod si Reus esset confessus,sibi non præiudicasset, Marsil.cons.15.num.15.vers.præterea,Farin.quæst. 52.num.14.& seq.& cons.192.num.11.ad med.vers. tum etiam,& cons.222.num.14.

Asserta verò qualitas ipsius inquisiti mala minimè probetur,ad effectum præcipuè, vt exinde desumi
18 possit inditium delicti,quia solitus delinquere nõ dicitur qui non fuit confessus,vel conuictus,adeout hoc casu ex prætextu soliti non etiam inditium resultet,Gemin.cons.3.num.25.& cons.45.num.31 Carer.de indit.§.14.inditium,num.2. quæst.23.nu. 33.& cons.61.num.20.

ARGVMENTVM.

De querelante variante.

An, & quando ex inimicitia resultet inditium.

SVMMARIVM.

1 *Querelans facit se inimicum, & propterea nihil probat.*

2 *Inculpatio proueniens ab offenso etiam existente in articulo mortis non facit inditium ad transmittendam inquisitionem, licet ad inquirendum viam aperiat.*

3 *Dubitans æquiparatur ignoranti.*

4 *Testi deponenti non per sensum corporis, sed ex iudicio intellectiuo non creditur.*

5 *Ratio reddita a teste debet esse congrua, & concludens.*

6 *Inimicitia sola destituta aliis inditiis non facit inditium ad torturam.*

7 *Inimicitia sola non est sufficiens ad trãsmittendam inquisitionem.*

8 *Inimicitia non facit inditium, vbi causa illius est incognita illi, qui prætenditur offendens.*

9 *Inditia remota non probantur nisi per duos testes. Et num.11.*

10 *Adminicula debent esse in suo genere perfecta.*

12 *Inimicitia non facit inditium ad torturam, nisi sit capitalis.*

13 *Inimicitiæ inditium tollitur ex reconciliatione.*

14 *Ex Reconciliatione recenti non tollitur inditium inimicitiæ, Contrarium si reconciliationem concomitati sint actus amicabiles, vt num.15.*

16 *Variatio non attenditur, quando non tangit delictum*

ctum, aut eius circumstantias essentiales, & principales.

17 *Inditium proximum dicitur, quo posito ponitur criminis effectus, remotum verò, quo remoto illius quoque effectus remouetur.*

18 *Inditium remotum est, quod non respicit immediatè veritatem delicti, sed circumstantias.*

19 *Negatiuo coarctatæ probatio excludit inditia quæcumque.*

20 *Testibus concordantibus in substantia facti principalis credendum est, licet discordent circa qualitates.*

CONSILIVM CCCLXXXII.

Absoluendus est D. Pompilius, quia inditia, in quibus pro parte Fisci, & adherentis fit fundamentum nullius prorsus sunt considerationis;

1 nō enim aliquid facit inculpatio querelantis, quia ex ipsa querela facit se inimicum querelati, ita quod nec examinatus, vt testis aliquid probet, cum sit testis in Causa propria, Paris. cons. 15 num. 41. lib. 4 Roland. cons. 24. numer. 25. & seqq. lib. 1. Bertaz. cons. 3. numer. 2. & seq. & cons. 8 num. 42. & seqq. lib 1.

Quinimmo neque etiam querela, aut inculpatio exi-
2 stentis in articulo mortis facit inditium ad transmittendam inquisitionem, licet ad inquirendum viam aperiat, siue conualuerit, siue non, vt per Farinac. quæstion. 46. num. 23. & seqq. & à numer. 26. ad 33.

Hoc autem indubitatum videtur hoc casu, quo querelans ipse in prima querela est dubius, in secunda verò varians à prima à dubietate recedit per sensum proprij intellectus magis, quàm visus; in prima namque quoad mandantem inquit, dubito, che non sia stato fatto fare dal Signor Pompilio, e se non erro il detto Signor Pompilio mi fermò, ma perciò io non ne querelo, se non quelli, che veramente sono stati; in secunda autem post interuallum plurium mensium dixit, quello, che m'haueua preso, se ben non lo viddi in faccia, mi parue fosse vn tal Giulio, che da cinque, ò sei anni in quà lo conosco, & rursus in prima querela quoad vulnerantem, credo, che facilmente detto Signor Pōpilio habbia fatto commettere detto sfregio da vno de suoi staffieri, che mi parue riconoscere la liurea; in alia autem, conobbi benissimo, che era seruitore del Signor Pompilio, che lo riconobbi alla liurea; siquidem aut exaduerso insistitur in quere-
3 la primo loco data, & tunc nullo iure est considerabilis, cum querelans dubitans æquipararetur ignoranti, l. fin. §. fin. autem nescius, & ibi Bart. & Angel. C. de furt. Tiraq. de retr. lign. §. 36. glo. 2. nu. 31. Natt. consil. 162. numer. 32. Alba consil. 19. numer. 53. Mantic. decision. 90. numer 1. & decision. 244. num. 9.

Aut insistitur in secunda, & minus est considerabilis, tum quia neque etiam testi, nedum accusatori ali-
4 quid creditur in assertis à se, non per sensum corporis, sed ex iudicio intellectiuo, Bald. in l. sola, nu. 1. per tot. C. de testib. Doctor. communiter in c. cū causam, eod. tit. Alex. cons. 74. nu. 8. lib. 6. Gargiar. patroc. 81. num. 12. lib. 2.

Tum quia iudicium istius querelantis caret sufficiē-
5 ti ratione, dum illud fundat in qualitate vestitus vulnerantis, in qua facilis est deceptio, ac præcipuè de nocte, d. l. sola, vbi Bald. num. 1. in fine, Alber. post num. 1. vers. & debet esse ratio, Farinac. de testib. quæst. 70. num. 10. Rot. in Romanā legati 13. maij 1622. coram R. P. D. Merlino.

Nec releuat inditium prætensum ex inimicitia ex eo, quia querelans se examinasset contra Pompi-
6 liam in Causa criminali, quoniam sola inimicitia destituta alijs inditijs quicquid aliqui in contrarium senserint, non facit inditium ad torquendum ex veriori, & magis communi, de qua plurimi relati per Farin. quæst. 49. num. 102.

Quinimmo secundum Bossi. de indit. num. 47. in fi-
7 ne, neque etiam inditium ex inimicitia sufficiens est ad inquirendum specialiter, & ad formandam, & transmittendam inquisitionem, vt etiam per Farinac. d. quæst. 49. num. 166.

Præterea non etiam considerabilis est inimicitia in hoc casu; primò quia asseritum examen querelantis non probatur fuisse notum Pompilio, cum cer-
8 tum sit, ex inimicitia inditium non desumi, vbi causa illius est incognita illi, qui prætenditur offendens, Farinac. d. quæst. 49. num. 96. & conf. 127. num. 7. & cons. 130. num. 6. vers. nisi etiam constaret, & cons. 147. num. 24.

Neque enim cognitio prætendi potest ex depositione cuiusdam mulierculæ, quæ supponitur pati exceptiones, de quibus in facto, nam non solum est
9 vnica, sed nec deponit de scientia in specie examinis d. querelantis, sed dumtaxat genericè, quòd vindictam sumere volebat de ijs, qui contra ipsum se examinauerant, quod non sufficit, Farin. quæst. 37. num 18.

Et hinc est, quod etiam adminicula debent esse in
10 suo genere perfecta, Bald. in l. si quis, §. 2. num. 2. ff. de eden. Surd. cons. 372. num. 10. lib. 3 Rot. post lib. 2. cons. Farin. decis. 138 num. 3. vers. cum enim aga-
11 tur, & decis. 519. num. 7. par. 2. in rec. ac propterea quodlibet inditium probandum esse debet per duos testes, Farinac. consil. 192. numer. 23. & seqq. lib. 2.

Secundo quia inimicitia tunc demum facit inditium
12 ad torturam, si capitalis sit, secus si non capitalis, vt hoc casu, quo vel illud solum examen querelātis non dedit causam carcerationi, vel si dedit fuit carceratio per breues horas, Clar. §. fin. quæst. 21. vers. inimicitia Rogerij, Peguer. decis. crim. 17. num. 8. vers. ex quibus, cum alijs per Farinac. d. quæst. 49. num. 101. vbi etiam num. 107. quòd inimicitia, si non sit capitalis, neque etiam facit inditium ad torquendum in delictis occultis, & difficilis probationis in quibus nullus alius appareat de delicto suspectus.

Tertio quia quando etiam ex se reputanda esset gra-
13 uis, cessat eius consideratio hoc casu, dum probatur subsequuta reconciliatio, mediante salutatione, & alloquutione beneuole, Decian. cons. 88. nu. 12. lib. 3. Eugen. cons. 27. num. 21. Honded. cons. 87. num. 51. lib. 2. non enim obstat, si dicatur, reconci-
14 liationem fuisse de recenti, in qua non sit confidendum de amico, ex Clar. quæst. 24 num. 6. Farin.
15 d. quæst. 49 num. 109. quia eius dictū non procedit, quando reconciliationem concomitanti sunt actus amicabiles, Rimin. iun. cons. 88. num. 13. lib. 1. Guazz. tract. ad defens. in defens. 28. circa articulos, cap. 1. num. 17.

Minus quoque facit inditium prætensum ex varia-
16 tione, de qua in facto, quia non tangit delictum, aut eius circumstantias essentiales, & principales immediatè, Farinac. quæst. 52. num. 31. Caball. resol.

fol.crim.caf.200.num.135.& feqq.

Conftat enim variationes non effe circa locum, vel tempus commiffi delicti, dum fiue famuli fuerint in die commiffi delicti femper in domo domini, fiue in domo alterius, femper ex vtraque permanfione excluditur poffibilitas interuentus in loco delicti; & hinc eft, quòd inditium proximum dici-
17 tur illud duntaxat, quo pofito ponitur criminis effectus remotum verò, quo remoto, illius quoque effectus remouetur, ex relatis per Farin. quæft.36. num.45. & feq. ideoque inditium remotum eft il-
18 lud, quod non refpicit immediatè veritatem delicti, fed circumftantias, idem Farinac. ead. quæft. 36. num 47.

Sed ceffant difficultates ex probatione abfentiæ à lo-
19 co delicti cum negatiua formiter coarctata abfque aliquo temporis interuallo tam ipfa hora delicti, quam ante, & poft, Io. de Amic. conf.79.num.1. Bertaz.conf.251.num.99.lib.2.Riminal.iun.confil. 644.num.2.lib.6.Guazz.d.defenf.28. num.13. verf. & melius poterit, & feqq. vbi etiam num.15. quod inquifitus liberandus eft, non obftante quod aduerfus eum militarent inditia ad torturam fufficientia.

Etenim non obftat, quòd vnus ex teftibus fuper negatiua deponentibus non concordet cum altero tefte in tempore, ex quo vnus deponat de tempore feftiuitatis S. Matthiæ, & alter de vigilia ipfius feftiuitatis, quia hoc non obftante, qui fuit merus error, fatis eft, quòd concordent in fubftantia, dũ idemmet, qui deponit de vigilia, qualificat dictum fuum de illo die, quo Pompilius, & famuli fuerunt carcerati, & fic perneceffe vterque deponit de die dictæ feftiuitatis tanquam illa, in qua conftat ex actis, fequutam fuiffe carcerationem; quandoquidẽ
20 nulla eft dubitatio, quin ftandum fit teftibus concordantibus in fubftantia facti principalis, licet difcordent circa qualitates, Caputaquen.decif.270. num.3.par.3.Rota decifion. 147.num.17.par.1.in recent.

ARGVMENTVM.

An, & quando Commiffariis debeantur expenfæ viaticorum, & quando folutæ repetantur.

SVMMARIVM.

1 *Viaticorum expenfæ non debentur nifi liquidato negocio, & facta condemnatione.*
2 *Commiffariis, qui deftinantur pro capienda informatione delictorum non eft foluendum falariũ ab inquirendis, donec de delictis non conftiterit.*
3 *Commiffarii fumptibus inftigatoris, vel accufatoris, vbi adfit, deftinantur, alias fumptibus Fifci cum claufula, animo rapetendi ab inquifitis, dummodo fuerint inditiati.*
4 *Expenfæ viaticorum folui non debent nifi adfint inditia ad tranfmittendam inquifitionem, adeout fententia condemnatoria contra contumaces proferri poffit.*
5 *Teftium depofitio tædio carceris extorta non attenditur.*
6 *Exceptio non entis fubiecti, in quo Pars intentionem fuam fundat, impeditiua eft exequutionis quantumcumque priuilegiata.*
7 *Expenfæ viaticorum foluta repeti poffunt in cafu, in quo inquifitus fuerit abfolutus.*
8 *Fideiuffio de reftituendo in euentum fuccumbentiæ præftanda eft, quando alioquin iudicium recuperationis reddi poffet eluforium.*
9 *Forenfes debent fatisdare, quando probabiliter fuccumbere poffunt.*
10 *Viator fatisdare debet ftante metu dilapidationis.*
11 *Commiffariis non debentur expenfæ refpectu temporis exceffiui.*
12 *Commiffariis non permittitur in exercitio eorum commiffionis aliquis abufus.*

CONSILIVM CCCLXXXIII.

Expenfæ viaticorum exaduerfo prætenfæ iuxta regulas Iuris, fiue contra inquifitum procedа-
1 tur ex officio, fiue ex accufatione, aut adhærentiũ inftigatione, non debentur, nifi liquidato negocio, & facta condemnatione, vt firmat Io: de Platea in l.fin.ante finem, verf.quam recuperabit poftea, C. de erogat. milit. annonæ, lib. 12. vbi ita intelligit textum in l.Circenfium, 20. C. de decur. lib. 10. & clarè Parif. de Puteo de fyndicatu in parte carcer. & cap.incip.an carcerarius, num.3. ante med. verf. & hoc donec, vbi explicitè, quòd expẽfæ nõ debẽt recuperari, donec in fine non appareat, an Reus fit nocens in crimine, in tractat. nouiff. tom.7.fol. 252.Boer.ad confuet.Bituric.des Couft.concer.les iuges, & leurs iurifd.aliàs de iurifd.omn.Iud. §. 29. in glofa item, & aux.poft princ. verf.dic, quod aut ille, vbi exprefsè, quòd expenfæ foluendæ funt ab illo, contra quem inquiritur, quando reperitur culpabilis, fol.mihi 55.Auendanus tract.de exequend. mand.par.2 cap.10.num.14.poft princ.verf.& poftea recuperet à condemnato Reo, fol. mihi 179. prout etiam intelligit Couar.pract.cap.11.num.11 ad finem, quatenus inquit expenfarum recuperationem faciendam, quando Reus damnatus, & pronunciatus eft criminis author.

Et clarius etiam Io:Francifcus de Ponte tract. de po-
2 teft.Proreg.tit.10.rubr.de donis, & expenf.vniuerf. numer.6. verf.de Commiffarijs, vbi exprefsè, quod Commiffarijs, qui deftinantur pro capienda informatione delictorum, non eft foluendum falarium ab inquirendis, donec de delictis non conftiterit.

Quamuis autem Commiffarij, & delegati has regulas Iuris malè feruent, vt inquit Intrigliol.fingul.168.
3 numer.1. & feq. lib.1. ac propterea feruetur, quod Commiffarij fumptibus inftigatoris, vel accufatoris, vbi adfit, deftinantur, aliàs fumptibus Fifci cũ claufula animo repetendi ab inquifitis, dummodo fuerint inditiati, vt per Guazzin.defenf.13.cap. 1.num.4.

Tamen veritas eft, quod ad huiufmodi effectum non
4 fufficiunt inditia leuia, aut fufficientia ad inquirendum, nifi etiam fint releuantia ad tranfmittendũ monitorium, feu inquifitionem, itaut fententia condemnatoria contra inquifitos contumaces proferri iure poffit, Guazzin.ead.defenf.13.cap.1. num.14. verf.tamen veritas eft, præcipuè ex Farin. quæft.11.numer.16.ante finem, verf. aduerte fecundo.

Inditia autem in cafu, de quo agitur minimè rele-
5 uantia cenferi poffunt, dum vel illa deducuntur ex atteftationibus iuratis eorumdem, ex quibus dicun-

dicuntur illa desumi, probantibus, veritatem esse in contrarium, & quicquid scriptum in processu reperiretur, id extortum fuisse tædio carceris, & ex causis in facto relatis, Farinac. cons.193. numer.3.

Siquidem exceptio non entis subiecti, in quo Pars intentionem suam fundat, impeditiua est exequutionis cuiuscumque, quantumcumque priuilegiatæ, Felin in c.ex parte, il secondo, num.6. vers.secúdo fallit, de o.fi. deleg. Menoch. de adip. remed. 3. num.167 & seqq.

Vel saltem negari non potest, quin vbi probationes
7 prætitæ for aiter fiant, pariant iustam causam repetitionis etiam in casu, in quo expensæ, & salaria essent soluta, vt per Boer. decision. 303. numer. 1. ante finem, vers. & pariter debitor, aut inquisitus.

Hoc enim stante in omnem casum non erat solutio
8 aliqua Commissario facienda, nisi in actu solutionis præstet fideiussorem idoneum de restituendo in euentum vel absolutionis inquisiti, vel quod iudicetur, prætensa inditia non fuisse sufficientia; hæc enim fideiussio necessaria est, ne iudicium recuperationis reddatur elusorium, ex textu in l. in omnibus, 41. ff. de iudic.

Etenim prætendi nequit, forenses non teneri satisdare, quia hoc onus recesserit ab aula, iuxta notata in §. sed hodie, Instit. de satisdat.

Nam contrarium verius est, quando petitio satisda-
9 tionis oritur ex probabili succumbentia aduersarij, prout probabilis omninò est hoc casu ex attestationibus prædictis, alijsque in facto deductis, vt est textus in c. suscitata, 6. de in integr. restit. cum alijs per Odd. de restit. par. 1. quæst. 43. numer. 79. & 81. vers. si malitia est præsumpta.

Nullaque est difficultas, quando suspicari potest in
10 viatore dilapidatio, vt per Oddum vbi supra, numer.82.

In omnem autem casum in prætensarum expensarũ taxatione non solum habenda erit ratio hactenus solutarum etiam per alios de eodem prætenso delicto eodem tempore inquisitos, sed etiam detra-
11 hendæ sunt impensæ prætensæ, tum respectu temporis excessiui, vt in his terminis per Guazzin. d. defens. 13. cap. 1. num. 5. vers. ego dum fui.

Tum etiam respectu numeri birroariorum, & militũ
12 aliorum, cum Commissarius non constet, quòd habuerit hanc facultatem, Guazzin. eadem defens. 13. num. 3. & de Iure non permittatur illis in exercitio eorumdem commissionis aliquis abusus, Io. de Platea in his terminis in d. l. fin. ante finem, C. de erog. milit. annonæ lib. 12. ex textu in l. Diuus, 6. iuxta finem, in verb. abuti, vbi etiam glos. ff. de bonis damnator.

ARGVMENTVM.

Fisco adhærens an audiatur appellans, quando nullum habet interesse nisi prætensionem repetendi expensas, quas fecit pro viaticis Commissarii.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio tua non interest, impedit litis ingressum.*
2 *Appellans, cuius non interest, non auditur.*
3 *Appellatio datur, quando ad instantiam non habentis interesse Iudex procedit ad vlteriora in Causa.*
4 *Accusandi ius de nece defuncti non competit extraneis, nec remotioribus consanguineis, sed tantum consanguineis proximioribus.*
5 *Fiscus tam de laudabili consuetudine, quam ex motu proprio Pii V non appellat.*
6 *Adhærens Fisco non appellat ratione solius interesse expensarum, quas fecerit pro viaticis Commissarii.*
7 *Adhærens Fisco non potest melioris effici conditionis quam ipse Fiscus, cui adhæsit.*

CONSILIVM CCCLXXXIV.

Signanda videtur commissio; cum enim Scipio aduersarius nullum prorsus habeat in prosequutio-
1 ne huius Causæ interesse, & in Iure certa sit conclusio, quod exceptio tua non interest, impeditiua est litis ingressus, Franc. in c. cum parati, 19. num. 2. de appell. Surd. cons. 218. num. 15. & cons. 227. num. 7. Rot. in recent. decis. 237. num. 1. par. 2. proinde de-
2 bet etiam à iudicij limine repelli appellans, cuius non interest, tex. est in l. 1. ff. de appell. recip. vel nõ. Abb. in c. dilectis, 55. in 4. not. num. 6. in fin. & ibidẽ Franc. not. 5. numer. 5. in fine, de appell. Gail. pract. lib. 1. obseru. 125. nu. 3.

Et quidem repellendus est aduersarius ex Signaturæ rescripto; dum enim de nullo interesse exaduerso docetur, ac propterea obijci nequit, signaturam iudicare non consueuisse, vtique Signatura, sicut rescribit admittendo tertios ad Causas pro eorum interesse, quatenus de eo doceant; ita eosdem excludere debet, excluso interesse, vt contrariorum eadem sit disciplina, & nè appellationes ex appellationibus fiant, ex quo si Iudex procederet ad vl-
3 teriora in Causa prætensæ appellationis aduersarij, non constito de eius interesse, daretur ad fauorem huius Partis appellatio, Contard. in l. vnica, quæst. 24. num. 36. vers. sed quid si Iudex. C. de moment. posseff. Achill. Person. de adip. num. 340. vers. vel & quoque.

Quod autem aduersarius nullum habeat interesse, constat, quia aut intendit in prætensa appellatione audiri tanquam principalis instigator, & audiẽtiam non meretur, dum ius prosequendi iniuriam,
4 & accusandi super nece defuncti nedum minime extraneis competit, sed neque etiam remotioribus consanguineis, cum competat dumtaxat proximioribus, l. si plures, ff. de accus. l. 2. §. si simul, vbi omnes, ff. de adult. Plaz. in epit. delict. lib. 1. cap. 39. num. 4. Gomez de communi tit. de delict. cap. 1. num. 35. vers. item etiam, quos in his terminis sequitur Anton. var. lib. 3. resol. 41. num. 1. vbi nu. 2. quod propterea repellendus est etiam ex officio ex carentia actionis.

Aut intẽdit audiri tanquam adhærens Fisco, & quicquid fuerit in prima, in hac secunda instantia audiri minus potest, dum Fiscus tam de laudabili
5 consuetudine, quam ex motu proprio Pii Quinti non appellat, sicut in hoc casu minime appellauit, vt in eisdem terminis per Anton. var. d. resol. 31. num. 2. vers. quo vero. lib. 3. & præsertim stante mera calumnia ex deductis in facto, vt per Farin. de accus. quæst. 16. num. 17.

Nec obstat prætensum interesse occasione expensarum,

rum, quas aduersarius fecisse dicit pro viaticis
5 Commissarij, tum quia illud non est interesse considerabile ad effectum, vt audiri possit in retractatione sententiæ absolutoriæ latæ ad fauorem huius Partis, cum ad hoc requiratur interesse in prosequutione appellationis super prætenso delicto, Antonin. d. resol. 41. num. 2. in princip. tum etiam quia expensas huiusmodi cum voluerit aduersa-
7 rius facere tanquam adhærens Fisco, non potest earum occasione melioris effici conditionis, quam ipse Fiscus, cui adhæsit gio. in c. olim, 26. in verbo adherentes, de accus. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 12. numer. 12. vers. idem enim disponitur, Rota in Romana transactionis 11. Ianuarij 1602. coram Litta.

A R G V M E N T V M.

De eadem re, cum responsione ad opposita in contrarium.

S V M M A R I V M.

1 *Regulæ standum est, nisi doceatur de limitatione.*
2 *Consanguineis proximioribus, non autem remotioribus competit ius accusandi de nece defuncti.*
3 *Qualitatis vnius adiectio in comparitionibus iudicialibus facit, vt iudicium præiudicet respectu alterius qualitatis.*
4 *Amico non competit ius accusandi de nece defuncti.*
5 *Appellantes non solent audiri, nisi ij, quorum interest.*
6 *Inimicus præsumitur potius accusare ad priuatam vindictam, quam zelo iustitiæ*
7 *Fisco etiam appellante, & prosequente appellationem, non auditur instigator, nisi quando sua intersit.*
8 *Appellatio non datur instigatori ex solo interesse expensarum, quas fecit in prima instantia pro viaticis Commissarij.*

C O N S I L I V M CCCLXXXV.

DEficientia interesse Scipionis legitima videtur causa signandi commissionem, vt constito Iudici de defectu huiusmodi interesse à iudicio repellat, nam cum hæc Pars habeat pro se regulam, quod nemo auditur appellans cessante interesse, ex alias deductis, vt que ab ea non est recedendũ,
1 dum exaduerso nulla releuans adducitur limitatio, l. ab ea parte, vbi glo. ff. de probat. Natt. consil. 199. numer. 10. Honded. consil. 81. num. 18. & seqq. lib. 1.

Nec obstant, quæ hodie exaduerso deducuntur; nam aut Scipio intendit audiri tanquam defuncti consanguineus, vt quia suorum iniuriam propterea prosequi dicatur, & repellendus est, tum quia ius
2 accusandi super nece defuncti competit consanguineis proximioribus, exclusis remotioribus, & consequenter Scipione in longe remotiori gradu existente, quam cæteri plures, vt præter alias allegatos pluribus comprobat Farin. de accus. quæst. 13. n. 2. vbi de communi.

Tum etiam quia Scipio nõ interuenit in hoc iudicio tanquam coniunctus, sed præuia expressa declara-
3 tione, quod hoc agebat pro exoneratione consciẽtiæ; quandoquidem adiectio vnius qualitatis in comparitionibus iudicialibus facit, vt iudicium præiudicet respectu alterius qualitatis, vt per Roman. consf. 88. num. 1.

Aut intendit audiri vti amicus, ex Bald. in alleg. l. 1. num. 49. C. qui accus. & minus potest, tum ex supe-
4 riori proxima ratione, tum quia Bald. exaduerso allegatus tenet contrarium eius, ad quod allegatur dicens, illud neque etiam in amico singulari lege aliqua probari, vt dicto num. 49. alias mihi 33 vers. tamen hoc non probatur.

Aut demum audiri intendit tanquam vnus de Populo, vt quia ratione publici delicti publicum sit iudicium, & non etiam potest, tum quia non solũ non interuenit tanquam accusator, sed merus denunciator, sed etiam in accusatore non sequitur, potest accusare, ergo etiam potest ab absolutoria
5 appellare, ex quo id est contra regulam text. in l. 1. ff. de appell. vbi in verbis inquit, non solent audiri appellantes, nisi ij, quorum interest.

Tum etiam quia Scipio est inimicus huius Partis capitalis, & de inimicitia satis constare dignosci potest ex subornatione testium, de qua in facto; nam ne dum in delictis publicis, sed neque in criminibus exceptis admittitur accusator inimicus de Iure ciuili secundum magis receptam, minus autem de Iure canonico, quo id est indubitatum ex ea
6 concludenti ratione, quòd inimicus præsumitur potius accusare ad priuatam vindictam quam zelo iustitiæ, idem Clar. exaduerso allegatus d. quæst. 14. num. 17. Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 25. num. 1. ac plurib. seqq. tom. 1 cum alijs per Farinac. alleg. quæst. 12. n. 34. 35. & alijs vsque ad 39.

Nec releuat reformatio Sanctissimi in § 17. num. 15. tit. de Fisc. proc. quia non dicit, quod præstita cautione de reficiendis expensis quilibet instigator admittatur ad prosequutionem Causæ appellatio-
7 nis; sed, quod Fiscus non prosequatur, nisi præstita per instigatorẽ dicta fideiussione; quamobrẽ cum Fiscus non prosequatur, frustra venit instigator, cũ immo neque prosequente Fisco audiatur instigator, nisi quando sua intersit, vt declarando reformationem Pij Quarti, cum qua in hoc se conformat reformatio Sanctissimi, firmat Scac. de appell. lib. 3. cap. 2. quæst. 17. limit. 49. n. 11. pòst med. vers. & quod si pro suo interesse.

Nihil autem facit prætensum expensarum interesse
8 in transmissione Commissarij in prima instantia, quia hoc expensarum interesse non facit, vt sententia lata in criminalibus sit appellabilis, vt in fortioribus terminis probat Caball. resol. crimin. cas. 208. num. 1. seqq. & per tot.

A R G V M E N T V M.

Adulterium an probetur ex confessione mulieris maleficiatæ, & dæmoniacæ, vel per testes inuerisimilia deponentes, & alijs defectibus laborantes.

SVMMARIVM.

1 *Reus [illegible] delicto non constat per confessionem [illegible] per testes.*
2 *Maleficiatus [illegible] probatur ex signis cognitis per peritos [illegible] maleficiorum [illegible].*
3 *Dæmones in obsessa corpora arreptitiorum [illegible] [illegible] impediendo per imaginationes et sensuum motorem.*
4 *Dæmoniaci et arreptitij tanquam irregulares a sacris ordinibus arcentur.*
5 *Dæmoniaci æquiparantur dementibus, et furiosis.*
6 *Dementis confessio non [illegible]ur.*
7 *Dæmones in corporibus obsessis loquentes sæpe dicunt et fingunt ea, in quibus omnino mentiuntur.*
8 *Confessionibus iudicialibus non debent Iudices facile [illegible] cessante verisimilitudine, nisi ipsis [illegible].*
9 *Testes inter [illegible] habentes nullam fidem merentur.*
10 *Testibus [illegible] pluribus inuerisimilia deponentibus non creditur.*
11 *Inimicitia contrahitur ex percussionibus.*
12 *[illegible] magis est suspe[illegible].*
13 *Testes singulares non probant, nec ad probationem [illegible].*
14 *Testes [illegible] contrarij inuicem [illegible].*
15 *[illegible] personis applicabiles nõ [illegible] probationem ad condemnandum ali[illegible].*
16 *Nobilis minus præsumitur deliquisse.*

CONSILIVM CCCLXXXVI.

NVlla videtur irrogari posse pœna ratione prætensi adulterij; cum enim neque ex confessio-
1 ne Lauræ, neque ex testibus, quibus Fiscus, & maritus adhærent, delictum prætensum probetur cõtra ipsam Lauram, minusque contra D. Iacobum penitus negantem, absolutioni, non condemnationi locus est, ex vulgata reg.tex.in l. sciant cuncti, C.de probat.

Non enim in prætensa confessione fundamentum aliquod fieri potest, quia cum ex testibus formiter in processu d[illegible] examinatis constet, D. Lau-
2 ram a quin[illegible], & pluribus ab hinc annis fuisse maleficiatam, & proinde à dæmone obsessam, ac tanquam talem propterea fuisse non solum à sacerdotibus adiuratam, & exorcizatam sæpius, malleorumque peritos pro eius liberatione medelas adhibuisse, sed etiam maleficium ipsum pluribus signis fuisse cognitum tam per eosdem peritos, quã per [illegible] maleficiorum adinuentionem, vt per Iacob.Sprenger & Henric.Institor. inquisitores, in tract. malleorum tom. 1 par. 2. quæst. 1. cap. 10. ver. [illegible] etiam diabolus, & vers. tempore siquidem, [illegible] 14 & 219 [illegible] quod, vt dicunt testes sẽ[illegible] inde citra fuit ab omnibus illam cognoscẽtibus pro maleficiata communiter reputata, vtique [illegible] quæ illius confessio nullius est consi-
3 derationis [illegible] sicut certum est, quod dæmones in obsessa corpora arreptitiorum vsum ra[illegible] [illegible] possunt illum totaliter impediendo per imaginationes, & sensuum motorem, vt inquit D. Thom. in [illegible] quæst. 80 art. 3. in eius art. [illegible], & firmant etiam Sanchez in summ. par. 1. lib. 2. cap. 42. numer. 7. & Leon. in thesaur. for.
Eccles. par. 4. cap. 3. num. 51. qua ratione dæmonia-
4 ci, & arreptitij tanquam irregulares à sacris ordinibus arcentur, c. communiter, 3. c. clerici, 4. & c. seq. 33. dist. Bertacchin. de Episc. lib. 2. num. 96. Bergas. de irreg. par. 5. tit. de corpor. vitiat. num. 15 & seqq. vbi num. 18. quòd procedit conclusio ex sola probatione, quod quis semel fuerit dæmoniacus, non obstante quod per plures annos non fuerit vexatus, cum sæpè dæmones occulti permaneant, adeoquod cum propterea dæmoniaci æquiparen-
5 tur dementibus, & furiosis, summ. Syluestr. in verb. corpore vitiatus, num. 5. vers. octauo, Tabiena eod. verb. numer. 4. vers. dæmoniaci, Nauar. in manual. cap. 27. num. 203. cum alijs per Vgol. de irreg. cap. 55. num. 2. meritò propterea erronea, & sine intel-
6 lectu censenda est confessio, non secus ac reputatur confessio dementis, in quo facti infelicitas satis excusat, Gram. consil. 16. num. 9 & num. 21 & seqq. Plaz. in epit. delict. lib. 1. cap. 29. numer. 1. Fchier. in prax. crim. in verb. & si confitebuntur, numer. 28. Farinac. quæst. 84. num. 31. & consil. 185. numer. 27. lib. 2.

Præsertim cum sæpè etiam dæmones in corporibus
7 obsessis loquentes dicant, & fingant ea, in quibus omninò mentiuntur, vt inquit Less. de iust. & iur. cap. 33. lib. 2. num. 23. & seq.

Idque magis quoque dignoscitur ex ipsius confessionis qualitate prorsus inuerisimili; cum enim non solum sibi ipsi contradicat, sed concubuisse asserat in præsentia famularum, quarum vna negat, altera verò supponitur, quòd fuerit solius mariti accusantis concubina, concubinatu ipsi vxori cognito, cuiusque occasione non semel famulam hanc iurgijs, & verberibus affecit, in sensum religionis Iudicantis non videtur cadere posse, quòd mulier nobilis ita fatue delinquere voluerit; quamobrem
8 pro regula statuitur, non debere assessores de facili confessionibus iudicialibus credere cessante verisimilitudine, nisi ipsi aliunde verificatis Gram. d. cons. 16. numer. 2. 3. & seq. Menoch. de arbitr. cas. 269. num. 3. & 9 Vulpell. cons. 6. num. 6. & seq. Honded. cons. 108. num. 48 & seqq. lib. 1. cum alijs per Farin. quæst. 81. num. 28. 29 & seq

Non etiam ex assertorum testium depositionibus; siquidem semoto marito, qui tanquam accusator nullam meretur fidem, c. accusatores, 3. quæst. 5. c. forus, §. in omni. de verb. significat. & præcipue
9 stante interesse in facto considerato, cuius occasione neque etiam testes aliquod inditium faciũt, Bertaz. consil. 276. num. 16. & seq. lib. 1. Farinac. de testib. quæst. 60. num. 6. magisque, dum in circumstantijs prætensi facti contrarius est accusator ipsis testibus, ex cœteris quoque nihil concluditur, nam Olimpia non solum ex deductis in facto deponit inuerisimilia, quo casu testibus quamuis plurimis nulla adhibetur fides, Caputaq. decis. 276. num. 6. par 3. Gabr. consil. 159 num. 14. lib. 1. Rota in Perusina laudi 23. Ianuarij 1619. coram R.P.D. Verospio, vbi tresdecim testes contestes ex hoc solo capite reiecit, sed constat de inimicitia contracta cum domina ratione concubinatus cum marito, & qua occasione, vt præfertur, cum fuisset sæpius à
11 domina reprehensa, & percussa, inimicitiam fuisse contractam, negari non potest, l. 3. vbi Odefred. & alij, ff. de testib. c. repellantur, de accus. l. si quis testibus, C. de testib. & in omnem casum, vel ideò reijcitur, quia magis verisimile est, quod iuuenis, qui in domo fuit repertus, & aufugere visus fuit, domum

mum propter ipsam Olimpiam fuerit ingressus,
12 quam propter dominam,tam ex eo, quod Olimpia probatur solita delinquere,quam etiam quòd ea ipsa aufugiens ad voces, & querelas prorupit proprij delicti significatiuas,vt per Farinac.consil. 30.num.96.& alijs,lib.1.vel saltem cum sit vnica,
13 & singularis,nihil de per se facit, nec potest cum alij coniungi,c.causam,de probat. vbi glo.in verb. singulares,c.cum dilectus, de accus. cum alijs per Farinac. de testib. quæstion. 64. numer. 33. 34. & seqq.

Cæteri autem testes præter aliquas exceptiones, & contrarietates,ac discrepantias,quas inuicem pa-
14 tiuntur,& ex quibus cuiusque dictum conquassatur,itaqnod neutri est standum,l.qui varia,ff. de testib.l.si eos,ff.de fals.Alex.consil.151. num.2. lib.2. vel nihil probant, dum nihil circa asserti delicti perfectionem concludunt,vel tam ipsi,quam querela patris Iacobi,& recognitio prætensi pallij sūt actus æquiuoci, qui æquè conuenire possunt voluntati fornicationis cum Olimpia famula; qua-
15 propter tanquam non illatiui adulterij cum Laura magis,quàm cum Olimpia nō constituunt probationem aliquam ad condemnationem sufficientem,Niconit.in rubr.ff.de nou.oper.nunciat. num. 78.vers.immò probatio æquiuoca,Rauden.de analog.cap.24.num.22.Dec.in c.in præsentia,num.58. de probat.Rot.in Romana Palatij de Aquila 2.de-
16 cembris 1609.coram Lugdunen,præsertim stante probatione nobilitatis,ac honestatis D.Lauræ, vt per Farin.quæst.136.n.4.

ARGVMENTVM.

Gratiati præcipuè titulo oneroso ab habente potestatem an posśint carcerari sub prætextu,quod gratia fuerit subreptitia,& illegitima.

SVMMARIVM.

1 *Gratia concessa a Principe damnatis restituit eos ad pristinum statum,etiam irreuocabiliter quoad honores et bona.*

2 *Compositio mediante solutione pecuniæ succedit loco solutionis pœnæ, itaut aduersus eam molestiæ inferri nequeant.*

3 *Gratia concessa per verba generalia comprehendit quæcumque crimina grauissima.*

4 *Abolitio differt ab indulgentia concessa a Principe, et propterea in primo casu non comprehenduntur crimina grauissima, secus autem in secundo.*

5 *Gratia etiam quando est nulla obseruari debet, ne gratiati sub fide publica remaneant decepti. Et num.8.*

6 *Gratia quando fuit concessa contemplatione tituli onerosi censetur motu proprio emanasse, etiamsi de eo non fuerit facta mentio.*

7 *Immunitate Ecclesiæ gaudere debent condemnati pro alijs criminibus, quam exceptis in Constitutione Gregorij XIV.*

CONSILIVM CCCLXXXVII.

Rescriptum ab Eminentissimo D. Cardinali fu[illegible] ad fauorem DD. Caroli, & Thesei tenoris [illegible] quentis.

Attentis narratis seruitio adhuc præstito cum co[illegible] te peditum conducta de proprio ad effectum [illegible] tinendi gratiā,dd.supplicātibus gratiā cōcedimus, eisque omnia præiudicialia in Curia, vel Gubernatoris Almæ Vrbis,vel A. C. recidimus, & remittimus,mandantes propterea , eos in futurum non molestari tanquam non processatos, & dicta præiudicia non habentes, immò dicta præiudicia, & quemcumque processum in dictis tribunalibus cassari mandamus non solum isto,sed,& omni,&c.

Stante autem huiusmodi tenore nullo iure dicti DD. Carolus,& Theseus vexantur à Curia,& adhęrentibus; quoniam cum facultates dicti Eminentiss. D.Cardinalis tunc Bononiæ,Ferrariæ,& Rauennæ Legati de latere,& Ecclesiastici Exercitus in bello tunc feruente Generalissimi Superioris fuerint amplissimæ gratiandi,& remittendi quoscumque bānitos in dicto bello Sedi Apostolicæ seruientes ad sui absolutam voluntatem , nulla probabilis ratio suadere potest, vt subsistentia huius gratiæ possit in controuersiam adduci, ac gratiati possint mo-
1 lestari,cum hæ gratiæ à Principe concessæ damnatis eos restituant ad pristinum statum etiam irreuocabiliter quoad honores,& bona,l.1. seq.& tot. tit.C.de sententiam passis,l.fin.C.de generali abolit.Boss.de remed.ex sola clem.Princ. nu.22. Guaz. defens.30.cap.6.num.6.Giurb.cons.69.num.15. cū alijs pluribus per Mastrill.in commen. ad indultū generale, cap. 45. numer.4. vbi etiam numero 5. quòd gratiatus æquiparatur absoluto per sententiam.

Et præsertim cum concesśio dictæ gratiæ non emanauerit ex causa meræ liberalitatis,& seruitij præstiti à militibus stipendiatis,sed ex causa,& oneroso titulo seruitij,tam cum personis proprijs,quam vt expresśè in eodem rescripto demonstratur, cū cohorte peditum conducta proprijs impensis ad effectum exindè gratiam prædictam impetrandi;
2 nam hæc fuit admisśio ad compositionem,adeout expositio huius pecuniæ in dictam causam successerit loco solutionis pœnæ; quamobrem gratia eo magis operatur, vt aduersus eam molestiæ inferri nequeant,vt per eumdem Mastrill.eod.cap.45.nu. 7 & seq.

Atque hinc nullatenus obstat,quòd gratia non subsistat ex eo, quia prædicti fuerint inquisiti, & damnati de delictis exceptis, & atrocisśimis indigentibus specifica,immo indiuidua expresśione,tum
3 quia cum verba quibus gratia ex causa prædicta fuit concessa, fuerint generalia de quibuscumque præiudicialibus in Curia,vel Gubernatoris Vrbis, vel A.C.cum præcepto,vt gratiati molestari non possent æque,ac si in dictis Curijs processati non fuissent,dictaque præiudicia non haberent,præceptum hoc ex verborum proprietate compræhendit quæcumque crimina grauisśima etiam lęsę maiestatis,falsi,assasinij,&c.Plaz in epitom.delict.cap. 38.num.3.vers.secundo,Clarus §. fin. quęst.59. nu. 4. ante finem, vers. scias etiam, Mastrill. in comment.ad dictum indultum gener. cap. 5. num. 4. & seq.

Tum quia gratia non sonat in simplicem abolitionē,

4 sed in meram indulgentiam ex iusta causa seruitij, vt præfertur, quæsiti cum ductu dictæ cohortis militum ære proprio; inter hos autem casus magna est differentia, cum in primo casu ex ea crimina non extinguantur, sed extinguantur prorsus ex secunda, & consequutiuè gratia comprehendat crimina enormissima, quæ in primo casu non includuntur, Piaz d.cap.38.num.2. August.ad Angel.de malef.in verb.& ad querelam, numer.79. Carer.in pract.crim.in 29.excusat.numer.12.fol.222. cum alijs per Farinac.quæst.6.n.61.per tot.

Tum & tertio quia etiam in casu, in quo gratia est 5 nulla, inualida, & subreptitia, gratiati nec carcerari, nec molestari iure possant, nè sub fide publica remaneant decepti, vt pluribus etiam comprobat Martin. ad d. ind. item generale d.cap.45.num.11 & 12.vbi post Clar.quæst.59.num.4. ad med. quod in Senatu Mediolani carceratus relaxatus fuit, & pristinæ libertati restitutus, nõ obstante, quod gratia delicti fuisset minus legitima, Farinac.cons.53. numer.16. lib.1. Guazzin. defension. 2. cap.9. numer.6.

Idque magis indicandum hoc casu, postquam ex dicto rescripto liquet, ex adductione militum cohortis ære proprio fuisse effectuatam contemplatione impetrationis dictæ gratiæ; nam propterea patet, 6 quod illa post ductum, & seruitium præstitum intelligenda sit, quod fuerit motu proprio concessa, quamuis qualitas motus proprij non fuerit expressa, Gramat. cons.58. num. 13. ante finem, & num.seq.

Accedente insuper, quod ijdem post impetratam a Principe habente potestatem gratiam prædictam correspectiuam durante bello vsque ad pacis publicationem, & post gratiam subscriptam à dicto Eminentiss. D. Legato de latere, & registratam non solum ab eius secretario, sed exhibitam quoque in actis notarij fuerunt extracti à loco immuni, & expensis maximis ex copia satellitum secum 7 adductorum: siquidem non dubitatur quin banniti, & condemnati gaudere debeant immunitate Ecclesiæ, quando condemnati fuerunt pro alijs criminibus, quàm exceptis in Constitutione Gregorii XIV. super immunitate Ecclesiarum, quæ est Constitutio 7. in nou. Bullario, tom.2.fol.694. quæ reperitur etiam apud Ambrosinum tractat.de immunit.Eccles.fol.1. nam cum casus excepti à dicta Constitutione sint primò, vbi carcerati fuerint publici latrones, viarumque grassatores, qui itinera frequentata vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidijs aggrediuntur; secundò vbi fuerint depopulatores agrorum; tertiò vbi homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesijs, earũuè cœmeterijs committere non verentur; & quartò vbi proditoriè proximum suum occiderint, aut assassini, vel Rei læsæ maiestatis diuinæ, vel humanæ, in nullo ex casibus prædictis, vt præfertur, excepti comprehenduntur capita expressa in monitorijs quæ contra prædictos emanarunt, quorum vigore sententiæ desuper latæ asseruntur, ac propterea nec etiam dubitandum, quin immunitate Ecclesiæ gaudere debeant, vt etiam per Farin.in tract.de immun n.42.

Quamuis autem iubente Summo Pontifice aliud fit, tamen iussus, de quo constat in hoc casu, qualis fuerit habetur in commissione signatoria manu eiusdem Sanctissimi signata; neque enim mirum, quod Sanctissimus ita rescripserit, dum oratores in obtinenda dicta sanatoria, tacuerunt, eosdem Carolum & Theseum fuisse de omnibus assertis criminibus gratiatos à dicto Eminentiss. D. Cardinali Legato ex iusta causa seruitij præstiti durante bello cum militum cohorte proprijs sumptibus expedita, & durante bello etiam proprio ære retenta; 8 quandoquidem, quod hæc gratia censeri debeat sufficiens pro fruenda Ecclesiæ immunitate, firmat in fortioribus terminis Alberic.in l.præsenti, 5.§.cum autem, num. 8 ad med. vers.sed si hoc casu data sit alias, col.mihi 3.in fine, & col.4.in princ. C.de his, qui ad Eccles.confugiunt.

ARGVMENTVM.

De eadem re. Et de causis excusantibus à prætensa subreptione.
De excusatione forensis ab inobseruantia edictorum.

SVMMARIVM.

1 *Subreptio dicitur, quando non exprimitur id quod si fuisset expressum gratia nullo modo, aut difficilius concessa fuisset.*

2 *Subreptio non resultat ex omni omissione, sed ex ea duntaxat, quæ ex Iuris dispositione exprimi debet.*

3 *Qualitas, quæ a Iure non consideratur exprimi non debet.*

4 *Subreptio vt euitetur, sufficit in Principe cogitatio generica.*

5 *Subreptio vt euitetur, sufficit, quod qualitates expressæ sint per æquipollens.*

6 *Relatio æquipollet expressioni.*

7 *Generaliter verba remissionis delictorum concessæ titulo oneroso comprehendunt delicta grauissima.*

8 *Dolus ab allegante est probandus.*

9 *Subreptio non datur sine dolo.*

10 *Ignorantia in facto proprio non admittitur.*

11 *Sententia condemnatoria fundata solum super testibus pro informatione Curiæ examinatis non dicitur ob delictum, sed ob contumaciam.*

12 *Sententia præsumitur lata contra absentem potius propter contumaciam, quam propter delictum, etiã si Iudex asseruerit constare de delicto per veras probationes.*

13 *Monitorio nulliter exequuto corruit sententia contumacialis.*

14 *Subreptio cessat stante ignorantia petentis.*

15 *Subreptio cessat ex verisimili scientia Principis.*

16 *Subreptio cessat in gratia, quæ titulo oneroso emanauit.*

17 *Implementum fieri etiam potest per æquipollens.*

18 *Scientia ex actu æquiuoco non desumitur.*

19 *Edictum non publicatum non ligat.*

20 *Notario attestanti de actu præterito non creditur.*

21 *Notarius, qui non dedit instrumentum, sed fecit fidem, non facit sufficientem probationem.*

22 *Notarij assertioni sine testibus non creditur.*

23 *Forenses præsumuntur ignorare bannimenta.*

24 *Casus mixtus non comprehenditur sub simplici, in quo militet diuersa ratio.*

25 *Credulitas iusta excusat à dolo.*

26 *Pro*

16 *Pro Carceris priuati delicto, quicquid sit de Iure, non imponitur pœna mortis, sed alia mitior, & præsertim quando non committitur ad effectum vsurpandæ iurisdictionis.*

17 *Specialia criminis lesæ maiestatis procedunt in primo capite, non autem in secundo.*

CONSILIVM CCCLXXXVIII.

REgula in qua insistitur pro nullitate rescripti Eminentissimi D. Cardinalis ex capite subre-
1 ptionis ex c. ex parte, §. rerum quoniam, & c. super litteris, de rescript. cum aliis per Rot. decis. 70. num. 1. & decis. 288. num. 11. & decis. [illegible]. num. 16. post lib. 2. cons. Farin. in quibus traditur, quod subreptitia dicitur gratia, in qua non exprimitur id, quod si fuisset expressum, aut gratia non fuisset concessa, aut difficilius, nullatenus casui, de quo agitur applicari potest; quoniam æque certa
2 est alia regula, quod non omnis omissio reddit gratiam subreptitiam, sed illa duntaxat, quæ ex Iuris dispositioni exprimi debet, Felin in c. postulasti, num. 1. col. 4. ad med. vers. declara etiam notabiliter, de rescript. Caputaq. decis. 310. num. 3. par. 1
3 sicut nec ea qualitas exprimi debet, quæ a Iure non consideratur, Caputaq. decis. 36. numer. 1. & decis. 416. num. 1. par. 2. & decis. 224. nu. 1. & decis. 245. num. 1. par. 3. Menoch. de arbitr. cas. 201. num. 26. Farinac. cons. 93. numer. 6. lib. 1. Rot. decis. 257. num. 3. post lib. 2. cons. Farin.

De Iure autem in casu, de quo agitur, nec numerus assertorum delictorum, nec qualitates aggrauantes necessario erant exprimendæ.

Primo quia ab Excellentissimo D. Sanctæ Ecclesiæ Generali ex authoritate sibi concessa per Breue Pontificium sub 18. nouembris 1641. prius emanauerat publicum, & generale edictum cum libero, & securo saluo conductu in quo bannitis, & contumacibus quibuscumque pro quocumque delicto etiam capitalissimo accedentibus ad seruitium actuale Sedis Apostolicæ in tunc imminente bello dabatur spes omnimoda remissionis; hoc enim
4 stante, cum idem Eminentissimus posset in genere cogitare, quod DD. Carolus, & Theseus banniti contumaces essent de pluribus criminibus capitalissimis exceptis, hoc ipsum prætensam subreptionem exclusit, Rot. decis. 38. num. 3. ad med. par. 1. & decis. 628. num. 9. par. 4. & decis. 100. num. 30. par. 5. recent.

Secundo quia de hac scientia in genere non solum liquet ex edicto prædicto, sed ex qualitate ipsius rescripti remissionis, dum amplissimè omnia eisdem præiudicilia in Curia, vel Gubernatoris Almæ Vrbis, vel A. C. recidit, & remisit, mandans propterea eos in futurum non molestari tanquam nõ processatos, & dicta præiudicia non habentes, & quemcumque processum in dictis tribunalibus cassari; subreptio autem, cum, vt euitetur, suffi-
5 ciat, quod qualitates expressæ sint per æquipollens, Caputaq. decis. 221. nu. 1 par. 3. æquipollens
6 fuit relatio ad acta in dictis tribunalibus, Rot. decis. 466. num. 5. & decis. 506. num. 5 part. 1. recent.

Tertio quia quando remissio non fit ex mera gratia, sed ex causa onerosa, qualis fuit remissio in hoc casu, ex quo emanauit non solum ob seruitium personale præstitum in d. bello; sed ob cohortem 200. militum ab initio, & deinde propriis sumptibus ipsorum durante bello retentam, de cuius veritate ambigi nequit, stante ipsius D. Cardinalis Legati assertione in eodem rescripto, adeout illi contradici nequeat, Bald. de pace Constantiæ, §.
7 1 incip. Imperialis, num. 28. vtique verba remissionis generalia omnium præiudicialium, exceptionem prætensæ subreptionis minime patiuntur tanquam comprehensiua omnium delictorum, ac proinde exceptorum criminum grauissimorum etiam lesæ maiestatis, vt per Mastrillum, quem adduxi in alia in Comment. ad indultum generale cap. 5. nu. 4. fol. 19. qui loquitur in terminis fortioribus.

Hinc autem tantum abest, quod exaduerso probetur, quod in prætensa subreptione insit dolus, si-
8 cut ex regula certa ab allegãte est probandus perspicue, & concludenter Rota decis. 101. numer. 4. & decis. 199. num. 12. post lib. 2. cons. Farin. quod immo dolus quicumque prætensus omnino exclu-
9 ditur, ac consequutiue cessante dolo nullatenus de subreptione dari potest, vt in terminis ad assertæ subreptionis exclusionem per Aegid. decis. 4. n. 1 Seraphin. decis. [illegible]. nu. [illegible]. & decis. 936. nu. 3. & decis. 1009. num. 6.

Nec obstat prætextus doli ex eo, quod debuissent exprimere qualitatem plurium delictorum, pro quibus vltimo loco fuerant condemnati tanquam
10 consistentium in facto proprio, cuius propterea, vt exaduerso dicitur, ignorantiam prætendere non poterant, ex allegata decis. 288. num. 11. post lib. 2. cons. Farinac. quoniam quatenus exaduerso dicitur, scientiam probari ex eo, quia ipsi ea crimina commisissent, prætextus excluditur, dum commissio ex sententia condemnatoria minime
11 probata censeri potest, cum sententia condemnatoria fundata solum super testibus examinatis pro informatione Curiæ dici nequeat ob delicta, sed duntaxat contumaciam, Rota post idem lib. 2. consil. Farinac. decis. 145. numer. 4. Seraphin. decis. 354. num. 10. & seq. vbi quod sententia an lata fuerit propter contumaciam, vel propter delictum, colligendum est ex actis, quia vbi in illa contra Reum tantummodo adsint indicia delictum argumentia, non autem clara, & concludens delicti probatio, sententia non potest dici lata ob delictũ, sed ob contumaciam, vt etiam per eumdem Seraph. decis. 965. num. 7.

Et in dubio non solum sententia contra absentes lata præsumitur potius lata propter contumaciam, quam propter delictum, Rota post d. lib. 2. Farin.
12 decis. 175. nu. 2. sed hæc conclusio procedit etiam quod Iudex in sententia asseruerit constare de delicto per veras probationes, vt in eadem decisione 175. nu. 1. post med.

Sed neque etiam prætensa contumacia in hoc casu vllatenus afficere potest; quoniam monitorium ad personaliter comparendum, in quo fundatur sententia comdemnatoria, & exinde desumitur exaduerso prætensa scientia delictorum, de quibus prætensi Rei inquirebantur, & consequutiuè facultas eorum narrationis in supplicatione gratię, exequutum dicitur sub 23. Martii 1643. domi per dimissionem copiæ, de quo tempore iidem reperiebantur in territorio Bononiæ militantes in castris, & Sedi Apostolicæ inseruientes; stante autem hac absentia, & saluo conductu eisdem concesso à Superiore habente potestatem, cum expresso præcepto, quod nullatenus molestari possent, vtique sententia prædicta contumacialis fuit nulla tam

la tam ex defectu iurisdictionis propterea suspen-
sæ,ex regula tex.in l.fine pars, C.de dilat. quam ex
13 defectu nullitatis dicti monitorij, illiusque exe-
quutionis,Seraphin.decis.972.num.4.& præsertim
cum sententia præuia productione dicti monito-
rij, vt præfertur, exequuti sub.9. Aprilis dicti anni
1543. fuerit lata de mense Aprilis 1644. per con-
tradictas,ac proinde tempore, quo ijdem fuerant
iam gratiati,necnon cum ex serie huius facti satis
liqueat, ipsos nec de prætensis processibus in ge-
nere,nec in specie scientiam habuisse, vtique hæc
14 ignorantia iuuat ipsos, vt prætensæ subreptionis
exceptioni nullatenus sit locus, Seraphin. d.decis.
20.num.4.Rot.in eisdem terminis exclusiuis sub-
reptionis in eadem exaduerso allegata decis. 288.
num.3.post lib 2.cons.Farin.

Cessatque omnis dubitatio, tum quia subreptionis
15 vitium tollitur ex verisimili scientia dicti Eminē-
tissimi D.Cardinalis Legati,qui gratiā fecit, quod
fuerit informatus de veritate facti & processuum
coram Gubernatore Vrbis,& A. C. vel medianti-
bus litteris eisdem scriptis pro informatione, uel
aliundè ex alijs memorialibus sibi datis,vt per Fa-
rinac.consl.92.num.6 lib. 1.

Tum etiam quia cum non emanauerit gratia ex me-
16 ra liberalitate Principis, sed mediante seruitio in
bello tam personaliter præstito, quàm sub notabi-
libus impensis factis in parata, & retenta militum
cohorte durante bello,hæc effectualiter fuit mera
compositio pariter prætensæ subreptionis exclusi-
ua,vt per eumdem Farinac.d.consil.92.num.9. vbi
etiam num.10.in fine,quòd Gubernator Vrbis re-
soluit,gratiam,de qua tunc agebatur, non fuisse
subreptitiam,lib.1.

Non etiam obstat,quod idem D. Cardinalis Legatus
sub 12.Maii 1644. mediante publico edicto Bono-
niæ edito decreuerit,gratias militibus, & alijs fa-
ctas minimè suffragari, nisi infra tempus dierum
triginta essent præsentatæ, & registratæ in Curijs
locorum, in quibus processus essent formati,ac ni-
si seruato exilio à locis commissorum criminum,

Nam quoad præsentationem, & registrationem gra-
tiæ constat de implemento stante exhibitione rea-
li in actis earumdem Curiarum,cum immò non
17 dubitetur de implemento,dum de eo etiam æqui
pollenter constat,l.fin.in fin ff.mand.Bart.in l.Gal-
lus, §.& quid si tantum,ff.de lib.& posth.Corn.cō-
sil.158.num.4.lib.1.

Quoad verò prætensum exilium à locis pretensorum
delictorum,quia obiectum tollitur ex facto, dum
non constat,eos habitasse,vel stetisse, neque etiam
in territorio dictorum locorum,tolliturque in Iu-
re,quia ipsi gratiam penès acta Curiarum exhibue
runt,non quia notitiam dicti edicti habuerint, sed
quia notum est omnibus, qui gratiam impetrant,
debere illam in actis Curiæ exhibere; quapropter
18 scientia ex actu æquiuoco desumi nequit, Rot
apud bon.mem.Coccin.decisione 89.numer.2. &
decis.379.numer.9.Cardin.Caualer.decisione 570.
num.7.

Prout nec obstat, quod ex eodem edicto, gratiæ
suffragari non possent impetrantibus, nisi obtenta
pace,& Partibus offensis satisfactis;quoniam asser-
19 tum edictum non constat,quòd fuerit publicatū,
Auth.vt factæ nouæ Constit. Farinac.in fragm. cri-
min.in.par.1.num.643 & seqq.& consil.135. num.25.
lib 2.

Neque releuat fides asserti notarij, quod 14. Maij
1644.in Ciuitate Bononiæ publicatum fuerit edi-
ctum, seu bannimentum prædictum ipso notario
20 tunc Exercitus legente, tum quia notario atte-
stanti de actu præterito non creditur, Rota decis.
587.num.2 par.2.recent.Baratt. decision.688. nu-
mer.16.

Tum quia solum attestatur,se edictum tunc legisse,
non autem de asserta publicatione fuisse rogatum,
idque satis etiam patet, dum in pede edicti non
reperitur iuxta stilum aliqua annotatio assertæ pu
blicationis,& nihilominus non etiam aliquid fa-
21 ceret,dum notarius non dedit instrumentum præ
tensi rogitus,sed solum fecit fidem, quæ tam ex
hac ratione minimè assertam publicationem pro-
bat,Rot.decis.687.num.2.post med. vers. in nostro
autem casu,par.1.recent.quam etiam, quia notarij
22 assertioni sine testibus non creditur,vt in ead. de-
cis.687.num.1.post med.vers. tum quia est sine te-
stibus.

Tum etiam quia edicta,& bannimenta,quamuis pu-
23 blicata excusant forenses ignorantes ab incursu
pœnæ,quando sunt absentes à loco,in quo edicta
sunt publicata, prout erant militantes in castris
extra Ciuitatem Bononiæ, in qua publicatio præ-
tenditur,vt per Farin.in fragm.crim.par.1. in verb.
bannimenta,numer.37.Io:Baptista Cauat.de con-
uersat.cum bannit. num.10. apud Carpan. ad Sta-
tut.Mediol.in fine secundi tomi; præcipuè dum e-
dictum non fuit Principis Superiorem non reco-
gnoscentis,vt num.42.

Magisque dum indultum remissionis nullam in se ha-
buit admixtam conditionem, seu qualitatem li-
mitantem,non ex mera gratia, sed onerosa, quia
aut propterea edictum comprehendit solas gra-
tias ex mera liberalitate,ac proinde casus simpli-
24 ces,non etiam casum mixtum,in quo est diuersa
ratio,Rota decis.130.numer.6.post lib.2.consil.Fa-
rinac.

Aut saltem negari nequit, quin ex rationibus præ-
25 missis cesset in hac Parte omnis dolus propter iu-
stam credulitatem,quod ita sibi facere liceat,Rota
decis.219.num.2.in fine,& num.seq.post lib.2.con-
sil.Farin.

Minus quoque releuat, quod vltimo loco obijcitur,
inter prætensa crimina adesse crimen læsæ maie-
statis sæpius ratione priuati carceris commissum,
adeout ex tunc huius criminis Reus ipso Iure
perdat rerum suarum dominium,& administratio-
nem,ex l.fin.C.ad leg.Iul.maiest.& consequutiue
pecuniæ expositæ in retentione cohortis militum
tanquam spectantes ad Fiscum excludunt quali-
tatem gratiæ ex causa onerosa; cessat namque &
hoc obiectum,quia quicquid sit de Iure, certum
26 est,quod de consuetudine pro priuato carcere nō
imponitur pœna mortis,sed alia mitior, & præci-
puè cum non committitur ad effectum vsurpan-
dæ iurisdictionis,sed diuersum, Farin.quæst.27.nu.
35.vbi etiam ante nonam limitationem,quod hūc
Iuris rigorem communis obseruantia temperauit
in vers.limita 9.

Præterea etiam cessat,quia specialia tam d.l.fin. C.ad
27 leg Iul.maiest.quam etiam l.quisquis, §. emanci-
pationes,C.eod.procedunt duntaxat in crimine
læsæ maiestatis in primo capite, non autem in se-
cundo, quia licet ex vtroque capite maiestas lędа-
tur,non tamen specialibus predictis est locus, nisi
in primo capite,& ratio est, quia in primo capite
propriè dicitur hoc crimen committi,in alijs verò
im-

impropriè. Cynus in d.l. quisquis, in princ. ibique Salicet. num. 2. Paul. de Castr. in l. 3. num. 6. C. de Episc. aud. Dec. consf. 410. num. 28. Soc. consf. 275. nu. 3. lib. 2. Cepol. consf. 79. nu. 2. & seq. Menoch. consf. 99. nu. 6. lib. 1. Capic. decis. 130. num. 18. & seq. Oddus consf. 27. num. 17. & 18. & nu. 20. & seq. Farin. quæst. 110. num. 23. & 127.

ARGVMENTVM.

De eadem re. Et pro substentatione gratiæ an sufficiat expresio delictorum generica, & relatiua.

SVMMARIVM.

1 *Conuentio publica ea est, quæ fit per Principem, aut per Duces belli.*

2 *Sub Fide publica nemo decipi debet. Et hoc ipsum procedit in gratia, quamuis nulla, vt num. 3.*

4 *Gratia ex titulo onereso, & per verba generalia comprehendit etiam crimina excepta, & atrocissima. Et num. 12.*

5 *Indultum generale per viam abolitionis non comprehendit enormia, secus vero per viam indulgentiæ Principis.*

6 *Relatio operatur expressionem etiam ad effectum adimplementi formę.*

7 *Relationis triplex est species generalis, specialis, & singularis.*

8 *Speciale mandatum concedere, vel mandatum, quod refertur ad rem specialem, idem est.*

9 *Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.*

10 *Relatiua expressio satisfacit formæ etiam quoad qualitatem.*

11 *Ex Generalitate verborum expressorum a supplicante oritur obscuritas, & subreptio, secus verò expressorum à concedente.*

13 *In Gratia concessa motu proprio sufficit expressio delictorum per viam relationis.*

14 *Supplicatio præcedens, in qua non fit mentio de eo, ad quod fit relatio in concessione, non efficit, quin rescriptum dicatur motu proprio emanasse.*

15 *Gratia ex titulo oneroso concessa a Principe habet vim contractus.*

16 *Contractus cum Principe tanquam bonæ fidei latam recipit interpretationem.*

17 *Argumentum de re ad tempus valet.*

18 *Precij qualitas declarat ea, quæ in venditione comprehenduntur.*

19 *Bannitus ostendens gratiam sibi a Principe concessam auditur, et impedit exequutionem sententiæ.*

CONSILIVM CCCLXXXIX.

Deducta exaduerso releuantia minimè videntur ad effectum, vt isti carcerati puniri valeant ratione prætensorum delictorum, quorum remissionem plenariam ab Eminentissimo D. Cardinale tunc de latere Legato totius Exercitus Ecclesiastici impetrarunt, attento seruitio præstito tam cum personis proprijs, quam cohorte peditum proprijs impensis conducta ad effectum obtinendi à dicto Eminentissimo gratiam remissionis, hoc enim solum sufficiens censeri debere, non obstantibus obiectis pro huius gratię prætensa nullitate videtur, ne sub fide publica decepti remaneant, cum non solum tale seruitium fuerit propterea ex causa publi-
1 ca, sed publica conuentio ea sit, quæ fit per Principem, aut quoties Duces belli inter se quædam pacifcuntur, vt inquit textus in l. conuentionum 5. vers. publica, ff. de pact. per quem textum, quod securitas concessa per gerentem vices supremi Principis etiam bannito ex delictis, vt etiam securitas concessa in casu, in quo de Iure non debuis-
2 set concedi, sit seruanda, ne sub fide publica circumueniatur, itaut nullus, qui de Principalibus litteris confidit sit decipiendus, idque magis ad ipsius Principis honorem magis pertineat, plene comprobat Surd consf. 281. num. 8. vers. quibus tamen non obstantibus, & num. 9. & seq. lib. 2.

Et hoc ipsum procedit in gratia quamuis nulla, & in-
3 ualida, vt per Mastrill. in comment. ad indultum generale cap. 45. num. 12. per totum.

Sed neque etiam inspecto tenore edicti publicati ab Excellentiss. S. R. E. Capitaneo Generali Bononiæ sub 7. Augusti 1642. obstare videntur duo obiecta desumpta, alterum ex verbis respicientibus causas delictorum gratiabiles, & alterum concernens formam seruandam in supplicationibus inquisitorum, & delinquentium pro narrandis eorum delictis, & pœnis.

Siquidem quoad primum, quod delicta atrocissima non veniant sub generali abolitione, ex Mastrill ad indultum generale cap. 29. num. 9. cum alijs exaduerso allegatis nec obiectum applicatur, cum hęc Pars non nitatur indulto aliquo generali, sed specifico ratione suarum personarum ex causa onerosa prædicta, & sub verbis comprehensiuis omnium delictorum, pro quibus erant inquisiti, & processati, tam in Curia Gubernatoris Vrbis, quam
4 A. C. quandoquidem propterea dubitari nequit circa comprehensionem de voluntate Principis gratiantis, quoniam hoc casu comprehensa censentur etiam crimina læsæ maiestatis, & alia quæcumque excepta, & atrocissima, Plaz. in epitom. delictorum cap. 38. num. 3. vers. secundo. Clar. §. fin. quæst. 59. num. 4. ante fin. vers. scias etiam, idem Mastrill. exaduerso adductus in d. comment. ad indult. gener. cap. 5. num. 4. minusque de potestate eiusdem gratiantis, tam ex proprijs facultatibus sibi attributis in prædictis legationibus, & commissariatu amplissimo dicti Exercitus, quam etiam ex ipso edicto Excellentissimi D. Capitanei Generalis, dum expressit, edictum publicasse, per aprire la strada nelle presenti congiunture alle gratie della Santità sua, e della Sede Apostolica à tutti i sudditi dello Stato Ecclesiastico, che si trouano banniti, ò condennati etiam in pena della vita, & inquisiti, e contumaci per qualsiuoglia sorte di delitto etiam capitalissimo, & præsertim cum sit differentia inter indultum generale abolitionis, quod
5 ad enormia delicta non extenditur, & inter indulgentiam Principis, quæ fit cum causa; nam hęc indulgentia generalis de omnibus delictis commissis compræhendit etiam crimina grauissima læsæ maiestatis, falsi, & assasinij, quę in indulto abolitionis generalis minimè compræhenduntur, prout sic formaliter distinguit, & declarat idem Mastrill. ad dictum indultum generale d. cap. 5. numer. 4. & per

per tot. vbi pluribus comprobat. & in fine testatur pluries per Senatum fuisse iudicatum, & hęc esse notanda, quia partes errarunt confundendo terminos abolitionis, & indulgentię, quem etiam sequitur Larrea nouarum decis. Granat. disput. 25. n. 10. ante finem, vers. cuius latissima indulgentia, & latissimè alijs pluribus comprobat Farin. quęst. 6. num. 61. per tot.

Quoad verò secundum obiectum, quod in precibus continentibus rescriptum dicti Eminentissimi D. Cardinalis non exprimantur delicta condonata, nec etiam narretur causa pro qua oratores gratiati essent inquisiti in Curijs A. C. & Gubernatoris Vrbis, minus obiectum releuat ex regula, quod rescriptum vitiatur ex inobseruantia formæ, quæ nūquam possit omitti tanquam dans esse rei, quodque rescripta gratiosa remissionis delictorum non suffragentur omissa expressione qualitatum illorum; nam cum in præfato rescripto gratia expressim fuerit concessa sub comprehensione omnium preiudicialium in Curia vel Gubernatoris Vrbis, vel A. C. cum recisione, & remissione, cum mandato explicito, ne in futurum molestarentur tanquā non processati, & cum mandato cassandi dicta prę-iudicialia & quęcumque processum in dictis tri-
6 bunalibus, vtique huiusmodi expressio sub relatione ad acta in dictis tribunalibus Gubernatoris, & A. C. fuit sufficiens tanquam illa, quæ operatur indiuiduam expressionem etiam ad effectum implementi formæ tam ratione subiecti relati, quam qualitatum in eodem relato subiecto expressarum vt pluribus comprobat Tiraq. in l. connub. in verb. exprez. glo. 7. num. 182. & seqq. vsque ad num. 187. quamuis enim aliqui contra, relati dicto nu. 187.
7 & 188. & sequen. tamen n. 194. declarando triplicē esse expressionem relatiuā, vnam videlicet generalem, quæ refertur ad generale quippiam, quæ non satisfacit formę, cum sit impropria, & secundam specialem, & tertiam singularem, quæ scilicet refertur ad aliquod speciale, firmat, quamcumque illarum diciveram, & propriam expressionem; talis autem fuit relatio ad acta certa dictorum tribunalium quoad inquisitionem, & processus harum personarum.

Ideoque in specie idem est concedere mandatū spe-
8 ciale, vel aliud, quod refertur ad rem specialem, Bald. cons. 13 num. 1. ad med. vers. vel per relationem ad aliud, & cons. 181. num. 2. ad med. vers. vel per relationem, lib. 5.

Et quicquid aliqui relati per Tiraquell. vbi supra in contrarium velint, receptior est opinio, vt præfertur distinguendo, nedum quia habet assistentiam
9 ex vulgata regula, quòd relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus, Rot. decis. 243. nu. 7. par. 2. diuers. Card. Mantic. decis. 337. num. 7. & est textus in l. si ita scripsero, 38. ff. de condit. & demonstr.

Sed quia in puncto per expressionem relatiuam satisfactum est formæ à lege requisitæ, etiam quoad qualitatem, vt firmauit Rota in Romana census de Carauaschinis 22. Iunij 1609. coram Penia.

Nulla que videtur prorsus difficultas hoc casu, quo generalis expressio per relationem non processit in supplicatione oratorum, sed idem Eminentissimus D. Cardinalis in rescripto suo motu postquam [illegible] fuit, oratores seruitium adhuc præstitisse [illegible] cohorte peditum conducta de proprio ad effectum obtinendi gratiam, cam concessit quoad omnia præiudicialia in Curia vel Gubernatoris,
11 vel A. C. nam hoc casu cessat illa ratio, quòd ex generalitate oriatur quadam obscuritas, ex qua facile Princeps circumueniatur, ex qua mouentur Felin. in c. dilectus filius, 27. num. 10. de rescript. & alij adducti per Farinac. cons. 3. num. 12. & seqq. vt idem quoque admittit. num. 13. post med. vers. id tamen esset intelligendum. & num. 15. lib. 1.

Idque apertissimè etiam conuincit qualitas causę
12 per eumdem Principem in dicto rescripto expressa seruitij prestiti in bello cum cohorte peditum de proprio conducta; nam hęc qualitas nedum demonstrat remissionem apud eumdem Principē fuisse conuenientem, sed meritò propterea comprehensa fuisse omnia delicta, quamuis enormissima, Plaz. in epitom. delict. cap. 38. num. 2. August. ad Angel. de malefic. in verb. & ad querelam, num. 79. Carer. in pract. crim. in 29. excus. tione, num. 12. fol. mihi 242. vt etiam plenè per Farinac. d. quæstion. 6. num. 61.

Minus quoque releuans censeri potest, quod additur, debuisse pro subsistentia gratię mentionem fieri de pluribus alijs criminibus, de quibus oratores prius gratiam obtinuerant ex pluribus exaduerso
13 adductis, tum quia non procedunt in remissione facta motu proprio, Mastrill. in d. comment. ad indultum gener. cap. 28. num. 7. Farinac. d. cons. 3. numer. 13. post med. vers. id tamen erit intelligendum.

Siquidem, quod verba relatiua ad processus, ac omnia præiudicialia in Curia vel Gubernatoris, vel A. C. fuerint motu proprio expressa, satis liquet,
14 dum de hac relatione in supplicatione nullum verbum, quamobrem supplicatio præcedens minime facit, quin rescriptum sub d. relatione fuerit motu proprio, & suos Iuris effectus pariat, Seraphin. decis. 319. numer. 1. & decis. 356. num. 1. cum sequen.

Tum etiam quia dictum rescriptum Princeps rescribens fundauit in expressione dictæ rationis notabilis, & insoliti seruitii præstiti cum cohorte peditum propriis impensis conducta ad effectum liberam gratiam obtinendi, eamdemque gratiam cum idem Princeps fecerit, sequitur, quod gratia ha-
15 beat vim contractus, vt per Alciat. cons. 105. numer. 4. vbi etiam numer. 5. quod contractus cum
16 Principe initus tanquam bonæ fidei latam interpretationem accipiat tom. 2. lib. 5. & consequutiue, quod censeatur Principem fuisse informatum de aliis prætensis delictis, pro quibus prius gratia fuerat sub Principe obtenta, & præsertim cum de iis mentio specifica haberetur apud acta eiusdem A. C. vel ex ratione Crauettæ cons. 2. nu. 14. vers. primo dum asserit, quod consilium adducit The-
17 saur. decis. 21. num. 2. cum valeat argumentum de re ad tempus, vt per Euerard. dicto loco fol. 221.

Vel quia in contractibus recepta est conclusio, quod
18 ex qualitate precii ea compræhenduntur, quæ alioquin non compræhenderentur, glos. in l. 1. § qui superstitem, ff. de superfic. Paris. cons. 64. numer. 44. lib. 1. Menoch. præsumpt. 73. numer. 6. lib. 3.

Atque hinc attestatio Excellentissimi D. generalis tunc Magistri Exercitus, quod ipse dederit memoriale plenissimum dicto Eminentissimo D. Cardinali continens multa capita prætensorum delictorum, de quibus erant oratores imputati in tribuna-

bunalibus A.C. & Gubernatoris Vrbis fidem me-
19 retur, dum exhibita fuit pro replicatione exceptionibus exaduerso datis aduersus gratiam dicti Eminentissimi, non obstante prætensa sententia condemnatoria lata in Vrbe, dum oratores erant in actuali seruitio dicti Exercitus per contradictas ex rationibus Chartar. de exequut. sentent. capt. bannit. cap. 3. num. 67. & seqq. & Farin. quæst. 6. nu. 1. ante fin.

ARGVMENTVM.

De eadem re. Et an, & quando hostica exceptio militibus suffragetur.

SVMMARIVM.

1 *Fides publica etiam hostibus seruanda est.*
2 *Carceratus sub securitate relaxari debet.*
3 *Hostica exceptio competit militibus, vt durante seruitio militari, & aliquo termino antea, et postea molestari nō possint ciuiliter, nec criminaliter.*
4 *Hostica exceptio non competit militibus, qui sponte vadunt ad bellum, sed illis, qui vadunt admoniti.*
5 *Hostica exceptio est fauoribilis ex causa publicæ vtilitatis.*
6 *Contumax verus, non fictus dicitur, qui personaliter fuit citatus, et comparere recusat.*
7 *Contumax non dicitur, qui aliquam habet iustam causam.*
8 *Hosticæ exceptioni renunciari potest.*
9 *Saluo conductu concesso assecuratus nullam vim pati debet nec cum armis, nec sine armis, nec iudicialiter, nec extraiudicialiter.*
10 *Securitas concessa ex causa seruitii dicitur concessio per modum contractus.*
11 *Sententia lata contraria saluo conductui dicitur nulla.*

CONSILIVM CCCXC.

Dixi in vltima, & nunc repeto, quod nimis durum videtur, quod soli huic Parti controuertatur subsistentia rescripti sibi ab habente potestatem, & voluntatem concessi ex causa seruitii præstiti in bello, non solum cum propriis personis, sed cum cohorte militum propriis stipendiis in eiusdem belli seruitium adducta, & retenta vsque ad belli finem, & tamen aliis, quibus pro obtinendis gratiis nec huiusmodi, neque aliud onus fuit impositum, quam cum solis personis in dicto bel-
1 lo seruiendi, fides publica seruetur; neque enim dubitatur, quin ad Principis honorem magis pertineat fidem seruare, adeout neque etiam hostes sub publicæ fidei securitate sint decipiendi, ex textu quem allegaui in l. conuentionum, 5. loquente de Ducibus belli, ff. de pactis, cum aliis per Surd. cons. 281. num. 9. 10. & seq. lib. 2.

Nunc autem addo, quod notat Fortunius Garzia in repet. d. l. conuentionum num. 15. ante finem, vers. et ita cum essem, ff. de pact. inquit enim, in Hispania quemdā Comitē, qui præerat Prouinciæ, fidem dedisse, sed ei assessorem consuluisse, vt eum cui fidem dederat, ea non obstante, retineret, at dictum Comitem dixisse, tu leges me alias doceas, contrariam ego legem à fidei ratione didici, vt videre est apud Garziam prædictum in vol. 1. Repetentium ciuilium ad d. l. conuentionum. fol. 409.

Siquidem ex hac ratione in Consilio Neapolis apud
2 Franc. decisum fuit, quod etiam foroiudicati carcerati stante securitate concessa erant relaxandi, & ad pristinam libertatem reducendi, vt decis. 673 num. 5. seqq. ac per tot. & decis. 258. etiam per tot.

In hoc autem casu id clarius demonstratur ex nullitate sententiæ contumacialis latæ cōtra prædictos sub 30. Aprilis 1644. tanquam posterioris dicto rescripto registrato sub 16. Aprilis eiusdem anni, immo etiam ex nullitate exequutionis prætensi monitorii ad personaliter comparendum exequuti contra prædictos absentes domi dimissa copia 22. Martii 1643. ac reproducti sub 9. Aprilis sequentis, prout etiam citationum deinde in Curia per contradictas; cum enim ex militum matricula, siue rolis exhibitis liqueat, eosdem tunc fuisse absentes actualiter seruientes in d. bello, videlicet Carolum 4. Decembris 1642. per totum mensem Iulii 1643. & de mense Augusti sequentis fuisse Capitaneum dictæ cohortis, Theseum vero à prima Decembris 1642. per totum mensem Iunii 1643. consequutiue constat, tam monitorium, quam citationes omnes, ac etiam sententiam prædictam fuisse extortas, dum erant absentes in actuali dicto seruitio; quamobrem negari non potest, quin etiam omnium euidens fuerit nullitas, tum quia obstabat, & obstat exceptio hostica ex eisdem exaduerso allegatis, etenim termini exceptionis ho-
3 sticæ isti sunt, vt per aliquem terminum antequā quis vadat ad exercitum, ac durante seruitio, & deinde etiam per alium terminum seruiens in bello nullibi conueniri possit nec ciuiliter, nec criminaliter, idem Afflict. ad Constit. Neapol. lib. 2. tit. 19. de except. hostic. loquens de bannitis, & sic in fortiori casu ante numerum 1. vers. hic est se-
4 ptima pars. & num. 1. fol. mihi 47. declarans num. 2. eos duntaxat hac exceptione vti non posse, qui sua sponte vadunt ad exercitum, secus qui vadūt admoniti, prout de admonitione constat hoc casu ex publicatione edicti publicati de ordine Papæ per Excellentissimum Principem Generalem Exercitus sub 7. Augusti 1642. vt etiam per Carolum de Grassis tract. de exceptionibus in 3. exceptione num. 15.

Atque hinc non afficit, quod habens fori priuilegium per non oppositionem, & contumaciam illud perdat, sicut etiam ipsam exceptionem hosticam, ex eodem Affl. ad Constit. Regni dicto lib. 2. vbi supra, quia idem Afflict. hoc intelligit in eo, qui vadit ad Exercitum sponte, non autem admonitus, & inuitatus, vt eodem num. 3. vers. tertio quero, & num. 4. præsertim cum exceptio hostica sit fauo-
5 rabilis, ex quo est absentia causa publicæ vtilitatis, vt per eumdem Afflict. eadem rub. 19. nu. 8. & Carolum de Grassis d. except. 3. num. 18.

Et quia Afflictus vbi supra, & adductus decis. 133. in-
6 telligi non potest, nisi in vera contumacia, mediantibus citationibus personaliter, non autem in contumacia ficta, Farin. quæst. 18. num. 52. cum
7 contumax dici non possit, qui aliquam habeat iustam causam, vt per eumdem Farinac. quest. 11. num. 50.

Ideoque non obstat Francus alleg. decis. 164. num. 9.
8 & Carolus de Grassis d. except. 3. num. 18. quate-

nus dicunt exceptioni hosticę posse renunciari, quia ex præallegatis intelligi nequeunt, nisi in renunciatione expressa, sicut etiam loquuntur, vel in vera contumacia.

Cæterum in casu, de quo agitur, difficultates quęcumque cessant ex saluo conductu libero in præfato edicto de mandato Sanctissimi per Excellentissimum Principem tunc Generalem S.R.E. concesso omnibus militibus in dicto bello seruientibus per totum tempus, quo seruierint vsque ad finem
9 belli, & per duos menses postea; eiusmodi namq; saluus conductus intelligitur, vt assecurati nullam vim patiantur, nec cum armis, nec sine armis, nec cum authoritate iudiciali, nec extraiudiciali, vt firmant in his terminis Ioannes de Platea in l. 1. per illum textum col. 1. ante med. vers. quæro, quæ securitas, C. de nauiculariis, seu naucler. lib. 11. adeout prętérea nullatenus aliquid possit innouari, nec directe, nec indirecte, cum aliis pluribus pariter in eisdem terminis per Francum decis. 673. per tot. & decis. 674. pariter per tot.

Ad quas decisiones aduerti supplicatur, quia primò
10 firmant, quod securitas concessa ex causa seruitii dicitur concessio per modum contractus, & conuentionis, vt d. decis. 673. num. 3. & 4.

Secundo quod sententia lata contraria securitati, &
11 saluoconductui dicitur nulla, & ratione huius nullitatis minime exequibilis, vt eadem decis. 673. num. 3. adeout huiusmodi sententia non possit dici sententia, vt d. decis. 674. nu. 1. vers. sententiam prędictam esse nullam, & ante finem, vers. quod si sententia.

Tertio, quod in dicta decis. 673. numer. 2. ante finem, & num. seq. nulla fuit habita ratio sententiæ prioris Magnę Curię Vicarię tanquam fundata in contumacia aduersus concessam securitatem.

Quartò, quod attenta grauitate Causę decisio prædicta 673. emanauit iunctis Consiliarijs duarum Aularum.

ARGVMENTVM.

Testes, qui in vim monitorii timore excommunicationis reuelarunt, an possint examinari in criminalibus pro informatione Curiæ, vel sufficiant ad transmittendum Commissarium.

SVMMARIVM.

1 *Monitoria pro habendis reuelationibus sub pœna excommunicationis non conceduntur in rebus criminosis ad effectum instruendi Causas criminales.*

2 *In Monitorijs pro habendis reuelationibus inseritur clausula, quod ex reuelationibus ciuiliter tantum agi possit.*

3 *Ex Reuelationibus in vim monitorii non desumuntur inditia ad effectum procedendi criminaliter, vel transmittendi Commissarium.*

4 *Probibitum fieri directè, censetur etiam prohibitum fieri per indirectum. Et num. 6.*

5 *Prohibito vno censetur quodcumque aliud prohibitum, per quod peruenitur ad illud.*

CONSILIVM CCCXCI.

Nulla ratione mulieres istę criminaliter vexari possunt ex prętextu impedimenti illati ad testandum quondam Stephano; certum enim est,
1 quod neque ex ratione, quòd crimina non debeant remanere impunita, neque ex illa, quod occultare veritatem in teste sit peccatum, neque ex alia quacumque concedenda sunt monitoria pro habendis reuelationibus sub comminatione excommunicationis in rebus criminosis, itaut exinde Causę criminales instruantur tam ex Constitutione Pij Quinti edita 27. Iunij 1570. dum expresse statuit, neque etiam litteras Apostolicas in forma, significauit, concedendas, nisi ad eorum duntaxat instantiam, quorum ciuiliter interest, vt in dicta Constitutione, quam inserit Barbos. in tractat. de Episcopo par. 3. alleg. 96. num. 3. ad med. vers. in hęc verba, quam etiam ex stilo tam Romanę Curię, quam generali Diœcesanorum, qua ratione in ipsis monitorijs ponitur clausula, prout posita fuit
2 in hoc casu, nolumus tamen, quod ex reuelatione huiusmodi, si eam fieri contingat, nisi pro ciuili interesse, & ciuiliter tantum agi possit, aliàs reuelatio ipsa neque in iudicio, neque extra fidem faciat, Neuiz. in sylua nupt lib. 3. in verb. monitorię, num. 50. Leon. in thesaur. for. Eccles. par. 4. cap. 7. num. 21. Marci Anton. Genuens. in prax. Episc. Neap. cap. 1. numer. 7. Lazar. tract. de monitor. sect. 1. quæst. 10. Ricc. in prax. 2. edit. resolut. 240. num. 1. 2. 3. & seqq. & per tot. Barbos. de Episcop. d. par. 3. allegat 96. num. 32.

Neque obstat, quod Curia criminalis non assumat fũdamentum aliquod in reuelationibus sequutis vigore monitorialium, sed transmisso Commissario ex testibus pro informatione Curiæ examinatis,
3 tum quia Commissarius fuit transmissus ex inditijs desumptis ex eisdem reuelationibus, quia adhęrens Fisco illis vsus fuit ad effectum Commissarium obtinendi, idque necesse est, ne alioquin optimus Iudex dicatur Commissarium absque vllo inditio transmisisse; talis autem vsus etiam ad dictum effectum fuit ex clausula prædicta prohibitus. Riccius d. resolut. resolut. 240. num. 4.

Tum etiam quia, vbi Iudex criminalis cognitis reuelationibus, vel alias habita earum notitia posset eos, qui reuelarunt, examinare pro informatione Curiæ ad finem ex illis instruendi iudicium crimi-
4 nale, per indirectum indistinctè eluderetur clausula prædicta, quæ tam ex Constitutione Pii Quinti quam de Iure, & stilo in monitoriis decernitur; quod autem directe prohibetur, censetur etiam prohibitum fieri per indirectum, l. Seius, & Augerius 27. ff. ad leg. falcid. Alex. cons. 32. nu. 2. vers. præterea, & 2. lib. 2. Aym. cons. 197. num. 9.

Quemadmodum, & generalis est regula, quod vno
5 prohibito, censetur quodcumque aliud prohibitum, per quod ad illud peruenitur, l. oratio, ff. de sponsal. l. eos, in fine, C. de vsur. Surd. cons. 301. nu. 74. lib. 3. Dec. cons. 502. num. 3. Crescent. decis. 2. de confess.

Atque ideo in hac ipsa materia receptum est pro re-
6 gula, quod admittenda minime sit via tendés indirecte ad destructionem eius, quod directe prohibetur, Io. Andr. in c. nouit num. 6. post med. vers. alias si indistinctè, de iudic. Bart. in extrauag. ad reprimendum in verbo denunciationem, num. 9.

Neuiz.in Sylu.nupt. d.verbo monitoriæ.lib.3.num. 51.Leon. in thef.for.Ecclef.d. par.3.cap.7. num.20. ante finem Gutier. canon. quæſt.lib.1. cap.11. nu. 84.verſ. alias enim.

ARGVMENTVM.

Legatum an, & quando impugnari poſsit ex prætextu imperfectæ, vel minus ſolemnis voluntatis.

Ex voluntate minus ſolemni an competat retentio legati.

SVMMARIVM.

1 *Legata non immutantur ſola cogitatione, ſed requiritur perfectio. Et num. 3.*
2 *Legatum vbi immutatur a teſtatore, non egreditur terminos immutationis.*
4 *Voluntas, quæ non fuit expreſſa per verba, dummodo veniat in neceſſariam conſequentiam, habetur pro legitima.*
5 *Voluntas dicitur tranſire in diſpoſitionem, quando ex caſu ſuperueniente colligitur præſumptio, & coniectura.*
6 *Scriptura manu propria ſcribentis probat contra eum ſine die, et ſine teſtibus.*
7 *Confeſsio præiudicat confitenti, etiam ſi emanauerit in actu inutili et nullo*
8 *Scriptura præiudicat ſcribenti etiam ſine ſubſcriptione.*
9 *Voluntas probatur ex recognitione manus.*
10 *Ex Voluntate minus ſolemni oritur naturalis obligatio, et competit retentio legati.*

CONSILIVM CCCXCII.

Nec ratione imperfectionis voluntatis, nec ratione defectus ſolemnitatum impugnari poſſunt ea, quæ ſcripta Franciſcus reliquit ad fauorem D.Ioannis; quoniam quoad ſcuta 400. per Franciſcum ipſi Ioanni legata, nulla eſt difficultas, cum legatum dictæ ſummæ relictum fuerit in teſtamento ſolemni, & licet idem teſtator in cedula ſeparata ſcripſerit, animum ſuum eſſe hoc capitulum immutandi mediante codicillo, tamen nec huiuſmo-
1 di cogitatio reducta fuit ad actum, quamobrem, ceſſante immutatione, remanſit legatum in priori eius perfectione, l.ſancimus, in fin. C.de teſtam. & l. rem legatam, ff. de adim.legat. cum alijs per Caſtil. de inter.vlt.volunt.cap.37.num.1.

Nec animus teſtatoris fuit dictum capitulum immutandi, quatenus legato adiecit conditionem, ſi Ioannes integrè filiæ, & hæredi teſtatoris, quod ſibi debebat ſoluiſſet, adeoquod cogitatio immutationis fuit quoad immutationem huius conditionis, non autem quoad ſubſtantiam dictæ quantitatis
2 legatæ, quapropter mutatio reſtricta quamuis actualis non egreditur eius terminos, l.alumnæ, 30. §.qui filias, ff de adim.legat.Iaſ.conſ.18. num. 3. & ſeqq.lib.3.Peregr.de fideic.art.6.num.49. Caſtill. d. cap.37.n.9.Card.Caual.deciſ.41.n.9.

Neque etiam impugnari poſſe videntur in ea parte, in qua idem Franciſcus in eadem ſcriptura poſt expreſſum animum ſuum immutandi dictum capitulum codicillo, diſpoſuit, quod eius filia, & hæres, vel alij ab ea cauſam habentes non poſſent moleſtiam aliquam dicto D.Ioanni inferre ex cauſa debiti, ſubiuncta ratione quoniam ipſe Franciſcus, & filia remanerent totaliter à dicto D.
3 Ioanne ſatisfacti; quamuis enim forma eiuſmodi ſcripturę, quatenus continet animum, & intentionem iuxta eiuſdem ſcripturæ tenorem codicillandi, non ſit idonea, neque efficax ad producendum aliquem effectum diſpoſitiuæ, dum vltrà non proceſſit teſtator ad deſtinatum propoſitum codicilli perficiendum, vt per Caſtill.poſt alios par.4.de interpret.vlt.volunt.cap.11.numer 6.& plurib.ſeqq.
4 tamen vltra quod ratio expreſſa ſequutæ totalis ſatisfactionis manifeſtam parit conſequentiam liberationis, etiamſi ex verbis præcedentibus ſolum propoſitum continentibus non reſultaſſet, idem Caſtill.d.par.4.cap.11.n.18.

Difficultas tollitur in hoc caſu, tum quia intentio, &
5 animus teſtatoris declaratus in ſcriptura prædicta tranſiuit in diſpoſitionem, itaut ſit attendenda, & obſeruanda ex ſuperuenienti caſu, dum teſtatorem ipſum conſtat tradidiſſe confeſſori altero teſte pręſente cedulas crediti ad effectum reſtituendi D.Ioanni pro effectuali eius liberatione, idem Caſtill.d. par.4.de interpret.vltim.volunt. cap. 11. num. 21. & ſeq.

Tum etiam quia verba ſignificatiua ſatisfactionis teſtatoris non ſunt prolata per modum ſignificatiuū animi imperfecti, ſed diſpoſitiue per viam explicitæ, & perfectæ confeſſionis, perche io, e detta mia figlia reſti no totalmente ſodiſfatti; confeſſio au-
6 tem huiuſmodi diſpoſitiua nō ſolum huic Parti ſuffragatur ſine teſtibus, & die, & Conſule, quia ſatis eſt, quod ſcripta appareat manu propria ipſius Frāciſci quoad præiudicium ſolius ſcribentis, l.cum tabernam, 34.§. idem quæſiuit, vbi Bart. num. 2. ff. de pign.Caſtr.conſ.216.nu.1.in fin.& ſeq.lib.1.Rota Ianuen deciſ.116.n.1.2.& ſeqq.

Sed etiam ſi dicatur emanaſſe in actu ex defectu te-
7 ſtium, vel aliàs inutili, aut nullo, nihilominus ſufficienter probat, Bart.in l.ſi ita ſtipulatus, 126. num. 3.poſt princ.verſ.quia talis confeſſio, ff.de verb.obl. Put.deciſ.4.de confeſſ.Rot.deciſ.117.n.2.ante med. verſ.nam placuit.

Neque obſtat, quòd ſcriptura, in qua ineſt confeſſio ſupradicta, non fuerit à Franciſco ſubſcripta, quia
8 ſatis eſt, quod probetur tota ab eodem ſcripta abſque alia ſubſcriptione, l.cum antiquitas, §. fin. vbi Bald.num.6.Caſtr.& Iaſ.num.12.C.de teſtam. Roman.conſ.303.n.1.Surd.deciſ.137.n.5.

Sed vbi præmiſſa difficultatem aliquam circa hanc confeſſionem paterentur, videtur omnis ſubmoueri ex perfecta diſpoſitione, quæ habetur ex alia ſcriptura eiuſdem Franciſci ab eodem ſub die certo ſcripta, & ſubſcripta, quatenus perfectè, & diſpoſitiuè in ea legitur, ipſum Franciſcum poſt eius obitum eamdem ſummam ſibi debitam D.Ioanni donaſſe, quatenus aliam declarationem non feciſſet; quamuis enim huiuſmodi donatio cauſa mortis nullitatem pateretur ob defectum teſtium in hiſce donationibus ad earum validitatem neceſſario adhibendorum, tamen cum voluntas donantis
9 etiam ſine teſtibus probetur ſufficienter ex recognitione manus ipſius donatoris, Magdalen. poſt alios tract.de numer.teſtium in teſtamentis requiſito, par.3.cap.1. num. 15 & exinde quicquid ſit in
10 hereditatibus, in legatis, & alijs diſpoſitionibus

iuxta magis receptam, & communem, tam per Iuristas, quam Theologos ad effectum retinendi nascatur naturalis obligatio sufficiens, tam in foro conscientiæ, quam in foro fori, vtique deneganda est hæredi donatoris omnis actio, Bart. in l. 1. nu. 9. ad finem, C. de cond. indeb. & in l. nemo potest 18. vbi etiam Alex. num. 23. & seq. vers. item dum dicit, ff. de leg. 1. Ias. in l. cum quis. C. de iur. & fact. ignor. Clar. §. testamentum, quæst. 90. numer. 3. vbi de communi Cardin. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 2. tit. 14. num. 9. Crass. de success. §. 1. nu. 13. Cost. in c. si pater, par. 1. in verb. Vgo in suo testamento, num. 14. de testam. in 6. Gutier. in repet. d. l. nemo potest, num. 79. ff. de leg. 1. & can. quæst. lib. 2. cap. 25. num. 11. vers. primo. Capic. decis. 99. num. 2. Magon. decis. Flor. 58. num. 40. Laurent. decis. Auen. 87. num. 2. & 3 Hond. cons. 68. num. 35. lib. 2. Gama decis. 221. num. 2. & decis. 221. nu. 2. & decis. 34. num. 2. Matien. in l. 1. tit. 4. glo. 10. num. 4. cum aliis quampluribus plenissime hanc magis receptā comprobantibus, & cum plenissima responsione ad contraria. Magdalen. d. tract. de numer. testium par. 3. cap. 1. num. 45. seqq. & per tot. cap. 2. num. 1. seqq. & per tot. & cap. 3. etiam numer. 1. seqq. & per tot.

ARGVMENTVM.

An, & quando probetur copula carnalis, & exinde antecedens virginitas mulieris præsumatur.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri asserenti se ab aliquo stupratam non creditur.*

2 *Testis de auditu a Parte nihil probat. Nec de auditu ab aliis, vt num. 3.*

4 *Confessio extraiudicialis non probatur nisi per testes contestes de loco, et tempore.*

5 *Mulier, quando constat, quod ab aliquo fuerit carnaliter cognita, præsumitur, quod esset virgo.*

6 *Probatio æquiuoca, et concludens per possibile non releuat.*

7 *Virginitatis præsumptio cessat, quando ex circumstantiis, et coniecturis suaderi potest contrarium.*

8 *Stupri pœna non intrat, quando mulier post commissum stuprum se publicè exhibuit, quia videtur habuisse animum corruptum.*

9 *Præscriptio delictorum carnis completur quinquennio.*

CONSILIVM CCCXCIII.

QVæstio controuersa non versatur super solo dubio, an credendum sit asserenti se virginem tempore prætensi stupri, sed principaliter super eo, an constet de prætensa carnali copula; quandoquidem illa cōcludenter est probanda, & in hoc cum
1 certum sit mulieri asserenti se stupratam non esse credendum, bene in hoc allegantur Gramat. cons. crim. 45. num. 1. & decis. 40. nu. 16. Boer. decis. 319. num. 7. Vulpell. cons. 30. num. 1. 2. & seqq.

Nec obstant testes exaduerso examinati, quia vel deponunt de auditu ab ipsa Angela aduersaria, qui
2 propterea nihil probant, cum non magis credendum sit copiæ, quam originali, c. licet ex quadam, vbi omnes, de testibus, Rimin. iun. cons. 60. num. 2. & seqq lib. 1. Honded. cons. 102. num. 58. lib. 1. Surd. cons. 135. num. 96. Seraphin. decis. 1075. num. 3. vel
3 deponunt de auditu ab aliis, qui propterea non constituunt perfectam, & concludentem probationem, l. testium, C. de testib. Farinac. de testib. quæst. 69. num. 2. & seqq. vel deponunt de confessione Alcidis, quæ tamen depositio non releuat, dum testes in eius probatione sunt singulares, &
4 de Iure etiam in ciuilibus non probatur extraiudicialis confessio, nisi per testes contestes de loco, & tempore, Castrens. cons. 296. num. 3. lib. 1. Afflict. decis. 375. num. 3. & seq. Franc. decis. 105. nu. 21. Put. decis. 476. alias 466. lib. 2. in nou. Cæsar de Graff. decis. 97. alias 41. num. 4. de re iud. Rota in Romana pecuniaria 3. Martii 1595 coram Penia.

Sed quando etiam probaretur copula, non tamen exinde desumi potest in hoc casu consequētia, quod
5 asserenti se virginem tempore stupri credatur ex illis rationibus, quia concurrat in hoc odium delinquentis, & assertio habens pro se naturæ præsumptionem, vt per DD. infra, & Rot. post lib. 2. cons. Farin. decis. 284. nu. 1. & seq. quoniam obiectum cessat, tum quia ponderando testes respectu temporis, de quo deponunt, ex illis liquet, primum tempus eorum cognitionis de Angela aduersaria, & auditus, & confessionis dictæ copulæ fuisse, quando ipsa Angela aduersaria erat iam prægnans; quamobrem cum possibile sit, quod non ex Alcide, sed ex aliis esset grauida, & taliter ex aliis iam prægnans recepta primum in domo, & cognita ab Alcide fuerit,
6 hæc ipsa possibilitas efficit, vt probatio copulæ de tempore, quo cessabat virginitatis præsumptio, non releuet, l. Titiæ textores, ff. de leg. 1. l. neque natales, C. de probat. Mohed. decis. 2. de sent. excom. Seraph. decis. 1372. num. 2.

Qua ratione receptum est, præsumptionem virginita-
7 tis cessare, & asserenti se virginem non credi, vbi ex aliis circumstantiis, & coniecturis suaderi potest contrarium, Cardin. in c. 1. numer. 2. de adult. Paris. cons. 160. num. 28. lib. 4. Menoch. præsumpt. 89. num. 4. & seq. lib. 6. cum aliis per Farinac. de delict. carn. quæst. 147. num. 139.

Tum etiam quia si verum est, vt supponitur in facto, aduersariam fuisse post recessum ab Alcide in statu malæ vitæ, hoc ipsum excusat à pœna stupri, cum
8 præsumatur stuprata habuisse animum corruptum, Mathesil. sing. 99. num. 6. vers. limita, Farin. d. quæst. 147. num. 79. licet enim videatur hæc opinio controuersa ex allegatis ibidem per Farinac. num. 89. tamen quod magis sit recepta, comprobat Rota decis. 808. num. 12. par. 1. diuers.

Videtur autem cessare dubitatio ex allegata quinque-
9 nali præscriptione, quo minori tempore delicta carnis, quam cœtera præscribuntur, iuxta l. mariti, §. sex mensium in fine, & §. quinquennium, ff. ad leg. Iul. de adult. siquidem limitatio exaduerso adducta, quod non procedat vbi tale delictum fuit continuatum, nisi sumendo initium præscriptionis ab vltima vice, non applicatur facto, ac propterea locus debet esse regulæ, de qua etiam Farinac. de inquisit. quæst. 10. num. 15. vbi de communi.

AR-

ARGVMENTVM.

De excusatione associantis, & receptantis delinquentem:

SVMMARIVM.

1 *Associatio ex interuallo, non immediate post delictum non facit inditium.*
2 *Associatio sine scientia delicti non facit inditium.*
3 *Dictiones, vt supra, repetitiuæ sunt omnium qualitatum præcedentium.*
4 *Receptans non incidit in pœnas impositas in Constitutionibus, vel bannimentis, nisi probata in eo scientia delicti, vel notorietate in loco receptationis.*
5 *Receptatio non punitur nisi facta sit dolosè, et latenter ad effectum celandi, et abscondendi in præiudicium Curiæ.*
6 *Notorium resultat ex confessione iudiciali, contra quam nihil opponi possit.*
7 *Confessio extraiudicialis non sufficit ad condemnãdum. Et præsertim destituta adminiculis, vt num. 8.*
9 *Confessio extraiudicialis, quæ incidenter emanauit, non facit inditium ad torturam.*
10 *Confessio debet esse verisimilis, et probabilis.*
11 *Receptans excusatur ex publica delinquentis conuersatione.*
12 *Receptans excusatur etiam quando est dubius de delicto.*

CONSILIVM CCCXCIV.

Liberandus est D. Theodosius tam à prætensa associatione, quam receptatione; associatio enim
1 cum non fuerit incontinenti, & immediatè post prætensum delictum sequutum die Iouis de mane, sed ex interuallo, die scilicet Veneris de sero, neque etiam inditium facit contra associantem, Blanc. de indit. num. 201. Carer. in prax. crim. in tit. seu mat. de indit. 17. indic. num. 2. Nouell. in tract. ad defens. num. 112. Natt. cons. 499. num. 12. vers. nam respondendo, Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 89. num. 109. in fin. & seq. Honded. cons. 87. num. 160. lib. 2. Farin. quæst. 532. num. 35. & quæst. 133. num. 28. præ-
2 sertim cum neque constet, tunc associantem scientiam aliquam prætensi delicti habuisse ex adductis per eumdem Farin. ead. quæst. 133. num. 103. & seqq. cum alijs infra.

Receptatio verò minus est punibilis; quamuis enim ex Constitutione Sixti Quinti receptator notorij delinquentis incidat in eamdem pœnam, in quam incidunt bannitorum receptatores, & ex edictis, seu bannimentis generalibus Gubernatoris Vrbis sub num. 24. & seq. extensio fiat ad receptatores tã delinquentium, quam volentium delinquere, tamen bannimenta non afficiunt, dum capitulum 24. requirit expresè scientiam delicti committẽdi in receptante; in sequenti autem eadem scien-
3 tia requiritur, dum per dictiones, vt supra, repetit singulas qualitates, & requisita in præcedenti disposita, Bart. in l. 1. §. hoc edicto, in fine, ff. de postul. Alex. cons. 59. ad fin. lib. 3. Rol. cons. 34. num. 35. post med. vers. ponderando, lib. 4. Surd. decis. 43. num. 17. & decis. 212. num. 15. quin etiam neque bannimenta, neque prædicta Constitutio Sixti Fisco suffraga-
4 tur, tum quia ijs nunquam locus est, nisi probata concludenter in receptante scientia ipsius delicti, vel eiusdem notorietate in loco receptationis, l. 1. §. in pari, & ibi Bart. in fine, ff. de recept. l. 1. C. de ijs, qui latr. occult. idem Bart. in l. omnes, num. 1. vers. vel dic, C. de agric. & censit. lib. 11. Roman. consil. 473. num. 1. Aretin. cons. 122. num. 1. 2. & seq. Gabr. cons. 168. num. 3. lib. 2. Angel. de malefic. & ibidem Aug. ad eum, in verb. d. maleficio, num. 23. Baiard. ad Clar. quæst. 90. num. 36. & seqq. Bertaz cons. crimin. 125. num. 1. vers. namque primò, & consil. seq. num. 4. & seqq. & consil. 131. nu. 4. & 5. lib. 1. & cons. 439. num. 1. & seqq. lib. 2. Laderch. cons. 204. num. 1. & 2. Rimin. iun cons. 28. num. 24. & 26. lib. 1 Decian. tract. crim. cap. 34. num. 7. & 14. lib. 7. Menoch. de arbitr. cas. 348. num. 15. Farinac. quæst. 133. nu. 103. & seq.

Tum etiam quia receptatio, de qua agitur, dici ne-
5 quit dolosa, dum non fuit latentèr ad effectum celandi, & abscondendi personam, ne in posse Curiæ deueniret, sed palam omnibus videntibus, Albert. Gand. de malef. tit. de furib. & latron. num. 15. post med. vers. & intelligas, Carer. in prax. crim. tit. de auxil. in §. incip. post verò, num. 38. Barsatt. d. cons. 331. num. 17. & seq. lib. 3. Rimin. iun. cons. 635. num. 23. & seq. lib. 6. Bertaz. d. cons. 439. num. 2. lib. 2. Farinac. d. quæst. 133. num. 29. 31. & 57. Honded. d. cõsil. 87. numer. 162. lib. 2. Gail. de pac. publ. lib. 2. cap. 10. de recept. ban. num. 6. vers. ratio, & num. seq. Bonacos. in com. opin. crim. in verb. receptator, vers. item limita, Honded. cons. 87. nu. 162. lib. 2.

Nec obstat, quòd idem D. Theodosius in suo constituto fassus fuerit, Fabium sibi dixisse, quod occiderat Ciarafellettum; quoniam huiusmodi confessio prætensi delinquentis neque veritatem scientiæ delicti, neque illius notorietatem ad effectum, de quo quæritur, requisitam vllatenus induxit, &
6 quia conclusio, quòd confessio inducat notorium, procedit in confessione iudiciali, aduersus quam nihil opponi possit, vt per Farinac. post alios, quæst.
7 21. num. 32. secus autem in confessione extraiudiciali, quæ nedum contra tertium, sed neque contra ipsum assertum delinquentem sufficit ad condemnandum, vt per eumdem Farinac. qui contrariam conclusionem ita limitat ead. quæst. 21. num. 34. præsertim vbi non adminiculatur veritate quo
8 ad circumstantias, & qualitates, vt per eumdẽ qu. 81. num. 30. quin etiam neque inditium ad torquẽ-
9 dum facit, vbi incidenter emanauit, vt per eumdẽ Farin. ead. quæst. 81. nu. 228.

Et quia confessioni huiusmodi credendum non erat,
10 dum non erat verisimilis, tum ex eo, quod idem Fabius, & alij ipsimet Theodosio dixerunt, homicidium commissum fuisse à famulo ipsius occisi, Farinac. d. quæst. 81. num. 28. & 31. tum quia si vera fuisset, verisimile non erat, quòd confitens voluisset eo loci publicè videri, & conuersari; hæc enim
11 publica conuersatio, vel foris in receptante contrariam credulitatem fuasit, Barsatt. d. cons. 331. n. 17. lib. 3. Farinac. d. quæst. 133. num. 53. præsertim cum mater ipsius occisi alium tunc querelasset,
12 vel quatenus etiam exinde Theodosius dubius remansisset, hoc ipsum satis esset, vt exinde tanquã receptator delinquentis minimè damnari possit, Angel. de malef. in verb. d. maleficio, num. 23. ad fin. vers.

vers.quod si receptans, Nauar. cons.22. num.1. & seq.lib.5.tit.de sent.excom.tom.2. Sim. de Præt. d. cons 81.num.33.Gabr.d.cons.168.num.12. in fine, lib. 2.

ARGVMENTVM.

An, & quando solutiones censeantur duplicatæ.

An, & quando confessio cum qualitate ecipiat diuisionem.

SVMMARIVM.

1 *Agnitio debiti respectu fructuum infert necessario debitum sortis.*
2 *Solutio multiplicata præsumitur ex diuersitate scripturarũ, et alleganti identitatem incumbit onus probandi.*
3 *Solutionum diuersitatem ostendit diuersitas quantitatis. Et diuersitas temporis, vt num.4.*
5 *Diuersitas causæ, et qualitatum expressarum denotat diuersitatem solutionum.*
6 *Scriptura priuata pro scribente non probat.*
7 *Scriptura priuata probat cũ adminiculis pro scribente.*
8 *Quantitates in dubio præsumuntur diuersæ, nisi fiat mentio, quod vna includatur in alia.*
9 *Summa præsumitur in dubio duplicata ad effectum liberationis.*
10 *Confessio qualificata diuidua est, quando continet factorum diuersitatem diuersis temporibus explicatam.*
11 *Confessio diuidua est, quando fit per diuersa capitula.*
12 *Confessio non est diuidua, quando facta, quæ continet, sunt contemporanea, vel quando qualitas adiecta reddit actum nullum.*
13 *Confessio qualificata in responsione ad positiones diuidi potest, quando Statutum mandat responderi simpliciter affirmatiuè, aut negatiuè.*

CONSILIVM CCCXCV.

Pars nostra fundatam habet intentionem pro duplicitate partitarum in earum diuersitate oriente non solum ex descriptione facta separatim in eius libro, cuius veritas conuincitur ex confessione Partis aduersæ admittentis numerationem sibi factam, quamuis adiiciat qualitatem satisfactionis, quæ reiicitur à Statuto, sed etiam ex aliis partitis creatis in debitum ratione fructuum census,
1 de quo agitur; cum enim agnitio debiti respectu fructuum ex illa causa census inferat necessario debitum ipsius sortis tãquam partis debiti ex illo instrumento prouenientis, l.cum fidem, & ibi Bald. Salicet. & alii, C. de non numer. pecun. auth. sed cum testator, C. ad leg.falcid. Natt.cons 77.numero 7.& cons.573.num.38.& consequenter diuersæ sint scripturæ probantes debitum librarum 6000 & librarum 6825. proinde diuersitas scripturarũ bene
2 pro hac Parte concludit multiplicatam solutionẽ adeoquod Parti aduersæ identitatem prætendenti incumbit onus illam probandi, textus est in l.quinquagenta, alias incipit, quinquaginta, ff. de probat. & in puncto firmant hoc Ias. cons. 87. num.4. lib.3. Aym.cons.87. num.1.vers.secundo amplius, Alex. cons.4.num.4. lib.1.Ruin.cons.176 num.2 .& seqq. lib.1. Purpur.cons.438.num.1. 3. & seqq. lib.2.Menoch. de arbitr.cas.213.numer.19. Vrsill.ad Afflict. decis.198.num.2.

Nec obstat decisio 98.post consil.Farinac. quæ est decis. Seraph. 1092. quia identitas summæ, & causæ, & concursus verisimilitudinis, imo confessionis, aliæque circumstantiæ, quæ in eo casu ponderantur, penitus cessant in casu, de quo agitur.

Primò siquidem vltra præsumptionem specialem orientem pro duplicitate ex scripturarum diuersitate, ex qua cessat generalis illa præsumptio, quod pluralitas summarum non præsumatur, ex supra allegatis, agitur de diuersitate quantitatum in hoc casu, dum altera est summa librarum 6000. altera
3 verò 6825.& de iure diuersitas quantitatis sine dubio ostendit diuersitatem solutionum, Corn. cons.61.num.7.in fine, lib.3. censentur enim propterea ambæ summæ separatim solutæ, vt [illegible] Ias.d.consil.87.num.2.lib.3.Aym.d. consil.282. numer.1.Purpur.d.cons.438.nu.3. Menoch. d. cas. 213. num.11.

Secundo quia præponderat in hoc casu diuersitas temporum, cum numeratio lib.6000 fuerit [illegible] lij 1610.illa verò lib.6825.sub 5. dicti mensis; diuer-
4 sitas enim temporis benè detegit duplicationem summæ, Bal.in l.ne casu, per illum text. C.de [illegible] lib.10.Ias.d.cons.87.num.7.lib.3.Aym.dicto consil. 282.num.2.vers.quarto concurrit, Alex.d.consil.4. num.4.lib.1.Purpur.d.cons.438.numer.1.& num.9. vers.sed ex aliis, Ruin.d.cons.176.num.3.lib.1. Menoch.d.cas.213.num.5.& num.19.& seqq.

Tertiò, quod tollit omne dubium, quia in hisce partitis non solum concurrit diuersitas specierum, & causarum per diuersam illarum expressionem, sed etiam per subsequutam obseruantiam, dum partita librarum 6825.soluitur Parti aduersæ anticipatè ad faciendum sibi rem gratam sub futura dumtaxat excomputatione facienda in affictibus vsque ad annum 1612.ad effectum cum ea summa extinguendi debitum cum Caualca, & residuum exponendi in refectione fabricæ,& cassinæ; partita verò lib.6000 Parti aduersæ soluitur tanquã recepta ea dẽ sũma ab ipso Caualca ex causa dicti cẽsus numerãte,& sub onere soluẽdi illius fructus, qui etiã post annum 1612.realiter per Partem aduersam soluti
5 fuerunt; quandoquidem diuersa qualitas descriptionis, diuersæque species, & causæ solutionum sub vsuris, & sine vsuris absque dubio probant diuersitatem qualitatum, Ruin.d.cons.176. numer.6. in fin. & num.seq. Purpur. d.cons.438.num.9. vers. sed ex aliis, Menoch. d. cas.213. num.26. ex istis enim omnibus magis præponderat verisimilitudo duplicitatis summarum, vt etiam per Mascard. qui rationes omnes supradictas prosequitur, de probat.conclus.1249.numer.3. 15.20. 28. & seqq. tom.3.

Minus autem obstat partita libri eiusdem Partis aduersæ, in qua exprimit, summam dd.librarum 6000
6 includi in illa 6825. tum quia cum sit priuata scriptura scribentis propria, nullum facit probationis gradum, l.exempla, & l. instrumenta, C. de probat. l. fin.C. de conuen. Fisci debit. lib.10. Andr. Gail.pract. obseru.20.in principio; præsertim dum
7 liber huius Partis præualet ex confessione Partis aduersæ, & aliis supra deductis, quæ efficiunt, quod

quod illi credatur quamuis adnotatio facta fuerit per modum memorialis, vt per Rot. decis. 751. nu. 2.3.& seqq. par. 1. diuers.

Tum etiam quia maior verisimilitudo concurrit in contrarium, quòd scilicet si vera fuisset inclusio summæ librarum 6090 in illa 6825 vtique de inclusione huiusmodi facta fuisset mentio in hac ipsa partita tanquam scripta à practico, & diligenti ipsius Partis aduersæ ad hoc deputato; quamobrem

8 in dubio magis est, quod aliam summam non includat, præsertim cum in alia concurrant tot diuersitates, de quibus supra. Ias. d. cons. 87. numer. 7. vers. quartò concurrit, Purpur. d. cons. 438. per tot. Franc. Marc. decis. 437. num. 5. par. 1.

Et conclusio huiusmodi tendat ad effectum libera-

9 tionis debitoris, Menoch. d. cas. 213. numer. 42 Mascard. d. conclus. 1249. num. 38. & nihilominus procedat etiam ad effectum duplicationis crediti, vt ibi per eos.

Confessio autem Partis aduersæ in responsione positionibus admittens receptionem pecuniarum, de

10 quibus agitur, diuidua est à qualitate prætensę satisfactionis adiecta, adeoquod fundata est intentio huius Partis in confessione receptionis, & confitēti incumbit onus probandi veritatem assertæ qualitatis, dum confessio continet factorum diuersitatē diuersis temporibus explicatam, glo. 1. in l. siquidem, vbi Odofr. Bart. Bald. Ang. Alb. Salic. & alij, C. de except. Bald. in l. vnica, num. 6. C. de confes. vers. aut sunt diuersa, clarè Abb. in c. scripta, numer. 10. propè fin. vers. pone enim, de fid. instr. Ias. in l. manifestè, num. 7. ff. de iureiur. Natt. cons. 365. num. 1. Boer. decis. 243. num. 3. Magon. decis. Florent. 3. nu. 33. & est tex. in l. Publica, § fin. ff. iuncta glos. fin. ibi ff. depos.

Quamuis autem conclusio huiusmodi nonnullos habeat contradictores distinguentes, an confitens confessioni suæ qualitatem adijciat in vna, eademque ratione, & per vnicum verborum contextum, an verò factum non contemporaneum in oratione diuersa, tamen vel distinctio huiusmodi non applicatur contra hanc Partem, dum orationes in

11 confessione, de qua agitur, sunt separatæ, & non conceptę vnica verborum structura, & confessio receptionis habet vnum caput vno tempore explicatum, prætensio verò restitutionis habet aliud diuersum diuersi temporis, vt per Bart. in l. Aurelius, §. idem quæsijt, ad fin. vers. sed diuersa capitula, ff. de liber. leg. Roman. cons. 346. num. 2. Corn. cons. 305. num. 5. lib. 3. Natt. d. cons. 365. nu. 1. & seqq. Boer. d. decis. 243. num. 7. & seq.

Vel si applicari potest de Iure iuxta opinionem, quā Rota approbauit subdistinguendo, non est atten-

12 denda; quandoquidem tunc confessio non recipit diuisionem, quando aut facta, quæ continet, sūt contemporanea, aut quando qualitas, quæ confessioni adijcitur, reddit actum nullum, secus extra hos casus, vt declarat Rot. decis. 272. num. 1. & seq. par. 2. diuers. & resolutum fuit in Narnien. pecuniaria impressa apud Marchesan. de commiss. par. 2. fol. 576. num. 2. & in Romana pecuniaria de Paluzzellis 23. Ianuarij 1602. coram Litta.

Sed sine dubitatione procedit in hoc casu, dum con-

13 currit Statutum disponens, teneri quemquam respondere positioni cum iuramento simpliciter affirmando, vel negando; tunc enim quomodocumque adijciatur qualitas, confessio pro parte duntaxat acceptari potest, & veritas prætensa adiectæ qualitatis probanda est ab adijciente, & alias habetur simpliciter, ut Statutum dictat, pro confesso, Bart. in l. 1 §. si quis simpliciter, num. 3 ff. de uer. oblig. Pract. Papien. in forma except. contra posit. §. incip. primò, quòd publica, num. 5. Boer d. decisione 243. num. 12. uers. & hoc uerum, nisi statutum, Mathes. sing. 37. & add. num. 4.

ARGVMENTVM.

De excessiua condemnatione ex prætensis inditiis indubitatis.

De excusatione à pœna raptus, & stupri ex consensu, & inhonestate mulieris.

SVMMARIVM.

1 *Inditia non sufficiunt, sed probationes concludentes requiruntur ad condemnationem.*

2 *Inditia quantumcumque indubitata non operantur, vt quis condemnari possit ad pœnam corporalem. Vel saltem ad pœnam triremium a Iudicibus ordinarijs, quicquid sit a supremo tribunali, vt numer. 3.*

4 *Inditia indubitata non dicuntur, nisi sint ita clara, vt contrarium credi non possit.*

5 *Raptus non datur sine violentia illata mulieri, vel eius parentibus.*

6 *Violentia concludenter probanda est a Fisco, vel accusatore, quando agitur de raptu.*

7 *Responsio recipit interpretationem, vt congruat interrogationi.*

8 *Raptus crimen excluditur ex consensu mulieris.*

9 *Actus successiui declarant, qualis fuerit voluntas in præteritum.*

10 *Raptus crimen cessat ex inhonestate mulieris. Et quando mulier antea passa est se stuprari a raptore, vt num. 11.*

12 *Raptus crimen cessat quando non fit ob libidinem, sed ex alia causa.*

13 *Stuprum excluditur, quando probatur præcedens inhonestas mulieris.*

14 *Stuprum excluditur, quando est inuerisimile.*

15 *Stupri pœna corporalis hodie non extenditur ad triremes.*

16 *Carcerum effractor non sequuto effectu non punitur pœna delicti, pro quo detinetur, sed arbitraria.*

CONSILIVM CCCXCVI.

NOn videtur Vincentius fuisse in casu condemnationis saltem respectu pœnę triremium, cum enim neque confessus, neque conuictus fuerit, sola

1 inditia, quæ exaduerso ponderari possunt, quicquid esset quoad torturam infligendam, non satis erant ad condemnationem, cuius causa vulgatum, non inditia, sed probationes concludentes luce clariores requiri, l. sciant cuncti, C. de probat. Aret. inter cons. crim. diuers. 57. numer. 4 & 5. lib. 1. Bursatt. loquens de stupro, & raptu cons. 445 nu. 10. & seq. lib. 4.

Nec obstat, quod inditia in hoc casu videantur indu-

dubitato, tum quia admissa etiam rigorosa illa conclusione, satis tamen controuersa, quod in delictis præsertim difficilis probationis ex indubitatis inditiis, sequi possit condemnatio, non nocet in hoc casu, dum non extenditur, vel ad impositionem pœnæ corporalis, sed duntaxat pecuniariæ, cum ex inditiis quantumcumque indubitatis fieri non possit, vt quis corporali pœna puniatur, Castr.cons.299.lib.2. Brun. de indic. par.1. quæst.4.num.14.& 16. Boer.decis.164. num.2. Menoch.de arbitr.cas.279.num.4.Farinac. post plurimos, quos allegat, docens, hanc esse magis receptam, & communem opinionem in quæst. crim. tom.1.par.2.tit.9.de pœn.temp.quæst.86.num.113. & 117.& in terminis stupri, & raptus Bursatt. d. cons.445.num.11.lib.4. vel si extenditur etiam ad
3 pœnam corporalem, non tamen compræhendit illam triremium tanquam grauissimam, vti æquiparatam, & succedentem loco antiquæ damnationis in metallum, præsertim in Iudicibus ordinariis, & supremam potestatem non habentibus, qui propterea in quouis capitali, & atrocissimo delicto ad summum ex indubitatis inditiis non nisi in pœnas exilii, vel ictuum funis publicè damnare possunt, vt conciliando opiniones distinguit idem Farinac.d.quæst.86.num.117.& seq.quicquid sit de supremis magistratibus, vt ibi, & per Caball.cent.3. resol.crim.cap.288.num.6.

Tum etiam quia deficit in hoc casu necessaria quali-
4 tas inditiorum, cum non sint ita clara, vt contrarium credi nō possit, quinimmo possibile sit, quod aliter res se habeat, quam quod ex inditijs huiusmodi Iudex ad sic credendum inclinauerit, Castr. in l.fin.num.5.C.de probat.Clar.in pract.crimin.§. fin.quæst.20.in fin.princ.cum alijs per Farin. d. qu. 86.num.67.& quæst.31.num.36.

Constat autem, inditia in casu, de quo agitur, non esse talia, neque respectu raptus, neque respectu stupri ex pluribus, & primò quoad prætensum raptū,
5 quia non constat de aliqua violentia illata mulieri, sine qua non datur raptus, minusque eius parētibus, cum nullos haberet, in quorum esset potestate, Marsil.in l.vnica, num.14.C.de rapt.virg.Mathesil.sing.100.Sanch.de matrimon. lib.7 disp. 12. num.6.Bursatt.d.cons.445.num.2.lib.4.Farin.quęst. 145.num.124.& cons.33.num.4. & 39. vers. & prætereā, & num.seqq.& per tot.

Nec obstat, quod violentiam probent ipsa mulier, & Bernardina, iunctis acclamationibus per vicinos audientes, tum quia mulieri tanquam accusatrici non creditur, Bernardina autem est eiusdem mulieris affinis, vt ipsamet fatetur, ex vicinis verò nullus est, vt ipsimet dicunt, qui assertum raptorem cognouerit, neque etiam ex voce, ac proindè vio-
6 lentia probata dici non potest, sicut illam concludenter Fiscus, seu accusator probare debet, Cyn.in l.1.num.5.in fin.vers.quod verum, C.de rapt. virg. Sanchez d.disput.12.num.6. vers.quod rapere, Farin.d.quæst.145.num.108.

Tum quia ex verbis ipsis relatis ab eadem Bernardina, & vicinis magis constat de assensu, & voluntate ipsius mulieris; quandoquidem Syndicus in prima eius relatione sub 18.Martij refert verba eiusdem Bernardinæ dicens, illam dixisse, mia nipote questa notte si è andata con Dio, & licet subiungat, illam vi abductam fuisse, tamen videtur hoc contradictionem implicare cum præcedentibus verbis, si è andata con Dio, cum ex illis resultet spontanea voluntas, præsertim considerata qualitate verborum, quæ mulier dicitur prætenso raptori respondisse, quæque à vicinis audita fuerunt; cum enim omnes recenseant illa mulieris verba, pouerett a me, che farò? constat propterea eius fugam repositam fuisse sub eiusdem voluntate, quia alioquin
7 responsio, che farò? non congrueret violentiæ, seu interrogationi, sicuti est interpretandum, l.si defensor, §.qui interrogatus, ff. de inter. act. Surd. decis. 291.num.14.& seq.Rota decis.121.num.15.par.1.& hinc cum magis constet de subsequuta resolutione ipsius mulieris in discedendo, cessat raptus, præ-
8 sertim cum ad inclusionem huius delicti non sufficiat ficta, & interpretatiua violentia, sed benè satis sit ad illius exclusionem saltem de Iure canonico, c.cum causa, de rapt.c.de raptoribus, §.puellę. 36.quæst.1.Paris.cons.170.num.7.& alijs, lib.4. Farinac.d.quæst.145.num.131.& d.cons.33. num. 55. & seq.& num.44.& per tot.

Secundo quia constat, mulierem post discessum sæpius remansisse sine asserto raptore, & in plena eius libertate positam prope eius domum, & nihilominus ad illam non rediisse, quod vtique non fecisset, si ab initio violenter fuisset abducta, actus
9 enim successiui bene declarant, quæ fuerit voluntas in præteritum, Aym. cons.211. in fine, Surd. cons.140.num.44.& seqq.Roman.cons.291.num.2. Rot. in Romana pecuniaria 14.Iunii 1607. coram Sacrato.

Tertio quia non solum constat de inhonestate mu-
10 lieris ex his, quæ infra dicentur, quo etiam casu cessat raptus, vt pluribus post alios comprobat Bursatt.d. cons.445. per tot. lib.4. & Farinac.eod. cons.33.pariter per tot.sed illud ipsum, quod ista mulier accusando deposuit, se prius ab eodem
11 prætenso raptore cognitam fuisse, raptum excludit, cum in hoc casu vis nunquam prēsumatur, Cepol.cons.57.col.1.2. & seq. Carer. in pract. crim. §. circa quartam, num.283.Farinac.d.cons.33. nu.30. in fine, & num.47.

Præsertim quia cum non solum minime constet præ-
12 tensum raptum processisse libidinis causa, vt requiritur, & stante præcedenti cognitione non est præsumendū, sed imò constat de alia causa, nempe de discessu, ne detegeretur prægnantia, quo casu non etiam datur raptus, vt per Bursatt.d.cons.445. nu.39.& seq.& Farin. d.quæst.145.num.75.

Quoad stuprum autem, quia præterquam, quod assertio ipsius prætensæ stupratæ, à qua cœterę dixerunt audiuisse, neque etiam facit inditium, videtur de contrario constare, tum quia in processu
13 defensiuo probata fuit saltem ex fama, & alijs prę-sumptionibus inhonestas præcedens eiusdem mulieris, quæ præsumptiones, cum non agatur de ipsa muliere punienda, sed ad exclusionem prętensi stupri, satis probant, Gramat.decis.102.per tot. Alba cons.25.in princ.idem Bursatt.ex communiori sententia d.cons.445.num.7.& seq.

Tum quia excluditur etiam satis probabili inuerisi-
14 militudine, vel quia non est credendum, quod si assertus stuprator tentasset dictam mulierem violare, illa non acclamasset, implorando auxilium aliarum mulierum, quæ proximæ aderant, secum vindemiando eamdem vineam, vel quia suaderi non potest, quin saltem deindè se querelasset, dum tamen tacuit à vindemiis de mense Septembris vsque ad mensem Aprilis ad notata per eumd. Farin. d.quæst. 145.num. 145. vers. item ponit.

Et

Et in omnem casum, etiam dato stupro, non ideo minus excessiua fuit pœna triremium, cum hodie
35 pœnæ corporales, quæ pro stupro imponuntur, nullatenus ad triremes perueniant, neque etiam in humilibus personis, Menoch. de arbitr. cas. 288. num. 6. Farin. quæst. 147. num. 6. & 96.

Nec dicantur prædicta augeri ex effractione carceris, quia vltraquòd effractio non constat concludenter, quòd processerit ab isto carcerato, cum nullus dixerit de visu, neque etiam releuat ad ef-
36 fectum pœnæ triremium, dum fuga effectualiter, quodcumque fuerit impedimentum, minimè fuit sequuta, & de Iure iuxta terminos l. in eos, ff. de cu stod. Reor. similis audacia proueniens ex affectu se ipsum redimendi non punitur pœna delicti, pro quo effractor detinetur, sed solum arbitraria pœna, quæ ad triremes non extenditur, sed duntaxat, vel vt publicè torqueatur, vel vt acrius pro delicto prætenso tormentetur, vt de magis communi, & magis in praxi recepta opinione testatur idem Farinac. quæst. 30. num. 25.

ARGVMENTVM.

An permissa sit Congregatio hominum ad effectum recurrendi ad Superiores, vt tollatur grauamen illatum ab officialibus.

SVMMARIVM.

1 *Congregatio hominum differt a conuenticula, quia congregatio sonat in bonam partem, nec meretur pœnam, secus vero conuenticula.*
2 *Collegia quamuis regulariter dicantur illicita, quando tamen fiunt pro iusta causa, permittuntur.*
3 *Denunciatio grauaminum ad Superiorem cuilibet permittitur.*
4 *Recursus ad Superiorem dicitur species appellationis.*
5 *Iudicum recusatio tanquam species defensionis nemini denegatur.*
6 *Recusatio Iudicis, & appellatio a pari procedunt.*
7 *Suspicione Iudicis allegata, intrat nullitas processus ex defectu iurisdictionis.*
8 *Protestatio nihil aliud efficit, quam præseruare iura protestantium.*
9 *Maledici in officiales non puniuntur sine dolo.*
10 *Repetitio tacita in dubio non fit in pœnalibus.*
11 *Actus præsumitur potius ex causa licita, quam è contra.*

CONSILIVM CCCXCVII.

NVllam videntur mereri pœnam D. Eques, & alij, contra quos inquiritur; aut enim exaduerso pretenditur, eos deliquisse in coadunatione Popu-
1 li, & cum hæc non fuerit conuenticula armatorum hominum, quæ ex Bulla Sixti Quinti prohibetur etiam ad bonum finem, sed congregatio hominum sine armis ad finem licitum recurrendi ad Superiores pro tollendis grauaminibus, quæ inferri prætendebantur, sicut proindè congregatio fieri prohibita non erat neque de Iure, neque ex eius Bullæ dispositione, Corn cons. 216. num. 5. lib. 3. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 7. num. 8 in fine, & nu 9. Aym. cons. 4. num. 18. Farinac quæst. crim. 113. num. 118. ita pro coadunatione huiusmodi neque etiam author bus aliqua potest pœna irrogari, Zabarel. in d. c. pastoralis, in princ. num. 2. vers. quod procedit, quando sunt in malum, quem sequitur Felin. in c. exhibita, num. 4 in fin. de iudic. Menoch. cons. 18. num. 12. & 18. in fin. lib. 1. Bursat. cons. 141. num. 20. & seqq lib. 2. cum alijs per Farinac. d. quæst. 113. inspect. 4. in limit. 17. nu. 143. & 159. & hinc est, quod
2 quamuis regulariter collegia dicantur illicita, & improbata, permittuntur tamen, quando fiunt pro iusta aliqua causa, Calder. cons. 5. num. 2. per tot. de his, quæ fiunt à Prælat. sine consens. Capit. Decian. lib. 7. tract. crimin. cap. 20. de colleg. num. 11. & 14. vers. aut quærimus, Rebuff. de colleg. comment. tom. 2. num. 2.

Aut exindè prætenditur, iniuriam illatam esse officiali, cuius occasione coadunatio processit, & minus prætensio substinetur, dum cuicumque per-
3 mittitur denunciare Superiori ea, in quibus credit per Officiales grauari, Oldrad. cons. 53. Roman. cōsil. 96. num. 1. & 2. Bertazz. cons. 391. incip. nunc refricatur, num. 2. & seqq. lib. 2. Honded. cons. 112. nu. 6. & seqq. pluribus lib. 1. alias enim recursus, qui est
4 species appellationis, l. eos in princ. C. de appell. c. licet, in fine, de elect. Bald. in c. sanctimus, numer. 3. quo temp. mil. inuest. pet. deb. Aemil. cons. 84. num. 26. per indirectum prohiberetur contra rationē text. in c. detestanda, de concess. præb. & c. cum inquisitionis. §. prohibemus, de hæret. in 6. Caball. resol. crim. 109. num. 3.

Nec dicatur quod verba recursus, & protestationum contineant saltem temeritatem aliquo modo punibilem; quoniam si temeritas deducitur, vt quia officialis iuratus fuerit suspectus, & non videtur
5 hoc temeritati imputandum, dum recusatio Iudicum tanquam species defensionis nemini denegatur, c. quod suspecti, 3. quæst. 1. Abb. in c. cum inter, num. 9. vers. quia recusatio, de except. & ideò recu-
6 satio, & appellatio à pari procedunt, c. super eo, de appell. Felin. in c. 1. num. 6. de iudic. si verò ex eo, quia protestati fuerint, officialem ad officium non recipi, minusque ei libros confidendos, & minus videtur hoc punibile, tum quia stante suspicione
7 allegata, videtur intrare nullitas ex defectu iurisdictionis, c. cum speciali, vbi Innoc. num. 5. Franc. num. 47. de appell. l. apertissimi, C. de iudic. Roman. cons. 220. num. 6. Paleott. decis. 257. & 110. Caputaquen. decis. 60. num. 4. par. 1. Achill. decis. 205. tum
8 quia actus huiusmodi gestus fuit per viam protestationis, quæ propterea nihil aliud efficit, quam præseruare iura protestantium, Aym. cons. 127. nu. 7. Surd. cons. 310. num. 15. & cons. 385. num. 20. lib. 3. quod si nihilominus hæc emissa dicantur nimis acriter, neque pœnam merentur, dum ex solo fine recurrendi ad Superiores ad effectum remotionis
9 grauaminum proindè constat, protestantes, & recurrentes sine dolo, & iniuria processisse, quibus cessantibus neque etiam maledici in officiales puniuntur, l. vnica, C. si quis Imper. maledix. c. 1. de maledict. vbi id Host. & alij not. Gomez de delict. cap. 6. num. 2. vers. tamen illud verum est, Plaz. in epit. delict. cap. 4 num. 2. in fine, & num. seq.

Minus autem prætendi potest incursus in Bullam Clementis Octaui super bono regimine, quia ex lectura eiusdem Constitutionis patet, etiam sin-

gularibus personis prohiberi, ne quis bona, aut iu-
ra Communitatum alienet, vel hypothecet; pro-
hibitio verò, quæ fit de transmittentibus oratores
ad Curiam etiam priuatis sumptibus, vel non re-
petit illos de Vniuersitate tanquam singulos, cum
de illis in hoc secundo capite Constitutio explici-
tè non loquatur, & tacita repetitio neque etiam in
10 dubio fiat, præsertim in pœnalibus, Dec cons. 581.
num. 8 Peregr. de fideic. art. 16. nu. 53. Decian. cons.
17. num. 4. lib. 1.

Vel si repetit, intelligitur Constitutio, sicut loquitur,
de singulis hoc agentibus in negocijs concernen-
tibus Communitates, non autem se ipsos, & ideò
cum protestationes, & congregationes de quibus
agitur, licet emanauerint etiam ex causis publicis,
tamen admixtas haberent causas priuatas, vt in
specie dicitur in altera ex protestationibus sub d e
23. Martij, sicut in altera sub eadem die dicitur re-
spectu fabricationis fontis in Ciuitate, & non ex-
tra, vt euitarentur inconuenientia, quæ mulieri-
bus incedentibus ad hauriendum aquam de nocte
extra occurrere potuissent, proindè stantibus hu-
11 iusmodi priuatis causis transmissio deputatorum
intelligitur ex causis huiusmodi licitis, non ex il-
lis publicis, si ex publicis in ea Bulla extenditur
prohibitio, Aym. cons. 86. num. 9. Roman. cons. 393.
num 9. & seq. Cæs. de Graff. decis 1. num. 2. de elect.
Rota decis. 329. num. 2. & decis. 549. numer. 10. par.
1. diuersor.

ARGVMENTVM.

De exclusione vsuræ in contractu participationis, seu societatis.

SVMMARIVM.

1 *Societas officij redditur licita ex periculo vitæ.*
2 *Officia sunt in commercio sine Principis consensu circumscripto titulo, & persona exercente, in quibus Principis consensus requiritur.*
3 *Fructus sequuntur dominum. Et num. 5.*
4 *Societas contracta super re vnius ex socijs duos includit contractus alterum implicitum venditionis partis, & alterum explicitum societatis.*
6 *Vsuræ præsumptio resultat, quando emptor venditori restituenti precium promittit rem ipsius venditoris restituere.*
7 *Vsur. non arguitur ex vnica præsumptione.*
8 *Dominium in dubio censetur translatum ex Partiũ conuentione, quando concurrit causa habilis ad eius translationem.*

CONSILIVM CCCXCVIII.

SVbsistit ad effectum percipiendi portionem fru-
ctuum officij, de quo agitur, etiam contractus vl-
timo celebratus sub 22. Augusti, quia respectu scu-
torum quingentorum, quæ supererunt ex priori
contractũ super medietate officij non alienata res
caret omni dubio, cum etiam in posteriori supra-
dicto instrumento conuentum sit, quantitatem
huiusmodi remanere super periculo vitæ ipsius
Augustini, itaquod eo decedente hæredes eius hu
iusmodi portionem lucrarentur; quod enim ex hu
1 iusmodi vitæ periculo contractus reddatur licitus
admittitur in eodem discursu R. P. D. mei ex Ro-
man. cons. 102. num 3. Oldrad. cons. 209. Paul. de
Castr. cons. 289. num. 4. lib. 1. Castrac. de socier. cap.
8. num. 4. & seq. respectu autem aliorum scut. 800.
quia cum in eodem discursu admittatur, circum-
scripto titulo, & persona exercente officia, in qui-
2 bus Principis consensus requiritur, in reliquis non
prohiberi inter ipsos contrahentes, officia eorũ-
que fructus vendi, & obligari etiam sine Principis
assensu, ex decis. Seraph. 1294. nu. 3. vers. nam quod
dicitur, benè propterea venditum fuit officium in
hoc casu respectu dictæ portionis, & huic emptio-
nis contractui, cum applicetur contractus inter
3 has Partes gestus, proinde licitè fructus eiusdem
portionis emptorem sequuntur, l. 2. C. de pact. in-
ter empt. & vend. vbi Bald. & Castr. Tiraq. de re-
tract. conuent. §. 5. glo. 2. in prin. Menoch. cons. 300.
num. 5. lib. 3. & sunt tex. in l. ex diuerso, & l. fructus,
ff. de rei vindic. in l. fructus, ff. de acq. rer. domin. &
in l. si dominium, C. de pignor.

Quod autem huiusmodi contractus fuerit emptio-
nis, & venditionis non quidem fructuum, sed ip-
sius officij pro portione prædicta, apertissimè con-
stat pluribus in eiusdem contractus partibus, dum
in narratiua dicitur, deliberarunt ponere Virgiliũ
in participatione dicti officij, & scripturarum, &
occasione participationis huiusmodi vltra medie-
tatem, quæ remanserat ipsi Augustino, tam in illa,
quam in alia medietate sibi retrouendita recipere
alia scuta 800. & in dispositiua, dum in mandato de
soluendo directo DD. de Donis dd. scuta 800. dici-
tur, quali sono per parte di vna participatione,
che hò nel detto suo offitio di notariato, dumque
conuenerunt, quòd ipse Virgilius habeat partici-
pationem super dicto officio, eiusque scripturis;
4 quandoquidem participatio, seu societas cum cõ-
trahitur super re certa prius empta ab vno ex par
ticipantibus proprio nomine, duo in hac disposi-
tione includuntur contractus, qui sese consequun-
tur, & quorum vnus ex ordine intellectus alterum
præcedit, quia primus præcedens est implicitus
venditionis partis rei emptæ, & alter subsequens
est explicitus societatis, & participationis super d.
re, vt benè declarat Rot. decis. 763. numer. 8. par. 1.
diuers.

Nec obstant præsumptiones, quæ ad eliciendum con
tractum pignoris occasione mutui pro Parte ad-
uersa considerantur, quia facultas exigendi fructus
non legitur in hoc contractu, nisi coniunctiuè, &
consequutiuè respectu participationis ipsius offi-
cij, quo casu non repugnat, sed conformat se cum
5 contractu venditionis, cum ex iure, & titulo em-
ptionis officij ex rei natura succedanea sit fructuũ
ipsius parricipatio, vt per Rot. decis. 389. num. 2.
par. 3. diuers.

Conuentio etiam de certo modo restitutionis pecu-
niarum per tacitum recessum à contractu, per mo-
dum restitutionis, non autem per modum nouæ
venditionis, non arguit, neque concludit præsum-
ptionem simulationis, vel quia contraria nõ pro-
6 cedunt, nisi emptor promittat restituto pretio re-
stituere venditori rem suam ponderando, prono-
men illud, suam, ex quo elicitur præsumptio præ-
dicta, vt declarat Castr. huius opinionis author,
cons. 74. num. 2. col. 3. vers. quarta resultat præsum-
ptio, lib. 2. & Cepol. tract. de simul. contr. num. 58.
vers. 13. præsumptio, col. 3. in principio, sicut in his

terminis loquitur Menoch.lib.3.præsumpt.122.n. 77.quod pronomen,suam,deficit in hoc casu, vel
7 quia vnica hæc præsumptio non sufficit, cum plures requirantur,vt per eumdem Cepol.in tract.de simul.contr.num.108.in 5.& seqq.conclus.

Sicut non facit,sed contrarium concludit, quod pēsio solaenda esset occasione locationis eiusdem officij,quodque non posset Amatuccius de eo sine Carletto disponere,quia hęc omnia magis demōstrant officium ipsum ex eius participatione fuisse communicatum, pręsertim stante causa habili ad huiusmodi communicationem ex congrua subse-
8 quuta solutione,ex quo habilitas causæ semper etiam in dubio facit præsumi animum transferendi dominium.glos.parua in l.cum pater,§.pater,1. ff. deleg.2.Dec.in l.si pascenda,num.14. C.de pact. & ibidem Curt.iun.n.10.vers.quia quando procedit, vbi etiam Rimin.propè fin.vers.vbi in dubio,Hect. Felic.de societ.cap.9.num.54.vers.si verò quilibet. Rot.d.decis.763.n.3. par.1.diuers.

ARGVMENTVM.

An mercator contrahens cum Camera subiiciatur pœnis falsi,& decupli,quæ impositæ sunt contra Cameræ ministros rationem fideliter non reddentes.

SVMMARIVM.

1 *Statuti,seu Constitutionis pœna non procedit nisi in casibus expresse,& proprie comprahensis.*
2 *In Pœnalibus non fit extensio, etiam si ex defectu extensionis delictum remaneret impunitum.*
3 *Pœnalis Constitutio non trahitur ad eum, qui propriè non sit talis,etiam si in locum talis fuerit sub rogatus.*
4 *Rubrica declarat nigrum*
5 *Constitutionis vna pars declarat aliam.*
6 *Constitutio recipit passiuam interpretationem a Iure communi.*
7 *Administratores publici,qui non bene reddunt rationes,subiiciuntur pœnis de Iure communi impositis.*
8 *Administrator est debitor facti, reddendæ scilicet rationis administrationis.*
9 *Debitores Cameræ in numero debitorum redacti differunt ab aliis cum Camera contrahentibus quoad iustificationem computorum.*
10 *Constitutio restringitur à sua causa,& ratione.*
11 *Pœna Constitutionis non intrat sine dolo.*
12 *Constitutio,quæ vult malitiæ occurrere, & disponit per verba,si quis audeat,non habet locum nisi dolo concurrente.*
13 *Dolus cessat in traditione scripturæ, quæ verisimiliter occulta remanere non poterat.*
14 *Administratoris dolus in occultatione pecuniæ arguitur, quando reddita generali ratione recipit quietantiam.*
15 *Administratoris dolus cessat antequam computa sint solidata.*
16 *Animus,vel consilium circa fraudem in Causa Fisci non inspicitur,sed dumtaxat exitus.*

CONSILIVM CCCXCIX.

Constitutio Pauli Tertij edita anno 1544. super pœnis falsi,& decupli contra ministros Cameræ rationes integrè, & fideliter non reddentes non applicatur contra D.Propertium in casu, de quo agitur; cum enim Constitutio hæc pœnalis tā in rubro,quā in nigro,&tam in narratiua,quam in dispositiua,& in qualibet sui parte loquatur duntaxat de Thesaurarijs, mercatoribus, & ministris Cameræ computa administrationum suarum reddere debentibus, & D. Propertius nihil ex iuribus Cameræ administrauerit, ad cuius rationem reddendam teneatur, non potest illum comprahen-
1 dere,tum quia pœna siue legis, siue Statuti, aut Constitutionis nunquam locum habet,nisi in casibus expresè,& propriè in ea comprahensis, c. is, qui,de sent.excomm.l.at si quis,§.Diuus,ff.de Relig.§.cum igitur,Auth.de non elig.2.nub. Dec.in l.factum,§.in pœnalibus,num.11.ff.de reg.iur. Menoch.de arbitr.cas.276.per tot.cum immò neque
2 in pœnalibus extensio fiat ad alios casus, etiam si ex defectu extensionis remaneret delictum impunitum,Rol.cons.86.num.33.& 34.lib.2. tum quia
3 pœnalis Constitutio nunquam trahitur contra eum,qui propriè non sit talis,etiamsi alioquin in talis locum subrogatus censeretur, Bart.in l. multa,per illum tex.ff.de cond.& demonstr.Gabr. de reg.iur.concl.2.num.59. & tenuit Rota coram Seraphino decis.537.n.3. & seq.

Nec obstat generalitas illorum verborum, quibus subijciuntur pœnis tam prænominati, quam alij quicumque in Camera Apostolica computa red-
4 dere debentes,quia vltra quod generalitas huiusmodi non solum satis declaratur per rubrum loquens de computis reddendis ab administrantibus rationes Cameræ, l. 1. cum ibi communiter notatis,ff.si cert. pet. glo. in l. 1. ad fin. C. fideiuss. dot.ne dentur, sed etiam per ipsū nigrū,dū in ver. & si contingeret,patet, Constitutionem se ipsam declarare quoad reddendam rationem de exactis,
5 & administratis, adeoquod vna Constitutionis pars benè aliam declaret,l.1.ff.de reb.dub.l.quemadmodum,§.hæc verba, vbi Bart. ff. ad leg. falcid. Surd. conf. 94. numero 67. lib. 1. & decisione 282. num.10.

Tollitur etiam obiectum,quia cum certum sit, Con-
6 stitutionem passiuam recipere interpretationem à Iure communi,Bellon.cons.53. num. 11. Pedem. decis.169.num.6.propè fin.Rot.decis.724 num.15. & seq & decis.475.num.4.& seqq.par.1.intelligitur propterea de computa reddere debentibus ratione rerum administratarum, quia in his Ius com-
7 mune statuit,quòd huiusmodi pœnę imponantur, vt in Thesaurarijs,& exactoribus, tex. est in §. coges,Auth.de mand.princ. & in alijs administratoribus dolosè aliquid ex iuribus Principis occultātibus,vel in rationes non inferentibus, textus sunt in §.item lex Iulia peculatus Instit.de publ.iud. & in l.quilibet,C.de decur.lib.10.& per hos text.Soc. cons.46.num.10.lib.1.Osasc.decis.Pedemont.70. n. 9.& post alios Munnoz de Escobar. qui etiam de similibus Constitutionibus Regijs meminit in tract.de ratioc.cap.14.num.28.& cap.42.n.17.

Supposito verò, quòd de administratoribus Constitutio loquatur, quod D. Propertius non sit talis,

videtur manifestum,tam ex verbis,quam ex ratione, & causa ipsius Constitutionis; & quidem ex verbis,quia D.Propertius nihil spectans ad Cameram administrauit,sed duntaxat cum Camera, & Principe contraxit,illi ceras,& alia aromatharij exercitium concernentia vendendo, qui casus differunt inter se; quandoquidem venditor vendendo non efficitur debitor ipsius Cameræ, sed creditor; administrator verò semper est debitor, cum, & si aliquando non teneatur ad reliqua, quia soluerit,vel creditor sit,quia magis impenderit, quã
8 exegerit,semper tamen in quocumque casu verũ est,illum esse debitorem facti, reddendæ scilicet rationis administrationis,l.cum seruus,ff.de cond. & demonstr. l. si statuliberi, in fin. ff. de statuliber. Angel.cons.286.num.3.& 277.num.6. Bero.consil. 191.num.38.lib.1.Rota decisione 370.num.2. par. 2.recent.

Et ad rem nostram, quòd differentia sit inter debi-
9 tores Cameræ in numero debitorum redactos, & non debitores,sed aliter cum Camera contrahentes,vt quia primo casu non admittatur iustificatio computorum sine scriptura, secundò autem admittatur per testes,& aliundè,probat Bart. in l. & si instrumenta num.4.vers.quidam sunt debitores,C.de fid.instr.& iur.hast. Fiscal. lib.10. & sequitur Peregr.de iur.Fisc.tit.7.de debitor.Fiscal.n.20. vers.intellige in debitoribus.

Ex ratione autem,& causa Constitutionis,quia in administratoribus benè procedit,quòd cum non negocientur cum Camera ipsa, neque exigant à Camera,sed ab alijs,Camera fraudari poterat, & subinde prouidendum erat,ne illi sub diuersis prætextibus,& coloribus putantes retinere,crederent nihil peius sibi contingere posse,quam re detecta id, quod penes eos fuerat,debere restituere;non autẽ procedit, in aliter cum ipsa Camera contrahentibus,quia cum quando à Camera ipsa exigunt, id fiat per mandata Cameralia præuia quietantia,si-
10 cut propterea cessat in his causa, & ratio Constitutionis,ita illa ad causam, & rationem suam restringenda,Honded.cons.35.num.31.lib.2.Rot.decis.741.num.7.par.1.diuers.

Sed quatenus etiam de comprænhensione huius casus dubitari posset,non tamen dubitari potest, quin D.Propertius à pena decupli sit excusandus; cum
11 enim omnis pœnalis Constitutio ad effectum incursus pœnæ requirat dolum,& alias pœnę non sit locus,l.qui iniuriæ,ff.de furt.l.quod Reipublicæ, ff. de iniur.l.cum autem, §. excipiuntur, ff.de ædil.edict.Decian.tract.crimin.par.1.lib.1.cap.4.num. 9.
12 vers.hoc ergo primo casu, immò dolum expresè requirat Constitutio hæc Pauli,dum exorditur, se malitiæ occurrere, & disponit per verba, ne quis audeat,&c.Mars.in l.lege Cornelia, la seconda, §. cum quidam,num.2.ff.ad leg.Cornel.de sicar.Bertaz.consil.74.num.10.lib.1.& cons.329. num.9. lib. 2.Bursatt.cons.77.num.6.in fine, & num.13.& consil.141. num.8. vtique cessare debet pœna hoc casu,quo cessare dolum constat manifeste,tum quia de mandato Camerali,& subsequuta per D. Propertium quietantia ad fauorem Cameræ constat
13 ex tali scriptura,quæ verisimiliter occulta remanere non poterat, vt benè arguit Vulpell. consil. 129.num.23.in fine,& num.24.cum immò ex hac quietantia publicè facta,ex qua satis Camerę erat consultum,nulla posset censeri commissa fraus, vt in terminis ad exclusionem similis pœnæ pro Thesaurario generali Status Mediolani consuluit contra tunc illius Ducem,Mandel.cons.452. num.6. & seq.iuncto themate illius facti, de quo in princ. eiusdem cons.lib.3.

Tum etiam quia sicut dolus administratoris in oc-
14 cultando pecunias arguitur tunc demum, cum reddita generali ratione administrationis integræ quietationis apocha recipitur, vt per Escobar. d. tract.de ratioc.cap.42.num.19. & 20. ita cessat dolus,antequam omnia computa sint solidata,vt per Alb.d.cons.452.nu.1.& 42. præsertim cum in Causa Fisci circa fraudem neque etiam inspiciatur animus,vel consilium, sed duntaxat exitus, vt per eumd.Alb.ibi num.48.

ARGVMENTVM.

De eadem re. Et an dispositio pœnalis sit extendenda.

SVMMARIVM.

1 *Verba vbi non conueniunt, non habet locum dispositio.*
2 *Rationis identitas,vel maioritas non extendit dispositionem de casu ad casum, quando agitur de correctorijs,& pœnalibus copulatiue.*
3 *In Rationis redditione consideratur datio,& factũ, sed factum non consideratur,nisi quatenus tendit ad finem dationis.*
4 *Qualitas adiecta restringit verba vniuersalia.*
5 *Rationis diuersitas restringit dispositionem.*
6 *Consuetudo coactiua non inducitur ex actibus voluntarijs,et facultatiuis.*
7 *Obseruantia interpretatiua non operatur circa ea, quæ sunt contra Iuris dispositionem, nisi concurrente præscriptione quadragenaria.*
8 *Administrator datorum,et exactorum computa exhibere cogitur.*
9 *Verba intelligenda sunt eo respectu, quo proferuntur.*
10 *Rationis redditio non datur ex nuda solutione debiti sed quando interuenit vltro, citroque negociatio.*
11 *Error in Constitutionis interpretatione excusat a pœna.*

CONSILIVM CCCC.

Neque verba,neque ratio Bullæ Pauli Tertij comprænhendunt D.Propertium, & ideo neque illũ
1 comprænhendere potest dispositio,l.4.§.toties,ff.de damn.infect.l.item veniunt,§.arctanda, ff. de pet. hæred.Tiraqu.de retr.lign.§.1.glo.7.num.63.Surd. cons.313.num.86.& decis.122.numer. 13. Honded. cons.5.num.58.lib.1.cum immò satis sit,quòd sola verba non conueniant,etiam si alias ratio conue-
2 niret,quia quod dicitur exaduerso,identitatem, vel maioritatem rationis efficere, vt etiam in pœnalibus, & strictè interpretandis casus huiusmodi comprænhendatur, quia ista non dicatur extensio, sed comprænhensio,procedit in simplicibus pœnalibus,vel correctorijs simplicibus,secus autẽ,quãdo dispositio est correctoria,& pœnalis simul,quia tunc casus in dispositione non expressus, neque etiam comprænhensiuè dicitur includi,glos.in Clem

2.in

2.in verb.in eisdem, iuncto textu de ætat. & qual. quam vti singularem ad hoc adducit Alex. in l. si constante,num.5. vers.hoc tamen intelligi debet, ff.sol.matrim.Ias.in auth.quas actiones, numer.22. vers.tamen intellige istam fallentiam,C.de sac.Eccles.Roman.cons.129.num.1.vers.secunda ratio, & cons.150.n.5.Aym.cons.6.n.10.in fine.

Non autem verba adaptantur, quia Bulla cum semper loquatur de rationem reddere debentibus,nō potest comprehendere D. Propertium, qui dum nihil Cameræ administrauit, ad nulla reddenda computa, nullamque reddendam rationem cogi poterat,tanquam ille,qui solum creditor erat, de quo Bulla non loquitur; quandoquidem compu-
3 ta,& rationis redditio ordinantur ad dationem, et reliquorum restitutionem,adeoquod reddere computa, et rationes est quid accessorium tendēs solum ad finem,et effectum dandi, et reliqua soluendi; quamobrem omni casu, quo possibile est, debentem rationem reddere aliquid soluere debere,iure propterea cogitur ad computa,& rationes reddendum, ex quo huiusmodi factum tunc est considerabile respectu dationis,sed secus est in creditore,cum enim in eo certum sit, non esse locum dationi, dum non potest ad reliqua teneri, consequens propterea etiam fit, quòd neque ad factū ipsum redditionis rationis cogi possit, quod factum proinde in hoc casu non est in consideratione,l.Iulius Paulus,80.ff.de cond.& demonstr. l. qui libertatis,§.seruus,ff.de euict.l.3. & ibi Bald. n. 4.C.de testam.manumiss. Alciat.in l boues, §.inter reddere,num.9.& seq.ff.de verb.sign.Soc.in l. quāuis,num.1.& seq.ff.de cond. & demonstr. & bene per Bero.cons.28.n.24.& 27.lib.2.

Nec obstat,quòd Bulla vtatur verbo vniuersali, quicumque, tum quia huiusmodi verbum non fuit simpliciter,& de per se prolatum,sed qualificate, quicumque,scilicet rationem reddere debentes,
4 adeoquod qualitas huiusmodi debiti restringit vniuersale verbum,cui adijcitur, l.ea tamen adiectio,& ibi Alber.ff.de leg.3.Oldrad.cons.48.num.5. vers.tertia ratio, Gabr. cons. 69. numer. 10. lib.2. Surd.consil.131.num.24.& seq.lib.1. & consil. 179. num.41.lib.2.

Tum quia cum ex supradictis pateat, diuersam esse
5 rationem inter administratores, & solos creditores,dispositio, quantumuis vniuersalis affirmatiua restringitur,Aym.cons.256.num.7.vers.quarto dico,& cons.186.numer.5.Tiraq.de retract.lign. §.1. glo.6.num.26.& seqq.Surd.cons.131.numer. 26. & cons.150.num.65.lib.1. vt scilicet non comprehēdat eum casum,in quo eadem causa,& ratio ita disponendi non concurrit,Angel.cons.346.numer.1. Castr.cons.151.col.2.vers.item dicam, lib.2. Corn. cons.52.num.12.& seq.lib.2.Surd.d.cons.150. num. 58.lib.1.

Neque refert,quod D. Propertius ex consuetudine vniuersali aromathariorum, & propria teneretur computa reddere,quod, vt dicitur exaduerso, deseruit pro obseruantia interpretatiua, tum quia ista computorum datio tam in alijs, quam in D. Propertio non probatur, nisi merè voluntaria, &
6 facultatiua,ex qua nunquam consuetudo coactiua inducitur, Roland.cons.53.num.38.lib.2. Cæsar de Graff.decis.117.num.6.& 7.Rot.decis.778. nu.5. par.1.diu.Card.Mant.decis.10.n.12.

Tum quia quicquid sit in interpretatione,quę fit secundum,vel præter Ius,in illa tamen,quæ est con-
7 tra Ius,vt in hoc casu,neque interpretatiua obseruantia facit Ius, & coactionem in futurum, Soc. cons.160.num.19.lib.2.nisi saltem concurrat præscriptio quadragenaria,Put.decis.15. num.4. lib.3. Menoch.de arbitr.cas 83.num. 10. vers. nisi sit interpretatiua.

Non etiam facit, quòd Bulla loquatur non solum de administratoribus,sed etiam de exactoribus, quia vel hoc non est verum,dum solum qualificat reddende rationis modum,dicens illam reddi debere de exactis, vel administratis, quod proprium est
8 administratoris,qui datorum, & exactorum computa reddere cogitur,l.2. §.quod de frumentaria, ff.de admin. rer. vel si verum est, loquitur Bulla, non de exigente,quia is est creditor, qui exactum in satisfactionem sui crediti restituere non tenetur,sed de exactore obligato ad restituendum, qui propriè etiam exactor dicitur, l.apparitores, vbi Bart.C.de exact.lib.10.idem Bart.in l.comperimus C.de nauic.lib.11.Roland.cons.49.nu.28.lib.1.Magon.decis.Florent.66.n.15.& alijs.

Prout neque facit,quod sub mercatorum, vel alias administratorum nomine D. Propertius comprehendatur,quia cum in facto non subsistat, Camerā dedisse illi ceras in administrationem,verum tamē sit,quod nomina omnia in Bulla expressa referantur semper ad eos,qui debent, & cogi possunt rationem reddere,propterea eos, qui ad hoc com-
9 pelli non possunt,non comprehendit, sed restringuntur nomina ad debentes rationem reddere cuius occasione eorum fit expressio,Soc.in l. non putabam,ff.de cond.& demonstr. Aym.consil.171. numero 13.vers.tertio,Surd.consil.313. num. 108. lib.3.

Minus autem applicatur ratio finalis eiusdem Bullæ, quia indemnitas Cameræ,& fraus, quæ in non exhibendis integris computis exaduerso consideratur,non æquè militat in creditore, sicut in administratoribus,& alijs,qui rationes reddere coguntur; siquidem creditor exigendo quietantiam facit ipsi debitori, ex qua eius indemnitati satis est consultum,quam tamen ipsi domino directè non facit administrator, & propterea omissio illius in computis potest dominum de hoc ignorantem fraudare; quandoquidem hanc differentiam,& diuersitatis rationem, quicquid exaduerso dicatur ad illam euitandam facit tex.in l.si quis,6.§.rationem,ff.de eden.quamuis enim dicat,rationem esse vltrò,citroque dandi,accipiendi,credendi,obligandi,soluendi sui causa negociationem, subiungit
10 tamen nullam rationem à nuda duntaxat solutione debiti incipere,ac propterea per illum tex.not. ibi Castr.num.1.quod rationes propriè non dicūtur consistere ad effectum editionis inter creditorem,& debitorem,veluti quando creditor mutuat & recipit pignus, sed solum quando consistunt in actibus concurrentibus ad inuicem,& vltro,citroque obligatorijs,adeoquod ad effectum, vt ratio dici possit,necessaria est negociatio vltro,citroque & non sola debiti solutio, vt ibidem per Ias. num. 3.& seq.

Seu saltem negari non potest, quin cum interpreta-
11 tio dictæ Bullæ sit dubia,error proinde assumptus excuset à pœna,vt per eumdem Soc.in d. l. quamuis,num,3.ff.de cond.& demonstr.

AR-

ARGVMENTVM.

An frater, qui pro suo Conuentu officiũ procuratoris exercuit, molestari possit criminaliter respectu partitarum omissarum in libro, quando aliunde rationem reddit.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio etiam in criminalibus datur ob notoriã nullitatem, vel iniustitiam.*
2 *Criminalis actio non datur, quando Parti consultum est per ciuilem actionem ex contractu descendentem.*
3 *Administrationis velamen excludit criminalitatem etiam stante dolo, nisi interueniat aliud particulare nomen delicti.*
4 *Ratio respectu partitarum omissarum reddi etiam potest aliunde ad excludendum dolum.*
5 *Error magis præsumitur quam delictum.*
6 *In Rationis redditione debita, & credita vti inseparabilia compensantur, neque pronunciandum est super debitis sine pronunciatione super creditis.*
7 *Reconuentionis natura est, vt vnica sententia vtrumque iudicium terminetur.*
8 *Appellatio suspensiua permittitur ob excessiuitatem pœnæ.*

CONSILIVM CCCCI.

Committenda videtur Causa appellationis cum retardatione; quamuis enim in criminalibus, v-
1 bi infligitur pœna corporis afflictiua, regulariter suspensiua appellatio non detur, conceditur tamẽ, quando nullitas, seu iniustitia latæ sententiæ est notoria, Decian.tract.crimin.lib.8.cap.9. num. 16. tom.2. Bertaz.cons.79 num.1.& seq.lib.1.cum alijs per Farin.de var.ac diuers.crim.quæst.109.numero 112.& seq.

Constat autem de nullitate, & iniustitia notoria in hoc casu ex pluribus, & primò quia cum frater Pompeius esset procurator Conuentus non daba-
2 tur contra ipsum occasione gestorum in hoc officio actio criminalis, cum monasterio consultum esset per ciuilem actionem ex contractu mandati descendentem, etiam per iuramentum in litem, Corn.cons.366.num.12.& 32.lib.3.Roland. consil. 75.num.31.lib.1.Menoch.cons.98.num.82. & seqq. lib.1.Aym cons.6.num.105.Honded.cons.23. num. 59 lib.1.vbi plenissimè, & sunt tex in l.tres tutores vbi etiam glos.ff.de administr.tut.& in l.in eos, ff.de tut.& rat.distr.

Secundò quia euidentissima iniustitia patet etiam ex lectura ipsius sententiæ, dum in pœnam exilij, & in alijs condemnatur sub prætextu dolosæ administrationis, & tamen certum est in Iure, quòd vela-
3 men administrationis etiam præexistente dolo excludit criminalitatem, cum interesse reparabile sit per actionem ciuilem, in tantum quòd neque etiã contra dolosum administratorem datur crimen stellionatus, nisi in administrando interueniat aliud particularis nominis delictum, Bald.cons.14.n. 3.& cons.15.num.1.lib.1. [illegible] decis. Pedem. 137. num.17. Farinac.q. [illegible].9 numer.37. & consil. 96. num.19.& est tex.in l.eleganter, in princip. ff. de dol.

Tertiò quia summa scutorum 48. ad quam restringitur sententia condemnatoria neque etiam dici potest debitum dolosum, dum licet huiusmodi quantitas in libris adnotata forsan non reperiatur, tamen reperitur in alijs computis eiusdem fratris, qui etiam soluentibus quietantiam eius manu fecit, adeoquod monasterium tutum erat, actionem exercendo contra debitores, donec quietantiam non ostenderent, & contra fratrem procuratorem, dum de illa docerent; quandoquidem
4 nihil prohibet, quod respectu partitarum omissarũ ratio etiam aliunde reddi possit ad exclusionem doli, vt sæpius tenuit Rota, & præsertim in Romana tutelæ de Masso 27. Ianuarij 1586.& 23. Ianuarij 1587. coram Gipsio, in Romana redditionis cõputorum 30. Octobris 1595 coram D. Card. Pamphilio, & in Romana tutelæ de Ruspolis 15. Martij
5 1596. coram Litta, sicut magis tenendum est pro omissione erronea, quam delicto, vt per Rot. decis. 135.num.15 par. [illegible] diuers.& Bertaz.cons.crimin. 441.num.8.& seq.lib.2.

Quartò quia in computis, ad quæ restringitur sententia, & quorum occasione iste frater declaratur debitor, nulla fit mentio, neque condemnando, neque absoluendo de prætensionibus, & creditis ipsius fratris in actis, & alijs computis deductis dictam summam scutorum 48. excedentibus; siquidem hoc fieri non poterat sine nullitate, & iniusti-
6 tia, tum quia cum ageretur generaliter de redditione administrationis, debita, & credita omnia administratoris erant inseparabilia respectu mutuæ compensationis, quę in istis inseparabilibus fit ipso Iure, Negus.de pign.1.membr.5.par. num. 37. Rot.decis.626.num.10.vers.aliqui etiam, par.1.di-
7 uers.tum etiam quia pro istis proposuit frater iudicium reconuentionis, cuius natura est, vt vnica sententia vtrumque iudicium terminetur, vt per Cæs.de Graff.decis.142.n.3.

Quintò quia in omnem casum constat de excessiuitate pœnæ, dum in exilium fit condemnatio administratoris, qui debitor prætenditur in tam parua summa scut. 48. siquidem ratione excessus pœnæ
8 semper permittitur suspensiua appellatio, etiam vbi alias appellare non liceret, c.nouit, de appell. Lancell.de attent.par.2.cap.12.limit.9.numer.9.& seq.cum aliis per Farin.d.quæst.101.n.110.

ARGVMENTVM.

De exclusione falsitatis partitæ libri ex primordio veritatis, & verisimilitudine.

SVMMARIVM.

1 *Socij tenentur stare scripturæ exaratæ ab eorum deputato ad officium scribendi Et num.6.*
2 *Liber sociorum probat inter eos, quando continet verisimilia.*
3 *Falsitas cessat stante primordio veritatis.*
4 *Veritate possibili in esse posita necessario non sequi-*

quitur falsitas.

5 Error prouatur quando constat rem aliter se habere.

7 Bonum nomen facit creditor, qui admittit debitorem delegatum.

8 Bonum facere nomen debitoris, exponitur idest, quod sit obligatum non autem quod sit soluendo.

CONSILIVM CCCCII.

NVlla prætendi potest falsitas in casu, de quo agitur, neque respectu fabricationi, neque respectu vsus; cum enim partita scutorum 1540. posita ad debitum Partis aduersæ vera sit, tum quia con-
1 stat de scalo ad huiusmodi summam per communem ministrum calculato, cui tanquam communi consociorum consensu ad officium scribendi deputato standum est, dum propterea censetur approbata tam persona, quam dictum, Alex. consil. 113. nu. 5. lib. 4. & cons. 186. in princ. lib. 2. Roman. cons. 398 num. 1. & seqq. Corn. cons 319. num. 13. & 14. lib. 3. Grat. cons. 94 num. 41. vers. quinto comprobatur. lib. 5. clarè Ruin. cons. 101. num. 14. ad fin. vers. non obstant allegata, lib. 1. Menoch. cons. 353. num. 14. lib. 4. & præsumpt. 62. numer. 1. & seq. lib. 3. Honded. cons. 90. num. 32. lib. 2. Rota in Romana affictus Sermonetæ 28. Nouembris 1607. coram
2 Card. Lancellotto, tum quia partita continet nedum verisimilia, sed inmò necessaria, ex quo sine huiusmodi interesse D. Dux longè ante tempus scuta 7750. non restituisset, Alexan. d. cons. 186. in princ. Ruin. d. cons. 101 num. 13. Petr. de Vbald. de duob. fratr. par. 12. num. 3. Rot. Ianuen. decis. 173. n. 5. Menoch. de arb tr. c 92. num. 3. & 5. & proinde
3 stante veritate huiusmodi cessat omnis falsitas, vt inquit textus in l. cum ñ iis, 78 §. hæres meus, vbi Bart. ff. de leg. 2. Alber. Imo. & cæteri ibidem communiter. Grammat. vot. 26 numero 12. Dyn. consil. 38. Gabr. consil. 169. numero 14. & seqq. lib. 1. Surd. consil. 173. numero 50. lib. 2. cum im-
4 mò possibili veritate in eff. posita nulla sequatur necessariò falsitas, vt per Boss. tit. de fals. num. 133. Bertaz. cons. 140. num. 10. lib. 1. Surd. cons. 132. numer. 20 Honded. cons. 109. num. 14. & seq. lib. 1. Bec. cons. 76 n. 11. lib. 1. Viu. decis. 81. n 9.

Nec obstat, quod in eodem calculo idem minister detraxerit scuta 53. & 67. tum quia detractio huiusmodi fuit erronea, & error satis probatur, dum
5 facto nouiter calculo dicti scali constat, rem aliter se habere, & vere ratione temporis, de quo in eo, interesse ratione anticipatæ solutionis ad septem pro centenario importare integram summam dd. scutorum 1540. Archid. in c. in quibus, 22. quæst. 2. Alber. in l. error, num. 1. C. de iur. & fact. ignor. Paris. cons. 7. num. 6. lib. 3. Surd. consil. 202. num. 13. lib. 2. Rot. Ianuen. decis. 2. num. 38. tum quia ipse mini-
6 ster propterea errore correcto in libris integram dictam summam adnotauit, cui propterea statur, tanquam ad confectionem huiusmodi librorum præposito, l. 1. § mag. strum, il secondo, ff. de exercit. Ruin. d. cons. 101 num. 14. in princ. & vers. non obstant, Rim. cons. 398. num. 1. & seqq. Rot. Ianuen. decis. 173. num 5.

Minus etiam obstat, quod non appareant solutæ Duci nisi scuta 1225. quoniam non propterea redargui potest de falso partita maioris summæ posita ad debitum Partis aduersæ, dum illa in se vera est, & stant simul illa duo, quòd scilicet deberentur Duci scuta 1540. & tamen non fuerit illi soluta nisi summa scutorum 1225. ex quo debitum non dependet à quantitate Duci soluta, sed à soluenda stante calculo, de quo supra, & hinc fuit, quod in partita concepta ad debitum eiusdem D. aduersarij expressio causæ non fuit, quod totidem scuta 1540. fuissent Duci soluta, sed id intuxat, quod tantum importabat computum scali ob anticipatam solutionem prædictam, sicut in partita posita in libro magistro non exprimitur causa, quia ea summa fuerit soluta Duci, sed quia illa Duci bona efficiebatur, qui termini differunt inter se, cum ali-
7 quid alicui bonum facere interpretetur etiam pro admissione illius in ea summa in creditorem, vt est tex. in l. inter causas, §. abesse, ibi quia bonum nomen facit creditor, qui admittit debitorem delegatum, ff. mand. l. 1. in fin. princ. ff. ad Senat. con-
8 sult. Maced. ideoque quod illa verba bonum facere exponantur, idest, facere alium de iure obligatū explicant, Bald in l. si nomen, num. 2. vers. concludе, quòd tenetur, ff. de hæred. vel act. vend. & Rot. Ianuen. decis. 156. num. 1. vers. & dicit Bald.

ARGVMENTVM.

Exigens pecunias nomine alterius, easque transmittens per mulionem an, & quando de periculo teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Amissio, seu peremptio rerum ex casu non præsumitur, nisi casus manifestè probetur.*

2 *Mulionis seu vecturalis assertioni etiam cum iuramento, quod pecuniæ sibi fuerint furto subtractæ, non creditur.*

3 *Testi reddenti incongruam, et insufficientem rationem, non creditur.*

4 *Testis non probat, qui fatetur, quod Partes non cognoscit.*

5 *Furtum quamuis præsumptionibus probetur, illæ tamen requiruntur vehementes, & violentæ.*

6 *Dominium pecuniæ transit in procuratorem ad exigendum, qui propterea tantundem restituere tenetur.*

7 *Depositum irregulare per pecuniæ numerationem depositi terminos egreditur, adeout eius periculum ad accipientem pertineat.*

8 *Dominium pecuniæ transit in exactorem, qui paulatim recipit, vt deinde certo tempore totum soluat.*

9 *Identitas pecuniæ furto ablatæ probanda est a depositario afferenti furtum fuisse commissum.*

10 *Assertioni alicuius ad se exonerandum non creditur.*

11 *Testis de auditu a Parte non probat.*

12 *Culpa mulionis officium suum malè exercentis ascribitur eligenti.*

13 *Mora, et culpa facit aliquem teneri de casu, de quo alias non teneretur.*

14 *Mora contrahitur re ipsa ad fauorem Communitatis.*

CON-

CONSILIVM CCCCIII.

NOn obstat exceptio furti, quia de illo non constat, & de iure exceptio peremptionis ex casu nunquam admittitur, nisi claris, ac manifestis pro-
1 bationibus casus probetur, l. si creditor, & ibi omnes, C. de pign. act. §. fin. iuncta glo. in verb. fortuito, Instit. quib. mod. re contr. oblig. Castr. cons. 301. num. 5. vers. præsumitur, lib. 1. Aym. cons. 112. num. 17 cum alijs per Honded. cons. 43. num. 10. & seqq. lib. 2.

Nec obstant ea, quæ ad probandum furtum exad-
2 uerso adducuntur; nam assertioni mulionis, seu vecturalis dicentis, sibi pecunias fuisse consignatas, sed deinde furto subtractas non solum minimè creditur, quando hoc asserit sine iuramento, sed nec etiam, quando iurat, vt in terminis per Corn. cons. 318. num. 4. seq. & per tot. lib. 4. testes verò nõ
3 releuant, dum ipsimet asserunt, pecunias non solũ minimè subtrahi vidisse, sed duntaxat duos sacculos, in quibus pecunias extitisse subtrahentes non ex visu, sed ex cogitatione desumpta ex percussione, & sonitu asserebant, §. licet, Auth. de testib. l. solam, C. eod. vbi Salic. post num. 2. Castr. num. 6. vers. subaudi bonam, & concludentem, Sicar. numer. 2. vers. sciant autem, Specul. de testib. §. 1. numer. 60. vers. vel reddit, Oslasc. cons. 66. num. 17. dumque ij-
4 demmet fatentur, non solum minimè cognouisse mulionem, sed neque etiam D. Mutium, adeoquod tanto minus concludunt, eiusmodi pecunias furto ablatas esse, Alex. cons. 183. num. 8. lib. 6.

Præsertim cum licet furtum probetur præsumptio-
5 nibus, illæ tamen non sufficiant, nisi sint vehemẽtes, & violentæ, vt per Rotam decis. 92. numer. 2. & seqq par. 4. diuers.

Sed dato etiam furto, exceptio illius non suffragatur in hoc casu; quoniam, aut D. aduersarius in exigendo vult, se fuisse procuratorem Communitatum, & tunc periculum casus fortuiti ad ipsum spectat,
6 ex quo neque inter mandantem, & mandatarium, neque inter debitorem numerantem, & ipsum mandatarium accipientem id agitur, vt eadem nummorum corpora restituantur, sed tantumdem genere, & bonitate, adeoquod dominium pecuniæ numeratæ transit in ipsum procuratorem, l. qui negotia, 34. in princip. dum inquit, nummos exactos esse periculo procuratoris, ff. mand. Fulgos. in l. si ego, num. 1. ff. de neg. gest. & in l. si procurator, nu. 7. ff. de cond. ob caus. & in repet. eiusdem l. num. 11. & in l. qui negocia, nu. 1. ff. mand.

Aut prætendit, se fuisse depositarium, & dum deposi-
7 tum non fuit regulare in sacculo obsignato, sed irregulare per pecuniæ numerationem, sicut prout de talis consignatio depositi terminos egreditur, l. Lucius. 24. ff. deposit. l. die sponsaliorum, §. qui pecuniam, ff. eod. Bald. in l. fin. num. 8. C. eod. Alber. in l. inficiando, num. 4 & seq. ff. de furt. Ias. in l. si quis nec causam, num 26. ff. si cert. pet. Gabr. cons. 53. in princ. lib. 2. Franc. Marc. decis. 887. num. 5. par. 1. ita ex quo obligatio restitutionis est ad genus, quod perire non potest, cum non sit materiale, sed quodam intellectuale, l. in naue Saupheij, ff. loc. l. incẽdium, C. si cert. pet. ita periculum remanet accipientis, Bald. cons. 219. & cons. 236. num. 5. lib. 5 Bero. cons. 194. num. 36. lib. 1. & post alios Honded. consil. 43. num. 23. & seqq. lib. 2. vbi respondet consil. Dec. 473. Grat. Paris. Rim. & alijs, qui in contrarium allegantur.

Aut demum vult, se fuisse exactorem publicum ad instar Thesaurarij, & tunc pariter ad ipsum exactæ pecuniæ periculum spectauit, cum quicquid sit in eo, qui pecuniam exactam statim restituere tenetur, & sine beneficio vtendi debet eamdem semper seruatam habere, in quibus casibus procedunt cõ-
8 traria, aliud sit in exigente paulatim, vt deinde certo tempore totum soluat, sicut est in D. aduersario, qui anticipatè à pluribus Communitatibus exigit, vt deinde in fine bimestrium integre soluat, vt distinguendo tenent idem Dec. cons. 6. in 3. casu nu. 1. & seq. & post num. 2. vers. & ita, Cuman. cons. 178. in 2. dub. Alciat. cons. 100. num. 5. Stracc. de mercat. par. 4. num. 39. vers prima est, Bursatt. cons. 325. nu. 13. 17. & seqq. lib. 3. Cæs. Manent. decis. 54. num. 69. & seqq.

Cæterum quando etiam dominium pecuniæ exactæ remansisset penès Communitates, non tamen exceptio furti suffragaretur, & quia non constat, pe-
9 cunias ablatas fuisse easdem, quas D. aduersarius à Communitatibus exegit, sicut de identitate ad huiusmodi effectum constare deberet, Petr. de Vbald. de duob. fratr. par 8. num. 13. Soc. cons. 24. nu. 40. lib. 1. Adden. ad Alex. in l. si pascenda. C. de pact. Franc. Marc. d. decis. 887. num. 5. par. 1. non obstantibus litteris Mazzinghi, dum referunt dictum ip-
10 sius D. aduersarij in proprijs litteris, quibus non creditur, cum agat de se exonerando ab amissione in præiudicium Communitatum, l. quoties, C. de naufrag. lib. 11. Bart. in l. si quis ex argentarijs, § an verò hæredi, ff. de edendo & in l. si creditor per illum tex. C. de pignor. act. Medic. de fortuit. casib. cap. 1.
11 & 10. num. 11. ac non obstante etiam dicto mulione tanquam & ipso deponente de auditu ab ipso D. aduersario, Aym. cons. 112. num. 13.

Et quia cum constet de præcedenti mora D. Mutij in transmittendis pecunijs suo tempore, & de culpa mulionis ex his, quæ in facto deducuntur, quæ
12 culpa pariter eidem D. Mutio illum eligenti ascribitur, l. cum mandato, ff. mand. l. 1. §. hæc actio, ff. si mens. fals. mod. dix. glo. in l. non ob eam rem, ff. pro
13 soc. proinde mora, & culpa huiusmodi præcedens facit, D. Mutium teneri de casu, de quo alias non teneretur, l. si in Asia, §. fin ff. depos. Caroc. de depos. par. 1. tit. de culpa, num. 42. Med. de furt. cas. par. 2. quæst. 10 num. 74. vers. secundo fallit, Cæs. Manẽt. decis. 54. n. 1 & seqq.

Præsertim cum D. aduersarius deputatus esset exa-
14 ctor à Communitate, quia eius fauore re ipsa mora contrahitur, vt per Dec. d. cons. 6. num. 2. vers. & retinendo.

ARGVMENTVM.

De eadem re. Et an, & quando dominiũ pecuniæ transeat in accipientem.

SVMMARIVM.

1 *Recognitio iurium requiritur Parte opponente.*
2 *Culpa mulionis minus accurati ascribitur eligenti.*
3 *Mercedem recipiens tenetur de leui culpa.*
4 *Culpa resultat, quando gerens alterius negocium adhi-*

adhibet minorem diligentiam quam in re sua.
5 *Tutor tanquam debitor generis tenetur pupillo, etiamsi pecunia exacta pereat.*
6 *Periculum speciei ad dominum spectat, quando constat eamdem speciem perijsse.*
7 *Periculum pecuniæ transit in accipientem, quando in eum transit dominium.*

CONSILIVM CCCCIV.

NOn negatur, incursum in latrones dici casum fortuitum, sed benè negatur, quòd constet de huiusmodi incursu, itaquod exinde successerit amissio scutorum mille, de quibus agitur, dum consignatio illorum, quæ exaduerso prætenditur facta mulioni cum ordine, vt eamdem summam traderet depositario Montis debiti per Communitates non probatur, neque iura, quæ exaduerso ad hoc adducuntur, merentur aliquam fidem, tum quia
1 non sunt de actis, tum quia non fuerunt vnquam recognita, prout Parte nostra opponente sine dubio requiritur, Oldr. conf. 227. numer. 7. verf. & ad hoc, Caputaq. decif. 27 par. 1. Rota in Anconitana pecuniaria 23. Iunij 1603. coram Penia.

Sed in omni casu assertum damnum non debet Communitas substinere, sed ad D. Mutium aduersarium
2 spectat, & quia cum ipse elegerit mulionem minus accuratum eidem eligenti culpa ascribitur, vt est textus in l. vtique autem, §. culpa, in fine, ff. de rei vendic. Manent. decif. 54. num. 1. & seqq. ac propterea cum mulio potuisset præuidere periculum in euitando iter de nocte, & hospitium insolitum, & præuidere noluerit, non potest à culpa excusari, l. ex conducto, §. si vis, ff. locat. præsertim cum D. ad-
3 uersarius haberet mercedem, cuius occasione tenetur etiam de leui, l. 1. §. si vestimenta, ff. depos. & l. qui mercedem, vbi glos. ff. loc. Surd. conf. 309. nu. 11. lib. 3. Manent. d. decif. 54. nu. 62. & seqq. magisq.
4 cum saluatæ fuerint pecuniæ, quæ ab eodem mulione afferebantur D. fratri transmittentis, iuxta l. quod Nerua, ff. depos. Manent. decision. 53. num. 20 & seqq.

Et quia aut D. aduersarius admittit, se tanquam procuratorem exegisse, & tunc damnum est ipsius, cũ quicquid dicatur exaduerso, transeat in procura-
5 torem dominium pecuniæ exactæ, prout etiam in tutorem, qui propterea tanquam debitor generis tenetur pupillo, licet pecunia exacta pereat secũdum Bart. in l. Titium, & Meuium, §. altero, num. 1. ff de adm. tut. Bald. in l. si patruus, C. com. vtr. iud. Dec. consil. 6. col 2. Alciat. conf. 100. num. 10. vers. ad idem facit, aliàs conf. 12. tom. 2. num. 5.

Aut vult, dominiũ pecuniæ non fuisse in ipsum translatum, vt quia esset debitor pecuniæ tanquam speciei, & tunc non sufficit sibi probatio, quod mulioni furto pecunia transmissa pro Communitatibus fuerit subtracta, nisi etiã copulatiuè probet, quod eadem species pecuniæ, quæ fuit mulioni consignata, sit illa, quam exegit ab ipsis Communitati-
6 bus; tunc enim periculum speciei ad dominum spectat, quando constat, eamdem speciem perijsse, vt per Mascard. de prob. concl. 272. num. 12.

Sed supplicamus aduerti, quòd in isto casu contractus ratione huiusmodi exactionis initus re vera, vel est emptionis, & venditionis, quia dicitur aduersarius emisse pecuniam in Partibus, quam à Communitatibus exegit ad effectum tantumdem in Vrbe soluendi cum eius vtilitate duorum cum dimidio pro quolibet centenario, iuxta conf. Calder. 11. incip. mercator, de vsur. vel fuit contractus
7 innominatus, do, vt des, quorum occasione, quia dominium transit in accipientem, ad ipsum spectat periculum, iuxta tex. in l. 2. C. de naut. fænor. & per illum Bero. conf. 194. num. 10. 17. 18. seq. & per tot. lib. 1.

ARGVMENTVM.

Approbator fideiussoris an teneatur omni tempore, an duntaxat quatenus tẽpore approbationis fideiussor non sit idoneus.

SVMMARIVM.

1 *Approbatio fideiussionis de sui natura includit tempus præsens. Et num. 3.*
2 *Temporis præsentis dispositio non est trahenda ad futurum.*
4 *Approbator æquiparatur fideiussori. In casu, in quo approbatus tempore approbationis non sit idoneus vt num. 5.*
6 *Approbator fideiussoris tenetur probare, fideiussorem fuisse tempore approbationis idoneum.*
7 *Approbator fideiussoris non tenetur, quando creditor neglexit agere contra fideiussorem.*

CONSILIVM CCCCV.

NOn tenetur approbator fideiussoris ratione omnis temporis, sed duntaxat, quatenus tempore approbationis fideiussor non reperiretur idoneus,
1 tum quia approbatio ex sui natura includit tempus præsens, vt exponit Odofred. in l. cum ostendimus, §. fideiussores, ad med. vers. & dicunt, iste est idoneus, ff. de fideiuf. tut. & comprobat idem Cephal. exaduerso allegatus conf. 437. nu. 54. ad med. vers. referendum ad id, quod est de præsenti, lib. 3.
2 Hering. de fideiuss. cap. 8. num. 43. adeoquod præsentis temporis dispositio non est trahenda ad futurum, l. si stipulatus fuerim, 76. §. cum stipulamur, & ibi Bart. ff. de verb. obl. l. si à colono, ff. eod. l. verbum oportere, ff. de verb. signif.

Tum quia conclusionem hanc probat text. in l. 1. §. 1. post med. vers. quod si satis exegit, ff. de magistr.
3 conuen. inquiens, quòd si fideiussores recepti postea facultatibus lapsi sint, nihil est, quòd approbatori imputetur, quia ad ipsum non spectat futuros casus præstare.

Nec obstat, quòd textus loquatur in magistratibus, secus autem dicendum sit in approbatore fideiussoris, vt quia ex propria obligatione intret vicem
4 fideiussoris, cui approbator æquiparatur, vt probat idem tex in d. l. cum ostendimus, §. fideiussores, & dicunt ibi Goffred. in fin Bald. pariter in fine, Cephal. d. conf. 437. num. 5. dicens, quòd & fideiussor fideiussoris esse potest, iuxta l. si plures, §. fin. ff. de fideiuss. Bald. in l. græce, § fin. eod. & hinc est, quod dicitur teneri approbatorem æque, ac fideiussorẽ, vt per Cuman d. §. fideiussores, num. 1. & seq. Paris de Put. de syndic. §. fideiussor, ver. si iudex maleficium, num. 6. & 7. Angel. in l. 5. §. qui pro rei, ff. qui satisdar. cog. num. 1. & ibidem Fulgos. numer. 5. Ias.

num.1.in fine,& Castr.numer.3.

Quoniam æquiparatio procedit in casu, in quo tem-
5 pore approbationis approbatus non sit idoneus, tunc enim verum erit, approbatorem vicem intrare fideiussoris,secus autem, quando agitur ratione futuri temporis,quia,quod tunc eidem æquiparationi locus sit,non dicunt aliqui ex allegatis in contrarium,ac propterea benè militat ratio tex. in d.l.1.§.1.post med.de mag.conuen.

Neque in puncto ad probandam conclusionem exaduerso allegari potuit Alber.in d. §. fideiussores, num.1.minusque dici,quod hoc in specie colligatur ex Cuman.in eodem §. fideiussores, num. 1. & seq.quia Alber. non firmat ibi allegatam opinionem,sed dumtaxat proposita quæstione dicit pro affirmatiua facere litteram illius tex. sed in contrarium facere d.l.1. §. si magistratus, & l. quoad hæredem, secundo responso. ff. de mag. conuen. adeoquod ibi nihil Alber.firmat,Cuman.verò videatur,quia contrarium dicit eius, ad quod allegatur,dum numer.1. vers. puto tamen,adducendo pro sua opinione Dyn. quem idem voluisse testatur,putat,approbatorem teneri,si iste ab initio nō fuit idoneus, non autem teneri, si idoneus tunc fuit,& postea desierit.

Ego autem ad excusandum approbatorem adduco in terminis,ni fallor,post Cuman.& Cephal.vbi supra eumdem Alber.in tract.de Statut.par.1. quęst. 58. vbi in fine recitatis eisdem opinionibus hanc partem firmiter tenet,attestans illam credere mitiorem,& veriorem,& post Bald. prout ipse refert in suo repert.in verb. approbator securitatis, Gerard.Mazzol.cons.26.num.25.licet dicat,approba-
6 torem teneri probare, præsertim si fideiussor approbatus fuerit etiam idoneus tempore,quo agi
7 potuit,quia eo tempore imputandum est creditori,si non exegit,sed expectauit conditionem debitoris fieri deteriorem.

ARGVMENTVM.

An,& quando Vicarius generalis Episcopi possit alium substituere.

An, & quando substineantur actus iurisdictionales gesti ab eo, qui non habebat, sed habere iurisdictionem communiter reputabatur.

SVMMARIVM.

1 *Citatio requiritur in vnoquoque actu præiudiciali.*
2 *Clericus quomodo sit citandus in beneficialibus.*
3 *Ex Citationis defectu resultat nullitas insanabilis.*
4 *Sententia,quæ continet expressum iuris errorem, adeo dicitur iniusta,vt Causa denuo cognoscenda sit etiam sine appellatione.*
5 *Vicarius generalis Episcopi, an possit vigore specialis facultatis alium substituere, controuersa est quæstio.*
6 *Vicarius generalis potest alium substituere, quando in facultate substituendi ipse Episcopus approbat substitutum.*
7 *Vicarius generalis ex causa absentiæ potest vigore facultatis alium substituere.*
8 *Actus iurisdictionales substinentur,quando palam gesti sunt ab eo,qui communiter pro officiali reputatur. Etiam si non constet de electione, si tamen constet de scientia Superioris,vt num.9.*
10 *Exequutor litterarum Apostolicarum etiam cum clausula, amoto, remanet mixtus existente alio possessore.*
11 *Possessio adepta post appellationem dicitur attentata,itaut alteri Parti manutentio non denegetur.*

CONSILIVM CCCCVI.

NVlla videtur esse dubitatio,quin decretum Illustrissimi D.Episcopi, quamuis in visitatione pronunciatum,euidenter sit nullum,ac iniustum; nam nullitas est patens, dum nulla citatione præcedente,nulloque Iuris ordine seruato,ac de facto titulum institutionis D. Abbatis nullum,ac inualidum declarauit; cum enim certum sit,in vnoquo-
1 que actu præiudiciali citationem omninò requiri, iuxta tex.in l.de vnoquoque,ff.de re iudic. in tan-
2 tum,quod in beneficialibus, non solum vbi agitur de simplici beneficio personalem residentiam non requirēte,requiritur citatio,prout in propriis,si personaliter citari possit, sin autem, facta de hoc diligentia,domi,si ad illam tutus pateat accessus, alioquin in parochiali,sub qua degit, ac in cathedrali,vt per Rotā decis.22.num.5.& 8. de rescript. in nou.sed etiam vbi agitur de beneficio curato, seù residentiam requirente,citandus est Reus personaliter,si potest, sin autem facta diligentia de reperiendo non solùm in loco beneficij, ac cathedrali,sed etiam in domo propria,quandò notum est,vt in hoc casu,clericum domicilium habere, in quo citari possit,Clem.causam,de elect. Aegid.decis.399.Rota decis.10.de appell.in nou. & d. decis. 22.num.2 & 6.Put.decis.41.num.2. lib.1. in nouis,
3 proindè stante defectu citationis fundamentalis, intrat nullitas prorsus insanabilis,Clem.pastoralis, §.cœterum,vbi Card.num.3.de re iud.Card.Caualer.decis.35.num.1.& decis.53.num.1.Rota in Mātuana bonorum 6.Decembris 1611.coram R.P.D. Vbaldo.

Iniustitia quoque euidens est, dum ex ipsius decreti
4 tenore constat,illud expresè continere nedum facti,sed etiam iuris errorem, quo casu adeo dicitur patens,vt Causa denuò etiam sine appellatione cognoscenda sit, tanquam decreto ipso circumscripto,l.si expressim,ff.de appell.c. 1.de re iud.c.ei, qui,§.diffinitiua,vers.item si sententia,2. quæst.6.l. 1.§.item cum contra,ff.quæ sent.sine appell.rescin. l.2.C.quand.prouoc.non est necess.Anchar.consil. 372.num.1.& seq.vbi hoc ipsum extendit in interlocutoria,Vant.de nullit.ex def.proc.num.118.

Constat autem de errore facti, & iuris, dum licet in decreto Illustrissimus D. Episcopus nunquam dicat,se constituisse,vel deputasse Vicarium admodū R.D.Michaelem Canonicum,minusque illum substitui potuisse, tamen constat, ipsum constituisse Vicarium generalem cum amplissima facultate substituendi alium loco sui R.P.D.Marcum Antonium,vt ex eiusdem Illustrissimi D. Episcopi litteris dat. Romæ, & in cancellaria Episcopali registratis,prout pariter constat,eumdem R.P.D.Marcum

c.m Antonium Vicarium substituisse vigore facultatis sibi, vt præfertur, attributæ d.D. Michae...;
5 siquidem licèt sint opiniones, an Vicarius generalis possit vigore specialis facultatis alium substituere, vt per Rot.decis.4. de offic. Vicar. in nou. & Put.decis.218.numero 3. libro 2 in nou. Rebuff. in prax.benef.tit.de form.Vicar. num.73. & 76. ta-
6 men vel potest, quando in ipsis litteris Vicarius substitutus sub eadem facultate approbatur, sicuti approbatus fuit in hoc casu, dum in eisdem litteris omnia comprobantur, quæ ab alijs Vicarijs eiusdē Episcopatus fieri consueuerunt, vt per Rebuff. vbi supra, num.77.& Sbrozz.tract.de Vicar.Episc.lib.2. quæst.66.num.15. vel saltem cessat hic omnis du-
7 bitatio, dum substitutio emanauit ex causa absentiæ ipsius Vicarij generalis, ob visitationes, vel aliud, quo casu, stante huiusmodi causa substituendi, nullus dubitat, quin vigore facultatis alter substitui possit, Host.Butr.Abb.& alij communiter in c.clericos, de offic.Vicar.Franc.& alij in c. 1. de offic.Vicar.in 6.cum alijs pluribus relatis per Sbroz. d.tract.de offic.Vicar.lib.2.quæst.66.numer.17.vbi num.18.extendit, vt credendum sit Vicario substituenti de causa absentiæ, Aufrer. ad Capell. Tholos.decis.97.num.2.Put.decis.163.in fin.vers. verum est, lib. 1.in nou.Paris.cons.80.n.15.lib.4.Seraph.decis.1033.num.2.par.2.

Quicquid autem sit circa potestatem, omnis dubitādi locus præcipuè tollitur, tum quia d. D. Michael tempore institutionis, de qua agitur, probatur, se
8 publicè, ac palam gessisse, actusque iurisdictionis exercuisse tanquam Vicarium, & tanquam talem fuisse habitum, nominatum, & communiter reputatum, quo casu acta per eum valent, l. Barbarius, ff.de offic.Prætor.l.2.C.de sent.Innoc.in c.nihil, nu. 3.& seqq.de elect.Gabr.concl.8.de probat. in prin. Caputaq.decis.323.num.4.par.3.& in terminis fortioribus actorum per Vicarium, cuius potestas per litteras patentes non probatur, Rot.decis.1. ad fin. vers.sed tunc sufficit, de offic.Vicar.in nou.

Tum etiam quia communis huiusmodi reputatio nedum suffragatur, quando error consistit in defectu materiæ, seù in defectu consistente in persona
9 electi, sed etiam quando non constat de electione, vel de electione ab eo, qui non habet eligendi potestatem, si tamen probatur exercitium iurisdictionis cum scientia, & notitia Superioris, prout satis probatur in hoc casu ex pluribus litteris eiusdem D.Episcopi d.D.Vicario substituto directis, & actuum iurisdictionalium exercitium concernentibus, Butr.in c. 1.num.3. vers. puto tamen, de fid. instrum.Guliel.de Cun.in l. 1.per illum tex.ff.de exercit.Bald.in l.2.vers.modo dixit, C.de sent.Salic. in l.1.num.11.vers.dico igitur, C.de testam.Ias.in d. l.Barbarius, num.53.& seq.ff.de offic. Prætor. Alex. cons.138.num.8.& seq.lib.1. Gabr. d.conclus.8. de probation.num.23.Ruin.cons.101.nu.14. vers. cuius textus, lib.1.

Hinc autem clarè liquet, non esse considerabilem prætensam possessionem, vt dicitur nomine prouisi Apostolici adeptam post interpositam ab hac
10 Parte appellationem, & quia existente ex prædictis D. Abbate huius beneficij possessore, exequutor litterarum Apostolicarum etiam cum clausula, amoto, remanebat mixtus, nec propterea poterat, non citato possessore, ad exequutionem procedere, & alioquin aduersus processum huiusmodi dabatur appellatio, Card.cons.63.& 75.num.1.Felin.in c.de cœtero, numer. 10.de re iud.& c.fin. vbi cœteri communiter, de præsumpt.Rot.decis.12.de offic.deleg.in nou.& fuit sæpius in Rota resolutū, vt in Abulen. & Zamoren. beneficiorum 17. Iunij 1594.coram Penia, & quia cum possessio adepta
11 fuerit post appellationem, fuit attentata, itaquod interim non potest huic Parti manutentio denegari, vt in dd.decisionibus, & per Rotam decis. 350. par.1.& in Marianen.beneficij 16.Nouembr. 1598. coram Gypsio.

ARGVMENTVM.

Creditor mutui an excusetur à crimine vsuræ, quando aliquid recepit vltra sortem ratione lucri cessantis.

SVMMARIVM.

1 *In Mutuo licita est receptio lucri cessantis.*
2 *Conuentio, quod ratione sortis debeantur cambia itaut non excedant certam summam pro centenario, substinetur.*
3 *Procurator ad exigendum sine specialissimo mandato non facit dominum incidere in pœnam.*
4 *Conditione non existente non est agendum de delicto, vel pœna, vbi actus, ex quo desumitur, est conditionalis.*
5 *Pœnitentia non excusat in delictis consumatis.*
6 *Pœnitentia in delictis excusat re integra.*
7 *Pœnitentia excusat in delictis subsistente aliqua iusta causa.*
8 *Causa qualibet excusat a dolo.*

CONSILIVM CCCCVII.

Nullo iure inquiritur contra D.Equitem ex prætextu vsuræ commissæ in contractu, & negociatione cum aduersarijs; quoniàm contractus licitus fuit, tum quia etiam in mutuo, quando lucrū
1 mutuanti cessat, licitum est etiam in foro consciētiæ ratione huiusmodi interesse cessantis lucri accipere, non quidem ex vi mutui, & ob vsum pecuniæ, sed ratione lucri, quod propter mutuatarium mutuans non facit; in effectu enim sunt duo contractus, alter mutui, alter facio, vt des, scilicet lucrari cessat, vt alteri mutuet, vt per Nauar.de vsur. num.52.propè fin.vers.eadem igitur ratione, adeo quod aliud est accipere interesse lucri cessantis, & aliud vsuram, vt est tex.in l.3. §. fin. ff.de eo, quod cert.loc.probat Nauar.vbi supra num.44.vers.quarta.Siluestr.in summ.in verb.vsura, 1. quæst.26. ea ratione, quia licet quantitas mutuata considerando eam absolutè, non augeat eius valorem, nec facultas lucrandi, quæ illi inest, faciat pecuniam pluris valere, quam sine illa, considerata tamen pecunia prout est personæ, quæ illa scit, & vult vti, efficitur, vt pluris valeat, vndè considerata hac qualitate personæ inhærente, non dicitur plus capi, quàm pecunia valeat cum interesse prædicto, vt per Nauar.ibidem num.46.vers.octaua, Molin.de contr.disp.315.num.7.

Tum quia in specie, quod conuentio, vt ratione for-
2 tis summæ debitæ debeantur cambia, & recambia, ita-

itaquod non excedat scuta octo pro centenario, sabstineatur, firmauit Rota decis. 69. num. 1. & dec. 211. n. 5. post lib 2. cons. Farin.

Nec obstat, quòd vsura fuerit exactio scutorum 120. pro cambijs, dum constat, verè pecunias ad cambium acceptas non fuisse, nec cambij litteras ad nundinas in causam debitoris transmissas, vt requiritur; quoniam huiusmodi cambia non exegit D. Eques, sed eius procurator generalis ad exigen-
3 dum, qui propterea sine specialissimo mandato ad exigendam in hanc causam non potuit facere dominum in pœnam incidere, l. 3. §. si procurator, & ibi Dec. num. 13. & alij communiter, ff. quod quisque iur. Roman. cons 60. num. 2. vers. secundo idem deducitur, Alex. cons. 33. in fine, lib. 3. & cons. 108. num. 6. lib. 6. Paris. cons. 51. num. 25. lib. 4. Aym. cons. 54. num. 6. Surd. cons. 28. num. 80. & cons. 328. nu. 6. Hond. cons. 9. nnm. 33. & seqq. lib. 1. Seraphin. decis. 695. num. 6. par. 1.

Nec releuat prætensa ratihabitio deducta tam ex calculo, quam ex litteris D. Equitis, dum fatetur, accepta fuisse dicta scuta 120. in causam cambiorum, quamuis realiter pecuniæ non fuerint sub cābijs retentæ, tum quia ratificatio non fuit pura, sed conditionalis, quatenus reuiso, & examinato computo per aduersarios, illud esset iustum, adeo-
1 quod aliter existente, emendaretur, vt in eisdem litteris, in quibus exaduerso fit fundamentum, ibi, la prego ad aggiustarsi conforme l'incluso conto, che mando à V. S. la quale lo riuederà, e stando a suo douere, lo confirmarà, altrimente essendoci suario, lo ponga ella à suo modo; quandoquidem conditio resolūtiua ratificationis delicti inductiuæ resoluit, & excludit delictum, sicut de delicto,
4 vel pœna non est agendum, vbi actus, ex quo desumitur, est conditionalis conditione non existente, Foller. in praxi crim. in verb. item quod sororem num. 26. Bero. cons. 175. num. 30. lib. 3. Farin. de indit. quæst. 50. num. 32. 33. & seq. & cons. 104. numer. 10. lib. 1.

Tum quia statim, ac Pars aduersa declarauit, computum non esse iustum in ea parte, in qua dabatur sibi debitum de cambijs, acquieuit d. D. Eques illius instantiæ in iudicio ciuili, consentiendo, quod cābia vsque tunc recepta in sortem imputarentur;
5 siquidem licet forsan in delictis consumatis pœnitentia non excuset, Clar. quæst. 60. num. 21. & quæst. 16. num. 5. suffragatur tamen, quando non sunt
6 consumata, prout consumationem non adfuisse in hoc casu satis patet ex conditione, & qualitate supradictæ ratificationi adhibita. Io: Andr. in c. cum laici, 10. num. 4. vers in foro autem iudiciali, de Iure patr. ad cuius doctrinam recurrunt omnes, vt inquit August. ad Angel. de malef. in verb. & vestem cœlestem, num. 39. Io: de Lign. inter cons. crim. diu.
7 cons. 10. num. 16. lib. 1. sicut suffragatur, quando iusta aliqua adest causa, vt per glos. in d. c. cum laici, in verb. pœnitentia, ad med. de iure patr. præsertim cum pœnitentia, & recessus fuerit re integrâ, Bursatt. cons. 94. lib. 1. Boer. decis. 252. col. 2. Farin. cons. 60. num. 72. lib. 1.

Constat autem, causam fuisse iustissimam in hoc casu aduertendo ad qualitatem confessionis, de qua in dictis litteris, & ad qualitatem contentorum in litteris contrariæ Partis; etenim cum D. Eques non confiteatur, neque ratum habeat, quòd aduersarij soluerint pro cambijs, sed in genere pro fructu pecuniarum sibi debitarum; exaduerso autem in pluribus litteris semper sibi significat vnfuerit, pecunias huiusmodi sortis non stare otiosas,
8 sed sub fructibus, meritò credendo scriptis sibi per eamdem Partem aduersam, excusatur in sequendo eius dicta, l. igitur, vers. generaliter, ff de liber. caus. Bertaz. cons. 515. & cons. 347. num. 19. & cons. 257. num. 11. & seqq Honded. cons. 105 numero 25. & consil. 112. num. 19. lib. 1. Surd. decisione 216. numer. 40.

ARGVMENTVM.

De exceptionibus contra testes de visu deponentes, quod aliquis deliquerit nocturno tempore, cum reiectione aliorum delicti inditiorum.

SVMMARIVM.

1 *Meretricis publicæ depositio non probat.*
2 *Amasia non admittitur pro teste ad fauorem amasij, nec è contra.*
3 *Testis, qui pro furto carceratus, & tortus fuit, non probat.*
4 *Testis famulus aduersarij non probat.*
5 *Testis inuerisimilia deponens non probat.*
6 *Testes inter se contrarij non probant.*
7 *Testes suspecti de falso repelluntur, nec Iudex elaborare debet, vt reducantur ad concordiam.*
8 *Testis deponens, quod aliquem vidit de nocte, non probat si Luna non lucebat. Et præser im si possibilis non erat cognitio personæ sine lumine, vt num. 9.*
10 *Testes super cognitione ad vocem deponentes non admittuntur, nisi infallibiliter vocem loquentium cognoscant.*
11 *Testis reddens falsam causam scientiæ non probat.*
12 *Contrarietas, & varietas adimit omnem fidem testibus propter indiuiduitatem iuramenti.*
13 *Varietas testium euidens, & manifesta nullo pacto concordatur.*
14 *Fugæ inditium cessat ex constitutione spontanea.*
15 *Fama orta ab aduersario non est sufficiens ad formandam inquisitionem.*
16 *Præsumptio resultat contra eum, qui distulit probationes, vel testes adducere.*
17 *Testes quando discordant a Partis confessione, nullum constituunt gradum probationis, neque ad concordiam reducuntur, neque in ciuilibus, neque in criminalibus.*

CONSILIVM CCCCVIII.

NOn constat de aliquo insultu, cùm non solum ille ex testibus exaduerso inductis minime probetur, sed ex ipsis assertionibus querelantis in querela detegatur prætensio calumniosa; siquidē quod testes nullam prorsus mereantur fidem, ma-
1 nifestè patet, tam ex qualitate personarum, dum Catherina non solum est meretrix publica, vt fatetur l. 3. §. lege Iulia, & ibi glo. in verb. palam, ff. de testib. Paris. cons. 67. num. 80. lib. 3. sed amasia Pria-
2 mi, & pro tali publicè habita, Petr. de Moncad. in ad-

addit.ad Crot.de teſtib.par.4.num.128.Maſcard.de
probat.concl.89.num.4.& ſeqq. Hieronymus verò
3 carceratus, & publicè tortus fuit pro furto, l. te-
ſtium,in princ.de teſtib.c.ſuper eo. extra eodem l.
infamem,ff.de publ.iud. Anchar.conſ.227. num. 5.
& non ſolùm militans ſub vexillo Priami, ſed pau-
4 lò ante examen tempore ſcilicet latitationis ip-
ſius Priami ſtabat ad eius ſeruitia, immo etiam &
dictę Catherinæ meretrici inſeruiebat,Felin.in c.in
litteris,num.10.de teſtib.Gomez var.reſol. tom.3.
cap.12.rubr.de prob.delict. num. 15. verſ. dum ta-
men,quàm etiam ex qualitate eorum, quæ depo-
5 nunt; non ſolum enim in pluribus in facto relatis
deponunt prorſus inuerifimilia,l.ob carmen, ff. ſi
teſtes,ff.de teſtib.Abb in c quia inuerifimile, de
præſumpt.Caputaq.deciſ.276.num.6.par.3.ſed ſibi
6 ipſis etiam inuicem in ſubſtantialibus ſunt con-
trarij,itaquod ſaluari non poſſunt,Innoc.in c.cum
contingat,de offic. deleg. Bald.in l. 1. C. de teſtib.
Corn.conſ.231.num.2.lib.1. Rot.deciſ.303.num.1.
par.1.

Præſertim cum ex qualitate perſonarum, alijſque,
7 de quibus in facto ſatis ſiunt ſuſpecti de falſo,quia
tunc non debet Iudex elaborare ad effectum illos
reducendi ad concordiam, ſed in contrarium ad
hoc,vt omninò repellantur,glo.in c.cauſam quæ,
in verb.tempore,& ibidem Innoc.Bald. & alij de
teſtib.Milis in verb. teſtis, quando eſt ſuſpectus,
Grammat.conſ.2. num.8. & ſeqq.Natt.conſil.315.
num.15.

In ſpecie autem ſaluari non poſſunt,primò, quia tam
Hieronymus,quàm Catherina dicunt,cognouiſſe
D.inquiſitum ea nocte, qua prætenſum inſultum
recenſent ex eo,quia Luna tunc luceret, & tamen
8 contrarium patet,dum anno præterito die ſabba-
thi poſt feſtiuitatem Corporis Chriſti,de qua teſtes
loquuntur,Luna lucere non poterat,dum erat pro-
xima coniunctioni,Iaſ.in l.ſi non ſpeciali,num 10.
C.de teſta.n.Felin.in c.ſicut, poſt numer. 5. de re
iud.Menoch. de arbitr. caſ.297.num.35. & ſeqq.

Neque excuſari poſſunt ex prætextu ſerenitatis ae-
ris,dum dicunt, illum cognouiſſe ſub arcu Poteſta-
tis,quia ex hoc ipſo magis falſitas detegitur, dum
ſub arcu neque ſerenitas viſum operari poteſt ex
patenti ratione ipſius arcus impedientis viſum ae-
9 ris, dumque per teſtes probatur qualitas illius red
dens impoſſibilem cognitionem alicuius perſonæ
ſine lumine,Marſil.conſ.20.num.60. lib.1. Alexan.
conſil.162.n.8.lib.6.Dec.conſ.448.num.25.

Secundò quia pariter tam Hyeronimus, quam Ca-
therina dicunt,D.inquiſitum cognouiſſe ad vocē,
& tamen Hieronymus de falſo conuincitur, dum
licèt examinatus coram Commiſſario dixerit, ſe
vocem eius habere notam, quia pluries fuit cum
eo loquutus,& audiuit illum cum alijs loquentem,
in repetitione tamen hæc omnia expreſsè negat,&
nihilominus de iure teſtes ſuper cognitione ad vo-
10 cem deponentes nunquam admittuntur,niſi in-
fallibiliter vocem loquentium cognoſcant, vt de-
clarat Felin. in d.c. ſicut,num.5. in fine de re iud.
Catherina verò in repetitione iuxta 22.dixit,nun-
quam audiuiſſe inquiſitum loquentem ante d.fe-
11 ſtum, quamobrem falſa eſt cauſa cognitionis,An-
gel.d.l.ſi non ſpeciali, C.de teſt. Aret. in c. cum
cauſam,num.41.de teſtib. Natt. conſ.21. numer.5.
Barſatt.conſ.316.num.21.lib.3.

Tertio quia Hieronymus ſibimet ipſi contradicit,
dum examinatus coram Commiſſario, dixit de
tribus, quos vidit currentes, inquiſitum cogno-
uiſſe, & alios duos nequaquam, in repetitione au-
tem depoſuit, fuiſſe illos duos famulos ipſius in-
quiſiti; item dum coram eodem Commiſſario di-
xit,illos tres currentes geſtaſſe in manibus archi-
buſia, in repetitione vero inquiſitum enſem por-
taſſe, ſicut etiam deponit Catherina; itemque
dum coram dicto Commiſſario aſſeruit, ſe infor-
matum de rixa ſequuta cum Mario, & tamen in
repetitione depoſuit, ſe de hoc nihil ſcire; rurſus
dum in primo examine deponit, inquiſitum in-
iunxiſſe illis duobus perſequutionem, & occiſio-
nem, & nihilominus in repetitione negat poſt fe-
ſtiuitatem ſupradictam verbum aliquod de illius
ore audiuiſſe, quamuis deinde ex admonitione
interrogantis variando contrarium aſſeruerit,pro
ut etiam Catherina, licet primo dixiſſet tres,quos
vidit, geſtaſſe archibuſia longa, deinde tamen
depoſuit de mediocribus; itemque dum Hierony-
mus, & Catherina inter ſe ſunt contrarii,dum di-
xerat Hieronymus,Priamum anteceſſiſſe inſequē-
tes eum per medium tractum archibuſii, Catheri-
na vero per quinque paſſus; quandoquidem hu-
12 iuſmodi contrarietas, & variationes teſtium tam
ſibimet ipſis, quam inter ſe adimunt illis omnem
fidem in omni eo, quod deponunt tum propter
indiuiduitatem iuramenti, Dec. conſ.185. num.5.
verſ. ſimiliter teſtes, Surd. deciſ.16. num.2.& ſeqq.
Franch.deciſ.133.num.7.tum quia cum iſta ſit va-
13 rietas euidens, & manifeſta, nullo pacto poteſt
concordari, aut reconciliari, Bald.in l.ſed etſi poſ-
ſeſſori, § ſed, & ſi rerum, ff. de iur. iur. Alex.conſ.
20.num.3.lib.4.Boſſ.tit.de public.proceſ.numer.35.
verſ. ſed vbi eſt notoria, Cæſ. de Graſſ. deciſ.73.
numer.5.

Neque prætendi poteſt inquiſiti in monaſteriis Vrbis
latitationem coadiuuare dicta teſtium, quia vltra,
quod qualitas latitationis non probatur, & acceſ-
ſus ad Vrbem ad effectum ſe conſtituendi, prout
ſe conſtituit inditia ex latitatione excludit, ſatis
14 etiam prorſus tolluntur, dum per ſpontaneam
conſtitutionem etiam inditia certæ præcedentis
fugæ tolluntur, Bart. in l.quis ſit fugitiuus, per il-
lum tex.§.1.ff.de ædil.edict.Gram.conſ.42.numer.
20. Clar. in prax.crim.§.fin.quæſt.21.num.24.Ber-
taz.conſ.crim.133.num.10.lib.1. cum aliis per Fa-
rinac.quæſt.48. num.48.& 54.

Minuſque aliquid facit prætenſa fama retentionis
hominum ad effectum nocendi Priamo,quia cum
15 ortum habuerit ab aduerſarijs,non autem à fide-
dignis,& non maleuolis, neque etiam ſufficiens e-
rat ad formandam inquiſitionem, c. qualiter, &
quando,vbi Abb.col.penult.& Aret.in 6.not. de
accuſ.Marſil.conſ.2.num.23.Roland.conſ.3.nu.19.
& ſeqq.lib.3.& conſ.94.n.26.lib.4.

Sed ex ipſa etiam querela patet,prætenſum inſultum
ab omni prorſus veritate alienum eſſe, tum quia
querelans aſſeruit, ſe die ſequenti poſt inſultum
audiuiſſe à Catherina tam inſequutionem, quam
16 ordinem occidendi,& tamen illam in querela de-
inde porrecta in teſtem minimè nominauit, ſignū
euidens falſitatis,l.ſatis apertè, C. de falſ. l. ſi quis
forte,ff.de pœn.Oldrad.conſ.183.num.10. Cephal.
conſ.287.num.32.& ſeq.Aym.conſ.28. numer.6. &
conſ.75.num.9.Surd.conſ.32.num.10.& conſ. 132.
num.5.lib.1. Menoch. lib.2. præſumptione 91. nu-
mer.8.

Tum etiam quia non ſolum Catherina negauit,ſe illo
die

sequenti prædicta aduersario contulisse, sed ipse-
met querelans eadem hora prętensi insultus in-
terrogatus à Dominico,& Mario de eo, quod sibi
acciderit,& an rumorem aliquem cum aliquo ha-
buerit,expressè negauit; vndè cum eius assertio
17 cum testibus non concordet,quia proindè aut as-
sertio,aut testes sunt falsi, nullum prorsus faciunt
gradum probationis, cum ad concordiam reduci
non possint neque in ciuilibus,Doct. communiter
in l. 1. §.creditum, ff. si cert.pet. & in c.cum tu,vbi
Felin.num. 9 de testib. Surd. cons.273.num.30. lib.
2. Caputaq.decis.283.num.6.& 7.par.3.multoque
minus in criminalibus, in quibus liquidissimæ re-
quiruntur probationes, iuxta tex.in l.fin. C. de
probat.

ARGVMENTVM.

An producens falsam scripturam non praeiudicialem tertio puniendus sit, præsertim si ante sententiam desistat.

SVMMARIVM.

1 *Error magis præsumitur quam falsitas,quando ad matricem recursus haberi potest.*
2 *Falsitas non dicitur sine damno tertij.*
3 *Falsitas non est punibilis, quando nec nocuit, nec potuit nocere.*
4 *Vtens falsa scriptura non punitur, si ante sententiam desistat,quicquid sit in fabricante.*
5 *Falsitatis præsumptio contra eum, qui sentit commodum non facit inditium ad torturam.*
6 *Falsitas non dicitur sine dolo.*
7 *Falsitas cessat ex primordio veritatis.*
8 *Veritate possibili in esse posita necessario non sequitur falsitas.*
9 *Confessio erronea non præiudicat.*
10 *Confessio in his,quæ sunt iuris,non præiudicat.*

CONSILIVM CCCCIX.

NOn constat de aliqua falsitate,neque si consta-
ret,illa punibilis est in hoc casu;nam licet fides
obitus Lucretiæ per Liuium in Rota producta es-
set immutata,ac diuersa ob originali matrice, vn-
de fuit desumpta, tamen non solum euitatur
1 ex recursu, qui haberi potest ad originale, vn-
de magis error, quam dolus præsumitur, vt
per Bald. in l. nec exemplum, numero 2. C. ad
leg.Cornel.de fals. sed etiam quia immutatio,& al-
2 teratio in substantialibus tunc dicitur falsitas,quā-
do fit cum damno tertii,Bald. cons.54.num.2.lib 1.
& cons.323.num.1.lib.4.Anchar.cons.173.in princ.
secus autem quando tertius exinde non damnifi-
catur;vnde est, quod non omnis mutatio verita-
tis,nec omnis deceptio est falsitas,vt firmant Bart.
in l.quid sit falsum, ff. ad l.Cornel. de fals. & cons.
199 in princip.lib.1.& Alex.lib.1.cons.73.num.5.
Quod autem nullo modo Pars aduersa fuerit ex dicta
fide damnificata, apertissimè patet ex decisioni-
bus eiusdem Causæ; nam ea, quæ subsequuta fuit
post productionem d. fidei neque tempus obitus
dictæ Lucretiæ, neque obitum ipsum aliquo mo-
do tangit, sed duntaxat, quod transactio inter
Partes inita erat nulla, & læsiua; decisiones verò
antecedentes, licet aliquid dicant de obitu Lu-
cretiæ ante filios testatoris, tamen super hoc mi-
nimè se fundant, sed in aliis duobus, altero,quod
si Pars aduersa prætendebat, Lucretiam superui-
xisse vltimo grauato, ipsi non huic Parti incum-
bebat onus hoc probandi, cum in hoc casu vita
esset causa, quod obtineret; altero, quod data
etiam superuiuentia Lucretiæ tempore mortis vl-
timi masculi,nihilominus substitutio ipsius exclu-
debatur,stante filio legitimato eiusdem masculi,
qui tam ex verbis testamenti,quàm testatoris mē-
te substitutos excludebat, vt in dictis decisioni-
bus coram Reuerendissimo Damasceno 16.Ianua-
rij,& 13.Maij 1613.
Quamobrem,& hinc patet,assertam falsitatem puni-
bilem non esse; nam cum ex fundamentis earum-
dem decisionum constet propterea neque actu
nocuisse, neque potentia nocere potuisse, dum
prçcipuè tempus dicti obitus non erat ab hac Par
te, sed ab aduersarijs probandum, quinimo pro-
batum,vt prætendebant,non releuabat, dum exi-
stentia legitimati excludebat tam aduersarios Lu-
cretiæ filios,quam Lucretiam ipsam,vtpotè non
vocatam,nisi in casu obitus natorum testatoris si-
ne filijs legitimis,& naturalibus,vtique consequēs
3 fit,quod talis falsitas non sit punibilis, Bart.in l. si
quis legatum,in princ.num.2.ff.de fals. Grammat.
vot.25.numer.12.Bertaz.cons.crim.21.numer.3. &
cons.61.num.30.lib,1. Gabr. cons.169. num. 14. &
seq.lib.1.Honded.cons.109.num.55.lib.1.neque e-
tiam pœna extraordinaria,vt per Surd. decis. 282.
num.18.& seq.
Eoque magis dum huiusmodi fidei etiam renuncia-
4 tur,nam quicquid sit in fabricante falsum,in eo,
qui solum scriptura falsa vtitur,receptum est,quod
si ante sententiam pœniteat,& desistat ab vtendo,
non punitur,l.Athales, & ibi glo. ff. de fals. Angel.
in l. si ex falso, C. eod.Natt.cons.132.lib.1.
Nec obstat, quod falsitas fabricata præsumatur ab
eo, qui exinde commodum sensit, quia vltra quod
ex supradictis patet, nullum commodum exinde
huic Parti prouenire, huiusmodi præsumptio re-
5 sultans ex commodo est adeo debilis, vt non so-
lum minime sufficiat ad condemnandum, sed ne-
que etiamsi alia non concurrant, inditium faciat
ad torturam, vt post Boss.tit.de indit. nu.63.com-
probant Honded. cons.96. num.68. lib.2. & Farin.
de fals. quæst.52.num.153.& quæst.53.num.210.
Sed cessat omnis difficultas ex doli exclusione; cum
6 enim certum sit,falsitatem sine dolo,& commodo
non committi, Aym.cons 75.num 13.& 17.Cassad.
decis.10.num.4.de præbend.Rot.decis.111.num.1.
par.2.de hoc crimine non potest hæc Pars damna-
ri,dum non solum commodum ex prædictis ex-
cluditur,sed dolus,ex quo aliundè constat,Lucre-
tiam prædictam verè ante filios testatoris deces-
7 sisse,ac proinde contenta in fide producta habere
primordium veritatis, l. cum filius 78.§. hæres
meus, & ibi Bart. Alber. & imol. ff. deleg. Gram.
vot.26.num.12. Aym. cons.46. num.4. Foller. in
pract.crim.2.par.2.par.princ. vers.item quod com-
misit, num.35.Clar.§. falsum,num.34. Natt.d.cons.
132.num.1.seqq.& num.6. Honded. cons.99. num.
37.post princ.lib.2.Surd.cons.173.num.50.lib.2.
Cum imo possibili veritate in esse posita nulla neces-
8 sario sequatur falsitas, Boss.tit.de fals. numer.133.
Bertaz.cons.140.nu. 10.& seqq. lib. 1. Becc.cons.78.
num.11.

num.11. lib.1.Honded.consil. 109. num. 14. & seq. lib.1. Surd. consil.132. num.20. Viu. decisione 81. num.9.

Nec obstat, quod carceratus fateatur, se vltimam decisionem ob dictam fidem obtinuisse, & quia ex le-
9 ctura eiusdem decisionis constat, confessionem esse erroneam, Cæs.de Graff decis.90. alias 1. num.2.
10 de except. & quia confessio in his, quæ sunt iuris, non præiudicat, Aym.conf.167. numer.6. Decian. conf.33.num.69 lib.1.Rota in Imolen. Capellaniæ 20.Iunij 1594.coram Blanchetto.

ARGVMENTVM.

De eadem re. Et de inefficacia præsumptionum falsitatis.

SVMMARIVM.

1 *Ex præsumptionibus non est locus condemnationi.*
2 *Falsitatis præsumptiones licet sufficiant ad detrahendam fidem scripturæ, secus tamen est ad effectum condemnandi criminaliter.*
3 *Probationes imperfectæ in criminalibus non coniunguntur ad plenam probationem constituendam.*
4 *Scripturæ vituperatio, vel additio conscripta diuersa manu non arguit falsitatem nisi ad effectũ ciuilem.*
5 *Comparatio scripturæ per peritos ex officio electos non infert præiudicium in criminalibus nisi Pars fuerit citata.*
6 *Falsitas cessat, quando veritas non est immutata.*
7 *Vtens falsa scriptura præsumitur falsitatem commisisse, nisi nominet authorem.*
8 *Vtens falsa scriptura non incidit in pœnam nisi data scientia falsitatis.*
9 *Ignorãtia falsitatis præsumitur in vtente scripturis alienis. Et num.11.*
10 *Ex vsu falsæ scripturę aliquis non punitur, nisi sciat, vel interrogatus declarauerit velle vti.*

CONSILIVM CCCCX.

Falsi pœnam euitare potest Liuius, quia cum de falsitate exaduerso supposita neque conuictus, neque confessus fuerit, deficit fundamentum præ-
1 sumptæ fabricæ; non enim obstat, quod etiam ex falsitatis præsumptionibus possit condemnari, tum quia regula generalis, & cõmunis est in contrariũ, l.absentem, in principio, & ibi glo. in verbo damnari, ff. de pœn. Gomez, var.resol.tit.de delict.cap.12 de probat.delict.num.25. Farin. quæst.86. num.1. tum quia etiam in materia falsitatis recepta ma-
2 gis est sententia, quod licet præsumptiones, & coniecturæ sufficiant ad detrahendam fidem scripturæ ad effectum ciuilem, secus tamen est ad effectum, vt quis de falso damnari possit criminaliter, vt per Dec.conf.189.col.1.& alios plures relatos per Gabr.de malef.concl.6.num.12. & ita procedunt c.olim ex litteris, de rescript. & c.inter dilectos, §.instrumentum quoque, de fid. instr. & Innoc. exaduerso adductus in c.1.col.penult.num.8. ad fin.eod. tit.

Sed in hoc casu neque etiam aliquæ dantur præsum-
3 ptiones, quæ in suo genere sint perfectæ, itaquod coniungi possint ad faciendam plenam probationem in iudicio hoc criminali, vt per Gabr.de probat.concl.1.num.23.tum quia prætensa vitupera-
4 tio scripturæ, ac additio diuersa manu falsitatem non arguunt, nisi ad effectum ciuilem, Alb.consil. 99.numer.2.& 4. Surd.conf.132.Viu.decis.81.lib.1. Rot.decis.733.num.2.par.1.& decis.134.par.2 prætensumque iudicium per comparationem perito-
5 rum ex officio electorum nullum infert præiudicium Parte hac non citata, vt in terminis diiudicandæ falsitatis in criminalibus comprobant Vulpell.conf.135.per tot.& præsertim n.3.& seqq. Baiard.ad Clar.§.falsum, n.108.

Tum etiam quia cum aliundè pateat ex alijs nempè probationibus verum esse, Lucretiam decessisse ante Marcum Antonium, nullo modo prætendi
6 potest falsitas in eo commissa, in quo veritas non est immutata, l. quid sit falsum, ff.de fals. Auth.de instr.caut.& fid.in princ. Angel.de malef in verbo, falsario, Dyn.conf.38. Castr.conf.120. col.fin. lib.1. Gabr.conf.169.num.14.& seq.lib.1.Hond.conf.99. num.37.lib.2.

Cœterum data, non concessa scripturæ falsitate, non propterea Liuius de falso puniri posset sub prætextu vsus, vt quia procuratorio nomine illam produxerit, & propterea præsumatur falsitas commissa ad sui instantiam, tum quia contraria conclusio
7 procedit, quando non nominatur author, ac propterea non applicatur in hoc casu, in quo author nominatur in eadem scriptura ex nomine, qui illam subscripsit, prout se declarant ijdem exaduerso allegati Alex.conf.77.num.4. vers. sextum inditium, lib.1.Gargiar.inter conf.crimin.diuers.consil. 124.num.89.lib.1.cum alijs per Gabr. d.conf.169. num.62.lib.1. vbi tamen semper loquitur ad exclusionem falsitatis.

Tum etiam quia procedit conclusio, quando scien-
8 ter falsa scriptura producitur, secus autem, quando ignoranter, vt in dubio præsumitur, Cyn. in l. maiorem, num.2.in 2.not.C.ad leg. Cornel.de fals. vbi etiam Bald.Odofred.& alij, idem Alber. exaduerso adductus in l.scripturę, num.2.ad fin.vers.nisi forte, C.de fid.instr.Farin.de fals.quæst.159. num.
9 48.& seqq.præsertim in rustico idiota, & procuratore, non principali, & non super re concernente factum proprium, sed alienum, vt per eumdem Farin.ibi num.55.& seq.magisque in scriptura ab alio habita, vt ibidem num.53.

Et hinc est, quòd praxis inoleuit interrogandi vten-
10 tem, an etiam vti velit, dum intenditur scriptura de falso redargui, nam alioquin sine probatione scientiæ, vel huiusmodi interrogatione non potest quis ex vsu de falso puniri, Bart.in l.Diuus, la secõda, num.1 & seq.ff.de fals.Clar.§.falsum, verb.vtens falso instrumento, & ibi Baiard. num. 29. Menoch. de arbitr.cas.315.num.26.& seqq. Capic. decis. 67. in fin.vbi quòd ante factam interrogationem magis error præsumitur, Foller.in prax.in verb.item quod commisit falsitatem, num.15. & 24. Gabr. de malef.concl.7.num 1.Farinac.d.quæst.159. nu. 59. & seqq.

ARGVMENTVM.

An, & quando instrumentum reprobetur

ex

ex testibus in iudicio criminali, præsertim concurrentibus alijs testibus, & adminiculis pro instrumento.

SVMMARIVM.

1 *Testes reprobantes publicum instrumentum non attenduntur, nisi manifestissime, & in superlatiuo gradu concludant.*
2 *Testes extranei, quicquid sit in instrumentarijs, nō admittuntur ad reprobandum instrumentum, nisi sint omni exceptione maiores.*
3 *Testibus comprobantibus instrumentum magis creditur, quam reprobantibus.*
4 *Testis deponens de facto proprio, in quo non habet interesse, plene probat.*
5 *Testi vnico iunctis adminiculis creditur in qualibet materia.*
6 *Testes non deponentes de tempore non attenduntur quando tempus est de substantia.*
7 *Testibus inuerisimilia deponentibus non creditur.*
8 *Testes manifeste contrarij inter se non reducuntur ad concordiam.*
9 *Testibus super affirmatiua magis creditur, quam super negatiua.*
10 *Testibus specifice deponentibus, & magis adminiculatis magis creditur.*
11 *Ex qualitate notarij, & testium intrat arbitrium pro substentatione instrumenti.*

CONSILIVM CCCCXI.

Absoluēda est hæc Pars ab instantia falsitatis, quæ prætenditur; nam neque testes Fisci, & adherētis probant per necesse negatiuam coarctatam, quod Alexander, qui reperitur obligatus in Vrbe 7. Octobris ex instrumento rogato in actis notarii Curiæ Capitolij ad restitutionem mutui scutorum 166. de quo agitur, non interfuerit, neque tunc in Vrbe interesse potuerit; vnde omnia exaduerso superædificata corruunt, dum certum est in Iure,
1 testes reprobantes publicum instrumentum à cognito, & legali notario conscriptum non attendi, nisi manifestissime, & in superlatiuo gradu concludant, Boss. tit. de fals. num. 9. Ias. cons. 153. numer. 5. lib. 2. & cons. 13. col. 3. ante fin. vers. secundo pro eadem Parte, lib. 3. Dec. cons. 101. col. 2. ante med. vers. non obstat, Alex. cons. 33. num. 15. lib. 3. Aym. cons. 56. num. 3. Boer. decis. 118, num. 7. in fine, Menoch. de arbitr. cas. 105. numer. 2. Caputaqu. decis. 100. par. 2. num. 3.

Neque si concluderent, releuant, tum quia non merentur fidem ob exceptiones, præsertim infra relatas, quas etiam in proprijs dictis patiuntur; ete-
2 nim ad instrumenti reprobationem non admittūtur testes extranei, quicquid sit de instrumentarijs, qui taliter non sint omni exceptione maiores, quod nullam prorsus etiam minimam exceptionem patiantur, Bald. in c. cum Ioannes eremita, num. 6. vers. vltima glos. & num. 8. de fid. instr. & ibidem Imol. num. 13. post med. vers. Innocentius verò, Zabar. col. 3. ad med. vers. licet enim, Abb. num. 13. in fine, & Felin. num. 44. Ias. d. cons. 153. col. 5. post med. vers. 11. facit, Aym. dicto cons. 56. num. 3. & cons. 75. num. 34. Natt. cons. 95. numer. 10. & seq. Boer. d. decis. 118. num. 7. vers. cum testis, & num. 14. 26. & seq. Franc. Marc. decis. 486. num. 17. part. 1. Surd. cons. 132. num. 41. Bertaz. cons. 398. num. 1. Bart. cons. 147. num. 36. lib. 2. Bursatt. cons. 31. numer. 8. lib. 1. Caputaq. d. decis. 100. numer. 2. par. 2.

Tum etiam quia eorum depositiones conquassantur ex testibus pro hac Parte examinatis, nedum ex eorum qualitate de qua infra, sed etiam tanquam
3 publicum instrumentum coadiuuantibus, & cum ipso concurrentibus, quibus etiam in dubio magis creditur, glo. 1. in l. in exercendis, & ibi Bald. n. 2. ante fin. vers. si autem, Fulgos. num. 2. ad med. Salic. numer. 1. in 3. oppos. C. de fid. instr. Innoc. in d. c. cum Ioannes eremita, num. 5. ante finem vers. ita tamen, vbi etiam Host. Io: Andr. & alii de fid. instr. Boss. d. tit. de fals. nu. 31. in princ. vers. ex his, Boer. d. decis. 118. nu. 9. & 15. vers. si tamen, Farin. quæst. 158. num. 91. Bertaz. d. cons. 398. nu. 9. in tantum, quod etiam quando testes duo instrumentarii cōtradiunt instrumento, & duo aliis testes non instrumentarii cum notario concordant, isti præualent, vt per Crescent. decis. 1. de testib.

Quod autem testes aduersarij non concludant, patet respectu depositionis omnium, dum licet dicant, dictum Alexandrum d. die 7. Octobris, & ante, ac post vindemiarum tempore, diu, noctuque fuisse in Ciuitate Tiburis, tamen non proindè necessariò sequitur, quin etiam eadem die 7. Octobris potuerit ad Vrbem se conferre, dum etiam qui aliquibus horis noctis eo loci dormiat, possit eadem nocte discedens ad Vrbem se transferre sequenti die, & deinde eadem die ab Vrbe discedens Tiburim petere, prout non solum perpensa breuis itineris qualitate dignoscitur sensu, sed hoc ipsum actum fuisse in hoc casu particulariter probat secundus ex testibus huius Partis iuxta 17. & 23. qui asserit, se ab initio discessus, qui fuit horis quatuor ante ortum Solis eumdem Alexandrum associasse vsque ad reditum, qui fuit eadem die 7. Octobris
4 hora circiter 22. siquidem testis iste tanquam deponens in proprio facto, in quo non habet interesse, plenè probat, Caputaq. decis. 267. par. 3. saltem iunctis circumstantijs, & adminiculis, de quibus infra, quia illis concurrentibus creditur vnico te-
5 sti in qualibet materia, Cæs. de Grass. decis. 49. alias 3. num. 6. de probat. Seraph. decis. 676. nu. 12. & decis. 1163. num. 6.

Respectu verò depositionis cuiusque patet etiam, quod minus concludunt, dum primus nimis animosè deponit, præsertim circa d. diem præcisam 7. Octobris, & nihilominus idemmet testis iuxta 8. interrogatus de actu magis memorabili, nempe de tempore obitus eiusdem Alexandri, neque etiam præcisè recordatus fuit de anno, nedum de mense, & die, sicut magis neque etiam de præciso anno, de quo quæritur, respectu d. diei 7. Octobris non recordari dixerunt in repetitionibus secundus, & tertius iuxta 13. quamobrem cum tempus
6 sit de substantia, sine dubio depositiones minus releuant, Surd. decis. 75. numer. 19. Caputaq. decis. 278. n. 4. & seq. par. 3. Rot. decis. 506. n. 2. vers. neque obstant testes, par. 1. diuers.

Quod verò fides hisce testibus ob exceptiones detrahatur, manifestè constat, tum quia dum sunt rustici, & agrestes, non est verisimile, quòd ita exactā memoriam vnius præcisę diei post temporis spatium retinuerint, præsertim dum primus in proprio

prio examine neque proprij dicti memoriam habet, quatenus iuxta 6. licèt dicat se scire, nundinas Farfenses inchoare sub festiuitate B. Virginis 8. Setembris, & octo post dies terminare, nihilominus iuxta primum inquit, se cum dicto Alexandro ad nundinas fuisse sub 28. Septembris; secundus autē iuxtà quintum fatetur, se nullam prorsus habere memoriam, itaquod vnius diei recordatus sequētem non excedit; tertius verò iuxta duodecimum neque etiam dixit, se recordari de numero noctiū, quibus idem Alexander in vinea dormierit, neque de alijs, de quibus in facto, adeoquod tanquam in-
7 uerisimilia propterea deponentes fidem non merentur, Abb. in c. quia inuerisimile, de præsumpt. Dec. conf. 674. in fin. Aym. consil. 28. num. 1. Caputaq. decis. 276. n. 6. par. 3.

Tum quia ijdem testes non solum sunt varij sibi ipsis, & inter se in circumstantijs, veluti primus circa dictas nundinas, & secundus iuxtà secundum circa propriam ætatem, sed varij sunt in substantialibus, dum discrepant circa locum, & personas, in quo, ac cum quibus Alexander vindemiarum prædictarum tempore dormierit, dum alter deponit, eū semper cum aliquibus dormiuisse, & alter non sēper, alter semper in vno loco, & alter non semper, sed aliquando in vno, & aliquando in altero loco,
8 adeoquod cum propterea non possint ad concordiam reduci ad effectum, vt probent, sine dubio propterea nihil faciunt, l. qui varia, ff. de testib. l. eos ff. de fals. Alexan. conf. 151. num. 2. lib. 5. Bertaz. de communi conf. 41. num. 11. & conf. 251. n. 20.

Ceterum præ cœteris difficultates omnes cessant ex depositionibus, & qualitate trium testium pro hac Parte examinatorum; cum enim alter ex illis sit instrumentarius, alter, quamuis instrumento non inscriptus, instrumenti tamen stipulationi præsens fuerit, alter verò inspexerit eadem die eamdem pecuniam mutuatam tanquam talem sibi ab eodem Alexandro post instrumenti rogitum ostensam cum plena confessione, & approbatione tam mutui, quàm instrumenti, & rei sic, vt præfertur, gestæ, non videtur dubitationi locus relinqui, quin arbitrandum sit huiusmodi probationes præualere, & quia testibus coadiuuantibus instrumentum
9 tanquam super affirmatiua magis creditur quam extraneis etiam compluribus super negatiua deponentibus, Host. in d. c. cum Ioannes eremita, nu. 7. ante med. vers. quod si non omnes, de fid. instr. vbi Henric. Boich nu. 18. vers. nota tamen, Bellam. num. 39. & seq.

Et quia præualent saltem ratione specialis depositio-
10 nis, de qua supra continentis specificam seriem facti ex circumstantis supradictis satis adminiculatam, Boss. tit. de fals. num. 35. Foller. in pract. crim. in verb. item quod commisit falsitatem, num 64. ver
11 sed si testes impugnantes, cum immò qualitas notarij, & ipsorum testium coadiuuantium satis, superque sit, vt Iudex pro instrumento arbitrari possit, vt post alios per Menoch. de arbitr. cas. 105. nu. 42. vers. si verò omnis.

ARGVMENTVM.

Instrumentum an, & quando probet, quamuis non fuerit archiuiatum.

SVMMARIVM.

1 *Præcedentia declarantur ex subsequentibus.*
2 *Effectus quando requiritur, satis est, quod sequatur quocumque modo.*
3 *Archiuii Bulla non est in vsu, quando de veritate aliunde constat, iuncta legalitate notarii.*
4 *Bulla archiuii non est in vsu, quando constat de legalitate notarii, & cessat suspicio fraudis.*

CONSILIVM CCCCXII.

SVff agatur D. Luciniæ donatio sibi facta per D. Tarquinium, non obstante, quòd instrumentum desuper per publicum notarium rogatum minimè dicatur archiuiatum; nam cum Bulla Archiuistarū necessariò edita intelligatur vel ratione emolumenti archiuio propterea applicati, vel ad euitandas fraudes, proinde, aut volumus editam censeri ob emolumentum prædictum, sicut censendum
1 est, dum in edictis, siue bannimentis desuper emanatis sub num. 14. datur Archiuistæ facultas archiuiandi post elapsum terminum, concordato ipso Archiuista de emolumentis, l. dotem dedit, ff. de collat. bon. Tiraq. in tract. cessante caus. limit. 1. nu. 15. Pedem. decis. 167. num. 28. & tunc illi satisfactū fuit, dum idem notarius, qui de instrumento donationis fuit rogatus, erat eodem tempore Archiui-
2 sta; quamobrem satis est, quod effectus satisfactionis quocumque modo fuerit sequutus, Laurent. de Pin. consil. 28. num. 71. Viu. decis. 336. in fine, Rota decis. 267. num. 6. par. 1. diuers. Card. Mantica decis. 238. num. 7.

Aut volumus, editam intelligi ad euitandas fraudes,
3 & tunc in casu, in quo constat de rei veritate aliūde iuncta legalitate notarij, Bulla non obstat, cum in hac parte non sit in vsu, vt in puncto Bullæ Archiuistarum similis tenoris per Than. decis. 112. incip. Bulla Archiuistarum, Mohed. decis. 5. de testam. Achill. decis. 4. in fin. de Constit. & Put. decis. 304. secundum antiquam, & decis. 296. secundum nouiss. impressionem, lib. 1.

Et in terminis nostris, quod Bulla archiuij non sit in
4 vsu, præsertim quando constat de legalitate notarij, & cessat suspicio fraudis, firmauit Rota decis. 662. num. 4. par. 1. diuers.

ARGVMENTVM.

An, & quando licita sit societas cum pacto, quod capitale remaneat saluum.

SVMMARIVM.

1 *Societas ad caput saluum prohibita est non concurrentibus aliquibus requisitis.*
2 *In Societate complicari possunt alii contractus nempe assecuratio capitalis, & venditio lucri incerti sperati redacti ad certitudinem, mediante tamen congrua recompensatione iudicio Prudentium.*
3 *Societatis lucrum assecurari, & taxari potest dummodo proportionabiliter, non excessiue.*
4 *Societatis pacta ab initio licita, non damnantur ex euentu.*

CONSILIVM CCCCXIII.

LIcitæ sunt pactiones in contractu, de quo agitur; quamuis enim in locatione capellarum conuentum fuerit, ea finita, custodem illas debere restituere in eodem numero, & qualitate, idque illicitum videatur, dum exinde capitale remanet
1 saluum, quod tam per Bullam Sixti V. quam de Iure prohibetur, non concurrentibus requisitis, de quibus Caietan. in opusc. tom. 1. tract 27. resp. 10. Nauar. cap. 17. num. 254. & seqq. summ. Siluestr. in ver. societas, 1. quæst. 2. Sot. de iust. & iur. lib. 6. quæst. 6. art. 2. Couar. var. resol. lib. 3. cap. 2. numer. 4. tamen æquipollenter requisita concurrunt in hoc casu, dum fructus consueti capellarum longè excedūt quantitatem, pro qua locatæ fuerunt sub dicto pa-
2 cto, & ex consueta quantitate excedente conuentam censentur in eodem contractu locationis alij contractus complicati, alter scilicet assecurationis capitalis per susceptionem periculi à custode, & alter emptionis, & venditionis lucri ex fœtibus, & fructibus sperati reducti ad certitudinem, qui omnes etiam liciti sunt, quando custos iudicio Prudentum in huiusmodi negocijs recipit iustam recompensationem; nec videtur dubium, quin iustam recipiat in hoc casu, dum fructus, & fetus, qui ex huiusmodi animalibus percipi, & sperari consueuerunt, digni sunt tam susceptione dicti periculi, quam quantitatis inter Partes pro locationis mercede taxatæ, vt per omnes supradictos, & post alios Molin. de contract. disput. 417. in 3. conclus. num. 10. & Graff. in decis. cas. conscient. lib. 2. cap. 120. num. 39. vbi in fine præcipuè firmat, in hoc casu non applicari Constitutionem Sixti V. cum in illa prohibeantur solum pacta illicita, non ea, quæ sunt secundum iuris dispositionem prout ista. Scaccia de commerc. & camb. §. 3. glos. 3. nu. 36. & seqq. Coccin. decis. 70. in fin.

Quinimmo generalis est conclusio in hac materia,
3 quod semper capitale pacisci potest saluum, & certa fructuum quantitas assecurari, & promitti, quādo illa proportionabilis est ad dubium euentum lucri, vt per Rot. in Ferrarien. societatis 20. Decēbris 1599. coram Card. Mellino impress. post cons. Farinac. sub decis. 130. lib. 1. & respondendo omnibus contrarijs Rot. in Anagnina vsurarum 27. Martij 1609. coram R. P. D. Manzanedo, vbi vlterius
4 firmatur, quòd quando omnia ista ab initio fuerunt iusta, & licita, non veniunt damnanda, etiam quod ex post facto eueniat casus, quo dominus remaneat cum lucro, pastor verò cum damno.

ARGVMENTVM.

De nullitate sententiæ ob defectum mādati procuræ.

De exclusione à retractu ob defectum requisitorum Bullæ Gregorianæ.

Ius retractus an transeat in emptorem.

SVMMARIVM.

1 *Procuratoris constitutio non infert ratificationem gestorum, quando non constituitur eadem persona, quæ gesserat primos actus, nec quando mandatum non est speciale.*

2 *Ratificatio eorum, quæ gessit assertus procurator, non suffragatur contra præcedentem Partis protestationem.*

3 *Verba, vt prædictum est, repetunt qualitates omnes præcedentes tam respectu formæ, quam temporis.*

4 *Ex Relatione censentur omnia præcedentia singulariter expressa.*

5 *Conditio purificari debet, antequam dispositio conditionalis locum habeat.*

6 *Retrotractio non datur in præiudicium tertij, cui fuerat ius quæsitum.*

7 *Vicinus non comprehenditur in Bulla Gregoriana iuris congrui, quæ solum loquitur de extraneis ementibus.*

8 *Constitutio correctoria non comprehendit casum qualificatum, si de puro loquitur.*

9 *Qualitas hæreditaria specificari debet, quando agitur contra aliquem vti talem.*

10 *Retrahendi ius transit in emptorem rei vicinæ etiā per clausulam generalem, cedens, &c.*

11 *Retrahendi ius licet separatè ab ipsa re cedi non possit, nihil tamen impedit quominus possit cum ipsa re.*

CONSILIVM CCCCXIV.

NVllitas sententiæ Iudicis primæ instantiæ euitari non potest ex eo, quia D. aduersarius con-
1 stituendo procuratorem in Causa videatur præcedentia ratificasse, quia conclusio huiusmodi procedit, quando constituitur eadem persona, quæ fecerat primos actus, non autem alia persona, vt in hoc casu, neque quando mandatum non est speciale, prout requiritur, Crescent. decis. 8. num. 4. & seq de re iud.

Minus autem obstat, quod mandatum subsequutum
2 fuerit cum ratificatione gestorum, quia cum de illo esset oppositum cum protestatione, quod acta ratificari non possent, prætensa ratificatio nihil facit, textus est in l. inter quos, §. alieno, in fin. secundum intellectum, quem ibi approbat Bart. num. 4. ff de damn. infect. Bald. in l. licet, num. 8. & ibi Ias. n. 10. in 1. & 11. limitatione, vers. nam talis protestatio, C. de procur. Roman. singul. 686. in 3. fallent. Veronen. caut 15. vbi inquit, se ita obtinuisse, Rot. Ian. decis. 100. num. 4. & decis. 176. num. 1.

Iniustitia etiam patet, quia licet non sequuta intimatione vicini habeant annum à die scientiæ ad se opponendum venditioni, tamen postquam infra huiusmodi annum declararunt, se velle retrahere, terminus ad deponendum non durat, nisi per quindecim dies, prout per quindecim dies durat, quando post sequutam intimationem declaratur voluntas retrahendi, & si aliud prætenditur resolutum in Romana domus 20. Martij 1596. coram D. Lomellino Cameræ Clerico, deberet dari copia huiusmodi decisionis, vt videri possent illius fundamenta, cum in contrarium videantur clara verba Bullæ in §. 8. vers. siquidem, dum dicitur, petente infra annum, seque vt prædictum, est obligante,
3 &c. illa enim verba, vt prædictum est repetunt qualitates omnes præcedentes, & consequenter tam respectu formæ, quam temporis, l. si ita scripsero, ff de

ff. de condit.& demonstr. Aym.conf.45. nu.4. Rot. decis.242.n.7 par 2.diuers.

Et licet Bulla concedat annum, quando omissa fuit mtimatio, hic tamen annus, vt expressè dicitur in Constitutione, datur ad opponendum venditioni, vndè benè poterat aduersarius anno huiusmodi frui ad effectum faciendæ declarationis, sed postquam illam fecit, quod idem annus detur ad deponendum, hoc nec verum creditur, neque in istis terminis resolutum, cum Constitutio tantum absit, quòd hoc dicat, quod imò referat se ad ea, quæ

4 prædicta fuerant, quod idem est, ac si præcedentia omnia singulariter essent expressa, Alex.consil.30. num.60. vers.& ita etiam, lib.1.Brun.consil.79.ad fin. Becc.consil.188 num.2.lib.2.Rot.in Foroliuien.de Theodolis 11.Februarij,& 15.Martij 1602.coram Penia.

Et quicquid sit in præmissis, satis nobis est, quod Iudex non posset sententiare, antequam promissio de ædificando,& depositum sequuta essent, prout non nisi post sententiam sequuta fuerunt, tum quia Constitutio ius retractus conditionaliter cōcedit, obligante se ad ædificandum, ac propterea

5 ante sententiam debebat de huiusmodi implemēto constare, l.Thais ancilla, §.Stichum, ff. de fideic. lib.Bart.in l.quibus diebus, §.Termilius, n.6.ff.de cond.& demonstr.

Tum quia non potuit Pars aduersa vagari cum di-

6 spendio huius Partis, reseruando huiusmodi promissionem post sententiam, Cassad.decis.40. super reg.n.1.& seqq.

Præterea nec etiam intrat Constitutio, dum D. Flauius tempore emptionis erat inquilinus, quia

7 quòd Constitutio loquatur tantum de extraneo emente, non de vicino, resolutum fuit in Romana iuris congrui 30.Ianuarij 1586.coram D.Maluasia Cameræ Clerico, Gratian.discept.752. num. 43. & seq.& hæc ratio militat etiam, quando inquilinus

8 emit, quod semper Constitutio correctoria definit comprahendere casum qualificatum, si de puro loquatur, vt in terminis retractus resoluit Rot.decis.474.par.1.diuers.Coccin.decis.2.n.4.

Quod sustineatur iudicium contra D.Flauium, etiam quod non fuerit actum contra ipsum, tanquam contra hæredem patrui, tollitur cum qualitas hæ-

9 reditaria huiusmodi debeat agendo specificari,& probari, Ruin.consil.201.num.4.lib.5. Dec. consil. 449.num.8.Cagnol.in l.hæredem, num.6. ff.de reg. iur.

Minus tollitur obiectum desumptum ex acquisitione ædium vicinarum, quam fecit D.Flauius, in quē consequutiuè translata fuerunt iura occasione vicinitatis huiusmodi, etiam retrahendi domum, de qua agitur, cum sine dubio ius retractus transeat

10 in emptorem rei vicinæ etiam per clausulam generalem cedēs, &c. vt per Paul.de Castr.consil.430. in fine, vers.& sic videtur, lib. 2. quod enim exaduerso dicebatur, vicinum vendentem rem, quæ cohæreat cum alienatione abdicare à se, & amittere vicinitatem, non videtur in Iure verum, cum aliàs sequeretur, quòd nunquam ius retractus esset ces-

11 sibile, quod tamen est falsum, quia licet illud separatè ab ipsa re cedi non possit, nihil tamen prohibet, quin cedi possit cum ipsa re, Afflict. de iur. proth.§.vt infra sex dies, numer.22.ad fin. Castr.d. consil.430. in fine, lib. 2. Roman. consil.484.Paris. consil.82.num.26.lib.3.& tenuit Rot.in d.Romana iuris congrui.

Cætera non videntur momenti, præsertim cum aduersarius tanquam non habens integrum dominium domus vicinæ, non possit illam incorporando per se ipsum ornare, vt requiritur ex Constitutione.

ARGVMENTVM.

An, & quando alterius territorij Iudex concedat exequutionem litteris requisitorijs, seu deprecatorijs.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ deprecatoriæ seu requisitoriæ in territorijs separatis, & a diuerso Principe rectis exequutioni non demandantur, nisi præuia cognitione constet de iustitia.*

2 *Tribunalia suprema in Curia non attendunt sententias alibi latas, nec rem iudicatam, nisi constet de iustitia.*

3 *Sententia in criminalibus sine processu exequutioni non demandatur.*

4 *Sententia lata a Iudice laico super crimine hæresis est nulla ex defectu iurisdictionis.*

5 *Exequutio, quæ sumit vim ex forma Statuti, vel consuetudinis non fit a Iudice alieni territorij, etiam per litteras requisitorias.*

6 *Sententia reputari solet indiuidua.*

CONSILIVM CCCCXV.

Litteræ siue subsidiales deprecatoriæ, siue requisitoriæ Iudicum qui Galliæ pronunciarunt cōtra D.inquisitum, nullam mereri possunt exequutionem, integris actis non exhibitis, itaquod cognito articulo exequutiuo pateat, sententiam ex

1 processu iustificari, tum quia quicquid sit in Iudicibus diuersarum Prouinciarum sub eodem Principe, clarum est, quòd in territorijs prorsus separatis,& à diuerso Principe rectis soli sententiæ, ac litteris huiusmodi non est concedenda exequutio, nisi Iudices requisiti præuia causæ cognitione ex actis videant, sententiam esse iustam, ac de Iure exequibilem, textus est in Auth.de Sanctiss.Episc.§. si quis contra, vers. si verò crimen, & vers. si verò prius, Bald.in auth.clericus quoque, num. 11. vers. aut ad punitionem, C.de Episc.& cler.& in c.1. nu. 30.de Constit. vbi ita intelligit tex.in c.fin de except.in 6.nempè tunc rem iudicatam per Iudices sæculares admittendam extra casus, qui animarū periculum non inducunt, quando Ecclesiastici cognouerint, illam esse iustam,& à Iure canonico nō discrepare,& alias secus, quia tunc, & non alias militat ratio, quod cum vtraque iurisdictio propterea sit ordinata ad iustitiam, æquum sit, vt vna protegat aliam, ex quo vtraque subest eidem Superiori, scilicet Deo, Abb.in c.1.num.11. vers.secūda differentia, de offic. Ordin.Iaf.in l.à Diuo Pio,§. sententiam Romæ, num.16.ff.de re iud. Boss tract. crim tit.de for.compet.num.86.ad finem. vers. sed quæro, an sine alia cognitione, Cagnol. in l. cum quædam puella, num.33. vers.quinto colligitur, ff. de iurisd. omn.Iud. Clar. in praxi criminal. quæst. 54.num.6.& quæst.96.num.18. Farinac. de inquifit.

sit.quæst.11.lib.3.Boñacos.in com.opin.crim. verb. sententia criminalis, Chartar.de exequut.sentent. cap.bannito,num.1.& seqq & num. 20.25. & alijs, quamobrem ita intelligendus est, cap .1. nnmero 237.& seqq.

Tum quia dum in Curia certissima est regula , quod
2 tribunalia suprema neque etiam sententias in eodem dominio latas exequi debent, non cognita earum iustitia per actorum transportationem, quamuis non de vnicæ, sed de trium conformium exequutione ageretur , Put.decis.204 numer.2. & seq.lib.1.Rota decis.84.num.1. par. 1. & decis. 307. par.2.diuers.Seraphin.decis.1123.numer.7. Rot.in Lauden.pecuniaria 1. Iulij 1588. coram D. Cardinale Pamphilio, multo minus exequutio danda est
3 sine processu sententijs criminalibus, Clar. d.quæst. 54.in fine, Chartar. d. tract. de exequut.sent.capt. bannito, num. 1. & seqq. adeoquod sententiam in criminali sine processu non haberi in consideratione, firmauit Rota apud Seraphin.decis.723. numero 12.

Hoc autem sine difficultate admittendum est hoc
4 casu,quia notoria est nullitas sententiæ ex defectu iurisdictionis tanquam latę per Iudices sæculares super crimine hæresis,ex textu expresso in c. vt inquisitionis,§.prohibemus, de hæret. in 6. Clar. §. hæresis,num 4.Scacc.de iudic.lib.1.cap.15.Decian. tract.crim.lib.5.cap.25.Farinac de hæres.alias questION.186.§.9 num.153.quod enim dicitur, Parlamentum habere indultum cognoscendi huiusmodi Causas , non iustificatur , dum Clar. mentionem faciens relatiuè de hoc priuilegio non loqui-
5 tur de indulto generali,& consuetudo,si quæ prætenditur in istis Causis pronunciandi, non procedit ad effectum,vt sententia in vim illius lata mãdetur exequutioni in alieno dominio, Bald.in l.1. in vltimo dicto,C.de confess.Castr.in d.l.cum quædam puella,num.20.ff.de iurisd omn.Iud. Alex. in d.l.à Diuo Pio,§.sententiam Romæ, nu. 6. ad med. vers.secundò limita,& ibidem Ias.nu.9. vers. teneo contrarium,ff.de re iud.

Nec obstat,si dicatur,sententiam saltem nullam non esse respectu alterius capitis læsæ humanæ maiestatis,& declarationis super iure , ac dominio pecuniarum,seu locorum Montium, de quibus agitur,quia vtraquod non propterea euitatur obiectam iniustitiæ,ac nullitatis orientis ex omissione actorum transportat onis,cessat etiam , dum d.
5 Iure sententia reputatur indiuidua, adeòquod dũ in totum nequit sub teneri, pro parte etiam corruit l.si non sortem,§.si centum,vbi Bart.& alij. ff. de cond.indeb.Capic.decis.51.num.2.& seq.Rota decis.205.par.2.diuers.

ARGVMENTVM.

A reiectione articulorum vti impertinentium an , & quando detur appellatio.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non datur a decreto interloquutorio.*
2 *Appellatio ab articulorum reiectione non datur, quando sunt omnino impertinentes, & è contra datur,quando impertinentes admittuntur.*
3 *Articuli impertinentes non sunt admittendi,neque etiam cum clausulis præseruatiuis.*
4 *Articuli admittuntur cum clausulis præseruatiuis, quando dubitatur,an sint admittendi, licet multò melius Iudex faciat,quando illorum admissionem, vel reiectionem discutit.*
5 *Nullitatis iudicium cognosci debet Parte opponente,et contradicente,antequam super iustitia,et meritis Causæ procedatur.*
6 *Episcopus,quicquid sit in concernentibus correctionem morum,non procedit nisi seruatis seruandis in respicientibus declarationem inualiditatis tituli,aut priuationem.*

CONSILIVM CCCCXVI.

Signanda est commissio; cum enim exaduerso appellatum fuerit ab interlocutoria , appellatio neutrum habet effectum,præsertim dum nullum
1 considerari potest grauamen,quod purgata nullitate per diffinitiuam in negocio principali ferendam reparari non possit,l.ante sententiæ,vbi Bart. Bald.Castr.& cœteri,C.quor.appellat. Bart. & alij communiter in l.2. ff. de appell. & in l. arbitrio,ff. qui satis dar.cog.Felin.in rubr.de re iudic.num.2.

Nec obstat,quòd a reiectione articulorum detur ap-
2 pellatio,sicut è contra datur appellatio , quando admittuntur articuli non admittendi , quoniam hæc regula fallit,quando articuli sunt omninò impertinentes,tunc enim cum cesset læsio, & grauamen,prohibetur appellatio, sicut eadem ratione permittitur,quando è cõtra impertinentes admittuntur,Bart.in l.2.num.25.vers.tertio quæro, ff de appellat.Bald.in l.2.num.19.C.de Episc.aud. cum alijs per Scac.lib.3.de appell.cap.2. quæst.17. limit. 6. membr. 7. num.46. & limit.47. membr.1.numero 141.

Et hoc ipsum procedit ad effectum, vt neque etiam
3 admitti possint cum clausulis præseruatiuis sine præiudicio impertinentium,& non admittendorum,aut alijs similibus,vt per glo.&alios in c.cum contingat,de offic.delegat.Dec.cons.161. in princ. Grammat.decis.45.num.45.& seqq. quamuis enim
4 vbi caderet probabilis dubitatio,an essent,vel non essent admittendi, posset fortasse Iudex illos sub huiusmodi præseruatiuis admittere, ne interim processus retardetur , tamen multò melius facit, quando illorum admissionem,vel reiectionem discutit,& examinat,cum hoc magis Partibus expediat,ne vexentur superfluis litibus, & expensis, sicut Iudices Deum timentes faciunt , vt per Grauat.ad Vestr.in eius prax.lib.5.cap.14.num.26. tenetur autem illos reijcere, nec clausis oculis Andabatarum more potest illos admittere cum dictis clausulis,quando sibi constat,illos esse impertinentes,vt per eumdem Grauat ibi, & per Neuiz. cons.7.num.15.in fine,& num.seqq.

Quod autem articuli essent omninò impertinentes, constat apertissimè,dum tangunt negocium principale,postquam hæc Pars in actis dederat de nullitate prætensi decreti emanati ab Illustrissimo Ordinario ad priuationem huius Partis prioratu, de quo agitur,ex defectu citationis,alijsque deductis; quando quidem sine dubio Parte opponente,
5 & contradicente , debet prius iudicium nullitatis cognosci tanquam priuilegiatum,& præiudiciale, antequam super iustitia,ac meritis Causæ procedi possit,

posſit, Bart. in l. cum quærebatur, ff. de re iud. Lanfranch. in c. quoniam contra, verſ. interloquutoriæ nu. 22. de prob. Gabr. conſ. 28. in princ. lib. 2. Put. deciſ. 72. n. 2. lib. 3. Vant. de nullit tit. 6. quot. & quib. mod. null. propr. poſſ. num. 15. & ſeq. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 37. num. 8. & deciſ. 101. num. 7.

Neque releuat, quod decretum emanaſſet in viſitatione, quia vltraquod non iuſtificatur ex facto, obiectum tollitur, dum nihilominus requirebatur citatio, vel Partis præſentia, & quicquid ſit in con-
6 cernentibus correctionem morum, in reſpicientibus declarationem inualiditatis tituli, aut priuationem abſque nullitate procedi non poterat, niſi ſeruatis ſeruandis, vt ad declarationem Concilii ſeſſ. 7. cap. 6. & ſeſſ. 24. cap. 7. ſæpius reſoluit Congregatio eiuſdem Concilii, & tenuit Rot. in Meliten. beneficiorum 18. Decembris 1595. coram Litta.

ARGVMENTVM.

An Epiſcopus poſſit ordinaria authoritate concedere Canonicis Eccleſiæ Collegiatæ vſum almutiarum.

SVMMARIVM.

1 *Almutiæ ſunt tegumenta quædam, quibus vtuntur Canonici Cathedralium Eccleſiarum.*

2 *Dignitates omnino nouas in Eccleſiis creare pertinet ad ſolum Papam.*

3 *Ab Epiſcopo ſine conſenſu Capituli neque augumentum, neque diminutio ſtatus fieri poteſt in his, quæ ipſi Capitulo præiudicium inferre poſſunt.*

4 *Epiſcopus non poteſt vni Eccleſiæ priuilegium in alterius præiudicium concedere, niſi quando interueniat conſenſus Capituli, et rationabilis cauſa, & præiudicium non ſit enorme.*

5 *Conſequens, qui vult, cenſetur velle antecedens. hæc regula non procedit niſi in dependentibus a mera voluntate diſponentis, ſecus, quando debent Iuris requiſita concurrere.*

6 *Ordo Eccleſiaſticus confunditur, quando vnicuique propria iuriſdictio non ſeruatur.*

7 *Epiſcopus non poteſt ordinaria authoritate erigere Collegiatas.*

CONSILIVM CCCCXVII.

Almutiarum vſus non videtur potuiſſe concedi ab Epiſcopo Canonicis Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Michaelis; cum almutiæ ſint tegumenta
1 quædam, quibus vtuntur Canonici Cathedralium Eccleſiarum, vt inquit idem Cardin. Zabarell. ex aduerſo adductus in Clem. 1. numer. 3 verſ. alicubi vocantur, de ſtatu mon. & proinde dignitas huiuſmodi aliis ordinaria authoritate concedi non po-
2 tuit, niſi vel ex indulto Papę, vel ſaltem cum cauſa & tunc de conſenſu Capituli ipſius Cathedralis, & alias ſecus, vt de primo eſt text. in c. cum olim, de conſuet. & c. 1. 22. diſtinct. per quem, quod creare dignitatem omnino nouam pertineat ad ſolum Papam, non obſtante, quod iſtud contingat ex conſequenti Superioris dignitatis, firmant Felin. in c. cum acceſſiſſent. num. 14. de Conſt. ibidem Imol. num. 4. & de ſecundo ſunt text. in c.
3 nouit, & c. quanto. de his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſ. Capit. per quos, quod neque augumentum, neque diminutio ſtatus fieri poſsit ab Epiſc. ſine conſenſu Capituli in his, quæ ipſi Capitulo præiudicium inferre poſſunt, firmant In[illegible] c. cum acceſſiſſent, nu 4. ante fin. verſ. item [illegible] te, & ibidem Felin. num. 15. poſt med. verſ. & [illegible] Abb. in d. c. cum olim, num. 6. verſ. ego hoc dic[illegible] de conſuet. id. Roman. conſ. 369 num. 26. vbi in [illegible]
4 cie probat, Epiſcopum non poſſe vni Eccleſiæ priuilegium in alterius præiudicium concedere, [illegible] tribus concurrentibus, nempe, quando interueniat conſenſus Capituli, & rationabilis cau[illegible] præiudicium non ſit enorme.

Nec obſtat, quod dum Epiſcopo permittitur ſola ordinaria authoritate facultas erectionis Eccleſiæ in Collegiatam, multo magis permittenda ſit conceſsio vſus almutiarum, quod eſt minus, tum quia
5 argumentum non procedit, niſi in dependentibus à mera voluntate diſponentis, non autem in iſs, in quibus Iuris requiſita debent concurrere, vt per Aym. conſ. 134. num. 45. quamobrem inſignia, quibus vtuntur Canonici Cathedralis de Iure non
6 ſunt aliis communicanda, cum Eccleſiaſticus ordo confundatur, quando vnicuique propria iuriſdictio non ſeruatur, c. prouenit 11. q. [illegible] 3. [illegible] in l. teſtamenta, nu. 3. C. de teſtam.

Tum etiam quia, non eſt verum aſſumptum, quod
7 Epiſcopi poſsint ordinaria authoritate erigere Collegiatas, dum quicquid aliqui contrarium ſenſerint, magis receptum eſt, quod id ſoli Papæ reſeruatur, vt firmant ex eiſdem exaduerſo allegatis Henric. Boich. in c. nobis, num. 16. de iure patr. Rebuff. in prax. tit. de erect. in Colleg. in princ. vbi, quod ita ſeruatur, prout etiam teſtatur Garz de benef. part. 12. cap. 5. nu. 4. ſiquidem tenentes contrarium vel ideo non ſunt admittendi, quia text. in d. c. nobis, de iurepatr. ex quo mouentur, non probat eorum opinionem, vt aduertit Rebuff. vbi ſupra, vel intelligendi ſunt in Eccleſia iuris patronatus, accedente conſenſu non ſolum patroni, vt intelligunt Boich. & alij communiter, ſed etiã Capituli, vna cum ipſo Epiſcopo, vt intelligit Abb. in c. quoniam, num. 2. de vit. & honeſt. cler. imò etiam, quando demum cum patrono conſentiunt omnes alii, qui ex mutatione ſtatus læduntur, vt intelligit Io. Andr. in d. c. nobis, num. 8. ad fin. verſ. non tamen erit Collegium, de iurepatr.

ARGVMENTVM.

An, & quando teſtes repeti poſsint ſub prætextu, quod non fuerint bene ſuper omnibus articulis examinati.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes ſemel rite examinati non debent amplius examinari, etiam ſi non ſit eorum examen publicatum.*

2 *Teſtes repeti non debent, quando defectus examinis non prouenit ex culpa examinantis, ſed ex culpa articulantis.*

3 *Te-*

3 *Testes, qui in repititione dicunt contrarium, non sunt recuauntes.*

4 *Repetitio testium non fit, quando non releuat. Valor non probatur per testes non informatos de*

5 *Aqualitatibus rei. Nec per testes de auditu, vt num. 6.*

7 *Testes, qui deponunt se ignorare onera, et expensas non probant valorem.*

CONSILIVM CCCCVIII.

NOn videtur locus repetitioni testium; cum enim semel ritè examinati fuerint, non debent amplius examinari, etiamsi non sit eorum examen publicatum, l. produci, vbi glo. Bart. & alii, ff. de testib. Abb. in c. constitutus, il 2. num. 2. de testib. Aldroband. conf. 114. num. 74. & seqq. lib. 1. Rota apud Greg. decis. 497. num. 5.

Non obstat, quod dicitur, non fuisse testes bene examinatos super quinto articulo continente iustificationem valoris per negatiuam non excessus; quoniam obiectum non solum minime exaduerso verificatur, sed ex ipsa examinis lectura constat de contrario, dum super illis testes interrogati responderunt, se tantum scire quantum supra iuxta interrogatoria deposuerunt; etenim si testes noluerunt super articulis alio modo respondere, quã iuxta deposita in interrogatoriis, iste fuit defectus voluntatis, seu potius rei à testibus ignoratæ,

2 non defectus examinantis, ac proinde non est cõcedenda vlterior repetitio, vt aduertit Rota apud Gregor. d. decis. 497. num. 7.

Cessat autem difficultas perpensis iis, quæ testes iuxta relata interrogatoria deposuerunt; siquidem aut volumus, testes repetendos idem deposituros esse, quod hactenus deposuere, & nequaquam concedenda repetitio, cum in hoc casu sit superflua; aut volumus illos deposituros super valore iuxta Partis, & articulorum intentionem per non

3 excessum, & minus concedenda repetitio, vel quia sic deponendo essent sibi contrarii, Innoc. in c. cum Ioannes, in fine, in verbo conclusio, de fid. instr. Bald. in c. publicato, n. 1. in fine, de elect. Rota decis. 720. nu. 2. par. 2. recent. vel quia depositio ni-

4 hilominus haud releuaret, Cassad. decis. 2. de dilat. Caputaq. decis. 66. par. 3. Gregor. d. decis. 497. numer. 7.

Quod autem essent sibi contrarii constat, tum quia

5 deposuerunt, ignorare beneficii, eiusque redditũ qualitates, seque de qualitatibus expressis in interrogatoriis, quæ dantur, non esse informatos, quo casu neque etiam valorem per non excessum probare possunt, nisi sibimet ipsis in præmissis cõtradicant, vt per Rotã decis. 20. nu. 2. 3. & seq. par. 2. recent. tum etiam quia testes non solum causam

6 eorum dicti restringunt ad solum auditum, sed in articulis, vt præfertur, deponunt cum dictionibus taxatiuis, se tantum scire quantum supra deposuerunt, quapropter ex hoc ipso probationem non excessus excluserunt, vt per Rot. decis. 550. num. 3. per tot. par. 1. recent.

Quòd verò non releuarent, satis quoque constat, dũ iidem deposuerunt, se ignorare onera, ac expensas

7 eiusdem beneficij, nam certum est testes ea ignorantes nullatenus valorem probare, Seraph. decis. 1317. num. 1. & decis. 1393. pariter num. 1. Put, decis. 201. in fin. lib. 3. in nou. Caputaq. decis. 328. n. 2. par. 3. & sæpius fuit decisum.

ARGVMENTVM.

An, & quando accusatus possit accusatorem suum de falso reaccusare.
De exclusione præsumptionum, quod testis falsum deposuerit.

SVMMARIVM.

1 *Accusatores non possunt esse testes contra accusatos.*

2 *Accusatus quando est præsens in iudicio, per litis contestationem dicitur eius nomen positum inter Reos.*

3 *Accusatus non potest suum accusatorem recriminari, priusquam se à criminibus obiectis purgauerit.*

4 *Mutua petitio non habet locum in criminalibus.*

5 *Socii persona censetur a socio approbata.*

6 *Veritate possibili data in contrarium cessat falsitatis præsumptio.*

7 *Testes licet aliquid non interrogati non dixerint, non sequitur, quod non sit*

8 *Credens honesto viro excusatur, præsertim quando non agitur de alterius præiudicio. Vel quando concurrit verisimilitudo, vt num 9.*

10 *Accusatus potest accusatorem de falsitate reaccusare coram eodem Iudice, secus coram diuerso, ne continentiæ Causarum diuidantur, neque aperiatur via faciendi defensiones in alio tribunali.*

11 *Accusatus potest reaccusare de falso accusatorem, quando secunda accusatio est præiudicialis primæ prouenieus aliunde quam ex actis eiusdem primi iudicii.*

CONSILIVM CCCCXIX.

NOn potest Cherubinus retineri ad querelam Siluestri, & Marci Antonij ex prætextu, quòd falsum deposuerit in Curia Burgi; cum enim ad probandam prætensam falsitatem non adducatur, nisi dictum eiusdem Siluestri, & Io: Dominici, qui in eadem Curia Burgi erant retenti ad querelam Pauli prætendentis eosdem in falsi, & alia respectiuè crimina incidisse, quique Paulus in eo iudicio dictum Cherubinum in testem adhibuit, proindè patet, illorum dictum nullius esse considera-

1 tionis, tum quia accusatores non possunt esse testes contra accusatos, c. accusatores, 3. quæstione 5. Specul. de testib. §. 1. num. 89. vers. item quod ipse, Grammat. conf. 49. num. 2. Marsil. consil. 33. numero 3.

Tum quia cum prædicti prius fuissent ab hac Parte

2 querelati, eorumque nomen receptum inter Reos, dum contra ipsos præsentes in eo iudicio processum fuit ad litis contestationem, Bald. in l. 1. post num. 31 C. qui accus. non poss. Clar. in prax. crim. §.

3 fin. quæst. 14. num. 13. non poterant accusati suum accusatorem recriminari, prius quàm se obiectis excessibus purgarent, l. is, qui reus, ff. de public. iud. l. neganda, C. qui accus. non poss. c. neganda, il secũdo, 3. quæst. 11. neque enim mutua petitio locum habet

habet in criminalibus, glos. pen. in fine, in c. 1. de
4 mut. petit. in c. prius, 3. quæst. 11. & in d. l. 1. C. qui accus. non poss. Specul. de accus. §. 1. numer. 26. Angel. de malefic. in verb. necnon ad querelam, numer. 63.

Neque falsitas præsumi potest ex multiplici inuerisimilitudine, in qua Pars aduersa se fundat; quoniã illa, quæ sumitur ex aduerso ex non dimissione alterius clauis in loco, in quo haberi posset ad pecuniarum amotionem, tollitur ex confidentia socio-
5 rum, dum eorum personæ censentur inter se à cõsocijs approbatæ, Alex. cons. 113. num. 5. lib. 4. Ruin. cons. 101. num. 14. in fin. lib. 1. Honded. cons. 90. numer. 32. lib. 2. Menoch. lib. 3. præsumpt. 62. num. 1. & seq. Rot. in Romana afflictus 28. Nouembris 1607. coram Card. Lancellotto, vltraquod semota etiam confidentia, non ideò minus intrat inuerisimilitudo sufficiens, dum dimissio aliquando facile
6 prouenire potuit ex obliuione, vel alio errore, itaquod veritate possibili data in contrarium cessat falsitatis præsumptio, Boss. de fals. num. 133. Bertaz. consil. 140. num. 10. & seqq. lib. 1. Surd. consil. 132. num. 20.

Ea etiam, quæ deducitur ex designatione clauis in singulari, non clauium in plurali in vna depositione Cherubini, dum tamen in alia de clauibus pluraliter loquitur, non resistit, neque exinde desumi
7 potest contrarietas, ex quo illud, quod in vno examine non interrogatus non dixit, non propterea sequitur, quod non sit, vt per Caputaq. decis. 275. num. 2. par. 3.

Non etiam nocet alia desumpta ex eo, quod si verũ Cherubinus dixisset, non distulissent Paulus, aut Siluester vltra annum, accusare, vel remedium adhibere, quia cum pariter dicat Paulus, certiorato Siluestro eumdem dixisse, quòd remedium adhiberet, cassat ex Parte Pauli omnis inuerisimilitudo tam ex eo, quòd credidit ipsi Siluestro, cui non so-
8 lum tanquam socio, sed tanquam administratori credere debebat, cum in ita credendo non ageretur de alterius præiudicio, Bertaz. cons. 80. num. 3. lib. 1. cons. 257. num. 15. & seq. & cons. 421. num. 5. & 6. lib. 2. Becc. cons. 98. num. 16. lib. 1. quam etiam
9 quia facilè, & magis verisimile erat, ipsum Siluestrum remedium adhiberum, dum poterat in futurum abstinere à dimissione suæ clauis, vt per Bertaz. d. cons. 421. num. 8. & seqq. & num. 20. in fine, Rota post lib. 1. cons. Farin. decis. 101. n. 3.

Sed cessant difficultates, dum adhuc pendet iudiciũ criminale alias in dicta Curia Burgi inchoatum, stante appellatione interposita aduersus sententiã in dicta Curia latam; licet enim possit accusatus
10 accusatorem reaccusare de falsitate, id tamen procedit, quando accusatio falsi proponitur coram eodem Iudice, coram quo fuit porrecta principalis accusatio, secus si coram diuerso, vt in hoc casu, & quia continentiæ Causarum non sunt diuiduæ, & quia non debet aperiri via Reo faciendi defensiones in alio tribunali, Innoc. in c. 1. num. 4. in fin. & ibi Butr. Soc. & alij de mut. petit. cum alijs per Farin. quæst. 100. num. 69. & 70.

Nec obstat Roland. cons. 13. lib. 2. quia loquitur in ac-
11 cusatione falsi præiudiciali Causæ prius intentatæ, quando falsitas deducitur, & probatur aliunde, quam ex actis, & probatis in primo iudicio, secus autem est, quando probationes desumuntur duntaxat ex eodem priori iudicio, in quo maior, vel par est pœna, quia tunc iudicium hoc prius est terminandum, & interim in secundo supersedendum, cum ratione præiudicialitatis, quæ in hoc casu oritur ex primo ad secundum, & non è contra, tum quia non debet præueni enti priuilegium præuentionis auferri, vt per Angel. in d. l. is, qui Reus, num. 1. vers. propter quod dico, ff. de publ. iud. Salic. in l. 1. num. 8. vers. contra quam oppono, C. qui accus. nõ poss. & sequitur Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 24. nu. 10. ad fin.

ARGVMENTVM.

An, & quando præponens teneatur criminaliter, vel ciuiliter ex persona præpositi delinquentis in officio.

SVMMARIVM.

1 *Institori, vel procuratori etiam cum libera non censetur data facultas, vt ex eorum delicto dominus incidat in pœnam.*

2 *Contra Præponentem ex delicto præpositi etiam in officio non datur actio criminalis ad pœnam, sed ciuilis ad interesse, quando non concurrit scientia, approbatio, vel commodum ipsius domini. Et num. 11.*

3 *Præponens, quando solus præposuit, tenetur solus ciuiliter de negligentia præpositi, adeo vt nec dãnum cum commodo ex persona eiusdem præpositi compensetur.*

4 *Dominus non tenetur ciuiliter pro famulo extra officium delinquente.*

5 *Dominus tenetur ciuiliter pro famulo delinquente in officio. Non obstante, quod deputauerit communi reputatione fidelem, vt numer. 6. Quod etiam procedit in socio, vt numer. 7. Contrarium num. 10.*

8 *Vectigalia exercentes, & habentes aliquod officium in gabellis dicuntur habere publicum officium.*

9 *Dominus liberatur per exibitionem famuli delinquentis in officio publico.*

12 *Credere alteri sine probatione nemo tenetur, Præsertim in materia obiectiua, & inclusiua delicti, & inuerisimili, vt num. 13.*

14 *Culpa non ascribitur ei, qui non credidit alteri, cui credere non tenebatur.*

CONSILIVM CCCCXX.

NVlla criminalis actio exerceri potest contra D. institorem, vel alium præponentem eum, qui deliquerit, tum quia neque etiam generali in-
1 stitori cum libera censetur vnquam attributa facultas, itaquod ex eiusdem facto, vel delicto dominus incidat in pœnam, l. 3. §. si procurator, & ibi glo. & Doctor. communiter, ff. quod quisq; iur. Honded. cons. 96. num. 19. & 20. lib. 2. Seraphin. decis. 969. num. 6.

Tum quia circumscriptis scientia, approbatione, vel
2 commodo domini, nunquam ex delicto præpositi datur actio contra præponentem criminaliter ad pœnam, sed duntaxat ciuiliter conueniri potest pro interesse Partis, etiamquod delictum probaretur in officio, glos. in l. obseruare, §. proficisci,

ff. de

ff. de offic. Proconf. Roman. conf. 15. num. 1. ad fin. Franch. Marc. decif. 423. nu. 13 part. 1. plenè Honded. dicto conf. 95 num. 17. lib. 2.

An autem ciuiliter præponens condemnari possit ad interesse ex culpa præpositi causatum, difficultas est; quoniam licet quando omnes socii concorditer præponunt, commune periculum esse oporteat, vt inquit textus in l. plane, 24. ff. pro soc. ta-
3 mē quando vnus fuerit ille, qui præposuerit, quod proinde solus præponens præstaturus sit illud, in quo præpositus male, aut negligenter in societate versatus sit, adeoquod neque in hoc casu damnū cum commodo ex persona eiusdem præpositi percuento compensandum sit, probat textus in l. de illo, vers. nam & Marcellus, ff. eod. tit. pro soc. Hect. Felic. de societ. cap. 21. num. 30.

Quanobrem pro affirmatiua, vt quamuis dominus
4 de delicto familiæ non teneatur, quando delinquit extra officium, sicut neque ex delicto famuli liberi hominis, l. 1. §. deiecisse, & §. quoties, & l. 3. ff. de vi, & vi arm. Afflict. decif. 82. num. 2. Honded. d. conf. 96. num. 15. lib. 2. Farinac. quæst. 14. nu-
5 mer. 148. & seq. nihilominus teneatur, quando delinquit in officio, vel culpose versatur circa munus sibi iniunctum, probat textus in l. 1. in princ. cum §. familiæ, & ibi not. ff. de public. cum aliis adductis per Gram. decif. 3. num. 8. & seq & decif. 34. nu. 39. debet enim præponens animaduertere, quos gubernando negocio eligat, ac recipiat, eorumq; conditionem explorare, & cognoscere, cum memor esse debeat non sui tantum, sed & suorum reddendam esse rationem, vt pluribus comprobat Menoch. conf. 246. num. 66. 67. 68. 69. & seq. lib. 3. adeoquod præponens tenetur ex facto præpositi ad instar fideiussoris, l. quicumque, ff. de instit. vt inquit Bart. in auth. hoc ita, numer. 12. C. de duob. Reis, ac pluribus alijs firmat Ronchegal. in l. eamdem, in princ. num. 183. ff eod. tit. de duob. Reis, & sequitur Menoch. d. conf. 246. num. 68. vbi num. 69. loquitur in præpositione exactorum vectigalium; quinimmo, quod teneatur etiam præponens de dolo, culpa, ac negligentia administratoris à se deputati ad effectum emēdationis damni, non obstante, quod administrato-
6 rem constituerit communi reputatione fidelem, pluribus aliis iuribus, ac rationibus comprobat Munnoz. de Escobar. tract. de ratiocin. cap. 19. nu. 53. verf. contrariam tamen sententiam, & nu. 54. & seqq. vbi num. 56. prope finem testatur de verio-
7 ri, quodquidem procedit & in socio, quia si culpa consistit in mala electione, tenetur ex illa ob deputationem mali ministri, si autem electio nō fuit de malo, sed bono, tenetur nihilominus tanquam de actu ab eo gesto, vt per Hect. Felic. post alios tract. de societ. cap. 21. num. 88. & seq.

Cœterum præmissis non obstantibus contrarium videtur verius in hoc casu, tum quia quicquid fit in
8 officiis priuatis, in publicis, prout sunt vectigalia, eorumque exercitationes, ac officia in gabellis, Castr. conf. 467. num. 2. verf. habere aliquod, lib. 1. per text. in l. munerum fin. §. sed & curatores, ff. de mun. & honor. Cuiac. in l. 15. & trib. seqq. col 1. prope fin. verf. eodem modo in tit. ff. de verb. signif.
9 veritas est, quod per exhibitionem delinquentis præponens liberatur, text. est in d. l. 1. §. quod nouissime, & ibi Bart. num. 2. ac cœteri, ff. de public. Abb. in c. 1. numer. 7. verf. ex quo infertur, de restit. spol. Felin. in c. Petrus, 17. numer. 12 de homicid. Boss. tract. crim. tit. de furt. num. 56. Roman. conf. 338. num. 7. ad fin. verf. dico tamen, Farin. d. quæst. 23. num. 60. Ronchegal. in d. l. eamdem, in princ. nu. 18. de duob. Reis, Lancellott. Conrad. in templ. omn. iud. lib. 1. c 1. §. 3. num. 2. verf. verum ex sententia.

Tum etiam quia contraria conclusio non procedit iuxta magis receptam, quando præpositus delin-
10 quens in officio probetur homo bonæ famæ, cognitus, & solitus cum integritate se gerere, vt firmauit Rot. apud Seraphin. decif. 527. ex Bald. conf. 222. lib. 2. & Castr. in l. videamus, ff. loc. vt etiam per Farinac. d. quæst. 24. num. 61. & Escobar. d. tract. de ratioc. cap. 19. num. 52. vbi rationem reddit, quod vbi aliquis communiter reputatur diligens, & postea negligens reperitur, adscribitur casui fortuito.

Multo autem minus teneretur de excessibus præpositi qualitatem eius officii excedentibus, quia in
11 istis nunquam dominus ex facto suorum sine eius voluntate, & commodo tenetur, l. in eum, 19. §. fin. ff. de instit. l. 2. in princ. ff. de noxal. cum alijs per Menoch. conf. 53. numer. 12. & seqq. plurib. lib. 1. & Surd. de alim. tit. 9. quæst. 26. num. 113. & seqq. Rol. conf. 66. numer. 32. & 68. lib. 2. Aym. conf. 75. numer. 13.

Nec facit, quod præponens admonitus ab alio institore non prouiderit, quia cum adhibitis dili-
12 gentiis nihil de veritate admonitionis constiterit, ac propterea præponens illi eredere non teneretur, Surd. conf. 22. num. 12. & seq. lib. 1. & decif. 341. num. 14. par. 2. præsertim cum ageretur de
13 materia obiectiua, & inclusiua delicti proposita ab æmulo collega in officio, quę proptèrea sine iustificatione minus erat verisimilis, vt per Farin. quęst. 90. inspect. 3. num. 123. consequenter nullo
14 iure culpa pręponenti adscribi potest, si non credidit ei, cui credere non tenebatur, Aym. conf. 319. num. 16. Hect. Felic. d. tract. de societ. cap. 21. num. 79.

ARGVMENTVM.

Commisso furto pecuniæ exactæ an periculum pertineat ad exactorem, an ad dominum.

SVMMARIVM.

1 *Exactor qui tenetur paratam habere pecuniā exactam pro necessitatibus domini, dicitur custos, et depositarius, itaquod dominium pecuniæ in eum non transferatur.*
2 *Furtum connumeratur inter casus fortuitos.*
3 *Periculum casus fortuiti spectat ad dominum.*
4 *Furtum præcipuè de nocte commissum concludenter probatur coniecturis et præsumptionibus.*
5 *Querela hominis bonæ famæ in praxi sufficit ad inquirendum in furto, ac iustificationem corporis delicti.*
6 *Furtum probatur præsumptionibus ad effectum ciuilem.*
7 *Furtum fuisse commissum creditur assertioni honesti viri iunctis adminiculis.*
8 *Testis vnicus attenditur cum adminiculis.*

9 *Iden-*

9 *Indetitas pecuniæ presumitur ex breuitate temporis.*

CONSILIVM CCCCXXI.

EX his, quæ in facto proponuntur constat, D. Antonium præpositum fuisse ad exigendum introitus, ac prouentus societatis, illarumque pecuniarum custodem, & depositarium, donec illas ad Montem Pietatis deferret, aut in societatis vsus eas erogaret, seù alias eidem restitueret; siquidem
1 cum exindè pateat, eum iure non potuisse vti pecunia exacta ad sui libitum, ac commodum, sed semper debuisse illam paratam habere, vel ad effectum deponendi, vel pro necessitatibus eiusdem societatis exponendi, dicitur propterea talis exactor merus custos, & depositarius, itaquod dominium eiusdem exactæ pecuniæ non transfertur in ipsum, sed semper apud præponentem remanet, Dec. loquens in exactore conf. 473. numer. 9. & per tot. Rip. loquens in susceptoribus, & thesaurarijs, tract. de peste tit. de remed. ad conseruád. vber. nu. 17. ad fin. vers. nos autem loquimur, Ang. loquens in administratore, cons. 90. numer. 2. Franc. Marc decis. 202. per tot. par. 2. Surd qui loquens in exactore, & thesaurario contrarijs omnibus respondet cons. 391. num. 12. seq. & per tot lib 3 & in exactore Communitatis ita resoluit Rota coram Greg. in Farsen. pecuniaria 21. Aprilis 1603. eius dec. 106. num. 3. & seq.

Hoc autem supposito non videtur dubitandum, quin furtum pecuniarum huiusmodi, vt præfertur, exactarum cedat damno societatis; cum enim furtum
2 connumeretur inter casus fortuitos, l. si quis fundum, §. Imperator, ff loc. l. quæ fortuitis, C. de pign. act. Hond. cons. 90 num. 10. lib. 2. proinde periculũ
3 casus fortuiti ad rei dominum, & sic ad societatem spectat, d. l. quæ fortuitis, l. cum duobus, §. damna, & ibi glo. in verb. subreptum, ff. pro soc. Butr. in c. 1. num 1. commod. Castrens. cons. 471. lib. 1. Paris. cõs. 331. vsque ad numer. 24. & cons. 156. per tot. lib. 4. Aym. cons. 247. num. 2. Menoch. cons. 353. num 9. & seq. lib. 4 Honded. d. cons. 90. num. 10. lib. 2. Rota in eadem Farsen. pecuniaria 21. Iunij 1610. coram R. P. D. Manzanedo.

Præsertim dum sufficienter probatum fuit non solum furtum, sed etiam identitas pecuniæ subtra-
4 ctæ; quandoquidem cũ furtum præsertim de nocte commissum concludenter probetur coniecturis, ac præsumptionibus, Bart. in l. si quis ex argentariis, §. an vero hæredi, num. 3. vers. quidam sunt casus, ff. de eden. Marsil. in prax. crimin. §. principium, num. 13. vers. admittitur probatio, & num. 17. vers. nam furtum, Mascard. de probation. conclus. 830. num. 12. & seqq. Paris. dicto cons. 256. num. 16. lib. 4 Honded. d. cons. 90. nu. 12. lib. 2. haud iure hæsitari potest, quin probatum dicatur in hoc casu, in quo de furto constat non solum ex
5 querela hominis bonę famę, quę etiam sola in praxi ad inquirendum, ac iustificationem corporis delicti sufficit, Marsil. d. §. principium, numer. 6. & seqq. Clar quęst. 4. vers scias tamen, Farinac. de inquis. quæst. 2. n. 16. sed imo constat ex qualitatibus, aliisque circumstantiis in iudicio criminali iustificatis, ac presertim ex aperitione ostij, fractura scrinij, varietatibus vnius ex quærelatis, & aliis, ex quibus, stantibus propterea inditiis ad torquẽdum, contra ipsos ad torturam processum fuit, cum quicquid sit quoad effectum criminalem, re-
6 spectu ciuilis, de quo agitur, satis sit, quod probatio etiam præsumptiua ex prædictis sit verisimilis, Farina c. d. quęst. 2. n. 15. 16. 17. & 19. Mascard. d. concl. 830. num. 7 8. & 13. Honded. d. cons. 90. à numer. 13. vsque ad 25. lib. 2.

Eoque magis, quo aperta est, & cognita legalitas D. Antonij, eiusque probitas vitę conditionis, ac famę; nam cum constet, semper ipsum consuetum fuisse, statim ac exigebat pecunias societatis, penes Montem deponere, pecunias vero prædictas ideo non deposuisse, quia à tempore exactionis vsque ad furtum non intercessit, nisi spatium diei festi, quo propterea depositum fieri nõ poterat, deinde ad effectum reperiendi furem nullis diligentiis pepercisse, inimicitias cum querelatis suscepisse, & vsque ad excommunicationis publicationem cõtra quoscumque processisse, vtique his stantibus
7 furtum vere commissum fuisse, standum esset eius assertioni iuratæ, vt per Menoch. d. cons. 353. num. & Honded. d. cons. 96. num. 26. lib. 2.

Sicut propterea nedum ex ratione huiusmodi cõstat de identitate pecuniæ subtractæ, sed quia eamdem probat depositio testis in facto relata, dum licèt
8 sit vnicus, habet adminiculum, Cæsar de Grass. decis. 49. alias 3. num. 6. de probat. Seraphin. decis. 676. num. 2. & seqq. & decis. 1163. num. 6 adminiculum
9 inquam exactionis pauló ante sequutæ, cum breuitas huius temporis faciat identitatem præsumi, textus est in l. si ventri, §. perueniſſe, cum §. fin. in finalibus verbis, ibi, si modo non post aliquod interuallum id factum sit, ff. de priuileg. credit, vbi Rip. in 2. not. num. 3. Surd. decis. 55. num. 9.

ARGVMENTVM.

Collegium habens facultatem statuendi an posſit condere Statutum contra certas personas ad priuatum commodum.

SVMMARIVM.

1 *In Onerum contributionibus à consuetudine, et obseruantia præterita non receditur.*
2 *Iurisdictionem exercentibus non debet imponi aliquod solutionis onus, ne detur occasio male se in exercitio huiusmodi gerendi.*
3 *Actus est nullus ex omiſſione formæ.*
4 *Impositiones illæ sunt iniustę, per quas magis vnus quam alius grauatur.*
5 *Contributiones debent esse æquales, quando causa omnes æqualiter tangit.*
6 *Statutũ Collegiatorum quādo nõ est generale sed contra certas personas ad priuatum commodum, non valet.*

CONSILIVM CCCCXXII.

NOn subsistit resolutio habita in Collegio huius Vniuersitatis, per quam, vt sibi singulis demerent annuam solutionem nouem iuliorũ alias decretam, & solui solitam ad beneficium eorum Ecclesiæ grauarunt Consules onere soluendi an-

1 nua scuta centum, tum quia in huiusmodi onerũ contributionibus in primis à consuetudine,& obseruantia præterita non receditur,l.missi opinatores,vbi Bart.& alij,C.de exact.trib.lib.10. Bart.in l. 1.C.de aur. coron.lib.11. Angel.cons.9. vbi quod nihil innouari debet contra solitum, vt etiam in l. cum satis,§.caueat,C.de agricol & censit.lib.11.& in c.qui olim,de censib.Peregr.cons.100. num. 12. lib.1.Surd.cons.151.num.73.lib.2.

Tum etiam quia de Iure exercentibus iurisdictionẽ
2 non debet imponi aliquod solutionis onus,neque etiam in quota,seu parte prouentuum,& cõdemnationum, ne detur occasio malè se in exercitio huiusmodi gerendi,quod publicam concernit vtilitatem,vt per Luc.de Penn.in l.annonas , num. 7. post princ.vers.& ideo, qui committit, C. de erog. milit.annon.lib.12.

Nec obstat,quod Vniuersitas habeat facultatem faciendi huiusmodi decreta. primò quia, vbi agitur de impositione alicuius oneris,vt in hoc casu Statutum Vrbis lib.3.cap.43.§.cassamus,aboleuit omnia contraria Statuta omnium artificum tam facta,quam facienda;& licèt in §. quod si forte imminente necessitate impositiones admittat, nihilominus dat certam formam in huiusmodi casu seruandam,& præcipuè,quod singuli de Vniuersitate sint prius expressa causa personaliter vocandi, & demum causa huiusmodi non solum debeat ab assistente deputato à Conseruatoribus examinari , sed etiam ab ipsis Conseruatoribus approbari vna cum Capitibus Regionum,& Consilio secreto; quamobrem cum de hac necessitate non
3 constet, & forma huiusmodi nullatenus sit seruata,decretum corruit, & effectu exequutionis caret,Roland.cons.63.numer.30.& seqq.lib.4.Franc. decis.441.num.6. Mohed. decis.17. de caus. poss & propr.Rot.decis.226.par.1.& decis.72.num.10.par. 2.diuers.

Secundo quia decretum est iniustum, dum iniustæ
4 sunt illæ impositiones,per quas magis vnus,quàm alter grauatur,l.fin.C.de muner. patrimon. lib.10. Bald.in l.5.num.13.in fin.C.qui bon. ced.poss. Ludou.decis.Perus.43.num.7.& seq.Borgnin decis.68 num.3.& plurib.seqq.præsertim dum causa,ex qua
5 decernitur ista nouitas,beneficium scilicet Ecclesiæ non minus tangit singulos de Collegio, quam Consules; vndè inæqualis non debet esse contributio,vt Consules totum, singuli autem nihil soluant,vt per Bart.in l.4.§.actor, num.2. ff. de re iudic.& Losæum de iur. Vniuers. par. 3. cap. 9. numero 16.

Tertio quia non solum facultas decernendi attribu-
6 ta Collegio intelligenda est de decretis, ac Statutis super communi bono , nullo priuato Statuentium commodo,vt ex c.erit,4.dist.firmat Luc. de Penn in proposito in d l.annonas,C.de erogat.milit.ann.lib.10.itaquod Statutum Collegiatorum, quando non est generale, sed contra certas personas ad priuatum Statuentium commodum non valet,vt per Bertrand.cons.1.n.10.lib.3.

Sed in specie,quod non subsistat Constitutio Collegij in commodum aliorum,& in damnum aliquorum,probat textus in c. cum omnes, 6 de Constit. & in l. qui grauatos, 5. in princip. C. de censib. lib. 11.

ARGVMENTVM.

An, & quando mandatum de excarcerãdo sit appellabile.

Fideiussor de repræsentando an teneatur cessante interesse Partis.

Erronea susceptio termini an præiudicet.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de excarcerando non recipit appellationem.*
2 *Exequutiua via seruata in carceratione seruanda est in excarceratione,vt seruetur æqualitas in iudiciis.*
3 *Exequutio cessat,quando cessat qualitas requisita.*
4 *Mandatum, quod non iustificatur ex actis,non est exequibile.*
5 *Fideiussor de repræsentãdo liberatur ex obitu principalis.*
6 *Promittens, quod aliquis faciet, morte illius liberatur.*
7 *Promissioni de repræsentando semper inhæret conditio quatenus stipulantis intersit.*
8 *Ex Confessione non dicitur Parti ius quæsitum ante acceptationem*
9 *Ex Notarij stipulatione acquiritur ius absenti absque cessione , quando sequitur acceptatio.*
10 *Obligatio Cameralis, & illius exequutio cessat deficiente causa.*
11 *Negatiua probatur ex actorum inspectione.*
12 *Confessio erronea etiam iurata non est exequibilis.*
13 *Termini susceptio erronea non præiudicat.*
14 *Confessio non dicitur iudicialis nullo intentato iudicio,nec præcedente citatione.*
15 *Fideiussor non tenetur in plus quam principalis.*

CONSILIVM CCCCXXII.

NOn obstante appellatione exaduerso interposita, & illius commissione R.P. D.meo,excarcerandus est D.Philippus, attenta facultate excarcerandi in eadem commissione attributa , tum
1 quia a mandato de excarcerando per primum Iudicem relaxato non datur appellatio, dum Causa huiusmodi celeri indiget expeditione , l fin. ff.de appell.Specul.de proc.§. in quibus, vers. octauo, Rebuff. de sent.prouis. in præfat.num.142.eamdẽque viam exequutiuam, & sine appellatione, qua
2 vsus fuit aduersarius in obtinenda iniusta carceratione,pati debet in excarceratione , vt per Rot. decis.232.num.4.par.4.recent.vbi vtitur ea ratione , quia in iudicijs seruanda est æqualitas, iuxta, l.fin.C.de fruct.& lit. expens.

Tum etiam quia si mandatum de excarcerando non fuisset decretum , denuo decerni, & relaxari deberet, dum constat, carcerationem processisse ex mandato non exequibili, & iniusto , ac proin-
3 de exequutio impediretur ob illam exceptionem, ex qua tollitur qualitas merens exequutionem, Bart.in l.1.§.denique, ff. quod vi, aut clam. Doctores

ctores communiter in c. item cum quis. de restit.
spol.& c. ex parte ii 2. de offic.leg. Asin.in prax.§.
31.cap.21.ver. primo igitur.

Quod autem mandatum, cuius vigore processit car-
ceratio, non esset exequibile, constat, dum ex
actis non iustificatur, quod propterea non solum
patitur defectum iniustitiæ, sed etiam nullitatis
Gabr.cons.28.n.4.lib.2.Rot.decis.361.n.3.par.1.di-
uers. & alias sæpius; siquidem aut Pars aduersa
illud iustificat ex obligatione principalis, cui Phi-
lippus accesit,de repræsentando, & non subsistit,
cum obligatio non fuerit pura, sed ad omne man-
datum Iudicis, de quo non constat ante obitum
principalis repræsentandi, ac proinde stante obi-
5 tu ante requisitionem fideiussor sine dubio fuisset
liberatus,text.est in l.si decesserit, ff.qui satisd.cog.
in l.4.in princ.& l.fin.ff.si quis caut.Ias.d.l. si deces-
serit,num.3.vbi de communi; & hinc est, quod
6 promittens, quod aliquis faciet,morte illius libe-
ratur, ex quo factum inhærens personæ,non trã-
sit in hæredem, ac propterea impossibilitas impe-
dit pœnæ commissionem, Abb.cons.90.nu.1. vers.
sed in casu,lib. 1. Marsil.de fideiuss nu. 155.& 199.
Gabr. cons.173.num.12.lib.2.

Aut mandatum iustificat ex alia obligatione, quod
illi promissioni de repræsentando infra certum
tempus quædam mulieres accederent, & non
7 etiam subsistit, dum huiusmodi obligationi sem-
per inhæret conditio tacita, quatenus stipulantis
intersit, l.fin.ff. rem rat.hab. Crescent. decis.189.
alias 17. de probat.incip.promittenti de rato,Rot.
in Perusina exequutionis 17. Aprilis 1600. coram
Penia; interesse autem penitus cessauerit ex obitu
principalis, stante fideiussorum liberatione exinde
sequuta, ex qua sicut liberatus fuerat Philippus,ita
pariter liberatę fuissent mulieres, quatenus acces-
sissent,d.l.si quis decesserit, ff.qui satisd. cog.cum
aliis allegatis.

Aut demum iustificat,ex confessione, & termino su-
scepto per ipsum Philippum, & minus subsistit,
non solum ex eo, quod cum ante acceptationem
8 confessionis huiusmodi non esset Parti aduersę ius
quęsitum, Alciat.cons.29.num.10.& seq.& cons.
14.num.19.& seqq.tom.3.lib.8.notarius enim quã
9 uis pro absente stipuletur, tamen non differt ab
alijs in acquirendo, nisi quòd acquirit sine cessio-
ne,non tamen ipso iure,sed sequuta acceptatione,
vt per eumdem Alciat.cons.119. num. 17. & seqq.
tom.3.lib.9.& d.cons.14.num.16. vers.& primò nõ
obstat,& num.17.& seq.proinde cum antè accep-
tationem iam decessisset principalis representan-
dus,defecisset causa obligationis,qua deficiente,
10 cessat etiam obligatio Cameralis, illiusque exe-
quutio,Galles.de oblig.Camer.quest.1.ad 4. par. n.
9.vers.itaque,& num. 12. Rot. decis. 123. num. 16.
vers.accedit etiam,par.2.diuers.& decis.50.num.3.
& 7.par.1.rec.

Sed præcipuè quia constat non solum de errore con-
fessionis,sed etiam antecedentis exinde desumpti,
quòd Iudex mandasset,principalem repræsentari;
cum enim de errore confitentis etiam in hoc con-
11 stet,dum ex actorum perquisitione constat de cõ-
trario,l.fin.C.de reb.credit.l.Titiæ textores, & ibi
Bart.ff de leg.1.Rot.decis.64.num.2.par.1.diuers.&
in Albanen.spolij 8.Februarij 1610.coram Penia,
12 consequenter stante huiusmodi errore, confessio
quantumuis iurata non erat exequibilis,l.fin.§.idẽ
quæsijt,& ibi Doct.ff.de condit.indeb. Ruin. cons.
13 10. nu.10. lib.3 & in erronea confessione cum
susceptione termini, & censurarum, vt in hoc ca-
su,Rota apud Zacch. de societ. offic. decis. 52. in
fine.

Quod quidem magis hic admittendum est, tum
quia terminus huiusmodi susceptus fuit nullo
prænio intentato iudicio ex Parte ad[illegible]j, nul-
laque eiusdem præcedente citatione, vel instan-
14 tia; quandoquidem confessio propterea quam-
uis in actis redacta,dici non potest iudicialis,Bald.
in l.1.§.similique modo,num.2.C de lat.lib.toll.
Mascard.de probat.concl.345 num.19.& conclus.
348.num.8.in fine.

Tum etiam quia alias sequeretur,quòd fideiussor te-
15 neretur in plus,quam principalis contra l.hæres,
§.illud,vbi Bart.num.2.& l.si testamento, §. fin. in
fine,& l.si à reo sub conditione,ff.de fideiuss.

ARGVMENTVM.

Ad impensas viæ publicæ an teneatur locator, vel dominus directus,an conductor,vel emphiteuta.

SVMMARIVM.

1 *Viam publicam in Ciuitate quilibet dominus, vel possessor munire tenetur iuxta domum suam. Etiamsi via sit per burgos Ciuitatis, vt num 2.*

3 *Locatio, quando fit ad vitam locatoris, vel conductoris, dicitur ad longum tempus.*

4 *Conductor ad longum tempus acquirit vtile dominum.*

5 *Conductor simplex nõ tenetur ad impensas viæ publicę, sed locator.*

6 *Emphiteutę vti habentes vtile dominium tenentur ad impensas viæ publicæ.*

7 *Vsufructuarius tenetur ad impensas viæ publicę.*

8 *Locator, vel dominus directus tenetur contribuere ad impensas,quarum vtilitas exceait tempus durantis locationis, vel emphiteusis.*

9 *Onera pertinent ad conductorem stante pacto.*

10 *Pactum respiciens commodum locantis dicitur pars pensionis.*

11 *Viæ constructio reddens habitantibus vsum domus magis commodum venit appellatione meliorамentorum.*

12 *Dicta in præfatione censentur repetita in dispositiua, nisi constet ab huiusmodi qualitate fuisse recessum.*

13 *Dicta in præfatione per modum causæ censentur repetita in contractu contextualiter celebrato.*

CONSILIVM CCCCXXIV.

EXpensam viæ,de qua agitur, videtur teneri de
suo conductorem ad longum tempus facere vt
infra,siue Iure communi inspecto. siue etiam, &
magis inspecto tenore instrumenti locationis; e-
1 tenim cum de Iure viam publicam in Ciuitate
existentem quilibet domorum dominus, vel pos-
sessor munire cogatur iuxta domum suam, l. ædi-
les,ff.de via publica,Bart.in l per Bithiniam, num.
3.C.de immun.nem.conced. lib.10. Verorem [illegible]

 se.[illegible]it.

feruit.ruft.præd.cap.3.de feruit.viæ, num. 47. Ro-
man. fingular. 817. etiamfi via fit per burgos Ci-
2 uitatis,d.l.ædiles,cum glo.in verb. Ciuitates, ff.de
via publ.veronen.d.c.3.num.47. verf.idem fi via,
3 proindè cum locatio dicatur ad longum tempus,
quando fit ad vitam conductoris, vel locatoris, l.
1.ff.pro foc.Pinel.in l 1.par.3.num.63. verf.fimili-
ter,C.de bon.matern.Gabr.concl.2.in princ.de lo-
cat.& conduct.Corbul.de emphit.tit.de cauf.priu.
ob alien.ampl.35. num. 15. ad huiufmodi condu-
ctorem onus huius impenfæ pertinebit, dum cō-
4 ductor ad longum tempus per locationem hu-
iufmodi,quæ propterea dicitur alienatio, acqui-
rit vtile rei conductæ dominium,l. 1. & l. feq. ff. fi
ag vectig.& emph. pet. Couar. var. refolut.lib.2.
cap.16.num 1.verf.ex quo apparet, Mohed. decif.
12.num.2.de locat.

Et hinc eft,quod quicquid fit in fimplici conducto-
5 re,qui ad huiufmodi impenfam non tenetur,quia
non poffidet fibi,fed domino, vndè fi foluit, vel
retinet,vel repetit à locatore,d.l.ædiles, & ibi Bar.
Cepol.d.cap.3.num.51. Alex. in l. diuortio, §. im-
pendit,num.3.verf.ad idem,ff folut.matrim.Albe-
ric.d.l.ędiles,num.3.in fine,Mantua fingul.162.ni-
6 hilominus aliud eft non folum in emphiteuta ha-
bente fimiliter vtile dominium, Bald.in l.1. num.
9.& feq.C.de iur.emph.ibique Iaf.num.25. in fine,
& num.27.& 29. fed etiam in vfufructuario natu-
7 raliter duntaxat poffidente,text.eft in l. fi pendē-
tes,§.fi quid cloacarij, & ibi Alber. num. 3. in fin.
& Flor.num.4.ff.de vfufr.

Nec obftat,quòd diuerfa fit ratio in emphiteuta fol-
uente quid minimum annuatim pro recognitio-
ne,& in conductore ad longum tempus foluente
fingulis annis penfionem fructibus ipfis corref-
pondentē,& tamen expenfa vię repartiatur inter
dominum directum,& emphiteutam, dum vter-
que habet dominium,alter directum, alter vtile,
vt per eumdem Alber.in ead. l. ędiles, num.4. vbi
8 inquit ita vidiffe determinari, quia intelligendus
videtur Alber.de ea qualitate viæ, cuius fabrica-
tio,vel refectio excedit vtilitatem vltrà tempus,
quo emphiteufis, vel locatio durat; tunc enim
ideò directus dominus contribuit, quia commo-
dum ex huiufmodi impenfa confequi poteft finita
locatione,vndè tunc pro modo vtilitatis fit con-
tributio,fecus fi commodum tempus emphiteu-
fis,vel locationis non excedat, quia cum domi-
nus hoc cafu ex illa refectione nullam confequa-
tur vtilitatem,neque etiam debet contribuere,
etiam fi locacio effet temporalis ad modicum, &
non longum tempus,Bart.in l.impenfa,in fin.ff.de
impenf.in reb.dot.fact.Caftr.in l.domos, in fine, ff.
de leg.1.Boer.decif.44. num.13. cum aliis per Me-
noch.qui ita diftinguit conf.64.num.17. verf. ter-
tia eft fpecies,lib.1.

Quicquid autem fit de Iure, videntur difficultates
ceffare ex ipfo tenore locationis; cum enim tuto-
res locantes ad d.locationem fub conuenta pen-
fione inter alias caufas deuenire declarauerint
ad euitandas expenfas fternendæ,ac conftruendæ
falicibus viæ.& quia pecunias defuper neceffarias
fine pupilli damno,& incommodo minimè parari
poterant,& Iudex præmiffis auditis, proinde de-
cretum dicto contractui interpofuerit,vtique cē-
9 fetur propterea conductor ex lege conuentionis
onera prædicta in fe fufcepiffe, vndè ad illa tene-
tur,l.licet,8.C.locat.Plot.conf.65. per tot. præfer-
10 tim,cum ftante euitatione huiufmodi impenfæ,
ad quam locantes refpexerunt, cenfeatur domus
locata minori penfione, l. fundi partem, & l. qui
fundum,ff.de contr.empt.l.cum,qui, §. mulier, ff.
de in diem addict.c.cum Ioannes,& ibi Abb.num.
3.de fid.inftrumen. Rot. decif. 398. num.3. par. 1.
diuerfor.

Neque refert,quòd prædicta expreffa duntaxat fue-
rint in narratiua, & præfatione inftrumenti, fed
omiffa fuerint in difpofitiua, tum quia fatis repe-
tita cenfentur in difpofitiua, dum tam curator,
quam confanguinei pupilli affirmarunt, contra-
ctum non cedere in damnum, aut præiudicium
ipfius pupilli attentis præmiffis,& infra dicendis,
in quibus exprefsè conuentum fuit,omnia facien-
da melioramenta per conductorem cedere debe-
re folo abfque aliqua illorum refectione in fine
11 locationis; quandoquidem ftructio vię falicibus
cum reddat habitantibus vfum contiguæ domus
magis commodum, venit & ipfa melioramento-
rum appellatione,l.impenfæ,79.§.vtiles,& ibi Re-
buff.verf.& ita in fine,& verf.quemadmodum,ff.de
verb.fignif.

Tum etiam quia femper ea,quæ dicta fuerunt in cō-
12 tractus præfatione repetita cenfentur in conclu-
fione,& difpofitiua,nifi exprefsè conftet ab huiuf-
modi qualitate fuiffe receffum,tex.eft in l. Titia,§.
1.ff.de verb.oblig.& in l.item quia,§.fin.& ibi Bar.
& alij,ff.de pact.Iaf.conf.12. num. 15. lib.1. Alciat.
reg. 2. præfumpt. 24. Gabr. confil.58.numero 18.
lib.1.

Et conuincitur in hoc cafu,dum dicta in præfatione
13 fuerunt per modum caufæ,itaquod fuerunt velut
forma eorum,quæ fequebantur; tunc enim indu-
bitatum eft,quòd in contractu contextualiter ce-
lebrato cenfentur omnia repetita. Bart. in d. l. Ti-
tia,§.1.& ibi Cuman.Iaf.& alij, Alex. conf. 122. nu.
2.verf.fecus,lib.2.Aym.confil.964. num. 24. Card.
Mantic.de tacit.lib.3.tit.4.num.7.& feqq. Surd.de-
cif.288.num.30.& feqq.

ARGVMENTVM.

An & quando Vniuerfitas pofsit agere proprio nomine pro iniuria illata alicui de Vniuerfitate.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria illata alicui de Collegio quando refpicit ipfam Vniuerfitatem,poteft Vniuerfitas agere proprio nomine,alias fecus.*
2 *Ignorantia facti prudentifsimos quoque excufat.*
3 *Pro Iniuria illata incertæ perfonæ denegatur actio ratione incertitudinis.*
4 *Prohibitum directe,non eft indirecte concedendum.*
5 *Societas differt a Congregatione.*

CONSILIVM CCCCXXV.

NVlla competit iniuriarum actio Societati ad-
uerfarię, vel illius Principi; cum enim ex de-
1 ductis nullatenus conftet, iniuriam refpicere V-
niuerfitatem ipfam,proinde proprio nomine age-
re

re nequit, c.4. ad fin. de priuileg. in 6. Oldrad cons. 66. ad fin. Socin. in c. olim. num. 20. de iniur. Boss. de iniur. num. 33. Gomez. var. resol. tom. 3. cap. 6. num. 6. Farin. quæst. 105. num. 302. & seq. vbi in specie loquitur de iniuria facta aliquibus de Collegio, seu Vniuersitate, Rot. decis. 14. de iudic. in nou.

Nec obstat, quod iniuria videatur ratione affectus tangere Vniuersitatem ipsam ex retentione assertorem infamium in ipsa Societate, quo casu si non ciuiliter, datur tamen criminaliter actio ipsi Vniuersitati proprio nomine; quoniam obiectum cessat, tum quia nullum affectus interesse considerari potest in Societate ignorante, qui fuerint isti pretensi infames; quandoquidem ignorantis existimatio nunquam læsa prætendi potest ex omissione prouenientè à consistentibus in facto igno-
2 rato, cuius ignorantia prudentissimos quoque excusat iuxta textum in l. 2. ff. de iur. & fact. ignor. cum aliis per Cost. tract. de facti scientia, & ignor. inspect. 65. num. 6.

Tum etiam quia cum nulla facta fuerit expressio nominum afferta infamia notatorum, ac proinde
3 personæ iniuriatæ sint incertæ, sicut ipsis iniuriatis propterea ratione incertitudinis denegatur actio, l. item apud Labeonem 15. col. 2. ad fin. vers. cui non sine causa, ff. de iniur. Boer. cons. 4. numer. 18. Farinac. d. quæst. 105. num. 270. ita deneganda est Vniuersitati, ne sequatur absurdum, quod dire-
4 cto prohibitum indirectè concedatur, l. seius, & Augerius, ff. ad l. falcid. l. oratio, ff. de sponsal. c. cum quid vna via, de reg. I ir. in 6. Surd. cons. 301. num. 24. in fine, lib. 3. & decis. 249. num 9.

Eoque magis, quo verbalis iniuria prætensa applicari minimè necessario potest vlli ex ijs, qui congregati prolationi verborũ huiusmodi præsentes fuerant; cum enim loquutio processerit de nonnullis descriptis in Societate, nullamque mentionem fecerit de congregatis, vtique isti appellatione socialium non veniunt necessario, dum Societas dif-
5 fert à Cõgregatione, c. 1. & ibi glos. de elect. Losæus de iur. Vniuers. par. 1. cap. 2. num. 60.

ARGVMENTVM.

An & quando instrumẽtum sit authenticum, de quo rogatus sit in Vrbe notarius in archiuio non descriptus; An, & quando sufficiat communis reputatio, quamuis erronea, quod notarius potuerit officium exercere.

SVMMARIVM.

1 *Litis extinctio nunquam a Signatura conceditur, nisi constet de lite notorie, & patenter calumniosa, & temerariis molestiis plena.*
2 *Sanatorias concernentes merita Causæ non solet Signatura concedere.*
3 *Instrumenta, de quibus in Vrbe notarii non matriculati rogantur, non faciunt fidem.*
4 *Innoatio Constitutionis operatur nouum ius.*
5 *Reintegratio non ampliat priores facultates.*
6 *Facultas creandi notarios in Vrbe non extenditur ad exercitium, nisi de eo fiat mentio.*
7 *Impedimenta quando sunt duo, sublato vno non propterea cessat aliud.*
8 *Clausula, non alias, stat conditionaliter.*
9 *Error communis, quod aliquis esset officialis, probandus est.*
10 *Error communis, quod aliquis reputetur officialis, nihil operatur, quando consistit non in defectu materiæ, sed in causa efficiente.*
11 *Error communis non excusat, quando deficit bona fides.*
12 *Clausula, appellatione remota, conceditur à Principe ex iusta causa.*
13 *Possessorium, quando pendet a negocio principali, debet cum eo terminari.*
14 *Testamenta vbi sunt plura, iudicium est ordinarium, non exequutiuum.*
15 *Cumulatio petitorii, & possessorii conceditur ex æquitate, quando agitur inter consanguineos valde proximos.*

CONSILIVM CCCCXXVI.

Reijcienda videtur commissio Partis aduersæ, in qua supplicat pro litis extinctione; cum enim
1 illa nunquam concedi consueuerit, nisi data lite, quæ notorie, ac patenter esset calumniosa, iniusta, & temerariis molestiis plena, vt per Marches. de commiss. tit. de Referend. par. 1. cap. 2. num. 244. & seq. ex Cassad. decis. 7. de dol. & contum. & decis. 5. num. 3. vt lit. pend. minus concedenda videtur in hoc casu, in quo non solum cessat omnis calumnia ex iustitia Causæ, sed per huiusmodi extinctionem aduersaria agit contra propriam sororem ad sanatoriam testamenti inualidi super hæreditate communis parentis; siquidem non consueuit
2 Signatura huiusmodi sanatorias concedere tanquam concernentes merita Causæ, vt per Staph. il. de litter. grat. & iustit. tit. de senat. contr. inual. nu. 1. & seqq.

Constat autem de iustitia causæ ad fauorem D. Feli-
3 cis, dum pretensum testamentum dicitur rogatum in Curia ab afferto notario in archiuio non approbato; sunt enim claræ Constitutiones cum clausulis, sublata, & decreto irritanti, quod instrumẽta quecumque à talibus rogata nullam habeãt fidem, sicut etiam disponitur expressè in Statuto Vrbis lib. 1. cap. 31.

Nec obstat allegatio priuilegii Collegij Prothonotariorum, quia Sixtus V. concessit quidem Collegio predicto facultatem creandi notarios, sed non in Vrbe, quamobrem remanet in hoc preseruata dispositio Constitutionum Iulij II. & Leonis X. vt per Rot. apud Mohed. decis. 2. de testam. que cum sit de mense Nouembris 1644. tanquam posterior decis. 5. eiusdem Mohed. eod. tit. edita de mense Aprilis 1642. queque decisio est eadẽ cũ dec. Pat. 304 alias 296. lib. 1. in nou. vel propterea censetur posterior recedere à priori, vel cum fundata sit prior in probatione tunc non vsus, sublata fuit ex po-
4 steriori Constitutione Pij V. quæ præcedentes illas Iulij, & Leonis innouauit, Cassad. decis. vnic. de confirm. vtil. vel inutil. Rot. decis. 36. num. 7. & seq. par. 1. diuers. & decis. 192. num. 2. par. 1. recent.

Nec resistit chirographum Sanctissimi concessum Prothonotarijs, tum quia cum emanauerit ad reintegrandas eorumdem facultates, non obstante eiusdem Sanctissimi reformatiua, ex qua facultas

tas creandi notarios omnibus adimebatur, proin-
5 de reintegratio non ampliat priores facultates, O d. conf. 237. n. 8. Gozad. conf. 101. num. 18. Alex. conf. 122. num. 20. lib. 4.

Tum etiam quia cum in chirographo nulla fiat men-
6 tio de facultate admittendi notarios creatos ad exercitium in Vrbe absque seruatione formæ statuti, & Constitutionum prædictarum, examinis scilicet, & approbationis in archiuio, chirographum in hac parte respectu qualitatis exercendi non inde suff agatur, vt resoluit Rota in Romana nullitatis testamenti 3. Iunij 1619. coram R. P. D. Manzanedo; siquidem cum Prothonotarij ex prædictis Cō-
7 stitutionibus duo haberent impedimenta, alterum respectu creationis in Vrbe, & alterum respectu exercitij, vtique vno sublato, non proinde aliud cessauit, c. pastoralis, de priuileg. Put. decision. 199. in fine, lib. 1. Rota in recentior. decis. 76. numer. 2. par. 2.

Tum & tertio quia dispositio in chirographo prædicto non est pura, sed qualificata iuxta gesta per eosdem Prothonotarios secundum eorum priuilegia in præteritum, & non alias; quamobrem do-
8 nec exaduerso non probetur asserta præterita obseruantia, verba prædicta stant conditionaliter, Caputaquen. decis. 82. num. 4 par. 3. Rot. decis. 446. num. 5. par. 1. diuers.

Minus obstat asserta communis reputatio notarij, tū
9 quia dispositio textus in l. Barbarius, ff. de offic. Prætor. non procedit, vbi prætensus communis error reputationis non est probatus, sicut nec probari posse supponitur in facto, Socin. cons. 60. num. 10. lib. 2. Pacian. de probation. lib. 2. cap. 21. nu. 68. & seq. Seraph. decis. 147. n. 1.

Tum quia dispositio eius textus non applicatur, nisi
10 vb. error consistit in defectu materiæ, seu in defectu consistente in persona electi, sicut loquitur eadem l. Barbarius de eo scilicet, qui creatus fuerat Prætor, & esse non poterat, dum erat seruus, secus autem cum defectus procedit ex causa efficiente, vt in hoc casu, in quo electio processit à non habente facultatem, nam tunc secundum magis receptam error communis nihil operatur, vt in terminis tabellionis late per Alex. cons. 138. num. 7. & seqq. lib. 1. Bertrand. cons. 23. numer. 4. & seqq. lib. 1. Ruin. cons. 48. num. 4. lib. 4. Franc. Marc. decis. 1184. par. 1. & ita etiā ante eos distinxit Bart. in l. Lactuarios, C. de numer. actuar. lib. 12. & de magis communi post alios, Farinac. de fals. quæst. 155. numero 91.

Tum & tertio quia difficultatem hanc prorsus remouent Constitutiones Iulij, & aliorum; dū enim adimunt fidem istis assertis notarijs, non obstante, quod pro legitimis habeantur, vtique propterea cessant Doctorum disputationes, cum exinde etiā
11 in ipsis contrahentibus vtentibus prædictis notarijs contra formam Constitutionum cesset bona fides, vt per Gabr. concl. 8. num. 6. de probat. & saltem dum soror contra sororem vtitur huiusmodi conclusione ad iniustum lucrum, vt per eumdem Gabr. ibidem n. 20.

Signanda autem videtur commissio huius Partis ei-
12 dem A. C. vel in Rota quoad effectus ciuiles, cumulato possessorio cum petitorio sub vnica sententia, & remota appellatione; quoniam eius remotio conceditur à Principe ex iusta causa, Afflict. Isern. & alij lib. 1. Constit. rub. 10. in princ. Couar. pract. quæst. cap. 22. num. 6. vers. septimo; iusta autē causa tam respectu prædictorum, quam cumulationis videtur, & quia dum vtraque Pars vtitur Statuto de continuanda possessione in hæredes suos, ac proinde discutienda est qualitas hæredi-
13 taria, Causa possessorij etiam summarijssimi tanquam dependens à negocio principali non potest absque illo terminari, Lancell. de attent. par. 3. tit. de Reo, & except. quæst. 19. num. 4. Rot. in Romana officiorum plurium 4. Iulij 1601. coram D. Cardinale Pamphilio, & in Romana de Bombellis 31. Maij 1613. coram Damasceno.

Præterea cum vtraque Pars adducat testamentum
14 ad sui fauorem; quandoquidem dum quæritur de eo, quod præualeat, ordinariè est procedendū, Seraph. decis. 279 num. 1. Rot. in Reatina hæreditatis 4. Iunii 1599. coram Iusto.

Et quia cum agatur inter sorores ita sanguine coniunctas super hæreditate communis patris, conuenit huiusmodi gratiam concedi, vt etiam in simili casu censuit Rot. in Romana de Torniellis 27. Februarij, & 17. Maij 1617. coram R. P. D. Remboldo ex l. congruentius, C. de patr. potest.

ARGVMENTVM.

An, & quando Prælatus inferior possit concedere facultatem Regularibus transeundi ad aliam religionem.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus inferior potest Regularibus concedere licentiam transeundi ad strictiorem Religionem; ad laxiorem autem solus Papa sine causa concedere potest.*

2 *Prælatus inferior cum legitima causa potest facultatem concedere Regularibus transeundi ad laxiorem Religionem.*

3 *Episcopus potest dimittere moniales de consensu Superiorum ipsarum ad aliud monasterium ad effectum nouæ fundationis.*

4 *Mendicantes non possunt de consensu etiam Prælati conuolare ex quocumque quæsito colore ad Religionem non mendicantium, ita quod solus Papa in hoc dispensare possit.*

5 *Mendicantes postea habilitati, qui possunt habere proprium, comprehenduntur in extrauag. 1. de Regular.*

CONSILIVM CCCCXXVII.

IVre communi inspecto, Prælatus etiam inferior potest concedere facultatem Regularibus transe-
1 undi ad strictiorem Religionem, ad laxiorem autem solus Papa concedere potest; glo. in. c. cum singula, ad fin. in verbo canonica, de præb. in 6. Nauar. in c. statuimus, nu. 10. vers. circa vero tertium 19. quæst. 3. alias sub comment. 4. de regul. & cons. 88. ad fin. tom. 1. lib 3. eod. tit. de Regul. Eman Roder. in quæst. canon. & regul. tom. 3. quæst. 52. art. 9.
2 in principio, intelligendo tamen sine causa, quia alioquin cum legitima, quæ triplicis est generis etiam Superior inferior concedit, vt per eumdem Nauar. d. comment. 4. de Regul. nu. 3. vers. secundo, quod

quod potest cum aliis per Roder.d.art.9.post prin. vers. quod intelligendum est de potentia faciendi sine causa, vt etiam per Nauar.cons.56.eod.lib.3. de Regular.

In specie autem, quod Episcopus admittere possit
3 moniales de cõsensu Superiorum ipsarum ad aliud monasterium ad effectum nouæ fundationis, vt quia hæc fit legitima causa ad exeundum, propterea non obstante, sed permittente ipso Concilio Trident. sess.25.cap.5. de Regular. pluribus firmat idem Nauar. cons.5. tit.de statu monac. sub tom. 1.lib.3.numer.6. & per tot. vbi contrarijs respondet.

Videntur tamen ab huiusmodi conclusione excipiẽdi ordines mendicantes respectu transitus ad or-
4 dines monasticos non mendicantes, quoniã quòd Religiosi mendicantes prohibeantur conuolare ex quocumque quæsito colore ad Religionem nõ mendicantium sub excommunicationis pœna, itaquod solus Papa in hoc dispensare possit, expressè disponit tex.in c.1.incip.viam ambitiosę,de Regular. & transeun. ad Religionem, in extrauag.
5 com.& hoc ipsum determinatur in regul.Cancell. 23.de mendicant.vt ibi per Mandos.in 1. quæst.ac etiam Roder.d.quæst.52. art.21. & eumdem Mandos.ead.reg.23.quæst.3. num.4. vbi refert, qui sint
5 ordines mendicantes, probans vlterius in quæst. 4.sub Constit.Martini Quarti,seu Quinti inserta d. extrauag. 1.de Regul. comprǽhendi etiam olim mendicantes postea habilitatos,qui possent habere proprium,vt ibi per eum.

ARGVMENTVM.

An, & quando prætendens continuare possessionem excusetur à contrauentione inhibitionis, & possit facto resistere contra turbantem.

SVMMARIVM.

1 *Continuatiui actus possessorii non inducunt contrauentionem, & attentata.*
2 *Clausula, si quis &c.resoluit præceptum in simplicem citationem.*
3 *Actus non effectuatus non attenditur.*
4 *Possessio regulatur à præambulo titulo, de quo apparet.*
5 *Successor probare debet, quod defunctus tempore obitus possideret.*
6 *Iudex minus ritè, & rectè procedens non priuat aliquem possessione.*
7 *Nullitas detecta potest etiam a tertio allegari.*
8 *Retrahens in locum emptoris subrogatur.*
9 *Possessor habens titulum a defuncto est legitimus contradictor.*
10 *Nullitas allegari potest a tertio habente interesse.*
11 *Locationes non effectuatæ non probant possessionem.*
12 *Possessio adepta lite pendente non est considerabilis.*
13 *Exequutio fieri potest contra cessionarium, qui cessionem reportauit in fraudem paratæ exequutionis.*
14 *Actio pro retractu dicitur realis.*
15 *Exequutio in actione reali fieri potest contra emptorem lite pendente absque alia citatione.*
16 *Iudicium sustinetur contra non possidentem, qui se liti obtulit.*
17 *Intimationi, vel denunciationi non iustificatæ nemo tenetur credere.*
18 *Protestatio contraria facto non attenditur.*
19 *A Protestatione censetur recessum, quando non fuit repetita in quolibet actu iudiciali.*
20 *Possessor potest resistere turbantibus etiam facto.*
21 *Armatos homines in terminis Bullæ Sixti V. oportet a principio ad hunc effectum esse collectos.*
22 *Operam dans rei licitæ sine proposito delinquendi non tenetur de excessu.*

CONSILIVM CCCCXXVIII.

NVllo iure vexatur D. Capitaneus criminaliter occasione prætensæ contrauentionis inhibitionis,ac mandati de obseruando ab Illustrissimo D.Camerario emanati,tum quia cum tempore exequutionis doceatur,Capitaneum possedisse molendinum, de quo agitur,vigore sententiæ, & rei iudicatæ,proinde actus ab eo gesti tanquam præ-
1 cedentis suæ possessionis continuatiui excludunt omnem prętensam contrauentionem, ac delictũ, Plot.in l.si quando,§.3. num.34. C. vnde vi, Mandos.de inhib.quęst.23. num. 13. Lancellott. de attent.par.2.cap.4.limit.1.num.40.& seqq.Put.decis. 223.& seq. lib. 1.

Tum quia cum mandatum de obseruando haberet clausulam si quis,&c.& post exequutionem fuisset in actis nomine huius Partis comparitum,resolu-
2 tum fuerat in vim simplicis citationis, Bart.in l.1. C.de exeq.rei iud.Ias.in l.nec quicquam,num.5.& 6.ff de offic.Procons.Rota Ianuen.decis.28. nu.11. Mandos.de monit.quęst.17.n.2.

Nec obstat asserta anterior possessio, quę adepta dicitur per monasterium; nam aut fundat se in possessione adepta vigore mandati de immittendo relaxati à Locumtenente Terrę Montis Leonis occasione testamenti quondam Ioannis Bernardini, & illa non suffragatur, & quia non solum fuit instrumentalis,sed nullum habuit effectum, dum Francisca,quę tunc molendinum possidebat,nihilominus semper in eius possessione realiter remãsit,vt etiam constat ex asserta retrocessione à monasterio longè post ab ipsa Francisca impetrata, l.sicut,§.superuacuum,ff.quib.mod. pign. vel hy-
3 poth.solu.siquidem neque possessio, neque sentẽtia non effectuata attenduntur, Aym. consil. 10. num.5.Cephal.cons.96.num.18.lib.1.Gozad.cons. 23.num.9.

Et quia,vel possessio huiusmodi interpretari duntaxat poterat pro effectu iuris percipiendi annuam conuentam prestationem,dum concessa, & adepta fuit in vim testamenti,in quo testator narrata eiusdem molendini alienatione, solam annuam responsionem sibi in eius fructibus debitam lega-
4 uit; quandoquidem possessio regulatur semper à pręambulo titulo,de quo apparet l.2.C.de acquir. possess. l.quędam mulier,ff.de rei vendic. Bald.cõs. 89.num.4.lib.1.& cons.161.numero 2. lib.3. Natt. cons.446.num.9.vers.additur, Gabr.cons.32.num. 2.lib.1.

Vel si in vim facti aliam interpretationem recipiebat,minus suffragatur, dum existente tunc dicta Fran-

Francisca in possessione,& non probato, quod de-
5 functus decessisset in possessione, seu saltem detē-
tatione,sicut requirebatur, l. fin. C. de edict. Diu
Adr.Surd.decis.359.in princip par. 2. Rota in Fo-
roliuien.de Monsignanis 2. Aprilis 1604. coram
Peria, quinimmo dum ex ipso testamento con-
6 stabat de contrario, minus ritè, & rectè Iudex
processisse dicitur, ac consequenter possidentem
possessione sua non priuauit, Gabr.cons.52. num.
12.lib.1.& cons.31.num.21.lib.2. Honded.cons.20
num.19.lib.1.Rot. decis.802. num.4. par.1. diuers.
Seraphin.decis.732.num.1.

Nec dicatur,quod nullitas huiusmodi posset quidem allegari à dicta Francisca, sed non à Capitaneo tanquam tertio, tum quia cum nullitas admixtam, & coniunctam habeat non effectuationem
7 ex Parte Monasterij, proinde tanquam detecta allegari potest etiam à tertio, vt per Rot. decis. 175.num.12.part.1.diuers.

Tum quia cum Capitaneus in possessione dicti molendini haberet interesse, quinimmo in ea succes-
8 sisset tanquam ille, qui per sententiam, & rem iudicatam occasione iuris retrahendi ex Constitutione Pij Quinti, mediante censu ab eo acquisito in locum emptoris eiusdem fuerat subrogatus, Surd.cons.424 num. 19.lib.3. Rot.in Romana fideiussionis prima Februarij 1595.coram D.Card Arigonio, & decis.571.num.1.par.1.recent. proinde,
9 & tanquam ille,qui titulum, & possessionem ab ipso defuncto habens,legitimus erat contradictor, Oldrad.cons.139.num.9.vers. præterea, Menoch. de adipisc.remed.4.num.586. absque dubio stante
10 huiusmodi interesse potest dare de nullitate prędicta, prout Rota recedendo à decis. 133.nu.12. par.2.resoluit inVercellen.vnionis 26.Aprilis 1610 coram D. Cardinale Lancellotto.

Aut fundat se in assertis locationibus, & non etiam afficiunt,dum non solumab illis recessum fuit per subsequentem à Francisca retrocessionem, iuxta text.in l.si quis ante 10.ff.de acquir.poss.sed neque
11 etiam effectuatæ probantur, Felin.& alij communiter in c.inter dilectos, de fid. instr.Gozad. cons. 95.in fine,Rot.apud Gregor.decis.6.nu.1. vbi Adden.nu.6.

Aut demum fundat se in dicta prætensa retrocessione, & minus iuuat,& quia tanquam facta lite pen-
12 dente dicitur attentata, neque propterea constituit monasterium in aliquo statu considerabili, Lancell. de attentat.lit.pend.cap.4.declar.4.nu.49. Rot.decis.422.nu.1.par.1.diuers.Cassad.decis.3.in fine,de restit.spoliat.

Et quia cum retrocessio appareat facta paulo ante exequutionem,tanquam præsumpta propterea in
13 fraudem exequutionis huiusmodi paratæ, exequutio potuit fieri etiam in ipsius cessionarij præiudicium,Bald.in l.ob maritorum,num.8.vers.breuiter dicoC.ne vxor pro marito Ias.in l. A Diuo Pio, §. si super rebus.num.10. vers.mihi placet, ff.de re iudicata vbi etiam Castrens.nu.8.prope med.vers. si autem ab illo, Pedemont. decis.65. num.4. vers. Ias.vero, Rota apud Buratt. decis.166. numer.1. & seqq.

Nec dicatur, quod Rota coram eodem recesserit à dicta decisione, intelligendo, alienationem fieri in fraudem paratæ exequutionis ad effectum, vt contra intrusum non citatum procedi possit, solum quando exequutio iam est cæpta, vt eius decis. 204.num.2. tum quia procedit, sicut loquitur
14 decisio in actione personali, non in reali, sicut dicitur actio pro retractu, Gail pract.obseru.lib.2 obseruat.19.num.7.Tiraq. de retract. lign.§.8. glo. 5.num.6.& seqq.Carpan.ad Statut.Mediolan. cap. 434.num.167.Menoch. cons.756. num.20. etenim
15 in reali sine dubio exequutio fieri potest contra emptorem, lite pendente absque alia citatione, l.fin.C.de litig.Cyn. in l.1.in 7. quæst. C. de alien. iud.mut.caus.fact. Guidop.decis.437.per tot.Surd. cons.334.numer.73.& cons.405.numer.8.lib.3.Rot. decis.5.vt lit.pend.in nou.Mohed.decisione 1.de re iud.

Tum etiam quia obiectum applicatur solum, quādo intrusus comparet pro suo interesse, & petit cita-
16 ri; alias enim agens ignorans intrusionem, & prosequens litem contra conuentum, qui illam vsque ad finem substineat, vt in hoc casu, excusatur, itaquod iudicium etiam contra non possidentem substinetur, vt per Roman.cons.347.nu.4. per l.qui se obtulit, & l.fin autem,in princ.& l. si is qui se obtulit, ff.de rei vendic.

Nec obstat, quod ignorantia non possit ab hac Parte allegari, dum instante Francisca in partibus præsentata fuit intimatio, quod molendinum erat in posse monasterii, & quia dum eadem Francisca tanquam possidens hactenus litem substinuerat,&
17 intimatio neque causam, neque contractum aliquem mulieribus ex Aegidianis Constitutionibus legitimum continebat,non tenebatur Capitaneus alio non docto illi credere, l.in fine, ff. de eo, per quem fact. & l.2.ff.quod fals.tut. Bart. in l. non solum, §.morte,num.35 & seq.ff.de nou.oper. nunc.Rota in Perusina spolij domus 18.Maij 1611 coram R.P.D.Coccino, præsertim cum intimatio, & protestatio huiusmodi esset contraria facto non solum ex continua eiusdem Franciscæ remansione in possessione,sed id ipsum cognitum hodie pateat ex ipsa retrocessione, dum in ea reseruauit sibi Francisca eamdem possessionem, donec satisfacta esset de melioramentis; siquidem nunquam pro-
18 testationes facto contrariæ attenduntur,Butr.in c. cum M.num.37.& seqq.de Constit.vbi etiam Rip. num.78.& seqq.Put.decis.380.lib.1.Rot.apud Zacch.de oblig.Cam.decis.61.num.7.

Et quia dum etiam post prætensam cessionem constat, Franciscam litem vsque ad finem substinuis-
19 se in Curia,quinimmò etiam expensas in exequutionem rei iudicatæ taxatas soluisse sine reiteratione in quolibet actu iudiciali dictæ prætensæ protestationis, censebatur propterea ab illa recessū, Alex.d.l.non solū,§.morte.n.12.Mohed.decis.2. de iud.Ppt.decis.218.lib.2.Rot.decis.688.numer.3. part.1.diuers.

Hoc autem solum fundamentum ignorantiæ in Capitaneo,quod monasterium possessionem aliquam legitimam haberet, sufficiens videtur ad illius liberationem à præsenti criminalitate; cum enim de certa ipsius Capitanei possessione ante prætensum mandatum de obseruando constet,etiam adepta Prætoris authoritate, vtique propterea donec
20 non constabat de legitima anteriori possessione Partis aduersæ, licuit sibi turbantibus etiam facto resistere, l.3.§.cum igitur, ff. de vi, & vi armat.l.1. ibi,ad defendendam possessionem, C. vndè vi, l. quamuis, ff de acq. rer.domin. Bart. in l. vt vim, num.6.vers quæ violentia,& ibi Curt. nu.47. vers. vltra præmissa,ff.de iust.& iur.Vulpell.cons.7.num. 2.& seqq.

Nec

Nec resistunt excessus exaduerso considerati, quoniã prætensa caualcata, seu hominum coadunatio cõtra Bullam Sixti 75. tom. 2. in nou. non solum non probatur, sed ex probatis excluditur, dum constat,
21 homines armatos non fuisse à principio ad effectum prætensum conuocatos, sicut ad effectum applicationis Bullæ requiritur, vt per relatos à Farinac. in terminis dictæ Bullæ cons. 65. num. 17. vers. 8. & num. 18. & seq. lib. 1.

Resistentia verò, & deiectio vnius ex fratribus dicti monasterij à molendino mediante appositione manus ad pectus, ex qua orta dicitur percussio ad cardines ianuæ, minus vera est, dum non solum ex deductis in facto non probatur, sed excluditur, & si probaretur non etiam releuaret, cum Capitaneus illius possessor, & ignorans possessionem monasterij, deijciendo turbantem, daret operam rei licitæ
22 ex supradictis, ac proinde nullo modo sine probatione propositi delinquendi teneatur de quouis excessu casualiter indè sequuto, glo. in l. quoniam multa, & in verb. interemptus, in fine, C. ad l. Iul. de vi publ. vbi limitat in hoc dispositionem illius textus sic eum intelligendo, Bero. cons. 178. num. 19. & seqq. lib. 3. Pedem. decis. 104. num. 6.

ARGVMENTVM.

Præscriptioni an, & quando sit locus fauore administratoris, ne rationem reddere teneatur.

Iuramentum in litem an detur contra hæredem administratoris.

SVMMARIVM.

1 *Tutor, vel administrator a reddendis rationibus præscriptione liberatur.*
2 *Tutor non liberatur præscriptione minoris temporis, quam triginta annorum.*
3 *Actiones, & officium Iudicis non præscribuntur minori quam tricennali spatio.*
4 *Remissio debiti præsumitur tribus concurrentibus, nempe diuturnitate temporis, coniunctione sanguinis, & sæpius calculata ratione.*
5 *Administratio promiscua operatur, vt ab vnoquoque administrante ratio reddi debeat.*
6 *Iuramentum in litem non datur contra hæredem ex dolo defuncti.*

CONSILIVM CCCCXXIX.

QVamuis sint opiniones, an tutor, vel administrator prætextu præscriptionis à reddenda ratione liberetur, vt quia pro negatiua concurrat mala fides, pro affirmatiua verò ratio, quia in actioni-
1 bus, quæ præscribuntur propter non patientis negligentiam, neque requiratur bona fides, neque possessio, tamen retenta etiam hac vltima ex text. in l. 1. §. ad hæc, C. de annal. excepc. quem ad hoc adducit glo. in l. si pupillus, in verb. tempore liberatur, ff. de admin. tut. illud certum est, quod cum
2 præscriptio huiusmodi minori tempore, quam 30. annorum non suffragetur, proindè illa excludi minimè poterit D. Matthæus in hoc casu, cui, vt in facto supponitur, negligentia duntaxat viginti trium annorum adscribitur, vt post alios per Escobar. tract. de ratiocin. cap. 3. num. 25. & seqq. regu-
3 lare est enim, quod neque actiones, neque officiũ Iudicis præscribuntur minori, quam tricennali spatio, l. sicut, & ibi glo. & l. omnes, C. de præscript. 30. annorum, Roland. cons. 65. num. 15. lib. 4. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 42. num 90. vsque ad numero 110.

Neque obstat, quòd diuturnitati temporis iuncta ratio sanguinis satisfactionem, aut remissionem præsumptam inducat ex dispositione textus in l.
4 Procula, ff. de probat. quoniam textus ille tria copulatiuè requisita ad præsumptionem desiderat, quorum aliquo non concurrente cessat, nempe rationem sanguinis, diuturnitatem temporis, ac etiam sæpius reiteratam rationum computationem; quamobrem hoc vltimo deficiente d. l. Proculæ non est locus; ita enim Doctores intelligunt communiter illam, Alciat. reg. 1. præsumpt. 32. nu. 5. Menoch. de arbitr. cas. 88. num. 16. Roman. cons. 517. num. 15. Alex. cons. 46. nu. 12. lib. 1. Natt. cons. 501. num. 61. Bero. cons. 191. nu. 41. lib. 1. non enim sufficit taciturnitas non petendi à coniuncto per longum tempus, nisi concurrat vlterius aliquis actus positiuus, tendens ad remissionem, vt per Surd. cons. 290. num. 60. lib. 2. & Rot. decis. 299. n. 1. par. 4. diuers.

Actioni autem prædictæ non obstabunt actus exactionum, alijque contractus gesti ab ipso D. Mattheo solo sine curatrice, cura durante, quoniam
5 promiscua administratio non efficit, quominus ab vnoquoque administrãte reddatur ratio, itaque d facienda sint computa, vt videatur quis debeat refundere, ita enim procedit Castren. cons. 126. ad med. vers. si tamen ad manus, lib. 2. Angel. consil. 286. num. 3. Bero. d. cons. 191. num. 39. in fin. lib. 1. Ludou. decis. Perus. 28. num. 20. & ita firmauit etiam Rota apud Buratt. decis. 58. n. 4.

Cœterum ob non confectum inuentarium, vel minus legitimè confectum per curatricem, licèt contra ipsam viuentem in litem iurari posset, non tamen poterit contra ipsius curatricis hæredem, cũ
6 circumscripto dolo, lata culpa, aut fraude ipsiusmet hæredis, in cœteris ob defuncti dolum, vel fraudem non permittatur contra hæredem in litem iurari, sed omissa iurisiurandi facultate Iudex de veritate cognoscere debeat, illamque etiam argumentis liquidis inuestigare possit, vt sunt textus in l. 1. & seq. & l. fin. C. de in lit. iurand. vt etiam per Rolan. de inuent. par. vlt. in quęst. incip. modo quæritur, an hæres, num. 2.

ARGVMENTVM.

De excusatione testis à prætensa falsitate depositionis.

SVMMARIVM.

1 *Testis in dubio non præsumitur falsus.*
2 *In falsitate requiruntur magis concludentes, & magis exactę probationes.*
3 *Demonstratio rerum fieri potest vocabulis, vel signis.*
4 *Falsitas excluditur data possibili veritate in contrarium.*

5 Falsitas cessat stante primordio veritatis.
6 Substantia veritate probata, facilius præsumitur qualitas.
7 Testis mendax in vno, mendax in omnibus propter indiuiduitatem iuramenti.
8 Interpretatio quælibet admittitur, vt testis saluetur a falsitate.
9 Præsumptiones etiam pauciores excludentes falsitatem præualent contrarijs præsumptionibus.

CONSILIVM CCCCXXX.

NVllo iure pretenditur ex parte Angeli Toscani, Franciscum deposuisse falsum in assertione, quod sibi ab aduersario ostensæ fuerint tres, aut quatuor pelles bubalinæ; quia cum huiusmodi negatiua, in qua pretensa falsitas fundatur nullibi ex aduerso concludenter probetur, remanet regula
1 Iuris certa, quòd in dubio testis non præsumitur falsus, l. quoties, 18. §. qui dolo ff. de probat. glo. in c. accedens de crim. fals. Marsil. cons. 51. num. 31. cons. 104. numer. 31. Paris. cons. 169. nu. ner. 57. lib. 4. Aym. cons. 75. num. 17.

Nec aliquid faciunt ea, quæ in contrarium ad eliciendam prætensam falsitatem adducuntur, quia cum omnia fundentur in consequentia, quam aduersarius desumit ex depositionibus trium testiū dicentium, Franciscum de tempore, quo asseruit, Angelum sibi ostendisse dictas pelles, nunquam exiuisse de Sandale, quodque Angelus vna cum altero ex dictis testibus statim, & absque aliqua mora exiuit de Sandale, & iter versus terram Sancti Felicis arripuit, Francisco nullatenus cum Angelo in aliquam partem eunte, & proinde consequentia, quæ infertur non sit necessaria, ac concludens, frustra exaduerso falsitas exinde proba-
2 ta prætenditur, præsertim dum in hoc crimine magis, quam in alijs non solum concludentes per necesse, sed etiam magis concludentes, & magis exactæ requiruntur probationes, Boss. de official. corrupt. num. 14. Grat. cons. 60 nu. 16. lib. 2. Siluan. cons. 7. num. 16. & seq. Gabr. cons. 169. num. 13. lib. 1. Hond. cons. 109. nu. 13. lib. 1. Rot. post lib. 2. cons. Farin. decis. 221. num. 2.

Quod autem consequentia non sit necessaria, aut concludens, conuincitur, dum admisso dicto testium pro vero, non exinde excluditur possibilitas ostensionis prædictarum pellium; quandoquidem cum nihil prohibeat, quin Angelus remanente, non exeunte ipso Francisco de Sandale, illi ostendere potuerit pelles existentes, vt Franciscus deposuit, in quadam sepe, ex quo ostensio
3 fieri potest non solum per verba significantia rei, ac loci demonstrationem, iuxta text. in l. Prætor ait 3. vers. prima verba ostendunt, ff. de sepulchr. viol. sed etiam digito, aut alijs signis, ita quod etiam personis certo in loco remanentibus res absens ostenditur, quatenus ad eum non motu corporis, sed ex sensu visus perueniri potest iuxta textū in l. certum 6. ibi, an digito ostendatur, an vocabulis demōstretur, ff. si cert. pet. consequuntur pro-
4 pterea, quod data possibili veritate in contrarium, excluditur quæcumque falsitatis probatio, Boss. tit de fals. num. 133. Bertaz. cons. crim. 140. num. 10. & seq. lib. 1. Viu. decis. 81. num. 9 Becc. cons. 78. num. 71. lib. 1. Hond. d. cons. 109. num. 14. & seq. lib. 1. Surd. cons. 132. num. 20. Farinac. de fals. quæst. 152. num. 8. Rota post. 2. lib. cons. Farinac. d. decis. 221. n. 2. & decis. 267. num. 7.

Eoque magis, quo ipsemet Angelus examinatus cōfessus fuit, se ipsum requisiuisse Franciscum, vt dictas pelles ad Terram Sermonetæ conferret; quia cum propterea substantia depositionis Francisci
5 habeat concomitātiam primordii veritatis ab eodem aduersario confessæ, & ex alijs etiam probatę, quæque propterea falsitatem excludit, l. cum filius 78. §. hæres meus, vbi Bart. Alber. Imol. & alij, ff. de leg. 2. Gram. vot. 26. num. 12. Aym. cons. 46. nu. 4. Foller. in prax. crim. in 1. par. 2. par. princ. vers. item quod commisit falsitatem, num. 35. Clar. in prax. crim. §. falsum, num. 34. Natt. cons. 132. nu. 1. & seq. & num. 6. Surd. cons. 273. num. 50. lib. 2. facilius proinde data veritate substantiæ, vera præsumenda est
6 qualitas, Alex. cons. 69. nu. 6. lib. 2. Natt. cons. 3. nu. 11. Surd. cons. 94. num. 26. lib. 1. Rota apud Gregor. decis. 468. num. 10.

Sed cessant difficultates tum propter exceptiones non solum varietatis, sed contrarietatis, & repugnantiæ, quas patiuntur testes diligenter in facto relatas, quibus stantibus præsertim iunctis mendaciis, de quibus in eodem facto nullam merentur fidem, saltem ad effectum eliciendi prætensam falsitatem ad præiudicium huius Partis, cum pro-
7 pter indiuiduitatem iuramenti, quamuis contrarietas non esset in omnibus, nihilominus in aliquo non probent, Dec. cons. 185. num. 5. vers. similiter testes, ex text. in l. qui falsa aut varia, ff. de fals. & c. testimonium de testib. Boss. de fals. num. 25. & de prob. proc. num. 14. in fine, & num. seq. Surd. decis. 16. num. 4. vers. & hoc tamen, & num. seqq. Seraph. de iur. priuil. 107. num. 45. Rot. post lib. 2. consil. Farin. decis. 100. num. 1.

Tum quia cum omne studium adhibendum sit pro
8 interpretatione ad effectum saluandi testem à falso, Bald. in l. fin. C de fid. instr. Foller. vbi supra nu. 23. & seq. Clar. dicto §. falsum, vers. item Iudex, Farin. de testib. quæst. 67. §. 3. n. 106. & seqq. vbi quod propterea talis interpretatio facienda est aliquid supplendo, & subaudiendo etiam per verborum impropriationem, propterea præsumptiones non
9 falsitatis excludunt falsitatis præsumptiones, etiamquod pauciores, & leuiores sint, Innoc. in c. inter dilectos, num. 3. & ibi communiter alij de fid. instrum. Boss. de fals. nu. 134 Bertaz. cons. crim. 521. num. 7. & seq. lib. 2. Gabr. dicto cons. 169. nu. 4. in fine, lib 1. Farin. cons. 164. nu. 16. lib. 2. Rot. in rec. decis. 607. num. 4. par. 1.

ARGVMENTVM.

De excusatione ministri à prætensa fraude.
De confessione qualificata.
An, & quando indicia dicantur indubitata ad effectum, vt Reus sit conuictus.
An, & quando detur iuramentum in litem ex doli præsumptione.

SVMMARIVM.

1 *Probationes in criminalibus requiruntur concludentes.*

2 *Socius disponens de re societatis non tenetur criminaliter, sed ciuiliter ad interesse.*

3 *Furtum, et dolus cessat, quando capiens probabiliter credidit sibi capere licere.*

4 *Mandatum interpretationem recipit, ne delictum includat.*

5 *In Mandato generali semper ea censentur excepta, per quæ dominus incideret in pœnam.*

6 *Confessio qualificata continens factum contemporaneum non diuiditur.*

7 *Confessio quæ non sonat in delictum de Iure communi prohibitum, nec habet præsumptionem contra se, non diuiditur.*

8 *Conuictus dicitur tribus modis, instrumentis, testibus, et inditiis indubitatis.*

9 *Mercatorum libri non probant pro tertio contra tertium.*

10 *Mandatum non præsumitur ex commodo, nisi constet de scientia mandantis.*

11 *Credulitas etiam leuis excusat a dolo.*

12 *Probatio æquiuoca, et multiplicibiliter intelligibilis non releuat ad inclusionem delicti. Et numer. 14.*

13 *Testibus, qui deponunt de pertinentibus ad eorum officium, magis creditur.*

15 *Diligentia præsumitur ad exclusionem delicti.*

16 *Mandati inditium resultans ex commodo non sufficit ad torturam.*

17 *Inditia indubitata non sufficiunt ad condemnandum, nisi sint ita clara, vt contrarium credi nequeat.*

18 *Iuramentum in litem non datur nisi concurrente difficultate probationis, et dolo.*

19 *Iuramentum in litem datur etiam ex dolo præsumpto. Contrarium num. 20. Saltem quando dolus arguitur non ex præsumptionibus legis, sed hominis, vt num. 21.*

22 *Iuramentum in litem non datur ex præsumptionibus doli irreleuantibus, et leuibus, quæ magis sonant in latam culpam.*

CONSILIVM CCCCXXXI.

PRæsuppositum, quod Pars aduersa facit, quod hæc Pars fraudauerit dohanam in præiudicium appaltatorum in tali quantitate vt possit ex prætensis solis probationibus condemnari, non videtur iure subsistere, quia cum ex actis non constet, illum desuper fuisse confessum, vel conuictum, cō-
1 demnari nequit, cum certum sit, quod in criminalibus, in quibus probationes debent esse magis cōcludentes, extra hos casus non fiat condemnatio, l. absentem, in principio, & ibi glo. in verb. damnari, ff de pœn. l. fin. C. de probat. cum aliis per Boss. tit. de conuict. num. 16. & Gomez de delict. cap. 12. rubr. de prob. delict. n. 25.

Nec obstat confessio ipsius Gualterii, quatenus asserit, se mandasse Mario, vt daret bona mercatoribus ipsius Gualterii creditoribus, & in libris dohanæ scriberet partitas ad eius debitum; quoniam ex huiusmodi confessione nulla insurgit delicti consequentia, siue confessio tanquam indiuidua perpendatur integra cum sua qualitate, siue tanquam diuidua scindatur; etenim confessio integrè sumpta non sonat in delictum, cum Gualterius tan-
2 quam secundus gubernator, & ratione participationis socius vti posset dispositione prædicta, nec proinde teneatur criminaliter, sed duntaxat ciuiliter ad interesse, l. meritò, ff. pro soc. Alexan. consil. 127. num. 7. præsertim in fine, lib. 4. Boss. tit. de fur. num. 7. post princ. Bertaz. cons. crimin. 224. [illegible] lib. 1. Marsil. cons. 35. num. 11. post med. Gab. Mudęus de contr. super 24. com. in tit. ff pro soc & in
3 omnem casum excusetur a dolo, & criminalitate, dum ex causis gubernij & participationis tanquā causis saltem probabilibus credere posset, id sibi licere; præcipuè admittente, aut non contradicēte Mario primo gubernatore, in cuius arbitrio tanquam mandatarii residebat mandati exequutio, vel recusatio, Bart. in l. falsus, §. qui alienum, num. 3. ff. de furt. Marsil. cons. 40. num. 14. Roffred. de libell. par. 8. tit. de edict. Diu. Marc. num. 19. Boss. de furt. num. 6. cum seq Bertaz. d. cons. 224 nu. 5. & seqq. lib. 1. Cepoll. cons. crim. 26. num. 19.

Minusque confessio scindenda a qualitate delictum infert, quia cum ex ordine dato Mario de relaxando merces non sequatur necessariò, quod quantitas eius dohanæ non esset ponenda ad debitum vel mandantis, vel recipientium, proinde ad ef-
4 fectum, ne mandans ex tali mandato incideret in pœnam, interpretandum esset à mandatario datis terminis habilibus, & consequenter sine fraudatione appaltatorum, l. quamuis, ff. de in ius voc. l. vt gradatim, §. sed & si lege, ff de muner. & honor.
5 & hinc est, quod in mandato generali semper ea excepta censentur, per quæ dominus incidit in pœnam, Surd. cons. 28. num. 80. Seraphin. decis. 969. num. 6.

Sed veritas est, quod qualitas adiecta dictæ confes-
6 sioni scindi nequit, tum quia cum contineat factum contemporaneum consequutiue veniens ad determinationem primi, non datur diuisio, Bart. in l. Aurelius, §. idem quæsiit, num. 3. ff. de lib. leg. Dyn. & Fulgos. inter cons. Boer. cons. 7. idem Boer. de. cons. 243. num. 3. vers. & tunc actor, & decisione 399. numer. 3. vers. & tandem, Rimin. iun. cons. 127. num. 26. seqq. & per tot. lib. 2. Surd. decis. 258. numer 9. vers. secundo, vbi loquitur in fortioribus terminis, Bertaz. cons. 54. num. 4. lib. 1.

Tum etiam quia cum simplex mandatum de relaxādo merces creditoribus mandantis non sit deli-
7 ctum de Iure communi prohibitum, vel habens contra se Iuris præsumptionem ex supradictis, proinde neque etiam in criminalibus confessio in parte acceptari potest, & in parte impugnari, Ród. ded. cons. 96. num. 25 lib. 1. Gabr. cons. 170. num. 24. lib. 1. cum aliis per Farinac. q[illegible]. 81. cap. 4. numer. 149. Caball. resolut. crimin. cas. 254. num. 1. & seqq. & nu. 4. & 5.

Minus etiam ex deductis Gualterius conuictus dici
8 potest, quia supposito, quòd Reus tribus modis conuinci possit, instrumentis, scripturis, testibus, & inditiis indubitatis, iuxta l. sciant cuncti, C. de probat declarando [illegible] n. vt per [illegible] in q. 84. nullam ex his tribus applicatur; [illegible] desumptum ex partitis mercatorum positis ad creditum Gualterii ex ca[illegible] ex dohana, tum quia partitæ mercatorum non probant pro tertio contra tertium [illegible] Menoch. de arbitr. cas. 93. num. 4. Bo[illegible] 23. vers. secundus est casus, C. de edcn. [illegible]

decis. 115. par. 2. Rot. decis. 275. par. 1. & decis. 544. par. 3. diuers.

Tum quia non sequitur, mercatores dederunt creditum de dohana Gualterio, ergo Gualterius dohanam fraudauit eo ipso, quod de huiusmodi dohana in libris non apparet adnotatio; nam huiusmodi consequentia non concludit, & quia necessario exinde non infertur, trãsmissionem mercium ad illos mercatores sequutam fuisse mandante Gualterio clandestine, cum potuerit etiam sequi de ordine Marij primi gubernatoris, aut saltem si mandatum præsumi posset ex commodo prouenientе ex dicta creatione partitarum per mercatores ad eius creditum, præsumptio ista minus rele-
10 uat, dum concludenter scientia, & approbatio istarum partitarum per Gualteriam exaduerso nõ probatur; quamobrem destruitur penitus præsumptio oriens ex commodo, Bero. cons. 118. num. 22. lib. 3. Hond. cons. 96. num. 6. lib. 2.

Et quia quando etiam probaretur scientia, & approbatio, minus concluderet, dum neque probatur transmissio clandestina, neque probari potest, stante continua assistentia in dohana officialium, & deputatorum in quacumque hora, vt infra; quamobrem cum onus adnotationis in libris de mercibus transmissis non pertineret ad ipsum Gualterium, sed istud aliorum esset officium, excusatur Gualterius à dolo, si credidit, prout credere potuit, deputatos munus eorum expleuisse, adnotãdo in libris, quæ ratione officij adnotare teneban-
11 tur; cum immo quælibet credulitas etiam leuis, & iniusta excuset à dolo, l. igitur, vers. & generaliter, ibi, iustis rationibus ductus, vel non ductus, ff. de lib. caus. l. clam possidere, in princ. ibi, aut aliqua ratione, ff. de acquiren. poss. Tiraq. de pœn. temp. caus. 43. num. 1. & seqq. Surd. decisione 216. numero 40.

Non etiam conuincitur ex testibus; quoniam Andreas, & Antonius dicentes, vidisse Gualterium intus portam dohanæ, dum merces exportabantur extra horas ipsius dohanæ, nihil concludunt, & quia eodem tempore potuit in dohana existere Marius primus gubernator, & quia cum non dicant, neque aperiant isti testes, quorum mercatorum illæ merces essent in libris autem plures mercatores descripti, & adnotati sint, quibus merces transmissæ fuerunt contemplatione ipsius Gualterij, cui propterea de dohana data fuit credita, vtique testes, eorumque dicta intelligi possunt de
12 hac transmissione, & proinde eorum probatio tanquam æquiuoca, & multipliciter intelligibilis non releuat, præsertim ad inclusionem delicti, c. illud, vbi Butr. Imol. & alij de præsumpt. Soc. consil. 8. num. 8. vers. quinimmò, lib. 1. Nicon. in rubr. ff. de nou. oper. nunc. num. 78. vers. immo probatio equiuoca, Rot. decis. 200. n. 3. par. 1. rec.

Neque depositiones Adobarti, & [illegible] sunt considerabiles, dum præter exceptiones quas probatas in hoc eodem processu patiuntur, conuincuntur & ipsæ de irreleuantia, [illegible] prætenditur exaduerso, Gualterium transmitti fecisse illas merces in horis dohanæ, & in contrarium est depositio contextualis quatuor officialium dohanæ, qui cum
13 continuo dictis horis ibi assistant, magis probant dum coarctentur negatiua ab ipsis officia ibus, quibus ratione officij magis est credendum tanquam deponentibus de pertinentibus ad eorum officiũ, Menoch. de arbitr. cas. 99. num. 2. & seqq. Gabr. de testib. conclus. 1. num. 18. Rot. in Placentina salarij 4. Februarij 1606. coram Penia; aut prætenditur transmissionem processisse extra horas dohanæ, & minus releuant, & quia neque ipsi exprimunt, qui bus mercatoribus fuerint merces transmissæ; vnde cum plures reperiantur in libris adnotati, ac
14 propterea transmissio in illis verificari possit, probatio non concludit, Rot. decis. 506. numer. 1. vers. neque obstant testes, & num. seqq. par. 1. diuers. & quia cum probetur, etiam extra horas dohanæ assiduò, & omni tempore assistere custodes habentes onus adnotandi merces, quæ tunc transmittuntur in nota particulari, qua in sequenti die officialibus tradunt ad effectum adnotandi in libris, vt quæ vel propterea credenda est adnotatio cõfecta in illis mercatoribus, quorum nomina in libris leguntur, vel quod primus gubernator fuerit negligens in ea adnotatione curanda; quapropter non est imputandum Gualterio, si credidit,
15 deputatos munus suum expleuisse, sicut præsumitur, Surd. cons. 12. num. 18. & cons. 60. n. 18. & 20. lib. 1. & decis. 221. n. 12.

Non denique conuincitur ex prætextu, quod inditia desuper insurgentia dicantur indubitata; quoniã illud proueniens ex commodo, quod oriebatur Gualterio ex partitis, quas ad eius creditum mercatores crearunt, vltraquod in genere suo est imperfectum ex supradictis, de iure etiam est ita de-
16 bile, vt non solum minimè sufficiat ad condemnandum, sed neque etiam ad torquendum, Boss. de indit. num. 63. Honded. dicto cons. 96. num. 68. Farinac. quæst. 152. num. 153. & quæst. 153. num. 210.
17 cœtera verò, vt ex prædictis patet, non solum minimè sunt indubitata, ita scilicet clara, vt rem ante oculos Iudicantium ita ponant, vt contrarium credi nequeat, sed immo, & remota, & irreleuantia prorsus existunt ex supra deductis; quia nocerè nullo iure Gualterius exinde conuictus dici potest, vt per eumdem Farin. quæst. 86. n. 67.

Cessante igitur probatione doli in Gualterio, dum ex prædictis liquet, ipsum non esse confessum, vel
18 conuictum, frustrà quæritur exaduerso de dando iuramento in litem, quod nunquam etiam stante difficultate probationis datur sine dolo, l. si quando, C. vndè vi, l. in actionibus, ff. de in lit. iur. Rot. in Romana redditionis computorum 14. Mart. 1593 coram Litta.

Nec obstat, quòd detur iuramentum in litem etiam
19 ex dolo præsumpto, tum quia licet hanc opinionem aliqui tenuerint relati per Couar. var. res. lib. 2. cap. 14. nu. 5. & seq. & Farin. cons. 96. num. 15. lib. 1. tamen verior, & magis recepta est opinio con-
20 traria, cum probatio per huiusmodi iuramentum fit ex priuilegio speciali, volente credi ipsi Parti in Causa propria, vndè admitti nequit in dolo præsumpto, nè detur concursus plurium specialium, Corn. cons. 81. num. 5. vers. immo attentari, Dec. d. l. in actionibus, num. 28. ff. de in lit. iuran. Ias. consil. 174. numer. 26. vers. sed ex dolo præsumpto, lib. 2. Grat. cons. 10. num. 12. lib. 2. Cott. in memor. verb. iuramentum in litem, Bero. qui de communi testatur cons. 195. Bertazz. cons. crim. 17. numer. 3. & cons. 18. num. 20. lib. 1. & hanc opinionem claris verbis tenet Bar. in l. tutor, qui repertorium, num. 20. ad med. vers. tamen intelligitur, ff. de adm. tut. quamuis enim Couar. vbi supra dicat Bart. litteram esse corruptam, tamen ista diuinatio non videtur attendenda, cum nimis sit violenta, & prope-

prerea in hunc sensum, non in illum Couar. ita adducatur a Las. dicto cons. 175. num. 26. vers. sed ex dolo, lib. 2.

Tum etiam quia quando etiam altera opinio esset verior, procedit duntaxat, vbi agitur de dolo presumpto respectu propriæ esse naturæ dispositione legali, veluti in tutore non conficiente inuentarium, vel librum rationum, vt loquitur Couar. loc. cit. & alij per eum allegati, secus autem vbi agitur de dolo præsumpto respectu probationum
21 ex presumptionibus hominis, vt in hoc casu; ita enim in puncto distinguit Phanuc. tract. de iureiur. in lit. par. 2. cap. 1. num. 8. ad med. vers. secundò autem modo, Ploc. de in lit. iur. §. 50. in 7. limit. princ. num. 30. vers. decimoquinto limita, ex Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 47. num. 12. nec dissentit Rimin. iun. cons. 43. num. 44. lib. 1. & Farin. cons. 960. num. 16. lib. 1.

Tum, & tertio quia receditur à dicta opinione, vbi
22 agitur de dolo præsumpto ex probationibus irreleuantibus, leuibus, aut aliàs imperfectè concludentibus; tunc enim quia magis dicitur lata culpa, quàm dolus, propterea in illa non iuratur, Alciat. in l. magna, 226. num. 9. ff. d. verb. signific. Bero. d. cons. 195. num. 12. Ploc. d. §. 50. num. 31. Menoch. d. quæst. 37. num. 12. vers. cum leuis, Cott. d. verb. iuramentum in litem, vers. & hoc maximè, & admittit hoc casu Riminal. iun. vbi supra, num. 45. & seq. & Farinac. d. consil. 96. num. 17. vers. primo, lib. 1.

ARGVMENTVM.

De causis allegandi Iudicem suspectum. Suspecto existente Domino, an sint suspecti omnes officiales ab eo dependentes.

SVMMARIVM.

1 *Iudex admittens appellationem abdicat iurisdictionem a se, nec eam reassumere potest de Partium consensu.*
2 *Iudicis electio in appellatione non pertinet ad Iudicem grauantem, sed ad Partem appellantem.*
3 *A Sententia Locumtenentis regulariter non appellatur ad Gubernatorem, nec a sententia Vicarii ad Episcopum.*
4 *Comparationes sunt fallaces, & periculosæ.*
5 *In Comparationibus adhibendi sunt testes.*
6 *Iudicium non est, quod Iudex asserit sibi videri ex iustis causis.*
7 *Decretum, quod testes habeantur pro rite, & rectè examinatis, non sufficit, nisi Reus expressè consentiat.*
8 *Testes ad defensam repeti possunt, etiamsi Reus consenserit eos haberi pro ritè, & rectè examinatis.*
9 *Defensionibus renunciari non potest.*
10 *Pro Libello famoso imponitur pœna mortis quando delictum, ex quo alteri irrogatur infamia, mortis pænam meretur; alias pœna est tantum extraordinaria.*
11 *Mandatum Superioris ad vnguem seruari debet.*
12 *Clausula, consulto, operatur, vt Pars citari debeat.*
13 *Appellatio admittitur ab euidenti grauamine, etiam si alioquin subiecta materia non pateretur.*
14 *Recusatio Iudicum est species defensionis.*
15 *In Recusatione Iudicis admittitur leuis causa.*
16 *Iudex allegari potest suspectus ob grauamen illatum in aliis Causis.*
17 *In Recusatione Iudicis non requiritur concludens probatio causæ, quando est talis, vt si probaretur, esset legitima.*
18 *Suspectus quando est Dominus, omnes eius officiales dicuntur suspecti.*

CONSILIVM CCCCXXXII.

Committenda est Causa appellationis interpositæ Judici non suspecto; cum enim Iudex gra-
1 uauerit, & appellationi detulerit, etiamsi appellatio fuisset friuola, abdicauit à se omnem iurisdictionem, adeout nec possit reponere, nec iurisdictionem etiam de Partium consensu reassumere, Lanfranc. Balb. in suis obseruat. decis. 480. Rot. decis. 49. de appell. in nouis, Roman. cons. 501. nu. 7. Paris. cons. 106. num. 6. 30. & seq. lib. 4. Roland. cons. 72. num. 2. lib. 2. Lancellott. de attentat. par. 2. c. 12. limit. 1. num. 71. vers. 4.

Nec obstat, quod delatio fuerit cum qualitate ad Illustrissimum D quia qualitas huiusmodi est diui-
2 dua, tum quia electio Iudicis in appellatione non pertinet ad Iudicem grauantem, sed ad Partem appellantem, cuius electioni in hoc statur, Alex. cons. 12. nu. 2. & 13. lib. 6. tum quia idem est tribunal Domini, & eius Potestatis; non enim regula-
3 riter appellatur à sententia Locumtenentis ad Gubernatorem, nec Vicarii ad Episcopum, Abb. in repet. cap. si quis in clericum, numer. 16. de for. compet.

Sed cessant dubia ex multiplicitate grauaminum illatorum huic Parti, ex quibus constat, Causam esse appellabilem, & illam Curiam, eiusque Dominum suspectum.

Primo enim constat, Potestatem processisse in hac Causa sine aliquo prorsus iudicio, dum postquam asseruit, se aliquid releuans iudicialiter inuenire non potuisse, subiungit, animum suum moueri ex coniecturis contra D. Tanum, quia character libelli, de quo agitur, licet contrafactum, assimiletur in aliquo charactceri eiusdem Tani; siquidem præter id, quod comparationes fallaces sunt, &
4 periculosæ, cum multi reperiantur, qui alterius manum optimè fingunt, Marsil. in rubr. de probat. num. 318. Alex. cons. 76. col. 3. vers. cum ergo, lib. 3. Menoch. de arbitr. cas. 114. num. 14. & seq. Ludouic. decis. Perus. 17. nu. 18. & 19. in omni casu necessario
5 adhibendi erant testes, l. comparationes, C. de fid. instrum. Menoch. dicto cas. 114. nu. 22. Cæphal. cons. 409. num. 64. & cons. 169. num. 8. & seqq. non
6 enim iudicium est, quod Iudex asserit sibi videri ex iustis causis, Bologn. cons. 2. num. 44.

Secundo quia denegauit testium repetitionem; licèt
7 enim decreuisset, testes haberi pro ritè & rectè examinatis, vel hoc non obstabat, quia hoc ... hoc Iudicis decretum non sufficit, nisi etiam Reus illi expressè consentiat, Vulpell. cons. crimin. 32.
8 num. 6. vel etiam si consensisset adhuc concedenda erat repetitio, Foller. in pract. crimin. in ... verb.

&in

&si conuincebantur,num.51.Capic. decis.74. Hond. consil.10. vbi late hinc cum indistincte testes ad defensam post processus publicationem etiam ad Partis instantiam sit admittenda, Felin. in c. cum clamor,num.5.vers.& hoc procedit,de test. Farinac.quæst.66.par.8.num.3 16 præsertim in absentibus, in quibus cum cesset omnis fraudis suspicio, huiusmodi denegatio tollit defensionem, cui nec
9 etiam nominatim renunciari potest.Sim. de Cathol. instit.tit.64.de test.num.25.

Tertio quia Iudex satis detexit grauandi animum, dum nimis excedens in pœna eumdem Tanum in pœnam vitæ, & confiscationis bonorum condemnauit: licèt enim pœna famosi libellis videatur capitalis ex l. vnica, C.de famos. libelli, tamen id
10 procedit solum quando delictum in libello diffamatorio descriptum est tale, per quod is, qui infamia notatur propterea mortis pœnam mereretur, quod huic casui non applicatur, alias pœna est tantum extraordinaria c.1.5. quæst. 1.vt inferunt ligunt communiter Doct.text.in d.l. vnic. C.de famos.libell. vt ibi per glo. primam. Piaz.in epit. delict.lib.1.cap.3.num.2.vers.verum præmissa omnia, vbi quod glos. passim ab omnibus Doctoribus recipitur, Gomez de delict. tom.3. cap.6. de iniur. num.1.vers vnum tamen est, & ita seruatum fuit, & seruatur etiam in casu grauiori, vt per Clar.in pract.crim.quæst.68.num.25.

Quarto quia licet vltimo loco Sacra Consulta eidem Potestati mandauerit, vt constito sibi, quod Tanus contra formam fideiussionis præstitæ per plateam deambulauerit, & extra Terram se contulerit, procedat ad pœnam contrauentionis iuxta terminos Iuris, & idem Potestas ad vnguem man-
11 datum huiusmodi exequi debuisset, Rot.decis.16. de rescript.in nou. Verall. decis.153. par.1. & 294. par.3. & ex dicta clausula, constito debuisset prius
12 dictum Tanum desuper citari facere, Than.decis. 95.Paleott. decis.146.Caputaq. decis.40.in fin. lib. 1. nihilominus de facto, a io non constito, nec ipso citato, statim recepto dicto ordine, eumdem in secretis carceribus detrusit, quod est contra alium ordinem sacræ Consultæ, quæ mandauerat, eumdem habilitari sub fideiussione de habendo domum pro carcere.

Quamobrem cum ex præmissis longa carceratione, transmissione ad alios carceres, & alijs, de qui-
13 bus in facto, satis aperta, & euidentia sint grauamina, admittitur appellatio, licèt alias subiecta materia de per se non pateretur, Caputaq. decis. 33.par.1.Put.decis.414.num.2.lib.3.

Præterea, quia ex causis, de quibus in informatione tam Dominus quàm eius officiales sunt suspecti, videtur huic Parti prouidendum, quia recusatio
14 Iudicum est species defensionis, c. quod suspecti 3.quæst.1.Abb.in c.cum inter,num.9.vers. quia recusatio Iudicis,de except.& eo magis, quo licet
15 in hac materia recusationis admittatur etiam leuis causa, vt per Rot.decis.2.num.13.par.2 diuers. hic tamen concurrunt vrgentissimæ.

Et inter alias considerantur non solum grauamina
16 alias illata huic Parti etiam in alijs Causis, quia & hæc præbent iustam recusationis causam, cap. proposuit, & c. ad hoc, de appell. Bertach.de Episc.par.4.lib.4.quæst.11.num.24.vers. quadragesima tertia, sed etiam quia idem Potestas dicitur ille, qui eumdem libellum famosum subscripsit iuxta attestationem plurium testium sub iuramento, quæ testium fides sufficit, quia non requiritur
17 concludens probatio causæ recusationis, quando est talis, quæ si probaretur esset legitima, Viu.decis.363.num.2.Caputaq. decis.7. num.2.par.3.Rota diuers decis.2.num.15.par.2.

Nec obstat, quod dicitur, hodie Causam cognosci per Auditorem, non autem per Potestatem, quia
18 cum suspectus sit Dominus, meritò suspecti sunt omnes eius officiales ab eo dependentes, cum illis possit præcipere, Franc.in c.dilecti, il terzo, quæst. 14.num.54.de appell.Rot.d.decis.2.num.22. par.2. diuersor.

ARGVMENTVM.

An, & quando in delicto incendii sufficiant præsumptiones, vt prætensus Reus teneatur ad emendationem damni.

De reiectione testium in delicto incendii.

SVMMARIVM.

1 *Incendium domorum præsumitur prouenisse ex culpa inhabitantium; secus vero incendium agrorum, in quo non præsumptio sed concludens probatio requiritur.*

2 *Ex Culpa leuissima in omittẽdo non est locus emẽdationi damni. Et num.4.*

3 *Præsumptio contra indeterminatam personam non sufficit ad condemnationem.*

5 *Iuramentum purgationis tollit præsumptionem culpæ.*

6 *Culpa in committendo, non autem in omittendo venit in actione l. Aquiliæ.*

7 *Testes non probant, quando scientiæ causam non reddunt.*

8 *Probatio vnius ex necessariis non sufficit, quia omnia sunt probanda.*

9 *Incendium aliunde nasci potuisse, sufficit Reo ad victoriam.*

10 *Suspicio falsitatis adimit fidem testi.*

11 *Ex Attestationibus non recognitis oritur fumus ad effectum supersedendi.*

12 *Testes non recipiunt interpretationem extensiuam.*

13 *Testis ignorans qualitatem rerum non probat.*

14 *Testis deponens ad sui exculpationem non probat.*

15 *Testis non est idoneus, quando cum interesse coniũctus est animus, vel affectio ad Causam.*

16 *Testes inter se contrarii non probant, etiam in criminibus exceptis.*

17 *Testes non rediguntur ad concordiam stante manifesta contrarietate.*

18 *Testes discordantes circa locum, & tempus non probant.*

19 *Testis neutri dicto standum est, quando in iudicio ciuili, & in criminali contraria deposuit.*

20 *Testes inhabiles non admittuntur, quando delictum prætenditur commissum de die in loco publico.*

21 *Incendium requirit probationes, quæ Iudicem in claram*

clarant, & perfectam fidem deducant.

22 *Testibus patientibus plures exceptiones neque etiam creditur in materia difficilis probationis.*

CONSILIVM CCCCXXXIII.

NOn tenetur D. Petrus Antonius ad prætensam damni emendationem, siue Pars aduersa fundet se in præsumptione Iuris, siue etiam in depositionibus testium.

Ex Iuris præsumptione, quia licet incendium plerũque culpa hominum accidat, & propterea succedat illa conclusio exaduerso allegata, quòd incendium inhabitantium culpa præsumatur prouenisse, tamen procedit vulgatum hoc axioma circa
1 domorum incendia, in quibus applicatur præsumptio, quòd culpa habitatorum illarum ignis ortũ habuisse præsumatur, iuxtà l. 3. §. cognoscit, ff. de offic. Præfect. vigil. & l. si vendita, ff de peric. & commod. rei vend. ex quibus iuribus Doctores omnes conclusionem prædictam eliciunt, sed secus est in incendiis, quæ agrorum segetes, & alia succedunt, quia non fit condemnatio ad emendationem dãni per præsumptiones, sed concludenter probandũ est, quod quibus ignem succenderit, iuxtà tex. in c. si egressus ignis, de iniur. & damn. dat.

Sed dato etiam, quòd præsumptio huius culpæ indistinctè procederet, tamen non propterea ea sufficit ad condemnationem, quia cum hæc culpa à lege præsumpta non caueatur, cui culpæ speciei
2 ascribatur, intelligitur culpa leuissima in omittendo, iuxta glos. communiter receptam in §. præterea, instit. quib. mod. re contr. oblig. Salicet. in l. quæ fortuitis, C. de pign. act. Alex. cons. 50. lib. 1. Ias. cons. 116. lib. 1. Roland. cons. 95. num. 26. lib. 2. de communi Bursatt. cons. 59. numer. 6. & 8. lib. 1. Afflict. decis. 57. num. 7. & 8. Franc. Marc. decis. 521. numer. 8. est
3 enim præsumptio indeterminatæ personæ, quæ ad condemnationem non sufficit, Menoch. de arbitr. cas. 390. num. 4. vbi de communi num. 7. 8. & seqq. de magis communi Ludou. decis. Perus. 25. num. 15. 16. & seqq. Gabr. cons. 159. num. 2. & 3. & num. 22.
4 23. & seqq. lib. 1. quamobrem culpa hæc in omittendo non facit, vt quis teneatur ad damni emendationem, Corn. cons. 242. lib. 1. Alex. d. cons. 59. nu. 9. lib. 1. de communi Gozad cons. 63. num. 18. vers. nono, Bursatt. d. cons. 59. nũ. 6. Gram. decis. 3. cum alius supra allegatis, Magon. decis. Florent. 111. nu. 20. & seqq. & num. 45. vers. incendium.

Et in omnem casum sufficeret nobis pro absolutoria
5 iuramentum purgationis D. Petri Antonii, quia præsumptio culpæ tollitur ex huiusmodi iuramẽto, vt per Gabr. d cons. 159. num. 26. lib 1.

Nec obstat, quod exaduerso dicitur, hanc Partem teneri ex vtili actione legis Aquiliæ etiam ex leuissima culpa in omittendo, quoniam hoc non est ve-
6 rum in Iure; siquidem receptissima est opinio, quod in lege Aquilia venit quidem leuissima culpa in committendo, secus autem in omittendo, l. si cuius, §. denique, de vsufruct. l. in lege Aquilia, ff. ad l. Aquil. & in terminis incendij Bald. cons. 441. in princ. lib. 1. Alex. dicto cons. 50 num. 3. lib. 1. Gozad. d. cons. 63. in fine, Roland. d. cons. 95. num. 9. 30. & 31. lib. 2. Bursatt. d. cons. 59. num. 5. Ludouic. d. decis. 25. num. 24. Aym. cons. 97. num. 1. Gabr. d. cons. 159. num. 3. lib. 1. Magon. d. decis. Florentina 111. num. 26. & 56.

Ex testium autem depositionibus, quia illi non afficiunt, & omissis pluribus bene in facto deductis ex quibus magis inuerisimilis, imò falsa eorum depositio depræhenditur ad effectum, de quo agitur, defensio oritur ad fauorem huius Partis ex eorumdemmet testium depositionibus.

Primò quia illi duo testes primus, & quintus, qui deponunt, Petrum Antonium fuisse accensorem ignis, & ex eodem igne succensas esse vineas Partis aduersæ, non reddunt causam huius scientiæ
7 necessariam, & concludentem, ideoque non probant, vt in eadem materia incendij dicunt Bald. d. cons. 441. lib. 1. Alex. d. cons. 50. Ias. d. cons. 116. in fine, Roland. d. cons. 95. num. 25. Paris. cons. 87 nu. 8. lib. 4. Bursatt. d. cons. 59. num. 3. Afflict. d. decis. 47. num. 10. & seq. Grammat. d. decis. 3. num. 5. Ludou. d. decis. 25. num. 16. & 17. Gabr. cons. 159. numer. 8. lib. 1.

Siquidem primus testis iuxta 9. ad finem deponit expressè, non sò quanto il fuoco stesse ad arriuare alle vigne, perche me ne partii subito, e non sò in che vigna entrasse dentro; ex hoc enim licet probetur, quod Petrus Antonius accendit ignem, non tamen propterea, probatur, quòd ex illo igne vineæ succensæ fuerint, & licèt testis iudicet, quòd non potuerit esse alius ignis, quia alium ignem non vidit, tamen hoc non concludit, quia ipsemet fatetur, se statim accenso igne, ex eo loco di-
8 scessisse; quamobrem non sufficit probatio vnius ex necessarijs, quia omnia sunt concludenter probanda, l. si apud, vbi Bald. C. de ędil. edict. Alex. & cœteri in l. Titia, ff. sol. matr. & in materia nostra Gabr. d. cons. 159. num. 8. in fine, lib. 1.

Quintus autem testis licèt, & ipse super articulis velit, ignem per Petrum Antonium accensum vineas succendisse, tamen aduertendum est, quòd idem testis tam super tertio, quam iuxta vndecimum, & decimum tertium deponit, fuisse ignem eodem tempore in aliis stipulis accensum, dicens super tertio, auanti che Pietrantonio accendesse il foco, dall'hosteria in sù vi era stato attaccato foco, & iuxta vndecimum, e sò, che le stoppie di Luca Cecchino furono ritrouate abbrugiate nel tempo di detto foco, & iuxta decimum tertium, hò visto auanti, che detto Pietro Antonio desse foco, che le stoppie in sù erano abbrugiate, & idem deponit tertius iuxta decimum; quamobrẽ
9 cum Reo ad victoriam sufficiat potentia, & habilitas, quod incendium aliunde nasci potuerit, vt inquit Gabr. d. cons. 159. nu. 16. lib. 1. in dubia probatione originis incendij absolutoria debet sequi. Roland. d. cons. 95. numer. 25. lib. 2. Gabr. ibidem numer. 8.

Secundo non obstant testes, quia tam primus super primo, quàm quintus super eodem deponunt, Petrum Antonium ignem apposuisse stipulis, quas dicunt habuisse in tenuta Capitali Sancti Pancratii, & tamen constat, per attestationem eiusdem Capitali eodem anno non stipulas sed noualia in ea tenuta fuisse; vel enim huiusmodi attestatio fidem facit, Franc. Marc. decis. 988. num. 12. vel quia negari non potest, quod saltem non faciat aliqualem probationem, ea sufficiens est ad infe-
10 rendam testium falsitatem cum iter, cum sola suspicio falsi fidem testi tollat, Aym. cons. 210. nu. 8. vers. igitur iste primus testis, Bald. in l. presbyteri, num. 52. vers. & adde, C. de Episc. & cler. vel saltem in
11 omni casu ex sufficienti fumo, qui propterea datur, expectandum est, donec contenta in dicta atte-

attestatione formiter probentur, vt dixit Rot. in Astoricen. Prioratus 9. Decembris 1596. in fine coram Litta, apud Marchesan. par. 1. fol. 448.

Nec obstat prætensa recognitio Prætoris Cinthiani, tum quia non est de actis præsentis Iudicii, tum quia non loquitur de ista tenuta retenta a d. Capitulo, nec de vna ad alteram est conuoládum, quia
12 cum testes restringant se circa immissionem ignis quoad tenutam S. Pancratii, non recipiunt aliam interpretationem extensiuam, Ias. in l. 2. §. voluntatem. num. 22. ff. solut. matr. Soc. in l. sed & in illa, §. sed, & circa, num. 3. & seqq. ff. de reb. dub.

Tertio confirmatur in hoc falsitas testium, quia idem primus testis iuxta 15. declarat ignorare, an in ea-
13 dem tenuta S. Pancratij tempore asserti incendij essent, vel non essent stipulæ; quapropter sine dubio nullam fidem facit, & ipse non est in numero testium computandus, Alex. cons. 54. num. 4. & 5. lib. 6.

Quarto quia particulariter quintus testis vel depo-
14 nit ad se exculpandum tanquam ille, qui occasione eiusdem incendij à Curia citatus noluit comparere, Alber. de testib. cap. 4. num. 15. Lanfranc. n. 68. Cæsar de Graff. decis. 72. num. 7. vel quia Curiæ pœnam soluit, vt ipsemet fatetur iuxta decimum tertium, repellitur, Corn. cons. 21. num. 3. lib. 3. præsertim cum etiam ipse testis non solum sit in-
15 teressatus ex eo, quod deponit super nono, & iuxta 17. vbi fatetur, se damnificatum, sed ipse ibi dicit ad monisse Petrum Antonium, ne ignem immitteret; quando enim cum interesse coniunctus est animus, vel affectio, testis nunquam est idoneus, Ias. in l. dictantibus, numer. 6. & 7. C. de testamen.

Quinto quia ineuitabiliter sunt testes inter se cótrarij, dum primus iuxta nonum in fine inquit, quando fù attaccato il foco, non ci viddi altra persona, che Pietro Antonio; quintus autem iuxta octauum, inquit, Pietro Antonio buttò il foco per le stoppie, e io viddi io solo, che stetti assieme con esso, e lo sò, perche lo viddi, che stauo assieme con esso, & rursus iuxta nonum in fine, quando fù attaccato il foco, non c'erano altri, che noi doi; quamobrem cum eorum depositiones se in-
16 uicem collidant, nihil penitus faciunt, Bald. in l. sed & si possessori, §. sed & si verum, ff. de iure iur. Doct. communiter in c. in nostra, de testib. Bertazz. cons. 41. num. 11. vbi de communi, lib. 1. etiam si essemus in criminibus exceptis, vt per eumdem ibidem num. 12. Mascard. de probat. conclus. 361. n. 4. præsertim iunctis alijs contrarietatibus in facto ponderatis, Viu. opin. 888. num. 5. vbi de communi;
17 stante enim manifesta contrarietate, cessat reductio ad concordiam, in qua exaduerso fit fundamentum, vt per eumd. Viu. opin. 931. num. 8. Rota decis. 303. num. 1. par. 1. diuers.

Sexto quia augetur contrarietas, dum testes non so-
18 lum discordant etiam circa locum, & tempus, qui propterea non probant, c. nihilominus, 3. qu. 9. glos. in Iob carmen, §. fin. de testib. sed quia etiá contrarij sint sibimet ipsis, & præcipuè primus, dum super primo, & iuxta nonum inquit, se non vidisse Petrum Antonium laborantem in extinguendo igne, quia statim eo accenso discessit, & tamen in primo eius examine dixerat, perche il foco gli era scappato, lui l'andaua smorzando; etenim
19 nihil est, quod dicitur, magis attendendum secundum examen in Causa ciuili formiter, quam primum in Causa criminali, quia in huiusmodi quæstione recepta est opinio, quòd neutri dicto etiam in diuersis iudicijs sit standum, vt per Gabr. de malef. concl. 29 in princ.

Nec obstat, quòd ad incendium probandum probatio-
20 tiones leuiores sufficiant, quia vltraquod cum ex aduerso prætendatur, ignem accensum fuisse per hanc Partem de die in via, seu loco publico, cessat fauor illius regulæ, quod veritas per alios haberi non posset, Gomez var. resol. tom. 3. cap. 12. de probat. delict. num. 21. ad med. vers. secus tamen est, in
21 hac etiam materia certum est, quod probationes debent esse tales, quod Iudicem in claram, & perfectam fidem deducant, Gabr. d. conf. 159. num. 9. lib. 1. quamobrem non videtur testibus tot defe-
22 ctibus laborantibus insistendum; tunc enim, nec in materijs difficilis probationis aliquid probant, Becc. cons. 85. num. 19. Gabr. de testib. concl. 7. nu. 13. Surd. cons. 132. num. 72. in fin. & numero seqq. lib. 1.

ARGVMENTVM.

Barones an possint statuere contra ius commune.

An, & quando Barones præscribere possin facultatem promulgandi bannimenta contra ius.

Bannimenta Baronum an, & quando ligent vasallos.

SVMMARIVM.

1 *Barones non possunt statuere contra Ius commune Et num. 5.*
2 *Barones non possunt imponere pœnam confiscationis, vel alias in casu a lege non expresso.*
3 *Barones Superiorem recognoscentes æquiparantur Præsidibus, vel Legatis de latere.*
4 *Legatus de latere non potest contra Ius commune statuere.*
6 *Baroni asserenti, se habere iustam causam statuendi contra Ius, non creditur.*
7 *Causæ existentiam non probat assertio eius, qui sine causa actum gerere non potest.*
8 *In Statuto inferioris requiruntur causæ non coloratæ, sed veræ.*
9 *Præscriptio non datur cum mala fide.*
10 *Inuestitura disponente, quod subditi vltra solitum non grauentur, bannimenta Baronis non subsistunt, nisi quatenus probentur solita.*
11 *Constitutiones generales ligant loca mediate subiecta Saltem quando in ipsis locis non sunt publicatæ, vel non decernitur, quod ea quoque afficiant, vt num. 12.*
13 *Aegidianæ Constitutiones non extenduntur ad loca mediate subiecta Sedi Apostolicæ.*
14 *Præscriptio quadraginta annorum requiritur in consuetudine contra ius.*
15 *Solitum præsumi debet secundum ius.*
16 *Prescriptio contra Communitatem non completur nisi spatio quadraginta annorum.*
17 *Communitatis interest, quod Dominus non habeat ius*

ius certo modo statuendi.

18 *In Bannimentis sine data non potest fieri fundamentum.*

19 *Bannimenta ante publicationem non ligant, et ideo licet illa ignorare.*

20 *Bannimentorum publicatio in uno loco non ligat alium, qui regitur à diuersis officialibus.*

21 *Bannimenta facta in Ciuitate præsumitur ignorare is, qui degit in Comitatu.*

22 *Præscriptio certæ speciei iurisdictionis non extenditur ad aliam speciem.*

23 *Edicta restringentia facultatem venandi non dicũtur contraria.*

24 *Ius præcipiendi, vel prohibendi non præscribitur nisi probata obedientia.*

25 *Præscriptio immemorabilis requiritur in oneribus quæ a Dominis imposita sunt vasallis.*

26 *Statuendi facultas contra ius multo minus competit Dominis non perpetuis, sed temporalibus.*

CONSILIVM CCCCXXXIV.

COmmunitas habet intentionem fundatam in iure communi, quia Barones Status Ecclesiastici quamuis habeãt merum, & mixtum imperiũ cum omnimoda iurisdictione, non tamen possunt
1 aliquid contra Ius statuere, & si statuunt, inualida sunt edicta, & Statuta huiusmodi, tum ratione statuentium, quia inferiores, tum ratione ipsius Statuti, quia neque iustum, neque validum est, quòd est Iuri communi contrarium, Natt cons. 402. nu. 8 & plurib. seqq. etenim statuere contra ius est de reseruatis supremo Principi de plenitudine potestatis, quæ nunquam censetur concessa, nisi explicitè legatur in priuilegio, & inuestitura, vt per eũdem Natt. ibi, nu. 10. 11. & seqq. vbi contrarijs omnibus respondet. Socin. cons. 272. num. 5. vers. quarto principaliter, & numer. seqq. Aym. cons. 314. in principio, Soc. iun. cons. 98. num. 20. & seq. lib. 3. Alba. cons. 172. num. 51. Rol. cons. 4. num. 31. & seqq. vbi de communi lib. 3. Maluas. cons. 62. num. 22. & seqq. Surd. cons. 210. num. 37. & seqq. iuncto presertim num. 58. lib. 2. vbi quod propterea non possunt
2 Barones imponere pœnas confiscationis, vel alias in casu à lege non expresso, aliaque facere, de quibus ibi d. num. 58 & num. 60. & alijs, & benè pluribus comprobat Osasc. decis. Pedemont, 139. num. 17. & seq.

Et ideò quamuis controuersia sit inter Doctores, an Barones æquiparentur Præsidibus Prouinciarum, vel Principibus, recepta tamen est conclusio, quòd Barones Superiorem recognoscentes æquiparen-
3 tur præsidi, seu ad summum Legato de latere, glo. in c. 1. in verb. obseruetur. si de inuest. inter dom. & vasall. lis oriat. Natt. d. cons. 402. num. 9. ad med. & num. 14. 15. & 17. Castr. cons. 20. num. 4. præsertim in vers. secundo dico, lib. 2. vbi loquitur de Maiestà Vicario Pisauri pro Ecclesia, Pedem. d. decis. 139. num. 16. adeout expeditum sit, quòd non valeant contra Ius statuere, sicut statuere contra ius
4 sine dubio non potest Legatus de latere, vt pluries resoluit Rot. vt decis. 780. num. 11. par. 1. & decis. 103. num. 28 par. 2. diuers. & in ipsis Baronibus
5 habentibus merum imperium, quòd nihilominus non possint confirmare Statuta contra Ius tenuit Rota in Assisien. hæreditatis 14. Decembris 1607. coram Ortembergo.

Nec obstat, quod substineatur Statutum, quando editur suadente iusta causa statuendi contra Ius, qui licet hoc sit verum in Principe Superiorem non recognoscente, cui ex suprema dignitate creditur
6 etiam respectu iustitiæ causæ, tamen in inferioribus non sufficit, quod dicant, se habere causam iustam, quia non præsumitur, Bero. cons. 177. num. 23. lib. 2. & admittit Surd. d. cons. 210. num. 35. vers. licèt secus; quamobrem in Barone inferiori proce-
7 dit regula, quod circa causam non est standum dicto illius, qui sine causa non potest actum facere l. si fortè, ff. de castr. pecul. l. qui testamentum, ff. de probat. Natt. cons. 487. num. 37. in fine, Surd. d. consil. 210. num. 34. in fine, & ideò quod in Statuto in-
8 ferioris causæ debeant esse non coloratæ, sed veræ, resoluit Rot. decis. 50. numero 24. & seqq. par. 2. diuersor.

Minus obstat, quod bannimenta sint valida ex capite
9 præscriptionis, seu consuetudinis, quia cũ resistat mala fides, & ex ipsa inuestitura appareat, titulũ respectu casus, de quo agitur, esse iniustum ab initio, nec etiam centenaria suffragaretur, Paris. cons. 66. numero 128. lib. 3. Caputaquen. decis. 362. num. 1. par. 2.

Constat autem de huiusmodi resistentia, & mala fi-
10 de, tum quia expressè disponitur in inuestitura, quòd subditi vltra solitum non grauẽtur, ac propterea catenus bannimenta possunt subsistere, quatenus duntaxat solita ante inuestituram probantur, Bero. cons. 81. num. 14. & seq. lib. 1. tum quia expressè etiam in ea cauetur, quòd subditi gubernari debeant secundum Constitutiones Apostolicas, vel Prouinciales, ac propterea, vel reiectis bãnimentis, de quibus agitur, standum est quoad gubernium huius Terræ edictis Prouincialibus, vel Constitutionibus Apostolicis, quæ loquuntur de locis mediatè subiectis; quia quamuis controuersa sit opinio, an Constitutiones generales ligent etiam loca mediatè subiecta, & affirmatiuam tenuerint Cephal. & Farin. exaduerso allegati, tamen
11 contrarium contra Cephal. tenuit Rimin. iun. qui omnibus motiuis Cephali respondet cons. 300. nu. 13. & seqq. & per tot. lib. 3. & ita tenendum vide-
12 tur, quando publicatio Constitutionis, vel non fuit in ipsis locis mediatè subiectis, vel non decernitur, quod eos quoque afficiat, Vulpell. cons. 2. num. 40. vers. illud tamen, & num. seq. & cons. 3. numero 21. idem Farin. quæst. 107. num. 516. sicut di-
13 cimus de Aegidiana, quæ quamuis confirmata fuerit a Sede Apostolica, non tamen extenditur ad loca mediata ex Rotæ interpretatione, Rot. decis. 182. num. 4 & decis. 187. lib. 3. par. 3. Mohed. decis. 5. 2. par. tit. de Constit.

Sed dato etiam, quòd præscriptio procedere potuerit in hoc casu, non tamen sufficiens est spatium
14 triginta annorum, sed quadraginta requiritur, tũ quia ex generali regula, quicquid sit de iure ciuili in præscribẽdis ijs, quæ sunt contra ius, de iure canonum, quod attenditur in materia præscriptionis, requiritur spatium quadraginta annorum, Abb. Butr. Io: Andr. & alij in c. fin. de consuet. Anchar. cons. 191. in fine, Gozad. cons. 101. num. 25. Rot. decis. 6. num. 5. ad med. de consuetud. in nou. præsertim in habentibus causam discontinuam contra formam dispositionis præceptiuæ adhibitæ in inuestitura, ne subditi contra solitum gra-
15 uentur, quod solitum præsumi debet secundum ius, Socin. cons. 160. nu. 19. lib. 2. Aym. cons. 96. nu. 6. Gabr. cons. 84. numero 6. & seq. lib. 2. Menoch. de

arbitr.cas.83.nu.7.Put.decis.15.num.4.lib.3.in nou.
Tamen etiam, quia quicquid sit in particularibus, cer-
16 tum est, quod in præscribendo contra Communitatem requiruntur quadraginta anni, Crescent. decis.4.num.5 de præscr. non enim dubitari potest,
17 quin agatur de interesse Communitatis in hoc casu, quia ipsius interest, quod Domini ius ita statuendi non sit, vt in terminis admittit Crauett. cons.314.col.4. in fine vers. bene posset.

Omissis igitur aliis bannimentis, non obstant ban-
18 nimenta non habentia subscriptionem, nec datam, quia in illis non potest fieri fundamentum, Signorol cons.125.num.2.vers.præterea.

Non obstãt priora bannimenta, de quorum publi-
19 catione non constat, cum certum sit, quod ante publicationem non ligant, Auth. vt factæ nouæ Constit. & l. non licet illa ignorare, Bald. cons.381. num.2.lib.3.Rom.cons.59.num.5. Signorol. d. cons. 125.num 3.

Non obstant bannimenta publicata in Terra Hispelli,
20 quia respectu loci Cannariæ, qui est locus separatus, & regitur per diuersos officiales, publicatio Hispelli non ligat Cannarienses, Signorol.d. cons.125
21 num.3.vers.sed dicta crida, quinimmo existens in Comitatu præsumitur ignorare bannimenta facta in Ciuitate, & è contra, Bald. Angel.& alij in l. Titius, §. Lucius, per illum text. ff. de liber. & posth.

Non obstant bannimenta, quæ non sunt contra ius, quia præscriptio statuendi secundum, vel præter ius nõ suffragatur quoad præscriptionem statuen-
22 di contra ius, sicut propterea si præscripta esset certa species iurisdictionis, veluti mixti Imperij non extenditur ad merum, quia est diuersa species, Soc.cons.117.num.3 lib.1. Rot. decis.17. num.3.&
23 4.par.2. diuers. nec edicta restringentia facultatem venandi possunt dici contra ius, quia funditus non fuit restricta, sed modificata, qui casus longe differunt, vt per Vinc. de Franch.exaduerso allegatum decis.158.num.2.& per tot.

Non obstant bannimenta DD Rodulphi, & Constantiæ; primo quia si vtentes eorum iure intendunt præscripsisse vna cum facultate ita statuendi ius exigendi pœnas in iis inflictas, debent non solum Statuta, & præcepta pœnalia probare, sed etiam,
24 quod pœnæ huiusmodi aliquando fuerint exactæ, vel quòd alias illis sit paritum, quia alias non potest dici respectu officij, & exactionis acquisita possessio, seu quasi, sine qua non datur præscriptio, Afflict.decis.265.num.10.& seqq. & ita procedunt Franc.exaduerso alleg.decis.158.num.3.& Roland. cons.9.num.14.lib.2. Thesaur.decis.16.n.7.

Secundo quia sola tolerantia sine effectu non potest
25 parere præscriptionem, data præsumptione metus,& coactionis, quæ militat, tum ex deductis in facto, tum de Iure, l.1.C.ne lic.potent.l.Principalibus,& l.seq.ff.si cert.pet.Alex.cons.1.num.12.lib.4.
26 tunc enim requiritur immemorabilis præscriptio, Doct.in c.quod latenter, de reg.iur. Couar. 2. par. relect.c.possessor malæ fidei, §.4.in princ.de regul. iur.in 6.

Tertiò quia dominium exaduerso non est perpetuũ,
27 & hæreditarium, sed ad tempus, & distinctum ad tertiam vsque generationem, quo casu difficilius admittitur vsus facultatis statuendi contra ius, vt dicunt etiam exaduerso allegati Castr.cons.34.nu. 4.lib.2. Alex.cons.1.num.29.30.& seqq.lib.5. Aym. cons.135.num.2.& seqq & cons.314. num 1. Socin. iun.consil.98.numero 26.vers.secundò respondeo, lib. 3.

Et ex his per patientiam solam tolerata, deducta in iudicium iustitia suadente, tolerari non debent, inquit Aym.ad rem nostram d.cons.314.col.fin. vers. secundo respondeo.

ARGVMENTVM.

Præceptum refectionis damnorum an restringatur ad damna, quæ de iure veniunt reficienda.

An, & quando priuatus, vel Communitas possit aquam fluminum diuertere, licet incidenter præiudicium alteri inferatur.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum reficiendi damna intelligitur si & quatenus de iure damna veniant reficienda.*
2 *Testator præcipiens sua debita solui, intelligitur de caudis,& efficacibus.*
3 *Testator mandans legata solui, intelligitur de efficacibus.*
4 *Princeps iubens legata solui, intelligitur de iure debitis.*
5 *Flumina perennia quamuis regulariter sint publica, possunt tamen etiam esse priuata.*
6 *Flumina quamuis publica quoad vsum, nihilominus sunt priuata quoad proprietatem earum Communitatum, per quarum territoria decurrunt.*
7 *Opus in suo vnusquisque facere potest, quod sibi prosit, licet alteri incidenter, & in consequentiam noceat.*
8 *Aqua etiam publica statimatque intrauit in priuatum riuum, desinit esse publica, et efficitur priuati iuris, etiam si vicina prædia detrimentũ patiantur.*
9 *Resicere et facere diuersa sunt.*
10 *Reficienti non nunciatur nouum opus.*
11 *Molendini superioris dominus potest aquam desiccare, et aliò diuertere, etiam si exinde inferioris damnum redundet.*
12 *Interdicta, quæ pro aquis parantur, habent annexam causam proprietatis.*
13 *Beneficium quod quis consequitur ex alterius persona contra eum allegare non potest.*

CONSILIVM CCCCXXXV.

NOn tenetur Communitas reficere Parti aduersæ aliqua damna, seu interesse occasione amissionis aquæ molendini, de quo agitur; quamuis enim verum esset, quod tamẽ nec in actis, vt requiritur, nec alibi adhuc visum fuit, Clementem Octauum fel. record. in licentia concessa Communitati expurgandi emissarium Curianum disposuisse, reficienda esse damna circumscilionis,& similem dispositionem fecisse etiam DD.Cardinales desuper de-
1 putatos, tamen generalis huiusmodi dispositio debet intelligi, si,& quatenus damna veniant de iure refi-

reficienda, l. si prior eum ibi notat. per Bart. & alios ff. solut. matrim. Afflict. qui pluribus comprobat decis. 399. num. 13. & seq. sicut testator si mandat
2 sua debita solui, intelligitur de validis, & efficacibus Bart. Bald. Castr. & Imol. in l. quibus diebus, §. dominus, ff. de condit. & demostr. Bart. in l. legatum, ff. de liber. leg. Bald. in l. si creditori, ff. de leg. 1. immo de ijs, in quib. naturaliter, & ciuiliter est obligatus, Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 16. numer. 7. ac
3 sicut mandans legata solui intelligitur de efficacibus, Paul. de Castr. cons. 50. num. 2. vers. constat autem, & per tot. lib. 1. Natt. qui pluribus aliis vtitur similibus cons. 402. num. 53. 54. 55. & seqq. vbi num. 57. magis ad rem nostram inquit, quod non
4 obstat, quod Princeps iusserit, omnia paterna legata per filium hæredem solui, quia intelligitur iussus, & dispositio Principis de legatis iure debitis, vt per eum, & de dispositione Principis, vt intelligatur de validis, Surd. cons. 3. numer. 15. & seq. lib. 1.

Non igitur obligatur Communitas ad refectionem damnorum ex dispositione prædicta, quia de Iure ad ea non tenetur, siue flumen, & aquam, de qua agitur, consideremus tanquam priuatam ipsius Communitatis, quatenus scilicet decurrit per eius territorium, siue etiam illam consideremus tanquam publicam.

Nam aut admittimus, aquam huiusmodi spectare ad Communitatem, quod esse potest, quia licet alueus semper iudicetur secūdum naturam ipsius
5 fluminis, tamen etiam flumina & si peremnia regulariter sint publica, possunt tamen esse priuata, Afflict. decis. 388. num. 13. Menoch. de retinen. possess. remed. 6. num. 64. saltem respectu priuati dominij, & proprietatis Communitatum, quia hoc non detrahit iuri Principis, ad quem tam flumina, quam Ciuitas ipsa spectat, iuxta c. 1. quæ sint re-
6 gal. & ideo flumina, quamuis publica quoad vsum, priuata tamen quoad proprietatem earum Communitatum, per quarum defluunt territoria, intelligit Bald. cons. 72. num. 1. & 2. lib. 1. & tunc intrat regula, l. fluminum publicorum, §. fin. & l. Proculus, in principio, ff. de damn. infect. quod vnusquis-
7 que potest facere in suo opus, quod sibi profit, licet alteri incidenter, & in consequentiam noceat, & est textus in l. 2. §. idem Labeo ait, & in l. 1. §. ijdem aiunt, vers. denique Marcellus, ff. de aqu. pluu. arcēd. & pluribus respondēdo contrarijs comprobat Bero. cons. 143. num. 3. & per tot. lib. 3. præsertim supposito, quod emissarium Curianum sit proprium ipsius Communitatis, vt deducitur in facto,
8 quia clara est regula, quod aqua etiam publica, statim ac intrauit priuatum riuum, definit esse publica, & efficitur priuati iuris, & potest quolibet diuerti, l. 1. §. illud Labeo dicit, ff. de aqu. quotid. & æstiu. etiamsi vicina prædia seruitutem, vel aliud detrimentum patiantur, Bald. in l. aquam, in princ. C. de seruit. & aqu. & in c. omnes, num. 21. de Constit. & dicto cons. 72. nu. 4. & 5. lib. 1. Alex. cons. 108. num. 2. lib. 2. Rip. in l. quominus, num. 84. ff. de flumin. Menoch. de retinend. d. remed. 6. numer. 88. & seq. Parif. cons. 114. num. 5. & seqq. lib. 1.

Aut volumus, aquam, de qua agitur, esse publicam, & pariter Communitas ad refectionem damnorū non tenetur, tum quia disposita in l. 1. ff. ne quid in flum. public. procedunt, quando de nouo ædificium, seu opus fit, per quod aqua aliter fluat ad vicinorum iniuriam, non autem cum antiquum opus, seu ædificium reficitur, vt in hoc casu, in quo emissarium Curianum duntaxat fuit expurgatum, & ideò longè diuersa sunt de nouo facere, & refi-
9 cere, cum aqua nunc fluat iuxtà antiquum more, l. si manifestè, C. de seruit. & aqu. Bald. qui etiam loquitur in flumine publico, d. cons. 72. num. 6. lib.
10 1. & hinc est, quod reficienti non nunciatur nouū opus, l. 1. ff. si quis ædificium, ff. de nou. oper. nunc. l. penultima, §. fin. ff. de riuis, Menoch. de retin. rem. 7. num. 26.

Tum etiam quia emissarium Curianum supponitur in facto antiquius molendino, de quo quæritur, ac
11 propterea licitè potuit dominus superior ad sui vtilitatem aquam desiccare, & aliò diuertere, etiā si inferioris damnum exinde redūdet, vt per Bart. quem cœteri communiter sequuntur in l. quominus, in 14. quæst. n. 25. ff. de flum.

Præterea videndum etiam esset, quem titulum Pars aduersa haberet in accipiendo aquam ex emissa-
12 rio Paulino, quia interdicta, quæ pro aquis parātur, habent annexam causam proprietatis, vt inquit textus in l. 1. §. final. ff. de aqu. quotid. & æstiua, & propterea aduertendum, quòd cum antiquitus aqua nō deflueret per alueum dicti emissarij Paulini, sed per emissarium Curianum, si Communitas deinde voluit nouum alueum suis impensis facere, & Pars aduersa exinde commodum molen-
13 dini recepit, non conuenit, quòd vtilitatem, quam ex opere, & sumptibus Communitatis acquisiuit contra eamdem Communitatem possit allegare, Bart. in l. amicissimos, §. Lucius, ff. de excus. tut. & in l. Iudex circumuento, num. 2. ff. de minor. Hond. cons. 30. num. 49. lib. 1.

ARGVMENTVM.

Sententia an, & quando sit diuidua respectu personarum.

An, & quando offerens teneatur indemnem releuare fideiussorem de non offendendo.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, et res iudicata supremi tribunalis meretur exequutionem absque alia discussione, quicquid sit in sententijs aliorum tribunalium.*
2 *Restitutionis beneficium cessat elapso quadriennio.*
3 *Sententia præsumitur lata ad Partis instantiam.*
4 *Sententia respectu personarum est diuidua. Præsertim quando militat dispar causa defensionis, vt num. 5.*
6 *Offendens non tenetur releuare indemnem fideiussorem de non offendendo, nisi promiserit, vel ratificauerit fideiussionem.*
7 *Sine Consensu obligari nemo potest.*
8 *Soluens pro alio debitum Fisco repetere potest ab eo, pro quo soluit.*
9 *Offendens tenetur indemnem releuare fideiussorem, etiam si non consenserit fideiussioni, quando Iudex interloquutus fuit super releuatione, vel quando offendens dolose fecit animo nocendi fideiussori.*

10 *Fideiussor non potest solutum repetere ab alio coobligato.*

CONSILIVM CCCCXXXVI.

EXequenda est sententia lata de voto totius Camerae, cum etiam transitum fecerit in iudicatū,
1 non solum ex lapsu fatalium, sed etiam fere annorum decem, meretur exequutionem absque alia discussione meritorum propter authoritatem tribunalis, & rei iudicatæ, quicquid sit in sententijs aliorum, Rot. decis. 84. num. 1. par. 1. diuersor. & decisione 307. par. 2. Put. decis. 294. numero 2. & 3. lib. 1.

Præsertim cum etiam restitutionis beneficium sine
2 dubio cesset, elapso quadriennio, l. fin. C. de temp. in integr. restit. Tholom. decis. 97. Accoromb. decis. 59. lib. 2. Gabr. conf. 184. num. 1. lib. 2.

Nec obstant nullitates, quæ exaduerso adducuntur, quia illa ex defectu mandati tam respectu D. Odoardi, quàm D. Bruti tollitur ex facto dum lata fuit,
3 instantibus ipsis principalibus, sicut lata etiam de iure præsumitur, Rot. decis. 516. num. 2. par. 1. diu. & quamuis dubitaretur de validitate respectu D. Bruti, tamen ad effectum, de quo agitur satis est, quod de validitate dubitari non possit quoad D. Odoardum; quia sententia, quicquid sit respectu
4 quantitatis, respectu tamen personarum est diuidua, l. scire debemus, & ibi not. ff. de verb. oblig. l. 1. §. sed si mihi *Pamphilum*, ff. eodem, Alex. in l. iustè possidet, num. 22. ff. de acquir. possess. vbi respondet ad l. in hoc iudicio. ff. famil. ercisc. in contrarium allegatam, dicens, quòd licet iudicium dicatur indiuiduum, vt ibi, non tamen sequitur, quòd sententia respectu vnius personæ non possit esse valida, si respectu alterius sit nulla per l. non idcircò, ff. de iud. Bald. in l. ordo, C. de exequut. rei iud. Crot. cōs. 106. in fine, Crescent. decis. 7. de procur.

Et tollitur dubium, quando nullitas procedit, quia vnus non institerit, vel non fuerit citatus; cum e-
5 nim tunc eo respectu militet dispar causa defensionis, valet sententia quoad illum, in quo cessat causa annullationis, l. vnica, C. si in com. eademque caus. l. fin. C. si vnus ex plur. cum alijs per Vant. de nullitat. tit. quot, & quib. mod. null. prop. poss. numero 123.

Sed ratione etiam iustitiæ meretur sententia prædicta exequutionem; quamuis enim D. Brutus fuerit ille, qui delictum commisit, cuius occasione Pars aduersa pęnam conuentionalem à se promis-
6 sam soluit, tamen non propterea regressum habet contra offendentem, nec eius bona, etiamquod offendens sciuerit promissionem prædictam; cum enim offendens promissionem non ratificauerit, nec releuationem promittenti promiserit, non potest dici obligatus neque re, neque verbis, neque litteris, neque consensu, neque ex maleficio, vel quasi, Hercul. de caut. de non offend. cap. 33 num. 23. & non est dubium, quòd nullus potest sine eius
7 consensu obligari, Vulpell. de pac. quæst. 61. Paris. conf. 109. in princip. lib. 1. Ludou. de Alpher. inter conf. crim. diuers. lib. 1. conf. 145. Corn. 167 num. 10. lib. 3. & conf. 248. n. 4. lib. 4. Magon. decis. Lucen. 100. num. 33.

Nec obstat textus in l in fraudem, §. qui pro alio, ff de
8 iur. Fisc. dicens, quod qui Fisco pro alio debitum exoluit, non iniquè repetitionem postulat, quia procedit, quando pro alio soluitur, hoc est ad vtilitatem illius; ita enim exponitur oratio sub ea dictione, pro alio, vt probat tex. in l. 1. ff. ad l. Rhod. de iact. in l. si filius familias cum id acceperit, ff. ad Macedon. & in l. penultim. in fine, ff. de seru. export.

Quod autem soluēs pœnam à se promissā in casu offensionis consanguinei non dicatur pro consanguineo offendente soluere, constat manifestè, quia si hoc esset verum, sequeretur, quòd indistinctè contraueniens teneretur soluentem releuare, & tamē hoc est falsum, quia communis, & recepta est opi-
9 nio, quod consanguineus offendens non tenetur releuare promittentem nisi in casu, in quo ratificauerit promissionem, vel quod Iudex præuia promissionis intimatione fuerit super releuatione interloquutus, vel quod offendens id dolosè fecerit animo inferendi damnum promissori, alioquin enim citra tres supradictos casus, si offensio proueniat ex particulari causa, & inimicitia ipsius consanguinei, non tenetur delinquens ad releuationem, etiam quod promissio fuerit coacta, & quod offendēs sciuerit cautionem præstitam, quia non propterea dicitur exinde inducta sufficiens ratificatio, & imputandum est promissori, si sibi per releuationem, vel decretum Iudicis non curauit prouideri, vt post Hercul. Port. Paris. Magon. Alpher. & alios, quos allegat, hac esse veriorem opinionem testatur Farinac. 2. par. qq. crim. quæst. 107. art. 3. num. 35. & art. 21. num. 293. vbi contrariis omnibus respondet, & vltra ibi allegatos tenet etiam Vulpell. tract. de pac. d. quæst. 61.

Dum igitur Mutius soluit, satisfecit suæ obligationi, & satis est, quod ex tali solutione nactus fuerit liberationem, nec potest a D. Bruto solutum repetere, quia obligatio Mutij, & eius vigore facta solutio non potest dici pro Bruto, dum non fuit facta fauore ipsius Bruti, nec ad eius vtilitatem in totum, vel pro parte; quamobrem merito dici non potest, Mutium soluisse pro Bruto, sicut ex
10 eadem ratione dicimus in pluribus fideiussoribus pro alio obligatis, quia si vnus soluat, non dicitur pro alio coobligato soluere, ac propterea etiamquod ex tali solutione alter coobligatus consequatur liberationem, tamen quia principaliter pro eo non fit solutio, non datur repetitio ex doctr. Bart. communiter recepta in l. si stipulatus esses, §. si ex duobus, num. 2. ff. de fideiuss. quem sequitur ibidem Angel. nu. 1. Castr. num. 2. vers. si autem ex diuersis, & in l. si plures, ff. eod. tit. Imol. de communi in d. §. si ex duobus, num. 3. vers. octauo, & tenuit Rot. etiam in coobligatis insolidum in Auximana fideiussionis 1. Iunij 1598. coram Litta.

ARGVMENTVM.

Pœnæ, vel compositiones pro delicto cōmisso in territorio an, & quando spectent ad conductorem, etiam in Caussis extra territorium introductis.

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ maleficiorum spectant ad conductorem iuxta formam affictus.*

2 Pœ-

2 *Pœna maleficiorum videtur quasi debita conductori statim atque commissum fuit delictum in territorio.*
3 *Onerosa causa efficit, vt in pœnis maleficiorum consequendis spectetur solum initium delicti, non autem forma, nec tempus exactionis.*
4 *Pœna maleficiorum habet necessariam dependentiam à causa delicti, ideoque finis condemnationis trahitur ad principium delicti.*
5 *Argumentum a contrario sensu, vti tacito, et subaudito non habet locum ad derogandum directæ, et contrariæ dispositioni.*
6 *Argumentum a contrario sensu non intrat, quando resultaret prauus effectus.*
7 *Pœna maleficiorum debetur conductori, etiamsi suo tempore sequuta non fuerit condemnatio, quia satis est, quod per eum non steterit.*
8 *Dictio, aut, est ampliatiua diuersorum casuum.*
9 *Pœnæ, et compositiones soluuntur a delinquentibus propter delicta, non autem propter labores inquisitionum.*

CONSILIVM CCCCXXXVII.

Spectat ad D. Thesaurarium Perusiæ tertia pars compositionis solutæ per D. Marchionem, occasione prætensi excessus in territorio dictæ Ciuitatis, seu alias in Prouincia Vmbriæ commissi; habet
1 enim dictus D. Thesaurarius fundatam intentionem in capitulis appaltus thesaurariæ, in quibus expresse cauetur, quòd super pœnis maleficiorum in dicta Prouincia committendorum, ac compositionibus eorum occasione tempore dicti appaltus faciendis tertia pars ad ipsum Thesaurarium, reliquæ verò duæ tertiæ ad Cameram spectent, Luchin. de Curt. in subscript. ad cõs. Garat. inter crim. diuers. 58. num. 35. lib. 1. Andreas de Eccles. consil. 58. inter diuers. feudal. num. 2. 3. & 6. in fin.

Nec obstat, quòd compositio sit facta in Vrbe, tum quia emolumenta confiscationis, & pœnarum huiusmodi non spectant ad Thesaurarium ratione iurisdictionis, & cognitionis Causarum, sed sim-
2 pliciter ex pacto; ideoque cum pœna dicatur quasi debita eo ipso, quod est commissum delictum in dicta Prouincia, non attenditur, quomodo exactio sequuta fuerit, Alex. in l. diuortio, §. si vir, num. 1. ad med. vers. aut commodum, ff. solut. matrim. Bened. in c. Rainutius, in verb cœtera bona, num. 38. vers. aut com modum, de testam. Campeg. de dot. par. 2. quæst. 35. Oldrad cons. 148. num. 5.

Tum quia emolumentum huiusmodi spectat ad The-
3 saurarium titulo cõductionis onerosæ; causa autem onerosa efficit, vt in consequendo pœnæ commodo spectetur solum initium delicti, non autem forma, nec tempus exactionis. Alex. d. l. diuortio, §. si vir, propè finem, vers. puto distinguendum, ff. solut. matrim. Ias. in l. more, num. 25. vers. vbi distinguit, ff. de iurisd. omn. iud. Bened. vbi supra, numero 40. Campeg. d. quæst. 35. ad fin. vers. sed occurrit alia dubitatio, Tiraquel. de retract. conuent. §. 5. glos. 4. num. 26.

Et hinc est, quod cum exactio compositionis trahat
4 necessariam consequẽtiam à delicto, satis videtur, quòd delictum commissum fuerit in Prouincia ad effectum dictæ participationis, Soc. cons. 70. num. 10. lib. 4. Peregr. de iur. Fisc. lib. 6. tit. 5. nu. 44. Boer. decis. 5. num. 18. & seqq. & hanc rationem, vt causa exactionis trahatur ad ipsum delictum, approbauit Rota decis. 777. num. 2. par. 1. diuers.

Nec obstat aliud capitulum dicti appaltus, in quo dicitur, quòd si Causæ, seu pœnæ maleficiorum post cœptas Causas in Prouincia auocarentur, seu componerentur in Vrbe, possit Thesaurarius ponere ad debitum Cameræ eius tertiam partem, quasi quod à sensu contrario non possit, si Causæ non fuerint prius cœptæ in Prouincia.

Primò quia sensus, qui per argumentum huiusmodi
5 desumitur, est tacitus, & subauditus præsumptiuè, ac propterea non intrat ad derogandum, & diminuendum directæ, & contrariæ dispositioni in cõtrarium factæ, prout directa, & expressa generalis fuit dispositio inter contrahentes in hoc casu, dum conuentum expresse fuit, quod de omnibus pœnis, & compositionibus maleficiorum in Prouincia commissorum tertia pars spectaret ad Thesaurarium, l. fin. in princ. & ibi Bart. ff. de leg. 2. Bald. in l. gemmarum, nu. 3. vers. aduertatis, C. de leg. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 2. tit. 14. nu. 27. & seq.

Secundo, quia dicto argumento non est locus, quan-
6 do prauus effectus exinde resultaret, vt per Rotã decis. 135. num. 14. par. 2. diuers. etenim posset Camera omnes, & præsertim graues maleficiorum Causas in Curia ab ipso initio committere, & ita Thesaurarium conuentis in eius fauorem pœnarum, & compositionum emolumentis eludere, & priuare, quod non est admittendum, quia satis esse
7 debet, quod per Thesaurarium non steterit, quo minus Causæ in Prouincia cœptæ, seu terminatæ fuerint, Bertaz. cons. crim. 163. numero 13. vers. deuenio, lib. 1. & cons. 458 num. 10. in fine, & num. seq. lib. 2.

Tertiò, quod videtur dubium tollere, quia capitulũ, de quo supra, non restringit se ad supradictam verborum formulam, ex qua dictum argumentum à sensu contrario elicitur, sed progreditur vlterius ampliando etiam casum, quando alias solutio, vel exactio fieret in alijs manibus, quam Thesaurarij, vt patet in illis verbis subsequentibus per dictionem, aut, ò facendosi pagare, ò riscotendosi per al-
8 tre mani; dictio enim, aut, est ampliatiua diuersorũ casuum, l. hæc verba ille, aut ille, vbi not. ff. de verb. sign. l. quintus, ff. de aur. & arg leg. c. inter cœteras, de rescript. Decian. cons. 42. num. 10. lib. 1.

Nec refert, quòd ex eiusdem appaltus capitulis possint Causæ maleficiorum in Curia introduci non citato Thesaurario, quia non propterea sequitur, quod Thesaurarius excludatur à participatione sibi generaliter concessa maleficiorum in Prouin-
9 cia committendorum, quia delinquentes componunt, & pecunias soluunt propter delicta, nõ propter introductiones Causarum, vel labores inquisitionum, vt per Andr. de Eccles. d. cons. 58. inter feud. diuers. n. 11. vers. nec obstat.

ARGVMENTVM.

De eadem re. Et an pœnæ maleficiorum ad conductorem spectent, quando delicta commissa sunt in locis mediate subiectis locatori.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Verba vniuersalia omnia compræhendunt*

2 *Dominus immediatus, non autem Dominus mediatus Iudicis officio fungitur in Causis vasallorum.*

3 *Pœnæ ex delictis vasallorum sunt fructus iurisdictionis. Et propterea spectant ad Feudatarium, vt num. 4.*

5 *Feudatario delinquente confiscantur bona in plerisque casibus in feudo ad commodum Superioris dominantis.*

6 *Forum quis sortitur ratione domicilii.*

7 *Pœna maleficiorum ad conductorem spectat, quando delictum committitur in loco, & tempore conductionis. nec attenditur quisnam iudicauerit.*

8 *Vniuersalis dispositio comprehēdit omnes casus qui excogitari possunt.*

9 *Exceptio debet esse de regula, & declarat regulam.*

10 *Pactum, quod inducitur ad fauorem, non debet in odium retorqueri.*

11 *Ad Augumentum inducta non debent operari diminutionem.*

12 *Permissio in vno casu non excludit alium casum, quando viget eadem ratio, vel quando expressio permissionis in vno casu fit ad tollendam dubitationem.*

13 *Omissum non dicitur, quod compræhenditur in verbis generalibus.*

14 *Alternatiua sufficit, quod disiunctim verificetur.*

15 *Repetitio non fit propter difformitatem.*

CONSILIVM CCCCXXXVIII.

VErum est, quod D.Thesaurarius Vmbriæ non potest prætendere participationem pœnarum, nisi vigore instrumenti sui appaltus, sed verum etiam est, quod expressè ex instrumento huiusmodi conceditur sibi participatio, vt eiusdem instrumenti verbis vtar, sopra le pene de maleficii, che si faranno nella Città di Perugia, & altri luoghi della Prouincia dell'Vmbria, non comprendendo quelli di Spoleto &c.mà si bene tutti gl'altri non compresi in detta tesoreria, doue la Camera vi hauesse, ò tirasse parte alcuna in detta Prouincia, per qualsiuoglia cosa, e delitto commesso, ò ch'in man sua peruenga il danaro per qualsiuoglia causa de maleficii, che vengono applicate le pene al-
1 la Camera; quamobrem, cum participatio concessa sit vniuersaliter occasione cuiuscumque maleficii in Prouincia commissi, non est dubium, quod concessio comprehendit casus, de quibus agitur, cum quod percepit Camera, peruenerit ob excessus in Prouincia commissos, Aym. cons. 227. n. 23. & 29. & num. 1. & seqq. Dec. cons. 599. num. 2. & seqq. Castr. cons. 184. col. penult. in fine, lib. 1. Rub. Alex. cons. 24. nu. 14. Tiraq. de retr. lignag. §. 1. glo. 7. num. 20. & seqq. Surd. cons. 73. num. 62. & decis. 255. num. 8.

Nec obstat, quod per exceptionem aliquorum ex locis immediatè subiectis declaretur, quod concessæ fuerint duntaxat pœnæ ex maleficiis locorum immediatè subiectorum, & propterea non extendatur concessio quoad loca Baronum mediatè subiectorum, quia si loquimur de pœnis, quæ in locis mediatè subiectis ex vasallorum delictis Baronibus ipsis applicantur, & tunc verum est in se obiectum, sed non percutit casum, de quo agitur, in quo non quæritur de excessibus vasallorum mediatè, sed de excessibus ipsorum Baronum, quorum personæ immediatè sunt subditæ; siquidem primus casus de pœnis ex delictis vasallorum mediatè verum est, quod non comprehenditur in generali concessione pœnarum Prouinciæ, quia excipitur in eodem instrumento appaltus, dum concessio, vt dicitur exaduerso, concipitur respectu locorum, ex quibus Camera percipit emolumenta, & iure quidem, quia cum in Causis vasallorum Do-
2 minus immediatus, non autem Dominus mediatus Iudicis officio fungatur, Innoc. in c. cæterum, num. 2. circa fin. & ibi Bald. nu. 12. de iudic. Schrader. de feud. par. 10. sect. 7. num. 2. non mirum si pœnæ ex delictis vasallorum mediatè non spectant
3 ad Cameram, cum illæ sint fructus iurisdictionis, Afflict. tit. quæ sint reg. in verb. bona condemnatorum, Rot. apud Seraph. decis. 471. num. 5. ac propte-
4 rea spectent ad ipsum feudatarium, Isern. Præpos. Aluarot. & alij in c. 1. §. si quis aliquem, de pac. tenen. Bald. cons. 306. lib. 5. Luc. de Pen. in l. 1. col. penul. in princ. vers. secundo quæritur, C. de priuileg. scholar. lib. 12. Rol. cons. 78. num. 9. & seqq. & num. 19. lib. 2. & cons. 75. num. 7. & seqq. lib. 3. Afflict. decis. 282. in fin. Guidop. decis. 76. Aym. cons. 128. nu. 3. & seq.

At in secundo casu, quando non vasalli mediatè, sed persona feudatarij immediatè subdita excessum committit, tunc quia pœna exindè soluenda necesse est, quod applicetur superiori, & consequenter Cameræ, comprehenditur casus iste in generali participatione concessa circa delicta in Prouincia quomodocumque committenda, cum excessus in Prouincia commissi fuerint, & propterea concurrat vtraque qualitas in instrumento concessionis considerata, nempè loci, quia locus est in Prouincia, & applicationis, quia pœna spectat ad Cameram, & consequenter Thesaurarium in eius lo-
5 cum subrogatum, cum certi iuris sit, Feudatario delinquente confiscari bona, & in plerisque casibus in feudo ad commodum Superioris dominantis, vt post alios per Schrader. de feud. par. 9. cap. 9. num. 16.

Et ideò non obstat, quod in locis, in quibus excessus commissi dicuntur, Gubernator Prouinciæ non habeat iurisdictionem, quia procedit hoc respectu delictorum, & Causarum vasallorum mediatè ea ratione, vt dixi, quia iurisdictio, & pœnarum emolumenta spectant ad Feudatarium immediatum Dominum, & non ad mediatum, secus autem est respectu delicti personæ ipsius Feudatarii, quia tunc ratione proprij delicti, vel subest Gubernatori Prouinciæ, presertim cum vterque Feudata-
6 rius in hoc casu domicilium haberet in Ciuitate Perusiæ, l. hæres absens, ff. de iud. c. fin. & vtrobiq; glo. & Doct. extra eod. tit. Schrader. de feud. par. 10. sect. 1. num. 135. vers licet alioquin, vel satis est, quod quocumque modo pœna spectaret ad Cameram, quia participatio pœnarum, quæ conceditur Thesaurario, non conceditur ratione exercitij iurisdictionis, sed titulo oneroso conductionis, ac
7 propterea, vt alias dixi, satis est, quod ratio loci cōcurrat, quando in Prouincia existit, & ratio temporis, quia perceptio fuit durante suo appaltu, nec attendendum est, quis iudicauerit, vt per Oldrad. cons. 148. num. 5. Alex. in l. diuortio, §. si vir,

num.

num.11.ad med.vers aut commodum cum aliis allegatis,quibus addo Schrader. de feud.2.par.9.par. princ.sect.3.num.20.

Non autem conuincitur ex ipso instrumento appaltus,non solum dum in vniuersum concessio fuit pœnarum ex delictis in Prouincia, quæ non patitur restrictionem respectu Baronum, qui in Pro-
8 uincia delinquunt, dum concessio vniuersaliter concepta comprehendit omnes casus,qui excogitari possunt etiam maiores expressis, Alex.cons.30. num.14 vers.& ponenda,lib.5. Barbat.cons.26. nu. 4.vers.quia istud,& num.27.post med. vers.quia fuit,lib.2.Gozad.cons.6.num.53.Aym.cons.208. n.5. vers.ecce,Decian.cons.44.num.18.vers.quinimmo, lib.4.

Sed etiam quod participatio concedatur de pœnis per Feudatarios soluendis occasione proprij delicti apertè constat per exceptionem, quæ fit in instrumento,quod in participatione non compræhendantur deuolutiones,& confiscationes feudorum Castrorum,& iurisdictionalium; cum enim confiscatio feudalium non cadat, nisi occasione
9 excessuum ipsorum Baronum, exceptio huiusmodi cum debeat esse de regula,benè declarat, quod aliæ confiscationes bonorum præter feudalia veniunt in participatione,concurrente pro ea qualitate, quod excessus Baronum sequantur in Prouincia,Bart.in l.nam quod liquide,§. fin. ff.de fun. instr. Surd.decis.124.num.12.

Minusobstat,quod in instrumẽto cõuentũ fuerit,quod si Causæ in Prouincia cœptæ ad Curiam auocarentur, nihilominus participatio debeatur, quasi quod ex inclusione istius casus cæteri casus iudicii in Prouincia non cœpti censeantur exclusi,quia
10 pactum huiusmodi fuit appositum ad fauorem Thesaurarij,ac propterea non potest contra ipsum adduci, l.nulla Iuris ratio, ff.de legib.l.quamuis, & ibi Bald.ff.de pign.act.Card.Mantic.de tacit.lib.
11 3,tit.7.nu.24.alias enim inductum ad augendum ius Thesaurarii operaretur diminutionem contra l.legata inutiliter, ff. de adimen.leg. & l.qui hominem,ff. de solut.Hond.cons.86.nu.37. lib.2. vbi loquitur in concessione Cameræ.

Præterea argumentum exaduerso desumptum ab inclusione vnius ad alterius exclusionem, non potest in hoc casu adaptari, tum quia strictè sumitur
12 ad limites verborum, ac propterea non excludit casum in alia parte dispositum, seu in quo adest eadem ratio, presertim quando inclusio certi casus exprimitur gratia dubitationis tollendæ, Alba Mandel.cons.164.per tot.præcipue num.3.7.9. & 12.Simon.de Præt.de interpr. vlt. volunt.lib.4.fol. 448.num.39.sicut factum fuit in hoc casu, quia in alia parte contractus generaliter dispositum erat,ex quocumque casu delicti in Prouincia Thesaurariũ de pœnis participare, quamobrem ad ex-
13 clusionem dicti argumenti desumpti ex l.cum Prætor.ff.de iudic.satis erat, quod casus iudicij extra Prouinciam sub verbis generalibus compræhendatur, vt inquit in hoc puncto Alex. cons.75. num.13.lib.5.

Tum etiam quia in quinto capitulo dicti contractus alternatiuè dictum fuit,quod debeatur participatio aut si Causæ cœptæ in Prouincia ad Curiam fo-
14 rent auocatæ, aut etiam si pœnarum solutio, aut compositio exigeretur per alias manus,quam Thesaurarij; vnde de illius dictionis alternatiuæ natura est, quod sufficiat disiunctim verificari, vt post alios per Decian.cons.44.num.148.lib.4.Hond.d.cons.86. num.13.lib.2.

Non enim casus secundus exactionis prædictæ per alias manus terminari, & restringi potest per illa verba posita in alio primo casu auocationis,& deuolutionis Causarum, nempe dopo esser cominciate in Prouincia,quia cum ista repetitio verbo-
15 rum in secundo casu contineat difformitatem a generalitate pacti de participando in quocumque casu excessus in Prouincia committendi, de iure repetitio non admittitur, Aret. cons. 121. num.1. vers. sed tamen his non obstantibus, Socin. iun. consil.128.num.212.lib.1. Gregor. decisione 225. num.14.

ARGVMENTVM.

An deceat Principem ex causa publicæ vtilitatis reuocare contractum à se, vel suo Prædecessore initum,restituto precio.

SVMMARIVM.

1 *Princeps de honestate non debet reuocare contractum à se, vel Prædecessore celebratum mediante pecunia, Secus autem concurrente iusta causa, vt numero 2.*
3 *Princeps ex causa publicæ vtilitatis non solum potest contractum suum reuocare restituto precio,sed procedendo per viam legis vniuersalis nec etiam tenetur ad recompensam.*
4 *Publica vtilitas iustam præbet causam auferendi ius,& bona priuatis personis.*
5 *Publica vtilitas censetur excepta in quacumque dispositione.*
6 *Ad Principis curam spectat prouidere vtilitati subditorum.*
7 *Causa,ex qua Princeps mouetur,censetur vera, et iusta.*
8 *Citatio non est necessaria, vbi nulla competit defensio.*
9 *Inter Priuilegiatos præfertur ille, pro quo viget maior ratio.*
10 *Gratificationi locus est data paritate.*
11 *Pactum est pars precij.*
12 *Onerosa causa concessionis non dicitur illa pro qua præstatur merces.*
13 *Contractus verus differt a dispositione per fictionẽ habente vim contractus, quando agitur, an Princeps illum reuocauerit.*
14 *Contractus ad sui perfectionem requirit consensum simultaneum.*
15 *Dictio ita tamen,est limitatiua.*
16 *Solutio interesse liberat ab obseruatione contractus stante pacto.*
17 *A Contractu etiam iurato licet recedere superueniente noua causa.*

CONSILIVM CCCCXXXIX.

STandum est in resolutis;quamuis enim regula sit, Principi non licere reuocare contractum à se,vel
1 Prædecessore celebratum pecunia mediãte, quod ta-

tamen non intelligitur respectu potestatis absolutæ, sed duntaxat inspecta honestate, Surd.cons.203 num.45.lib.2.Peregr.exaduerso allegatus, de iure Fisc.lib.1.tit. vlt. num. 64. & seq. vbi quod nephas est de Principis potestate disputare, tamen indu-
2 bitatum est, quod ex iusta causa potest. Paris. cons. 11.num.109.& pluribus seq.lib.1.Roman.cons.356. num.14.Pedemont.decis.90.num.14.vers.secundò potest.& admittit Peregr.exaduerso citatus, d.lib. 1.tit.vlt num.66.& seqq.& lib.6.tit 1.n.13.

Præsertim ex causa publicæ vtilitatis; tunc enim non
3 solum potest Princeps proprium contractum reuocare, restituto pretio etias percepto, sed immo procedendo per viam legis vniuersalis nec etiam tenetur ad recompensam, vt ex pluribus resoluit Rot.decis.437.num.14.& seq.par.1. diuersor. Surd. cons.210.num.65.lib.2.& cons.313.n.99. & seq. lib. 3.Decian.cons.41.num.58.lib.2.

Et ratio est euidens, quia publica vtilitas dicitur esse
4 iusta causa auferendi etiam ius, & bona propria priuatis, Felin.& Doct. communiter in c. quæ in Ecclesiarum, num.27.de Constit.Natt.cons.11.n.4. & cons.500.num.11.not in l.venditor, §.si constat, ff.com.præd.in l.2. vbi Bal.C.quib.ex caus.ser.prom. lib.accip.Bart.in l.fin.§.Titius, de pign. act. & in l. Antiochensium, ff.de priuil.cred. Archid.in c. per principalem, 11 quæst.3.Ias.in l.Barbarius, de offic. Prætor.Crot.in l.Gallus, §. & quid si tantum, num. 121.ff.de lib.& posthum.Alciat.in l.pupillus, §.fin. ff.de verb.sign.Dec.in c.1.num.225.de probat.& in l.id, quod nostrum, num.3.ff.de reg.iur. Alex. cons. 190.col.1.lib.2. Afflict.decis.321. num. 17. & hinc
5 est, quod generaliter in quacumque dispositione semper censetur excepta publica vtilitas, l. iubemus, C.de nau.non excus.lib.11.vbi no.& in l. nullus, C.de curs.publ. lib.12. & in l.in Prouinciali, §. fin.cum l.seq.ff.de nou.oper.nunc. Barbat.cons.20. n.27.Siluan.cons.67.num.3.lib.2. Ploc.cons.19. nu. 36.Afflict.decis.289.n.29.

Constat autem, publicam vtilitatem concurrere in casu, de quo agitur, quia manifesta sunt damna, sumptus, & interesse, ac subinde Communitatum querelæ diuturnæ, quæ in dies proueniunt occasione caualcantium; quamobrem redimendum est officium huius exactionis, & vniendum thesaurariæ, cum exinde cessante exactorum pluralitate, consequenter etiam cessent huiusmodi impē-
6 sæ, quibus pro vtilitate subditorum prouidere ad Principis curam spectat. Decian.cons.25. num. 62. lib. 1.

Nec dubitandum est de veritate huius causæ, tum
7 quia in dispositione Principis Superiorem non recognoscentis causa, ex qua mouetur, præsumitur vera, & iusta, Natt.cons.487.num.41.& seq.& cons 556.num.2.Barbat.cons.1.num.81.& seqq. Laderc. cons.145.num.2.Surd.cons.210.num.34. & seq. lib. 2.tum quia cum in cognoscenda qualitate huius causæ fuerit D.aduersarius citatus, & auditus per Congregationem pluries etiam proposita Causa, satis ad hoc fuit adhibita cognitio, si quæ requirebatur, cum immo, ex quo huiusmodi vtilitas est notoria, & sensu patet, & consequenter aduersa-
8 rius nullam in hoc impugnando habet probabilem defensionem, nec etiam citatio erat necessaria, Abb.in c.1.col.1.vers.concludo sic.de caus.poss. & propr.Socin.iun.cons.77. num. 110. lib. 1. & aduertit in hoc casu idem Menoch. exaduerso alleg. cons.1 num.398.lib.1.

Nec obstat, quod prouideri posset huic inconueniēti vniēdo alias exactiones D.aduersario, tum quia hoc esset contra Cameram, dum abdicando à Thesaurario solitas exactiones, diminueretur propria emolumenta thesaurariæ, ad cuius officium huiusmodi exactiones magis proprie spectant, ac propterea concurrentibus insimul Thesaurario, & aduersario, præferendus est Thesaurarius, pro
9 quo vna cum publica vtilitate concurrit vtilitas, immo euitatio damni ipsius Cameræ, & maior ratio, l.verum, §.fin.vbi not.ff. de minor. Rot. decis.
10 557. num.4.par.1.diuers.tum etiam quia data paritate, locus est gratificationi, c.si plures, vbi glo. prima.16.quæst.7.glo.Host.Io: And.& cœteri in c. cum autem, de iur.patr.glo.vltim.in fine, in c. Ecclesia vestra, de elect.

Non etiam facit, quod impensæ caualcantium cedāt damno depositariorum, non Communitatū, quia neque hoc verum est, vt in facto deducitur, nec releuat, quia ratio huiusmodi impensarum semper
11 verum est, quod auget damnum Communitatibus in locandis depositariis, l. fundi partem, ff de contr. empt.l.si quis aliam, ff de solut.Rot.decis. 177. num.1.par.1.diuers.

Minus obstat, quod restitutio prętii non æquiualeat reuocationi concessionis, dum vt supponitur ex-
12 aduerso fuit ob benemerita, quia merita asserta ex causa exactionum Cameralium, pro quibus merces percipitur, non prestant causam onerosam, sed lucratiuam, Boss.tit.de Princ. num.152. & 523. glo.communiter recepta in l. sed & si lege, §.consuluit, in verbo, obligari, ff.de petit.hæred. Bald.in prælud.feud. nu.9.Bart.in l.Meuius, §. duobus, col. 8. vers.secundo quęro, ff. de leg.2.

Sed ex alijs pluribus aperte constat, casum, de quo queritur, non habere difficultatem, & primo, quia contraria procedunt, quando Princeps vere con-
13 trahit cum priuato, non autem quando in dispositione dicitur, quod concessio habeat vim contractus, vt in hoc casu, quia aliud est, quod quis vere contrahat, ex quo contractu insurgat naturalis obligatio, aliud verò, quod ciuiliter, & per fictionem, l. fin.C.de his, qui ven.ætat.Alex.cons.1. num.1.& seq.lib.1.Gram. cons.105. num.11.in ciuilibus.Rot.decis.88. numer.3. part.1.recent.quod
14 etiam hic clarè patet, quia vt contractus vere perficiatur, requiritur consensus simultaneus, non autem ex interuallo, cum consistat contractus ex copulato extremo, non ex voluntatibus separatis, vt inquit Bald. in l.cum vendentes, nu. 31.C.de contr.empt.& ibidem Salic.n.12. Mantic. de tacit.lib.1.tit.11.n.9.

Secundò quia licet concessio cantet, quod D. Mutio amoueri officium non possit, subiungitur tamen, ita tamen, quod si contigerit amoueri, restituatur sibi precium; quamobrem cum dictiones illæ,
15 ita tamen, sint limitatiuæ totius orationis præcedentis, Rot.decis.226.num.1.par.1.constat propte-
16 rea ex ventre eiusdem dispositionis precii restitutionem eximere Principem ab alia eius contractus obseruantia, Rip.in l.quod te, num.4.in fin. ff. si cert.pet.Purpur.cons.561.nu.2.vers.ex quo propterea, Rot.decis.367.n.2.par.4.diuers. Gregor.decis.241.n.4.

Tertiò quia quicquid sit in præmissis, satis est, quod nimiæ seueritates aduersarij præbeāt causā reuo-
17 cationi concessionis, quia superueniēte noua causa licet recedere à contractu etiā iurato, Dec.cons. 19.

19.num.89.iuncto num.88.lib.3. Pedem. decif.90. num.15.

ARGVMENTVM.

Indultum exigendi pœnas maleficiorum concessum alicui Ciuitati an comprę hendat pecunias solutas in Vrbe in vim compositionum.

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ maleficiorum ex concessione, vel consuetudine spectare possunt ad Communitatem.*
2 *Pœna occasione delicti commissi tempore primi conductoris ad eum spectat, licet facta fuerit condemnatio, & exactio tempore secundi conductoris.*
3 *Pœna cedit ex tempore commissi delicti.*
4 *Pœnæ exactio retrotrahitur ad tempus commissi delicti. Et num.6.*
5 *Causa prima, quæ magis influit in causatum, magis attenditur.*
7 *Pœna dicitur quasi debita statim atque commissum fuit delictum.*
8 *Onerosa causa operatur, vt in consequendis pœnis attendatur solum delicti initium.*
9 *Conditio potestatiua habetur pro impleta, quando impedimentum prouenit ex facto Principis, cui resisti non potest.*

CONSILIVM CCCCXL.

CVm ius exigendi pœnas quascumque etiam pecuniarias, & conuentionales occasione deli-
1 ctorum, quæ in territorio Reatino committuntur, spectet ad Communitatem ex indulto Pij Quarti canonizato ex Breui Clementis Octaui, & obseruantia continuo subsequuta, non videtur dubitandum, quin compositiones, de quibus agitur, eidem Communitati sint soluendæ; hoc enim casu nec Camera, nec Fiscus Principis potest impedire, Aluarot.in c.1.§.si quis aliquem, nu.6.vers. item intelligas, de pac.tenen.

Nec obstat, quod pecuniæ solutæ fuerint Cameræ occasione transactionis in Vrbe compositæ, quia satis est, pœnam huiusmodi exactam esse occasione delictorum in Ciuitate Reati commissorum, & quorum causa Communitati in iuribus Fisci subrogatæ ius quoad pœnas quæsitum fuerat præsertim cœptis ibi inquisitionibus, l.fin.C.de sent.pass. l.Imperator, & l.aufertur, §.Fiscus, ff.de iur.Fisc.
2 sicut in fortioribus terminis resoluunt, pœnam exactam occasione delicti commissi in fine temporis iurisdictionis alicuius ad ipsum spectare, licet finita iam iurisdictione alter Iudex condemnet, & exigat, Cyn.in l.fin.num.17.vers.septimo, & vltimo, & num.19 ff.de iurisd omn.Iud.Bald.in l.diuortio, num.8.ff.sol.matrim. & d.l.fin.num.15.vers. quoad septimum, Anchar.in c.1.num.6.& ibi Ana. num.4.vers.vltimo quærit. ne Prælati vic. suas.Ias. in l.more, num.21.& seqq.ff.de iurisd.omn.Iud.Paris.de Put.de sind.in verbo, prouentus cap.1. num. 2.fol.mihi 277.Alex.cons.7.num.5.lib.3.

Et hæc est communis opinio, vt de communi testantur Alex.in l.diuortio, §.si vir.num.11.ff sol. matr. Soc.cons.100.num.2.vers.confirmari, & vers. nam illa decisio communis, Tiraq.de retr. conuent.§.5 glos.4. nu.22.vers. tu igitur dic, Peregr.de iur.Fisc. lib.6.tit.5.num.44.vers.siue communis, Boer.decis. 5.num.18.& seqq.

Et secundum hanc vti communem pluries fuisse iudicatum, testatur Cassan. in consuet. Burgund. in tit.des iustit.rubr.1.§.7.in verb.l'amende.n.7. vers. iuxta hanc, fol. mihi 293.

Nec releuat, quod indultum loquatur de pœnis, non autem de compositionibus, quia cum compositio
3 sit ex causa pœnæ, pœna vero ex causa delicti, dicitur ea cedere ex tempore, quo primum delictum est commissum, Cyn.in d.l.fin.num.18.ff.de iurisd.
4 omn.Iud. & hinc, quia exactio compositionis trahit necessariam consequentiam ab initio temporis cōmissi delicti, finis exactionis ad principium delicti retrotrahitur, Socin.cons.70.num.10.lib.4. Peregr.de iur.Fisc. lib.6.tit.5. num.44. & consequen-
5 ter magis attenditur prima causa, & quæ magis influit in causatum, quam secunda, Alex.in d.l.diuortio, §.si vir, nu.11.ff sol.matr.Tiraq.de retract.conuen.§.5.glo.4.num.23.vers.& quia, Socin. d.cons. 100.num.2.vers.nam illa decisio, lib.1. & hanc ra-
6 tionem, vt causa exactionis trahatur ad principium delicti, approbauit Rota decis.777.num.2.par. 1. diuers.

Sed cessare videtur omne dubium in hoc casu; primò quia emolumenta confiscationum, & pœnarū huiusmodi non spectāt ad Communitatem ratione iurisdictionis, & cognitionis Causarum, sed simpliciter, & ideo cum pœna tunc dicatur quasi de-
7 bita eo ipso, quod est commissum delictum, spectat ad inuestitum, nec attenditur, quomodo exactio sequuta fuerit, Alex.in d.l.diuortio, §. si vir, n. 11.ad med.vers. aut commodum, ff.solut.matrim. Bened.in c.Rainutius, in verb.cœtera bona, nu.38. vers.aut commodum, de testam. Campeg. de dot. par.2.quæst.35.Oldrad.cons.148.num.5.

Secundo quia emolumenta huiusmodi spectant ad Communitatem titulo oneroso; causa autem one-
8 rosa efficit, vt in consequendo pœnæ commodo spectetur solum delicti initium, licet alias exactionis tempus fuisset spectandum, Alex.d.l.diuortio, §.si vir, prope finem, vers. puto distinguendum, ff. sol.matr.Ias.in l.more, nu.25.vers. vbi distinguit, ff. de iurisd.omn.Iud.Bened.vbi supra num.40. Campeg.d.quæst.35.ad fin. vers.sed occurrit alia dubitatio, Tiraq.d.§.5.glo.4.nu.26.

Tertio quia officiales Reatini, & successiue etiam Communitas impediti fuerunt pœnas à delinquētibus exigere; & ideo aut Camera vult, impedimētum huiusmodi fuisse iustum, & tunc cognitio officialium dictæ Ciuitatis, & diligentia Communi-
9 tatis quoad exactionem habetur pro impleta, l.si Titius statuas, ff.de cond. & demonstr. aut vult, fuisse iniustum, & tunc quia resisti non poterat, cōditio potestatiua exigēdi pœnam habetur pro impleta, Bart.& Doct.in l.1.C.de instit. & substit.sub cond.fact. & hac ratione in proposito exactionis pœnæ, quando impedimentum prouenit ex facto Principis, vtitur Ruin.cons.193.num.2.& 3.lib.1.

Et ad hoc aduertendum est, quia si huiusmodi impedimenta, & compositiones in Curia nocerent Cōmunitati, priuaretur Communitas per indirectum

effectu supradicti indulti, cum semper posset Fiscus huiusmodi impedimenta, & compositiones procurare; quamobrem initium, & causa compositionis, non ipsa compositio est attendenda ad text.in l.fin.§ si procurator, vers.non solum,ff.quæ in fraud.credit.

ARGVMENTVM.

De eadem re: Et an æquiparentur emolumenta pœnarum, & compositionum.

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ maleficiorum ad Fiscum non spectant stante indulto ad fauorem alterius. Et num.* 14.
2 *Compositio,& pœna à pari procedunt.*
3 *Pœna commutata subrogatur loco alterius pœnæ, eiusque sequitur naturam.*
4 *Compositio super pœna pecuniaria succedit loco pœnæ legalis.*
5 *Pœna composita videtur esse in dispositione ab ipso principio,& retro debita.*
6 *Compositio ad eum spectat,ad quem spectat pœna.*
7 *Compositio admitti non debet sub colore redimendi vexationes,quando nihil de crimine constat.*
8 *Compositio dicitur quædam conuentio super dubio statu criminis.*
9 *Verba vbi conueniunt conuenit etiam dispositio.*
10 *Vniuersalis concessio pœnarum comprehendit omnem pœnam conuentionalem descendentem occasione delicti.*
11 *Compositio fieri non debet a Fisco in præiudicium alterius,cui pœna debeatur.*
12 *Pœnarum portio alicui debita restitui debet a Fisco qui integras pœnas exegit.*
13 *Pœnarum exactionem alicui debitam non potest Fiscus indirectè impedire.*
15 *Pœnæ debentur propter delicta,non antem propter labores inquisitionum.*
16 *Conditio quando habeatur pro impleta ad fauorem eius,per quem non stat quominus impleatur.*

CONSILIVM CCCCXLI.

Licèt pœnarum compendia spectent ad Fiscum, tamen in hoc casu spectant ad Communitatem ex indulto Pij Quarti comprehendente etiam pœnas conuentionales ex resolutione Sacræ Consultæ per Breue Clementis confirmata cum decreto irritanti, & clausula sublata adeout dubitari non
1 possit, quin omnes pœnæ ex maleficijs dicti loci prouenientes Communitati debeantur, Lucchinus de Cort.in subscript. ad cons. Garat. inter crim. diuers.58.num.35.lib.1.Andr.de Eccles.cons.58.inter fraud.& diuers.num.24.& 6.in fine.

Non obstat igitur, quòd indultum non loquatur de compositionibus; idem enim videtur esse compo-
2 sitio quod pœna, cum ideo compositio dicatur, quia pœna est ea, quæ componitur, Grilland.de relax.carcer.tit.de pœn. compos. quæst.1. in princ.

Sed aut ex aduerso prætenditur, compositionem sequutam esse in casibus, de quibus agitur, occasione pœnarum sanguinis, & tunc compositio in pecunia, quæ hoc casu magis proprie dicitur dispensatio, & commutatio pœnæ comprehenditur
3 in indulto, quia compositio, seu pœna commutata subrogatur loco alterius pœnæ, eiusque sequitur naturam, in terminis Afflict. lib.2.Constit. Regni rubr.12.§.accusatorem,num.8.vers. bene facit Capic.decis.27.num.14.& 17.

Aut prætenditur occasione pœnæ pecuniariæ compositæ, quo casu dicitur propriè compositio, & tunc pariter illa comprehenditur in indulto, quia
4 succedit loco pœnæ legalis, l.Senatus,§.si quis delatorem, & §.seq.ff.de iur.Fisc.l.si donatæ, §. 1.ff. de donat.int vir.& vxor. Grilland.de relax.carcer. d.rubr.de pœnis compos.quæst.1.num 9.& quæst.5. num.1.& quæst.6.num. 1.& 2. Paris de Put. de Sindic.in verbo compositio cap.5.nu.5 Luc.de Penn. in l.1.num.45.vers.ergo ea componere,C.de desertor.lib.12.Carauit. rit.272. numer.12.Bertaz.cons. crim.163.num 13.ad fin.lib.1.& admittit Farinac. de inquisit.quæst.5.num.4.ideoque pœna compo-
5 sita videtur esse in dispositione ab ipso principio, & retro debita, vt inquit Afflict.d.§.accusatorem, num.8.

Et in terminis, vt ad eum spectet compositio ad quē
6 pœna, Abb.cons.6.num.4. col. 4. in fine, vers. cum enim alteretur,lib.2.

Aut prætenditur ratione solius conuentionis, quasi dicatur pœnas his casibus non potuisse irrogari, sed voluisse Reos ad effectum redimendi vexationes,& tunc preter id,quod non videtur admittendum post compositionem illud, cuius contrarium ante compositionem dictum fuisset, nec etiam dicendum videtur, cum de Iure non possit Fiscus
7 compositiones defendere sub colore redemptę vexationis quando nihil de crimine constaret, Parif. de Put.d.verb.compositio,cap.1.n.6, vers. vbi nihil
8 constat,& hinc est, quòd compositio dicitur quædam conuentio super dubio criminis statu, Grilland.d.rubr.de pœn.compos.in princ.n.7.& n.11.& idem Farin.d.quæst.5.num.3.in fine, vers.quæ quidem.

Et nihilominus,quia omni casu compositio erit pœna conuentionalis, comprehendetur in indulto,
9 tum ex vulgari regula,quòd vbi verba conueniūt, conuenit etiam dispositio,l.4. §.toties,ff.de damn.
10 infect.tum etiam quia vniuersalis pœnarum concessio,præsertim ex titulo oneroso comprehendit omnem pœnam conuentionalem descendentem occasione delicti ex identitate rationis,Ruin.cons. 161.num.4.& seqq.lib.5.

Supplicamus autem aduerti, quod ex quo constat certissimè, quòd pœnæ etiam conuentionales ad Communitatem spectant, aut non conueniebat
11 Fiscum componere in præiudicium Communitatis,ex not.in l.venia,C.de in ius vocan Grilland.d. quæst.3.num.4.Gram mat.vot.35.num.10.Anchar. cons.161.num.2.Abb cons.6.num.3. vers.ex prædictis,lib.2.Bertaz d.cons.crim.163.num.8.lib.1.Me-
12 noch.de arbitr. quæst.96. num. 1. vel si conueniebat Fisco componere debet Cameră portionem suam Communitati restituere,Boer.decis.65.num.
13 3.Bertaz.d. cons.163. num.5. alioquin vt alias deduxi,priuaretur Communitas per indirectum effectu dicti indulti,ad quod videatur idem Bertaz.loquens in hac eadem materia, num.8. in fine, & nu. 9.lib.1.

Nec obstat,quòd compositio sit facta in Curia,quia aut

aut illam prætendit Fiscus ratione superioritatis
14 Principis, & non posse videtur in præiudicium Communitatis habentis immediatè iura fiscalia, Luchin. de Curt. d. conf. 58. nu. 35. inter conf. crim. diuers. lib. 1. Andræas de Eccl. d. conf. 58. inter feudal. diuers. num. 2. 3. & 6.

Aut illam prætendit, quia laborauerit in inquirendo, & hoc non sufficit, cum delinquentes non pro-
15 pter hoc amittant pecunias in compositione expositas, sed propter delicta, Andr. de Ecclesf. d. conf. 58 inter feud. num. 11. vers. nec obstat.

Et cessat dubium, tum quia constat de delictis in his casibus ex processibus in illa Ciuitate formatis,
16 tum quia cum non steterit per Communitatem, & officiales dicti loci vlterius laborare, debentur pœnæ Communitati, licet exactionem Fiscus fecerit, vt præter alios in alia citatos, tenent ex magis communi Socin. conf. 151. in secunda subscript. Bened. Accolt. num. 15. lib. 1. Bertaz. d. conf. 163. num. 13. vers. deuenio, & num. 15. lib. 1. & conf. 458. num. 10. in fine, & num. 11. lib. 2.

ARGVMENTVM.

An, & quando appaltatores gabellæ possint pœnã exigere sub prætextu omissæ denunciationis.

SVMMARIVM.

1 *Denunciatione stante cessat commissum, licet deputatus ad scribendum scribere recusauerit.*
2 *Necessitas excusat a pœna.*
3 *Statutum efficitur non Statutum propter necessitatem.*
4 *Casus fortuitus non debet esse dammo casum passo.*
5 *In Vectigalium exactione spectatur consuetudo.*
6 *Mora respectu horarum vti modica non habetur in consideratione.*
7 *Credulitas iusta excusat a mora.*
8 *In Vectigalibus non datur commissum sine dolo.*
9 *Forma requisita ad certũ effectum adimpleri potest per æquipollens.*
10 *Mora de æquitate canonica purgari potest.*
11 *Edicta, seu capitula appaltus vectigalium conformari debent cum impositione facta a Principe.*

CONSILIVM CCCCXLII.

NVlla potest prætendi pœna per appaltatores gabellæ in casu, de quo agitur; probant enim testes, nauem fuisse appaltatoribus iuxtà solitum denunciatam, videlicet primus iuxtà quartum, & super tertio, secundus super tertio, & quartus super quarto; quamobrem cum constet de recitatione
1 professionis, cessat commissum, licet deputatus ad scribendum scribere denunciationem recusauerit, textus est in l. fin. §. si quis professus, vers. cum enim ff. de public. cum immo sufficiat vnica quoquomodo appellatorum certioratio, Bero. conf. 164. num. 14. lib. 3.

Non enim dubitandum est, quin sufficiat nuncius ad denunciandum missus, Bertaz. conf. 509. num. 3. & seqq. lib. 2.

Nec obstat, quòd nauis incepta fuerit exonerari ante denunciationem, quia cum hoc fuerit ex causa imminentis periculi, & necessitatis, quia nauis percutiens apud pontem Miluium incidit in pontem ipsum adeout expilari cepta periculum esset amissionis tam lignorum, quam ipsius nauis, vt deponunt testes iuxta 16 & 21. & super secundo, secundus iuxtà 16. & super secundo, & quartus iuxta 15.
2 & super tertio, sine dubio stante huiusmodi periculo, & necessitate, cessat pœna, c. quanto, de consuetud. l. 1. ff. de offic. Consul. glo. in c. quere am, in verb. necessitate, de iure iur. vbi Felin. nu. 11. quod
3 Statutum propter necessitatem efficitur non Statutum, Rol. conf. 30. num. 22. lib. 3.

Et in terminis nostris textus est in l. fin. §. si propter necessitatem, & in l. Cæsar, ff. de public. Bart. in l. 1. C. de naufrag. lib. 11. Felin. d. cap. querelam. num. 11. ad med. vers. & nauis vi ventorum, ff. de iureiuran. Rip. tract. de pest. tit. de priuil. contrac. caus. pest. numero 158. & seqq. Alberic. de Statut. par. 2. quæstione 11.

Siquidem casus fortuitus nõ debet esse damno ca-
4 sum passo, l. 2. §. si quis, ibi, tempestate, vel vi fluminis, ff. si quis caut. l. fin. §. si ea, in fin. ff. ad l. Rhod. de iact. Bart. d. l. Cæsar, numero 4. & num. 14. ff. de public.

Et cessat omne dubium in hoc casu, quia edicta, in quibus exaduerso fit fundamentum, receperunt hanc interpretationem, etiam ab ipsis appaltatoribus, vt in periculis huiusmodi excusarentur tam nautæ, quam domini à denunciatione, vt benè probant testes, primus super primo, secundus super tertio, iuxta 24. & super quinto, & quartus super
5 secundo; etenim in huiusmodi vectigalium exactione semper consuetudo spectatur, vt inquit tex. in l. si publicanus, ff. fin. ff. de public.

Nec releuat, quòd post aduentum nauis in portu, nõ fuerit statim denunciata, quia contrarium probãt testes dicentes, quòd solum per duas horas circiter, primus iuxta 13. & 18. secundus iuxta 16. quod
6 non obstat, tum quia mora respectu horarum adeo est modica, vt non sit in consideratione, c. potuit. locat. Alex. in l. si mora, num. 5. ff. solut. matrimon. Rot. diuers. decis. 572. in princ. par. 1. tum quia constat de impedimento ratione dicti periculi, ex quo nauis non adhuc erat in tuto, nisi prius exonerata fuisset à latere, vbi cœperat expilari, vt dicunt supradicti testes; vltra quod, vt ijdem dicunt, por-
7 tum petierat ante ortum solis; quamobrem tunc verisimile erat, deputatum ad scribendum eo loci non assistere, & propterea nulla mora considerari potest, Alciat. conf. 104. tom. 3 lib. 8. Rot. decis. 771. num. 3. par. 4. diuers.

Hoc autem clarissimum videtur hoc casu, & quia ex
8 præmissis constat, nullum adfuisse dolum, sine quo cessat commissum in vectigalibus, Abb. conf. 68. n. 2. vers. sed his non obstantibus, lib. 1. Becc. conf. 96. num. 10. Bertaz. conf. 509. num. 10. lib. 2. Roland. conf. 42. num. 15. lib. 3. qui omnes loquuntur in hac eadem materia.

Et quia cum Carabellus fecerit cum appaltatoribus compositionem de soluendo certam summam singulis mensibus, cessat omnis præsumptio fraudis, quæ alias ex omissa denunciatione desumi potuisset in eo, qui ratione quantitatis, & non temporis soluere debuisset; quamobrem succedant regulæ
9 Iuris certissimæ, vt satisfecerit Carabellus edicto, dum idem sequitur effectus ex denunciatione in-

continenti, qui ex denunciatione ex interuallo,
10 Rot.decis.267.num.6. par. 1. diuers. dumque de aequitate canonica semper locus est purgationi morae, quoties ius Partis non est factum deterius, Caputaq.decis.230.numero 3.& 231. in principio, par.2.

Quae eo magis procedunt, quo praetensa edicta, seu
11 capitula discrepant à forma motus proprij super hoc vectigali editi; illi enim nullus inferior à supremo Principe potuit aliquid reformare, vel addere, vt ad litteram inquit textus in l.vectigalia, ff. de public.

ARGVMENTVM.

An & quando concessio dicatur ex causa onerosa.

De onere soluendi stipendia officialibus spectante ad Principem.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio verè dicitur ex causa onerosa, quando Princeps recipit precium aequiualens.*

2 *Concessionis reuocationi non est locus, quãdo Princeps concedens recipit aliquid a concessionario, quod consistat in precio, vel in facto habente commensurationem cum re concessa.*

3 *Murorum Ciuitatis reparatio spectat ad Principem.*

4 *Impensarum onus ad dominum spectat.*

5 *Princeps soluit salaria officialibus de perceptis a subditis.*

6 *Tributa dantur Principi, quia subditos defendere tenetur.*

7 *Militibus sine subditorum sumptibus dãtur a Principe stipendia.*

8 *Expensae, quae occurrunt in exercitio iurisdictionis sunt de emolumentis inde prouenientibus deducendae.*

9 *Exemptio ex causa onerosa obseruanda est.*

CONSILIVM CCCCXLIII.

NOn videtur dubitandum, quin poenarum concessio, de qua agitur, sit ex vero titulo oneroso
1 excepto in Constitutione Sanctissimi; exemptio enim vere dicitur ex causa onerosa, quando Princeps recipit precium aequiualens concessioni, Bald. in l.qui se patris, num.34.C.de bon. poss. vn.lib. per text.in l.si cum mihi, ff de dol.Castr.in l.digna vox num 6.vers & de hoc, C.de legib.Alex.in l.Gallus, §.instituens, num.9.ff.de liber.& posthum. Boss.tit. de Princip.num.153.

Quod autem receptum per Principem aequiualeat concessioni, constat ex lectura eiusdem concessionis, dum illa sit correspectiuè, vt Communitas emolumenta huiusmodi in pro tempore existentis Gubernatoris, Potestatis, Procuratoris Fiscalis, Bargellorum, & aliorum officialium prouisiones, & salaria, ac murorum pontium, viarum, & fluminum reparationem converteret; etenim satis est, quod Princeps occasione concessionis solutionem onerum ad se spectantium in Cõmunitatem transtulerit, quia quando concedens concessio-
2 nis pretextu aliquid à suscipiente consequitur, siue consistat in precio, siue in facto, quod habeat cõmensurationem cum re concessa, nulla ratio patitur, vt reuocationi concessionis sit locus, vt dicunt Bald.d.l.qui se patris, nu.34. ad med. vers.nisi praetextu concessi, Alex.cons.216. num.5. lib.2. Boss.d.tit.de Princ. num.323.Socin. cons.4. nu.4.5. & seq.& cons.87.num.12.lib.3.

Nec hesitandum videtur, quod dictorum onerum solutio, quam perpetuo Cõmunitas suscepit alias ad Principem non spectauerit, quia omissa repa-
3 ratione murorum Ciuitatis, cuius onus ad Principem spectare videtur, quia de Iure tertia pars emolumentorum Fisci huic oneri deputatur in l. splendidissimae, C. de oper.public. & in l.3. C. de diuers.praed.Vrban.lib 11.& hinc est, quod tertia pars vectigalium Communitatibus assignatur in l.fin. C. de vectig. vt inquit Luc. de Pen. in l.hac prudentissima, num.13.vers.quinimmo, C.de quib. mun.nem.lic.excus.lib.10.& omisso etiam simili onere circa vias publicas, pontes, ac flumina, quae cum spectent ad Principem, text.in cap.1. quae sint
4 regal.in vsib.feud.videtur ad ipsum Principem tanquam dominum onus impẽsarum huiusmodi spectare, Plot.cons.65.num.1.Rol.cons.83.num.9. in fin.lib.4.

Satis superque sunt annuae solutiones, quae fiunt pro salarijs Gubernatoris, Potestatis, Fiscalis, & aliorum officialium; cum enim pecunia, quae desuper annuatim necessario, & vniformiter exponitur, aequiualeat, immo excedat emolumenta poenarũ, quae annuatim percipi per Communitatem, vt in facto, consueuerunt, constat, nos versari in casu exceptionis Bulle satis claro, cum in exemptione conferente annuum commodum satis sit, quod correspectiua solutio annuatim correspondeat, ex not. per Socin.d.cons.4.num.6.lib.3.

Nec obstat, quod Princeps non teneatur de suo salaria officialibus praebere, quia cum tributa, ac alia, quae per subditos Principi dantur sint quasi
5 stipendia constituta, vt in Terris iustitiam ministrare teneatur, videtur hoc onus ad ipsum Principem spectare secundum Luc.de Penn.in l.annonas, num.2.C.de erogat.milit.annon.lib.10. vbi ex diuo Hieronymo, & aliis Patrum doctrinis inquit, quod vectigalia tributa, terrenaque stipendia debentur Potestatibus propter administrationem publicae functionis, & quod propterea manifestum est, quod tenetur Princeps de perceptis à subditis magistratibus stipendia exibere.

Et hanc cõclusionem respectu magistratuum ius dicentium videtur probare, textus in auth. vt Iud. sine quoq.suffrag.in princ.col.1.vers.cogitatio, vbi inquit Imperator, quòd Praesides Prouinciarum debent puris vti manibus, & ab omni abstistere acceptione, & illis solis contentos esse, quae à Fisco dantur, text.in auth.de Iudicib. §.si quis autem ad fin.vers.volumus, vbi a mensa Imperij certum salarium Iudicibus constituitur, inquit Imperator, quod magis in hoc elegit Fiscum minuere, & in Ecclesiasticis text.in c.inter caetera, ibi, quibus ipsi cum indiguerint congruè necessaria subministrent.extra de offic.ordin.

Respectu vero Camerae Apostolicae militarium offi-
6 cialium probat text.in d.l.annonas, vbi Luc. de Penna num.2.ait ideo tributa Principi dari, quia subditos tueri, & defensare teneatur, & est text.

in l.2.col.2.propè finem, verſ.magis enim, C.de offic.Præf.Præt.Aphric.vbi diſponitur, quod magis debent Duces, & Tribuni depatata ſibi emolumenta ab Imperatoris largitate ſperare, & ideo
7 militibus ſine ſubditorum ſumptibus ſtipendia per Principem danda eſſe, dicit Bald. inter conſ. feud. diuerſ.conſ.43.num.3.ad quod congruit, quod ex-
8 penſæ rationabiles, quæ occurrunt in exercitio iurisdictionis ſunt de emolumentis inde prouenientibus deducendæ, Anchar.in Clem. ſtatutum, num.3.de elect.

Quamobrem cum idipſum obſeruantia comprobetur, quia Camera Apoſtolica paſſim ſalaria ſoluit Gubernatoribus,bariſellis,& alijs officialibus,quorum opera mulctæ cõfiſcationes, & pœnę vndique proueniunt, conuenire non videtur, vt controuertatur exemptio ab huiuſmodi ſolutione acquiſita, & in cuius poſſeſsione, & ex admiſsione Cameræ, & ab immemorabili Communitas reperitur, Afflict.deciſ.282.numer.7.Grammat.deciſ.65. num.26.& ſeqq. Mohedan.deciſ.6.de priuileg.

ARGVMENTVM.

Fideiuſſor de repræſentando an, & quando teneatur poſt condemnationem Rei in exilium, ſaltem oblato ſaluo cõductu.

SVMMARIVM.

1 *Pœna nomine exactum non reſtituitur.*
2 *Fideiuſſor de repræſentando liberatur, quando poſt præſtitam fideiuſſionem impoſſibilis eſt repræſentatio ob exilium, ſecus verò ſi exilium iniunctum fuerat ante fideiuſſionem.*
3 *Fruſtratoriè nemo præſumitur ſibi proſpicere voluiſſe.*
4 *Ex Actu eodem nunquam procedit ortus, & interitus.*
5 *Saluum conductum poteſt Iudex inferior ex cauſa concedere. Præſertim quando condemnatio ab eo proceſſit, vt num.6.*
7 *Sententiæ, & alia ſtricti iuris ex vi attractiua comprahendunt illud omne, ſine quo effectum ſortiri non poſſunt.*
8 *Fidantiæ oblatio operatur, vt fideiuſſor de repræſentando non excuſetur, niſi ſuperuenerit condemnatio, vel iuſtus timor.*
9 *Fideiuſſor tenetur adhibere diligentiam repræſentandi Reum condemnatum oblata fidantia.*

CONSILIVM CCCCXLIV.

Licet iuſta,& legitima cauſa excuſet etiam à pœna conuentionali, tamen quia nulla concurrit in caſu, de quo agitur, non tenentur Communitas, nec alij officiales reſtituere; quia regula eſt, quòd
1 pœnæ nomine exactum à quocumque nec qui exigit,nec alius cogitur reſtituere,Cuman.conſ.65. ſicut quod in pœnam aufertur nec etiam eſt reſtituendum,Rot.diuerſ.deciſ.115.num.13.verſ.quarto quia,par. 1.

Nec obſtat,quod iuſtitia cauſæ non repræſentationis conſiſteret in impoſſibilitate repræſentandi de Iure ob exilium, ſeu relegationem D. Iordani, pro quo ſolutum repetentes fideiuſſerant.

Quoniam aduertendum eſt, quòd conclusio proce-
2 dit,quando poſt præſtitam iam fideiuſſionem repræſentatio Rei facta eſt impoſſibilis per eius mortem naturalem,vel ciuilem, & in his terminis loquuntur exaduerſo allegati Hier.Lutius inter conſil.crim.diuerſ.163.num.3.& ſeqq.lib.1.& Farinac. quæſt.34.num.48.& ſeqq.

Sed quando ante præſtitam fideiuſsionem iam Reo exilium iniunctum fuerat, & nihilominus fideiuſſores eum repræſentare promittunt, tunc exceptio exilij antecedentis nihil prodeſt ad euitandam pœnam,quia,vt inquit textus in l. ſed & ſi quis, §. illud ſciendum, ff. ſi quis caut. capitis Reus in ea cauſa eſt,vt exceptione vti non poſsit, niſi ita demum ſit damnatus, quod intelligunt ibi communiter Doctores,quando damnatio poſt præſtitam fideiuſsionem ipſam ſuperuenit, vt poſt plurimos, quos allegat teſtatur idem Farin.d.quæſt.34. n.59. iuncto etiam num.79.

Idque manifeſtum videtur, quia quando poſt iniunctum iam exilium fideiuſſor obligat ſe ad repræſentandum relegatum, ceſſant omnes eæ rationes,quibus alias fideiuſſor iuuari ſolet; remanet enim eadem cauſa,quæ fideiuſsionis tempore fuerat, ſtatus rei non mutatur, & nulla ſuperuenit repræſentandi difficultas, adeout merito fideiuſſor ab vſu exceptionis iam præuiſæ repellatur,ad tex. in l.ſi quis domum. §.1.ff.locat.

Cæterum tollitur omnis difficultas in hoc caſu, quia vno, eodemq.contextu Sacra Conſulta Reo exilium iniunxit ſub onere ſe repræſentandi ad omne mandatum,fideiuſſione adhuc præſtita;cum enim
3 nullo modo intelligendum ſit, quod Sacra Conſulta fruſtra ſibi reſpectu huius fideiuſſionis proſpicere voluerit, l.fin.ff.ſi cert petat.Iaſ. conſ.84. nu. 18.lib.3.Soc.iun.conſ.94 numer.21.lib.3.ſequitur, quod dum propterea orta fuit ad repræſentandum actio reſpectu præciſæ ad hoc obligationis, impoſſibile ſit, quod ex eadem diſpoſitione oriatur etiã exceptio, & liberatio reſpectu exilij, cum ex eo-
4 dem actu nunquam procedat ortus, & interitus, l.qui hominem, §.fin.ff.de ſolut.glo.penult.in cap. ſi quis in ægritudine,57.diſt.& in c.maiores, §. ſed adhuc, de baptiſm. Bero. conſil. 164. numero 19. lib.1.

Licet autem ſtantibus præmiſsis non opus fuerit aliquo ſaluo conductu in hoc caſu, tamen ex illius etiam oblatione ceſſant dubia, & omiſſa ea quæſtione,an inferior poſsit bannitis, vel exulibus fidantiam concedere, in qua communis videtur,
5 quod ex cauſa poſſint, nempè, vt compareant ad effectum delicti cognitionis,Bart.in l. is,qui Reus, num.12.ff.de public. iudic. præſertim quando ban-
6 num ab eodem inferiore proceſsit,vt hoc caſu,quo reincidentia erat in bannum ab eodem Gubernatore promulgatum,Afflict.deciſ.4.n.4.ad fin.& Farin.quæſt.29.num.88. Clar.in pract.crim. quęſt.32. num.14.

Satis eſt nobis,quòd Gubernator antequam fideiuſſores condemnauerit, Sacram Conſultam conſuluerit; cum enim quicquid exaduerſo dicatur reſpectu articuli fideiuſsionis de ſe repræſentando reſponſum receperit,quòd ad vlteriora procederet,licet forſan reſpectu articuli exilij non ſeruari ſu-

ſuperſedendum foret,non videtur dubitandum, quia ex huiuſmodi ordine videatur etiam Gubernatori attributa facultas etiam authoritate Sacræ Conſultæ ſaluum conductum concedendi, quatenus ille pro proceſſu ad vlteriora neceſſarius fuiſſet.tum quia certa eſt regula,quòd ſententia, & alia,quæ ſunt ſtricti iuris ex vi attractiua indiſtin-
7 ctè compræhendunt illud omne,ſine quo effectum ſortiri non poſſent, Angel.conſ.257.num.6.ad med. verſ.contrarium dico verum, Rot.diuerſ.dec.450. num.1.par.1.& deciſ.986.par.3.

Et quamuis dubitent Doctores, an Reus huiuſmodi
8 fidantijs credere teneatur, tamen quando authoritate Principis conceduntur, & poſt præſtitam fideiuſſionem non ſuperuenit condemnatio,vel iuſtus timor,ex nouo ſuperueniente delicto,non excuſantur fideiuſſores, vt colligitur ex notat. per eoſdem,qui aliàs contrarium tenent Gabr. conſil. 181.num.22.& ſeq.lib.1.Horat.Lut.conſ.167.num. 7.10.& ſeq.inter conſ.crim.lib.1.Eugen.conſ.67.n. 13.& ſeq.Farin.quæſt.34.num.79. Hond. conſ.111. num.61.& ſeqq.lib.1.

Nec obſtat,quòd oblatio ſalui conductus fuerit ver-
9 balis,quia cum non conſtet fideiuſſores aliquam feciſſe inſtantiam de illum realiter habendo, minuſque diligentiam aliquam adhibuerint, vt Reus ſe repræſentaret,ſola illa oblatio ſufficiens erat, vt fideiuſſores ad ſolutam pœnam tenerentur, vt in terminis admittit hoc caſu Gabr.d.conſ.181. n.24. lib.1.& Mantic.tract,de tacit.& ambig.conuen. lib. 16.tit.20.num.16.

ARGVMENTVM.

An conſtitutio Clementis VIII. contra Barones ſuffragetur creditoribus mariti, cui bona iuriſdictionalia conſignata fuerant pro fundo dotali:

SVMMARIVM.

1 *Dotales res non ſunt mariti niſi quoad adminiſtrationem, & fructuum commoditatem.*
2 *Dominium rerum dotalium cum effectu, & re ipſa eſt vxoris conſtante matrimonio, & maritus ex iuris ſubtilitate, & ſine re efficitur dominus.*
3 *Dominium rerum dotalium, quod prætenditur eſſe viri, dicitur fictitium, & imaginarium.*
4 *Actus reſoluti iudicandi ſunt, ac ſi nunquam geſti fuerint.*

CONSILIVM CCCCXLV.

QVamuis eſt Conſtitutione ſa: me: Clementis VIII. in nouo Bullario 41.tom.3.fol.55.ſub §. 9.diſponatur, ſatis eſſe, & ſufficere, quod Barones, & Domicelli, qui debita contraxerunt dicta bona quouis titulo, & modo tenuerint, & poſſederint, ſeu quod ipſi Barones, & Domicelli ſimili modo illa teneant, & poſſideant.

Attamen in caſu, de quo quæritur,nullatenus videtur locum eſſe poſſe expeditioni Commiſſarij ad inſtantiam prætenſorum creditorum D.Don Fabij pro capienda poſſeſſione bonorum,ac rerum prius hypothecatarum ad fauorem D. Mariæ Magdalenæ relictæ eius vxoris,ac D.Druſillę filiæ,quoniam applicatio dicti §. 9. huic caſui prorſus deficit ex duplici capite.

Altero,quia Don Fabius præfatus,dum vixit,ex Caſtro ſibi pro dote dictæ D.Mariæ Magdalenæ in æſtimationem tradito cum expreſſa conuentione, quòd fundus dotalis eſſet, & matrimonio ſoluto, idem Caſtrum eſſet reſtituendum nedum minime Baro,aut Domicellus fuit conſtitutus, nec ipſum Caſtrum iure veri dominij tenuiſſe, & poſſediſſe dicitur,ſed duntaxat ratione commoditatis percipiendi illius fructus,durante matrimonio;ſiquidem controuerſa admodum illa quæſtio, an conſtante matrimonio res dotales cenſeantur eſſe, ac detineri iure dominij ipſius viri,vel potius vxoris, concordi,ac communi conciliatione diffinitur, vt
1 neutiquam ſit mariti, niſi ſolum quoad adminiſtrationem,& fructuum commoditatem, non autem quoad res ipſas,atque ideò ratione diuerſitatis huiuſmodi reſpectus conciliantur leges,quę pro vna,& altera opinione adducuntur, Caſtil.de vſufr. cap.4.num.7.35.& pluribus ſeqq. vbi etiam nu.43. referens, ac ſequens Cuiacium ita illum intelligẽdo ad titulum Codicis de iure dotium, ſcilicet tomo 3. fol. mihi 486. hanc diſtinctionem amplecti-
2 tur,quod dominium cum effectu,& re ipſa ſit vxoris,dum conſtat,matrimonium, & maritus ex iuris ſubtilitate,& ſine re per dotis conſtitutionem dominus efficiatur, Barboſ.in l.dotalem, 62.num. 8.verſ.ex his igitur,vbi etiam num.9.ex Diuo Thoma in 4.diſtinct.34.queſtione 4. in reſponſione ad primam quæſtionem inquit, quòd dos aſſignatur marito ad vſum, & ius adminiſtrandi; proprietas vero, & dominium remanet penes vxorem attento iure naturali, & licet ſubiungat aliud quoad ius ciuile, admittit tamen, quoad effectus naturales dominium apud vxorem remanere quoad aliquos effectus, & præcipuè expreſſos in l.in rebus 30.C.de iur.dot.cumque in hoc textu præferuetur vxori tam ius hypothecæ, quam rei vendicatio ob ſpecificam rationem, quòd in rebus dotalibus tanquam ipſius vxoris proprijs illa alijs creditoribus præferatur, vtique exinde ſatis patet, quod nec dominium, nec detentio poteſt eſſe mariti in vxoris præiudicium.

Et eiuſdem quoque ſenſus eſt Fontanella, dum pro-
3 bat dominium, quod prætenditur eſſe viri rerum dotalium, eſſe fictitium, & imaginarium de pact. nupt.clauſ.6.par.1.glo.1. num.15.& ſeqq.& num. 27.maritum habere ſolum ius adminiſtrandi, & percipiendi fructus, concluſiue in hac diſtinctione reſidet,num.32.verſ.ego tamen.

Altero autem ex capite, quia qualecumque ius, & qualiſcumque detentio fuerit dicti Don Fabij in dicto Caſtro dotali, ea ex cauſa, & iure de præterito alijs competente ante dictum contractum matrimonium, immo etiam ante contracta debita, de quibus agitur, fuerat reſolutum, vt liquet ex Rotæ deciſionibus ſuper eodem Caſtro 183.&
4 & 263.ac 284.& 304.par.6. recent. quamobrem actus reſoluti iudicandi ſunt, ac ſi nunquam geſti fuerint, l. Iulianus,§.1.ff. de veſtr.oblig. Aym.conſ. 202. num.28. Menoch.conſ.26.num.4. & plurimis comprobat Giurba deciſ.24.numer.11.

ARGVMENTVM.

Indultum testandi de fructibus beneficiorum inexactis an, & quando censeatur derogare Constitutioni san. me. Vrbani VIII reuocatoriæ huiusmodi facultatum.

SVMMARIVM.

1 *Indultu testandi seruandum est, præsertim facta dispositione ad pios vsus.*
2 *Expressum dicitur, quod voce profertur, vel quoad per scripturam apparet ad oculum.*
3 *Ex Verbis dicitur quicquid ex mente est necessario inclusum in verbis.*
4 *Expressum dicitur, quod virtualiter de necessitate infertur ex verbis.*
5 *Ex Derogatione declaratur mens disponentis.*
6 *Supplicatio ratione modestiæ, et reuerentiæ non praiudicat.*

CONSILIVM CCCCXLVI.

QVamuis in Constitutione sa. me. Vrbani VIII. edita 5. Aprilis 1628. in §. 5. 6. & 7. & aliis facultates testandi, disponendi, & ab intestato succedendi de, & in fructibus beneficioru in inexactis tã per alios Prædecessores, quàm per se concessæ, & emanatæ, & in futurum etiam à successoribus emanandæ expresse reuocentur, & in §. 8. vlterius decernatur ex quibuscumque concessionibus, dispositionibus, indultis, facultatibus, & gratijs tam per Prædecessores, quam per se, ac quoscumque successores nunquam censeri in aliquo præiudicatũ, nec derogatum, nisi in earum qualibet fuerit expresse, & dispositiuè, non autem per clausulas generales idem importantes, & seu euentualiter dictæ Constitutioni derogatum, prout in eadem Cõstitutione 80. in Bullario par. 4. fol 394. & seq.

Attamen in casu, de quo agitur, de huiusmodi sufficienti derogatione liquet, itaut pensiones, & fructus inexacti, de quibus Emmentissimus D. Cardinalis Sancti Honuphrij disposuit, nullatenus sequestrari potuerint, & sequestrum illorum proindè sit reuocandum fauore Sacræ Congregationis de propaganda fide hæredis, & successoris d. D. Cardinalis ex testamento.

Etenim tam in dicto testamento idem D. Cardinalis declarauit expresse se vti facultate sibi tributa testandi, & disponendi per Breue eiusdem sa. me. Vrbani sub data 23. Iulij 1640. quam etiam in codicillis vigore pariter eiusdem facultatis etiam quoad pensiones, & fructus inexactos, in quibus dictam Sacram Congregationem succedere voluit.

In dicto verò indulto testandi, & disponendi non solum legitur explicita facultas de pensionibus, & fructibus tam debitis, quam debendis, ac nondum exactis, etiam si a solo nondum fuerint separati, sed pendentes, ac omninò immaturi, & siue naturales, siue industriales, seu affictus pro bonis locatis, seu arrendatis, etiam si eorum solutionum terminus tunc nondum euenerit cum expressa vlteriori dispositione, quod fructus, & pensiones prædictæ debeantur suis hæredibus legatarijs, & donatarijs, nõ autem suis in Ecclesijs, monasterijs, & beneficijs successoribus, vel Cameræ Apostolicæ, iuxta piæ me. Iulij III. & illius declaratorias ab ipso Iulio, & alijs Pontificibus emanatas, & in Cancellaria Apostolica publicatas Constitutiones.

Sed insuper in eodem indulto, & testandi facultate legitur derogatio expressa tam Iulij III. ac Pij IV. Constitutionibus quibuscumque Prædecessorum contrarijs, etiam regulæ de iure quæsito non tollendo, quam per eumdemmet Vrbanum editis, concessis, confirmatis, approbatis, & innouatis.

Neque enim probabiliter dubitari potest, quin propterea præfatę Constitutioni Vrbani fuerit expresse, & dispositiuè derogatum, dum pensiones, & fructus beneficiorum inexacti specificè in dicto indulto compræhenduntur, prout specificè derogat etiam contrariis dispositionibus per se editis, adeout nihil impediat quin omnino sit seruandum,
1 concurrente præcipue ratione; quod piæ me. DD. Cardinalis indulto solum vsus fuit ad pios vsus, Couar. in c. cum in officiis, nu. 7. de testam. Decian. cons. 80. num. 13. post med. vers. verum tollitur omnis difficultas, lib. 4. Bursatt. cons. 178. il primo, incip. Iulius Tertius Pontifex, num. 2. ad med. vers. attamen in contrarium, lib. 2. Honded. cons. 85. nu. 21. lib. 2.

Quod autem mentio, quæ legitur in præfato indulto de pensionibus, & fructibus beneficiorum inexactis iudicari non possit, nisi expressa, & dispositiua, itaut, & derogatio expressa per Vrbanum propriis dispositionibus, & Constitutionibus contrariis sit pariter propterea expressa dispositiue, apertissime liquet, quoniam hæc expressio non apparet posita persuasiue, vel desumpta intelle-
2 ctualiter per rationem, sed ex ipsis verbis oculariter; expressum namque dicitur, quod voce profertur, vel quod per scripturam apparet ad oculum, vt firmat Bald. in l. sed & si quis cautionibus, loquente scilicet calamo, vt per eumdem Bald. in c. fin. num. 23. de consuetud.

Et præsertim cum in hoc concurrat mens desumpta
3 ex dictis verbis Pontificis ad fauorem germani, & pij fratris; nam quicquid ex mente est necessariò inclusum in verbis dicitur ex verbis, & hæc est directa dispositiua, vt etiam firmat Angel. in l. Pretor ait, 20. §. 1. incip. interdictum, num. 1. ff. de oper. nou. nunc.

Quinimmo etiam ea, quę veniunt ex verbis expressis
4 virtualiter censentur expressa, quando, vt hic de necessitate inferuntur, vt per Felin. in c. translato, 3. num. 5. de Constit.

Accedente preterea, quòd sola derogatio dictę Con-
5 stitutioni Iulij Tertij, regalis Cancellarię Apostolicę, aliisque relatis in facto cum explicita quoque dispositione, quòd pensiones, ac fructus etiam inexacti tanquam spolia ad ipsum Vrbanum, ac Sedem, & Cameram Apostolicam spectare, & pertinere non possent, & insuper specifica derogatio Constitutionibus, & dispositionibus ipsiusmet Vrbani sufficienter demonstrat qualitatem compręhensionis casus, de quo agitur, Seraph. decis. 1321. n. 5. vers. nam quòd Papa intellexerit.

Neque obstat, quod idem D. Cardinalis in codicillis tertio loco conditis Sanctissimo D. N. supplicauerit pro donatione, & condonatione ad fauorem dictę Sacrę Congregationis de propaganda fi-

pensionum, & fructuum inexactorum sub spe certa gratiam hanc consequendi, habita ratione conditionis, & qualitatis dictę suę heredis; quoniam
6 minimè propterea argui potest, quòd pro huiusmodi gratia supplicando agnouerit, indultum sibi concessum haud suffragari, cum id supplicatum censendum sit ex qualitate modestię, & reuerentię Summum Pontificem supplicantis, vt in supplicatione pro gratia eius, quod erat iustum in supplicatione porrecta Papę Leoni X. iudicauit Rot. decis. 640. num. 30. post vers. quartò respondetur, vers. ab eiusdem Leonis liberalitate recognoscere, par. 1. diu.

ARGVMENTVM.

An, & quando clausulis derogatoriis derogatoriarum in subsequenti dispositione derogatum censeatur.

SVMMARIVM.

1 *Clausulæ derogatoriæ derogatoriarum censentur sublatæ per clausulam, videlicet, etiamsi de illis, eorumque tenoribus specialis, indiuidua, et de verbo ad verbum mentio habenda esset.*
2 *Clausulæ dorogatorię derogatoriarum tolluntur per clausulam, quorum tenores. Quemadmodum etiam per clausulam, pro expressis, vt numer. 3.*
4 *Clausula, vt quoties reuocatio emanasset, toties dispositio in pristinum, et validum statum restituta censeatur, non tollitur per subsequentes clausulas derogatorias, nisi de illa sit facta mentio.*
5 *Clausula, quorum tenores, non operatur indiuiduam mentionem, quando non fuit facta aliqua mentio de illo, de cuius derogatione tractatur.*
6 *Derogationes sunt stricti iuris.*
7 *Derogatum non plus intelligitur quam de necessitate ex verbis resultet.*

CONSILIVM CCCCXLVII.

Stante tenore Breuis fæl. record. Pij Quinti per fęl. record. Sixtum V. in forma Rationi congruit expediti, & approbati, quo tolluntur exemptiones præiudiciales communi ærario Sacræ Religionis Hierosolymitanæ cum amplissimis clausulis, quibus derogatur etiam futuris derogationibus, & disponitur, quod quoties illæ emanauerint, toties in pristinum, & validissimum statum restitueretur; & plenarie reintegratum, ac de nouo etiam sub quacumque data per Magistrum, & Conuentum benè visa toties quoties opus esset concessum esse censeatur.

Non obstantibus derogationibus, de quibus in Bulla fæl. record. Vrbani VIII. prouisionis prioratus Vrbis 13. Kalen. Octobris 1635. pro veritate sentio, per illas minimè sufficienter derogatum fuisse præfato Breui Sixti V. quamuis enim in dicta Bulla Vr-
1 bani VIII. derogationes derogatoriarũ tollãtur per clausulas, etiamsi de illis, eorumque tenoribus specialis indiuidua, ac verbo ad verbum nihil penitus omisso mentio, & insertio fuisset facienda. Rot. decis. 87. num. 4. par. 2. rec. Gregor. decis. 106. n. 10. ibique Addentes nu. 14. ex cons. Butrij 2. & 49. cum aliis plenissimè per Rotam in Causa Abbatiæ Pomposæ decis. 630. numer. 46. vers. & quamuis, & num. 47. & seq. tom. 3. par. 4. recent.

Eademque conclusio recipiatur, vt derogatoriæ de-
2 rogatoriarum sublatę censeantur per clausulam, quorum tenores, quia ex ea etiam clausulæ amplissimæ derogatoriæ ad futuram gratiam tolluntur. Rot. d. decis. 87. num. 4. par. 2. & decis. 607. nu. 2.
3 in princ. cum vers. quia fuit responsum. par. 3. recent. quemadmodũ etiam ex clausula pro expressis. Rot. ead. decis. 87. numer. 4. par. 2. recent. Greg. d. decis. 109. num. 10.

Attamen secus est, stante clausula præfata, quæ cla-
4 rissimis verbis legitur in dicto Breui Pij Quinti per Sixtum Quintum, vt præfertur expedito, & in omnibus eius partibus approbato, vt quoties illius reuocationes, & modificationes emanassent, toties in pristinum, & validum statum restitueretur, ac reponeretur, ac sub posteriore data esse intelligatur, Gonzal ad regul. 8. glo. 36. num. 88. pro quo Seraph. decis. 1271. num. 3. huiusmodi namque decretum, præsertim sub derogatione regulæ de iure quæsito non tollendo, est tantæ efficaciæ, vt per subsequentes derogationes non censeatur illi pręiudicatum, cum de eo non fuerit facta sufficiens mentio, Rota pluribus comprobans authoritatibus apud Seraph. d. decis. 1271. num. 3. in princ. & in vers. quod decretum est tantæ efficacię.

Quamobrem neque etiam clausula, quorum teno-
5 res, operatur expressam, & indiuiduam mentionem, iuxta cons. 2. Butrij, quando non fuit facta aliqua mentio de illo, de cuius derogatione tractatur, vt per Caputaq. decis. 121. num. 1. par. 1. quam in his terminis dictæ scilicet clausulæ, vt quoties illius reuocationes, & modificationes emanassent, toties in pristinum, & validum statum restitueretur, intelligit quoque Rota in hoc sensu d. decis. 607. num. 2. ante finem, vers. pręterea fuit etiam part. 3. recent. siquidem dum firmat, in suo casu additam fuisse indiuiduam mentionem dictæ clausulæ, vt toties quoties, &c. apertissimè sentit ex omissione additionis dictę clausulæ contrarium iudicandum.

Idque ratio euidens demonstrat, quod derogationes
6 sunt stricti iuris, Gemin. cons. 35. num. 2. Duran. decis. 48. num. 17.

Ideoque tantum, & non plus intelligitur derogatum,
7 quantum de necessitate ex verbis resultat, Duran. d. decis. 48. numero 18. Rota decisione 23. num 19. & 20. par. 5. & decis. 347. num. 6. tom. 2. par. 4. recentior.

ARGVMENTVM.

An, & quando sit locus deputationi Vicarij Apostolici.

SVMMARIVM.

1 *Vicarii Apostolici deputatio ex causa conceditur.*
2 *Exitus acta probat.*
3 *Vicarius Episcopi recusari potest, quando Episcopus est suspectus. Et num. 6.*
4 *Episcopi, et Vicarij idem est tribunal.*
5 *Vicarij factum reputatur factum Episcopi.*

7 Vi-

Vicarij iurisdictio extinguitur per captiuitatem Episcopi, vel relegationem, vel aliam similem Episcopi abdicationem.

CONSILIVM CCCCXLVIII.

Deputandus est in casu, de quo agitur, alius Vicarius Apostolicus; cum enim stantibus deductis in facto negari non possit, quin inter Ciuitatem, eiusque Episcopum plures notabiles ex notabili interesse eiusdem Ciuitatis diù ortæ fuerint, ac etiam ad præsens pendeant controuersiæ, & dissentiones, non solum illę sicut hactenus causam iustam præbuerunt deputandi Vicarios Apostolicos,
1 ita etiam præbant de presenti, quemadmodum ex causa eorum deputatio absque dubio conceditur, vt per Iacob. Sbrozzium, qui plures etiam deputationes eiusmodi in pluribus Ciuitatibus refert, tract. de Vicario Episcopi, quæst. 64. numero 6. lib. 2.

Et præsertim, quia non solum qualitas eorum, qui Vicarij Apostolici deputati fuere, & eorum, quos
2 deputauit Episcopus, & exitus gestorum ab eis hoc ipsum comprobarunt, Bald. consil. 136. num. 2. lib. 2.

Sed ex veriori, & magis recepta conclusione Vicarij
3 Episcopi, quādo Episcopus vti suspectus recusatur, possent quoque recusari, quamuis causæ suspicionis in ipsis personis Vicariorum non applicentur, sic namque probatur ex c. insinuante, de offic. deleg. ex c. visis, 16. quæst. 2.

Et nedum ex authoritatibus longè contrarias superantibus, & præcipuè Innoc. in d. c. insinuante, nu. 1. ibique Abb. num. 2. & 3. & Felino num. 1. de offic. deleg. Franc. in c. si contra, num. 6. eod. tit. Rebuff. in praxi benef. in forma Vicarij Archiepiscopi, nu. 190. cum alijs plurimis relatis per Sbrozz. de offic. Vicarij, quæst. 14. num. 4. & seq. lib. 3. ac Gutier. canonic. quæst. lib. 1. cap. 1. num. 86. Bobadill. in sua politica, lib. 1. cap. 12. num. 3. Barbos. tract. de Episc. par. 3. alleg. 54. num. 149. & Io: Narbon. tractat. de appellat. à Vicario ad Episcop. num. 132. & seqq. par. 1.

Verum ex rationibus vrgentissimis, quia Episcopi, &
4 Vicarij idem est tribunal ex c. 2. de consuetud. lib. 6. & c. Romana, de appellat. & sententia, ac factum
5 Vicarij factum Episcopi reputatur, Felin. d. c. si quis contra, num. 5. de for. compet. Sbrozz. de offic. Vicar. quæst. 6. num. 12. lib. 3. Narbon. de appell. à Vicario ad Episc. d. par. 1. num. 2. 161 & seq.

Quinimmo ex ratione prorsus huius opinionis veri-
6 tatem conuincente, quia cum Vicarius Episcopū, à quo sit electus, & deputatus, timere debeat, quod illum pro libito reuocare possit, censendus est obsequii, & remotionis timore in suspecti Episcopi placitum facile trahi posse, atque ideo iusta Episcopi suspicio recusationi Vicarij legitimam causam præbeat, vt aduertit Rip. in c. 1. num. 44. de iudic. & Rebuff. in pract. benef. in forma Vicarij Archiepiscopi, d. num. 190. Surd. cons. 50. num. 35. lib. 1. sequitur Narbon. d. tract. de appell. à Vicar. ad Episcop. par. 1. numero 34. ante med. vers. vndè cum Vicarius.

Accedente insuper, quod in facto supponitur, ex pluribus iniustis grauaminibus talibus à Superioribus Vrbis detectis suspensam ipsi Episcopo fuisse residentiam, nam non solum per captiuitatem Episcopi, ex c. si Episcopus, 3. de supplend. neglig. Prælat. in 6. sed etiam per translationem, & relegationem vel per aliam similem Episcopi abdicationem, Vicariorum illorum iurisdictiones extinguuntur, Sbrozz. de offic. Vicar. lib. 3. quæst. 42. per tot. Barbos. de Episc. d. par. 3. alleg. 54. numer. 154. Narbon. eod. tract. de appellat. à Vicar. ad Episcop. pat. 1. numero 160.

ARGVMENTVM.

An, & quando Statutis Communitatum præferenda sint Statuta loci dominantis.

SVMMARIVM.

1 *Statuta Ciuitatis, et loci dominantis sunt seruanda.*
2 *Statuta Vrbis vti condita à deputatis a Papa dicũtur Papalia.*
3 *Statuta Communitatum non attenduntur, quando carent confirmatione Apostolica.*
4 *Statuta Baronum cedere debent Statutis Papalibus.*
5 *Consuetudo in primis est seruanda, quo ad contributiones, et exactionem taxarum, et collectarum.*

CONSILIVM CCCCXLIX.

Conclusio est in Iure recepta, quòd Statuta Ciuitatis, & loci dominantis sunt seruanda, Paul. de
1 Castro cons. 139. num. 3. post med. lib. 2. Socin. cons. 271. num. 2. lib. 2. Menoch. cons. 165. num. 7. lib. 2. Seraph. decis. 1161. num. 2.

Cum igitur in casu, de quo agitur, extet Statutum Vrbis cap. 56. lib. 3. de Ciuium Romanorum immunitate, in quo in verbis disponitur, quòd Ciues Romani habentes possessiones, terras, domos, seu casalia in territorijs, seu tenimentis alicuius Ciuitatis, Oppidi, vel Castri de Vrbis districtu liberi sint, & immunes ab omni datio, collecta, & impositione, quæ fierent per dictas Ciuitates, & loca, nec ad contribuendum directè, vel indirectè cogi possint.

Ac in eodem Statuto cap. 60. lib. 3. caueatur expressè quod Communitates, & homines Ciuitatum, Oppidorum, Castrorum, & Villarum districtus Vrbis, & illorum Domini teneantur vias publicas, quæ per eorum territoria, siue tenimenta pertranseunt ita, & taliter aptare, & sternere, vt per illas euntes, & transeuntes non solum sine periculo, sed etiam commodè ire, agere, & transire possent, non videtur probabiliter dubitari posse, quin hæc Statuta sint præferenda etiam statutis particularibus difformibus, quæ in locis prædictis existerent, tum quia Statuta Vrbis non solum fuerunt ex certa scientia, & decreto irritante, ac clausula sublata
2 confirmata, sed etiam quia eadem Statuta fuerant condita à deputatis à Papa, quæ propterea Statuta Papalia, & consequutiuè etiam ab hac SCongregatione Viarum attendenda, Rot. decis. 452. num. 1. par. 1. diuers.

Eoque magis, quia, aut realiter in dictis locis districtus Vrbis Statuta contraria, aut difformia non extant, & tunc nihil impedit, quin Statuta Vrbis prædicta sint seruanda.

Aut extant, & tunc aut sunt Statuta Communitatū immediate subiectorum dd. locorum sine confirmatione Apostolica derogante Statutis Vrbis,
3 & tunc attendi nullatenus possunt cum careant potestate statuta sine huiusmodi confirmatione condendi, Seraphin.decis.1004.num.8.Rot. decis. 790.num.1.par.1.diuers.

Aut statuta sunt condita à Baronibus, & Dominis
4 locorum intra Vrbis districtum, & tanquam condita ab inferioribus cedere debent Statutis Papalibus,ex c.cum inferior 16.de maior.& obed.

Cessareque videtur hoc casu dubitatio quæcumque
5 ex particulari obseruantia, & consuetudine deducta in facto quoad viam, de qua quæritur, quoniam quoad contributiones, & exactionem taxarum, & collectarum, in primis consuetudo est seruanda,textus est in l.missi opinatores, vbi Bart. & alij, C.de exact.trib.lib.10. Bart. in l.1.C.de auro coronario,lib.11. Peregrin.conf.100. numer.12. lib.1.

ARGVMENTVM.

An, & quando clericus, et Ecclesiasticis personis permittatur negociatio lucratiua.

SVMMARIVM.

1 *Negociatio prohibetur clericis, quando per se ipsos negociantur, secus quando per alios ad lucrum licitum, et honestum.*
2 *Clerici, vel monachi exercere possunt negociationem dando pecunias mercatori in exercitio iusto.*
3 *Clericus excusatur a negociatione in casu, in quo continuat societatem initam a patre, et præsertim, quando ex necessitate præambuli paterni cōtractus pecunias non potest in alium vsum conuertere.*
4 *A Negociatione excusatur clericus ex circumstantia respectu ineundæ societatis. Et in casu, in quo negociatio a clerico fit per accidens, vt num.5.*
6 *Consuetudo communis, et publica excusat clericū a negociatione.*

CONSILIVM CCCCL.

SVpposito,quòd in Monte Sancti Georgij Ciuitatis Ianuæ existant iuxtà leges,ordines,& Statuta capitulata pro eiusdem Montis gubernio,& administratione eorum respectu, qui cum Monte contrahunt duo modi ponendi in eodem pecunias,alter ratione simplicis depositi,cuius occasione nullus percipitur fructus, & alter ad effectum ineundi societatem cum Monte, ex quo percipitur annuus fructus societati proportionatus respectu vtilium,quæ in ea fieri dicuntur non videtur iure dubitandum, quin secundus hic modus licitus quoque sit clericis etiam in sacris, & beneficiatis,ac Religiosis,aut locis pijs; quamuis enim
1 negociatio lucratiua absque dubio sit prohibita, tamen hæc prohibitio non est indistinctè intelligenda.sed quando negociantur per se ipsos personaliter solius lucri cupiditate,iuxtà Clemen.1.in verb.publicè,& personaliter,de vita,& honest.cleric.secus verò,quando negociantur ad honestum finem lucri,quamuis temporalis,ac dummodo lucrum sit licitum,& honestum,ac per alios coniunctos famulos, vel amicos, Medina de rebus restituendis,quæst.30.incip.præterea in negociationibus, §. 2. vers. hæc tamen non obstant,& vers.facit præterea,fol.mihi 224.& seq.Rebell.de obligat.iustitiæ,lib.9.quæst.vlt.sect.1.num.3.vers.tamen si ad finem honestum ordinetur,scilicet, vt ipse exemplificat,vt per lucrum acquisitum pauperes iuuētur,aut status clerici honestè conseruetur, & sect. 2.num.8 Lessius lib.2.cap.21.dubit.1.num.6. vers. quarto non esse peccatum,fol.mihi 674.& 675.Azor.instit.moral.par.2.lib.7.cap.15.incip.adnotandum,ante finem,vers.secundò quæritur an liceat beneficiato.

Atque hinc possunt clerici, vel monachi exercere
2 negociationem, dando pecunias mercatori in exercitio iusto,Tabiena in verb. emptio, num.mihi 17.vbi quòd de hoc fuit sæpè interrogatus, & respondit,quòd sic,quia non reperitur prohibitum, nisi in sua persona,& Armilla eod. verb.emptio, n. 28.Rebell.de oblig.iust.d.lib.9.quæst.vltima,sect.2. num.8.Azor.d.par.2.lib.7.cap.15. ante finem, vers. secundò quęritur,an liceat beneficiato,vbi etiam, quòd possunt cum amico societatem inire,vbi solus laicus negocietur.

Nullaque videtur probabilis difficultas, quando per
3 accidens circumstantia aliqua clericum excuset, quemadmodum est in casu, in quo continuat societatem initam à patre respectu eius patrimonij, & absque vllo scrupulo, quando pecunias in societate à patre positas ex necessitate præambuli paterni contractus non potest in alium vsum conuertere,Lessius de iustit.& iure d.lib.2.cap.21. num.6. in fine,Azor.vbi supra,post d. vers. secundo quæritur,ver.habet ex patrimonio pecunias; & concur-
4 rente circumstantia, quæ excuset etiam respectu ineundæ societatis,Molin.de contr.disput.342.nu.
5 10.per tot & in casu, in quo negociatio à clerico fit per accidens,Valer.Reginald.in prax.for.pœnit. lib.25.cap.21.num.325.vers.quinta.

Et præsertim suppositа consuetudine, quod clerici
6 Religiosi,& loca pia passim,ac publicè, & palam pecunias dicto secundo modo in dicto Monte retineant,Rota decis.10.num.6. post Modern. Perus. de censibus.

ARGVMENTVM.

Particularis administrator an, & quando teneatur de neglectis,& omissis.

SVMMARIVM.

1 *Officium differt ab exercitio ad effectum reddendi rationem.*
2 *Mandatum facultatiuum exigendi non imponit necessitatem.*
3 *Exigens non tenetur reddere rationem, nisi de peruentis ad eius manus, quando officium exactoris principaliter ad alium spectat.*
4 *Administrator vniuersalis, vel generalis tenetur de neglectis,et omissis,non autem voluntarius administrator particularis, nisi aliquibus concurren-*

ventibus requisitis.

5 *Administrator voluntarius pro commodo alterius absque præcisa obligatione non tenetur de neglectis.*

6 *De Neglectis non tenetur administrator, nisi probata realitate debiti, et exigibilitate.*

CONSILIVM CCCCLI.

PRætenditur D. secretarium fuisse à Societate anno 1607. deputatum ad duo officia, officium scilicet secretarij, de quo in Statutis eiusdem Societatis cap. 9. & officium procuratoris, de quo cap. 12. sed nullo probabili iure videtur vexari posse pro prætensa neglecta exactione dotium deuolutarum, quia cum in d. cap. 9. descriptæ sint obligationes, ac onera annexa officio secretarij, inter quæ onus exactionis dotium deuolutarum nullatenus legitur, in dicto verò cap. 12. nec etiam officio procuratoris onus aliquod dictæ exactionis legatur ascriptum, vtique consequentia remanet certa, quòd ratione duplicis officij prædicti nullam teneatur de prætensis dotibus deuolutis rationem reddere, minusque de alijs quibuscumque, si quæ extra dicta officia aduersus ipsum prætenduntur, sed solum de ijs, quæ probantur extra officia prædicta voluntariè fuisse per ipsum administrata; quia
1 differt exercitium officij ab ipso officio ad effectum ipsum, itaut ex consequentia offici suscepti suscipiens teneatur, vt per Rot. decis. 690. num. 1. par. 3. recent.

Nec obstat, quod mandatum procuræ fuerit ad lites, cum facultate exigendi; procurator autem suscipiens mandatum teneatur implere, vel docere de diligentijs, & impossibilitate exigendi, tum quia, præterquam quod mandatum fuit susceptum ad
2 lites, non autem ad exigendum, ex quo mandatum principaliter fuit constitutum ad lites, & exactio posita in facultate, & consequenter non in necessitate exigendi, Surd. cons. 98. num. 1. & 99. & per tot. lib. 1. & cons. 365. num. 2. ad fin. vers. his tamen non repugnantibus, & num. seq. lib. 3.

Cessat obiectum ex ipso Statuto, dum cap. 13. deputat exactorem, & ad eius onus principaliter exactionem ponit cum pluribus particularibus capi-
3 tulis eiusdem exactionis onus concernentibus; siquidem stante hoc officio à pluribus exercito, non tenetur secretarius ex facultate exigendi sibi in mandato ad lites attributa exigere, sed solum de peruentis ad eius manus occasione prætensæ exactionis, seu alias rationem integram reddere, Rota post lib. 2. cons. Farin. decis. 342. num. 4. vers. quia fuit dictum, cum num. 2.

Neque releuat, quod idem secretarius gereret se pro administratore in exactione dotium deuolutarum etiam retinendo librum particularem ad hunc effectum, ac propterea teneatur etiam de neglectis,
4 & omissis; tum quia obiectum procedit in administratore vniuersali, aut generali, qui tenetur ratione qualitatis huius suscepti officij, non autem in administratore voluntario particulari certarũ rerum, qui nunquam tenetur de neglectis, & omissis, nisi probatis exaduerso quatuor requisitis, quod nempè alius erat gesturus, & quòd ille alius esset diligens, & quòd ille omisit gerere, quia ille gerebat, quodque sciebat alium esse gesturum omnia, Bart. in l. si pupilli, §. videamus, num. 1. ff. de neg. gest. Corn. cons. 81. num. 6. lib. 4. Rot. decis. 470. n. 4. par. 1. recent. quæ etiam habetur sub dec. 475. eodem num. 4. par. 3. recent.

Tum etiam quia is, qui conficit librum, aut aliam
5 præstat assistentiam pro alterius commodo voluntariè, & absque præcisa obligatione, non tenetur de neglectis, aut omissis, Rot. decis. 522. num. 5. par. 1. recent. & decis. 690. num. 1. par. 3. & decis. 241. nu. 18. & seq. par. 5. rec.

Præterea vexatio iniusta quoque videtur contra hũc probum, & optimè meritum de hac societate senem, quoniam vbicumque teneri posset de omissis, & neglectis cessat actio non probata exaduerso realitate deuolutionis dotium, cum denunciato-
6 res potuerint ea denunciare, quæ aut vera non essent, aut non probabilia, ac vlterius non probata exigibilitate, l. 2. C. arbitr. tut. vbi glo. in verb. susceptæ, l. si tutor constitutus, 16. ff. de admin. tut. Roman. cons. 413. num. 17. in fine, & cons. 425. num. 1. post med. vers. pupillares debitores, Munnoz. de ratioc. cap. 19. n. 21. & seqq. Montan. de tut. cap. 32. reg. 9. n. 23. fol. mihi 121.

ARGVMENTVM.

An, & quando creditores concurrentes veniant in tributum.

SVMMARIVM.

1 *Creditores personales omnes sunt pares in concursu, & in tributum vocantur nulla habita prioritatis temporis ratione.*

2 *Creditores priuilegiati in tributum veniunt, quando priuilegia proueniunt ex eodem titulo.*

3 *Inter Creditores priuilegiatos non habetur ratio prioritatis temporis, sed causæ.*

4 *Priuilegia dicuntur generalia quæ communia sunt alicui generi personarum, vel Vniuersitati in communi.*

CONSILIVM CCCCLII.

PRecium locorum Montium, quos quondam Enricus depositarius DD. Militum Lauretanorum obligauit cum attergatione litterarum patentium pro restitutione pecuniarum ad eius manus ex causa d. depositariæ perueniendarum distribuendum, & diuidendum est inter eosdem DD. Milites creditores proportionabiliter habita ratione æqualitatis huiusmodi crediti siue creditores censendi sint simpliciter personales, siue personales priuilegiati, siue etiam hypothecarij.

Quoniam vbi sint personales omnes sunt pares, ac
1 proinde omnes in tributum vocantur, nulla habita prioritatis temporis ratione, l. procuratoris 6. §. si plures, & §. plane, ff. de tributor. actione, pro debito, ad finem, C. de bon. author. Iud. possid. Molin. de contract. 2. disput. 536. num. 33. Flores Diaz de Mena var. quæst. lib. 1. quæst. 6. art. 1. num. 2. Amator. Rodriquez. de concursu credit. par. 2. art. 3. numer. 2.

Vbi etiam sint creditores priuilegiati pariter distributio facienda est æqualiter pro rata, cum quæcum-
2 que priuilegia Militibus Lauretanis competentia

 orian-

oriantur tum ex eadem causa erectionis eorum Collegij,& propterea tanquam eiusdem tituli cõcurrant eorum credita in tributum,textus est in l. priuilegia,16.Bald.Ias.Rip.& alij,ff.de priuileg.cre-
3 dit.quamobrem non etiam habenda est ratio prioritatis temporis,sed causæ,Hermannus Meyrer de præfer.credit.lib.1.tit.9.num.4.vers.quando huiusmodi creditores,& eod.lib.2.tit.10.numer.12. Rodriquez d.tract.de concursu credit. d.par.2. art. 2. num.7.

Tum etiam ex eadem causa dictæ depositariç, dum causa actionis depositi oritur ab eiusdem Henrici electione in depositarium,ex textu in l.si hominē, 7.§.quoties,ff.deposit.

Vbi verò sint creditores reales,& hypothecarij, quales sunt non solum ex obligatione Camerali, quatenus dictus Henricus sub hac forma in susceptione dictæ depositariæ se obligauerit, sed etiam ex Sanctissimi D. N. Constitutione declaratoria pactionum super locis Montium, & vinculorum in ipsis litteris patentibus de licentia officialium ad conficiendum litteras patentes,cum dispositione, vt seruari debeat quoad præterita non decisa per rem iudicatam sub dat.28.Iulij 1639. & tunc pariter distributio facienda est inter Milites pro rata ex tributoria,cum huiusmodi realitas fuerit quæsita ipsi Collegio Militum, ex quo generalia vti-
4 que dicuntur priuilegia,quæ communia sunt alicui generi personarum,vel Vniuersitati in communi,vt per eumdem Rodriquez d.tract.de concursu credit.par.1.ex num.28.vers.aut Communitati,seu generi personarum, & vers. generalia vtique dicentur.

ARGVMENTVM.

De probatione impotentiæ viri ad copulam coniugalem.
De causis dispensandi in matrimonii impedimento proueniente ex publica honestate.

SVMMARIVM.

1 *Affinitatis impedimentum non oritur* ex *matrimonio per verba de præsenti rato, nisi sit consumatum, sed dumtaxat impedimentum publicæ honestatis.*
2 *Sponsalia valida operantur in primo gradu impedimentum publicæ honestatis.*
3 *Impotentia coeundi tripliciter consideratur,necessaria, verisimilis, et dubia.*
4 *Ad Impotentiam coeundi probandam, quando signa sunt dubia, requiritur iuramentum coniugum, & propinquorum,* et *cohabitatio triennalis.*
5 *Triennium cohabitationis ad probandam impotẽtiam coeundi incipit a die contracti matrimonii, non a tempore, quo Iudex triennalem cohabitationem indixit.*
6 *Vxor tenetur præstare patientiam toto triennij tẽpore, vt fieri possit experientia copulæ coniugalis.*
7 *Vxor quamuis initio matrimonij non reclamauerit, potest viri impotentiam transacto triennio allegare.*
8 *Iuramentum septimæ manus propinquorum ad probandam impotentiam coeundi non requiritur, quando propinqui non adsunt, quia Iudicis arbitrio supplere possunt vicini, vel alii testes.*
9 *Matrimonium non esse consumatum, probatur ex inspectione vxoris facta per matronas.*
10 *Dispensationis causa est in impedimentis matrimonii qualitas magnorum Principum, etiam extra Reges. Et angustia loci, in quo non reperiatur matrimonium æquale, vt num.11. Et excellentia meritorum, vt num.12.*
13 *Matrimonii impedimentum ex causa publicæ honestatis multo minus attenditur quam ex causa affinitatis, et consanguinitatis.*

CONSILIVM CCCCLIII.

Dispensatio,pro qua supplicatur ex parte D.Principissæ ex cõdignis causis in supplicatione expressis,videtur concessibilis; cum enim ex matri-
1 monio per verba de præsenti rato, quamuis absoluto,non tamen consumato non oriatur affinitas tanquam ea, quæ ex sola carnis commixtione ex seminatione viri intus vas fœminæ oritur,sed dũtaxat impedimentum publicæ honestatis,Sanchez de matrimon.lib.7.disp.64.num.25. cum num. 10. 20.& seq.& disput.70.num.1.ac disput.48.num.13.
2 & seq. prout iustitię publicæ honestatis impedimentum oritur etiam ex sponsalibus validis, non tamen primum gradum excedens, ex Trid.sess.24. cap.3.de reformat.matrimon.prout etiam fa.mem. Pius V. & Sacra Congregatio Concilij declarauit, vt per Gutier. de matrimon. cap. 103. num. 23. & seqq.

Difficultas restringi in casu, de quo agitur,duntaxat videtur ad probationem, quod realiter inter D. Principissam Claram Mariam,& claræ mem.D.Albertum Henricum Principem de Lignè maritum minimè fuerit consumatum,quamuis cum eo pluribus annis, totoque matrimonij tempore concorditer cohabitauerit.

Probatio autem,quæ affertur,releuans videtur ad dictæ dispensationis effectum,vt dicta D.Principissa nubere possit D. Claudio Tamoraldo de Lignè fratri germano dicti quondam D. Alberti Henrici, ex impotentia perpetua dictæ consumationis ab initio contracti matrimonij vsque ad eiusdem viri obitum.

Etenim cum impotentia naturalis coeundi confide-
3 retur in triplici differentia,vt scilicet quædam necessariò,& euidenter impotentiam concludant,alia verisimiliter,& alia dubiè,& præsumptiuè, Butr.in c.laudabilem,numer.14.de frigidis, & malef. ibique Præpos.num vlt.& Alex.de Neuo, num. 16. & seq.relati per Sanchez de matrim.lib.7.disp.107. num.2.Rot.decis.695.n.1.ante med.vers.& Domini pro intelligentia,par.1.rec.

Ex prædictis verò signis diuersi resultent effectus, quia vbi signa necessariò,& euidenter concludunt, nihil vlterius ad releuantiam requiritur; si autem signa verisimiliter concludunt, requiritur iuramentum coniugum asserentium,se coire non posse,& septima manus propinquorum iurantium, se credere, eos verum fateri, non autem requiritur cohabitatio triennalis;vbi verò signa dubiè,& præ sum-

4 sumptiuè solum concludunt requiritur iuramentum prædictum, & vlterius triennalis cohabitatio. Sanchez d.lib.7.disp.107.num.1. & plurib. seqq. & disp.108.per tot.Rot.d.decis.695.num.2.par.1.rec.
5 tempus verò huiusmodi triennij iuxta veriorem, & magis receptam opinionem inchoandum est non à die contracti matrimonij, sed à tempore, quo Iudex coniugibus triennalem cohabitationem indixit, vt per Sanchez d.lib.7.disp.110.num.10.vel à plena probatione, vt per Rot.decis.192.num.4. & per tot.post lib.2.cons.Farin.

In hoc casu, quatenus signa primæ differentiæ forsan ex hactenus probatis non applicentur, minusque signa tertię differentiæ respectu indictionis dictæ triennalis cohabitationis, postquam mari-
6 tus obijt, & constat mulierem successiuam toto matrimonij tempore patientiam copulæ præstitisse, vt requiritur, Rot.decis.307.numer.13.par.6.& decis. 54.num.4.par.7.recen.

Quamobrem nec obesse potest, quod mulier initio
7 matrimonij non reclamauerit, allegans viri impotentiam, vt conciliando textus, qui difformes in hoc videri possent, per Sanchez d.lib.7.disput.109. numer.11.& 14.& Gutier.de matrimon. cap. 120. num.27.

Attamen benè applicantur signa secundę differentię, dum mulier prędicta testata est nunquam fuisse consumatum, parata hoc iuramento confirmare, & hanc habuisse cognitionem durante matrimonio testata quoque est ex affirmationibus vtriusque coniugis, etiam paulò ante mortem tam eiusdem mulieris mater, quam mater Principis defuncti, earumque attestationes concomitantiam habent tam ex testimonio Confessarii matris dictæ Principissæ quam Confessarii defuncti Principis, ac etiam medici eiusdem Principis, & vlterius supponitur, his adiungi posse testimonia omni exceptione maiora virorum in summa constitutorum dignitate; quandoquidem iuramentum requisi-
8 tum ex septima manu propinquorum vtriusque coniugis, ac proinde quatuordecim non requiritur, vbi deficiunt, quia vel pauciores sufficiunt Iudicis arbitrio, vel suppleri possunt per septem vicinos eiusdem, illisque deficientibus per alios testes bonæ famæ, & omni exceptione maiores, Sanchez d.lib.7.disput.108. num.11.12.& seqq.& Gutier. eod.tract.cap.120.num.11.12.& seq.

Et quatenus dicta Principissa patiatur eius virgini-
9 tatem probari per aspectum nobilium matronarum, nulla remaneret difficultas, adeout nec opus esset iuramento septimæ manus propinquorum. Sanchez eadem disput.108.nu.8. Gutier. cap.120. num.21.

Facilius autem videtur dispensatio concedenda, dū
10 inter causas, quæ in supplicatione exprimuntur, concurrit non solum qualitas magnorum Principum, quę extra Reges est sufficiens, Sanchez de matrim.lib.8.disput.19.num.2.quodque nec in lo-
11 cis vicinis facile est reperire virum ęqualem, qui
12 non sit disparis cultus, vt num.13.ac etiam meritorum petentium excellentia, vt num.32.

Sed etiā honestas gratię facilior in dispensatione im-
13 pedimenti prouenientis in primo gradu ex publica honestate, vt per Sanchez dicto lib.8. disput.19. num.3.& seq.

ARGVMENTVM.

An, & quando Beneficiati, & Canonici rocchettos in Ecclesia deferre possint.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia repræsentatur per solum Capitulum, non autem per Beneficiatos.*
2 *Capituli appellatione soli Canonici, non autem Beneficiati continentur.*
3 *Beneficiati subiacent Capitulo.*
4 *Vestes congruentes Ordo quilibet assumere debet. Et num.9.*
5 *Vestes maioris dignitatis non debet inferior assumere.*
6 *Vestes congruere debent qualitati, & conditioni personarum.*
7 *Capparum delatio non permittitur nisi ex priuilegio Papæ, vel ratione dignitatis, cui hoc priuilegium inhæreat.*
8 *Almutiarum delatio permittitur solum Canonicis Cathedralium, vel ex priuilegio.*
10 *Vestium vsus extra qualitatem dignitatis permittitur a solo Principe.*
11 *Priuilegij vnius inclusio est alterius exclusio.*
12 *Obseruantia quantumcumque præscripta non admittitur contra litteras Apostolicas sine probatione scientiæ Papæ.*
13 *Consuetudo quamuis præscripta non suffragatur, quando est irrationabilis.*

CONSILIVM CCCCLIV.

NVlla est difficultas, quod Ecclesia repræsentatur per solum Capitulum, non autem per Benefi-
1 ciatos, Seraph.decis.426.num.4.quodque Capituli appellatione soli Canonici, non autem Beneficiati
2 continentur, Cæs.de Graff. decis.131.aliàs 4.num. 6.& 7.de his, quæ fiunt à maior.par. Capit.ac proinde quod Beneficiati tanquam ministri, & serui Ecclesiæ non faciunt partem cum Capitulo, vt per Rot.decis.309.num.4.cum decis.in eadem Causa 351.num.2.par.6.rec. & Beneficiati subiacent ipsi
3 Capitulo, vt in eadem decis.351.num.13.

Hinc autem cum absque dubio OrdoBeneficiatorum sit inferior Capitulo, illique debeat inseruire, vt etiam per Cæs.de Graff.d.decis.4.num.8.de his, quę fiunt à maior.par.Capit.consequutiuè venit, quod
4 Ordo quilibet vestes congruētes assumere debeat iuxta tex.in Clem.2.incip.quoniam, in princip. de vita, & honest. cleric. & per hunc textum Benedictus Capra num.1. notat, quòd debet quisque vti vestibus suo Ordini conuenientibus, adeout si inconuenientes, & alias assumat, indignus reddatur priuilegio illius Ordinis, Capra inquam inter Repetentes Canonicos super Clementinis, & extra-
5 uag.fol.57.quinimmo indecens etiam sit, quod dignificatus inferior vtatur vestibus maioris dignitatis, c.vt Apostolicæ, 6.cum glos. in verb. dignitatum, de priuileg.in 6.Menoch.cons.902. num 16.& 17.lib.1.

Quamobrem cum rocchetti in nullis Ecclesijs deferantur à Beneficiatis, sed solis Canonicis, idque ser-

seruetur etiam in Vrbe tam in Basilica Lateranen. quam Diui Petri,& Sanctæ Mariæ maioris insignioribus Ecclesijs totius Orbis,vtique eiusmodi delatio prohibenda est Beneficiatis Ecclesiæ Auersanę, & præsertim cum Canonici in hac Ecclesia cappa, & rocchetto vtantur ex indulto speciali san.mem. Clementis Octaui; Beneficiatis verò aduersarijs in limine eorum erectionis solum capparum priuile-
6 gium fuerit concessum, vt etiam per eumdem Capram in eadem Clem.quoniam,num.11.quatenus per illum textum firmat, vestes congruere debere qualitati,& conditioni personarum.

Atque hinc delatio cappæ,& rocchetti,nisi,vel ex so-
7 lo Summi Pontificis priuilegio, vel ratione dignitatis, cui hoc priuilegium consequutiuè inhæreat, Anast.Germonius de Sacrorum immun.lib.3. cap. 6.num.72.73.& seqq.Hieronymus Campanilis in diuersorio Iuris canonici,rubr.9.cap.5.nu.3. Grat. discept.845.num.50.51.52.& seq.

Atque hinc etiam delatio almutiarum,quę sunt pel-
8 les ex dorsis varij permittatur solum vel Canonicis Cathedralium,vel ex priuilegio,vt per Cardin. Zabarell. in Clemen.1.num.3 ad med.vers.alicubi vocantur almutiæ,de stat.monac.

Et præsertim cum hæc quoque regula statuatur in
9 personis dignificatis in Officijs,& magistratibus secularibus; nam & in ijs vestes debent esse conuenientes statui,ordini,& officio,l.sed si quid,§.mancipiorum,ibique Florianus ff.de vsufr.Specul.in titul.de aduocat.§.2.incip.sequitur videre,de vestib. in princip.Ioannes le Cirier.tract.de primog.qu.3. lib.2.num.21.per tot.in tract.nouissim.tom.10.par. 1.fol.43.Mastril.de magistr.lib.5.cap.2.numero 14. & seqq.

Adeout vestium vsum extra qualitatem dignitatis
10 permitti à solo Principe possit, vt per eumd. Mastrill.eod.cap.2.num.28.

Nec obstat,quod Beneficiati prędicti per annos vltra 40.rocchettum detulerint, tum quia cum erectio istorum Beneficiatorũ concessa à Clemente Octauo,cum inclusione priuilegij deferendi cappam excluderet delationem rocchetti ex conclusione
11 recepta,quod vnius priuilegij inclusio sit alterius exclusio,Ruin.cons.112.num.3.lib.5.Becc.cons.74. num.32.lib.1.Surd.cons.294.num.18.lib.2.Rot.in Romana vigesimæ 15. Martij 1627. confirmata 7. Aprilis 1628.coram bo.me.Pirouano.

Sequitur,quod stante hac exclusione proueniente ex
12 litteris Apostolicis non possit exaduerso dari de obseruantia,& consuetudine contraria quantumcumque præscripta, non probata Papæ scientia, vt per Rot.apud Cardin.Caualer.decis.91.numero 1.& 6.

Tum etiam quia consuetudo quamuis præscripta
13 minimè suffragatur,quando est irrationabilis, ex textu in c.fin.ibique glo. in verb.rationabilis, de consuet.

Quod enim hæc, de qua quæritur, sit irrationabilis, liquet ex textu in c.peruenit,21.distinct.93.quatenus firmat, Diaconos Ecclesiæ Catinensis calceatos compagis procedere præsumpsisse,quod quia nulli hactenus per totam Siciliam licuit, nisi solis tantummodo Diaconis Ecclesiæ Messanensis,quibus olim à Prædecessoribus fuerat concessum, fuit temeritatis,& vsurpationis ausus iudicatus.

Accedente præcipuè,quod qualitas vsus vestium sacerdotalium,& personalium Ecclesiasticarum à solo Summo Pontifice videtur concedenda, quemadmodum à solo Deo processit in [illegible] corem, vt Exodi cap.28.num.1.& [illegible]

ARGVMENT[illegible]

An, & quando hæres faciat fructus suos in præiudicium creditorum hæreditatis.

SVMMARIVM.

1 *Hæres post motum iudicium ad instantiam creditorum non facit fructus suos in eorumdem creditorum præiudicium.*

2 *Hæres beneficiatus tenetur de fructibus rationem reddere creditoribus detectis.*

3 *Hæreditas adita non est amplius hæreditas, sed proprium hæredis patrimonium.*

4 *Hæres ratione dominij, & possessionis bona fide facit fructus suos.*

5 *Fructus paternæ successionis non dicuntur substātia paterna, neque paterna successio.*

6 *Accessiones contingentes post aditam hæreditatem non eam augent, sed lucro hæredis cedunt, qui pro illis non tenetur creditoribus, & legatarijs.*

CONSILIVM CCCCLV.

Consultus super quæstione, an fructus bonorum hæreditariorum percepti ab hærede cum beneficio legis, & inuentarij post perfectum inuentarium aditę hęreditatis cedant ad commodum creditorum,an hęredibus ad commodum propriũ intelligendo,quòd fructus consistant in pensionibus domorum hæreditariarum, & in herbis, quæ spontè oriuntur ex agris hæreditarijs,& in pabulis ouium,quæ aliquando pluris, aliquando minoris venduntur,& respectiuè locantur.

Sentio regulam esse,quòd hæres post motum iudiciũ
1 ad instantiam creditorum,vel sequestrum appositum censetur possidere pro creditoribus,& fructus suos minimè facere in creditorum præiudicium, iuxta decisionum Rotæ apud Card. Caualer.167. num.2.non solum enim hæc conclusio comprobatur ex authoritatibus in eadem decisione adductas,Guidopap.de confect.inuent.17. Phanucij eod.tract.par.3.nu.35.& seq.ac Surd. decis.92.ante num.5. eodemque num.5.

Sed etiam quia verior, & magis recepta est opiniò,
2 quod hæres beneficiatus de huiusmodi fructibus tenetur rationem reddere creditoribus detectis, cum in hoc casu fructus suos non fecerit per aditionem hæreditatis, vt etiam per authoritatem Laderchij cons.8.num.1.& seq.& Franchi dec. 613. num.18.& aliorum firmat Rota decis.304. num.2. & seqq.& decis.2.num.8.& seq.par.6.rec.

Quousque autem non fuerint creditores detecti,sentio,regulam esse in contrarium, quoniam hæredi-
3 tas postquam est adita,non amplius est hæreditas, sed proprium hæredis patrimonium,l.sed si plures, §.filio imputari, ff.de vulg.l.1.§.veteres, ff.de acquir.poss.ff Surd. decis.310. num.11 & decis.144. num.4.vers.dicebatur etiam, Cardin.Mantic. de tacit.lib.12.tit.1.num.14.& ex hanc ratione stante

hære-

4 hæredis dominio, ac possessione, bona fide hæres fructus suos facit, l.diuerso, & l.fructus, ff.de rei vendic.l.fructus, ff de acquir.rer.domin. Menoch. cons.300.num 5.lib.3. Honded.cons.39.num.22.lib. 2.Rot.decis.520.nu.20. ante fin. vers. nihilominus fructus, part.2.& decis.259.numer.8.& seqq. part.5. recent.

Atque hinc est, quod fructus paternæ successionis
5 non dicuntur substantia paterna, neque paterna successio, l. in fideicommissariam, ff. ad Trebell. Franc. decis.18. numer.3.Surd. decis.15. numer.3. & seqq.

Ac accessiones contingentes post additam hæredi-
6 tatem eam non augent, ac propterea pro illis non tenetur hæres creditoribus, vel legatarijs, Rip.in l.1.§.si is, qui quadringenta in fine, ff.ad Trebell. Roland.de inuent.in 6.vtilit.in fine, Surd.cons.128 num.27.

ARGVMENTVM.

Ex verbis tribuentibus liberam facultatem creditori an excludatur dolus: An, & quando locus sit pacto resolutiuo absque purgatione moræ.

SVMMARIVM.

1 *Facultas ex verbis, prout tibi videbitur, & placebit, vel secundum tuum arbitrium, vel prout putaueris, intelligitur iuxta arbitrium boni viri.*

2 *Verba, ad liberam voluntatem, intelliguntur de voluntate absoluta dummodo iuxta naturam contractus, et dummodo excludatur dolus.*

3 *Voluntas libera procedendi etiam de facto intelligitur sub implicita conditione, ne quid turpe, ne quid illicitum, ne quid iure prohibitum fiat.*

4 *Dolus præsumitur in eo, qui inique arbitratur, & lædit aduersarium.*

5 *Fideiussor non præsumitur idoneus, quando quis tenetur idonee cauere, ideoque tunc non sufficit oblatio fideiussoris, nisi probata idoneitate.*

6 *Fideiussor vt censeatur idoneus, requiritur, quod sit idoneus facultatibus, & in iudicio conueniri possit.*

7 *Confessione Partis nulla fortior probatio.*

8 *Mora non potest purgari stante pacto resolutiuo, neque etiam de iure canonico.*

9 *Mora non potest purgari stante pacto, quod purgari non possit.*

CONSILIVM CCCCLVI.

Conclusiones videntur in iure receptæ, quod ex verbis, prout tibi videtur, & placebit, vel secundum tuum arbitrium, vel prout putaueris, intelligitur hæc facultas secundum arbitrium boni viri, l.Thais 41.§.sorore sua, & l.fideicommissaria liber-
1 tas, 46. vers. cœterum si arbitrium, ff. de fideicom. libert. Bart.in l.creditor, 60.§.Lucius Titius, num.2. vers sed si dixisset, ibique Bald. post princ. & in addit. ff.mandat.

At ex verbis concedentibus liberam voluntatem vi-
2 detur venire voluntas absoluta iuxta tamen naturam contractus, dummodo excludatur dolus, Bart.d.l.creditor, 60. §. Lucius Titius, num.2. ibique etiam Bald.in princip.& in addit. ff.mand. vbi etiam quod per potestatem faciendi quicquid dominus potest solum concessum censetur mandatum cum libera.

Cumque libera voluntas procedendi etiam de facto,
3 & iudicandi semper intelligenda videatur sub implicita subaudita conditione, ne quid turpe, ne quid illicitum, ne quid iure prohibitum fiat, Lap. allegat.128.num.4.ibique Addent.lit.G. Bart. in l. fin.num.3.in fine, & seq. vbi etiam Angel.num.3.ff. de stipul. Alex.cons.47.num.7. vers.ad idem quia vbicumque, & num.8.& vbicumque lib.1. Aretin. consil.14.num.9.vers.in ista tamen commissione, & vers.licet ergo virtute potestatis sibi traditæ.

Punctus huius Causæ in hoc consistere videtur, an quia dolus præsumitur in ea Parte, quæ iniquè ar-
4 bitratur, & lædit aduersarium, qui in eo se fideliter commisit, vt declarant Bart.& alij supra allegati, & præcipuè Aretin.dicto cons.14.num.9.vers.qui dolus præsumitur.

In casu, de quo agitur præsumi possit dolus in DD. eiusdem hospitalis Administratoribus, quatenus fideiussores oblatos à D. Appaltatore præcedentes recusarunt, & expressè vti voluerunt pacto resolutiuo in appaltus præcedentis instrumento adiecto verbis sequentibus. Et in euento, che detti Conduttori mancassero di adempire, & osseruare tutte, e singole cose contenute nel presente instrumento, all'hora, & in tal caso oltre la precisa osseruanza di tutto il presente contratto possino essi Locatori di loro assoluta, e libera volontà, se così vorranno sempre, che vorranno, variare, e recedere dal presente contratto, e dichiararlo per finito, resoluto, e terminato senz'altre interpellatione, e purgatione di mora, alle quali con giuramento essi Conduttori espressamente renunciano anco all'equità canonica per la quale si potesse in alcun modo pretendere detta purgatione di mora per mezzo del loro giuramento, tactis, &c. Et in euento di morte, deterioratione di conditione, ò absētia di Roma di essi Conduttori, ò alcuno di loro, in ciascuno di detti casi promettono, & in solidum si obligano dare vna sicurtà idonea à contentamento di detto hospidale, in modo che sopra la pretesa idoneità, che s'offerisce non entri arbitrio di Giudice, ma sopra detto contentamento debba starsi alla libera, & assoluta voluntà di detto hospidale, perche altrimente non hauerebbe contrattato.

Dolus autem dubitandi gratia excludi videtur, quo-
5 niam fideiussor non præsumitur idoneus, nisi probetur, & ideo eum qui tenetur idoneè cauere, non sufficit fideiussores præstitisse, nisi probata idoneitate, adeout nec testes assertam idoneitatem reddant rationēm, & causam scientiæ etiam non interrogati, ac proinde deficere videtur hoc casu prætextus idoneitatis exaduerso desumptus ex ratione, & causa minimè assertam idoneitatem ex deductis concludenter iustificante, vt per Iaf.in l. si vero 5. qui pro rei qualitate, num.17.ff.qui satis-
6 dar.cog.fideiussor namque, vt cēsendus sit idoneus nedum videtur requiri, quod idoneus sit certis facultatibus, sed etiam ipsa concurrat facultas eum conueniendi ex indicio, de quo agitur iuxta text. in l.2.vbi Bart.ff.eod.tit.qui satisd. cog.ibiq. idem Iaf.num.1.

Vide

Videtur igitur pariter dubitandi gratia commissa mora in præstatione, non quidem quatenus pro parte hospitalis actum fuit pro huiusmodi implemento, & Iudex mandatum relaxauit, nisi infra quindecim, hoc scilicet termino durante, & vlterius durante alio termino mensis coram A.C. ad implendum suscepti, quia huiusmodi terminis durantibus locus esse potuit dispositioni textus in l. commissoriæ, 7. ff. de lege commissoria, sed eisdem terminis elapsis, videtur prætendi neutiquam posse, quòd mora non fuerit cõmissa, cum tunc de morte vnius ex præcedentibus Appaltatoribus, & de alterius deterioratione constaret in eisdem actis ex Partis confessione, & de facultate variandi explicitè etiam constaret ex ipsius Partis confessio-
7 ne, adeout tunc nulla fortior requiri posset probatio, Gregor. decis. 357. num. 3. ibiq. Add. num. 7.

Excusationes verò, quæ ab incursu huius moræ prætenduntur, dubium pariter apud me est, an sint admissibiles, tum quia mora purgari non potest, stã-
8 te pacto resolutiuo, ex quo tunc cessat consensus contrahentis, qui non potest suppleri, ex quo defectus moræ remanet impurgabilis etiam de Iure canonico, Rot. decis. 203. num. 20. par. 6. recent. ex Put. decis. 66. lib. 3 Gregor. decis. 559. num. 6 & Add. num. 10. vers. limitatur tertiò, & Rot. decis. 869. in fine, par. 4. diuers.

Tum etiam quia specialiter in præcedentis appaltus
9 instrumento fuit conuentum, quòd mora quantũcumque minima purgari non posset, illique nedũ expressè fuit renunciatum, sed etiam canonicæ æquitati, Rot. decis. 218. num. 14. cum numer. 13. & seqq. par. 5. recent.

ARGVMENTVM.

De congruitate gratiæ concedendæ à Principe ex causa publicæ vtilitatis, quamuis alterius inde præiudicium resultet.

SVMMARIVM.

1 *Flumina Censitorum vice funguntur, vt ex priuato in publicum addicant, & ex publico in priuatum.*

2 *Censitores non solum censentur supremi Principes vtentes ex causa potestate auferendi vni, et dandi alteri, sed etiam Iudices eadem facultate fungentes ex officio.*

3 *Princeps licitè, & honestè rem alteri auferre potest concurrente publica vtilitate.*

4 *Princeps ex causa publicæ vtilitatis potest alterare contractus, et decreta.*

5 *Princeps cogere potest subditos ad locandam hospitia pro necessitate Curialium, et magistratuum publicorum.*

6 *Impensæ spectare debent ad eum, ad quem spectant commoda, et è contra.*

7 *Aqua etsi aliena cum primum in fundum alienum ingreditur, fit illius propria.*

CONSILIVM CCCCLVII.

Constitui iure potest ob publicam notoriam vtilitatem prouenientem ex inductione fluminis Arronis in stagnum Portuensem, quod ante hanc inductionem æstate præsertim exaustum remanebat, ac proinde egregia aucta fuit piscium piscatio, vt locatio, & conductio eiusdem stagni inter D. Ducem Matthæium conductorem, & eiusdem stagni vtiles Dominos locatores immutari nequeat, sed in eadem annui affictus quantitate conuenta permaneat; vel idem D. Dux sit in vlterioribus locationibus præferendus eadem ratione, qua flumina
1 Censitorum vice funguntur, vt ex priuato in publicum addicant, & ex publico in priuatum, iuxta textum in l. ergo, 30. ante finem, vers. flumina enim Censitorum, ff. de acquir. rer. domin.

Censitores namque non solum censentur supremi
2 Principes vtentes ex causa potestate auferendi vni, & dandi alteri, sed etiam Iudices eadem potestates fungentes ex officio, vt Instit. de officio Iudicis, §. finali, per quem ita glosa in dicta l. ergo, 30. vers. flumina enim, in verb. Censitorum, in fine d. tit. de acquir. rer. dom. Christophorus de Castilliono cons. 9. num. 12. vers. vel Censitores appellamus, & vers. quia ergo flumina funguntur, Ciriac. controu. 376. num. 44. 45. & seq. tom. 2.

Et quod in hoc resideat glos. vbi supra in vltimo intellectu, intelligit etiam Baptista Aymus Parmensis tract. de alluuionum iure vniuerso. cap. 16. num. 1. vers. tandem in hoc residet.

Neque enim huic intellectui obstat Ias. cons. 146. nu. 37. lib. 2. à quo Aymus vbi supra inquit reprobari cæteros expositores significationis verbi Censitorum, exponendo textum in dict. verb. Censitorum intelligi, idest Principis, quia hanc suam reprobationem declarat in Principibus, seu officialibus carentibus suprema potestate, vt eodem num. 37. ante finem, vers. sicut ergo illi officiales.

In casu autem, de quo agitur, plenitudo potestatis in supremo Principe concomitatem habet iustitiam, & consequutiuè dispositio præfata conueniens videtur, mediante Motu proprio, iuxta declarationẽ Felin. in c. quæ in Ecclesiarum, 7. num. 61. de Constit. quouiam licet Princeps absque licita causa nõ debeat alteri rem suam, minusque dominium etiã vtile, & libertatem de re sua disponendi tollere, & dare alteri, minusque ius, siue ex contractu, siue ex iure naturali, siue gentium auferre ex Clem. Pastoralis, de re iud. & alijs notis.

Attamen nulla est difficultas, quin licitè, & honestè
3 possit publica concurrente vtilitate, textus sunt clari in l. Lucius Titius, 11. ff. de euict. & in l. item si verberatum, 15. §. 1. ante finem, ff. de rei vendic. & in l. quod semel, 5. vbi in verbis, quod ex causa, idest respiciente publicam vtilitatem, ex qua decretum Ordinis rescinditur, ff de decretis ab Ordine faciẽdis, Felin. dict. c. quæ in Ecclesiarum, 7. num. 52. de Constit. Gabr. plurimos congerens tit. de iure quæsito non tollen. conclus. 2. num. 1. Valenz. cons. 99. num. 13. in fine, vers. ratio enim publicæ vtilitatis, vbi quòd hæc ratio operatur, vt etiam iuri naturali derogetur, & num. 34. vbi etiam quòd Princeps
4 ex causa publicæ vtilitatis potest alterare contractum, & num. 37. quod Reipublicæ causa reuocantur decreta, & conuentiones, Io. Franc. de Fonte, de potest. Proreg. tit. 1. num. 26. & seqq.

At-

Atque hinc est, quòd Princeps cogere potest subditos
5 ad locandum hospitia pro necessitate hospitandi Curiales, & Magistratus publicos, præcipuè locari solita, Aym.cons.308.num.1.post med. vers.ex quibus infertur, lib 2. Rimin.iun.cons.630.num.47.lib. 6. Mastrill.de magistr.lib.3.cap.10.n.179.

Idque eo magis, quo causa huius publicæ vtilitatis processit, & procedet, itaut ea durante vtilitas durat, eaque cessante cesset, quousque dictum flumen aquam suam ad stagnum prædictum defert ex no-
6 tabilibus impensis, quas dictus D. Dux substinuit, & substinere debet pro ampliando, & expurgando alueo annis singulis ad effectum dictæ in stagnum deriuationis, siue flumen sit publicum tanquam perenne, quamuis nec nauigabile, nec aliud nauigabile faciens, iuxta l.1.si publicum flumen, ff.de flumin. siue priuatum eiusdem D. Ducis, prout potius est, tanquam illius, qui dominus fuit, & est tam aluei, quam hinc inde riparum, quique in eo tam ius piscandi, quam vsum aquæ pro suis animalibus à tempore diuturnissimo semper habuit, Menoch. de retin.remed.7.num.34.ad fin. Marcobrun.cons. 57 num.24.

Nam aqua & si aliena, cum primum fundum alicuius
7 ingreditur, fit illius propria, l.1.§.illud Labeo, ff. de aqu.quotid.& æstiua, Bart.in l.quominus, num.25. ff.de flumin. Boer.decis.352.num.4.& seq.

ARGVMENTVM.

Obligatio Cameralis an subintelligatur in cedula priuata, quamuis non fuerit specialiter expressa.

SVMMARIVM.

1 *Creditores hypothecarij præferuntur chirographariis habentibus etiam personalem priuilegiatam.*
2 *Obligatio Cameralis digna est speciali nota, ideoque vbi non exprimitur, censetur neglecta.*
3 *Promissio relatiua ad substantiam contentam in aliquo instrumento non refertur ad qualitatem obligationis Cameralis.*
4 *Obligatio Cameralis, et hypotheca bonorum censetur comprehensa, quando est solita, et consueta.*

CONSILIVM CCCCLVIII.

PRo veritate consultus, an pretensus creditor ex causa cedulæ bancharie mercatoris, in qua non legitur obligatio Cameralis, nec bonorum hypotheca, possit concurrere cum creditoribus eiusdē mercatoris habentibus instrumenta cum obligatione Camerali, in cuius extensione absque dubio bonorum hypotheca compræhenditur, regulam constituo pro negatiua concursus; quoniam certū
1 est, creditores hypothecarios præferendos esse omnibus chirographarijs creditoribus etiam habentibus personalē priuilegiatam, l. eos, C.qui potior. in pign.hab. glos.in l. priuilegia, §. ex causis, post med.vers.item si alter, & ibi Rip. num.64. ff.de priuileg.credit. Rot.in Romana, seu Ianuen. pecuniaria 22. Februarij 1636. coram Coccino.

Applicatur autem hæc regula, quia licet Vincentius constituerit eius procuratorem Lucam cum facultate accipiendi ad cambium scuta duo millia monetæ à quauis persona pro tempore, & cum pactis eidem Lucæ benè visis, & cum facultate promittendi, facere accedere infra mensem vti principales principaliter, & in solidum N. N. & Ioannem mercatorem in Vrbe, etiam pro præstatione cedulę bāchariæ pro sorte principali, & cambiis, prout in instrumento in forma Cameræ celebrato per acta &c. & Lucas acceperit ad cambium dictam summam per acta notarii ab Octauio nulla mentione facta dictæ cedulæ banchariæ.

Attamen ex quo dictus Ioannes mercator absque alia ratificatione dicti instrumenti per acta notarii solum consignauit dicto creditori cambii simpliciter cedulam banchariam tenoris sequentis,

Io Giouanni mercante in Roma per la presente cedola bancaria prometto pagare liberamente, e senza eccettione alcuna al Signor Octauio &c. per quattro anni prossimi, e dapoi ad ogni suo piacere scudi doi mila di moneta per estintione d'vn cambio di simil somma fatto à suo fauore con il Signor Vincenzo, come per instromento, & in tanto pagare li cambii à ragione di noue per cento di fiera in fiera in conformità di detto instromento.

Pro exclusione Cameralis obligationis locus est applicationi alterius regulæ, quod cū obligatio Ca-
2 meralis sit digna speciali nota, & expressione, ideoque vbi non exprimitur, censeatur neglecta, nec propterea debitor cogi possit facere instrumentum cum Camerali obligatione, proinde cessante illius pręcisa expressione minimè subaudiri potest, iuxta decisionem Rotæ apud Zacch.de oblig. Camer.57. num.2.3.4.& seq.

Neque obstare videntur verba prædicta, in conformità di detto instromento, cum in eo fuerit quidem
3 attributa dicto procuratori facultas faciendi accedere dicto cambio fideiussores, & Ioannem mercatorem etiam pro prestatione cedulæ banchariæ, non tamen sub forma Cameræ; quamobrem operatur relatio respectu oneris præstationis cedulę, non autem sub obligatione in forma Camerę non expressa, Rot.eadem decis.57.numer.2.& seqq.post Zacch.& comprobatur ex Rot.decis.314.num.6. in fine, par.5.recent.

Censerem tamen in cedula bancharia intelligi com-
4 pręhensam qualitatem Cameralis obligationis, siue bonorum hypothecam, quatenus solita esset inseri in cedulis bancharijs, ex decisione Rotę 122.n. 23.vers.nec obstat, quod Bernardus, par. 2. diuers. quam etiam sequitur Hector Fęlic. tract.de societ. cap.30.num.63.post princip. vers.licet in eis solum mentionem faceret de obligatione banchi, & non de obligatione bonorum, & comprobat etiā Surd. decis.213.num.3. vers.conclusum tamen fuit contrarium, cum num.4.& seq.cum alijs pluribus, quę ad effectum subauditionis hypothecę refert Farin. cons.157.num.52.

ARGVMENTVM.

Pecuniæ ad aliquem vsum pium destinatæ an licitè in alium pium vsum conuerti possint.

SVMMARIVM.

1 *Destinatio non habetur pro facto.*
2 *Destinata res Templo non propterea Templi est.*
3 *Denominatio non fit ex eo, quod erit, sed ex eo, quod est.*
4 *Testator licet mandet in domibus suis fieri Ecclesiam, non tamen adhuc est Ecclesia.*
5 *Destinatio nihil operatur, vbi opus non est adhuc captum.*
6 *Veritas non destinatio inspicitur.*
7 *Pecunia destinata in vsum certum potest in alium pium vsum conuerti.*

CONSILIVM CCCCLIX.

INdebitè vexatur Reuerendissimus Pater Generalis antecessor pro restitutione pecuniarum, de quibus agitur, sub prætextu, quod hæc summa fuerit destinata ad vsus pios certos, ac proinde ad alium vsum diuersum conuerti non potuerit ex duplici capite, vtroque singulariter pro absolutoria sufficiente.

Altero quoniam quamuis quæstio, an destinatio habenda sit pro facto, sit admodum controuersa ex numero, & authoritate affirmatiuam, & negatiuam tenentium, qui referuntur apud Boer. decis. 209. in
1 fine, tamen non solum negatiuam esse magis receptam testatur idem Boer. cum numeratione vigintiquinque Doctorum in eadem decis. cum etiam pluribus arrestis Parisien. & Burdegalen.

Sed realiter negatiua, quòd scilicet destinatio non sit habenda pro facto quoad casum, de quo
2 quæritur, clarè patet, quia hinc est, quod res, non obstante quod sit destinata Templo, non tamen transit in Templum, prout firmat Bald. in l. si non dum, 3. in princip. C. de furt. per illum textum, & n.
3 4. quod aliquid non recipit denominationem ab eo, quod erit, sed ab eo, quod est; ideoque licet te-
4 stator mandet in domibus suis fieri Ecclesiam, non tamen adhuc est Ecclesia, Bart. in l. cœtera, 43. §. sed si parauit alias fin. num. 5. ff. de leg. 1. vbi quod
5 vbi opus non est adhuc cœptum, absque dubio destinatio nihil operatur, ibique Alex. num. 2. Felin. in c. cum adeo, 17. num. 5. vers. vndè res legata, vt adiungatur ædibus, potest alienari, antequam sit adiuncta, & prohibitio Senatus consulti de non alienando res affixas ædibus non habet locum in rebus ad id destinatis, Tiraq. de legib. connub. ad 16. legem, glo. 2. num. 30. vbi etiam, quod res destinata ad Templi dedicationem non propterea Templi
6 est, Gabr. cons. 98. numer. 9. lib. 1. vbi quoòd veritas ipsa, non destinatio inspicitur, Menoch. de arbitrar. casu 290. num. 2.

Altero, quia constat, eamdem summam peruenisse illico facta quietantia ad exactorem monasterij, & per eum expositam, & versam fuisse in eiusdem monasterij vtilitatem ex causa vrgentissima ipsius monasterij commodum concernente; quamobrem dubitari probabiliter non potest, quin hæc versio
7 suffragetur, cum pecunia destinata in certum vsum possit in alium pium conuerti, Boer. dicta dec. 209. num. 3. quinimmo post destinationem possit mutari propositum, Alex. d. l. cœtera, 43. §. sed si parauit, numero 2. vers. quod post destinationem, ff. de leg. 1.

ARGVMENTVM.

Sacerdotes deputati à gubernatoribus hospitalis, vel loci pij pro celebratione missarum an remoueri possint sine iusta causa.

SVMMARIVM.

1 *Causæ quando egent discussione iudiciali, & formatione processus, consueuerunt committi in Rota, non autem Congregationibus.*
2 *Beneficia manualia non conceduntur in titulum.*
3 *In Beneficiis manualibus fieri potest reuocatio sine causa, quando cessat malitia, & odium.*
4 *In Beneficiis manualibus non datur remedium reintegrandæ. Nec manutentionis, vt num.* 5.
6 *In Beneficiis manualibus non suffragatur regulæ de annali, nec de triennali.*
7 *Beneficiatus manualis amoueri potest non obstante pacto in contrarium.*
8 *Hospitale in dubio præsumitur laicale.*
9 *Beneficiatus manualis multo magis remoueri potest concurrente iuxta causa.*
10 *Testes non possunt compelli de longinquo accedere ad locum examinis.*
11 *Testibus subministrantur expensæ, quando de longinquo accedunt ad locum examinis.*

CONSILIVM CCCCLX.

REscribendum pro commissione huius Causæ cũ facultate hospitali in sua libertate amouendi aduersarios; non solum quia hæc Causa tanquam grauis, & nimium præiudicialis hospitali meretur terminationem ex iudicio Rotæ c. prudentiam 21. ad finem princ. §. illi quippe. de offic. deleg.

Et presertim cum indigeat iudiciali discussione arti-
1 culi prædicti manutentionis, & formatione processus iudicialis pro illius terminatione pro iustitia, quo casu Causæ iuxta consil. Nauarri consueuerunt in Rota, non autem in Congregationibus iudicari, vt etiam ex Constitutione Sixti Quinti in nouo Bullario par. 2. fol. 617. col. 1. in fine.

Sed quia etiam ex sola Iuris dispositione liquet, hospitale fuisse grauatum; siquidem deputatio Sacerdotum pro celebratione missarum in Ecclesia hu-
2 ius hospitalis nunquam concessa fuit in titulum, prout neque etiam in titulum conceduntur beneficia manualia, vt per Rotam apud bo: me: Coccinum decis. 18. num. 10.

Nullaq; est difficultas propterea, quin fieri possit in ijs
3 recusatio sine causa cessante malitia, & odio quæ qualitates minimè præsumuntur, Garz. de benef. par. 1. cap. 2. §. 1. num. 88. & seqq. Rot. decis. 878. n. 1. & per tot. par. 1. diuers.

Atque hinc est, quod nedum hoc casu manualitatis
4 non datur prætensis spoliatis remedium reintegrandæ, Rot. decis. 1. de restit. spol. in antiq. & decis. 6. eod. tit. in nou. Gonzal. ad reg. 8. glo. 5. § 6. nu. 35. Rota in Hispalen. iuris amouendi curatos 20. Aprilis 1640. 21. Iunij 1641. & 23. Iunij 1642. coram

R. P. D. Peutingero.

Sed neque etiam datur manutentio, Garz.de benef.
5 par.1.cap.2.§ 1.num.86.& seq. Lotter.de re benef. lib.2.quæst.33.num.21.

Immo etiam prætendentibus possessionem ex quali-
6 tate beneficii manualis neque regula de annali, neque triennali suffragatur, Mandos.in reg.de annal.quæst.3.4.& 5.Garz.de benef.par.1.ca.2.§.1.nu. 89.vers.nec in eis, Gonzal.d. glo.5.§.6. numer.15. & seq.

Ac insuper neque etiam valet pactum, quod bene-
7 ficiatus manualis non possit amoueri, quemadmodum nec huiusmodi pactum substinetur in contractu precarii, vt per eumdem Gonzal. dicta glos. 6.§.6 num.5.& seq.

Nullaque probabilis videtur hoc casu difficultas, ex
8 quo hoc hospitale est laicorum, tanquam ex laicorum bonis fundatum, ac per solos primarios nobiles gubernatum, sicut etiam in dubio laicale præsumitur, Gonzal.d.glo.5.num.24.

Dumque liquet etiam amotionem, de qua agitur,
9 processisse ex iusta causa notabilis diminutionis redditoum hospitalis absque vlla administratorum culpa, & augumenti onerum ex temporum qualitate, Seraphin.decis.780.num.4.

Cæterum, quod Causa hæc alibi quam in Rota iustius non sit cognoscenda, patet, quia vbi pronuncietur, per quoscumque præter Sacram Rotam ex qualitatibus facti patientibus controuersiam, Pars, quam continget succumbere, probabiliter acquiescere non poterit, cuius contrarium probabiliter continget, sequuto iudicio Rotæ, in qua non solum plures votant, sed eorum decisiones cum authoritatibus, & rationibus publicantur.

Tum etiam quia vbi testes sint, & possint validè in Partibus examinari, id sequi nequit absque remissoria, & remissoria absque iurisdictione certa; vbi verò probationes sint faciendæ in Curia per testes,
10 illi si noluerint sic de longinquo ad Vrbem accedere, nec cogi, nec compelli poterint, l.3.§.testes, ff. de testib c.si qui testium.extra, de test.& §. quoniã scimus, Auth.de testib.

Quatenus verò testes vellent accedere ad Vrbem, vt
11 se examini subijcerent, sumptus, & expensæ, tam in eundo, & redeundo, quàm in stando erunt illis subministrandæ, l.quoniam liberi, & ibi glo. C.de testib.Felin.in c.1.num.2.de testib. Couar.in repet. c.peccatum, par.2.§.3.num.3.

Quamobrem semper commissio huius Causæ in Rota erit minoris dispendij, & facilioris terminationis.

ARGVMENTVM.

Ex confessione, quæ emanauit coram Iudice Ecclesiastico an possit aliquis cõdemnari in pænam ordinariam à Iudice laico in delicto mixti fori.

SVMMARIVM.

1 *In Ecclesia commissum delictum est mixti fori, ita ut Iudex Ecclesiasticus procedere possit quoad pœnas sibi licitas, et Iudex laicus ad omnem pœnam corporalem.*

2 *Iudex Ecclesiasticus delegatus à Papa in delicto mixti fori vtitur vtraque iurisdictione Ecclesiastica, et seculari.*

3 *Confessus coram Iudice incompetente condemnari non potest a Iudice competente.*

4 *Confessio coram Iudice incompetente non est nisi extraiudicialis.*

5 *Clerici coram Iudice seculari confessi, vel conuicti non sunt propterea condemnandi ab Episcopo.*

CONSILIVM CCCCLXI.

AD quæstionem, de qua agitur, debens scribere iussu Sacræ Consultæ præuia dispensatione SS. ab irregularitate pro veritate censeo, confessionẽ emanatam coram Iudice Ecclesiastico sufficientem esse ad condemnationem in pœnam ordinariam, ob furta commissa intus clausuram monialium: cũ
1 enim eiusmodi delicta sint indubitanter mixti fori tam ratione offensionis personarum, quam loci, ideoque vterque Iudex tam Ecclesiasticus, quam laicus procedere possit ad condemnationem, scilicet Ecclesiasticus quoad infligendas pœnas sibi licitas, laicus verò ad omnem pœnam corporalem etiam iure ciuili inspecto, ex l.si quis in hoc genus, C.de Episc & cleric.cum alijs pluribus per Caball. resol.crimin.casu 194.num.9.ante fin.10.& seq.Decian.tract.crim.lib.6.cap.30.n.1.

Sequitur, quod dum Sanctissimus supremam habens superioritatem, & Ecclesiasticam, & temporalem, Causam coram Iudice Ecclesiastico inchoatam, & vsque ad præfatam Reorum confessionem prosequutam ad se auocauit, & Sacræ Consultæ in eisdẽ statu, & terminis delegauit, iure possit à Iudice laico deputato ad condemnationem in pœnam ordinariam procedi, & propterea obiectum defectu
2 ex prætextu diuersitatis Iudicum cesset stante subrogatione Sacræ Consultæ loco Episcopi, corã quo prius pendebat ex adductis per Decian.tract.crim. lib.4.cap.26.incip.sacrilegium, num.1.cum num. 6 vers.tertia declaratio, per totum, fol.mihi 195.cum fol.200.

Neque obstat Baldus, qui dicitur ab alijs approbatus
3 in l.magistratibus, 12.numer.2. ff.de iurisdict.omn. Iudic.tum quia loquitur & ipse, vt cœteri, qui eum sequuntur, in confessione emanata coram non habente iurisdictionem in ea Causa, in qua sequuta fuit confessio, ideo planè applicabilis censeri nequit huic casui, quo Iudex Ecclesiasticus fuit competẽs ratione Causæ mixti fori, ex præallegatis.

Tum etiam quia inter hos casus diuersa est ratio, ex quo confessio coram Iudice ordinario Ecclesiastico emanata ex qualitate competentis iurisdictionis respectu Causæ mixti fori est iudicialis, suamque operationem habet, & respectiuè retinet, & quoad Iudicem Ecclesiasticum quoad pœnas canonicas, & quoad Iudicem laicum quoad pœnas sanguinis, quæ respectiua operatio cessat in confessione emanata coram Iudice incompetente, cum
4 in hoc casu confessio non sit nisi extraiudicialis, quæ non est nisi ad torturam pro perseueratione sufficiens, Ias.in d.l.magistratibus, 12. num. 3. vers. limita primò, quod talis confessio, ff. de iurisdict. omn. Iudic. Boss.tit.de confessis, n.56. cum seq. Caball resolut.crim.casu 81.num.6.in fine, & num. 7. & seqq.

Eiusdemque sensus videtur textus in c.at si clerici,4. de iudic.dum inquit,quòd si clerici coram seculari
5 Iudice conuicti fuerint vel.confessi de crimine,nō sunt propter hoc ab Episcopo aliquatenus condē-nandi,subiungendo rationem, quod sicut senten-tia à non suo Iudice lata,non tenet, ita nec etiam confessio coram ipso,nam textus exinde contrariū sentit in confessione emanata coram suo iudice,& sic competente.

ARGVMENTVM.

De excusatione à prætensa contrauentione bannimentorum super assignatione frumenti.

SVMMARIVM.

1 *Processus ex abrupto vti contra Iuris regulas non valet.*
2 *Sententia dicitur præcipitanter lata, quando à die commissionis ad sententiam non intercessit tempus, in quo potuerint seruari termini substantiales.*
3 *Citatio ad dicendum contra commissionem requiritur, alioquin sententia est nulla ex defectu iurisdictionis.*
4 *Defensiones non sunt denegandæ, neque in crimine læsæ maiestatis.*
5 *Referens continet omnia, quæ sunt in termino relato.*
6 *Identitas nominis singularis probatur absque aliis demonstrationibus.*
7 *Assignationes frumenti, quæ fiunt ex causa bannimentorum Annonæ æquiparantur inuentariis.*
8 *Consuetudo excusat a pœna in conficiendis inuentariis.*
9 *Exceptio non implementi non suffragatur, quando Parti nullum resultat interesse.*

CONSILIVM CCCCLXII.

Stante qualitate rescripti Sanctissimi Domini nostri Illustrissimo D.meo directi,vt prouideat, videtur in casu, de quo agitur.prouisio, pro qua in facto supplicatur,concedenda;nam ex illius serie eum dignosci possit, an fuerit modus ex abrupto
1 processiuus,& consequutiuè aduersus omnes Iuris regulas.Maurus Burgius de modo procedendi ex abrupto,centur.1.quæst.9.num.1.& seqq. supplicatio etiā prouisionem meretur,iuxtà text.in l.quod iussit,14.ff.de re iudic.

Et præsertim cum agatur exaduerso non solum de præcipitanter lata sententia exequenda tanquam lata a Iudice,cui dicitur commissa Causa sub die 6 Decembris,& sub die 10.eiusdem mensis, & anni pronunciata in re grauissima; nam sententia abs-
2 que dubio censetur præcipitanter lata, quando à die commissionis ad sententiam non intercessit tempus,in quo potuerint seruari termini substantiales,magisque hoc casu,quo vnicam dicitur præcessisse huius Partis citationem.Cæsar de Graff decis.166.num.2.vbi de sententia lata infra spatiū decem,vel vndecim dierum.

Nullaque vndique in hoc casu incidit hæsitatio,dum sententiæ manifestissimè apparet lata non minus nulliter,quam iniustè.

Nulliter, & quidem ex defectu iurisdictionis, quia huic Parti nedum minimè fuit intimata asserta deputatio illius in Iudicem,à quo sententia fuit lata,
3 sed neque etiam aliqua facta fuit citatio ad dicendum contra commissionem necessaria omninò ad assertam iurisdictionem firmandam,Rot.in Placētina fideiussionis 22.Maij 1592.coram Penia.

Eoque magis,quo defensiones quamuis fuerint petitæ,non fuerunt concessæ,sed negatæ in hac Causa; in qua actum fuit criminaliter ad pœnam Fisco
4 applicandam,nec dubitetur,quin defensiones, & actorum copia tanquam iure naturali debitæ, negandæ nōn essent,itaut nec Iudex habens liberum arbitrium, ac potestatem procedendi sine iuris ordine, & solemnitate, sed sola facti veritate inspecta possit eas denegare in atrocissimis, immo neque in crimine læsæ maiestatis,vt per Farin. quæst. 39.n.15.& seqq.& num.41.& 43.

Iniustitia verò prorsus euidens;quoniam licet ex edictis,& bannimentis Annonæ cautum sit, assignationes frumentorum faciendas esse cum specificatione confinium horreorum,& locorum,in quibus retinerentur, attamen in hoc casu vndique apertissimè cessat quæcumque excogitata contrauentio,ex quo in edictis relatio fit ad formulam in eis-
5 dem descriptam, quæ propterea aliam glosationē non recipit,Card.Mantica dacis.337.n.7.Rota dec. 243.n.7.par.2.diuers.

Stante autem hac formula faciendarum assignationū liquet,eam omninò seruatam extitisse, dum assignationes habēt specificationem expressam, quod frumenta existebant in loco Montis Sancti, iuxta descriptum rubrorum numerum,& alia pariter iuxta quantitatem designatam in loco Montis Luponi; quod autem propterea dictæ assignandi formæ sit satisfactum absque prætensa aliorum confinium specificatione,constat;quandoquidem idē-
6 titas probatur absque alijs confinibus,ex doctrina Bart.in l.demonstratio,17 num.16.ad med. vers. si nomen est singulare,ff.de condit. & demonstr. firmat enim,quòd si nomen est singulare, adeòquod res redditur clara, licet in confinibus, & alijs demonstrationibus erretur,vel non ponantur,dispositio tamen non vitiatur, & Bartolum in hoc sequuta fuit Rota in Ferrarien. de Tassonis 1. Iunij 1615.coram Sanctissimo D.N.vt decis.706. num.1. in fin.par.2.recent.

Præterea aduertendum,quòd contrauentio,quę prętenditur, non fundatur in assignatione data pro hac Parte ratione frumenti recollecti anni 1648. sed anni antecedentis 1647. ea autem assignationis forma non solum tunc fuit admissa,sed fuit vniuersaliter recepta,& admissa in omnibus alijs assignationibus,quarum extat numerus 400 in cancellaria Montis Sancti,& 300. in cancellaria Montis Luponi; cum autem assignaæ frumentorum,quæ
7 fiunt ex causa edictorum, & bannimentorum Annonæ æquiparentur inuentarijs tanquam eiusdem speciei,vt in his terminis per Solam in commentarijs ad Constitutiones Sabaudiæ tit.de edict.Annonæ glos.3.num.9.& seq fol.731.

Vtique vniuersalis hæc consuetudinaria obseruantia
8 liberat à cuiuscumque pœnæ prætextu,prout liberat consuetudo Regionis,quæ seruatur in descriptione requisita in formandis inuentarijs,iuxta l.final.

nal.C.de iur.delib.Cardin.Caualer.decis.508.num. 7.& decis.584.numer.1.& seqq.Seraphin.decis.915. num.3.prout qualibet omissio in eiusmodi inuentarijs excludit à dolo,& consequutiuè à pœna,stante Regionis obseruantia,vt etiam per Rotam decis. 331.n.31.& seq.par.5.rec.

Insuper cessat cuiuslibet contrauentionis prætextus, dum in conformitatem assignationum prædictarũ totum frumentum assignatum,excepta quantitate reseruata ad vsum proprium ex tenore eorumdem Annonæ edictorum fuit Annonæ Vrbis etiam habita fide de precio in parte,ac pro viliori precio, quàm venderetur, effectualiter traditum; nam ex regulis Iuris nulla est dubitatio,quin adimplemētum per æquipollens censendum sit sufficiens, immò nec exceptio non impiementi vnquam suf-
9 fragetur,quando nullum resultat interesse ex asserto non impiemento,vt per Rotam decis.192.num. 20.par.5.recent.& decis.85.num.10.tom.2.par. 4. recentior.

ARGVMENTVM.

An,& quando inter fratres maiores,& minores censeatur contracta, vel renouata societas ad effectum participationis lucrorum,& acquisitionum.

SVMMARIVM.

1 *Conductor domus non est, qui mercedem non præstat.*
2 *Statutum particulare præualet Statuto generali loci dominantis.*
3 *Societas non contrahitur,neque renouatur cum minoribus sine solemnitatibus.*
4 *Societas iam contracta cum minoribus renouari potest,quando illis est vtilis.Contrarium num.5.*
6 *De Ratihabitione non agitur,quando actus non fuit gestus nomine eius,qui ratum habere prætenditur.*
7 *Societas tacita non infertur nisi ex actibus, qui citra ius.et nomen societatis fieri non possunt.*
8 *Societas non censetur renouata ex sola dimissione capitalis in manibus socij.*
9 *Societas renouata non censetur ex actibus æquiuocis,qui fieri potuerunt iure familiaritatis.*
10 *Lucrum proueniens ex industria filij, et ex pecunia paterna diuiditur arbitrio Iudicis pro rata industriæ,et pecuniæ.*

CONSILIVM CCCCLXIII.

IN hac controuersia, quæ de præsenti oritur inter DD.Curtium, & Iacobum filios quondam Ioannis Bernardi ex vna, & D.Maurum eiusdem Ioannis Bernardi alterum filium ex altera, in qua quæritur, nunquid prædicti DD.Curtius, & Iacobus iure prætendere possint ratam partem acquisitionum, & lucrorum, quæ facta supponuntur post societatem, & negocium sociale initum inter eumdem Maurum,& Ferdinandum in Ciuitate Mediolani, in cuius domo durante hac societate cohabitauit, videlicet ab anno 1631.citra,vel taciti itare debeant soli ratæ parti paternæ hæreditatis iuxta tenorem testamenti paterni, sub quo anno 1630. decessit in loco Gabbiatæ eius patria, quatenus in eo dotatis filiabus,alijsque relictis legatis hæredes vniuersales æqualiter instituit præfatos eius filios.

Cum finita societate, vt supra anno 1631. supponatur in themate facti trasmisso, dictum Maurum habitasse Mediolani vna cum fratribus simul viuēdo cum capitali sibi à communi patre tradito, ac vtilibus subinde lucratis, censeo,discussionem huius quæstionis pendere ab applicatione Statuti Mediolani in cap.483.de quo Carpan.ad idem capitulum vol.2.fol.374.in fine, quatenus disponit,quod inter fratres quoque, inter quos est quoddam ius societatis,illud obtineat, vt quicquid in communi domo, vel habitatione post mortem patris simul viuendo acquisiuerint,inter eos commune sit, etiamsi contingat, aliquem ex prædictis fratribus, se absentare ex causa concernente communem rē, vel commune negocium omnium fratrum, vel ex causa cuiuslibet scientiæ.

Cumque etiam supponatur, domum ab eisdem fratribus Mediolani habitatam minimè communem fuisse, sed ab illius domino annua pensione conductam à solo fratre maiore, censeo, quod dum Statutum communicationem acquisitionum decernit non solum ex communi victu in communi domo, sed alternatiuè per dictionem, vel, ex cōmuni victu in communi habitatione, vbi fratres minores probent, se etiam partem pensionis persoluisse, locus sit Statuto ex dispositione l. 4. in princ.ff de vsu, & habitat.secus autem, si non pro-
1 bent,quia qui mercedem non præstat domum non conducit, vt glosa firmat in eadem l. 4. in verbo qui cum eo habitat.

Cessare vero dicti Statuti dispositionem ex eo, quòd
2 isti fratres non sint oriundi ex Ciuitate Mediolani, sed dicti loci Gabbiatæ, iudicarem, quatenus in hoc loco adesset Statutum particulare difforme dicto Statuto Mediolani quamuis loci dominante, secus verò non data eiusmodi Statuti existentia, Paul.de Castro cons.139.num.3.post med.lib.2.Socin.cons.271.num.2.lib.2.Menoch. cons.165.num. 7.lib.2.Lancellott.Gall.ad consuetud.Alexandr. in octaua præfat.num.59.71.81 & alijs, idemque disponitur in ipso Statuto Mediolani in principio operis, Carpan.ad illud ante præludia, ac etiam capit.130.& 159.vol.1.

Iure autem communi inspecto salua semper meliori sententia,& præcipuè dum non vidi nisi ea vtriusque Partis fundamenta, quæ mihi tradita fuere, sentio,lucra, & acquisitiones, quas fecit frater sub proprio nomine,non esse alijs fratribus cōmunicanda, quia cum supponatur tempore, quo hũiusmodi acquisitiones factæ fuerunt, eos fuisse mi-
3 nores,sentio, quod cum illis sine solemnitatibus in minorum contractibus, siue ex communi, siue ex municipali lege requisitis, neque expresse, neque tacite potuerit societas siue contrahi, siue renouari ex authoritatibus, quas congerunt Cardin. Mantic. de tacit. lib. 6. titul. 26. numero 25. vers. cum pupillis autem, & minoribus viginti quinque annis, & Hector Fælic.tract. de societ.cap.41.num.14.& præsertim cum hanc quoque opinionem sequatur Rota apud Buratt.decis. 467.num.2.ante finem, & num.seq.

Ne-

Neque quoad casum, de quo queritur, prætendi po-
4 test, quod societas etiam sine authoritate tutoris, & curatoris non contracta cum minoribus, siue ex-
presè, siue tacitè possit ab eisdem minoribus, siue post pubertatem, siue post ætatē maiorē ratificari, quando fuerit sibi vtilis, ex adductis per eumdem Cardin. Mant. de tacit. dicto lib. 6. tit. 13. num. 17. & seq. vbi etiam vers. non obstat, ad med. loquitur in fratre maiore socio, qui sit aliorum fratrum tutor, qui non potuit authoritatem præstare in rem suam, vt quia respectu pupilli, & minoris etiam contractus societatis possit claudicare, ex multis congestis pro hac opinione etiam Doctoribus insignibus per eumdem Hector. Fælic. d. tract. de societ. cap. 3. num. 15.

Quoniam vel contraria opinio amplectenda, quod
5 immo societas non possit à pupillis, & minoribus post ætatem adultam, vel maiorem haberi rata, tanquam magis recepta, & conuincente ratione suffulta, quod dum ratione contractus societatis vnica competit vtrique ex socijs actio, non sit admittendum, quòd prædicti, re non integra, sed post quam viderint societatem fuisse lucrosam, querant lucrorum communicationem, vbi verò viderint, eam fuisse læsiuam, illius contractum impugnare liceat, vt ex alijs Doctoribus æquè numero, & authoritate insignibus firmat idem Hect. Fælic. eodemque cap. 3. num. 16. vers. contrarium, & num. 17. 18. 19. & 20. vbi etiam num. 21. quod alioquin admitteretur societas leonina regulariter non admittēda, & dicto cap. 41. num. 15. ante med. vers. & ibidē etiam probaui; quamobrem non curandum de Grat. discept. 714. n. 12 & seqq.

Vel vbi opinioni contrariæ esset adhærendum, illa procederet in casu, in quo de societate sine solemnitatibus inita cum ipsis minoribus constaret ex-
6 presè, vel tacitè, cum tunc applicabiles censeri possent termini ratihabitionis, alioquin minime applicabiles, vt per Rot. decis. 149. num. 7. post med. vers. & propterea non potest agi de ratihabitione, postquam sumus in actu, qui non fuit gestus nomine illius, ex l. si pupilli, §. sed si ego, & ibi glos. Bart. & alijs, ff. de neg. gest. cum alijs in eadem decisione allegatis par. 1. recent. & in his etiam terminis Surd. cons. 9. num. 51. vers. vltimum, lib. 1.

Neque enim hoc casu constare videtur de actibus positiuis inferentibus societatem siue expressam, siue tacitam cum fratribus minoribus, qui illam cōcludant, prout concludere debent stante conclu-
7 sione certa, quod inferri nequit nisi ex actibus specialibus, qui citra ius, & nomen societatis fieri non possent, Surd. decis. 267. nu. 6. Rot. decis. 169. numer. 6. par. 2. diuers. & decis. 32. numer. 10. par. 5. recent.

Siquidem ij actus, de quibus in facto fit mentio, non videntur tales in concursu cum alijs actibus, qui etiam ex facto saltem præponderare videntur; nam
8 dimissio apud fratrem maiorem capitalis traditi à communi parente eidem fratri maiori ad effectum ineundi societatem Mediolani cum Ferdinando, non est sufficiens ex l. socium, qui in eo. 61. ff. pro soc. Menoch. cons. 121. num. 86. lib. 2. cum alijs per Felic. dicto tractat. de soc. cap. 41. num. 12. in fine vers. in contrarium, & num. 12.

Quod fratres minores vna cum fratre maiore in eadem domo conducta tamen à fratre maiore proprio nomine, exercuerint se in negociationibus iuxta incidentes occasiones, & retinuerint pecuniarum arcam, absque computorum redditione, non
9 concludit societatem, cum sint actus æquiuoci, qui præsumuntur gesti iure familiaritatis, stante supposito in eodem facto, quod fratres minores actus gesserint cum mandato procuræ eiusdem fratris maioris, vt per Rot. decis. 32. num. 9. par. 5. recen. & plenius in Tudertina Societatis 21. Iunii 1638. & 4. Aprilis 1639. coram Eminentiss. D. Cardinale Panzirolo.

Quodque demum frater maior lucra omnia, & acquisitiones exinde factas perceperit originaliter, vt præfertur, ex pecunia communi paterna, quod firmat Gratian. d. discept. 714. numer. 10. & seqq. & sentit etiam Rota in dicta Tudertina Societatis coram Eminentiss. D. Cardinale Panzirolo, stantibus fundamentis exclusiuis dictæ societatis inter fratrem maiorem, & minores, apud me conside-
10 rabile est ad effectum, vt vbi frater maior vsus sit dicta pecunia in lucrorum cum ea acquisitione, teneatur fauore fratrum minorum ad interesse, ac vt disponit textus in dicta l. socium, qui in eo. 61. ad vsuras, sed non quasi vsuras. ff. pro soc. & consequutiuè Iudicis arbitrio, iuxta cons. Soc. senioris 162. n. 1. vt quatenus mereatur pecunia, attribuatur pecuniæ, & quatenus industria mercatur, industriæ, lib. 2.

ARGVMENTVM.

Stantibus Constitutionibus Religionis Oliuetanæ, quod eligatur Generalis alternatim de diuersis Prouinciis quolibet triennio, an defuncto Generali non completo triennio, alter Generalis eligendus sit de eadem Prouincia ratione temporis deficientis.

SVMMARIVM.

1 *Supplementum, & complementum dicitur de eo, quod deest.*
2 *Constitutio loquens cum qualitate trahit ad sui intellectum omnes alias leges, & constitutiones simpliciter de eadem materia loquentes.*
4 *Indicum de diuersis locis alternatim eligendorum si vnus moriatur, vel aut officium complere non possit, subrogatio fit alterius de eodem loco.*
4 *Inæqualitas vt euitetur, assumenda est interpretatio.*
5 *Generalis dispositio non refertur ad ea, de quibus facta fuit specialis prouisio.*
6 *Obseruantia interpretatiua præualet verborum proprietati.*
7 *Verba Constitutionis probant obseruantiam, quando stant causatiuè.*

CONSILIVM CCCCLXIV.

CVm ob mortem Reuerendissimi Patris Don Frācisci Ferferæ Abbatis Generalis Oliuetanæ Religionis ex Prouincia Lombardiæ sequutam 22. Martij currentis anni 1646. alter Generalis sit eligendus

gendus per Capitulum Generale prima mensis Octobris Dominica iuxtà Constitutionem eiusdem Religionis cap.1.de loco,& tempore Capituli Generalis, annalisque celebrandi, §. si autem infra triennium ob mortem, cum §. seq. incip. quod si huiusmodi vacatio post mensis Februarij initium accidat.

Cumque Abbas Generalis prædictus electus fuerit in Capitulo Generali die septima Maij anni præteriti 1645.& sic triennium ab electione non expleuerit,orta fuit controuersia, numquid nouus Generalis eligendus,stante dispositione Bullæ aureæ, ex qua obseruanda est alternatiua, vt si qui ad dignitatem Generalatus peruenerit,fuerit citra Appenninos Montes eum subsequatur alius Generalis,qui sit vltra dictos Montes, & sic alternatim electio fiat seruata etiam alternatiua inter sex Prouincias,in quibus Congregatio est diuisa,& consequutiuè an cœtera officia veluti Vicariatus generalis, generalis Procuratoris,Visitatorum, ac Abbatum cuiusque Monasterij ex tunc nouiter sint eligenda.

An potius nouus Generalis eligendus sit de eadem Lombardiæ Prouincia ratione solius supplementi temporis deficientis à dicta prædefuncti Generalis electione ad diem mortis. & consequutiuè an in cœteris quoque officijs supplementum dicti temporis durare debeat.

Videtur hæc secunda pars restricta ad supplementum potior iuxtà secundas dictæ Religionis Constitutiones,par.1.pag.13.in ijs verbis,in quibus decernitur,vt is,qui suffectus fuerit completo tempore sui Prædecessoris intelligatur omninò absolutus,nec confirmari,nec assumi iterum possit,nisi saltem tanto tempore vacauerit,quantum pro suo Præcessore constiterit suppleuisse; siquidem ex pro-
1 prietate verbi supplementi,aut complementi temporis alia significatio assumi non potest, quā quod supplementum sit de eo,quod deest,l. quia actionum,in.ff.de præscriptis verbis, c.2. de instit. & c. 1.de sacra vnctione, & ex ijs Dec. consil. 423. numero 6.

Nec obstat,quòd ex aurea Bulla,& ex dictæ Religionis Constitutionibus simpliciter,& generaliter disponatur, quod Generali vltramontano succedat Generalis citramontanus, & idcircò generaliter sint intelligende ex vulgaribus regulis; quoniam cum Constitutio supradicta in casu vacationis dignitatis Generalatus loquatur de qualitate vacationis per mortem, & iuxta hanc qualitatem noui Generalis electionem statuat per modum supplementi,locus est conclusioni certæ, quod quan-
2 do lex, vel Constitutio loquitur cum aliqua qualitate, trahit ad sui intellectum omnes alias leges loquentes simpliciter de eadem materia, Alberic. in l.si quis in principio testamenti 22.ex num.2. in principio, vers.nam quando lex, ff.de legat.3.Soc. iun.in l.cum filius familias. super apparatu glossarum num.46.ff.de leg.1. atque ita etiam firmauit Rota apud Comitolum decis.160.num.9.

Et in terminis quæstionis alias in Regno discussæ in-
3 ter Iudices Magnæ Regiæ Curię, & Consistorij, qui vigore capitulorum Regni alternatis vicibus eligi debent de Ciuitate Panormi, Messanensi,Catinensi, & duorum de Regno, si vnus de ipsis moriatur, vel alio modo magistratum regere impediatur,qui fortè erat Panormitanus,seu Messanensis, an Princeps teneatur subrogare alterum de eodem loco,fuit decisum, quod sic, itaquod [sub]rogatus debeat esse eiusdem iuris, & conditio[nis] cuius est ille, & in cuius locum subrogatur,vt p[er] Mastrill.tract.de magistratibus.lib.2. cap.7. nu.75. 76. & 77.vbi etiam in fine, quod ita fuit practi[ca]tum.

Et videtur etiam casus hic extra difficultatem, [tum] quia, vbi cœtera quoque officia Religionis essent immutanda, sequeretur absurdum, & confusio, immo maxima iniquitas,quod inæqualitas aduersus mentem tam Bullæ aureæ, quàm Constitutionum Religionis inter eiusdem Religionis Proui-
4 cias daretur, adeut in dubio cæteris interpretationibus præualeat, Menoch.consf.489.num.12.lib. 5.Soc.iun.consl.172. num.22.lib.1 Rimin.iun.cons. 181.num.20.lib.2.

Quamobrem nec generalis dispositio referri pote[st]
5 ad alium specialem, Rot. decis.602. num.4.p[ar]. recent.

Tum etiam, quia pro hac Parte stat subsequuta ob-
6 seruantia, adeout interpretatio desumpta ab ob-seruantia præualeat etiam verborum proprietati, Cardin.Mantic.de tacit.lib.23. tit.19. num.37. Buratt.decis.944.num.5.ad finem.

Cessatque omnis difficultas,dum cum hac obseruantia, & consuetudine concurrit illius approbatio ex Breue fa. me.Vrbani Octaui, de qua in facto, cum
7 verba,iuxta Constitutiones, & consuetudinem eiusdem Congregationis in Abbatem Generalem ad id tempus, quod defuncto defuerat, stent causatiuè, ac propterea bene probent obseruantiam, vt per Rot.decis.124.num.25.par.5.recent.

ARGVMENTVM.

De eadem re, cum responsione ad obiectiones contrarias.

SVMMARIVM.

1 *Casus omissus remanet in dispositione Iuris communis.*
2 *Consuetudo est optima quarumcumque dispositionum interpres.*
3 *Qualificatum factum is qui tenetur probare,non [releuatur] probatione facti sine qualitate.*
4 *Causa finalis est anima, & spiritus cuiuscumque dispositionis.*
5 *Generalis dispositio restringitur, vt seruetur æqualitas.*
6 *Superfluum non dicitur id,quod operatur maiorem declarationem.*
7 *Diseretiua loquutio ea est,quæ loquitur de per se de vno,& de per se de alio,itaut propterea expressum faciat cessare tacitum.*
8 *Consuetudo probatur ex attestatione Summi Pontifices, quando emanauit non conditionaliter,sed causatiuè.*
9 *Aequitas vim legis habet, & pro lege allegari potest.*

CONSILIVM CCCCLXV.

QVamuis ex Constitutionibus Sacræ Religionis Oliuetanæ ea in sex Prouincias distinguatur, quarum tres tanquam vltra Montes Appenninos Vltramontanæ nuncupantur, Lombardiæ scilicet, Romandiolæ, ac Venetæ, aliæ verò tres, quales Vmbriæ, Etruriæ, ac Regni, denominantur citramontanæ, & inter has Prouincias Generalis Religionis electio alternatim respectiuè spectet, Vicarius verò Generalis eligatur diuersa de Prouincia ab ea, de qua Generalis eligitur.

Attamen ex eiusdem Religionis Constitutionibus nulla habetur explicita dispositio, ex qua defuncti Generalis existente vacatione per mortem triennio non completo electio alterius Generalis sit facienda ad integrum triennium, vel potius pro tẽpore priori Generali deficiente in illius supplementum; quamobrem vel casus hic, de quo quæ-
1 ritur, tanquam omissus decidendus est iuxtà Iuris communis dispositionem, ex textu in l.commodissimè, 10. ibi, neutrius temporis habita mentione, ff. de liber.& posthum.

Vel decisio huius casus desumenda est ex consuetu-
2 dine hactenus seruata, cum dispositionum quarumcumque optima sit interpres consuetudo, l. si de interpretatione, ff.de legib.Rot.decis.362. num. 12.par.5.recent.

Neque quoad primum caput obstat, quòd Constitutiones Religionis generaliter, & absolutè alternatiuam in electione Generalis præfiniant.

Tum quia generalitas, & absolutio, quæ exaduerso perpenditur, loquitur solum de alternatiua respectu faciendæ electionis Generalis in genere, ideoque applicabilis duntaxat censeri potest quoad ipsius electionis substantiam, non autem quoad speciem qualitatis vnius, vel alterius temporis, scilicet integri triennij, vel diminuti iuxta qualitatem temporis priori Generali deficientis, ideoque fundamentum desumptum ex generali regula generalitatis suffragari nequit hoc casu, quo differentia non versatur in genere faciendæ electionis, sed in qualitate consistente in tempore, vno,
3 vel altero, eadem ratione, qua qui tenetur probare factum qualificatum non iuuatur probatione facti sine qualitate. Natt.cons.569. numero 4. Dec. cons.105 num.11.lib.1. Surd. decis.64 num. 29. & seq. Rot.decis.44.num.20.ad finem,& seqq. par. 6. recent.

Tum etiam quia cuiuscumque dispositionis spiritus,
4 & anima est causa finalis, Rot.decis 17.numero 43. par.5.recent.

In hoc autem casu nulla alia considerabilis censeri potest in alternatiuæ prædictæ dispositione magis, quàm ratio seruandæ æqualitatis inter Religionis Prouincias; hæc verò causa ita demum applicatur, vbi quælibet Prouincia habet suum Generalem per integrum triennium, non autem per minus tempus; quandoquidem textus in l. & qui originẽ 3. §.fin. vers.præses Ptouinciæ prouideat, statuit munera, & honores in Ciuitatibus æqualiter per vices secundum ætates, & dignitates, aut gradus munerum, honorumque, qui antiquitus statuti sunt iniungi, ff. de muner.& honor.

Nec enim huic æqualitati satisfacit, quod in vnaquaque Prouincia possit dari idem casus, quia in vnaquaque Prouincia poterit dari maioris inæqualitatis, vt quia casus incidat, quod eligatur vnius Prouinciæ Generalis, qui decedat infra vnum, vel paucos menses post electionem, adeout plures eueniant turni, & tamen vna Prouincia in nullo ex ijs vnquam triennio fruatur, nõ obstante, quod fruantur aliæ Prouinciæ; nam propterea minimè dubitandum videtur, quin huic possibili, & nimis grauanti inæqualitati sit occurrendum, nec iudicium sortis attendendum; æqualitas nam-
5 que vt seruetur, dispositio etiam generalis est restringenda, Hond.cons.50.nu 63.lib.1.

Neque subsistit, quod data hac æqualitate daretur superfluitas prohibitionis, quod Vicarius generalis non posset eligi in Generalem, quia argumen-
6 tum desumptum à superfluitate est admodum leue, ac fragile, ac propterea sufficit, quod illius operatio consistat in maiori declaratione, Rota apud Merlin.de legit. decis.47. nu.11.& decis.555. num.8.par.2.recent.

Minusque subsistit, quod Constitutiones, quando voluerunt, electionem fieri in supplementum tẽporis deficientis personæ defunctę, id expresserint, ac proinde ex discretiuę dispositionis ratione in casu non expresso censeantur disposuisse cõtrarium; quia casus, quem expresserunt, fundamentum desumit in dignitate, cuius electio pertinet ad diffinitorium; diuersa autem militat ratio in Generalis electione, quę fieri nequit, nisi à solo Capitulo Generali, & nihilominus non etiam ratio discreti-
7 uę applicatur, cum discretiua loquutio ea sit, quę loquitur de per se de vno, & de per se de alio ex ratione, quia propterea expressũ facit cessare tacitũ, vt declarat Bald.in l.in multis n.4. ff.de stat.hom.

Quoad verò secundum caput obseruantię consuetudinis, res clara redditur fauore huius Partis, non
8 solum quia de hac consuetudine constat ex attestatione Papę non conditionaliter, sed causatiuè, Rot.decis.124.num.25.par.5.rec.

Sed etiam quia alioquin darentur duo absurda maxime euitanda, alterum, quod vbi Generalis eligendus esset per integrũ triennium, cœtera quoq; Religionis officia essent immutanda absque cõplemento triennij in electione statuti, alterum, quod dum Generalis de futuro mẽse Octobris esset pro integro triennio eligendus, duraret non solum per triennium, sed vlterius vsque ad festiuitatem Pẽtecostes subsequentem, nisi peruerteretur Constitutionum ordo, quod Capitula generalia excepto casu obitus ante triennium solum in dicta festiuitate celebrari debeãt; absurda autem sunt euitanda
9 tam de iure, quam ex ęquitate, cum ęquitas uim legis habeat, & pro lege allegari possit, etiamsi lex in aliquo casu nõ prospexerit, vt per Rot.decis.194. n. 45.par.7.rec.

ARGVMENTVM.

De præiudicialitate Causæ ciuilis impediẽte prosequutionẽ Causæ criminalis. An, & quando in procuratorem ad exigendum, vel in alium administratorẽ transeat dominium pecuniæ ad effectum inspiciendi, an teneãtur de furto, si in vsus proprios pecuniã cõuerterint.

De

De exclusione pœnæ stellionatus.
De excusatione a crimine falsitatis.

SVMMARIVM.

1 *Mendacium omne non est dolosum.*
2 *Sciens omnis non est in dolo.*
3 *Doli exclusiua interpretatio in dubio facienda est.*
4 *Cumulatio simultanea iudicij criminalis, & ciuilis admitti non solet.*
5 *Praeiudicialitas ciuilis Causae obstat prosequutioni Causae criminalis.*
6 *Causa criminalis prius cognosci debet, quando praeiudicium est vicissitudinarium.*
7 *Inquisitionis prosequutio non admittitur, vbi accusatio suspenditur.*
8 *In Procuratorem, qui exegit, transfertur dominium pecuniae.*
9 *Furtum non fit rei propriae.*
10 *Ex Contractu nullo non sumitur materia ordinata ad decipiendum, & ad delictum*
11 *Mendacium fraudolentum, vt criminaliter puniatur, non satis est potentia damni, sed requiritur fraus cum effectu damni.*
12 *Administrationis velamen actionem furti temperat.*
13 *Furti actio datur etiam contra tutorem, quando mala fide contrectat non tanquam tutor, sed tanquam extraneus.*
14 *Furtum nemo facit inficiando Contrarium iuncta contrectatione, vt num. 15.*
16 *Depositarius non committit furtum negando depositum, vbi pecunia non sit deposita, vt species, sed ad numerum.*
17 *Solutionem allegans tenetur probare.*
18 *Falsitas non est punibilis quando neque nocuit, neque potuit nocere. Et num. 50.*
19 *Scriptura alicuius non magis creditur quam viuae eius voci.*
20 *Iuramentum in litem non datur, quando aliunde redditur ratio.*
21 *Liber administrationis debet continere data, & accepta omnia.*
22 *Exhibitio scripturae fieri debet probata existentia, & interesse Partis.*
23 *Retentio competit creditori, etiam quando res ad eum peruenit ex causa indebita, dummodo sine vitio, vt num. 24.*
25 *Turbans aliquem excusatur, quando habuit aliquam iustam causam agendi, quod agit.*
26 *Furtum non datur sine animo lucrandi.*
27 *Socius non tenetur furti, quando disponit de pecunijs sibi pro sua rata ex societate obuenientibus.*
28 *Actus reuocari potest, quando non agitur de alterius interesse.*
29 *Stellionatus poena non intrat, quando dolus purgari potest actione ciuili descendente ex contractu.*
30 *Stellionatus crimen punitur dumtaxat poena pecuniaria.*
31 *Poena pecuniaria non euadit corporalis ex iteratione delicti, nisi in casibus furtorum, vel nisi vbi maximus insurgeret contemptus Principis.*
32 *Furta domestica leuia mitius puniuntur.*
33 *Furta domestica magna in famulis, & vilibus personis acrius puniuntur in praxi, quamuis de Iure opinio haec non probetur.*
34 *Solutio in praeteritum non censetur facta, quando fit conuentio inter Partes de solutione facienda.*
35 *Actum qui multiplici de causa fieri potest, Parti quae asserit gestum fuisse ob vnam solam, probandi onus incumbit.*
36 *Actus tribuitur potius causae necessariae, quam voluntariae.*
37 *Aequiuoca probatio respectu temporis non releuat. Et num. 49.*
38 *Enunciatio probat rem enunciatam antecessisse.*
39 *Falsus creditor scienter exigens indebitum tenetur furti, quando debitor soluens labitur circa personam exigentis, secus quando labitur circa debiti causam.*
40 *Falsus procurator non differt à falso creditore quoad exactionem indebiti.*
41 *Falsus creditor exigens facit furtum, siue debitor sponte soluat, siue seductus.*
42 *Depositarius pecuniae numeratae dicitur debitor generis.*
43 *Recipiens pecunias in causam à se sponte expressam, nempe cum assertione, quod velit eas erogare in causam certam, potest etiam in aliam causam conuertere.*
44 *Fisci pecuniam recipiens Fisco deferendam, si per annum retinet, tenetur l. Iulia de residuis.*
45 *Peculatus crimen non committit, qui exigit pecuniam ab eo, qui & sibi, & Fisco debet.*
46 *Ratio legis ampliat dictum.*
47 *Mandans non punitur de falso, quando fabricator falsitatis ignorauit, nec fuit in dolo*
48 *Identitas probari debet ab allegante vti fundamentum intentionis.*
51 *De Stili notorij veritate Iudex potest se extraiudicialiter informare.*
52 *Animus probatur iuramento asserentis etiam in criminalibus*
53 *Verba illius nomine, adiecta in mandato procura, intelliguntur non pro seruitio, sed loco illius.*
54 *Argumento à superfluitate non est locus ad inductionem delicti.*
55 *In Procuratorem falsum an transferatur dominium exactae pecuniae, distinguuntur plures casus.*
56 *Furti actio, vel condictio furtiua contra falsum procuratorem datur ad fauorem soluentis, non autem ad fauorem creditoris, cui non competit nisi actio negociorum gestorum.*
57 *Procurator obligat dominum, etiamsi pecuniae non conuertantur in causam expressam.*
58 *Contra Procuratorem ad recipiendum, qui non impleuit causam in quam fuit constitutus, non datur nisi condictio ob causam.*
59 *Illicitum omne non punitur, sed id demum, quod lex statuit esse delictum.*

CONSILIVM CCCCLXVI.

DEfensores D. querelati iure merito negare possunt in acceptionibus pecuniarum ab ipso factis dolum possibilem inesse criminaliter, qui est effectus dubij, de quo agitur; quamuis enim ex aduerso istae appellentur interceptiones factae cum falsis, & mendacibus assertionibus, ac propterea manifestum praeseferre dolum praetendantur; tamen, non exinde criminalitas necessario insurgit,
1 cum non omne mendacium sit dolosum, l. & eleganter, §. fin. ff. de dol. Dec. in c. si autem num. 2 &
2 3. de rescript. sicut non omnis sciens est in dolo, l.

 no-

nouissimè, ff de fals.tut.l.ait Prætor, §.quod ait, ff. de his, quæ in fraud.credit.Rot.decis.582 num.7. par.1 diuers.& in dubio facienda est interpretatio
3 doli exclusiua, sicut inquit idem Aym. exaduerso in hoc allegatus cons.262.nu 7.col.fin. vbi vlterius inuehit in eos maleficiorum Iudices,qui aliud sẽtiunt nimis aidi ad condemnationem.

Sed criminalitas omnis penitus excluditur ex ijs,quę pro D.querelato in defensionibus adducta fuerũt, quæquè minus tolluntur ex replicatis exaduerso; siquidem, quod ex anteriori introducta lite ciuili super redditione computorum hinc inde, supposito, quod in facto non deficit, iudicium criminale simultaneè cumulari non possit, satis patet ex re-
4 gula certa, quod quicquid sit de successiua cumulatione, simultanea tamen non admittitur, sed durante prius intẽtato iudicio cumulatio ciuilis, & criminalis actionis, & e contra à iure improbatur, l.1.§.hoc edicto,ff.de vi bon.rapt.l.interdum, C.de publ.iud. glos.in l.1.in verbo vtraque, & in rubr.C.quand.ciuil.act.crim.præiud.Honded.cons. 109.num 60.& seqq.lib.1. admittit Surd. cons.139. num.1.lib.1.& hoc ipsum plenè etiam Farin.firmat in alleg.exaduerso quæst.crim.100.cap.3. num.123. &seqq.& in fine.

Nec obstat, quod criminalis quæstio etiam post ciuilem intentata tanquam maior faciat ciuile iudicium supersedere,iuxta text.in l.fin. C. de ord.iud. quia conclusio huiusmodi duas habet distinctas,& separatas limitationes, nec vna alterius concursum desiderat, vt exaduerso supponitur; prima est illa, quæ exaduerso admittitur, quando in ciuili Causa fuit ciuiliter de crimine oppositum; secunda, & diuersa, quando nulla etiam in ciuili iudicio de crimine facta oppositione constat, ciuilẽ præiudicialem esse criminali; quãdoquidem,quod
5 etiam in secundo hoc casu præiudicialitas ciuilis obstet prosequutioni criminalis, tenent ijdemmet exaduerso allegati, Bellapert in d.l. fin post med.vers.sed nunquid lex ista, C. de ord. iudic.& ibidem Salicet.num 1. in prima, & 2. opposit. vbi bene se declarat.Aym.cons.280 numer.1.post med. vers. simili modo, & hoc etiam sequitur Rot. in allegata exaduerso Romana de Stocchis 9. Martij 1598 coram Gypsio; ibi enim vtitur ad firmandam hanc conclusionem copulatiuè duabus supradictis separatis rationibus, & quod in iudicio ciuili de crimine fuerat discursum, & quod à ciuili pendebat exitus criminalis, vt in ea decis.patet impressa post consil.Farin.decis.124.

Quamobrem, dum exaduerso dicitur excepta in hac parte pro D. querelato non esse attendenda, quia contra communem, aut intelligi, quando in ciuili causa fuit ciuiliter oppositum de crimine, apparet obiectum non tollere, cum licet præiudicialitas oriatur non minus ex capite oppositionis de crimine in ciuili, tamen nihil prohibet, quin præiudicialitas etiam aliunde haberi possit, & ea sufficiens sit absque qualitate primi casus, sicut sine concursu dictæ oppositionis in ciuili veritatem alterius huius limitationis bene probant text.in l. quoniam Alexandrum, C.ad l.Iul.de adult. inducta, sicut bene facit Sichard.in d.l.fin.num.4. vers. si vero amplius, C.de ordin.iudic.& in l.Præses, ff. ad leg.Flau de plag.cum quibus satis sit post glos. Odofr.Ang Alex.Fulgos.Afflict Natt & alios allegare Farinac.ipsum in eadem exaduerso adducta quæst. 100.num.61.vbi etiam ita decis. in d.Romana de Stocchis intelligit.

Cum igitur in casu, de quo agitur,præiudicium non sit vicissitudinarium,& criminalitas intentata non absorbeat ciuilem, dum quamuis exaduerso dicatur agi de falsitate,furto, & dolo, tamen quia hæc non prætenduntur in aliqua partita,ex qua excludatur,vel intret diminutio,vel augumentum mutui hinc inde debiti,& crediti,restringitur propterea prætensio delictorum in sola Causa prætensarum interceptionum; hæc autem Causa,an criminalitatem admittat verè dependeat à credito huius Partis, & redditione computorum libris Thesaurariæ socialibus exhibitis, sicut proinde sola ciuilis est præiudicialis criminali, ita prætextus ma-
6 ioritatis criminalis non potest exceptionem huius præiudicialitatis minimè vicissitudinariæ conquassare,vt bene explicat Salicet.in d.l.fin.in princ. in secunda oppos.C.de ord.iudic.Grat.cons. 71. nu. 22.& seq.lib.2.& in terminis nostris. latè Honded. d.cons.109.num.60.& seq.lib.1. Coccin. decis. 123. num.18.& seq.

Quamquam autem præmissa sufficiant ad effectum, vt pronuncietur,iudicium criminale debere silere vsque ad exitum ciuilis,à quo dependet,etiam respectu Fisci volentis procedere ex officio,cum non
7 admittatur prosequutio inquisitionis, vbi accusatio suspenditur,cum inquisitio in locum ipsius accusationis succedat,Grat.cons.75 numer.20. lib.2. Coccin.d.decis.123.nu.25. tamen vt cognoscatur, de iure locum esse absolutioni etiam à prætensis criminalitatibus reseruato iure Parti ciuiliter agendi,dicimus,non obstantibus exaduerso deductis subsistere ea omnia,quæ ad fauorem huius Partis supposita fuere.

Dum igitur secundò dicebamus non posse criminaliter agi,vbi res originem habuit à contractu, conclusio hæc habet assistentiam iuris respectu casus, de quo agitur,pro quo fuit inducta, quia contrarium,quod leges statuerunt in commodatario,depositario, creditore, & similibus non applicatur contra D.querelatum, quatenus tanquam Partis aduersæ legitimus procurator pecunias omnes exegit, de quibus accusatur; etenim non mirum si depositarij, commodatarij, & creditores furtum committunt,vtendo re deposita, commodata, & pignorata, quia, vt dicunt textus exaduerso allegati in l.si pignore,ff de furt.in §. furtum autem, Instit de oblig.quæ ex del.& l.fullo,vel sarcinator, ff.de furt. vsus earum rerum non prouenit ex contractu,cum non ob causam vsus accipiãtur,ac propterea prædicti vtendo terminos contractus egrediantur, vt in dictis iuribus; secus autem est in
8 procuratore pecunias in vim mandati procuræ recipiente,quia quando verus est, & non falsus procurator,soluens ex voluntate creditoris, dicitur dominium pecuniæ in ipsum procuratorem transferre,quia ea intentione censetur facta solutio, & receptio,vt non eadem pecunia, & idem corpus debeat domino reddi, sed tantundem, vt clare Fulgos. in l.si ego,num.1 ff.de negoc.gestis,& in l si procuratori,num.6.ad fin.vers.ad finem,& numero 7.& in repet.num.11.ff de cond. ob caus.& in l. qui negocia,num.1.ff.mand.quamobrem stante dominij translatione impossibile est, quòd procurator verus committat furtum,cum furtum sine contre-
9 ctatione,& minus rei propriæ non fiat,l.1.ff.de fur. & not.communiter omnes in d.l. si procuratori, ff. de condit.ob caus.cui fundamento supplicatur aduerti,

uerti,quia illi non solum exaduerso responsum nõ fuit, sed si prætenderetur, contrarium substineri posse,vtique contra omnes, qui exigunt tanquam procuratores alienas pecunias,poterit inquiri de furto,cum vix sit aliquis,qui exactas pecunias cum suis non commisceat,eisque in vsus proprios non vtatur; quod tamen absurdum est,in tãtum,quod neque etiam falsus procurator admmittit furtum, quando soluens censetur voluisse in eum dominiũ transferre, cum dominium non possit præcurri a delicto falsitatis,dum in ipso momento, & instanti traditionis dominium acquiritur, vt inquit Bald. in l. si procuratori, in fin. & inferius etiam dicendum.

Sic & illa conclusio, quòd criminaliter agi possit de dolo,quamuis ille purgari possit actione ciuili ex contractu,quando ex dolo resultat aliquod nominatum delictum,veluti furtum,aut falsitas,&si vera sit in Iure,& nunquam fuerit negata,non tamen applicatur facto,quia in casu,de quo agitur,neque de furto,neque de falsitate agi potest,vt alias probatum fuit,& infra etiam ostendetur;sicut alia duo requisita, quæ adhuc exaduerso copulatiuè desiderantur, quod materia sit potius ordinata ad nulliter contrahendum,quam ad alium decipiendum, quodque ex dolo commisso nemo damnum aliquod passus fuerit,minimè refragantur; quoniã prima illa qualitas nullitatis contractus considerata originaliter à Bald.in cons.14 num.15. lib.1. & per Farinac.quæst.19.num.37.& cons.96 num.19. non est principale requisitum, adeoquod vbi non daretur nullitas contractus, ibi criminaliter procedi possit, sed est ratio rationis, ex qua probat Bald.in casu suo,ex contractu nullo non posse dici
10 materiam ordinatam ad decipiendum,& hinc est, quod idem Ossasc.in decis. Pedem. exaduerso allegata 137.num.17.vers.quæ responsio,inquit, quòd hæc responsio Bald. circa contractus nullitatem proximè redit ad primam,quòd criminaliter procedi non possit in actu,qui non haberet proprium nomen delicti; alia verò qualitas, quod gesta per D querelatum ordinata fuerint ad deceptionẽ, & damnum Partis,non verificatur in facto,dum receptio pecuniarum non potest dici ordinata ad decipiendum, ex quo processit in vim mandati procuræ, & consequenter ex voluntate Partis, significatio verò solutionis eius, quod solutum non fuit,non potest dici fraudolenta, ex quo nullum exinde damnum Pars aduersa passa fuit, & in hoc
11 casu ad effectum puniendi mendacia criminaliter non sufficit potentia damni, sed requiritur fraus cum effectu damni,vt ex textu,qui benè hoc probat in l.1 in fine, ff.de statulib. inquit idem Bald. exaduerso adductus cons.15.in fine primi numeri, vers.necnon fraus,lib.1.

Et hinc facit etiam pro D. querelato conclusio illa,
12 quod velamen administrationis actionem furti temperat,de qua Farinac.d.cons.96. num.20. quia
13 licet verum sit,contra tutorem dari etiam actionem furti,vt ex l. 1. §. in tutela, & l actione, & ibi glo.in verb.sed si furandi,ff de tut.& rat.distrahen. probat Farinac.d.cons.96.num.20.tamen non procedit hoc ex eo duntaxat, quod tutor pecunias pupillares in proprios vsus conuertat, quia tunc cum contrectet tanquam tutor ratione administrationis ad se pertinentis,satis est, quòd etiam ratione doli detur contra illum actio tutelæ, vel de rationibus distrahendis ad damna,& interesse, & licet secus sit,quando contrectat mala fide, non tanquam tutor,sed tanquam extraneus,& propterea tunc non solum duæ prædictæ actiones, sed & tertia furti detur,tamen non in hoc secundo, sed in primo casu,& fortiori nos versamur,dum pecunias,quas D.querelatus habuit, peruenerunt in ipsum,non tanquam extraneum,sed tanquam procuratorem,qui poterat in vsum proprium conuertere,ac proinde contra Partem aduersam facit idẽ Bart.exaduerso adductus in l.posthumo,num.3. ff. de tut.& rat.distr.

Nec obstat,quòd ex negatione arguatur animus non restituendi, & ex occultatione huiusmodi succedat furtum,quia vltraquod conclusio singulariter assumpta,quod ex negatione intret furtum, non habet assistentiam Iuris,quia inficiando nemo fur-
14 tum facit,inquit in verbis textus in l inficiando, 69.ff.de furt.nec contrarium probat text. in l. hæreditatum.§.fin.ff.ad l. falcid. dum aliud est ex negatione amittere beneficia falcidiæ,aliud incidere in crimen furti, vt de se patet, minusque probat hoc Boss.tit.de furt.num.43.Aym.verò consil. 287.
15 num.1.Giaccar.in addit.ad Clar.§ furtum, littera C.vers.item scias, & Bonif. de furt §.contrectatio, num.30.ad finem,& num.43.non fundant se in sola negatione, sed immò coniunctim in negatione cum contrectatione, quæ si cadit in depositario negante,& contrectante depositum, non tamen cadit in procuratore, cum immo neque cadat in
16 depositario,quando pecunia non est deposita, vt species,sed ad numerum,vt explicat Alber.in eadem l.inficiando,num.4.& est firmissima conclusio ex textu,& rationibus satis alias probata.

Adhuc aduertendum est,quod longè diuersus est casus,in quo consuluit Farinac. d. cons.96.num. 20. à casu,de quo agitur, etenim Farin. loquitur quando quis pecunias per ipsum interceptas negat habuisse,& ex hac negatione propterea colligit animum non restituendi; D. querelatus autem nunquam negauit pecunias habuisse, quod si scripsit eas soluisse,licet non soluerit, ex hoc sicut non insurgit negatio,sed affirmatio eius, quod non fecerat,ita malè exaduerso applicantur termini negationis; at quod longa sit differentia inter negantem accepisse, & inter affirmantem se soluisse, ex hoc ipso patet,quod negans transfert onus probãdi in aduersarium,ac propterea non mirum,si contra conuictum insurgit præsumptio praui animi in non restituendo, secus autem est in affirmante se soluisse,quia cum confitens debitum,& prætendẽs
17 se soluisse, ipsemet affirmans debeat hoc concludenter probare.l.quinquaginta,ff de probat.Bald. cons.220.lib 1.Surd decis.105.num.9 Rota in Cornetana pecuniaria 29.Martij 1593. coram Litta; non potest propterea delictum includi, sicut ex n-
18 dè nullum damnum neque actu, neque habitu Parti inferebatur,Bart.in l.si quis legatum, num 2. ff.ad leg.Corn.de fals.Gabr.cons.169 num 14.& seq. lib 1.Honded.cons 109.num.55.lib.1.

Et quidem si verus esset Partis aduersæ intellectus, vtique Fiscus mille processus contra debitores fabricare posset,etiam quod in iudicio ad retardãdam solutionem excipiant se soluisse, quod non soluerunt,& tamen hoc est inauditum;cum similis allegatio etiam in actis redacta, quamuis minus vera nullum inferat creditoribus præiudicium, & consequenter neque inferatur, quando debitor idipsum in proprijs litteris suo creditori scribit,

19 cum non magis sit credendum scripturæ alicuius,
quam viuæ eius voci, Alex.cons.33.numer.13.lib.6.
Rota decis.781.num.12.par.1.

Dum etiam tertio adducebatur, quod de pecunijs
habitis D.querelatus in suis libris fecit se debito-
rem, excludit hoc animum occultandi, & prodest
etiam respectu scutorum quinque millium à Ca-
mera exactorũ, quæ quicquid exaduerso dicatur,
nũquam ipsa negauit exegisse, sed benè alia quin-
que millia adhuc ab eadem Camera exigenda;
hæc enim, & alia exacta à Cortonesijs, si in d. libro
scripta non reperiantur, ideo fuit, quia de tempore
huiusmodi exactionis D.querelatus librum nõ re-
tinebat, & satis est pro interesse Partis, quod de il-
20 lis de mandato eiusdem D.querelati creditor D.
thesaurarius sit effectus per D. depositarium in
libris Cameræ, quia tunc non solum excluditur cri
minalitas, sed neque etiam ciuiliter datur contra
non scribentem iuramentum in litem, vt sæpius
firmauit Rota, vt in Romana tutelæ de Masso co-
ram Gypsio 27 Ianuarij 1586.& 23. eiusdem 1587.
& rursus in Romana redditionis computorum 14.
Maij 1593. coram Litta, quæ decisiones impressæ
sunt post d.Farinac.cons.96.numer.52.53.& seqq. &
eas in hoc casu verissimas esse, idem Farinac. te-
statur se ipsum ita declarans, eodem consil. nume-
ro 50.

Nec dicatur, quod liber supradictus fuerit particula-
ris memoriæ causa, non communis administratio-
21 nis, quia hoc exaduerso non probatur, & commu-
nis præsumitur, dum continet data, & accepta om-
nia, aliaque requisita, Bald. in l. rationes, num.3. C.
de probat. Gab.cons.148.lib.1. nec verum est, quod
negata fuerit exhibitio; vltraquod propterea non
erat in eius potestate ostendere, & non ostendere;
tum quia publicè mediante capserio retinebatur;
22 vnde ad exhibitionem de iure cogi poterat, etiã-
quod alias liber esset proprius, Rota decis.5. de
probat. in nou. Caputaquen.decis.294.par.1. Rota
apud Seraph decis.1224.num.4. vbi loquitur de
libris administrationis, tum quia alias potuisset
contra ipsum iurari in litem, vt in dd. decisionibus,
ex quibus patet, quod dolus, qui exaduerso maior
dicitur detegi in non conficiendo communem li-
brum, non procedit, neque ad effectum criminali-
tatis, neque etiam iuramenti in litem, quando a-
liunde redditur ratio, vt ipse Farinac d.cons.96.ad-
mittit num.50.

Dicere ergo, prout D.querelatus examinatus dicit,
se retinuisse huiusmodi pecunias acceptas pro sui
crediti assecuratione, & non ad decipiendum Par-
tem, releuat ipsum, quia cum non loquatur de ac-
ceptione, prout exaduerso refertur, sed de reten-
tione, & de suo credito constet ex ipsa Partis con-
fessione, signanter in bilancio formiter recognito,
non intrat cons. Alex. 135. lib.1. cum alijs allega-
tis, quia aliud est accipere propria authoritate,
aliud retinere, ac proinde cum acceptio fuerit le-
gitima occasione mandati procuræ, retentio fuit
23 magis licita, cum detur ad fauorem creditoris e-
tiam, quando res ad eum peruenit ex causa indebi-
ta, glo 1. in l. si non sortem. §. libertus, & ibi Bartol.
num.6 Ias. num 20 ff. de condit. indeb. Capic decis.
31.num.2. & claris verbis firmauit Rota in Viter-
bien. de Spiritibus 21 Maij 1581. coram fęl. record.
Clemente Octauo.

Hinc autem non refragatur D.querelato, sed pro eo
24 facit dictum Bald. in l. in possessionem, C. ad leg.
Iul. de vi publ. quia loquitur Bald. in eo, qui clam
ingreditur rem debitoris sub titulo crediti, non
autem de ingrediente sine vitio, & volente dein-
de retinere, prout nec etiam hoc casu loquitur
Menoch. de adip. remed.5.nu.172. & Parin.quæst.
89.num.130. vnde in eo, qui vitiosè non accepit,
magis intrat conclusio eiusdem Baldi, quod præ-
sumatur hoc fecisse pro iure suo conseruando; sem-
25 per enim verum est, quod turbans alium excu-
satur, quando habuit aliquam iustam causam a-
gendi, quod egit, vt per eumdem Menoch. de
retinend. remed.3.quæst.76.num.621. Mascard. de
probat. conclus.1191.num.12.

Nec contrarium firmari potest ex magistrali textu in
l. non existimo, ff. de admin. tut. quia dum in se-
cundo ex tribus casibus ibi propositis vult, quod
tutor clam pecuniam pupillarem à contutore, vel
à se recipiens teneatur ad maximas vsuras constat
propterea tex. illum de interesse ciuili, non de
crimine agere, de vsura scilicet centesima, sicut
ex l. qui sine, ff. de neg. gest. exponit ibi glos. in d. l.
non existimo, in verbo, & cauit. vers. secundus

Sicut nec contrarium suadet textus in l. qui vas §. qui
ex voluntate, ff. de furt. loquitur enim de celante
seruum alienum contra voluntatem domini lucrã-
di animo, vt ibi exponit glos. in verb. sed si cela-
uerit; siquidem lucrandi animus non est appli-
cabilis hoc casu, quia acceptio non potest dici fa-
cta contra voluntatem domini, dum præcessit mã-
datum; retentio autem ratione crediti dici non
potest, quod fiat lucrandi animo, dum retinens
aut probat creditum, & nihil lucratur, quia com-
pensat, aut non probat, & similiter non lucratur,
neque dominus arctatur ipse aliquo onere proba-
tionis, sicut necesse habet in casu dicti §. qui ex
voluntate.

Et ideò cum pecuniæ non fuerint clam, vt exaduerso
supponitur, sed palam in vim mandati receptæ; si-
gnificatio verò, quod essent Cameræ solutæ, quam-
uis non essent, nullum damnum Parti intulerit, ne-
que posset inferre, quia ad dicentem se soluisse
spectabat onus hoc probandi; retentio autem oc-
casione crediti non inferat delictum, & in facto nõ
subsistat, quòd falsa computa essent data, benè ap-
plicatur, quod ex oblatione faciendi computa in-
26 surgit bona fides, & exclusio totalis animi lucran-
di, sine qua non datur furtum, Paris. cons.169.num.
52. vers. cessabit, lib.4. & Hond. d. cons.109.num.33.
& seqq. lib.1.

Dum quoque quarto allegatur Iuris præsumptio,
quòd cum constet, D.querelatum esse socium, præ-
sumitur in dubio pecunijs vsum fuisse ratione suæ
partis, iuxtà l. merito, ff. pro soc. nõ excluditur hæc
præsumptio ex facto, quia, vt dixi, non clam, nec fal
sis assertionibus accepit, sed palam, sciente D. ad-
uersario, cui neque vnquam acceptio fuit negata,
ex allegatis; quibus non obstant Aym Paris. & De-
cian. volentes, socium communes pecunias trafi-
cantem furtum committere, quia intelligitur hæc
conclusio, quando socius traficat vltra ratam pe-
27 cuniarum sibi ex societate obuenientem, prout
intelligit Bart in l. si socius, in fin. ff. de furt. & in l.
rei communis, ff. pro soc. Menoch. de retinend. re-
med.3 num.629. Bertaz. cons. crim.224 per tot. lib.
2. quod enim exaduerso dicitur ex vsu socialis pe-
cuniæ in aliam causam, quam destinatam resultare
furtum, quia propterea aufertur consocio com-
moditas partis suæ, non solum non applicatur, dũ

de-

destinatio huiusmodi exaduerso non probatur processisse de voluntate,& mandato consocij,sicut in his terminis mutuæ destinationis loquuntur Doctores, sed processit duntaxat ex voluntate D. querelati,dum exigendo dixit ipse, se accipere ad effectum soluendi Cameræ; quamobrem cum ipse respectu soluentium tanquam generalis procurator non esset astrictus recipere sub destinatione
28 dictæ causæ, & soluentes circa implementum dictæ causæ nullum haberent interesse,potuit destinationem à se solo factam reuocare, l. 3. & ibi glo. ff.de seru.exportan.Bald cons.377.num.2.lib.5. sed etiam quia , vt dixi non tanquam socius , sed tanquam procurator exegit,ac propterea quæsito sibi dominio vti potuit in proprium vsum,vt supra deductum fuit.

Nec resistit Surd.decis.304 num.14. dum dixit, procuratorem pecuniam domini in proprios vsus cōuertendo, furtum committere , quia vltraquod Surd.loquitur iuxtà terminos tex.quem allegat in l.falsus,§.1.ff.de furt.qui textus loquitur in falso, non in vero procuratore,vt in hoc casu aduertendum est,quod procurator,de quo Surdus mentionem facit,non erat constitutus ad agendum , neque vigore eiusmodi mandati pecuniam exegerat,sed specialiter constitutus erat per eum ad emendam domum,& recepta pecunia in causa pretij exsoluenda emerat nomine mandantis, & proprio,vt dicitur in principio d.decis.304.vndè differentia casuum etiam in hoc patet,quod causa implenda ibi iniuncta erat à domino; in casu autem nostro causa voluntaria expressa fuit ab ipso procuratore , quo casu quando verus est procurator , etiamquod causam illam non impleat, nunquam tenetur furti , vt est textus in verbis aliàs allegatus in d.l.falsus,§.si quis nihil,ff.de furt.

His autem sic se habentibus,quamuis non esset quærendum de qualitate pœnæ stellionatus,cum cer-
29 tum sit,illam non dari quando dolus , cuius occasione conceditur , purgari potest actione de dolo ciuili descendente ex contractu,vt alias probatum fuit , & firmat etiam idem Farinac. in alleg. quæst. 19.num.36. quandoquidem non contendendum est de qualitate,vbi corruit subiectum; tamen , vt nihil intactum relinquatur,dicitur,quod licet in l.3.§.pœna autem,ff.de crim.stell. velit text. quod in plebeijs pœna eius criminis non debeat opus metalli,in alijs verò relegationis ad tempus egredi,tamen quia non propterea indistinctè ex eo tex. firmari potest , quod pœna corporalis sit infligen-
30 da,attenditur consuetudo puniens in hoc crimine duntaxat pœna pecuniaria,vt patet ex eod.Farin. quæst. 18.num.34.non enim dici potest,quod Bertaz.per Farinac.alleg.in cons.11.lib.1.hoc nō probet , vt quia num. 23. non loquatur de pœna stellionatus,sed de pœna infligenda , quando ex aliqua causa receditur à pœna ordinaria,quia si de hac loquitur sub num. 23. loquitur etiam de ea stellionatus , vt sit duntaxat pecuniaria , sub num. 16. & hinc est, quod in casu, in quo consuluit Farin.d.cons.96.vbi prætendebat, Reum incidisse etiam in pœnam furti,& alias,de quibus ibi,nihilominus non fuit damnatus nisi in pœnam pecuniariam,vt ibi num. 51.in fine.

Sicut neque subsistit, quod ex iteratione delicti pœna pecuniaria euadat capitalis, iuxta l. 1.C.de superexact.lib. 10.cum ibi notatis per glos.Bar.Bald. & Luc.de Penna, quia vltraquod textus ille non loquitur do officio priuato, sed de delinquente in officio publico, & scienter indebitum exigente , quo casu exigens tenetur furti,& falsi,iuxta l.etiā
31 C.de furt.de consuetudine huiusmodi opinio non solum non seruatur respectu pœnę capitalis,vt admittitur exaduerso ex Farin.quæst.23.num.7. sed neque etiam respectu pœnæ corporalis, nisi in casibus furtorum,vt declarat Caball resolut.crimin. cas.99.numer.53.in fine, vel nisi vbi maximus insurgeret contemptus Principis , vt declarat Fachin.contr.Iur.lib.1.cap.1.ad fin.post vers.quinta, & postrema, vers. scilicet propter maximum contemptum .

Pariter nec opus est quæstionem illam ingredi , an domestica furta acrius puniantur,quia, vt dixi, cū hoc in casu non detur furtum,neque de illius pœna est quærendum,& nihilominus veritas est,quod
32 aut loquimur in furtis domesticorum leuibus , & mitius,non acrius puniuntur,tam de Iure ex textu in alleg.l.respiciendum,§.furta,ff.de pœn. quam de consuetudine,Clar.in §.furtum,num.22.Cabal. resol.crim.cas.204.num. 26.in fine,& num.seq.aut
33 loquimur de magnis,& licet furtum in famulis, & vilibus opinio contraria recipiatur in praxi, tamē satis dura est,dum Iure non probatur,quia d.l.respiciendum.loquens de leuibus,non tamen disponit,quòd in alijs acrior debeat esse punitio , & Io: Fab.qui author adducitur huius opinionis in §.alia,Inst.de publ.iud.loquitur sine lege,vt aduertit Foller.in pract.crim.canon.cap.21.num.9.& idem Caball.pro contraria allegatus d.cas.204. n.26.in fine,& num.seq.

His sic,vt supra, firmatis,facilis videtur replicatio ijs, quæ exaduerso respondentur,vt nedum de corporali,sed neque de pecuniaria pœna sit agendum ; quod enim primo loco affirmatur,quod D. querelatus iteratis litteris significando Cameræ soluisse scuta circiter 8000. fecerit propterea, vt D. Thesaurarius arbitrando,illa verè soluta fuisse,soluerit D.Roberto,& quod pariter sub eodem falso pretextu exegerit à D.Ghino scuta 1500. adeoquod intret textus in l. falsus creditor,ff.de furt. in l. quoniam,ff.de cond.furt.& not.in l. falsus procurator, C.de furt.hæc inquam affirmatio , vt mihi supponitur,non subsistit in facto ; quoniam ex huiusmodi scutis 8000.scuta 3000. de marchis detrahenda sunt,dum de ijs idem D. thesaurarius in eius libris,cuius partitas in hoc iudicio ipsemet produxit,creauit,& retinet vsque adhuc debitorem ipsum D.querelatum,ac proinde sicut ex hoc ratum habuit,ipsum Cameræ hanc summam non soluisse, ita tanquam implicans in hac parte sibi ipsi contradictionem non est audiendus, iuxta textum in l. 1. C. de furt. item scuta 2000. soluta D.Roberto sunt etiam detrahenda , quia non solum nullibi constat, D.querelatum antequam hanc summam D.aduersarius soluerit , scripsisse , quod ipse prius eam Cameræ soluisset,sed constat de contrario,dū in computo,in quo Pars aduersa fundatur , leguntur præcisa hæc verba : per darne debito alla Camera in conto di tratte ; si enim dandum in futu-
34 rum erat debitum Cameræ, conclusio est manifesta,quod per prius solutio facta non erat,Surd.cōs. 243.num.7.& cons.310.num.11 lib.3.sicut pariter non iustificatur prætensio quoad alia scuta 2538. soluta Gauottis , quia in computo nullum legitur verbum,quod D.querelatus illa soluerit,sed duntaxat,quod D. Petrus erat illius summæ debitor, quod

quod potest intelligi, quod debitor esset ipsis Gauottis, non ipsi querelato; vnde actum huius par-
35 titæ, qui multiplici de causa fieri potuit Pars aduersa, quæ asserit ob vnam solam confectum, probare debet, vt per Menoch. cons. 75. numer. 71. lib. 1.

Et tollitur dubium, quia ad effectum, vt dici non possit, querelatum sub prætextu falsi crediti pecunias ab aduersario extorsisse, satis est, quod ex actis non constet, computum, in quo exaduerso fit fundamentum, transmissum fuisse, antequam aduersarius solueret pecunias cambiatas, itaut exinde inferri possit, ideo aduersarium soluisse, quia putabat querelatum creditorem, qua de re, quia esse potest, quod computum transmissum fuerit post factam solutionem prædictã, & consequenter quod solutio prouenerit non ex causa crediti putatiui, sed occasione præcedentis mandati procuræ, quod Partem ad soluendum obligabat, sicut etiã in dubio præsumitur, cũ vbi actus ex causa vo-
36 luntaria, & necessaria fieri potest, semper ad causam necessariam referri debeat, Aym. cons. 106. num. 8. Surd. decis. 15. num. 13. & seqq. & decis. 170. num. 14. Rot. decis. 391. num. 4. par. 1. & in Auximana fideiussionis, prima Iunij 1598. coram Litta, aut
37 propterea dicendum est, quod computum prædictum tanquam æquiuocum respectu temporis non concludat intentionem Partis aduersæ, Caputaq. decis. 178. num. 4. & 5. par. 3. Rot. decis. diuers. 506. num. 2. par. 1. aut quod immo ex ipso cõputo constet, illud transmissum fuisse longe post factam à D. aduersario solutionem, cum in vltima
38 eius partita enuncietur solutio sub 17. Martij præteriti, ex quo necessario dicendum est, transmissionem post solutionem fuisse subsequutam, non antecessisse, vt exaduerso præsupponebatur, Alciat. reg. 3. præsumpt. 42. vers. secundo, per Bald. Angel. & Salic. in l. cum proponatis, C. de codicill.

Sed dato etiam, quod solutio processerit occasione crediti putatiui, tamen non propterea inferri potest, quod detur actio furti, seu condictio furtiua,
39 quia text. in d. l. falsus, & d. l. quoniam vero, adducti non procedunt ad effectum pœnæ, nisi quando soluens labitur in persona, putans, personam creditoris non esse suppositam, non autem quando labitur in causa, putans, creditum esse verum, cum in primo casu dominium non transferatur in recipientem, & propterea detur furtum; in secundo vero transferatur, & propterea furtum cesset; huiusmodi enim intellectus, quamuis dubius visus fuerit Castr. qui propterea relinquit super illo cogitandum in d. l. quoniam, in fin. ff. de cond. furtiua, tamen, quod verus sit, & recipiendus, tenent Azo. in terminis, C. de condict. indeb. numer. 25. propè med. vers. labebatur enim, glo. in d. l. falsus in princ. in verbo, nummi, ff. de furt. Odofred. in d. l. quoniam nu. 1. in princ. & propè fin. & ibidem Butrig. num. 1. in prin. Bald. in fin. lect. antiq. & Angel. pariter num. 1. in princ. adeoquod patet plures, & graues authores opinionem hanc recepisse; quæ comprobatur etiam ex his, quæ infra dicen-
40 tur in simili conclusione circa falsum procuratorem, quia inter falsum creditorem, & falsum procuratorem nulla est differentia, vt per text. in l. filium, ff. de furt. & in l. falsus, C. eod. inquit Salicet. in d. l. quoniam num. 2. in fine, vers. sed certè, ff. de cond. furtiua.

Præsertim cum D. thesaurarius non soluerit ipsi D. querelato, sed alijs de eius mandato, eo tamen absente, quia hoc casu, quod mandans, vel delegans, non committat furtum, textus est clarus in eadem l. falsus, §. 1. vers. si is, qui indebitum, ff. de furt. non enim glosandus est textus, quod loquatur, quando debitor putans, se debere spontè obtulit soluere falso creditori, quia textus hoc non dicit, & fundatur in sola ratione absentiæ, vt ibi aduertit idem Odofred. exaduerso adductus ad fin. neque censendum est, quod sic intellexerit Odofred. in figuratione casus ex ijs solis verbis, dum vellem soluere deleganti, quia voluntas hæc soluendi potuit etiam procedere facto falsi creditoris solutionem exposcentis.

Et hoc clarius patet ex conclusione, quam D. exaduerso scribens veriorem firmat contra Bart. in d. l. quoniam, numer. 1. & in d. l. falsus ad med. princ.
41 quia si verius est, quod falsus creditor incidit exigens in furtum, siue soluens sponte soluat, siue seductus, vt per Angel. in d. l. falsus, num. 1. vers. in glos. & num. 2. Castr. d. l. quoniam, num. 2. vers. Bartolus, & ibidem Fulgos. num. 2. post med. cum quibus etiam Salicet. num. 3. vers. hæc distinctio, & in l. si procuratori. num. 8. vers. mihi autem, ff. de cond. ob caus. hæc ratio non minus deberet militare in ipso creditore exigente, quam in eius mãdatario exigente in eius absentia, quia non minus scienter recipitur vno casu, quam alio; quamobrem ratio textus in d. §. 1. d. l. falsus in verb. si is, qui, non stat in spontanea oblatione soluentis, sed in sola absentia, quam ex ipso textu constat vnum casum ab altero diuersificare.

Secundo neque furti tenetur D. querelatus, quia ex bancho DD. de Sacchettis iteratis vicibus tanquam procurator pecunias acceperit, expressè affirmans pro seruitio thesaurariæ, & ad effectum soluendi Cameræ, licèt non soluerit, sed in vsum proprium conuerterit; quoniam alias probatum
42 fuit, DD. Sacchettos esse debitores D. aduersarij non simplices eius, vel thesaurariæ depositarios ex text. in l. Lutius 24. & in l. die sponsaliorum, §. qui pecuniam, ff. depos. cum alijs per Molin. de cõtr. disp. 523. nu. 2. & disp. seq. ac proinde cum exactio, à debitore processerit in vim mandati procuræ non applicatur text. in l. si mandauero la 2. §. si tibi centum, ff. mand. & l. si is, cui, C. de furt. cum alijs allegatis, tum quia aliud est, quod pecunia tradatur alteri deferenda, quo casu secundum intellectum Partis aduersæ non transfertur in recipientem dominium iuxta etiam terminos supradictæ legis, quod secus est in exigente in vim mandati; tum quia prædicta, aliaque contraria ex Clar. in §. furtum, nu. 23. vers. posset etiam, & alijs allegatis, procedere forsan possent, quando ipse tradens pecuniam causam exprimit, in quam sit soluenda, non autem quando ipse recipiens di-
43 cit, in hanc causam se recipere, quia quando recipere potest, vt in hoc casu, etiam nulla expressa causa, nihil prohibet, quin possit pœnitere, & à lege causæ sibi à se ipso indictæ recedere, ad tex. in l. Lucius Titius Septitiæ, in fin. ff. de fideicomm. libert. cum alijs supra allegatis.

Neque tenetur pœna peculatus, seu potius de resi-
44 duis, ex tex. in l. cum eo. in fin. ff. ad l. Iul. pecul. disponente, quòd suscipiens à debitore Fisci pecuniam ipsam Fisco deferendam, si penes se per annum retinuit, teneatur l. Iulia, de residuis, iuxta etiam

etiam glo. in l. sacrilegij capite, in figuratione casus. vers. vltimo dicit, ff. eod. Bart. d. l. cum eo, n. 1. Host. in sum. ad l. Iul. pecul. num. 2. ad fin. vers. sed si per annum retinuit; quoniam, vt sæpius dictum fuit, conclusio applicari non potest, dum neque D. thesaurarius, neque DD. Sacchetti, neque alij, qui soluerunt pecunias D. querelato, eam ea lege tradiderunt, vt ad Cameram deferret, sicut loquitur text. in d. l. cum eo, vt ibi per glo. in princip. in verbo pecuniam, sed ipsemet dixit, se in hanc causam recipere, qui casus differunt inter se, quia ex propria destinatione nullũ ius acquiritur Cameræ contra ipsum destinantem, & in eius præiudicium, iuxta textum in l. si nondum 3. C. de furt. præsertim dum pecunia, quam accepit, non erat debita Cameræ, sicut requiritur in eo textu in l. cum eo, vt ibi Bart. num. 1.

Nec ideo peculatus intrat, quia vanitas sit ad eius exclusionem allegare textum in l. peculatus, ff. ad leg. Iul. pecul. dum loquitur in exigente à debitore communi ipsi Fisco, quia imò textus ille penitus ostendit vanitatem obiecti, dum licet in primo eius dicto loquatur de communi debitore, in
45 ratione tamen eius dicti generaliter inquit, non enim pecunia Fisci intercipitur, quæ debitori eius aufertur, scilicet quia manet debitor Fisci nihilominus, vti etiã loquũtur Hostien. exaduerso adductus in sum. ad leg Iul. pecul. numer. 1. propè fin. vers. non enim intercipitur, & Decian. alias adductus tract. crim lib. 8. cap. 12. num. 7. vers. non enim;
46 siquidem certum est, quod ratio legis ampliat eius dictum, l. regula, §. si quis, & ibi Bart. ff. de iur. & fact. ignor. Bero. cons. 64. num. 23. lib 2. Surd. decis. 126. num. 13.

Non etiam pœna falsi tenetur, quia ex minuta, & litteris transmissis mandauerit falsitatem fabricari in creatione falsæ partitæ contra Cameram; quia conclusio exaduerso adducta, quod mandans, &
47 consulens teneatur, procedit, quando fabricator falsitatis ex mandato alieno etiam ipse est in dolo, quia alias, si est in bona fide, & ignorat falsum scribere, sicut ipse eo casu falsum non committit, ita neque mandans tanquam fieri faciens punitur, text. est in l. si is, 68. §. si tu Titium, ff. de furt. Bart. cons. 199. col. 1. lib. 1. & in l. si quis obrepserit, nu. 2. ff. de fals. Alex. cons. 74. num. 10. vers. nec etiam lib. 4. Ruin. cons. 83. nuDer. 5. & seq. lib. 4. Honded. cons. 109. num 96. lib. 1. quibus addo Imol. cons. 104. nu. 1. post med. & Menoch. de arbitr. cas. 309. num. 2. non enim dici potest, quod D. thesaurarius, nisi litteras in querelati conseruasset, potuisset puniri, quia non probasset bonam fidem, & ordinem, ex quo partitas fabricauerit, quia mercatores omnes semper in singulis partitis exprimunt nomen personæ, cuius manu procedit solutio, ac propterea cum non daretur potentia punitionis, nec vnquam thesaurarius, nec querelatus his partitis vsus fuerit, pro hac Parte, non contra facit Farinac. de fals. quæst. 150. num. 61.

Tertio neque etiam falsi, aut furti imputari potest, quia scuta quinquemillia à Camera exacta exegisse negauerit; & ex restrictu computorum transmisso potius fecerit D. aduersarium debitorem, quia restrictus non comprehendit omnia computa, sed est computorum, à parte, vt in ipsomet legitur, negatio vero dictæ exactionis, quod percutiat summam quinque millium exigendorum, de quibus D. querelatus in suis litteris intellexit, vt in constitutis declarat, probandum est per Partem ad-
48 uersam, cum hæc præter. saidentitas sit suæ intententionis fundamentum, Aym. cons. 108. num 4. & cons. 112. num. 3. Corn. cons. 144. num. 11 lib. 4. Rot. decis. 441. num. 1. par. 1. diuers. satis enim nobis est, quod litteræ intelligi possint, sicut in dubio præsumitur, de summa quinque millium exigenda, non de exacta ad delicti exclusionem, cum
49 æquiuoca probatio non releuet, c. illud, & ibi Butr. & Imol. de præsumpt. Soc. cons. 8. nu. 8. vers. quinimmo. lib. 1.

Quamobrem cum prætensa mendacia omnia versentur circa solutionem eius, quod solutum non fuit, & in quibus propterea nulla poterat Parti aduersæ, neque etiam habitu insurgere præiudicium, ex quo dicenti se soluisse incumbit onus probandi, neque aliquid aduersario diminuitur, neque etiam respectu probationis, certissima exinde est
50 conclusio, quod neque vlla quidem extraordinaria pœna infligi potest, Bart. in l. si quis legatum. in princ. sub num. 2. ff. ad leg. Corn. de fals. Bertaz. cons. crim. 21. num. 3 & cons. 6 num 30. Gabr. cons. 169. num. 14. & seq lib. 1. Honded. d. cons. 109. num. 55. claré ex alijs pluribus, quos allegat Surd. decis. 282. num. 18. & seq. quicquid sit in falsitate, quæ apta sit nocere, & in qua loquitur Farinac. quæst. 160. num. 355. & alij exaduerso adducti.

Et eo minus cum mercatorum stilus sit scribere pecunias pro solutis, quando in animo se soluturos gerunt, quia respectu mercatorum, quamuis hic stilus formiter non sit probatus, fuit tamen data
51 fides, & cum sit notorius, potest D. meus Iudex, se de eius veritate informare, Afflict. decis. 135. num. 3. Ludou. decis. Lucen. 36. nu. 17. respectu vero animi, quia uim concludentis probationis ha-
52 buit in hoc attestatio ipsius D. querelati cum iuramento, etiam si in contrarium allegaretur aliqua præsumptio, vt plené pluribus probat Farin. cons. 60. num. 105. & 106.

Nec præmissis obstat, quod mandatum procuræ quoad facultatem accipiendi pecunias sub cambijs restrictum esset pro seruitio thesaurariæ, quia alias ex doctrinis in terminis huiusmodi mandati pro-
53 batum fuit, verba illa, illius nomine intelligi nõ pro seruitio, sed loco illius, & signanter ex Rot. decis. 174. num. 6. vers. nec obstat. par. 2. diuers. & Put. 254. num. 2. & seq lib. 3. in nou. quibus non obstat
54 argumentum desumptum ex superfluitate, cum locus non sit huiusmodi argumentationi ad inductionem delicti. Ruin. in l. Gallus, §. si filiam, num. 178. ff. de lib. & posth. Rot. decis. 432. num. 12. par. 1. diuers. imo neque etiam datur consideratio huiusmodi superfluitatis, vt laté dictum fuit in alia informatione.

Sed vtcumque sit, admissa etiam contraria intelligentia, neque propterea crimen aliquod inferri potest, quia aut hoc desumitur ex eo, quia D. querelatus receperit pecuniam ad effectum soluendi Cameræ, & cessat delictum, cum non fuerit huiusmodi causa iniuncta à Parte, sed ab ipso recipiente ex supra deductis; aut desumitur, quia alioquin mandatum ad huiusmodi facultatem non se extenderet, ac propterea recipiens tanquam falsus procurator furtum commiserit, & tunc dicitur, quod conclusio huiusmodi simpliciter, & indistinctè assumpta est contra textum expressum in d. l. falsus, §. 1. ff. de furt vbi distinguit, & ita demum concludit, falsum procuratorem de furto teneri, si sol-

si soluens dominium in procuratorem non transferat, expr. ssè volens, quod si ita det debitor, vt nummi procuratoris fiant, nullo modo is furtum faciat.

Et quamuis Doct. ibi, & in l. si procuratori, ff. de cond. ob caus. & in l. falsus, C. de furt. plurimum laborent in cognoscendo, an, & quando debitor dominium transferat, adeoquod materiam huiusmodi subti-
55 lem, & perdifficilem sentiant, tamen ex dictis eorum ibi tres principales casus distinguuntur, primus est, quando soluens errat in persona, vt quia procurator falsus inducit, & supponit personam alterius, & tunc sine dubio dominium transfertur, quia error personæ impedit translationem dominij, l. si quis vxori, §. cum Titio, ff. de furt. l. si vendidero, §. si Titius, vers. falsus autem procurator, ff. eod. sed hic non est casus noster; secundus casus est, quando soluens non errat in persona, sed in personæ conditione, vt quia eum cognoscit, sed tamen procurator minus legitimum habet mandatum, & tunc dominium transfertur, nisi soluens ea mente tradat, vt creditori perferantur, d. l. falsus, §. 1. ff. de furt. & hic casus facit pro nobis, quia traditio ea mente, quod pecuniæ domino afferantur, procedit in recipiente, vt nũtio, non vti procuratore, vt inquit Cyn. in l. falsus, num. 8. vers. secundo casu, C. de furt. tertius est casus nostro applicabilis, quando versamur in dubio, an tunc soluens censeatur dominium transtulisse, & in hoc quicquid sit ad effectum, vt soluens repetere possit per condictionem sine causa ab ipso procuratore, sicut loquitur Fulgos. d. l. si procuratori, numer. 5. & seq. ff. de cond. ob caus. & quicquid ibi plerique dixerint, magis recepta videtur sententia, quod in dubio dominium censeatur in ipsum procuratorem quamuis falsum translatum, & consequenter neque etiam sit locus condictioni furtiuæ, sed dumtaxat eo casu, quo soluens labitur in persona, vt quia tunc remanens dominus condicat iuxta condictionis naturam, ex quo nemo rem suam potest condicere nisi à fure, Card. Mant de tac. lib. 14. tit. 13. num. 9. tenent, inquam, hoc ea ratione, quia sicut censetur soluens voluisse se liberare, vt pinguius sibi consuleret; ita per necessarium antecedens censendus est, dominium pecuniæ in recipientem transtulisse, Cyn. in d. l. falsus, eod. num. 8. vers. si autem non potest liquere, C. de furt. Butrig. in d. l. si procuratori, nu. 3. 4. & 5 & seq. ff. de cond ob caus. Guliel. de Cun. prout eum refert, & sequitur ibidem Alber. nu. 3. Rainer. de Forliu. in repet. num 4 & Bellapert. pariter in repet d. l. falsus, num. 18. C. de furt. & Ang. in ead. l. si procuratori, num 7. in fin.

Et quicquid sit de supradicta conclusione, satis est, quod omni casu, quo competit actio furti, seu cō-
56 dictio furtiua, ea quidem detur cōtra falsum procuratorem ad fauorem soluentis, non autem ad fauorem creditoris, cui non competit nisi actio negociorum gestorum, vt declarat Corn. d. l. si procuratori, num. 9. col. 4. ad fin. vers. si verò pertinet ad soluentem Gammarius in d. l. falsus, nu. 19. C. de furt. siquidem pecuniæ, quas D. querelatus exegit à DD. Sacchettis, & Roberto, dici non possunt depositæ à Parte aduersa deposito regulari, ac proinde cum prædicti essent debitores generis, ipsorum fuisset actio, non D. thesaurarij.

Cæterum non egemus nos huiusmodi conclusionibus, quia, vt alias dixi, procurator constitutus ad
57 recipiendum in aliquam causam, non falsus, sed verus, & legitimus procurator est, etiamquod recipiat causam illam non implendo, Bart. in l. Ciuitas, num. 5. ff. si cert. petat. Alb. cons. 451. numer. 9. & 10 Surd. decis. 156. num. 4. & respectu non implementi illius causæ, quicquid sit in eo, cui consignatur pecunia alteri in vtilitatem domini persoluenda iuxta casum Farinac. in d. cons. 95. num. 42. in quo nec tuta est opinio, quando traditur pecunia non vt corpus, & species, sed vt quantitas numerata ex alias adductis, & hinc est, quod in eodem ipso casu Farinac. non obstante d. opinione, reus non fuit condemnatus nisi in pœnam pecuniariam, vt in fine eiusdem cons. idem Farin. testatur, in procuratore, inquam, occasione mandati legitimi recipiente non adhuc Pars aduersa ostendit doctrinam aliquam, quod ob non implementum causæ teneatur de furto; quandoquidem magna est differentia inter vnum, & alterum casum, quia vbi procurator recipit vigore mandati à tertio, soluentis animus sufficiens est ad transferendum dominium pecuniæ solutæ in ipsum procuratorem, itaquod ipse ad genus, & tantumdem domino restituendum non ad eusdem speciei restitutionem obligatur, vt per Fulgos. d. l. si procuratori, num. 6. in fine, & num 7. ff. de cond. ob caus. & alibi, vt supra; & hinc est, quod in terminis con-
58 tra procuratorem non implentem causam, inquam ad recipiendum fuit constitutus, non datur, nisi condictio ob causam, vt per Bart. in d. l. Ciuitas, num. 9. propè finem, vers. si vero docet, ff. si cert. pet.

Nec remaneat amaritudo, quod mendacia prædicta videantur saltem minus honestè dicta, quia vltra quod tollitur obiectum ex credito sociali, & retētione, de quibus supra, adhuc non sequitur, quod pro ijs imponenda sit aliqua pœna, cum quædam inhonestè fiant, & tamen vltionem non habeant,
59 neque omne illicitum puniatur, sed id demum, quod lex statuit esse delictum, vt per textum in l. at si quis, §. Diuus autem Marcus, ff. de relig. & sumpt. funer. inquit Bald. in alleg. cons. 15. num 1. in fine, & num. seq lib. 1.

ARGVMENTVM.

Solutio dotis facta marito decocto an liberet soluentem in præiudicium vxoris, præsertim alijs etiam pro simulatione concurrentibus coniecturis.

SVMMARIVM.

1 *Dotis fauore speciale est, vt in illa ius quæratur absenti.*
2 *Soluens, vt statim recuperet, non dicitur soluisse, concurrentibus tribus requisitis, nempe redditione proxima, quod recipiens non perceperit cōmodum & conuentione reddendi.*
3 *Mandatum expirat per decoctionem mandatarij.*
4 *In Exequutoribus testamentarijs habent locum disposita in tutoribus.*
5 *Tutores credentes pecuniam pupillarem personis non idoneis tenentur ad restitutionem.*

o Simu-

6 *Simulati contractus sunt ipso iure nulli.*
7 *Simulatio probatur coniecturis.*
8 *Simulationis præsumptio resultat ex verisimili.*
9 *Tutor tenetur præstare diligentiam in rebus pupillaribus, vt in suis proprijs.*
10 *Simulationis præsumptio resultat quando realis numeratio pecuniæ non interuenit, sed sola demonstratio pecuniæ ab aliquo mutuatæ.*

CONSILIVM CCCCLXVII.

CVm ex quinque instrumentis relatis in facto constet, D. Ioannem Stephanum tanquã principalem fideicommissarium exequutorem testamenti D. Ioannis Lucæ interuenisse vna cum alijs fideicommissarijs in ordinando sibi ipsi D. Ioanni Stephano, vt dotem conuentam pro D. Maria Ioanna nupta D. Iacobo ex pecunijs dictæ hæreditatis penes eum existentibus solueret, idemque D. Ioannes Stephanus tanquam debitor hæreditatis dicti D. Ioannis Lucæ ordinem prædictum acceptauerit, & implere promiserit, ac proinde dubitari nequeat, quin liquido constet de credito eiusdem Mariæ Ioannæ ex causa suæ dotis, eidemque, quamuis absenti ex tunc, & ex speciali fauore dotis ius quæsitum fuerit pro illius consequutione, Dec. cons. 35. nu. 1. & cons. 36. & seq. per tot. Menoch. de arbitr. cas. 83. num. 37. Cardinal. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 13. numer. 4. Rot. in Romana pecuniaria de Albertonijs 14. Decembris 1620. coram bo. me. Vbaldo decis. 497. n. 7. tom. 2. par. 4. recent.
1

Vtique neque etiam probabiliter dubitari potest, vt ego pro veritate sentio, salua semper saniori sententia, quin sibi actio efficax competat non obstãte prætensione dicti D. Ioannis Stephani, quod ex asserta solutione facta D. Iacobo eiusdem D. Mariæ Ioannæ marito fuerit à debito prædicto liberatus.

Primo quia ex deductis in facto liquet, quod id, quod soluisse d. Marito asserit statim ab eodem recuperatum fuerit; qui autem soluit, vt statim re-
2 cuperet, non dicitur soluisse, ex textu in l. qui sic soluit 55. ff. de solut. concurrunt namque illa tria, quæ pro applicatione dicti textus requiri dicuntur, nempe redditio proxima, quod percipiens non receperit commodum, dum ipse non erat debitor dicti D. Ioannis Stephani, & emptio, & acquisitio nominum debitorum D. Ioannis Stephani cum DD. Paulo, & Baptista, altero patre, & altero patruo dicti D. Iacobi erat prorsus inutilis ob grauissimum æs alienum, eorumque, ac communem, & notoriam huiusmodi existimationem, vt in facto comprobatam, & de conuentione reddendi satis costat, nedum ex coniecturis, sed probationibus in eodem facto deductis, vt in terminis dictæ l. qui sic soluit per Duranum decis. 11. n. 8. 9. & seqq.

Secundo quia mandatum, & ordo soluendi dictam dotem marito per dictum D. Ioannem Stephanũ
3 tempore assertæ solutionis per superuenientem à tempore dicti ordinis mutationem status eiusdẽ mariti ob notoriam existimationem decoctionis etiam apud ipsummet D. Ioannem Stephanum ex probatis in facto expirauerat, itaut exinde liberatio nullatenus sequi potuerit, l. si cum Cornelius, ff. de solut. Bald. in l. mandatum, num. 16. C. mand. Straccha tractat. de mercat. tit. de mandato, num. 49. post vers. mandatum posse fieri, & tract. de decoct. par. 3. num. 50. & seq. vers. & illud notandum, Caball. cons. ciuil. 143. n. 4. ad med. vers. vel deuenisset decoctus, lib. 2. Rot. decis. 345. n. 5. par. 5. rec.

Tertio quia disposita in tutoribus habent locum in
4 exequutoribus testamentarijs, seu fideicommissarijs, Capra tract. de exequut. testam. membr. 7. nu. 36. Bursatt. cons. 233. num. 1. Gratian. discept. 812. num. 30. Ioannes Iacobus à Canibus tract. de exequut. vltim. vol. par. 1. fol. 194. Rot. decis. 365. num. 1. & seqq. par. 5. recent.

Tutores autẽ credentes pecunias pupillares perso-
5 nis non idoneis tenẽtur ad restitutionem de proprio, l. si res pupillaris 51. ff. de admin. tut. l. 1. §. si magistratus, vers. probatio autem, ff. de magistr. conuen. l. qui sub conditione, ff. de condit. & demonstr. Soc. cons. 92. num. 7. lib. 4. Roland. cons. 49. num 36. lib. 1. Gutier. de tutel. par. 3. cap. 1. nu. 90.

Quarto quia asserta solutio non fuit realis mediante effectuali, & vera numerationis, sed simulata, concurrente etiam causa simulandi, vt soluens mediante venditione, ac cessione assertorum nominum debitorum inexigibilium sibi cum pecunia pupillari proficeret, mediante amissione dictæ
6 dotis pupillæ; contractus vero simulati sunt ipso iure nulli, Rot. decis. 179. num. 2. tom. 2. par. 4. rec. & decis. 308. num. 18. par. 5. etiam recent.

Simulatio autem nulla est difficultas, quin etiam ex
7 coniecturis probetur, Seraphin. decis. 660. num. 3. Rot. decis. 741. num. 5. par. 3. recent. Cardin. Caualer. decis. 406. num. 1.

In hoc namque casu non solum concurrit simula-
8 tionis præsumptio sufficiens ex verisimili, Buratt. loquens de simulatione numerationis pecuniæ decis. 361. num. 7. in fine, & seq. ex quo verisimile est, quod voluerit magis curare vtilitatem propriam in venditione nominum debitorum, & iurium desperatorum pro ingenti summa inuerisimiliter soluta, quam euitare, quod pupilla dotem non amitteret, Rot. decis. 594. num. 7. par. 5. recent. in secunda parte.

Propriam enim d. D. Io: Stephani vtilitatem proinde apparet fuisse causam, ex qua noluit esse diligens
9 in rebus pupillæ, prout in proprijs, sicut iure tenebatur, Couar. var. lib. 2. cap. 2. num. 1. Gutier. de tutel. par. 2. cap. 9. num. 16.

Sed quia constat, quod cum maritus prædictus non haberet pecunias pro facienda monstra solutionis asserti pretij dictorum nominum debitorum, quæ sibi erant cedenda, D. thesaurarius banchi Sancti Georgij dedit ei creditum in eodem bancho dictę summæ sub promissione sibi facta statim accipiendi cedulam capsæ, illamque ipsi D. thesaurario restituendi accedente pro securitate huius faciendæ restitutionis etiam promissione notariorum Chartularis, quod non posset de credito dato in dicto bancho disponi, nisi in forma conuenta, & deinde ad eumdem D. thesaurarium cedula redire deberet, prout tam d. D. thesaurarius, quam vicethesaurarius etiam de subsequuta cõuenta forma
10 attestantur; quandoquidem simulatio probatur ex non reali, & actuali solutione, sed solum mediante pecuniarum demonstratione à capserio, vel alio ministro, alijs præsertim accedentibus demõstrationibus plenissimè ex facto iustificatis deceptionem dictæ D. Mariæ Ioannæ conuincentibus, adeout propterea remanserit indotata, Cardinal. Caualer. decis. 406. num. 2.

ARGVMENTVM.

An, & qnando locus sit reuocationi immunitatis alicui concessæ, si ex ea graue præiudicium tertii resultet?

SVMMARIVM.

1 *Princeps supremus potest immunitatem concedere etiam in præiudicium tertij.*

2 *Duces* Italiæ *Serenissimi habent iura Imperij, & plenitudinem potestatis in suos subditos.*

3 *Dictio, etiam, implicat casum magis dubitabilem.*

4 *Princeps censetur vti plenitudine potestatis, quando alioquin eius dispositio non subsisteret.*

5 *Princeps tenetur immunitatis gratiam reuocare, quando tendit in graue damnum aliorum. Contrarium quando gratia fuit concessa ex iusta, & rationabili causa propter seruitia erga Principem, vt num 6.*

7 *Exemptio concessa à* Principe *cum clausula, quod onus ad non exemptos pertineat, obseruanda est.*

8 *Exemptione concessa onus accrescit cæteris non exemptis, quando emolumentum debetur tertio, secus verò quando ipsi Principi debetur.*

9 *Successor dignitatis, & hæreditatis tenetur stare gestis Prædecessoris.*

10 *Successor Princeps de honestate saltem tenetur obseruare factum Prædecessoris.*

11 *Priuilegium non gratuitum, sed ex causa onerosa transit in contractum.*

12 *Successor dignitatis tenetur ad obseruantiam contractus Prædecessoris.*

13 *Repræsalijs iniustè concessis, damnum spectat ad patientes absque spe recuperationis ab ijs, qui causam earum concessioni præbuerunt.*

14 *Exactio, quam fecerunt milites occupatores tribuitur casui fortuito.*

15 *Exemptio tendens ad leue damnum omnino seruari debet.*

16 *Exemptio ex causa onerosa non reuocatur.*

17 *Onerosa causa dicitur siue consistat in precio, et quantitate, siue in facto habente commensurationem cum re concessa.*

18 *Subditi quamuis teneantur seruire Domino, tamē stantibus seruitijs non ordinarijs merentur recompensationem.*

CONSILIVM CCCCLXVIII.

NOn meretur in controuersiam adduci dispositio fel. mem. Serenissimi Ducis Mantuæ Caroli, in qua sub 16. Iulij 1636. per dimostrare qualche segno di vera gratitudine verso quei seruitori, che negl'accidenti della passata inuasione di Mantua, nulla curando le proprie sostanze, ò abbandonarono la patria, vscendo da essi con la persona di detto Serenissimo, ò essendone già fuori in suo seruitio, non volsero ritornarui à fine di sostenere seco i colpi della sinistra fortuna, comandò, che l'Illustriss. Signor Conte Gazzino fosse tenuto esēte dal restante delle contributioni richiesteli dalla parocchia di S. Egidio non esatte, e che in auuenire non fosse per tal causa più oltre in alcun tempo molestato; etenim nulla est dubitatio, quin Princeps supremus possit immunitatem concede-
1 re etiam in præiudicium tertij, Surdus loquens de Duce Mantuæ cons. 278. num. 7. & 14. vbi etiam de Duce Mantuæ loquentes adducit Cephal. cōs. 58. & 62. & Siluanum cons. 66. num. 10. Idem Surd. cons. 419. num. 17. & seqq. cum alijs per Bellon. iun. tract. de iur. accresc. cap. 6. quæst. 58. numero 17. & 31.

Etiam quod exemptio redundaret in graue damnū tertij, Abb. in c. accedentes, num. 9 in fine, de præscript. Surd. d. cons. 278. num. 20. Bellon. iun. d. qu. 58. num. 34.

Habent namque Serenissimi DD. Duces Italiæ ab
2 Imperatore inuestiti non solum iura Imperij, & plenitudinem potestatis, quando id explicitè in concessione harum Dignitatum legitur, prout legitur hoc casu, sed etiam consequutiuè ex earumdem Dignitatum qualitate, vt omnia possint in suos subditos, quæ potest Imperator, vel Rex in proprios, & in toto Orbe, Purpur. in rub. de iurisd. omn. Iud. num. 18. & seq. Crot. cons. 164. numer. 12. Grammat. cons. ciuil. 95. num. 15. Intrigl. de feud. cent. 1. quęst 66. numer. 2. Collegium Patauinum alios plures adducens apud Peregrin. cons. 2. num. 17. lib. 1.

Nec videtur obijci posse, dictum Serenissimum Ducem Carolum noluisse vti suę potestatis plenitudine in dubio, minusq; hoc casu, quo in eadē dispositione inquit, hauessimo per bene, così anco supplicati dal Conte Federico Gazzini commandare al Senator nostro di farci relatione, se in riguardo di questa, & altre ragioni da lui esposteci potessimo senza offesa della giustitia solleuarlo dall'aggrauio, e pagamento del residuo delle cōtributioni richiesteli dalla parocchia di S. Egidio; quoniam cum immediatè in eadem quoque dispositione legatur, in conformità di che hauendoci quello sotto li 26. di Febraro dell'anno corrente riferto, potere noi anco di potestà ordinaria commandare, che detto Conte Gazzino sia tenuto esente, &c. vsando di detta autorità, &c. & pręsertim stante dictę relationis tenore, cuius verba sunt sequentia, le diciamo il nostro senso essere che l'A.V. possa non solo di assoluta, ma anco ordinaria potestà comandare, ch'esso Signor Conte Gazzino, e quelli, che seguitarono l'A.V. siano tenuti esenti, constat, quod sicut ex natura, & pro-
3 prietate dictę dictionis, anco di potestà ordinaria, implicatur casus magis dubitabilis, & consequutiuè absolutæ potestatis, Seraph. decis. 530. nu. 6. Rot. decis. 689. n. 4. par. 4. diuers.

Ita censendus est Serenissimus Dux in dispositione
4 prædicta vtraque potestate, saltem respectiuè vsū fuisse, scilicet ordinaria, quatenus actus ex illa substineretur, sin autem plenissima, dum ex eadem dispositione habetur, eumdem Serenissimum Ducem plenam scientiam habuisse prætensionis, quā parochia prædicta ad contributionem habebat, ex adductis per Surd. decis. 2. n. 20. antè fin. vers. & quamuis, & num. seq. cum n. 22.

Quamobrem non etiam videtur ex recursu habito
5 ad Serenissimum D. Ducem successorem, ex prætextu grauitatis damni dictæ parochiæ resultantis dispositio Serenissimi Antecessoris reuocanda, aut modificanda, vt etiam post alios innuit Bellon. iun. d. quæst. 58. num. 36. & 54. nam hæc considera-

derabilia censeri possent in casu gratuitæ exem-
6 ptionis, non autem ex iusta, & rationabili causa, quales sunt expressæ in eadem dispositione, & quales esse firmant Cephal. conf. 58. num. 63. Surd. dicto conf. 278. num. 15. Roman. conf. 310. numero 2. Cancer. var. resolut. par. 3. cap. 13. num. 91. idemq; Bellon. iun. eadem quæst. 58. num. 24. cœterique de quibus infra.

Atque hinc, quando ex clausulis exemptionis appa-
7 ret, Principem supremum voluisse ad reliquos nō exemptos pertinere onus, nulla remanet dubitatio, Surd. dicto conf. 278. num. 16. & 20. in fine, idē Bellon. iun. d. quæst. 58. nu. 29. non attenta distin-
8 ctione, quòd vbi emolumentum percipitur ab ipso Principe, non accrescat cœteris, sed detrahendum sit ipsi Principi, secus si percipitur à tertio, cum hæc prima pars distinctionis non sit huic casui applicabilis, ex quo emolumentum fuit tertij, & propterea locus sit secundę parti distinctionis, quod onus, prout concernit exemptum, accrescat reliquis Cephal. conf. 6 num. 2. & seqq. Cancer. var. dicta par. 3. cap. 13. num. 82. & seqq. Bellon. iun. eadem quæst. 58. nu. 38. & 48. vt etiam per Bobadill. in sua politica lib. 5. cap. 5. n. 34.

Quemadmodum nec remanere videtur dubitatio, quin propterea partes Serenissimi D. Successoris sint, dispositionem dicti Serenissimi Ducis Caroli obseruare, quia quatenus successor tam digni-
9 tatis, quam hæreditatis, ex hac ratione tenetur stare gestis à Prædecessore, Surd. dicto conf. 419. nu. 67. quatenus vero solius dignitatis, quia non so-
10 lum Princeps successor saltem de honestate factū Prædecessoris debet obseruare, vt per Mandos. ad reg. Cancell. reg. 11. quæst. 10. num. 3.

Sed etiam quia cum dispositio prædicta non fuerit
11 priuilegium gratuitum simpliciter, sed ex causa onerosa, proinde transiuit in contractum, Seraph. decis. 1082. num. 3. Burate. decis. 391. num. 8.
12 ad cuius obseruantiam obligantur etiam in eadem dignitate successores ex pluribus adductis per Paschal. tract. de patr. potest. par. 1. cap. 1. num. 49. cum seq. & Surd. dicto conf. 419. nu. 56. in fine, & seq.

Cœterum quando etiam agendum esset de subsistentia dispositionis dicti Serenissimi Ducis Caroli ex sola potestate ordinaria, adhuc illius subsistentia controuerti probabiliter nequit.

Primo quia semotis etiam duabus rationibus, ad quas se restrinxit relatio Illustrissimi Senatus, & ad quam se retulit dictus Serenissimus Dux Carolus, sufficiens est alia, quod etiam concessis re-
13 presaljs quamuis, qui illas patiuntur, repetant omnia damna, & interesse ab eo, vel ijs, qui causam, & occasionem illarum concessioni præbuerunt, tamen hoc minimè procedit, quando represaliæ fuerunt iniustæ; quapropter tunc damnum spectat ad patientes absque spe recuperationis ab alijs, cum hic casus ascribatur soli casui fortuito. Bald. Alex. & cœteri communiter in l. 2. §. item si in facto, ff. de verb. obligat. Ruin. conf. 107. num. 11. lib. 5. Myns. ner. cent. 6. obseruat. 1. in fine, Costa de remed. subsid. remed. 16. num. 16. Rota apud Seraphin. decis. 453. num. 3.

Ideoque iure etiam potuit Serenissimus Dux Carolus tollere, ac reuocare quæcumque statuta ab inuadentibus militibus, adeout propterea quæ-
14 cumque illorum exactio casui fortuito ascribi debeat, vt per Afflictum decis. 150. incip. Rex Alphōsus, num. 30. ante fin. & alijs.

Secundò quia subsistit & altera ex rationibus expressis in dicta relatione Illustrissimi Senatus fundata in exiguitate præiudicij parochianorum, & præcipuè aduertendo ad damna passa per eumdem D. Comitem Gazzinum ab eisdem militibus; siqui-
15 dem exemptio tendens in leue damnum omninò seruari debet, Abb. d. cap. accedentes. num. 9. in fin. de præscript. & in c. peruenit, num. 17. de immun. Eccles. Petr. de Vbald. de collectis, num. 25. ad med. vers. item hoc procedit, in tract. diuers. tom. 12. fol. 97. Natt. conf. 160. num. 38. Bobadill. in dicta sua politica lib. 5. cap. 5. num. 34 ad med. idem Bellon. iun. d. quæst. 58. num. 46. & 47.

Tertio quia subsistit quoque eiusdem Illustrissimi Senatus ratio in eadem relatione expressa, scilicet iustitia causæ desumpta ex seruitijs præstitis non solum D. Duci Vmenæ in Ciuitate Casalis sed personæ eiusdem Serenissimi Ducis Caroli continuatis vsque ad eius reditum, ex quibus constitit, eumdem D. Comitem, nec expositionem propriæ substantiæ curasse, nec patriam, & coniunctos derelinquere solum fruendo seruitute effectuali naturali Domino secum sinistram fortunam sustinendo ob sincerissimam constantiam, affectum, & fidelitatem; quandoquidem reuocatio, & modificatio concessionis exemptionis licet admissibilis esset, vbi ageretur de mera causa lucratiua, tamen
16 secus est concurrente causa onerosa fundata in meritis, & in pluribus damnis passis congruam expostcentibus recompensationem, Surd. plenè d. conf. 419. num. 51. & seqq. vbi etiam num. 52. quod exemptio ex causa perdit nomen priuilegij, & nu. 58. in fine, Paschal. de patr. potest. par. 1. cap. 1. num. 49. & 53. vbi etiam, quòd priuilegium concessum propter merita dicitur ex causa onerosa.

Ac proinde ad effectum, de quo quæritur, satis est,
17 concedentem aliquid suscepisse, siue consistat in precio, & quantitate, siue etiam in facto habente commensurationem cum re concessa, Bal. in l. qui se patris, num. 34. ad med. vers. nisi prætextu concessionis, Alex. conf. 216. num. 5. lib. 2 Soc. consil. 4. num. 45. & seq. & conf. 87. num. 12. lib. 3. Boss. tit. de Principe, num 323.

Proceditque hæc conclusio, non obstante, quòd sub-
18 diti teneantur Domino seruire, & ideò dicta remuneratio non esset necessaria; quoniam cum seruitia non fuerint ordinaria, sed ampla, non fuit inconueniens prædicta remuneratio, cessante hac ratione in alijs, quibus onus exempti accrescat, qualecumque fuerit præiudicium, Menoch. conf. 1003. num. 71. vers. respondetur, & seqq. lib. 11. Rota decis. 70. num. 2. par. 5. rec.

ARGVMENTVM.

Exclusus à testatore in casu delicti, an bona à substituto recuperet, quando fuit à Principe restitutus?

SVMMARIVM.

1 *Incapacitas succedendi oritur non solum ex lege, sed ex dispositione testatoris.*

2 *Hæres voluntatem defuncti non obseruans omni commodo testamenti efficitur indignus.*

3 *Deportatus non est capax fideicommissi, cuius dies cedit durante deportatione, secus quando cedit dies post restitutionem in pristinum.*

4 *Banniti nostri temporis non æquiparantur deportatis.*

5 *Exclusus simpliciter a testatore perpetuo censetur exclusus.*

6 *Odiosi censetur exclusi a substitutione verbis generalibus concepta.*

CONSILIVM CCCCLXIX.

SVpposita dispositione testamentaria sequentis tenoris, ordinando e volendo anco esso testatore, che se alcuno delli detti suoi fideicommissarii, ò possessori delli detti suoi beni doppo fatta la confiscatione detta ottenesse gratia della restitutione delli beni in tutto, ò in parte, in tal caso li detti beni restituiti al detto delinquente non peruenghino ad esso, ma al successore secondo l'ordine soprascritto.

Suppositaq. sententia condemnatoria in pœnam vitæ. ac confiscationis bonorum lata contra eum, qui ex indulgentia,& gratiosa restitutione superueniente prætendit, locum esse substitutioni ad eius fauorem.

Iusta videtur sententia, in qua pronunciatum fuit, dictum delinquentem incapacem ad succedendum in bonis, & hæreditate prædicta fideicommittentis; quoniam nulla est dubitatio, qain in-
1 capacitas oriatur non solum ex lege, sed etiam ex testatoris dispositione, quoad prohibitionem in ipsius testatoris bonis succedendi, ex adductis per Peregrin.de iur.Fisc.lib.3.tit.1.de incapacibus num.9.& 10.& quin propterea quoad fideicommissa per eumdem testatorem ordinata locus sit alijs substitutis, delinquente excluso,vt pluribus comprobat idem Peregr. eodem tract. d.tit.1. lib. 3.num.2.

Et pro regula etiam traditur, quod etiam hæres vo-
2 luntatem defuncti non obseruans omni commodo testamenti efficitur indignus, Alex. cons.138. nu.13.in fine lib.1.Soc.in l. quibus diebus, §.Termilius, n.9.ff.de cond.& demonstr. Paris. cons.19. num.55.& cons.91.num.56.& seqq.lib.2.

Neque obstare videtur, quod licet deportatio red-
3 dat deportatum incapacem fideicommisso, cuius purificatio cessit ipso manente in deportatione, tamen secus sit in substitutione, cuius dies cessit ipso restituto, ex textu in l. intercidit 58. vbi Bart.ante num.1.& Castrens. num.2.ff. de cond.& demonstr.& præsertim cum veritas sit, quod ban-
4 niti nostri temporis non æquiparantur deportatis, ex quo hodie nemo ingenuè natus efficitur seruus pœnæ,vt per Rot.decis.346.num.4. & seqq par.6.recent.

Quoniam obiectum procederet, quando dispositio testatoris prohibitiua delinquendi, & priuatiua hæreditatis fuisset simplex, secus verò hoc casu, quo non solum adiecit, quod etiam bannito restituto, non possent restitui bona, quibus eum priuauit, sed vlterius dispositionem immediatè præcedentem, his verbis vt infra concepit. item detto testatore vuole, che detta prohibitione d'alienatione, & obligatione, come di sopra sia reale, e perpetua, e comprenda ogni causa quantunque necessaria, anco la causa del delitto, nel qual caso detto testatore vuole, ch'ogni volta, che pensarà, ò comminciarà, ò principiarà à far delitto alcuno, per il quale potesse il detto delinquente essere condennato in confiscatione di beni in tutto, ò in parte, ancorche la detta confiscatione non s'intendesse, se non durante la vita naturale del delinquente, ordina, e comanda, che subito nel principio, che comminciarà à perpetrare detto delitto, come di sopra ipso facto, & ipso iure sia priuato delli sudetti beni lasciatili, e di tutti li frutti di essi, e che s'applichino subito al successore secõdo l'ordine del sopradetto fideicõmisso,e questo sẽza dichiaratione d'alcun Giudice, e che quello, che succede secendo l'ordine posto in questo testamento possa pigliare il possesso di detti beni senza licenza d'alcun Giudice,come se fosse stato dichiarato essere venuto il fideicommisso in persona sua.

Subiuncta quoque declaratione, vt infra, dichiarando esso testatore hauer fatto ciò non in odio del Fisco, ma del delitto, e delinquente.

Siquidem ex serie, & qualitate huius dispositionis duo resultant,alterum, quod testatore disponente non solum priuationem in casu delicti, sed etiã denegante recuperationem in casu gratiæ difformiter à consueto modo disponendi, iuxta quem testatores conformant se cum gratia, & indulgentia Principis restituendi delinquentem gratiatum etiam ad bona exceptis solis fructibus medio tempore perceptis, propterea censendum sit,
5 testatorem ex dicta exclusione voluisse delinquẽtem censeri perpetuò exclusum, Rot.decis.72.nu. 4.vers.secunda coniectura,par.1.diuers.

Alterum quod dum testator delinquentem sibi o-
6 diosum non obstante Principis gratia explicitè declarauit, proinde eumdem quoque consequutiuè exclusit à quacumque superueniente conditionali substitutione, ex textu in l. Lucius Titius testamento,90.§.Lucius Titius Damam, ff. de leg. 2.Surd.plures adducens decis.41.num.1.& seq.Peregr.cons.43.n.8.& seq.lib.3.

ARGVMENTVM.

Iudex laicus an possit eum punire, qui clericatum assumpsit post commissũ delictum.

SVMMARIVM.

1 *Clericatus post delictum, & inquisitionem præsumitur dolo assumptus ad euitandam punitionem a Iudice laico.*

2 *Clericatu assumpto post delictum non potest Iudex laicus punire corporaliter clericum, sed solum in pecunia,& in bonis,adeout sit Iudex Causæ, non autem personæ.*

3 *Clericus non gaudet priuilegio fori non concurrentibus requisitis Concilii Tridentini.*

4 *Exequutor merus non admittit appellationem.*

5 *Inhibitio sine iurisdictione non attenditur.*

6 *Clerico non suffragatur ascriptio alicui Ecclesiæ ad effectum fori,quando fuit ascriptus post delictum.*

CON-

CONSILIVM CCCCLX.

Nihil rescribendum, quia appellatio fuit exaduerso interposita à decreto moderationis inhibitionis R.P.D.mei Caballetti quoad bona; non solum enim hæc interlocutoria fuit iusta, quia nō constat de clericatu aduersarij, vel si constat, cum
1 fuerit assumptus post delictum, & sequutam nedum inquisitionem, sed diffamationem præsumitur dolo, & fraude assumptus ad euitandum punitionem à Iudice laico, Farinac.quæst.8.nu.110. Caball.resolut.108.num.7. Mastrill.decis.294.nu.
2 4.ita tamen, vt Iudex laicus non possit Reum corporaliter punire, sed solum in pecunia, & in bonis, adeout sit Iudex Causæ, & non personæ, qua ratione inhibitio fuit iure moderata cum hac limitatione, Farin.d. quæst.8. num.107. Caball.dicto casu 108.num.2.Mastrill.d. decis.294. num.10. Sed etiam, quia iam in prima instantia lata fuit sententia ab Episcopo eius Iudice, in qua declaratum fuit, assertum clericatus priuilegium aduersario non suffragari, & propterea ille remissus Curiæ seculari, idemque aduersarius huic sententiæ acquiescens in Iudicem suum competentem Gubernatorem Tussignani acceptauit, agnoscens dictæ sententiæ iustitiam, dum neque etiam fori
3 priuilegio gaudere poterat, non concurrentibus tribus requisitis Concilij sess.23. cap.6. incip. nullus prima tonsura, vt per Farin.d.quæst.8. num.5. post med.vers.& hodie.

Nullaque videtur difficultas, dum aduersarius nedum fuit a sacra Consulta reiectus, sed etiam adita hac Signatura, emanauit rescriptum eidem A. C. vt suam moderaretur inhibitionem, prout illam in exequutionem huius rescripti moderatus fuit; siquidem alioquin nullus vnquam daretur finis huiusmodi Causis iurisdictionalibus, & præsertim
4 dum A. C.propterea in exequendo hoc Signaturæ rescripto fuit merus exequutor, & consequutiuè cessat omnis Causæ appellationis prætextus, Put.decis.140.num.1.& seqq.lib.2.Cardin.Caualer. decis.359.num.10.

Atque hac ratione nulla haberi potest ratio prætensæ inhibitionis extortæ à Curia Ecclesiastica Bononiæ ex prætextu, quod aduersarius fuerit ascriptus seruitio particularis Ecclesiæ; quia Bononiæ Archiepiscopatus non est metropolis, cui subsit Ordinarius Imolen, sed ius metropoliticum residet in Archiepiscopo Rauennæ, ac propterea hęc
5 inhibitio emanauit sine iurisdictione, c. pastoralis 11.de offic.Ordin.

Tum quia ascriptio huiusmodi seruitio minime suf-
6 fragatur, nisi quando præcedit delictum, Carol. de Grass.de effect.cler.effect.1.num.1180.

ARGVMENTVM.

Adultera vxor an, & quando possit post diuortii sententiam profiteri in monasterio.

SVMMARIVM.

1 *Adultera post sententiam diuortii potest in monasterio emittere professionem, vbi id sciat innocens maritus, nec contradicat.*

2 *Coniux prohibetur in religionem ingredi, nisi etiā alter coniux ingrediatur, vel continentiam promittat.*

3 *Coniugis innocentis fauore disponitur, quod alter coniux adulter post diuortii sententiam non possit libere in religionem ingredi, ideoque huic fauori potest innocens renunciare.*

4 *Coniuge adultero post diuortii sententiam ingrediente in religionem cum consensu innocentis coniugis, non requiritur, quod coniux innocens in religionem ingrediatur, vel votum castitatis emittat.*

CONSILIVM CCCCLXXI.

Admittenda est D. Catherina ad professionem in monasterio monialium, in quo à quinquennio ferè reperitur, quia nulla difficultas, quin adultera
1 validè possit post diuortij sententiam, prout lata fuit ab Ordinario in hoc casu, statum mutare, vbi id sciat innocens, nec contradicat, prout non solum scit D.Io:Baptista maritus innocens, & minime contradicit, sed expresè licentiam, & consensum suum impartitur, textus est in c. Agathosa, 27. quæst.2.Syluestr.in verb.matrimonium, 9.quæst.11 num.11.ad finem, vers.si autem eo sciente, & non contradicente, & verb. diuortium, num. 16. ante med.vers.nisi post sententiam diuortij, & num.17. post princ.vers.secus sciente, & non contradicente, Tabiena verb.matrimonium, 4.quæst.5.num.6. vbi etiam ad hoc adducit textum in c.ex litteris, 5.de diuort.& c.fin.de conuers.coniug.& post D.Thom. D.Anton.& alios, quos allegat Sanchez de matrimon.lib.10.de diuort. disput.10. num.14. & 15. ad finem, Gutier.canon.quæst.cap.25.lib.1.numero 2. & seqq.

Difficultas est, an necessarium sit, vt etiam innocens
2 ad religionem, vel sacros ordines transeat, vel votum castitatis, seu continentiæ emittat, manens in seculo, vt quia textus in c.cum sis, 4.& in c.sanè, 6. & c.significauit, 18.de conuers.coniug.prohibeant, vxoratum religionem ingredi, nisi etiam alter cōiux ingrediatur, vel continentiam promittat, & per hos textus hanc opinionem tenentes intelligendi sunt, vbi stat matrimonium, & illæsum perseuerat, secus vbi est diuortium, & separatio thori authoritate Ecclesiæ, prout fuit hoc casu propter dictæ vxoris adulterium; in hoc namque casu verior, & magis recepta est opinio contraria; quoniam, quod
3 non possit ita liberè adulter profiteri, prouenit fauore innocentis, ne iuri reconciliandi, quod habet, derogetur; quamobrem renunciante innocente huic fauori mediante suo consensu, ac licentia, li-
4 berè potest nocens profiteri, quamuis ipse innocēs in seculo maneat absque voto, Sot.4.distinct.36.qu. vnica, art.5. ad tertium, Sanchez de matrimon. d. lib.10.de diuort.disput. 10.num.15.per tot.vbi declarando tenentes opinionem contrariam, de quibus num.13.respondet, eos non esse intelligendos, vt manens in seculo non sit necesse, quòd emittat votum castitatis, sed solum, quòd abstineat ab alio matrimonio, eo quòd prius vinculum non soluatur, quando iam consumatum erat, quodque alias nihil speciale esset in hoc casu diuortij, Reginald. in prax.for.pęnitent.lib.31.cap.42.nu.326.ad med. vers.quarta est, vt adulter.

AR-

ARGVMENTVM.

De validitate, & releuantia processus remissorialis super canonizatione Sanctorum.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio non trahitur ad futura, etiam si habeat connexitatem cum præteritis.*
2 *Testes probant, quando fuerunt examinati iuxta formam remissoriæ.*
3 *Remissorialis processus Iudicis decreto obsignatus, & ad Curiam delatus, & præsentatus probat, etiamsi non fuerit Parte citata obsignatus, et portiori traditus.*
4 *Recognitio per testes habentes notam manum valida est in scripturis publicis.*
5 *Remisso rialis processus super canonizatione Sanctorum fieri potest sine alicuius citatione, quando nemo interuenit, et nihil in litteris remissorialibus desuper iniunctum fuit.*
6 *Deputatio Iudicis præsumitur ex actibus subsequentibus.*
7 *Testes de auditu admittuntur in ijs, in quibus difficillimum est baberi posse testes deponentes de omnimoda certitudine.*
8 *Ad Martyrium requiritur occisio pro fide Christiana.*
9 *In Martyribus non fit tanta examinatio quanta in Confessoribus, sed quæritur tantum de causa, propter quam passi sunt.*
10 *Historiarum libris creditur.*

CONSILIVM CCCCLXXII.

PRocedendum ad vlteriora; cum enim decreta Sacræ huius Congregationis edita super modo, & forma fabricandi processus in Causis canonizationum non videantur obstantiam præbere actis in hac Causa ante eorũ publicationem in vim specialis commissionis Sanctissimi anno 1628. & in exequutione remissorialium, cum nec Constitutiones, & decreta quæcumque, prout nec consuetudines retrotrahantur ad præterita, sed solum futura
1 respiciant, ex c.2.de Constit. quin etiam Constitutio non trahatur ad futura, quæ connexitatem habent cum præteritis, Rot. decis. 818. num.2. lib.3. par.3.diuers.

Vtique de validitate, & releuantia depositionis testiũ sufficienter videtur constare.

De validitate namque liquet ex actorum reuolutio-
2 ne, dum ex ijs habetur Iudices in litteris remissorialibus deputatos processisse ad earum exequutionem notarijs, & cursoribus certis deputatis sub iuramentis necessarijs, ac in locis, & temporibus statutis iuxta formam in eisdem remissorialibus præscriptam, eamque fuisse etiam in actorum, & testium depositionum transmissione cum iuramento dispositiuo, & iuxta interrogatoria Sacræ Congregationis seruatam, de quibus Rota decis. 1. de fide instrument. Specul. de teste, §. 3. incip. qualiter, & n. 17. & seqq. & aliquibus per Vestr. lib.6. cap. vlt. ex num.7. & num.10. & seq. vers. at vbi denique perfectus.

Et præsertim cum processus Iudicum decretis fuerint
3 obsignati, & sub signaculis ad Curiam delati, atque sine aliqua suspicione præsentati, Card. Mantic. decis. 9. num.7. ante fin. & num. seq.

Ac demum ijdem quatuor processus anno proxime elapso fuerint in forma in Vrbe recogniti, per quatuor scilicet testes examinatos cum interrogatorijs D. Promotoris Fidei; huiusmodi enim recogni-
4 tio valida est in scripturis publicis, etiamquod deponant, se habere notam manum, vt per Rotam apud Gregor. decis. 38. num.5. in qua etiam aliæ decisiones.

Accedente etiam, quòd Reuerendiss. P. Generalis mãdatis specialibus constituit Procuratores, qui in exequutione remissorialium interuenerunt, quod-
5 que exaduerso, cum nemo interueniret, & in litteris prædictis nihil desuper fuerit iniunctum, potuit propterea processus remissorialis validè absque aliqua alicuius citatione perfici ex officio Iudicũ, quos hæc Sacra Congregatio elegit absque alterius deputatione, iuxta decis. Aegidij 671. præcipuè in vers. aut non agit, & vers. hinc est, quòd cum D. Papa, & vers. modo conclusio, & in fine, vbi quod ita per Cardinales commissarios canonizationis fuit iudicatum, & in Consistorio per alios Cardinales eorum iudicium approbatum, vt etiam decis. 672. præcipuè num.2. vers. cum enim talis exequutio.

Nec obstat, quòd in processu Elboren. omnia acta fuerint per Vicarium generalem illius Archiepiscopi, & eiusdem Ecclesiæ Cantorem, & in processu Bahiæ per Vicarium generalem Episcopi Brasilien. & duos Canonicos & tamen ex actis non liqueat de dicta Cantoris & Canonicorum deputatione, quoniam
6 satis est, quòd ex eisdem actis appareat, eos insimul cum principalibus delegatis illis patientibus interuenisse, cum propterea verisimilis omninò sit eorum deputatio, vt proinde præsumatur, quod incuria notarij deputationis eorum fuerit in actis omissa adnotatio, vt firmauit Rota in Romana restitutionis dotis 10. Maij 1599. coram bo. me. Cardinali Pamphilio, & in Romana pecuniaria 23. Iunij 1603. coram bo. me. Cardinali Millino.

De releuantia autem satis quoque liquet, quoniam testes, de quibus in præfatis processibus, deponunt, Patrem Ignatium de Azeuedo, ac socios triginta nouem in dictis processibus nominatos anno 1570 mense Iulij, cum in naui nuncupata Sancti Iacobi, è Lusitania in Brasiliam ad Euangelium prædicandum se transferrent, fuisse à piratis hæreticis Caluinistis in quatuor existentibus nauibus captos, & iussu Iacobi Soriæ eorumdem hæreticorum ducis interfectos, ac in mare proiectos; & anno sequente 1571. Patrem Petrum Diaz, aliosque Patres eiusdẽ Societatis, quorum nomina pariter in eisdem processibus leguntur, quique in Brasiliam nauigabant ad Catholicam fidem propagandam, fuisse ab alijs piratis hæreticis captos, miserè, ac immaniter trucidatos, ac in mare proiectos; quandoquidem ex eisdem depositionibus habetur causa scientiæ non solum de auditu ab eisdem, qui erant in dictis naui-
7 bus, & dictæ occisioni interfuerunt, cum quamuis de auditu plenè probent in hac materia occisionis sequutæ in mari, ac in Partibus adeò longinquis, in quibus difficillimum est haberi posse testes deponentes de omnimoda certitudine, Crot. cons. 413. incip. visa copia processus, num. 16. lib.3. Aemil. tract.

ſtat.de teſtib.in materia teſtis de auditu, num. 73. fol. 375. Farin.de teſtib.quæſtione 69.numero 48.& ſeqq.

Sed quia ex depoſitionibus eiſdem conſtat,occiſionē ſequutam fuiſſe in odium fidei expreſſa cauſa, quia erant Religioſi Papiſtæ, ſeque ad prædicandum falſam fidem in Braſiliam conferebant,adeout du-
8 bitari nequeat,quin præter pœnam mortis probata quoque appareat cauſa, quod dictam pœnam ſubſtinuerunt pro confeſſione fidei, ac hæretici ad mortis pœnam infligendam in odium fidei proceſſerunt,iuxta ſcilicet qualitatem cauſæ in Martyribus requiſitam,D.Thom.2.2.quæſt.124. in concluſ. 4.& 5. articuli, Siluestr. in verb. martyrium, poſt princ. verſ.& ſecunda cauſa, Leſſius de iuſtit. & iur. lib.3.cap.1.dubit.3.num.24.& 26.& ſeq.Azor.inſtit. moral.par.2.lib.5.cap.6.col.penult.ante med.verſ.ſi verò quis Martyrum, Hoſtien.in ſumma tit.de reliquiis, & veneratione Sanctorum, num.3. ad finem, verſ.quartum eſt, quod ſit ad corroborationem fidei, & poſt verſ. & hoc intelligas, vbi quod
9 in Martyribus non ſit tanta examinatio, quanta in Confeſſoribus, ſed quæritur tantum de cauſa,propter quam paſſi ſunt, D. Aguſt. tom.2 Epiſt. 61. & 167.

Remouentque dubitationem quamcumque hiſtoriæ,
10 & authoritates, quæ in facto recenſentur, quatenus propterea ex iis redditur ſatis ſuperque concludens teſtium prædictorum depoſitio, Rota deciſ.353.num.13.& plurib.ſeqq.par.5.recent.

ARGVMENTVM.

De eadem re. De teſtibus examinatis ſub decreto, quod ponantur ad partem.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes examinati ſub decreto poſitionis ad partem non probant, niſi ante ſententiam admittantur.*
2 *Teſtes quandoq; examinantur ſub decreto poſitionis ad partem, ne probationes pereant.*
3 *Teſtes ad perpetuam memoriam examinati coadiuuant alias probationes.*
4 *Teſtis,qui ſcientię rationem reddidit non debet amplius interrogari.*
5 *Teſtes, qui non euacuant interrogatoria, non probant.*
6 *Forma requiſita ad certum effectum adimpleri poteſt per æquipollens.*
7 *Ex Iudicibus delegatis in ſolidum vno inchoāte alter non ſe intromittit.*
8 *Citationis exequutio præſumitur, quando teſtes affirmant cum iuramento, ſe fuiſſe citatos.*
9 *Teſtis, qui ſponte ſe offert,præſumitur ſuſpectus affectionis, ſecus ſi monitus a Iudice, vel productus a Parte.*
10 *Iuramentum teſtium in dubio pręſumitur legitimè præſtitum.*
11 *Sacerdotes iurare debent tacto pectore.*
12 *Notarii iuramentum ſufficit fuiſſe præſtitum in principio officii, licet in remiſſoria requiratur, quod notarius ſit iuratus.*
13 *Solemnitates, quę requiruntur poſt actum formatum etiam in aliquo prętermiſſæ non vitiant actum.*
14 *Teſtes de auditu a perſonis informatis coadiuuāt probationes.*
15 *In probationibus procedit regula, quę ſingula non proſunt, vnita iuuant, & pręſertim vbi probatio eſt difficilis.*

CONSILIVM CCCCLXXIII.

Videntur iam deducta ſuadere proceſſum ad vlteriora, non obſtantibus obiectis etiam reſpectu proceſſus facti in Vrbe,quia licet teſtes exami-
1 nati ſub decreto poſitionis ad partem interim non probent, tamen practici ante ſententiam quærunt admiſſionem ex eodem Veſtr.lib.6.cap.2. num.24. verſ.quamobrem.

Et præſertim cum huiuſmodi ſtilus inoleuerit,ne pro
2 bationes pereant Rot. deciſ.325. num.3.par.1. recent.& interim etiam teſtes examinati ad perpe-
3 tuam rei memoriam coadiuuant alias probationes, Rot.deciſ 179.num.1 par.1.diuerſ.

Quoad proceſſus autem quatuor in Partibus Portugalliæ ante noua decreta fabricatos ſat eſt, quod teſtes fuerint examinati ſuper ſeptem interrogatoriis generalibus; non enim videtur ſubſiſtere negatio, quod non concurrant æquipollentia deligentiarum per Iudices, quia immo, vt in facto oſtenditur, omnia requiſita ſuppleuerunt, ex quo teſtes ſecundum opportunitatem, nedum de cauſa ſcientiæ, & circumſtantiis interrogarunt, ſed teſtes in omnibus ſatisfecerunt, adeout ex tenore de
4 poſitionis illorum cum appareat in ſubſtantia, & effectu, nihil ex interrogatoriis in remiſſorialibus præſcriptis fuiſſe omiſſum, ſed omnia euacuata, neque etiam poſſent amplius interrogari, ex adductis per Farinac.de teſtib. quæſt.70. num.90. & ſeq.
5 ac propterea applicabiles cæteri nequeunt huic caſui deciſiones exaduerſo adductæ, Farinac. poſt 2. lib.conſ.214.num.3 & Baratti 100.num.10.

Et præſertim cum pro regula tradatur etiam in for-
6 malibus ſat eſſe, quod forma impleatur per æquipollens, quando illa, vt hic, requiritur ad certum effectum,Caſſad.deciſ.26.num.2.ſuper regulis, Seraphin.deciſ.309.num.1.& deciſ.1413.num.3.Greg. deciſ.518.num.11.

Quoad proceſſum Conimbricen. Elboren. & Bachiæ prætextus defectus iuriſdictionis ex eo, quod Cōiudices non fuerint deputati ab ipſo Epiſcopo, ſed à Vicario, ac proinde forma remiſſorialium non fuerit ſeruata, non etiam ſubſiſtit; quoniam admittitur exaduerſo, & ex ipſis litteris remiſſorialibus liquet, eas fuiſſe directas Epiſcopo, ſiue eius
7 Vicario generali; hinc namque conſtat, quod cum eorum deputatio fuerit per alternatiuam, iuriſdictio fuit attributa in ſolidum, & conſequenter potuit ſolus Vicarius Coniudices vigore tenoris earūdem litterarum deputare, magiſque dum ſolus Vicarius negotium inchoauit,ex textu in c.cum plures 8.de offic.deleg.in 6.Rot.deciſ.451. num.13. par.2.recent.

Teſtes etiam non obſtat, quod dicantur nulliter examinati, quia licet fuerit decreta citatio, vt ſe examini ſubijcerent, tamen non appareat citationem fuiſſe exequutam, quia ex hoc ipſo, quòd præceſſit de-

sit decretum citationis, præsumitur citatio exequuta, & præcipuè cum ijdem testes sub iuramento affirmauerint, se fuisse citatos coram eodem examinatore, Cardin. Mantic. decis. 352. num. 12.

Neque nullitas prętendi potest, quia cessante citatione testes ex spontanea oblatione censeantur su-
9 specti affectionis, quia conclusio solum procedit, quando testis non est monitus à Iudice, vel non est productus à Parte, secus si productus à Parte, vt distinguit, contrarias opiniones conciliando Farinac. de testib. quæst. 79. num. 10. & præsertim quando testes fuerunt examinati à Iudice, vt num. 13. magisque cum in dubio non præsumantur sponte sed rogati à Parte deposuisse, & num. 24.

Testium quoque iuramenta non sunt nulla tanquam prętita in ipso actu examinis contra formam remissorialium disponentium, quod iurare deberent, priusquam ad examen procederetur, quia immo sunt valida, cum hæc forma ex hoc ipso appareat seruata, quod iuramentum legitur primo præsti-
10 tum, & successiuè examen subsequutum, Alciat. reg. 3. præsumpt. 42. num. 3. vers. nota, ex Bald. Angel. & Salicet. in l. cum proponatis, C. de codicillis.

Et præcipuè cum etiam in dubio iuramentum testiũ præsumatur legitimè præstitum, Rot. decis. 275.
11 num. 4. post med. par. 2. recent. & sacerdotes iurauerint tacto pectore, Farinac. de testib. quæst. 74. num. 81.

Notarius etiam principaliter deputatus iuramentum
12 præstitit ab initio suæ deputationis, & officij, quod sufficit, Rot. decis. 147. num. 3. post lib. 2. consil. Farinac. & auscultatio, subsignatio, & consignatio portitori, & processus in Curia absque vlla suspispicione Sacræ Congregationi præsentatio ex facto
13 iustificantur, & tamen solemnitates, quæ requiruntur post actum formatum etiam in aliquo prætermissæ non vitiant actum, vt per Cardin. Mantic. decis. 9. num. 7. vers. quod vero, & num. seq.

Mandata procuræ, sicut litteræ responsiuæ Iudicum deputatorum exhibentur, cœtera vero locum examinis, aliorumque exaduerso in facto deductorum concernentia ex facto supplentur.

Quo verò ad releuantiam non etiam subsistit, quod dicitur, totam fere probationem reduci ad historias, & testes deponentes de fama plures non deponere per verba fuit, & est, quia immo probatio
14 principaliter consistit in depositionibus eorum, qui casum martyrij audiuerunt ab eisdem de veritate actus informatis, tanquam ijs scilicet, qui aderant in eisdem nauibus, in quibus in odium fidei martyrium processit, quique illi interfuerunt, Gregor. decis. 245. num. 1. ad med. testes verò de fama, quorum plures deponunt per verba tam temporis tunc pręsentis, quam pręteriti, ac historię grauissimarum personarum, inter quas etiam sancti, adducuntur ad probationem principalem præ-
15 dictam coadiuuandam, adeo quod simul iuncti plenam, & concludentem, pręcipuè in hac materia ratione loci, & temporis difficillimæ probationis demonstrant iustificationem, Gregor. decis. 245. numer. 2. & 3. vbi etiam numer. 4. quod hoc maximè procedit, quando probatio est difficilis.

ARGVMENTVM.

An, & quando fundans capellaniam possit disponere, quod neque Episcopus, neque alius Superior in prouisione se intromittat.

SVMMARIVM.

1 *Capellaniam fundans non potest in illius fundatione adijcere grauamen, quod Episcopus non se intromittat. Contrarium in capellaniis, quæ sine Episcopi authoritate fundantur, vt num. 2.*

3 *Capellaniæ fundatio ex dispositis per testatorem censeri potest legatum pium, absque eo, quod sit beneficium collatiuum.*

4 *Ius patronatus potest fundator sibi reseruare, itaut semper sit laicale, neque alius possit se in illius prouisione ingerere.*

5 *Capellania qualificata vocari potest, quando erectio fit cum ea conditione, quod prouisio spectet ad solos laicos.*

CONSILIVM CCCCLXXIV.

Qvamuis fundans cappellaniam nequeat in illius fundatione adijcere grauamen, quod nec Episcopus, nec alius Superior se intromittant in prouisione, vel dispositione, & alias ex nunc, prout ex tunc casset, reuocet, & annullet dictam fundationem, eamque pro non facta, & constituta haberi velit, & omnes illius fructus, & redditus in aliud opus pium conuerti ea ratione, quia talis
1 conditio sit contra naturam substantialem beneficii, & nemo possit facere, quin iura desuper constituta in sua fundatione locum habeant, vt per Rotam decis. 10. nu. 1. & per tot. de testam. in antiq. & alios per Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glo. 5. num. 42. & seq.

Attamen secus est in capellaniis, & dispositionibus,
2 quæ sine Episcopi, vel alterius Superioris authoritate, vel licentia fundantur, quia benficii nomen non habent, & propterea in hoc casu ulla lege, vel ratione conditio, quod Episcopus, vel superior non possit se intromittere in institutione, seu prouisione, sed quod vadat de sacerdote ad sacerdotem absque institutione, seu confirmatione Episcopi, & Ordinarij minime prohibetur, vt pluribus comprobat idem Gonzal. dicta glos. 5. à numer. 44. ad 50. vbi etiam numer. 43. post med. quod idem disponit Concil. Trident. sess. 22. cap. 9. de reformat.

Et ratio etiam est clara, quia cum primęua erectio sit attendenda in iudicanda qualitate beneficij, ex
3 supradictis per testatorem dispositis conditionibus liquet, illum voluisse, quod celebratio missarum per sacerdotem ad nutum hęredum amouibilem, quamuis in Capellania dotata, & relictum annui redditus pro huiusmodi celebratione non sit beneficium collatiuum in titulum, sed solum legatum pium, vt firmauit Rota in Perusina Sanctę Mariæ de Niue 40. Aprilis 1599. coram bo. me. Cardinale Pam-

Pamphilio, & hæc decisio fuit etiam confirmata prima Iunii 1609. coram Cardinale Lugdunen. tunc Rotæ Auditore, vt decis. 254. per tot. part. 2. recent.

Eademque ratione ius patronatus fundator potest si-
5 bi reseruare, ita ut semper sit laicale, & quod alius non possit se in illius prouisione ingerere; hoc enim fieri posse firmat etiam Seraphin. decis. 611. num. 1. & 4. vbi etiam, quod legatum pium, seu
6 capellania erecta cum ea conditione, quod prouisio spectet ad solos laicos, potest vocari capellania cum iis qualitatibus, cum aliis per Rot. apud Cardinal. Caualer. decis. 639. nu. 4. vers. tanto magis, & num. 5. 6. 7. & seqq.

ARGVMENTVM.

Prohibitus à testatore alienare an incidat in pænam ex donatione facta confideicommissarijs.

SVMMARIVM.

1 *Prohibens alienare non incidit in pœnam caducitatis, nisi alienatio sit dolosa, & animo euertendi fideicommissum.*
2 *In Alienante cessat dolus, licet fiat contra verba prohibitiua, si tamen ipsa ratio, & mens testatoris non offenditur.*
3 *Alienationis prohibitio extra familiam non compræbendit alienationem inter ipsos prohibitos.*
4 *Pæna prohibitionis alienandi in dubio non censetur commissa.*

CONSILIVM CCCCLXXV.

Ex pluribus quæsitis, super quibus consultatio pro veritate requiritur, primum, & principale, a quo cœtera pendere videntur, consistit in donatione, quam D. Carolum nepotem ex Laurentio fratre bo. me. D. Matthæi fecisse dicitur ad fauorem DD. Angeli, & Alexandri ipsius D. Caroli fratrum de portione sibi obuenta ex substitutione, quam dictus bo. me. Matthæus in testamento, sub quo decessit, ad fauorem tam ipsius D. Caroli, quã DD. fratrum fecit, quatenus instituto vniuersali herede eodem Laurentio, inter eius liberos, ac descendentes omnes, fideicommissum perpetuũ, tam descensiuum graduale, actiuè, & passiuè, quam de linea ad lineam ordinauit sub omnimoda alienationis prohibitione ad effectum, vt eius hæreditas perpetuo in vocatos iuxta ordinem, & dispositionem suam conseruaretur, priuato non solũ alienante, & contraueniente, sed etiam ipsius contrauenientis filiis, & descendentibus aliis ex vocatis existentibus, quos etiam sub eadem, & alijs pœnis grauauit in casu nõ recuperationis infra certum tempus alienatorum.

Pro veritate autem sentio, in casu, de quo agitur, minimè locum esse priuationi prætensæ per filios dicti D. Angeli; quoniã in hac materia recepta est
1 conclusio, quod alienans in pœnam priuationis non incurrit, nisi adeo mens testatoris prohibentis offendatur, vt sit alienatio dolosa, & animo euertendi fideicommissum, Angel. cons. 169. nu. 1. post princ. vers. adeoquod licet, vbi quod cesset
2 dolus, licet fiat contra verba prohibitiua, si tamen ipsa ratio, & mens non offenditur, Alb. cons. 97. num. 15. & seqq. plene Honded. cons. 58. num. 15. & seqq. & num. 36. & nu 45 & seq. lib. 1. Fusar. de substit. quæst 718. num. 52. Rot. decis. 429. num. 3. par. 4. diuers. quam etiam sequitur Honded. & in totum inserit eod. cons. 58. vt num. 92. cum num 98. vers. negari autem non potest, Rot. apud Buratt. decis. 182. num. 21. vbi plures Rotæ decisiones.

In hoc autem casu prætextus doli, & animi euertendi fideicommissum, ac etiam cuiuscumque alterius fraudis, ex qua censeri possit mens disponentis offensa, omnino cessare videtur, dum D. Carolus donauit portionem ex dicta hæreditate patrui sibi ob dictam substitutionem insimul cum fratribus obuentam; aut enim exinde ideo cessauit quicumque prauæ intentionis contraueniendi a-
3 nimus, ex quo hæc censeri magis debet refutatio, quam alienatio, tanquam ad fauorem personarum quas in eisdem gradibus cum ipso D. Carolo testator ipse ad hæreditatem suam substituit, l. cum pater 69. §. cum inter, ff. de leg. 2. l. voluntas 4. C. de fideic. Magon. decis. Florent. 16 num. 21. Odd. de fideic. per alienationis prohibitionem, quæst. 10. art. 3. num. 16. & 17. vbi etiam alios plures textus adducit. Fusar. de substit. quæst. 715. num. 2. & seqq. Surd. cons. 96. num. 24 & seq. & præsertim cum donatio non fuerit facta vni ex fratribus donantis, sed amborũ, adeout stante voluntate donantis vigeat ratio conseruationis vnionis, & pacis inter eos, Seraphin. in casu contrario loquens decis. 874. num. 2. 3. 4. & seq.

Aut saltem negari nequit, quin faciens actum,
4 quem putat permissum, licet esset prohibitus, non puniatur, & quin in dubio iudicandum sit ex alienatione contra prohibitionem non esse commissam pœnam, vt pluribus rationibus, & authoritatibus plenè comprobat Alba d. cons. 97. num. 40 & Honded. d. cons. 58. num. 43. & seqq. Rota apud Buratt. d. decis. 182. num. 24.

ARGVMENTVM.

An debeantur quindennia ex vnione facta in augumentum diuini cultus, & Fidei propagationem.

SVMMARIVM.

1 *Quindennia loco annatæ non debentur de iure, sed ex speciali priuilegio.*
2 *Quindennia introducta fuerunt ob præiudicium, quod Cameræ Apostolicæ oriebatur ex vnionibus extinguentibus beneficia.*
3 *Dictio, tamen, importat exceptionem.*
4 *Exceptionis virtus est casum extrahere, & eximere de corpore dispositionis.*
5 *In Regula Cancellariæ reuocatoria vnionum effectum non sortitarum nõ compræbenduntur vniones concernentes diuinum cultum, & Fidei propagationem.*
6 *A quindennijs exceptæ sunt vniones ex causa augumen-*

gumenti, & substentationis cultus diuini.

7 *Alimenta non comprahenduntur in odiosa dispositione generaliter concepta.*

8 *Subrogata res censetur eiusdem naturæ cum ea, in cuius locum subrogatur.*

9 *Obseruantia interpretatiua resultat ex non solutione.*

CONSILIVM CCCCLXXVI.

QVindennia non reperitur iure cautum, quod loco annatæ, vel alias debeantur, sed duntaxat

1 ex speciali priuilegio Cameræ Apostolicæ, Collegio S.R.E. Cardinalium, & Sedis Apostolicæ Officialium de annatis participantium prouenientē originaliter ex Constitutione Pauli Secundi sexta in nouo Bullario tom. 1. fol. 330 §. 1. cum seqq. vt etiam per Gallesium tract. de annatis, col. penult. vers. aliud.

Quamuis autem id summa ratione fuerit indultum,

2 ex quo per vniones perpetuas ad fauorem Ecclesiarum, Collegiorum, Capitulorum, seu piorum locorum antiqui iuris extinctiuas non datur vacatio, & consequutiuè ius annatas percipiendi, annata de vnitis resoluitur in quindennia. Rot. decis. 690. num. 2. post med. vers. nuaquam enim, par. 4. diuers. Seraphin. decis. 1410. num. 10. & 28. Andræas decis. 23. num. 4. ante fin. & decis. 48. num. 10. quæ etiam habetur decis. 730. nu. 6. post med. vers. de iure autem communi, par. 3. recent. idemque Andr. decis. 70. num. 1.

Ac proinde prætendatur per Cameram, dictumque Collegium Cardinalium, & dictos Cancellariæ Officiales in quindenniorum exactione locum esse Constitutioni dicti Pauli Secundi, & alijs Innocētij Octaui, Iulij Secundi, Clementis Septimi, Iulij Tertij, Pauli Quarti, Pij Quinti, & Sixti Quinti, & alteri san. mem. Vrbani Octaui editæ 1. Februarij 1639.

Attamen contrarium videtur in casu, de quo agitur, pro iustitia iudicandum.

Primò quia Constitutio prædicta Vrbani Octaui est confirmatoria aliarum, inter alias autem Sixtus Quintus Constit. 33. §. 2. ante med. vers. de quibuscumque beneficijs Ecclesiasticis tam secularibus, quam regularibus tom. 2. fol. 533. à solutione quindennij expressè excipit monasteria, & hospitalia, quæ tempore ipsarum vnionum curam, conuentum, & hospitalitatem habuerant, dum declarauit in obligatione soluendi quindennia comprahendi omnia monasteria etiam monalium, & hospitalia, quæ tamen tempore ipsarum vnionum cura, conuentu, & hospitalitate caruerint, stante

3 dictione prædicta, tamen, ex qua ob conuentualitatem de ipsarum vnionum tempore casus hic in eadem Constitutione exceptus remanet, l. ita tamen 37. ff. ad Trebell. l. vbi adhuc 29. ante finem vers. ita tamen, C. de iur. dot. Rot. decis. 75. num. 4. par. 2. recent.

Neque enim dubitatur, quin virtus exceptionis sit

4 rem, aut casum exceptum extrahere, & eximere de corpore dispositionis, vt inquit Bald. in c. 1. num. 13. de capit. qui curiam vend. Surd. cons. 416. num. 9. in fine, & num. 10. lib. 3.

Secundo quia sa. me. Gregorius XIII. anno 1573. octauo idus Augusti ad Dei omnipotentis laudē, sanctæque ipsius Ecclesiæ incrementum præcipuamque Germanicæ Nationis salutem Collegium Germanicum alias à Iulio Tertio erectum, & annuis redditibus tunc carens ex integro renouauit, & instituit, volens, in eo non minus quam centum pueros ex vniuersa Germania, septentrionalibusque ibi adiacentibus Regionibus colligendos ali, præuia expressa in proœmio declaratione, quod id ad diuinum vtique cultum, Ecclesiasticamque disciplinam restaurandum, & augendum, animarumque salutem procurandum maxime cognouit pertinere, subiuncta propterea expressa exemptione à solutione, & exactione decimarum, & cuiusuis alterius tam ordinarii, quam extraordinarii oneris ex quacumque causa impositi, & imponendi.

Idemque sa. me. Gregorius XIII. nonis Septembris anni 1578. repetita declaratione erectionis dicti Collegii ad diuinum cultum, sanctamque Catholicam Religionem tuendam, & ampliandam abbatiam Sanctæ Crucis fontis Auellanæ perpetuo dicto Collegio vniuit ad fidei Catholicæ incrementum; quandoquidem Pontificiæ dispositiones emanatæ ratione augumenti diuini cultus, & ad Fidei incrementum, & propagationem talis sunt efficaciæ, vt censeantur semper exceptæ à Constitutionibus quibuscūque, quamuis amplissime vniuersalibus, ex quo stante ratione prædicta iudicandum est, quod disponens noluerit in eis

5 compræhendi, quemadmodum hac ratione non obstante regula Cācellariæ reuocatoria quarumcumque vnionum effectum non sortitarum minimè in hac dispositione comprahenduntur vniones concernentes diuinum cultum, Fideique propagationem, Mohed. decis. 7. de priuil. & indultis, num. 1. Rot. decis. 1143. num. 1. lib. 3. par. 3. diuers. Card. Caualer. decis. 449. nu. 4.

Siquidem has decisiones, aliasque authoritates in his quoque terminis quindenniorum, vt exceptæ

6 sint ab eis vniones factæ ex causa dotationis, vel augumenti dotis necessario pro substentatione cultus diuini, adducit Lotter. de re benef. lib. 1. quest. 29. nu. 17. postquam de quindenniis loquutus fuit num. 5. & seqq.

Et præsertim cum in dictis sa. me. Gregorii erectione, & vnione omnes Collegii redditus destinauerit pro alimentis puerorum in Collegio retinen-

7 dorum; nam proprietas quoque huius destinationis iudicari debet exempta à quindenniorum solutione ex ipsorum alimentorum priuilegio, Bobadill. in Politica lib. 5. cap. 8. n. 7. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 18. num. 6.

Tertio quia idem sa. me. Gregorius XIII. in dicta erectione huius Collegii, cum pro illius substentatione statuerit illi tribuere annuum redditum annuorum decem millium aureorum, inter alios redditus in hac erectione attributos expresse cōprahendit annuam pensionem mille, & ducentorum aureorum ex distributionibus pilei appellatis totius Collegii S.R.E. Cardinalium singulis mensibus pro rata percipiendā, reliqua autē sex millia, & octigenta aurea quæ conficiendæ summæ decem millium aureorum deficiebant, ex Fisci, & Cameræ Apostolicæ pecuniis quotannis numerari voluit, distributa in menses singulos pro rata solutione, quoad de totidem redditūum summa ipsi Collegio esset prouisum; hinc namque liquet, quod sicuti in hisce redditibus percipiendis a Camera, & Collegio Cardinalium non pos-

sant

sunt intelligi eisdem præseruata quindennia, ex quo redditus assignati non remansissent integri Collegio Germanico, sed diminuti; ita eadem integritas conseruanda est in aliis redditibus ex
8 causa vnionis dictæ abbatiæ subrogatis; nam res subrogata censetur eiusdem naturæ cum ea, in cuius locum subrogatur, Greg. decis. 125. num. 3. & decis. 544. num. 16.

Cessante præcipuè omni difficultate ex obseruantia negatiua solutionis hactenus retenta, dum hactenus prætensa quindennia nec soluta, nec peti-
9 ta apparent; nam ex hac obseruantia, quamuis negatiua Rota recedendo à prius decisis firmauit, Capitulo Burgensi laudemia minimè deberi, ex quo hec non solutio deseruit pro consuetudine interpretatiua, vt per Seraph. d. decis. 410. nu. 8. & seqq. Andr. d. decis. 23. num. 11. & seqq.

ARGVMENTVM.

De eadem re, cum remotione contrariarum obiectionum.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, tamen, est aduersatiua in eodem genere, & retentis eisdem terminis.*
2 *Generalia verba comprehendunt omnia, quamuis maior sit ratio in vno quam in alio.*
3 *Clausula, dummodo ex omnibus pensionibus deductis remaneant centum pro Rectore, non reddit dispositionem conditionalem, nisi in casu, in quo probaretur, adfuisse alias pensiones.*
4 *Oratio vnica, qua regitur ab eodem verbo sub vna, eademque determinatione intelligitur.*
5 *Relatio fit congruè, ita vt singula singulis referantur.*
6 *Verba vbi conueniunt conuenire debet dispositio.*
7 *Monasteria monialium, & hospitalia non dantur in titulum, sed in administrationem.*
8 *Annatam qui non solueret, non tenetur ad quindennia.*
9 *Tempus inspiciendum est, in quod confertur exequutio.*
10 *Concessio qualibet restringenda est, quando sequitur diminutio diuini cultus.*
11 *Clausula, quorum tenores operatur vt Constitutio, de cuius derogatione agitur, censeatur registrata in Constitutione derogante.*
12 *Pacta sunt potentiora ad declarandum quam verba.*

CONSILIVM CCCCLXXVII.

Subsistunt fundamenta exclusiua prætensi quindennii, non obstantibus exaduerso obiectis, & præsertim stante diuturnissima obseruantia huius exemptionis.

Non enim releuans censeri potest responsio, quod licet Constitutio Vrbani Octaui confirmatoria aliarum de quindenniis loquentium, inter quas Sixti Quinti Constit. 33. in nouo Bullar. tom. 3. fol. 533. in §. 1. ante med. vers. de quibuscumque beneficiis, à solutione quindennii excipiat monasteria, & hospitalia, quæ tempore ipsarum vnionum curã, conuentum, & hospitalitatem habuerint, dum è conuerso carentia conuentus, & hospitalitatis, quoad onus quindennia comprehendit, attamen tam exceptio, quam comprehensio intelligenda sit restrictiuè ad monastaria monalium, & hospitalium, quia ad hoc solum adducitur regula, quod
1 dictio, tamen, sit aduersatiua in eodem genere, & retentis eisdem terminis ex decis. Gregor. 85. num. 9. & seq. hoc autem non destruit fundamentum, sed magis confirmat, dum Constitutio præcedenter loquitur de quibuscumque beneficijs Ecclesiasticis, tam sæcularibus, quam regularibus, quæ tanquam genericè expressa demonstrant, quod etiam in illisquæ cura, conuentu, & hospi-
2 talitate carerent, eadem debeat esse dispositio, & consequutiuè idem genus, ijdemque termini in eisdem, etiamsi maior esset ratio in vno, quam in altero, Caputaq. decis. 36. numer. 5. & seq. par. 3. Rot. decis. 357. num. 5. par. 2. recent.

Neque obstat assertum simile, quod in pensionibus
3 ex clausula, dummodo omnibus pensionibus deductis centum remaneant pro Rectore, dispositio non censeatur conditionalis, nisi in euentum, quod probaretur de tempore reseruationis adfuisse alias pensiones, quia eadem decisio Cardin. Caualer. 227. nu. 3. vers. & ideo, declarat dictam clausulam, dummodo, non dici appositam reseruationi pensionis, vt illam faciat conditionalem, quando non pendet à verbo, reseruamus, nec est in eadem oratione; quamobrem neque hæc decisio, neque aliæ authoritates adductæ applicabiles censeri possunt huic casui, quo ampliatio per dictionem, etiam, monasteriorum monialium, & hospitalium legitur in vnica oratione ab eodem ver
4 bo recta; siquidem oratio vnica, quæ regitur ab eodem verbo, sub vna, eademque determinatione intelligitur, vt per Rotam apud eumdẽ Greg. decis. 190. num. 2. Rot. decis. 33. nu. 6. 9. & seqq. par. 7. recent.

Non autem aliud pretendi potest ex significatu relatiui, quæ, ad hoc vt exinde interpretatio capienda sit restrictiuè de monasteriis monalium, & hospitalium; nam cum post horum expressionem subsequantur verba, cura, conuentu, & hospitalitate careant, liquet, quod & si qualitas conuentus, & hospitalitatis referri possunt ad monasteria monialium, & ipsa hospitalia, tamen verbum cura, etiam alia monasteria, & beneficia quam monalium comprehendit; quamobrem ea verba
5 ad omnia sunt referenda, singula scilicet singulis, Gregor decis. 274 num 3. & decis. 433. num. 9.

Et præsertim, cum qualitas curę tempore vnionis, de qua agitur, concurreret in hoc Germanico, & Vngarico Collegio, ac propterea inferatur, quod
6 sicut verba conueniunt, ita conuenire quoque debeat dispositio, l 4. §. toties, ff de damn. infect. Surd. decis. 276. num. 11. & num. 13. in fine; siquidẽ absque dubio in hoc Collegio onus curę residet in alendis, ac instruendis alumnis Partium Ecclesiasticis, ac sacris disciplinis, per quas bene disponitur sensus, & cogitatio humani cordis in malum prona ab adolescentia sua, vt ipse Deus loquutus est Noe Genesis cap. 8. ante fin. vers. sensus enim, & cogitatio; atque hac ratione cum adolescentium etas, nisi rectè instituatur, prona sit ad Mundi voluptates sequendas, & nisi à teneris annis ad pietatem, & religionem informetur, Seminaria fuerunt instituta ex dispositione Concilij Triden-

t ni sess. 23. cap. 18. in princ. de reformat.

Atque hinc non releuat, quod monasteria monia-
7 lium tanquam habentia conuentum, & hospitalia hospitalitatem non prouideantur in titulum, sed dentur in administrationem, ex Gallesi de annat. num. 30. vers. ex huius regulę, fol. 377. ideoque
8 nec soluant annatam, & consequutiuè nec quindennia, ex Seraph decis. 1401 num. 2. & 3. & decis. 1410. num. 1. & in Neapolitana Laudemij 27. Februarij 1640. coram R.P.D. Cerro, quia nō proinde sequitur, quin Collegia mediante vnione subrogata loco monasterii vniti tanquam habentia annexam curam sub appellatione quorumcūque monasteriorum, & beneficiorum sint à quindenniorum solutione exempta, cum inspicien-
9 dum sit tempus collatę exequutionis, vt per Bald. in l. quod sponsę 4. nu. 2 C. de donat. ante nuptias, & probat text. in l. in tempus 62. ff. de hered. instit.

Fundamentum autem pro Collegio desumptum ratione concessionis dictę vnionis ob augumentum diuini cultus nec asserta ratione, nec authoritate ex aduerso adductis eliditur.

Non ratione, quod agatur de preiudicio tertij ob annatas officialibus concessas ex titulo oneroso,
10 quia quando sequitur diminutio cultus diuini quelibet concessio potius est restringenda, vt inquit Abb. in c. cum dilectus, num. 10. de cleric. non resid & Rota decis. 222. num. 3. par. 3 diuers.

Non etiam authoritate, quia Rota in allegata ex aduerso decis. 407 num. 8. cum num. 6. ad finem, vers. item nec ex alio, par. 3. rec. minimè applicabilis censeri potest, cum, vt patet numer. 7. in eo casu ideo Rota resoluerit, defuncto commendatario Religionem Hierosolymitanam pro tēpore, quo percepit fructus appellatos vacantes, & mortuarios, teneri ad pensionem annuam reseruatam
11 Cardinali, quia in reseruatione derogatum fuerat Constitutionibus particularibus cum clausula quorum tenores, ac vt patet eod num. 8. alioquin derogatio fuisset inanis.

Demum habet quoque subsistentiam aliud fundamentum applicationis Collegio emolumentorum tam ad Cardinales, quam ipsam Camerā Apostolicam spectantium, quæ effectum suo tempore sor-
12 tita fuerunt, cum facta sint potentiora ad declarandum, quam verba. Gregor. decis. 247. num. 18. Buratt. decis. 113. num. 20. & 22.

ARGVMENTVM.

An, & quando conductori debeatur remissio mercedis ob damnum ex causa belli.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non implementi proueniens ex ventre instrumenti impedit exequutionem.*

2 *Cameracontrahens mediante chirographo Papa vtitur iure communi.*

3 *Locator, cui promisit conductorem manutenere, & non manutenuit dicitur non adimpleuisse.*

4 *Exceptio non implementi dicitur omnis exceptio, quæ deducitur in vim pacti.*

5 *Damnum dicitur contingere in substantia rerum locatarum, quando illa occupantur à militibus ex causa belli.*

6 *Locata res quando perēpta est, non tenetur conductor ad mercedem soluendam pro parte deficiente. Et num. 8.*

7 *Peremptio rei in substantia non regulatur legibus, & conclusionibus loquentibus de casu damnorum in fructibus.*

CONSILIVM CCCCLXXVIII.

Non est locus prætensæ relaxationi mandati pro scutis 17000. exactis per DD. Thesaurarios Perusiæ, & Vmbriæ ex causa impositionis secundi iulij macinatus vigore facultatis exigendi sibi attributæ ex capitulo 41 appaltus eiusdem thesaurariæ; obstant namque non solum Cameræ
1 exceptiones non implementi prouenientes ex vētre eiusdem instrumenti appaltus, vt contra Cameram firmauit Rota in Romana appaltus 15 Ianuarij 1596 coram Iusto decis. 285. ante numer. 1. & seqq. apud Pacif. de Saluian.

Sed etiam retentionis ex impedimentis vsus, & fruitionis rerum in appaltu compræhensarum liquidatis formiter in summa excedente summam ex
2 aduerso prætensam, vt in ead. decis. 285. apud Pacific num. 1. dum firmat, Cameram contrahentem mediante chirographo Papæ vti iure com-
3 muni, & num. 1. quod locator, qui promisit manutenere, & non manutenuit, dicitur non adimpleuisse, & num. 5 6 & seqq. quod exceptio retentionis suffragatur.

Constat autem Cameram manutentionem ratione vsus, & fruitionis rerum locatarum promisisse, primo ex capitulo tertio dicti appaltus, dū quoad non solum assignamenta comprehensa in secunda tabula promisit expresè manutentionem durante affictu nouem annorum, sed etiam quoad exigenda à Communitatibus, & particularibus personis, promittens vlterius, quod deficiente aliquo assignamento census esset diminuendus; secundo ex capitulo 16 disponente specifice, quod caso, che per qualsiuoglia modo, ò per giustitia, ò per gratia, ò in tutto, o in parte l'entrate assegnate alla presente tesoreria mancassero, la Camera sia obligata dare altri assegnamēti per quello mancasse à sodisfattione di detti Tesorieri; & tertio ex capitulo 37. in quo etiam expresse disponitur, occorrendo guerra, peste, sterilità, & altri casi fortuiti, per li quali detta tesoreria, e gabella, e presenti appalti venissero dannificati in danno notabile, & in qualsiuoglia altro caso etiam di inosseruanza, e mancamento delle cose promesse, e concesse, ò alcuna di esse, sia obligata la Camera fare il debito defalco, secondo la dispositione della ragione commune.

Neque enim dubitatur, quin omnis exceptio, quæ
4 deducitur in vim pacti, sit effectiua exceptio non implementi, quæ semper opponi potest, Cardin. Caualer. decis. 457. alias la prima incipiente, dubitatum fuit, numer. 2. Surd. decis. 160. numer. 20. ad finem.

Nec obstat, quod Camera in dicto capitulo 37. se restrinxerit ad promissionem defalchi, iuxta dispositionem iuris communis; de iure autem communi in locatione ad plures annos de damnis passis circa fructus quoad vnum, vel aliquos annos non fit remissio facienda pro vno, vel illis annis determinate,

natè, sed habenda sit ratio anni sterilis cum fertili, & è contra.

Quoniam huiusmodi conclusio procedit solum quādo damnum passum fuit solum circa fructus; damna autem, de quibus agitur, quæque à testibus formiter examinatis non solum iustificantur, sed
5 liquidantur, fuerunt ex causa occupationis rerum, de quibus deponunt, ex causa belli à militibus; hoc namque casu, in quo dominium, & possessio rerum fuerunt deperdita, damna dicuntur illata in ipsa rerum substantia, & res ipsę consequutiuè in substantia peremptę, Cuman. in l. interdum, §. quod ex naufragio, num. 1. ante med. vers. sed si ponamus, ff de acquir. possess. Boss. de remiss. mercedis cond. num. 105. Carpan ad Statut. Mediolan. cap. 394. num. 206. tom. 2. Surd. cons. 34. num. 20. ad med. vbi idem dicit, si ab hostibus sint ratione possessionis occupatę, & cons. 400. num. 23. & 27. & decis. 326. num. 58. & 62.

Stantibus verò damnis iustificatis, & liquidatis in rerum substantia, conclusio est certa, quod vbi res lo-
6 cata in totum, vel pro parte est perempta, tunc nō debetur pensio pro parte deficiente, Surd. cons. 34. num. 20. & cons. 197 num. 4. & seq. & cons. 400. num. 10. & seqq. & cons 507. num. 7. & d. decis. 326. numer. 65. Gratian. discept. 195. num. 2. & seqq. & discept. 534. num. 37. & discept. 557. num. 61. & 62. Rot. apud Buratt. decis. 212. num. 5. quæ etiam habetur apud eumdem Gratian dicta disceptat. 557 cum quibus Mastrill. decis. 299. num. 10. & seqq. Peregr. cons. 98. num. 4 lib. 5.

Et ratio est, quia data peremptione rei in totum, vel pro parte contractus locationis, & conductionis in totum, vel pro parte resoluitur, ex quo in parte deficiente ex subiecto propterea deficiente locator non potest conductorem manutenere in peremptæ rei vsu, & fruitione, vt plenè per Surd. d. cons. 400. num. 9 & plurib. seqq. quamobrem, vt fir-
7 mat Mastrill. dicta decis. 299. numer. 113. peremptio rei in substantia non regulatur legibus, & conclusionibus de casu damnorum in fructibus loquētibus, Gratian. d. discept. 195. numer. 2. & d. discept. 534. num. 37. & discept. 567. num. 62.

Neque releuat, quod aliquando Doctores dicant fieri remissionem mercedis, quando res est perempta, ideoque locum esse legibus de sterilitate
8 loquentibus, quia non sunt intelligendi, vt fiat remissio eo modo, quo fit, quando damnum contingit in fructibus, sed vt conductor a mercedis solutione liberetur, vt plenè respondet Surd. dicto cons. 400. num. 20. in fine, & seqq Rot. in Romana remissionis mercedis, seu affictus 5. Martij 1603. coram Cardin. Millino.

ARGVMENTVM.

De concursu creditorum. Et an, & quando excussio sit necessaria.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio proueniens ex ventre instrumenti admittitur in quocumque iudicio etiamsi requirat altiorem indaginem.*

2 *Creditores habentes ius dominij, vel quasi præferuntur cæteris creditoribus*

3 *Creditores habentes assensum domini directi præferuntur in re feudali cæteris assensu carentibus.*

4 *Hypothecca generalis comprahendit bona præsentia, & futura non autem præterita.*

5 *Venditor, qui sibi reseruauit dominium in re vendita vsque ad precij solutionem præfertur cæteris creditoribus.*

6 *Creditores anteriores præferuntur etiam quoad res subrogatas.*

7 *Inuentarium probat non extare alia bona & contrarium asserenti incumbit onus probandi.*

8 *Excussio non est necessaria, vbi notoriè est inutilis.*

9 *Excussio non est necessaria quando constat de creditis anterioribus, & potioribus, ita vt exactio sit difficilis.*

10 *Excussio fieri non debet quoad bona existentia in territorijs aliorum Principum.*

11 *Creditorum graduatio non habet locum in bonis fideicommisso subiectis.*

12 *Detractiones præsumuntur consumptæ stantibus alienationibus, & omissione inuentarij.*

CONSILIVM CCCCLXXIX.

IVra huius D. infantis præualent prætensis iuribus montistarum Gualenghi Montis, prout etiam præualent iura aliorum, quæ in facto deducuntur, non obstante potioritatis prætextu ex qualitate erectionis huius Montis resultante; cum enim in eadem erectione pateat, Papam noluisse iura anteriorum, & potiorum creditorum Monte funditus extinguere, sed duntaxat durante Monte suspendere vsque ad legitimam excussionem, ex qua apparet eis satisfieri non posse in aliis bonis, quam Monti pro dote, & extinctione assignatis, vtique constito, quod aliunde satisfieri nequeunt, rema-
1 net illis hæc exceptio non minus priuilegiata, quā montistarum competens tanquam ex ventre eiusdem erectionis proueniens, etiamquod prætendatur altiorem requirere indaginem, Seraphin. decis. 430. num. 5. Rot. post Zacch de oblig. Camer. decis 8. num. 1.

Constat autem de hac præferentia aduersus montistarum prætextus.

Primo quia creditores habentes ius dominii, vel
2 quasi anterioris, quales sunt descripti in facto, præferuntur quibuscumque creditoribus ex quacumque causa, & titulo, ex textu in l. si ventri 8. §. si tamen, ff. de priuileg. cred. cum aliis per Rodriquez de concursu credit. par. 2. art. 4. numer. 6. & seq. & Koppen. decis. German. 28. num. 3.

Secundo quia præferuntur habentes inuestituras
3 feudales in rebus in iis compræhensis à dominis directis, qui etiam quales sint, habentur ex facto, omnibus creditoribus, Alex. cons. 119. num. 6. vers. cum igitur, lib. 3. & cons. 122. num. 3. lib. 5. Guid. Pap. decis. 46. num. 2. Albert. Brun. cons. 96 num. 3 lib. 1. Gama decis. 116. num. 3. Surd decis. 189. numer. 20. Rot. in Romana vineę 21. Iunii 1627. coram Reuerendissimo Dunozetto, & 26. Iunii 1628. coram bo. me. Card. Virile.

Tertio quia sunt etiam præferendi emptores bonorum, qui mediante precii solutione illa acquisiuerunt ante erectionem dicti Montis, qui etiam quales sint, pariter deducuntur in facto; nedum

autem

autem in dominij acquisitione, sed etiam hypo-
4 thecæ, certum est, quod quamuis in ea comprę-
hendantur bona præsentia, & futura, secus tamen præterita prius vendita, l. fin. C. quæ res pign. oblig. poss. l. & quæ nondum 15. ff. de pign. Rot. post Pacif. de Salaian. decis. 25. num. 2 post med.

Quarto sunt etiam præferendi venditores eorum bo-
5 norum, quorum dominium sibi reseruarunt, quousque precium sibi solueretur, qui similiter quales sint, factum demonstrat, cum non dubitetur, quin reseruatio huiusmodi dominij operetur interim, quod venditor remaneat dominus, l. cum manu facta, §. fin. ff. de contrah. empt. & l. procuratoris, §. planè, ff. de tribut. quemadmodum reseruatio specialis hypothecæ illam cum potioritate præferuat ex l. licet 7. C. qui potior. in pig. hab.

Quinto quia in eadem potioritate existunt tã creditores Marchionis Camilli, quã Comitis Francisci,
6 qui montistis anteriores ex l. potior 11. ff qui potior. in pign. hab. etiam quoad res subrogatas. Negus. de pign. 2. membr. 2. part. num. 25.

Nec obstat, quod bona, & iura dicto Monti pro dote, & extinctione assignata fuerint à quibuscumque fideicommissis, pactis de succedendo, & maioratibus, hypothecis, & obligationibus, quamuis prioribus, & potioribus, omnibusque aliis oneribus, durante Monte suspensa, & alia quæcumque fratrum de Gualenghis, eorumque authorum bona, ac iura translata sub expressa declaratione, ne possint montistæ in eis aliquo modo molestari, nisi facta aliorum bonorum dictorum de Gualenghis, eorumque authorum obligatorum excussione, & nisi quatenus alia bona pro eorum creditorum satisfactione non sufficerent.

Quoniam cum ex depositionibus quinque testium formiter examinatorum concludenter constet, omnia bona descripta in inuentario hæreditatis Marchionis Camilli esse eadem, quæ remanserunt in hæreditate Marchionis Galeatij, & ex instrumentis, alijsque iuribus deductis in facto constet, singula dictorum bonorum corpora remansisse in hæreditate aliorum, quæ pluribus fideicommissis, & inuestituris etiã feudalibus descriptis in facto respectiuè supposita apparent; inuentarium autem
7 prædictum tanquam legitimè factum probet negatiuam extantię aliorum bonorum tanquam ex scriptura eiusdem inuentarij coarctatam, adeout pretendentibus contrarium incumbat onus probandi, iuxta Rotæ decis. 607. n. 1. post princ. vers. inuentarium enim pa. 1. recent.

Vtique sequitur, quod quoad bona descripta in inuentario subiecta fideicommissis, & inuestituris
8 etiam feudalibus alia excussio tanquam omninò notoriè inutilis minime sit facienda, & illi etiam absque alia sententia Iudicis excussionis declaratoria æquipolleant onera prædicta impeditiua creditoribus exercitij cuiuscumque eorum actionis ex onerum prædictorum potioritate, vt per Rotam decis. 14. numer. 1. seqq. & per tot. par. 2. recent.

Et precipuè cum ad hunc effectum difficultas exactio-
9 nis æquiparetur excussioni stantibus pluribus creditoribus habentibus iura potiora, vt per Put decis. 185. per tot. lib. 1. in correctis, & Rot. decis. 14. num. 3. præsertim ante finem, vers. tum etiam quia pro parte. d. par. 1. recent.

Quemadmodum eadem ratione non est excussio fa-
10 cienda quoad bona existentia in territoriis aliorum Principum alterius iurisdictionis, & in quibus exequutiones fieri non solent, nisi prius obtento exequatur, Put. ead. decis. 185. ante num. 1. vers. tamen dicebantur, & Rot. d. decis. 14. numer. 3. ante finem, vers. talis excussio fieri non solet, par. 1. recent.

Non enim dubitandum, quin graduatio creditorum
11 locum habeat solum in bonis fideicommisso non subiectis, quia alias esset iniusta, & contra leges, quando, vt hoc casu, non solum allegata, sed iustificata fuerunt fideicommissa, vt per Rotam apud Seraphin. decis. 693. num. 3.

Minusque quin exceptio pretensarum detractionum hoc casu pariter sit inutilis, dum Marchio Camil-
12 lus, & frater hęredes patris nullum confecerunt inuentarium paternæ hæreditatis, & constat, plurima bona ex illis alienasse; quandoquidem dum non docetur de inuentario, detractiones pręsumuntur factę, multoque magis dum probantur quamplurimę alienationes, quas incumbit grauatis onus probandi non sufficere, Rot. decis. 83. nu. 13. & 25. & decis. 126 num. 24. & 29. & decis. 164. n. 7. par. 7. rec. & in Romana fideicommissi de Capite ferreo 10. Martij 1643. coram R. P. D. Corrado §. neque turbat.

ARGVMENTVM.

De excusatione officialium Vniuersitatis à prætenso crimine vsurpatæ iurisdictionis criminaliter procedendi.

De excusatione à prætenso crimine concussionis.

SVMMARIVM.

1 *Collegia approbata habēt facultatem condendi Statuta pertinentia ad eorum artem.*
2 *A Iurisdictionis turbatæ pæna excusat credulitas siue iusta, siue iniusta.*
3 *Iurisdictionis exercitij quasi possessio probatur ex sententijs, & alijs actibus positiuis.*
4 *Decretum irritans coniunctum cum clausula, sublata, &c & cum alia clausula, quod de obreptione, vel subreptione dari non possit, operatur nullitatem actorum non precedente oris aperitione.*
5 *Commissiones non dantur contra Iudices.*
6 *Concussionis crimen requirit exactissimas probationes, neque idonei sunt testes mediatores.*
7 *Concussio non præsumitur cessante commodo prætensi delinquentis.*
8 *Concussio non datur sine indebita vexatione, & illatione metus.*
9 *De Corpore delicti constat etiam ex iudicio, & relatione peritorum.*
10 *Experientiam insequitur cognitio veritatis.*
11 *Identitas etiam coniecturis probatur.*

CONSILIVM CCCCLXXX.

HAbet absque dubio Vniuersitas Aurificum iurisdictionem criminalem non solum ex dispositione clara illius Statuti cap. 40. fol. 16. dum expresse

presse in eo declaratur, si è statuito ancora, e confirmato, che li Consoli, ouero vno di loro con alcuno consigliero insieme siano tenuti visitare li artefici, cercare, inuestigare, punire, correggere, e condennare li delinquenti, ancora con loro pigliare, rompere tutte cose adulterine, e fare tutte le cose, che s'appartengono all'honore dell'arte; Statuta enim dictæ Vniuersitatis, inter quæ præfatum, fuerunt etiam à S.R.E. Cardinali Camerario, postquam fuerant ex authoritate Apostolica edita, etiam de eiusdem Papæ mandato cōfirmata, vt in eisdem Statutis fol.22.& præsertim
1 cum Collegia approbata habeant de iure facultatem condendi Statuta pertinentia ad eorum artem, Decian.tract.crimin.lib 7.cap 20.tit.de Colleg.num.11.Petrus Gregorius Tholosanus in sintag.vniuersi iuris par.2.lib.15.cap.32.num.18.Rot. decis.103.num 7.par.2.diuers.

Quamobrem ex hoc solo excluditur prætextus quicumque potestatis criminaliter Camerarium, & Consules dictæ artis vexandi ex asserto capite
2 vsurpatæ iurisdictionis, cum non solum iusta causa competentiæ iurisdictionis, sed etiam iniusta ob quamlibet credulitatem excuset à pœna turbatę iurisdictionis, ex pluribus adductis per Farinac. quest.114.num 119.vbi etiam num.120.quod nec dicitur turbare iurisdictionem, qui aliquem actū, quamuis turbatiuum facit pro iure suo conseruando.

Idque absque vllo prorsus scrupulo admittendum hoc casu, quo constat ex pluribus sententijs, &
3 decretis, alijsque positiuis actibus iurisdictionalibus, Vniuersitatem existere in quasi possessione iurisdictionem criminalem mediantibus suis Camerarijs, & Consulibus exercendi Gregor decis. 325.num 19.& decis.487.num.5 Cardinal Caualer. decis.161.num.3 & seq.Coccin.decis.26.num.2.

Sed etiam quia constat, fa. me.Gregorium XIII.ex suo Breui particulari sub data 18.Septembris 1582 expressè, non obstantibus Statutis Vrbis reformatis, & innouatis eidem Vniuersitati, eiusque Consulibus concessisse, quod eadem Vniuersitas Camerę Apostolicę duntaxat, non autem tribunali Curiæ Capitolii, nec illius statutis supposita, & subiecta esset, quodque eius intentionis, & voluntatis minimè fuit priuilegiis, indultis, Statutis, & consuetudinibus artis Aurificum, illusque Vniuersitatis Collegii, Consulum, & Iudicum quorumcumque circa cognitionem, & decisionem huius, ac omnium, & singularum, & quarumcumque causarum, de rebus, & bonis, ac negociis ad ipsam artem Aurificum quomodolibet spectantibus etiā inter, & contra homines, qui de eadem arte Aurificum, & illius Collegio, & Vniuersitate non sunt, nec pro tempore erunt, vertentium, & quę futuris temporibus verti contigerit, in aliquo derogare, ac derogatum fuisse, & nihilominus priuilegia, indulta, Statuta, & consuetudines ipsius artis Vniuersitatis, & Collegii authoritate Apostolica perpetuo confirmauit, & approbauit, decernens, Consules, & alios quoscumque officiales, & Iudices ipsius artis de pręmissis, & quibuluis aliis negociis, & Causis ad ipsam artem Aurificum quomodolibet spectantibus etiam inter, & contra homines, qui de corpore, & Collegio ipsius artis, & Vniuersitatis non sint, vel fuerint, cognoscere, & iudicare potuisse, & debuisse, posseque, & debere iuxta ipsius artis, & Vniuersitatis priuilegia, indulta, Statuta, & consuetudines cognoscere, decidere, & iudicare; siquidem cum in eodem
4 Breui legatur nedum decretum irritans, & clausula, sublata cuicumque aliter iudicandi, & interpretandi facultate, sed etiam illi coniuncta sit clausula, vt de obreptione, vel subreptione, aut intentionis defectu minimè dari possit cum derogatione regulæ de iure quæsito non tollendo, vtique aduersus has litteras Apostolicas cuicumque tribunali clausum est os aliquid in contrarium attentandi, & consequutiuè ad vlteriora procedendi in vexatione huius Vniuersitatis, itaut quicumque contrarius actus ipso iure sit nullus, Cassad. decis.12.num.5.super regulis, Rot.decis.149.num. 2.par.2.diuers.& decis.621.num.3.par 3.recent.

Et præsertim cum is, ad cuius instantiam vexantur Camerarius, & Consules dictæ Vniuersitatis ex prętextu, quod nulliter, & iniustè iudicauerint, non etiam de Iure audiri possit per viam querelæ criminaliter, nedum quia habet de iure remediū ordinarium appellationis; quamobrem cessat remedium extraordinarium intentatum, ex textu in l.in causæ, ff.de minor.

Sed etiam quia nec Signatura iustitiæ, vel gratiæ dat
5 commissiones contra Iudices, qui tanquam Iudices iudicarunt, licet enormiter Pars dicat se læsam, vel alias dicat, se indebite spoliatam, & ratio est, quia si darentur commissiones contra tales, nunquam inuenirentur Iudices, timentes se in posterum posse molestari, vt firmat Staphil.de Signatura litterarum iustitiæ sub tit. Signatura non dat commissiones contra Iudices, num.1. fol. mihi 305.

Neque obstat, quod Camerarius, & Consules puniri possint ex prætenso crimine concussionis, in quod incidunt officiales inferentes metum, & per vim pecunias extorquentes, ex l.1.ff. de concussionibus, tum quia nec metus, nec vis ex processu iustificatur, & quicquid exaduerso confingitur, nul-
6 lam habet iustificationem, cum in his terminis requirantur exactissimæ probationes, neque etiam prætensi mediatores sint testes idonei, vt per Farin.quæst.111.num.464 & 271.

Tum quia termini prætensę concussionis nullatenus applicabiles censeri possunt huic casui, dum pecunię non fuerunt à Camerario, & Consulibus receptę ad proprium commodum, sed ad commodum Ecclesię ipsius Vniuersitatis, & pro exequutione iudicati, idque concludenter constat non solum per quietantiam desuper factam, sed ex tunc per versionem in eiusdem Vniuersitatis vtilitatem, ideoque absque dubio excluduntur assertę cōcus-
7 sionis termini, cum nec sit verisimile, quod dicti officiales voluerint in concussionis crimen incidere, & propriam conscientiam onerare ad dictę Ecclesię commodum, vt in his quoque terminis per Farinac.d quæst.111.num.42.& seq.

Nullaque prorsus est difficultas hoc casu, quo constat ex eodem processu etiam ex querelantis confessione, argentum fabricatum non fuisse de carlinis iuxta conuenta, ex quo iuxta peritorum relationem ad effectum, vt argentum sit tale, requiritur, quod commixtio argenti, vt aiunt, bassi, sit eiusdem ponderis, cuius argentum de carlinis, atque ideo
8 etiam ex hoc capite quicumque assertę concussionis termini excluduntur, l.2.ff.de concuss. c.cōcussionis 128.1.quest.1.Iodoc.in praxi crim.c.129.n 5. Farin.d.quest.111.num 42.& seq.

Nul-

Nullatenus obstante prætextu, quod in dicto processu non constet de corpore delicti, nec de identitate argenti fraudolenter extra conuenta cum illius domino.

Quoniam immo de delicti corpore clarè constat ex deductis, & iustificatis in facto, iuncta desuper eiusdem aduersarii confessione, cum non sit dubium, quin de corpore delicti etiam ex iudicio, &
9 relatione peritorum liqueat, Boss. de delict. n. 7. Clar. recept sent. §. fin quæst. 4 num. 5. ad med. Foller. in praxi crim. tit. de ntur capitula, quod interfecit vxorem num. 15. in fine & seq. Farin. quæst. 2. num. 29. vers. altera coniectura.

Accedente insuper, quod de corpore delicti constat etiam ex tornitura dicti argenti, & assaggio facto,
10 mediante experientia, quæ maxima est cognitio veritatis, vt per Bald. cons. 136. num. 2. lib. 2.

De identitate verò nec etiam dubitandum, dum argenta, constat, fuisse ablata ex apotheca aduersarii, & eadem exposita in publica congregatione dictę Vniuersitatis, ac tornita, & de eisdem factū
11 assagium, & experientia, cum immò etiam sufficiēter identitas ex coniecturis probetur, Greg. decis. 575. num. 7. Rot. decis. 160. num. 4. in fine, & num. seq. par. 1. recent.

ARGVMENTVM.

An, & quando conditio nubendi consanguineo vti impossibilis reijciatur.

SVMMARIVM.

1 *Conditio nubendi consanguineo valet, si Papa dispensationem concesserit, nec reijcitur, nisi petita, & negata dispensatione.*

2 *Conditio, si Papa dispensauerit, quod constitutus in sacris ordinibus possit contrahere matrimoniū vti impossibilis reijcitur.*

3 *Dispensationes in tertio consanguinitatis gradu siue de contracto matrimonio, siue de contrahendo denegari non consueuerunt.*

4 *Dispensationes matrimoniales in secundo gradu non conceduntur nisi inter magnos Principes, & ob publicam vtilitatem*

CONSILIVM CCCCLXXXI.

IN proposita quæstione, an non obstante conditione nubendi, siue sit conditio, siue modus DD. Spirita, & Catherina possint aliis nubere, & retinere prælegata sibi à patre relicta verbis sequentibus, & casu, quo Spirita, & Catherina eius filiæ ex tertia vxor contrahant matrimonium cum duobus ex filiis D. Pauli Doctoris consobrini germani ipsius testatoris, & ad hunc effectum obtineant dispensationes requisitas à summo Pontifice, vel alio ad id habente potestatē attenta eorum proximitate, eo casu, & non aliter prælegauit dictis Spiritæ, & Catherinæ, scilicet dictæ Spiritæ 3000. aureos, vnam villam, & alia prędia designata, Catherinæ vero similiter prælegauit alia prędia, prata, viridaria, & rus, seu villam designatam, & casu, quo vna ex dictis Spirita, & Catherina nolit contrahere matrimonium cum vno ex filiis dicti D. Pauli, dictus testator voluit, & vult, quod pars, & portio prælegati suprad ctū sit, & pertineat pleno iure ad aliam, quę contrahet dictum matrimonium, & casu quo ambę duæ nollent huic rei satisfacere, voluit, & vult, dicta prælagata ipsis facta pertinere ad alias ipsius testatoris filias nominatas.

Ex quo supponitur filios dicti Pauli esse prælatis Spiritę, & Catherinę coniunctos, & consanguineos in tertio gradu, ac proinde certum est, inter eos valide matrimonium contrahi non posse absque Papę dispensatione ex veriori, & magis recepta sententia, pro veritate sentio, conditionem ipso iure tanquam impossibilem minime reiectam censeri posse neque ex hoc capite locum esse c. fin. de cōdit, appositis, sed & si summe difficilis esset reputāda ob defectum omnium causarum, quę in dispensationibus matrimonialibus considerantur, tamen
1 eius euentum esse expectandum, itaut petita, & denegata à summo Pontifice dispensatione, conditio tanquam reddita ex tunc impossibilis reiecta censeatur, & consequutiue prælegata retineri possint per DD. filias prædictas, quamuis aliis nubant, cum propterea per eas tunc non stet, quominus conditio impleatur; secus autem vbi dispensationis impetratio euentum possibilem propterea declarat, vt per Couar. in epitome ad quartum Decretalium 2. par. cap. 3. num. 9. Emanuel Costa select interpr. circa conditiones, & demonstrationes lib. 1. cap. 8. num. 14. per tot. precipuè ad finem, vers. ego autem facilius. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 13. num. 11. plenissime Sāchez de matrim. lib. 5. disput. 5. quæst. 2. num. 12. cum num. 13. & num. 18. Gutier. canon. quæst. lib. 1. cap. 22. nu 13. cum aliis plurib. per Castill. quotid. controu. par. 3. cap. 7. num. 17. & seqq. pluribus, quos etiam sequitur Fontanell. de pact. nupt. claus. 6 glo. 4. par. 4. num. 54. & seq. vbi etiam de veriori, & receptiori testatur, ac num. 56. quod idem quantacumque difficultas in impetratione consideretur, & num. 57. quod igitur incumbit legatario petere dispensationem, & diligentiam ad eam obtinendam necessariam adhibere, cum tunc non stet per eum, ideoque poterit legatum habere, quamuis alteri nubat.

Neque præmissis obstare videntur Mohed. decis. 3. n. 1. & seq. de testam. & Put. decis. 87. n. 1. lib. 2. in correctis, quę tamen non sunt duę decisiones, sed vnica
2 in eadem Causa, quia impossibilitatem conditionis ex qua reiectionē decidunt, sumunt in eo casu, quia filius, qui erat in ordine diaconatus erat institutus, sub conditione, si Papa infra annum dispensaret, vt effectualiter matrimonium contrahere posset, quāmobrem de impossibilitate huius conditionis non erat dubitandum.

Dubitandum tamen hoc casu, cum Mandos. tract. de Sign. gratię sub tit. dispēsationes matrimoniales, §. in
3 tertio, testatur, siue de contracto matrimonio, siue de cōtrahendo dispensationes denegari non consueuisse nec Nobilibus, & Magnatibus, nec priuatis personis, & solui compositionem, quicquid sit in
4 secundo gradu, de quo loquitur §. hodie dispensationes, in quo gradu 2. Concil. Trident. inquit nunquam dispensare nisi inter magnos Principes, & ob publicam vtilitatem.

ARGVMENTVM.

An, & quando emptor, qui passus fuit retractum rei venditæ agere posit contra ven-

venditorem de euictione, vel ad damna, & interesse.

De testiũ examinatorum reconductione.

SVMMARIVM.

1 *Retractu rei venditæ sequuto venditor non tenetur emptori de euictione, neque ad damna, & interesse. Et num. 8.*
2 *Scire, & scire debere paria sunt.*
3 *Socius in re communi præfertur extraneo.*
4 *Scientia etiam ex præsumptionibus resultat.*
5 *Repetitio testium facienda est non solum expensis petentis, sed petentis cura.*
6 *Testes ab vna Parte producti cogi possunt ad subijciendum se examini instante altera Parte.*
7 *Socius in rebus socialibus censetur habere mandatum ad alienandum.*
9 *Scientia rei onere affecta excludit agentem ab actione de euictione, & à prætensione damnorum, & interesse.*

CONSILIVM CCCCLXXXII.

Mandatum relaxatum, tanquam euidenter iniustum est reuocandum; quoniam nulla in iure est difficultas, quod prælatio, quæ datur ratione consortij, nõ grauat venditorem ad requirendum consortem priusquam vendat, nec in aliquo sibi præiudicium infertur ad hoc, vt inuitus cogatur,
1 sed solum ex quo ius præferentiæ nascitur post perfectum, & absolutum contractum venditionis, propterea in hoc casu venditor non tenetur de euictione, nec ad damna, & interesse emptori, Tiraq. de retr. lign. §. 1. glo. 9. num. 34. & seqq. & num. 56. Caballin. de euict. §. 5. num. 52. Afflict. de iure prothom. §. 2. num. 37. clarè etiam quoad prætensum interesse Cardin. Mantic. decis. 63. num. 2. Rot. in Romana retractus 28. Aprilis 1600. coram Cardin. Millino apud Marchesf. de commissi. par. 1. fol. 1088. & apud Perusin. de censib. decis. 37. par. 2. iuxta primam impressionem.
Nec obstat, quòd obiectum procederet, vbi D. Perinus aduersarius sciuisset rem sibi venditam fuisse socialem inter DD. Soriam, & Liberatorem, & ageretur de prælatione, seu iure retrahendi competẽte ex Statuto, vel consuetudine, quorum ignoran-
2 tia non admittitur, ex quo paria sunt scire, vel scire debere, ex allegata exaduerso disc. Grat. 205. n. 2.
Quoniam Gratianus fauet huic Parti, dum ius prælationis fuit competens, non solum ratione consortij ex dispositione Statuti Vrbis cap. 110. lib. 1.
3 sed etiam ex dispositione Iuris communis, ex quo in omni re communi præfertur socius cuicumque extraneo, Hect. Fælic. de societ. cap. 29. num. 92. & seqq. idem Grat. disc. 526. num. 3. & disc. 842. num. 23. & disc. 874. num. 4. & seq. Surd. cons. 43. num. 12. & seqq. lib. 1. Rot. apud Perusin. de censib. dec. 306. num. 3. iuxta 1. impress.
Quoad verò scientiam qualitatis rei socialis, quia testes formiter examinati illam, vt in facto deduci-
4 tur, concludenter probant, & præsertim quia sciẽtia vera etiam ex præsumptionibus resultat, Seraph. decis. 1459. n. 3. & 12. Rot. dec. 479. n. 2. par. 2. rec.
Neque aliquid facit, quod Iudex pronunciauerit, ob testium examinatorum omissam reconductionem ad effectum eorum repetitionis fidem illis non esse adhibendam, tum quia hæc pronunciatio fuit
5 notoriè iniusta, quia quando examen præcedens est validum, repetitio facienda est non solum expensis petentis, sed petentis cura, Put. decis. 317. aliàs 308. ad fin. lib. 2. in nouis, Rot. decis. 282. in fine, & decis. 664. num. 3. lib. 3. par. 3. diuers. Seraphin. decis. 1279. num. 6. Rot. decis. 549. num. 3. vers. sola difficultas, par. 3. rec.
Tum etiam quia habet Pars aduersa sua remedia pro
6 reconductione, & coactione testium ad repetitionem, iuxta c. cum contra, & cap. seq. de test. cogen. cum alijs per Specul. de teste, §. 13. num. 6. vt etiam per Rot. decis. 549. n. 3. ante fin. par. 3. rec.
Minusque releuat, quod socius non possit nisi portionem, quam habet in societate, alienare, quia so-
7 cius in rebus socialibus censetur habere mandatũ ad illas alienandum, glo. in l. nemo ex socijs, 69. in verb. alienare, ff. pro soc. Surd. decis. 213. n. 2.
Stante igitur scientia rei socialis in aduersario, frustra agit ad prætensa damna, & interesse, dum ius
8 præferentiæ, siue de Iure communi, siue municipali competens excludit agentem à dicta prætensione, & quia in his terminis hoc ius venit ex natura rei ex eodem Gratian. exaduerso adduct. d. discept. 105. num. 22. 23. & seq.
Et quia scientia rei onere affectæ excludit agentem
9 non solum ab actione de euictione, sed etiam à prætensione damnorum, & interesse, l. si fundum sciens, 27. C. de euict. Rot. decis. 140. num. 5. & decis. 307. num. 8. par. 5. rec.

ARGVMENTVM.

An, & quando aqua postquam ingressa est in fundum alicuius à naturali cursu diuerti possit.

SVMMARIVM.

1 *Aqua postquam ingressa est in fundum alicuius diuerti potest, perinde ac si in eodem fundo orta esset. Etiam si fuerit ad certum vsum concessa, vt num. 2.*
3 *Oris apertio non conceditur contra iustitiam, sed contra meras gratias concessas cum magna tertij læsione.*
4 *Publica vtilitas præfertur priuatæ, et multa permittit, ac prohibet, quæ alias non permitterentur, nec prohiberentur.*
5 *Fluminum diuersio à solito cursu permittitur ex publica vtilitate.*
6 *A Seruitute passiua non infertur ad actiuam.*
7 *Seruitutem debens ad nihil aliud tenetur quam ad solius patientiæ præstationem.*
8 *Aquam non potest vasallus conuertere in prædia sibi concessa, itaquod ad inferius molendinum Domini nihil perueniat.*

CONSILIVM CCCCLXXXIII.

Stante veritate facti etiam ex planta comprobati, quod cursus aquæ, de qua agitur, ad Padum non sit per territorium Sancti Augustini, sed per canale vetus superius, quod ad præsens defluit per territorium Bondeni, & exinde ad Padum, quodque Ciuitas Bononiæ aquam originem trahentem ex

territorio Sancti Ioannis in Persiceto concesserit Centensibus contemplatione Herculis II. Ducis Ferrariæ anno 1508. & hæc concessio non fuerit sub conditione, quòd reuerteretur ad territoriũ Bononiæ Sancti Augustini, attento quod ex dicta concessione sperabatur commodum Comitatui Bononiæ redundaturum, quod commodum etiã egregium realiter tam respectu nauigationis, quã exclusarum inundationum senserit.

Ac Breue Sanctissimi D.N. in quo sub clausula, sublata, decreto irritanti, ac alijs amplissimis concesserit constructionem molendini possessi per DD. de Albergatis.

Ac demum quòd Centenses non solum iam excauauerint, ac dilatauerint notabili sumptu canale vetus superius tempore san. mem. Pauli Quinti, sed vlterius in eodem canali iam introduxerint, & direxerint vniuersam aquam.

Nulla vrgente ratione prætenditur gratia aperitionis oris aduersus confirmationem decisionis Rotæ sub 14. Nouembris 1622. coram R.P.D. Pirouano, in qua decisum fuit, DD Bononienses, & Angelellum non posse impedire diuersionem aquæ, & aduersus alia Breuia duorum Pontificum; siquidem indubitata est regula, quod aqua postquam
1 est ingressa in fundum alicuius, illius cursus naturalis diuerti potest, perinde ac si ortum haberet ex proprio fundo, vt per Bart. in l. quominus, 25. num. 25. ff. de flumin. ac etiam non obstante quod
2 aqua fuerit ad certum, & limitatum vsum concessa, vt pluribus comprobat etiam Surd. consil. 338. num. 9. post med. vers. quod & si aqua sit aliena, & deriuet ab alieno fundo, & num. 10. & seqq. lib. 3.

Et stante hac regula, locus est alteri regulæ, quod a-
3 peritio oris nunquam ex gratia contra iustitiam concedenda, præsertim ad suscitandam litem per Papam motu proprio extinctam cum impositione perpetui silentij, sed solum concessibilis sit cõtra meras gratias concessas cum magna tertij læsione, c. debet, de reg. iur. in 6. l. omnium, 19. C. de testam. Cardin. Zabar. Clem. 2. nu. 8. de re iud. Rot. in rec. decis. 461. n. 5. & seqq. par. 1.

Præsertim cum ex dicta canalis veteris ampliatione, & vniuersæ aquæ in illud deriuatione iam canale redditum fuerit nauigabile cum publica vtilitate etiam Comitatus Bononiæ, nam vtilitas pu-
4 blica præfertur priuatæ, & ratio publicæ vtilitatis multa permittit, ac prohibet, quæ alias non permitterentur, nec prohiberentur, Felin. in c. quæ in Ecclesiarum, num. 10. vers. causa autem legitima, de Constit. Surd. ad plura inferens cons. 210. n. 29. & seqq. lib. 2.

Adeout ex hac publica vtilitate etiam diuersio flu-
5 minum à solito cursu concedatur, Veronens. de seruitut. rust. pręd. cap. 4. de seruit. aquęduct. nu. 54. Surd. cons. 130. n. 6. 9. & 12. lib. 1.

Neque obstat prætextus seruitutis inductæ ratione canalini manu facti in territorio S. Augustini, quia cum Centenses per cloacam ramadellam, mediãte claue ab ipsis retenta introduxerint, & introducant ad eorum libitum aquarum superfluitatẽ ad euitandam inundationẽ canalis veteris tempore, quo ob ingentes pluuias, & aquarum abundantiam redderetur illarum incapax, hęc seruitus
6 tanquã passiua territorij, in quo canalinum pertransit, non potest Parti aduersę suffragari, vt retineat naturam contrariam seruitutis actiuę, Veronen. d. cap. 4. num. 56. 58. & 60. Rim. iun. cons. 86. num. 1. & seq. Menoch. cons. 447. num. 42. Bursatt. cons. 156. num. 29. lib. 2. Rot. decis. 164. num. 2. par. 2. diuers.

Idque sine difficultate transit, quando expurgatio, seu refectio operis manufacti etiam mediantibus fellonicis, & riuulis pertinet ad eum, qui canale, & opus manufactum sibi iure seruitutis acquisitum pretendit, non autem ad eum, cuius res seruit, ex
7 regula, quod debens seruitutem ad nihil aliud tenetur, quam ad solius patientię præstationem, quemadmodum est in casu, de quo agitur, l. & si forte, 6. §. etiam, vers. nam in omnibus, ff. si seruitus vindic. l. refectionis, 12. ff. com. pręd. l. 2. §. apud Alphenum, & §. item Varus, ante vers. apud Namusam, ff. de aqua pluu. arcen. Veronen. d. c. 4. n. 9. ad finem, vers. & regulariter in omnibus de ser. in stitut. rustic. pręd. Menoch. de retin. remed. 7. nu. 34 ad fin. Marcobrun. cons. 57. num. 24. idemque probat tex. in l. 1. in fin. ff. eod. tit. de aqu. pluu. arcen. dum inquit non ergo cogemus vicinum aggeres munire, sed nos in eius agro muniemus, vt etiam ibi per glo. in verb. cogemus, & Bart. etiam in fine d. l. 1. num. 19.

Minusque obstat Bald. in c. 1. §. si opus mihi. §. si quis de manso, num. 9. de controu. inuest. quia Baldus
8 dubitat, vtrum vasallus possit aquam conuertere in prędia sibi concessa, itaquod ad inferius molẽdinum Domini nihil perueniat, & licet credat, quod non, eius tamen opinionem fundat in ratione, quia non sit verisimile, Dominum ita concessisse; hęc autem ratio applicabilis minimè est huic casui, quo Ciuitas concedens ex concessione commodo, quod sperabat, non fuit delusa, vt inquit decisio prędicta coram R.P.D. Pirouano, & contrarium exaduerso non probatur.

ARGVMENTVM.

De nullitate professionis expressæ, vel tacitæ, quando neglecta fuit forma Constitutionum Religionis, & iuris communis.

SVMMARIVM.

1 *Decretum irritans inducit formam.*
2 *Consensus per viam conditionis requisitus expressè adhibendus est, non tacitè.*
3 *Electio canonica fieri debet per vota secreta.*
4 *Professio nec tacita, nec expressa potest alicui dari sine consensu monasterij.*
5 *Professionem recipere nequit non habens potestatem incorporandi profitentem Religioni.*
6 *Professio requirit duas personas, alteram, quæ professum Religioni, & alterã, qua Religionem obliget professo.*
7 *Præscriptio vsus contrarij Constitutionibus Apostolicis non attenditur.*
8 *Ad Professionem tacitam plura debent requisita interuenire.*
9 *Professio expressa vbi ex aliquo defectu valere non potest, minus valet tacita.*
10 *Professio tacita non infertur ex actibus æquiuocis, conuenientibus etiam non professo. Et præser.*

sertim quando non constat gerentem dictos actus nouisse, eos ad solos professos spectare, vt numero 11.

12 *Professio tacita non infertur ex admissione ad exercenda officia, quando applicari potest ratio credulitatis Superiorum, quod professio expressa esset valida.*

13 *Professio nulla non conualidatur ex cursu quinquennij stante aliqua causa nullitatis irremissibilis.*

14 *Professio nulla non ratificatur, nisi quis sciat, eam esse nullam, & actus gerat animo eam approbandi.*

CONSILIVM CCCCLXXXIV.

De nullitate professionis expressæ non videtur dubitandum, quatenus emissæ absque consensu, & votis secretis Capitali, seu Prælati, & professorum simul, eorumdemque professorum etiam consilio non petito, tum ex forma Cõstitutionum Religionis confirmatarum authoritate Apostoli-
1 ca cum irritanti decreto, ac clausula, sublata, quarum forma omitti non poterat, cum prædictæ clausulæ formam inducant, Felin. in c. cum dilecta, nu. 22. vers. quintum signum, de rescript. Gonzal. ad reg. 8. glo. 67. num. 50.

Et præsertim cum Constitutiones requirant consensum præfatum per modum conditionis, qua defi-
2 ciente corruit actus, itaut nec sufficiat consensus tacitus, sed nedum requiratur expressus, Put. decis. 281. num. 1. & 2. par. 3. in correct. sed per vota
3 secreta, Castellin. de elect. canon. cap. 4. num. 1. & cap. 7. num. 1.

Tum etiam ex Iuris dispositione; cum enim profes-
4 sio nec expressa, nec tacita possit alicui dari sine consensu monasterij, Roder. in quæst. regul. tom. 3. quæst. 15. art. 12. post med. vers. cum professio, pro-
5 inde professionem recipere nequit non habens potestatem incorporandi profitentem religioni, cap. porrectum, 13. de regul. Nauar. cons. 40. num. 5. de regular. lib. 3 & tit. de voto cons. 9. numer. 1. lib. 1. Roder. d. tom 3 quæst. regul. quæst. 17. art. 11. in princip. Rot. decis. 4. de regul. in antiq. & decis. 346. num. 2. ad fin. post lib. 2. consil. Farin. Sanchez in moralibus lib. 5 cap. 4. n. 62.

Quamobrem valida censeri nequit professio non facta de consensu conuentus capitulariter, cum pro
6 fessio requirat duas personas, alteram, quæ professum obliget religioni, & alteram, quæ religionē obliget professo, Nauar. in c. statuimus, num. 74. de regul. & d. lib. 3. eod. titul. de regul. consil. 37. numero 2.

Neque considerabilis censrei potest prætextus consuetudinis admittendi ad professionem absque
7 suffragijs, quia stantibus Constitutionibus contrarijs confirmatis sub dictis clausulis decreti irritantis, & prohibitæ potestatis aliter iudicandi neque etiam attendendus vsus præscriptus contrarius, Put. decis. 48. num. 7. lib. 1. in correctis, Felin. in cap. cum accessissent, num. 30. vers. quarto limita, de Constit.

Tacita vero professio minus substineri potest, nisi
8 concurrentibus requisitis, præcipuè quod delatio habitus sit indistincta ab habitu professorum, c. 1. § qui verò, de reg. in 6. & quod deferatur in monasterio per annum continuum, cap. 1. de regul. in 6. Lap. alleg. 129. num. 14. Card. Zabarell. cons. 21. nu. 1. Graff. decis. lib. 3. tit. de regul. cap. 5. num. 26. Honded. cons. 78. num. 18. lib. 2. cum alijs per Adden. ad Gregor. decis. 385. numer. 6. immo etiam, nisi concurrentibus alijs; quinque namque requisita esse ad hoc necessaria plenè comprobat Sanchez in moralib. lib. 5. cap. 3. à num. 14. ad 18. quem sequitur Rota decis. 365. num. 24 tom. 2. par. 4. rec.

Neque professio tacitè prætensa substineri poterit in casu, in quo deficiat formaliter, prout requirunt Religionis Constitutiones confirmatæ, authoritas, & consensus expressus eorum, quorum est in Religionem admissio, quia cum nec professio expressa possit absque dicto formali consensu firma esse, à fortiori nec tacita; eadem enim, & par est ratio taciti, & expressi, ac propterea quoties ex
9 aliquo defectu professio expressa, quæ vera est, nequit valere, à fortiori nec tacita, quæ est præsumpta, valere poterit, vt ex Nauar. lib. 3. cons. tit. de regul. iuxta primam editionem cons. 5. num. 15. & in 2. cons. 26. num. 15. ac alijs pluribus comprobat Sanchez in moralibus dicto lib. 5. cap. 3. nu. 14. in prima conditione.

Præterea nec validitas assertæ professionis tacitæ
10 dari poterit ex actibus prouenientibus ab exercitio officiorum, dignitatum, ac operum professis conuenientibus, dum illi supponuntur indistinctè conuenire etiam non professis, ac propterea equiuoci, dumque alia ratione potuerunt exerceri, quam animo tacitè profitendi, vt pluribus comprobat Ricc. decis. Neapol. 182. num. 1. post princ. vers. adeo quod procedit, & num. seq.

Et præcipuè quando non probatur, vtentem dictis
11 actibus nouisse, eos ad solos professos pertinere, Sanchez in moral. d. lib. 5. cap. 3. num. 16.

Minusque quando etiam applicari possit ratio admissionis ad eos actus ex Superiorum credulita-
12 te, quod expressa professio esset valida, Calder. cons. 5. col. 2. ad fin. vers. nec obstat, si dicatur, quod ipse exercuit, de regul.

Nec professio tacita prætendi poterit ex lapsu quinquennij, ex quo Concilium Trident. sess. 25. cap. 19. de regul. ingresso in Religionem impediat audien-
13 tiam dicendi de professionis nullitate, tum stantibus Constitutionibus Religionis confirmatis irremissibiliter prohibentibus admissionem absque votis secretis habentium potestatem admittendi, vt per Flores var. quæst. lib. 3. quæst. 23. n. 68.

Tum præsertim non concurrente in eo, qui tacitè dicitur professus, scientia nullitatis expressæ pro-
14 fessionis præcedentis; nulla namque professio ex quocumque actu, ac tempore ratificata censeri potest, nisi quis sciat, illam esse nullam, & actus faciat animo illam approbandi, ac ratam habendi, Nauar. cons. 9. tit. de ijs, quæ vi, num. 8. lib 1. & consil. 89. de regul. lib. 3. num. 5. vers. oportet præterea.

ARGVMENTVM.

Concesso priuilegio, quod aliqui non cōueniantur nisi coram certo Iudice, an iurisdictio attributa sit priuatiuè quoad alios.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio concessa alicui taxatiue, censetur alteri adempta.*

2 *Priuilegium ad fauorem aliquorum, quod conueniri non possint nisi coram certo Iudice, censetur alteri adimere iurisdictionem. Adeout non sit locus praeuentioni, vt num. 3.*

4 *Ab Obseruantia in materia dubia tam facti, quam iuris desumitur interpretatio.*

5 *Obseruantia non requiritur, quod sit praescripta.*

6 *Vti Arbitrator censetur quis processisse, quando alias laudum vti latum ab arbitro non substineretur.*

7 *Obseruantia non probatur ex actibus aequiuocis.*

8 *Actus in dubio praesumitur gestus ex titulo valido.*

9 *Iurisdictioni concessae priuatiuè quoad alios non potest per consensum Partium praeiudicari.*

10 *Constitutio anterior continens clausulas derogatorias praeualet posteriori.*

CONSILIVM CCCCLXXXV.

Constat de bono iure Vniuersitatis Doctorum ad effectum, vt eorum Causae alibi cognosci nequeant quam coram suis Conseruatoribus, ac in illis D. Vicesgerens se non intromittat iuxta formam decreti Illustrissimi D. Prolegati; cum enim haec iurisdictio tam in Causis ciuilibus, quam criminalibus, & tam actiuè, quam passiuè attributa fuerit dd DD Conseruatoribus priuatiue quoad omnes a ijs ex priuilegijs, & indultis Apostolicis ab anno 1413. citra ex litteris Ioannis XXIII. confirmatis, ac etiam ampliatis per Sixtum Quartum anno 1479. & 1488. Innocentium Octauum d. anno 1488. & Leonem X. anno 1513. qui adiunxit Primicerium Ciuitatis Auenionis numero Conseruatorum illius, immo etiam in sententia lata anno 1599. per Archiepiscopum dictae Ciuitatis in vim litterarum Sacrae Congregationis Concilij declaratum fuerit, Vniuersitatem Doctorum gaudere debere priuilegijs antiquitus etiam ab immemorabili per Summos Pontifices eidem Vniuersitati concessis, vtique non datur a-
1 liqua rationis subsistentia, in qua fundari possit D. Vicesgerentis praetensio, dum ex praeallegatis priuilegijs liquet, iurisdictionem fuisse alijs quibuscumque ademptam, Felin. in cap. pastoralis, col. 2. vers. limita tertio, de offic. Ordin. Bero. cons. 22. nu. 28 lib. 1. Capic. decis. 9. num. 15. Ioseph Ludou. conci. 20. in prima, & 2. fallentia, Menoch. praesumpt. 18 num. 13. & 36. lib 2.

Et praesertim cum iurisdictio praedicta fuerit alijs a-
2 dempta, & dictis Conseruatoribus, ac Primicerio attributa per modum priuilegij personarum dictae Vniuersitatis; nam hoc casu non dubitatur, quin adempta quoque iurisdictio sit censenda cuicumque Iudici ordinario etiam supremo, vt per Afflict. decis. 41. per tot. vbi ex tali priuilegio Collegio medicorum concesso, quod non posset conueniri nisi coram Cancellario, firmauit Senatus, censeri etiam iurisdictionem ademptam Regio Consilio.

Adeoquod neque hoc casu locus est praeuentioni,
3 Gram. decis 30. num. 12. Angel. cons. 375. numer. 4. vers. quartò fallit Rot. decis. 30. numer. 4. par. 2. recentior.

Nullaque videtur difficultas hoc casu, quo constat huiusmodi priuilegium viguisse, & vigere in viridi obseruantia ex pluribus documentis relatis in facto à tempore concessionis eorum citra, etiam ex remissione Causarum, illarumque auocatione, ac pluribus actis, & sententijs desuper latis; adeò
4 namque patens, ac efficax est obseruantia, & effectuatio, vt in materia etiam dubia tam facti, quam iuris interpretatio ab obseruantia desumi debeat, Seraphin. decis. 1410. num. 16. & seq. vbi etiã, quod
5 obseruantia non requiritur, quod sit praescripta, Card. Mantic. decis. 296. n. 3.

Neque obstat, quod Vicesgerens praetendat, suos antecessores, & se ipsum cognouisse Causas Doctorũ; quoniam quoad antecessores cõstat, eos, qui Causas cognouisse dicuntur, fuisse Prepositos S. Desiderij, quos constat, per quadraginta, & plures annos fuisse Conseruatores priuilegiorum dictae Vniuersitati concessorum, modernos verò Vicesgerentes Causas cognouisse tanquam subdelegatos à Conseruatoribus, ex quo Iudices praetendentes habere vtramque iurisdictionem ordinariam, & delegatam, censentur processisse ex potestate, secundum quam actus valet, quemadmodum vti
6 arbitrator censetur quis procedere, & non vti arbiter, quando alias laudum vti latum ab arbitro non substineretur, ac propterea nõ possunt actus, in quibus exaduerso insistitur, intelligi nisi gesti tanquam à Conseruatoribus, vel iure subdelegationis, cum alias resistentibus priuilegijs supradictis non valerent, Rot. apud Gregor. decis. 204. nu. 15. & 16. & in addit. vbi plures authoritates etiam in fortioribus, num. 31.

Et in omnem casum nec obseruantia probatur ex
7 actibus aequiuocis, Rot. decis. 120. num. 2. par. 2. recent. Aretin. cons. 115. num. 3. nec possessio, Rota decis. 176. n. 45. & seq. par. 5. rec.

Minusque obstat praetextus cognitionis aliquarum Causarum respectu aliquorum de Vniuersitate absque expressione Conseruatoriae priuilegiorũ, tum quia cum stantibus priuilegijs praedictis ac-
8 tus iurisdictionales pretensi exerceri non possent, in dubio censeri debent gesti ex titulo valido, vt d. decis. Greg. 204. n. 15. seq. & 31.

Tum quia etiam quod aliqui consenserint in iurisdictionem Vicesgerentis absque oppositione de-
9 clinatoriae fori, consensus praedictus nihil operatur, quando iurisdictio concessa est aliquibus priuatiuè quoad alios, cum non sit in potestate aliquorum preiudicium inferre Iudicibus, quibus iurisdictio priuatiuè quoad alios competit, nec preiudicium Vniuersitati, Crescent. decis. 3. num. 1. de for. compet. Afflict. d. decis 41. num. 3. Capic. decis. 9. num. 15. & 16.

Neque obstat, quod Vicesgerenti suffragari debeat Bulla Eugenij Quarti confirmata à Leone X. quatenus tribuit iurisdictionem in exemptos, & quia Bulla Leonis non est in forma probante, nec asserta obseruantia potest suffragari ad tribuendum illi robur, cum obseruantia sit aequiuoca ex praeallegatis, & presertim cum maximum exindè resultaret Legationis preiudicium.

Et quia tanquam edita anno 1520. quamuis poste-
10 rior altera eiusdem Leonis de anno 1613. tamen hec prior preualere debet, cum habeat clausulas amplissimas cum derogatoriarum derogatorijs, quibus

quibus non derogatur in altera posteriore. Gonzal.ad reg.8.glo 36.num.2.7.& seqq.

ARGVMENTVM.

Vendita re, in qua continetur aliqua pars retractui subiecta, an is, qui vult retrahere, teneatur aut totum retrahere, aut totum dimittere.

SVMMARIVM.

1 *Retractui res subiecta retrahi potest omissis cæteris rebus coniunctim venditis. Contrarium numero 2.*

3 *In Parte respectu partis non dicitur res afferre tantam vtilitatem, quantam in toto respectu totius.*

4 *Retractui locus est pro re sola illum patiente, quãdo agitur de pluribus rebus separatis, & distinctis.*

5 *Retractui non est locus pro parte, quando agitur de membris, vel accessorijs rei venditæ.*

CONSILIVM CCCCLXXXVI.

IVs offerendi prætensum ex dispositione Statuti Ferrariæ lib.2.rubr.25.de dationibus in solutum, & subhastationibus, §.possit tamen debitor, fol.43. quatenus decernit, quod possit debitor, vel possessor intra tempus triennij perquirere, si alios emptores inuenire poterit, qui velint pro maiori precio rem emere, quæ fuerit ad incantum vendita, seu in solutum data creditori, & si inuenerit, possit eam vendere, & eo casu emptor ipse habeat ius offerendi, & deponendi, sed si is, qui emit ad incantum, aut creditor, qui in solutum accepit, aut habens causam ab eis velit illud plus supplere debitori, quod oblatum est per secundum emptorem, tunc præferatur secundo emere volenti, & illud supplendo possit rem illam retinere irreuocabiliter, non habet locum in casu, de quo agitur, in quo supponitur, creditori data fuisse in solutum staria quinquaginta terræ incorporatæ in vnica possessione stariorum 400.& debitorem reperijsse emptorem, qui emit totam possessionem prædictam, & deposuisse creditum spectans ad creditorem; quamuis enim comparuerit creditor, & institerit pro prælatione in dictis starijs quinquaginta cum oblatione supplendi, tamen cum secundus emptor responderit, quod vbi præfatus creditor intendat præferri in emptione totius possessionis stariorum 400.illam sibi relaxabat, quia alioquin partem dictorum stariorum quinquaginta non fuisset empturus, cessat ius præferentiæ.

Siquidem licet quæstionem senserit admodum controuersam Rota apud Seraphin.decis.174. num. 1.
1 & seq.& affirmatiuam ad fauorem volentis retrahere tenuerint Bald.de iure prothom.nu.20.vers. in contrarium, & numer.seqq.vbi respondet, quod habito respectu ad plures res, & corpora in venditione sub vnico precio compræhensa, sunt tamen plures emptiones, & venditiones de singulis. Afflict.eodem tract.de iur.prothom.§.6.in 4.not.nu. 6.vers.in contrarium, & num.seqq. vbi ratio, quod ex facto venditoris commiscentis res non patientes retractum, non debet ille, cui ius competit retrahendi quoad rem retractum patientem ius suũ perdere, vt etiam latè per Gutier. qui contrarijs respondet practic.lib.2.quæst.162.per tot. Rendel. in rubr.de iur.prothom.animoaduersiones, §.scriptum est, num.16. cum alijs infra in primo capite distinctionis, pro quibus videtur textus in c. constitutus, 8 propè finem, vers.quoad partem, de in integr.restit.

Tamen vel opinio contraria videtur verior, quam
2 latè tuetur Tiraq.de retract.lignaier §.23. glos.2. num 19.ea ratione, quia verisimiliter emptor non erat empturus, nisi tota apud se maneret, aut tota redimeretur, vt per eumdem Tiraq. latè dicto §. 23.glo.prima, à num.2.ad 26.Alex.cons.143. num. 2.vbi etiam, quòd res non dicitur afferre tantam
3 vtilitatem in parte respectu partis, quantam in toto respectu totius, lib.7.Natt.cons.479.num.24. & seq.Boer.ad consuet. Bituric. rubr. de retractu lign. §. 5. ante med. vers.sed quid si plura, fol.mihi 100.Bero.cons.172.num.10.lib.1. Pirrhus ad consuet.Aurel.tit.de retrahendis venditionibus, cap. 30.in princ.fol.mihi 106. Cassan.ad consuet. Burgund.de retract.rubr.10.§.1.in verb.son heritage, num.16.post princ.vers.contrarium tamen, fol.mihi 1313.Carpan.ad Statut.Mediol.cap.419.num.2. vers.sed vnicum, & non distinctum, vol.1.Benedel. de iure prothom.in rubr.num.55. & in §. item de ipsa, num.3.vers.contrarium tamen.

Et pro hac opinione adducuntur textus in l. quidam elogio, 20.C.de iur.delib.& in l.tutor, §.curator, ff. de minor.& in alijs per Tiraquell.dicto §.23.glo.1. num.2.& seq.& num.5.

Vel saltem cum adhærendum sit distinctioni, quod
4 in rebus separatis, & distinctis locus sit pro re sola illum patiente ex allegatis in prima opinione, cũ qua modern.Perus.de cẽsib.in 2.par.addit.fol.mihi 46.num.87.88.& seq.secus verò in rebus, quæ
5 sunt pars, vel membra rei venditæ, vel illi ratione accessionis, vel officij taliter coniunctę, vt damnosa sit illorum separatio, vt quia tunc censeatur vnicus contractus, & indiuiduus, quamobrem necessariò locus sit rationi, quod alias emptor non fuisset empturus, ac quia non est inuitus compellendus ad communionem, quæ immensas contẽtiones parit, idem Tiraq.d.§.23.glo.1. numer. 9. & seq.vbi ante med.quod conclusio est clara, contra quam non reperitur, aliquem scribentium tenere Gomez var.resol.tom.2.cap.2.de locat. & cõduct. num.49. propè fin. vers. si verò res venditæ, Bard. de iur.prothom.§.5. num.4. vers. nihilominus distingue, Natt.d.cons.479. num. 24. post princ. vers. sic dicendum, Benedell.de iur. prothom. in rubr. num.55.vers.sed tamen, modern.Perus de cens.d.2. par.num.84.85.86.& seq.d.fol.46.Magon.dec.Florent.29.num.2.

Non erit prælationi locus hoc casu, quo dicta staria terræ quinquaginta supponuntur pars, & membrum possessionis stariorum 400.cum hoc ipsum in hoc casu teneant Bald.de iur.prothom.num.20. ad fin.& seq.& Afflict.eod.tract.§.6.ante finem, & seq.& hoc ipsum sentiat Seraphin.d.decis.174. numero 2.

AR-

ARGVMENTVM.

Mulieri prohibitæ à Statuto contrahere sine consensu proximiorum asserenti, non adesse consanguineos, an, & quando credatur.

Contractus nulliter initus à tutrice an, & quando transferat possessionem.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri prohibitæ à Statuto contrahere sine consensu proximiorum non creditur, si asserat non adesse proximiores.*

2 *Mulier prohibita contrahere eadem facilitate, qua inducitur ad contrahendum, inducitur ad præstandum iuramentum assertorium.*

3 *Mulieris prohibitæ contrahere assertione creditur concurrente decreto Iudicis. Et num. 5.*

4 *Pro Decreto Iudicis interposito in contractu præsumitur.*

6 *Absens consanguineus de proximo reuersurus expectari debet, vt eius consensus adhibeatur iuxta formam Statuti.*

7 *Administratio tributa à testatore quoad propria bona alteri quam parenti alicuius censetur ipsi parenti prohibita.*

8 *Tutoribus pluribus à patre datis filio cum declaratione, quod vnus sit administrator, hic solus administrat, cæteri autem honorarij censentur.*

9 *Fructus viginti annorum censentur æquare sortem.*

10 *Læsio vltra tertiam sufficit ad rescissionem ex Statuto Vrbis.*

11 *Legatum non minuitur ob sequentes euictiones præter opinionem testatoris.*

12 *Creditor immissus ex Saluiano potest etiam exequutiuè agere contra debitorem.*

13 *Legatarius non cogitur solutionem recipere in fructibus, etiam si testator hæredi prohibuerit alienationem.*

14 *Possessio non transfertur ex contractu nullo ob defectum consensus, secus autem ob defectum solemnitatum.*

15 *Præscriptio in ætate pupillari dormit, in ætate autem minori datur restitutio in integrum.*

16 *Restitutio in integrum ex capite ignorantiæ datur maiori quam minori, non obstante etiam lapsu quadraginta annorum.*

CONSILIVM CCCCLXXVII.

QVamuis ad instantiam D. Chiappini Vitellij filij D. Vincentij, & legatarij bo. me. D. Cardinalis Vitellij in testamento, in quo pro dimidia dictum Vincentium, & pro altera D. Alphonsum fratres hæredes instituit vigore legati, in quo ab eodem Cardinale vni ex filijs dicti Vincentij, qui ordinem clericalem profiteretur, relicta fuerunt pro medietate bona mobilia, supellectilia, & semouentia, & alteram medietatem diuidi idem Cardinalis voluit æqualiter inter filios masculos tam dicti Vincentij quam Alphonsi, ex quo Camera Apostolica accepit iure spolij omnia supradicta mobilia, docto de clericatu obtenta fuerit non solum pro medietate eorumdem mobilium sibi legatorum, sed pro medietate alterius medietatis relictæ suis fratribus sententia contra dictum Alphosum pro rata eum tangente, & facta dictorum mobilium liquidatione fuerit idem Chiappinus in remedio vtilis Saluiani in possessionem quorumdam prædiorum immissus retinendam ab eo, donec fuisset sibi satisfactum de precio dictorum mobilium, sibi, vt præfertur, legatorum.

Ac propterea prætendatur, quod legitima fuerit datio in solutum, quam mortuo dicto Alphonso D. Virginia eius vxor, ac mater, & tutrix D. Lutij eius, & dicti Alphonsi filij mediante concordia inita cum dicto Chiappino, & deductis ex dicto credito scutis 1030. per eum perceptis ex fructibus dictorum prædiorum anno præcedente pro residuo ad fauorem dicti Chiappini fecit quorumdam prædiorum, quæ post eius obitum peruenerunt ad D. Maherbalem Vrsinum dicti Chiappini hæredem, & nunc possidentur emptionis titulò à Thoma Pilzotto.

Tamen pro veritate consultus contrarium sentio, ac proinde dationem prædictam in solutum substineri nullatenus posse, non quidem ex capite nullitatis, ex eo, quia instrumento adhibiti fuerint coniuncti remotiores quam D. Iulius Vitellius, quem dicta D. Virginia, licet asseruerit fuisse in Vrbe magis coniunctum, tamen affirmauit, recusasse contractui interuenire, ex quo erat impeditus varijs negocijs; nam licet verum, sit huiusmo-
1 di mulieris assertionibus non esse standum, vt per Rot. apud Picum post glo. ad Statut. Vrbis cap. 151 lib. 1. decis. 6. n. 3. adeout in casibus, in quibus mulier contrahere prohibetur, ipsius assertio in fraudem adiecta videatur, nec eius iuramento assertorio, sit standum, quia lex facilè præsumit fraudem, & alioquin facilè fraus fieret legibus, & Statutis, quibus muliebri fragilitati consulitur; eadē enim
2 facilitate, qua ad contrahendum inducitur, etiam inducitur ad iurandum, vt per Rotam apud Picū ad dictum Statutum decis. 36. num. 8. 9. & seq.

Nihilominus conclusio intelligenda, quando asser-
3 tioni huius causę Iudex decretum non interposuit; quandoquidem illo interposito statur assertioni mulieris, donec contrarium non probatur. Rot. decis. 314. num. 2. par. 2. recent. & decis. 98. nu. 6. ad med. vers. & isti assertioni, & decisione 345. num. 4. post med. vers. standum sit assertioni, par. 4 recent.

Sufficit namque, quod Iudex ante decreti interposi-
4 tionem à coniunctis, qui interuenerunt, siue à curatore, quando ille loco non interuenientium adhibetur, vel alijs potuerit se extraiudicialiter informare de veritate sibi assertorum, vt decretum postea interpositum substineatur, Rot. d. decis. 345. num. 4. ante med. vers. & propterea sufficit, quòd Iudex, & num. 1. ante finem, vers. quibus stantibus, vbi quod propterea præsumitur, quod causa fuerit sufficienter iustificata, quodque omnia fuerint solemniter gesta, vt etiam per Rot. d. decis. 98. num. 3. vbi etiam ante med. vers. quia, & præsumitur, quòd Iudex, qui decretum interposuit diligenter scrutatus erit de veritatem causæ, quodque etiam causæ cognitionem sufficientem adhibuerit, vt etiam decis. 168. num. 1. ante finem, vers. qui cum inter-

interposuerit, par.4. recentior.

Et quod accedente decreto Iudicis non obstet obie-
5 ctum, quod Statuti forma non fuerit seruata, ex eo quia frater mulieris contrahentis non fuisset requisitus, ex quo haberet litem cum ea, sed pro Iudicis decreto præsumatur, Rota apud Picum ad d. Statut. decis. 11. num. 9. 10. & seq. quæ decisio habetur etiam decis. 53 par. 4. rec.

Atque ita resoluit etiã Rota in Romana pecuniaria 6. Nouembris 1637. coram Reuerendissimo Coccino Rotæ Decano.

Nisi dicamus, quod cum assertio recusationis dicti
6 interuentus ex causa impedimenti ex varijs negocijs processerit, debuisset dictus D. Iulius expectari, prout firmant in modica absentia Tiraq. de leg. connub. glo. 8. n. 6. & Lamberteng. de contr. glo. 9. num. 1.

Sed dationem prædictam in solutum sentio subsistere non posse; quoniam dictus Cardinalis, qui legatum ad fauorem Chiappini fecit, in eodem testamento disposuit expressè, quod administratio suorum omnium bonorum exerceretur per eumdem D. Iulium, donec filij dicti Alphonsi peruenissent ad ætatem 14. annorum; quamobrem cum dictus Lutius anno 1592. quo eius mater transegit, & ad dictam in solutum dationem deuenit, esset annorum octo, non potuit dicta D. prætensam authoritatem vti tutrix asserta in bonis dicti Cardinalis in solutum datis exercere; quan-
7 doquidem decreta administratione per testatorem quoad propria bona alteri, quàm parenti alicuius, censetur ipsi parenti prohibita, adeo vt nec cumulatiuè possit illam exercere. Rot. decis. 547. num. 5. & seqq. par. 4. rec. Gratian. discept. 713. num. 70. & seqq.

Cum immo etiam per patrem datis pluribus tuto-
8 ribus filio in testamento, vbi declarauit, quem velle administrare, ille solus administret cæteris exclusis, qui hoc casu honorarij censentur, vt est textus in l. 3. in princ. ff. de admi. tut.

Idque eo magis procedit, quo dictam in solutum dationem supponitur, fuisse læsiuam, & suppositum aliquam quoque assumit iustificationem ex eodem instrumento dationis in solutum, quatenus prædia ista essent eadem cum illis in quorum possessionem immissio fuerat sequuta; cum enim in eo dicatur, legatarium immissum ex Saluiano percepisse ex fructibus vnius anni scuta 1030. consequenter creditum Legatarij in annis 13. rema-
9 nebat integrè satisfactum; cum autem valor rei iustus desumatur ex fructibus annorum viginti, vt quia fructus hoc temporis spatio censeatur æquare sortem, resultat exinde consequens, quod læsio quoque resultet vltra tertiam, Rot. decis. 552. num. 2. par. 1. recent. & decis. 376. num. 7. par. 5. rec.

Sin autem prædia in solutum data fuerint diuersa,
10 læsio esset iustificanda vltra tertiam, quia hoc casu Statutum Vrbis cap. 154. lib. 1. disponit expressè, quod stante læsione vltra tertiam procedi possit ad rescissionem, quodq; iuramentum censeatur dolosè extortum, & nihil operetur.

Cogitabam an ex eo, quod bona mobilia fuerunt
11 euicta per Cameram ratione spolij præter opinionem testatoris, legatum si non diminueretur, vt per Mangil. de euict. quæst. 65. num. 5. vers. sed contrarium, & seq. saltem satisfieri posset ex fructibus iuxta naturam Saluiani intẽtati, sed obstat, quia licet in Saluiano non detur de iure facultas
12 subhastandi, non tamen creditor prohibetur agere actione personali, & assequi ex nouo hoc iudicio facultatem procedendi ad bonorũ subhastationem, iuxta decis. Rotæ 161. nu. 17. & seq. par. 6. recent.

Cogitabam etiam, an stante prohibitione expressa testatoris alienandi stabilia sumpta alienatione
13 etiam latissime, deberet legatarius mobilium, illis euictis satisfieri ex fructibus, sed obstat Paris. cons. 43. num. 49. lib. 3. & loquentes in legatario Bologn. cons. 43. num. 15. & Odd. de fideic. quæst. 33. num. 111.

Quoad Causæ directionem, an intret spolium pendet à supradicta quæstione, an legitimè constaret
14 de tutela matris, quia si constaret, quamuis ex contractu nullo ob defectum consensus intraret spolium, non tamen illi locus est ex nullitate ob defectum solemnitatum, cum etiam ex contractu nullo transferatur possessio per tutorem, non per actum fictum, sed verum, vt declarat Rot. decis. 93. in princip. vers. ideo dubitaui, & num. 1. seqq. & per tot. par. 2. diuers.

Nec exceptio præscriptionis obstabit cuicumque iudicio, siue possessorium redintegrãdæ, siue petito-
15 rium ex nullitate instrumenti, vel ex læsione intentetur, cum præscriptio durante ætate pupillari dormiat, in ætate verò minori detur restitutio, Rot. apud Pacif. de Saluian. decis. 302. n. 3.

Et in omnem casum etiam non obstante lapsu anno-
16 rum quadraginta detur restitutio ex capite ignorantiæ tam minori, quam cuilibet. Odd. de restit. par. 1. quæst. 8. art. 9. per tot.

ARGVMENTVM.

Remedium c. redintegranda 3. quæst. 1. an, & quando præscriptione tollatur.

SVMMARIVM.

1 *In Spolij remedio de iure canonico non habet locum præscriptio triginta annorum. Contrarium num. 2.*
3 *Spolij remedium de iure canonico non præscribitur, quando constat de dolo, & mala fide.*
4 *Ad Spolij exclusionem de iure canonico non requiritur bona fides positiua, sed sufficit abesse malam fidem, vt quia constet de titulo colorato.*
5 *In Spolio excluditur mala fides ex quieta, & pacifica possessione longissimi temporis sciente, & patiente Parte aduersa.*
6 *Tutrix mater præsumitur adimpleuisse solemnia ex lapsu longissimi temporis.*
7 *Obseruantia longissimi temporis operatur præsumptionem solemnitatum etiam in alienatione bonorum minoris, & Ecclesiæ.*
8 *Tutores, qui omiserunt solemnia adimplere nihilominus tutores sunt, licet possint vt suspecti remoueri.*
9 *Tutores de consuetudine possunt se immiscere in administratione, etiam non petita à Iudice licentia, licet possint remoueri.*
10 *Solemnitates Statuti non requiruntur in actu necessario.*

11 *Spo-*

11 *Spolij remedio quamuis sit locus ex nullitate contractus ob defectum consensus, tamen secus est ob defectum solemnitatum Statuti.*

CONSILIVM CCCCLXXXVIII.

QVamuis remedium can. redintegranda 3. quæst. 1. an præscriptione tollatur, fuerit aliàs maximè
1 controuersum, itaut sæpius Rota negatiuam præscriptionis exclusiuam fuerit amplexa, vt videre est in dec. Cassad. 6. de restit. spol. Put. dec. 118. lib. 1. Mohed. dec. 18. de rest. spol. Caputaq. dec. 296. lib. 1.

Tamen quia veritas est, quod rationes contrariæ
2 præualent, ac vt inquit Paul. de Castro cons. 105. num. 3. lib. 1. Doctores, qui contrarium dicunt, nõ intelligunt textum in d. can. redintegranda, ac propterea contraria opinio quod immo remediũ dicti canonis præscribatur annis triginta, verè sit magis communis, vt probant plurimi allegati per Hondcd. cons. 81. nu. 49. lib. 1. licet ipse, quia non ausus fuit contra decisiones prædictas scribere, alia in suo casu assumpserit ad exclusionem præscriptionis fundamenta.

Ac insuper, quia proinde etiam Rota recessit à supradictis decisionibus, & remedium dicti canonis esse præscriptibile, sicut cœteras actiones, articulo plenissimè discusso resoluit apud Seraphin. decis. 1360. per totam, non est amplius de hac quæstione ambigendum, cum ab inde citra Rota semper hanc eamdem sententiam sit sequuta, vt decis. 150. num. 4. par. 4. recent.

Licet autem vera sit huius conclusionis limitatio,
3 quod præscriptioni non sit locus, quando constat de dolo, & mala fide, vt etiam in eadem decisione Seraphin. 1360. num. 15. nihilominus ex his, quæ in facto deducuntur, cessat in casu, de quo agitur, dolus & mala fides, cum regulæ sint
4 claræ, quod quamuis ex titulo inualido non inducatur bona fides positiua, quæ est exclusiua omnis ignorantiæ facti, & iuris, non tamen ex illo causatur mala fides, ideoq; sufficit, quod absit perfidia, quodque ad illius exclusionem quælibet causa sit sufficiens etiam proueniens ex titulo colorato, vt in terminis prætensi spolij per Rot. d. decis. 150. num. 5. par. 4. rec.

Et præsertim cum ab anno 1595. citra hæc Pars bo-
5 na, de quibus agitur, quiete, & pacificè possederit, sciente, & patiente Parte aduersa, vt per Rot. decis. 552. num. 3. ante med. vers. & ab illo tempore postea, par. 1. diuers.

Cœterum ex alijs etiam cessat actio prætensi spolij; non enim prætextus nullitatis tituli subsistit, quia titulus probatus per instrumentum ab hac Parte non fuit nullus, sed validus, cum proueniat à matre, cui, & auiæ volentibus defertur à lege tutela prælatiua quibuscumque legitimis, & datiuis, ex textu in auth. matri, & auiæ, C. quando mul. tut. off fung.

Neque enim obstat, quod non doceatur, matri fuisse decretam tutelæ administrationem à Iudice,
6 eamque solemnia adimpleuisse: tum quia ex temporis lapsu quadraginta, & plurium annorum præsumuntur intercessisse, vt in terminis contractus matris tanquam tutricis, Soc. cons. 153. nu. 3. & seqq. lib. 3. Boer. decis. 124. n. 13. Gabr. de præsumpt. concl 1. num. 35.

Cum etiam receptissima sit conclusio, quod omnis
7 extrinseca solemnitas etiam in alienatione rerum minorum, & Ecclesiæ spatio triginta, vel quadraginta annorum cum obseruantia præsumitur, Cardin. Mantic. decis. 273. n. 7. Seraphin. decis. 1042. num. 2. & seqq. Mohed. decis. 2. de transact. Rot. decis. 321. num. 3. & seq. par. 4. diuers. & decis. 463. n. 7. ad med. vers. & nihilominus, par. 4. rec.

Tum quia tutores, qui omiserunt implere solemnia
8 nihilominus tutores sunt, licet possint vti suspecti remoueri, præsertim in ijs, qui palam, & publicè se pro tutoribus gerunt, Rot. decis. 47. nu. 2. par. 2. rec. Greg. decis. 31. num. 4. & seq. & decis. 530. num. 4.

Et præsertim cum tutores de consuetudine possint
9 se immiscere in administratione etiam non petita à Iudice licentia, licet possint remoueri, Rot. decis. 314. num. 4. in fine, par. 3. rec.

Minusque obstat, quod etiam data validitate tutelæ instrumentum diuisionis bonorum, de quibus agitur, sit nullum ex defectu solemnitatum requisitarum ex Statuto Vrbis cap. 113. & cap. 151. lib. 1. quia cessat obiectũ ex duplici capite, altero, quia cum nemo cogatur in communione permanere,
10 actus diuisionis fuit necessarius, in quo propterea nec solemnitates statutariæ requirebantur, Roman. cons. 394. n. 7. Rot. apud Cenc. de censib. in addit. decis. 107. nu. 2. Caputaq. decis. 199. par. 3. Cardin. Mantic. decis. 344. n. 5.

Altero, ex quo cessat omne dubium quoad effectum
11 iudicij intentati spolij, quia quando contractus non est nullus ob defectum consensus, sed ob defectum solemnitatum Statuti, ex quo etiam ex contractu nulliter celebrato cum tutore transfertur possessio, magisque quando deuentum fuit, vt hoc casu, ad traditionem facti, non est locus actioni spolij, sed agendum est in iudicio petitorio nullitatis, vel in integrũ restitutionis, Alba cons. 205. num. 86. & seqq. Gabr. cons. 44. nu. 12. & cons. 51. num. 13. lib. 1. Achill. decis. 15. num. 1. & seqq. de restit. spol. Rot. decis. 768. num. 9. ante med. vers. imò nec etiam, & ante finem, vers præsertim sequuta actuali traditione. par. 2. rec. Card. Caualer. decis. 503. num. 2. & decis. 473. num. 4. et seq.

ARGVMENTVM.

An, & quando filius acquirat patri, & defuncto patre teneatur fratribus, & cohæredibus acquisita communicare.

SVMMARIVM.

1 *Peculium profectitium filij remanet in hæreditate patris.*
2 *Filius industriosus in dubio præsumitur potius acquisiuisse ex propria industria, quam ex bonis paternis.*
3 *Filius in dubio de bonis patris acquisiuisse præsumitur.*
4 *Filius quicquid acquirit, patri acquirit.*
5 *Filius an acquisiuerit de bonis patris, probatur coniecturis.*
6 *Pater concedens aliquid filio censetur in peculium concedere.*

CON-

CONSILIVM CCCCLXXXIX.

OFficia, & loca montium, aliaque acquisita à D.Cosmo viuente D.Rogerio patre, ac secum cohabitante, quamuis proprio nomine, dum lucra prouenientia ex officio tabellarij maioris Serenissimi D.Magni Etruriæ Ducis eidem Rogerio concesso, & redditus ex paternis bonis mediante illorum administratione proueniebant, communicanda sunt D.Ioanni Simoni nepoti ex filio eiusdem Rogerij, quia cum esset sub patria potestate,
1 ad eumdem Rogerium tanquam profectitium peculium pertinebant, & successiuè ad eius hæreditatem, & consequutiuè pro dimidia ad D.Ioannem Simonem cohæredem pertinent, l.quæcunque, ff.de verb.oblig. l.pater, ff de acquir. hæred. l. cum fideicommissum, §.Polidius, ff. de vulg. l. ad & si plures, §.in arrogato, ff. de v[illegible] quamque habilis ad administrandum sola ei dicitur habere administrationem, remanente tam proprietate, quàm vsufructu penes patrem, l. certum, & l. si donatione, vers. nam si is, C.famil. ercisc. Rot. decis.703.nu.7.præcipuè ante finem, par.1. recent. & hoc etiam pro regula tradit idem Becc. exaduerso alleg. cons.113.num.8.in princ. lib.1.

Nec obstat, quod ab hac conclusione recedatur,
2 quando filius est industrius, ex Roland. cons. 90. num.23.& seqq. lib.2. Becc.cons.113.num.8.& pluribus seqq. lib.1.& Paschal. de patr. potest. par. 1. cap.3.n.24. ac alijs exaduerso allegatis; quoniam huic limitationi locus est duntaxat, quando ex parte filij probatur talis illius industria, quod verisimiliter ea, de quorum agitur communicatione potuerit acquirere ex qualitate propriæ industriæ, ac mediante tali industria lucratus fuerit, sic namque loquitur Roland.eod. cons.90.n.23.lib.2. & sic etiam Becc. d. cons.113. dum postquam firmauit regulam d.num.8. in princ. quod quæsita per filium ex re patris, vel occasione rerum paternarum, vel ipsius patris, quæ profectitia appellantur, & quæruntur pleno iure ipsi patri, ex §. sancitum, Instit. per quas personas nob. acquir. pro limitatione dictæ regulę firmat in suo casu, quæsita per filium censeri aduentitia, & non profectitia, ex quo quæsita fuerant ipsius filij industria, & laboribus. & num.9. ante finem, vers. cum igitur. fundamentum d. limitationis desumit, quia quod filius fuisset industrius constabat ex eo, quia fuerat mercator diligentia præclarus, & in alijs pluribus coniecturis, de quibus num. 10. atque ita etiam loquitur Paschal.d.par.3.eod.num.24. dum etiam præcipuè mouetur ex Beccio vbi supra, & ita quoque loquitur Ruin.cons.23.num.37.vers. sed contrarium, lib.5.

Atque hinc receptissima est conclusio, quod nisi fi-
3 lius probet vnde pecuniam, vel rem quęsitam habuerit, præsumitur in dubio, quod ad eum ex re patris omnia peruenerint, ac proinde etiam pecunię, quibus mediantibus officia, seu loca montium coemit, aliaque acquisiuit, de quibus in facto, Bald. in l.2. in princ. C. de patr. potest. Butr. cons.9.num.2. Menoch.cons.364.nu.35. lib.4. Calcan.cons.19. num.1.& seqq.

Quamobrem circumscripta hac probatione receptū
4 quoque est, quod quicquid acquirit filius eadem ratione acquirit patri, itaut nec momento quidem penes filium remanere censeatur, d. l.2.C. de pat.pot. l. placet, vbi Bart. & alij cōmuniter, ff. de acquir. hæred. idem Paschal. exaduerso adductus de patr. potest. d. cap.3.n.1. & num.12. vbi etiam quod quicquid filius negotiando ex pecunia patris acquirit, alijs fratribus post patris obitum cōmunicare debet.

Minusque obstat, si dicatur, onus probandi acquisitiones processisse ex re patris, pertinere ad hanc Partem tanquam agentem pro communicatione contra patruum possidentem, quia etiam quando agitur contra possidentem sufficiunt probationes
5 ad hoc per coniecturas, ac propterea hæc *Pars* est in probatis, non solum ex querela, & testibus, de quibus in iudicio criminali ab eodem D. aduersario intentato, & præsertim ex matris depositione, & pluribus reuelationibus emanatis metu censurarum, sed quia probatur, patrem fuisse iuxta sui status conditionem diuitem, & contrarium statum fuisse in persona aduersarij, & attenta conditione illius personæ, qualitate vitæ, alijsque verisimilibus religionem DD. Iudicantium mouentibus, stante præsertim, quod ex eiusdem aduersarij confessione, & ex notorio habentur, lucra prouenientia ex dicto officio tabellionatus ascendisse ad notabilem summam, Bald. in auth. ex testamento, nu. mihi 29. ad med. vers. ego circa hunc articulum, C. de collat. ijdemq; allegati per Beccium d.cons.113. nu.24. & præcipuè Abb.cons.35. num.2. col. mihi 2. propè finem, vers. qualiter autem sit probandum, lib.2.& Corn. cons.182. nu.2. ante med. vers. quod dicta bona per filios quæsita essent profectitia, probando illud per coniecturas lib.1. idemque comprobat etiam idem Paschal. de patr. potest. d.cap.3. nu.24. ante med. vers. qui ex magis communi, par.1. Surd. alios plures adducens, decis.339 num. 14.

Denium nec releuat, quod pater cohabitando præsumatur habuisse scientiam prædictarum acquisitionum nomine filij, & tacitè illis consensisse, & quia stante illius ætate decrepita, & diuturna in-
6 firmitate, magis verisimilis est ignorantia, & quia quando sciuisset, non tamen exindè resultat præsumptio concessionis nisi in peculiū profectitium; præcipuè, quando non constat, merita ęquiualentia præcessisse, & resultat præiudicium inęqualitatis, quoad alios filios, vt in fortioribus terminis Bart.l.fin.ff.de peculio leg. in princ. l. quod seruus ff. de acquir. poss. Bart. in l. si donatione, num.4. C.de collat. & in l.1.§. nec castrense, num.11. propè fin. vers. aut tradidit, ff. de collat. bon. Bald. d. auth. ex testamento, num.20. C. de collat.& cons. 470. libr.5. Rota in Romana bonorum de Ceulis 1. Februarij 1591. coram Orano.

ARGVMENTVM.

An, & quando consorti competat prælatio in emptione bonorum iurisdictionalium.

SVMMARIVM.

1 *Vendere nemo cogitur, nisi lex id præcipiat.*
2 *Consortes præferuntur extraneis in emptione rerum iurisdictionalium. Contrarium num.3.*

 4 *Aemu-*

4 *Aemulatio resultat, quando venditionis qualitas vendenti non prodest, & alteri nocet.*
5 *Feudum vendi non potest absque assensu Domini.*
6 *Feuda, & assensus non passim omnibus concedi debent, praesertim extraneis.*
7 *Feudi positi in confinibus alienatio in extraneum prohibetur.*
8 *In Feudi alienatione praeferendus est subditus Domini directi subdito Principis exteri.*
9 *Venditio licet permittatur, quando fit ad aemulationem priuati, tamen prohibetur, quando fit ad aemulationem Reipublicae.*

CONSILIVM CCCCXC.

QVamuis dispositio textus in l. dudum 14. C. de contr. empt. quod homines de rebus suis inuiti
1 aliquid facere non cogantur iuxta communem, quam etiam Rota sequitur, indistinctè procedat in allodialibus cessante Statuto, aut consuetudine contraria.

Tamen aliud iudicandum videtur in venditione iurisdictionis feudalis inter feudatarios communis; quoniam idem textus d. l. dudum dat exceptionem, nisi lex specialiter quasdam personas hoc facere prohibuerit.

In casu autem venditionis Castri iurisdictionalis cō-
2 munis, vel pro speciali admittendum consortem praeferri extraneo, ex Bald. in l. 1. num. 8. ante fin. vers. et faciunt praedicta ad quaestionem, vbi quod hoc specialissimum in iurisdictione, C. qui testam. facere poss. ibiq; Roman. num. 6. Ias. in l. quo minus, nu. 25. ff. de flum. & in l. ex hoc iure nu. 9. ff. de iust. & iur. & in l. serui electione, §. Labeo, n. 13. ff. de leg. 1. & in rubr. C. ne Fiscus, vel Respubl. num. 2. Boer. decisione 320. num. 10. Gail. obseruat. 69. num. 22. Benedell. de iur. prothom. §. in primis, in verb. sub eodem seruitio, nu. 54. vers. in sacro Consilio Neapolitano, vbi testatur, non obstantibus contrarijs decisum fuisse per dictum Consilium pro consorte, vt praeferatur ratione vnionis iurisdictionis, vt num. 10. Thesaur. quaest. forens. 39. num. 9. lib. 1. Franc. Marc. decis. 368. n. 5. & seqq. par. 1. Cardin. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 14. num. 43.

Vel quatenus opinioni contrariae cessante omnimo-
3 da aemulatione esset adherendum, vt per Ang. in l. 1. n. 1. C. qui testam. fac. poss. vbi etiam Ias. n. 29. Ferron. ad consuet. Burdegal. lib. 1. de retr. §. 32. post med. fol. 28. Iacob. Vuernherus de ganerbijs Castrorum discursu 7. num. 28. & seq. & discursu 8. nu. 109. & seq. Rota in Perusina retractus 4. Maij
4 1637. coram bon. mem. Coccino. quandoquidem satis dicitur de aemulatione constare, quando qualitas venditionis vendenti non prodest, & alteri nocet, vt firmat idem Bald. quem supra allegati sequuntur, d. l. 1. nu. 8. ante finem, vers. si per hoc sibi non prodest, C. eod. tit. qui testam. facer. poss.

Limitanda conclusio in duobus casibus; cum enim
5 iure feudorum prohibeatur vasallis feudum absq; consensu Domini vendere extraneis, Schrad. de feud. par. 1. quaest. 4. nu. 8. ad med. vers. cum alioquin verè feudorum, ex textu in c. 1. in princ. de prohib. feud. alien. per Lothar. & c. 1. in princ. de prohib. feud. alien. per Frider.

Atque hinc non passim omnibus feuda, & assensus
6 sint per Principes concedēda, vt per Afflict. decis. 292. num. 5. in fine, & seq. & Iacob. Nouell. de iur. prothom. in princ. num. 133. in tractat. nouiss. tom. 17. fol. 23. & praesertim extraneis, cū in eiusmodi cōcessionibus adfauorem extraneorum militent diuersae rationes, ex quibus Principes moueri possunt ad negandum in extraneos translationem, Rosental. de feud. cap. 9. concl. 54. nu. 15. ante finem, vers. id enim cōtingebat, quibus quoque rationibus emanarunt Constitutiones Sanctiss. D. N. ac Sixti Quinti, Clementis Octaui, & Pauli Quinti de nō alienandis iurisdictionalibus, neque in exteros, neque in subditos sine Apostolico beneplacito.

Prima est limitatio quando Castra iurisdictionalia
7 sunt in limite Imperij confinantis cum Principe extero, ac nullatenus subdito, hoc enim casu quod persona eligi debeat ab ipso Principe, est textus in l. quicumq; castellorum 2. C. de fundis limitrop. lib. 11.

Et extat in hoc particularis Cōstitutio Sanctiss. D. N. in quarta parte Bullarij 65. fol. 366. quae eo magis applicabilis cēseri debet, vbi alioquin feudum dignitatis sui natura indiuiduum alienaretur in extraneum, excluso consorte, ex textu in d. c. 1. §. firmiter, vers. praeterea Ducatus, Marchia, Comitatus de prohib. feud. alien. per Frider.

Secunda quando concurrit forensis origine propte-
8 rea Principis exteri subditus, cum subdito originaliter supremi Principis directi Domini feudi de quo agitur, in hoc enim videtur textus in l. vnica, tit. non licere habitatoribus metrocomiae, in verbis, vt nulli extraneo, vt etiam ibi per Rebuff. num. 1.

Etenim in his casibus militat etiam ratio aemulatio-
9 nis in praeiudicium Reipublicae, glosa in l. per Prouincias, 10. in verb. sui dominij C. de aedific. priuat. per rationem textus in l. opus nouum, 3. ff. de oper. publ. quamobrem Angelus, qui contrarius fuit Baldo in d. l. 1. num. 1. C. qui testam. facer. poss. opinionem suam limitat, vbi aemulatio tendere possit in Reipublicae praeiudicium, eodem num. 1. vers. sed ad aemulationem Reipublicae, vt etiam per Franc. Marc. d. decis. 368. num. 7. ad finem, vol. 1.

ARGVMENTVM.

An, & quando fructus dicantur exacti ad effectum ne comprehendantur in spolijs.

SVMMARIVM.

1 *Fructus consignati beneficiato, vel alteri eius nomine dicuntur separati a solo, & percepti.*
2 *Copula resoluitur in disiunctiuam, quando plura copulantur circa vnum effectum, in quo omnia non sunt necessaria.*
3 *Alternatiua, & copulatiua quando concurrunt, praualet alternatiua etiam in Statutis.*
4 *Constitutio Iulij Tertij super fructibus inexactis vti exorbitans restringenda est.*
5 *Commixtio nummorum, vel fructuum operatur effectum perfectae exactionis, sicut etiam incorporatio.*

6 Copula

6 *Copula resoluitur in disiunctiuam ad superfluitatem euitandam.*
7 *Doctores intelligendi sunt iuxta terminos authoritatum, quas allegant.*
8 *Incorporatio probatur ex descriptione.*
9 *Incorporatio probatur ex possessione.*
10 *Commixtionis effectus resultat, quando vnum inseparabile est ab altero.*

CONSILIVM CCCCXCI.

NEque ex Constitutione Sanctiss. D. N. 80, §. 2. & seqq. in Bullario nouo p. 4. fol. 395. neq; ex Cōstitutione Iulij Tertij 7. cum secunda eiusdem declaratione in dicto Bullario par. 1. fol. 697. frumēta à bon. mem. D. Cardinali de Aracæli tempore mortis relicta, de quibus præuia testandi facultate ad fauorem sacræ Congregationis de propagāda Fide disposuit, per Cameram prætendi possunt.

Non ex dicta Sanctissimi Constitutione, quoniam ex contextu totius duo duntaxat habentur, reuocatio scilicet quarumcumque facultatum testandi tā concessarum, quam concedendarum quoad fructus beneficiorum Ecclesiasticorum inexactos, & confirmatio d. Constitutionis Iulij Tertij.

Reuocatio facultatum testandi tanquam restricta in pluribus eiusdem Constitutionis partibus ad fructus inexactos applicabilis censeri nequit casui, de
1 quo agitur, in quo liquidò constat fructus fuisse realiter exactos tanquam consignatos, & effectualiter traditos ipsi D. Cardinali, siue eius ministris, & reconditos in horreis suis, vel alienis, ab eodem tamen D. Cardinali, seu eius nomine conductis, Calder. in terminis con. 2. num. 1. ante fin. vers. & intelligo horreo suo, vel alieno suo nomine, in rubr. de priuil. cleric. quem sequitur Rot. apud Coccin. decis. 476. num. 3. & prius in Mediolanen. fructuum 9. Martij 1592. corā Orano apud Marches. de commiss. par. 1. fol. 458. & seq. num. 2. vers. sed de fructibus recollectis, & in horreis reconditis, & num. 3.

Constitutio verò Iulij Tertij prędicta minus huic casui applicari potest, iuncta secunda declaratione, quia licet fructus beneficiorū tempore obitus beneficiatorum inexactos ad successores in beneficijs, & non ad hæredes spectare decernat in locis, in quibus nō deputantur à Camera spoliorū Collectores, & in §. 1. eiusdem Constitutionis in principio, inexactos eos fructus intelligat, qui ad manus beneficiatorum non peruenerint, & cum alijs ipsorum beneficiatorum fructibus, pecunijs, & rebus commixti, seu ipsis beneficiatis incorporati non fuerint, in eodem verò §. 1. post princip. vers. ipsique beneficiati, eos fructus inexactos intelligat, qui realiter à beneficiatis non fuerint exacti, ac percepti, necnon alijs eorum bonis commixti, & sibi incorporati, tamen posterior hæc loquutio per copulatiuam, & nō per disiunctiuam, sicut habetur in eodem §. 1. in princ. intelligi non potest
2 nisi per disiunctiuam, tum quia, quando plura copulantur circa vnum effectum, in quo omnia nō sunt necessaria de iure copula resoluitur in disiūctiuam, Rota apud Zacch. post tract. de societ. offic. decis. 68. nu. 4. post princ. vers. tum quia quando plura, ex Deciano, qui pluribus comprobacons. 44. num. 17. mihi num. 52. lib. 4.

Et præsertim cum Constitutio, vt præfertur in prin-
3 cipio dicti §. 1. loquatur per alternatiuam, quia in hoc casu præualet natura alternatiuæ etiam in Statutis, vt per eumdem Decian. eod. cons. 44. n. 15. post princip. vers. et magis in terminis.

Magisque cum Constitutionem præfatam Iulij Ter-
4 tij tanquam exorbitantem à iure communi esse restringendam, firmet Nauar. cons. 4. num. 2. post med. vers. tum quia tanquam exorbitans, sub tit. de success. ab intest. vol. 1. fol. mihi 475.

Siquidem constat, de iure vtramque qualitatem cōmixtionis, & incorporationis non esse necessariā ad effectum, vt fructus beneficiorum dicantur inexacti, cum tam commixtio de per se, quàm de per se incorporatio operetur eundem effectum
5 perfectæ exactionis; commixtio scilicet de per se, quia hoc probat textus in l. si alieni nummi, 78. ff. de solut. quem allegat eadem decisio exaduerso allegata in Nullius, seu Romana pecuniaria 4. Iunij 1593. coram Blanchetto apud Marches. par. 1. fol. 424. & seq. num. 3. in princ. adeout glo. in eadem l. si alieni nummi, 78. in verbo, accepit, æquiparet consumptionem immixtioni; incorporatio verò de per se, quia hoc probat textus in l. si quādo, 3. C. de bon. vacant. lib. 10. quem textum adducit etiam Rot. in eadem decisione coram Blanchetto d. n. 3. post princ. vers. et incorporatę.

Quamobrem locus quoque est alteri receptæ con-
6 clusioni, quod copula in disiunctiuam resoluitur ad superfluitatem euitandam, vt per Cardinal. Caualer. decis. 494. num. 7.

Quibus pro obstantibus adduci nequeunt cons. Bursatt. 75. n. 30. lib. 1. & 226. num. 48. lib. 3. ac Maynat. de fructibus non exactis, num. 241. quoniam in eo, quod dicunt, fructus quamuis perceptos, & in horreis reconditos spectare ad successores in beneficijs, vel ad Cameram, intelligendi sunt de horreis alienis, in quibus nec applicatur commixtio, nec incorporatio, & quatenus assumunt pro fundamento Constitutionem Iulij Tertij, quia cum aliud disponat in fructibus commixtis, seu incorporatis data facultate testandi, quam in his casibus eadem Constitutio asserit consueuisse conce-
7 di, eorum dicta intelligi non possunt, nisi iuxta terminos eiusdem Constitutionis, ex doctrina Bart. in l. non solum, §. liberationis, ff. de liber. legat.

Quod verò dicta Iulij Tertij Constitutio sit intelligenda disiunctiuè de fructibus commixtis, seu incorporatis, satis quoque demonstrat exclusio Cameræ à prætēsione spolij in frumentis relictis per bon. mem. D. Cardinalem Zacchiam ad fauorem hæredum, dum illam fuisse obtentam ex probatione commixtionis cum frumento recollecto in alijs bonis dicti Cardinalis, affirmat idem D. exaduerso Scribens in fine suæ informationis.

Cœterum quando etiam Constitutio pręfata intelligenda esset copulatiuè, adhuc in casu, de quo agitur, concurrit vtraque qualitas incorporationis, & commixtionis.

Incorporatio ex duplici capite, altero, quia receptio, & repositio in horreis fuit de frumētis descriptis à magistro domus d. D. Cardinalis de Aracęli in libris recollectionum tanquam bonis ipsius;
8 ex hac namque descriptione probari incorporationem, probat textus in l. si quis intra, 7. C. de bonis vacan. lib. 10. dictaque decis. exaduerso allegata coram Blanchetto fol. 424. num. 3. post princ. apud Marches. & Rot. apud Greg. decis. 114. nu. 2.

& Seraph. decis.905. num.5.vers. neque obstat, & decis.998.num.6.

Altero, quia quoad frumenta recollecta anno 1637. & 1638. incorporatio processit etiam ex sola pos-
9 sessione dicti D.Cardinalis per annum, quia hæc possessio annalis ex se satis infert incorporationē, Archid. in c.1. propè finem,35. quæst. 8. Abb. in c. vt super,8. num.10. ante med.vers. in dubio,de reb Eccles. non alien. Cardin. Zabar. cons. 34.n.2. ante finem,cum pluribus per Rot. in Romana mole 4. Iulij 1603. coram Iusto.

Commixtio verò pariter ex duplici capite probatur,
10 altero quia constat, frumentum huius anni 1639. fuisse commixtum cum frumentis annorū 1637.& 1638.adeout inseparabile sit vnum ab altero,Dec. in l. singularia, n.6.ff. si cert.petat.Rot. decis. 468. num.1. ante fin. par.1. recent.

Altero quia in frumentis existentibus in horreis constat etiam fuisse commixtum frumentum mutuatum per D.Cardinalem alijs, & ab eisdem frumentum proprium restitutum; hic namque circulus magis comprobat commixtionis effectum, ex ratione Rotæ apud Buratt. decis.784. n.1. vers. secundo verò casu.

ARGVMENTVM.

De nullitate testamenti, in quo duo non interuenerunt notarij iuxta formam Statuti.

De insufficienti probatione, quod Statutum non sit in vsu.

SVMMARIVM.

1 *Forenses tenentur seruare solemnitates requisitas à Statuto loci, in quo celebratur contractus.*

2 *Testamenta sunt nulla non seruatis solemnitatibus Statutarijs loci, in quo fuerunt condita.*

3 *Testamentum à forense conditum in loco, vbi minor solemnitas requiritur, quam de iure requiratur, valet, & porrigit vires quoad bona etiam extra territorium.*

4 *Instrumentū est nullum non seruata solemnitate Statuti requirentis, quod duo adhibeantur notarij.*

5 *Statuto annullante instrumentum, de quo rogati non fuerint duo notarij, si producatur instrumentum iuratum sub rogitu vnius, non probatur iuramentum, sicut non probatur contractus.*

6 *A Compulsore Iudice solum testes examinari possunt super iurium, quæ compulsantur, recognitione.*

7 *Statutum, quod procedit annullando, & tollit actionem, non probatur in vsu non fuisse, nisi probetur, quod fuerit data actio.*

8 *Notarius, qui attestatur, alium notarium fuisse rogatum, deponit, vt testis, ideoque tanquam vnicus, & non iuratus non probat.*

9 *Statutum non probatur in vsu non fuisse ex productione plurium instrumentorum, nisi copulatiuè probetur, instrumenta habuisse effectum, & inobseruantiam deuenisse ad notitiam maioris partis Populi.*

CONSILIVM CCCCXCII.

NEgatiuè resoluendum, testamentum Comitis Hieronymi minimè suffragari, itaut constet de prætenso fideicommisso; cum enim illud cōditum fuerit 22. Septembris 1542. in Ciuitate Veronæ, & in illa vigeret Statutum, quod in confectione cuiuslibet testamenti nuncupatiui, & cuiuslibet vltimæ voluntatis interesse debeant duo notarij, quorum vnus scribat, & alter se subscribat, aliter autem non valeat testamentum neque quælibet alia vltima voluntas.

Vtique testamentum, de quo quæritur, tanquam carens solemnitate subscriptionis secundi notarij,
1 est inualidum; siquidem quemadmodum absque dubio contractus etiam à Forensibus celebrati inualidi sunt, vbi in ijs non fuerint seruatæ solemnitates loci, in quo contrahitur, Bart. in l. cunctos Populos, num.14.C. de Summ.Trinit.& fide Cathol. Seraphin. decis.791.num.4.

Ita inualida sunt testamenta condita in loco, in quo
2 forma, & solemnitates Statutariæ eiusdem loci nō fuerunt seruatæ, Salic. in l.testamenti,num 1. ante med.vers. sed quamdiu, C.quemadm.testam.aper. Gozad. consil.49.numero 15.Paris.cons.12. numero 46. & seqq. lib.3. Gail. lib.2. obseruat. 123. numero 1. & seq.Peregr. consil.63. aliàs 62. lib.1. numero 1.

Quemadmodum è conuerso ex eadem ratione te-
3 stamentum conditum à forense in loco, vbi minor solemnitas requiritur, quam de iure requiratur, valet, & consequutiuè porrigit vires quoad bona etiam existentia in alijs territorijs, Bart. in d l. cunctos Populos,num.37. ibique Salicet.n.12. vbi etiam in fine eiusdem numeri testatur de communi, C. de Summ. Trinit. & Fide Catholica, Alderan. Mascard. de interpret. Statut. conclus.7. num.27.28. & seqq.

Et in terminis Statuti vigentis in loco,in quo instru-
4 mentum celebratur, quod illud non valeat, nisi duo adhibiti sint notarij, Bald. conf. 456. num.3. lib.1. Roland. consil. 43. num.2. in fine, & numer. seqq.lib.3. Giouagn. consil. 83. numero 31. lib. 1. Rot. decis. 723. numero 20. par.2. recentior. cum alijs per Rot. decis. 227. num. 12. & seq. par.7. recentior.

Sic etiam si Statutum annullet instrumentum, nisi
5 de eo fuerint rogati duo notarij, & producatur instrumentum iuratum, de quo fuit rogatus vnus notarius, ex illo instrumento non probatur iuramentum, sicut non probatur contractus, Abb. in c. cum contingat, 28. n. 26. ante med. vers. dicit Statutum, de iure iuran. Ruin. firmans, hoc non habere dubium consilio 60. numero 4. post princip. vers. & istud etiam in terminis, lib. 4.& consilio 55.numero 9. lib.5. Rot. decisione 104. num. 2. par.2. diuersor. & d. decis. 22. numero 25.par.7. recentior.

Neque obstat prætensa huius Statuti inobseruantia desumpta, ex testibus; tum quia examen fuit nullum, tam ex defectu mandati, quam iurisdictionis, dum examinati fuerunt à Iudice deputato pro exequutione litterarum compulsorialium, citato procuratore specificè quoad illas constituto, non vigore aliquarum litterarum remissorialium; siquidem à Compulsore

solum

solum testes examinari possunt super iurium, quæ compulsantur, recognitione, Caputaq. decis. 173. num. 2. par. 1. Cardinal. Mantic. decis. 177. num. 2.

Tum quia nec percutiunt tempus conditi testamē-
7 ti, nec deponunt, assertam inobseruantiam fuisse in iudicio contradictorio obtētam; quando enim Statutum procedit annullādo, sicut procedit hoc casu, quia propterea nulla competit actio, ideo necesse erat docere de contrario vsu, itaut data fuerit actio, non obstante Statuto, vt per Rot. apud Seraph. decis. 113. num. 4. ad med. vers. propterea Statutum.

Tum, & tertiò quia ijdem deponunt pro hac Parte, quod Statutum prædictum fuit obseruatum quoad interuentum secundi notarij, quamuis subiungant, quod non fuerit obseruatum circa illius secundi notarij subscriptionem; in hoc namque casu neque etiam constat de secundi notarij interuentu, nisi quatenus primus notarius illum affirmat, cuius dicto minimè est standum, & quia Statutum conditum ad publicam vtilitatem pro euitatione fraudum de eo non confidit, dum requirit secundi notarij non solum interuentum, sed ad illius probationem eiusdē secundi notarij sub-
8 scriptionem, & quia notarius in hac attestatione est vnicus, & non iuratus, & habet etiam contra se præsumptionem, dum inter rogitus secundi notarij adhibitis diligentijs talis rogitus neutiquam reperitur, vt per Soc. cons. 266. col. 2. nu. 1. ante fin. vers. et probatur ista opinio ratione, lib. 2.

Minusque afferta inobseruantia releuat desumpta ex attestatione Archiuistæ, quatenus asserit, ab anno 1530. vsque ad annum 1550. pauca reperiri instrumenta rogata cum subscriptione notarij, sed plurima absque huiusmodi subscriptione, tum quia in casu, in quo Statuta annullant instrumētum, non releuat, quod fuerit diuerso modo obseruatum, & plerique reperiantur contractus sine
9 huiusmodi solemnitate, ex quo ad hoc, vt per instrumenta probetur, Statutum non fuisse vsu receptum, requiritur copulatiuè, quod ea habuerint effectum, & talis inobseruantia deuenerit ad notitiam maioris partis Populi, Seraphin. d. decisione 113. numero 2. in fine, & numero 4. in princ.

Tum etiam quia non vsus non probatur, nisi fuerit
10 in iudicio contradictorio approbatus, ex quo potuit prouenire non ex vi contrariæ consuetudinis, sed ex Partium voluntate, quia non petierint; sic namque firmauit Rota in Perusina successionis 29. Maij 1634. coram Reuerendissimo D. Dunozetto apud Gilian. in compend. ad Statut. Perusin. fol. 257. num. 33. & seq. & Rot. decis. 22. num. 2. post med. par. 4. recent.

Tum & tertio quia etiam stilus, & consuetudo cō-
11 tra ius non suffragatur nisi cum præscriptione per spatium quadraginta annorum, vt in his terminis per Rotam d. decis. 227. numer. 17. par. 7. recent.

Demum minus efficax censeri potest prætensa obseruantia apud hæredes testatoris, ex deductis ex-
12 aduerso; quoniam primo fuit erronea, & processit ab alijs, qui non probantur sciuisse dicti testamenti nullitatem, Seraphin. decisione 477. num. 10.

Secundò quia approbatio nocet in parte tantum,
13 non autem in reliquis, Fusar. consil. 83. numero 20.

Tertiò, quia non est in potestate approbantium, ex huiusmodi approbatione nocere illis, qui non approbarunt aduersus Statuti dispositionem, & præsertim, quia idem testator etiam in verbis dispositiuis iussit, & voluit, Statutum prædictum Veronæ obseruari; quandoquidem propterea clarè patet, eumdem testatorem noluisse testamētum prædictum perfectionem recipere nisi demum secundo notario etiam illud subscribente, iuxta dicti Statuti formam, vt per Bald. in l. 2. n. 3. C. quemadmod. testam. aperiantur; inquit enim, testamentum factum Paduæ, vel Bononiæ insinuandum mereri exequutionem, & vires assumere mediante insinuatione.

ARGVMENTVM.

Creditor, qui iudicialiter obtinuit sibi ipsi tanquam tertio licitatori rem debitoris subhastari, an sequuta euictione vti possit primæua hypotheca.

Creditor vendens rem sibi pignoratam an, & quando teneatur de euictione, vel ad restitutionem precij.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca primæua extinguitur facta solutione precij rei subhastatæ.*

2 *Creditor vendens pignora iure creditoris si promittit de euictione, potest ad primæua iura redire sequuta euictione.*

3 *Creditor, qui procurauit subhastationē iudicialem extraneo, vel sibi ipsi tanquam tertio licitatori, non tenetur de euictione, sed debitor, qui passus fuit subhastationem.*

4 *Hypotheca, & obligatio semel extincta reuiuiscit, quando dominium reuocabiliter fuit translatum. Contrarium quando à priori contractu censetur recessum, vt num. 5.*

6 *Hypotheca reuiuiscit stante clausula, quod in casu euictionis, aut molestiæ liceat redire ad primæua iura.*

7 *Creditor vendens pignora iure creditoris licet non teneatur de euictione, tamen tenetur se præstare cæteris potiorem. Et ad restitutionem precij, vt num. 8.*

9 *Creditor, qui vendit iure creditoris, ne teneatur de euictione, neque ad precij restitutionem, quatuor debent requisita concurrere.*

10 *Venditio iure creditoris differt à subhastatione iudiciali.*

11 *Creditor, qui vendit mediante iudiciali subhastatione, non tenetur cedere nisi iura talia qualia.*

CONSILIVM CCCCXCIII.

IN hac quæstione, in qua dubitatur, an creditor, qui obtinuit à Iudice subhastari,& deliberari sibi ipsi tanquam tertio licitatori domum sui debitoris, quique passus est immissionem in possessione eiusdem rei fauore alterius anterioris creditoris, possit vti primæua hypotheca agendo vtili saluiano contra tertium aliam rem eiusdem debitoris possidentem, qui etiam concreditor supponitur, sed posterior primæua hypotheca deliberatarij prædicti.

Censeo pro veritate, remedium præfatum dicto deliberatario minimè competere; quoniam conclu-
1 sio est certa, quod liberato debitore, qui passus fuit deliberationem prædictam ex solutione precij rei subhastatæ, actio, & primæua hypotheca creditoris, ad cuius fauorem processit subhastatio, remansit extincta, textus est in l. rescriptum, 12. §. 1. in primo responso, & ibi Bart. ff. de distr. pign. Castr. in l. si pignora, 22. §. fin. incip. si creditor, nu. 6. ante med. vers. & aduertendum, quia primo casu, ff. de pign. act. Neguf. de pign. 1. membr. 6. par. num. 42.

Et licet non minus certam putem esse cōclusionem,
2 quod primæua actio creditori competens non extinguatur, quando creditor promittit, & se obligat de euictione emptori, etiam quod precium habuerit, & rem illi tradiderit, quia donec datur possibilitas euictionis, debitor non dicitur liberatus, sed interim liberatio manet in suspenso, adeout si contingat, rem euinci, & creditorem ratione suæ obligationis in venditione cogi ad restituendum precium emptori, possit creditor agere contra debitorem pro consequutione sui crediti actione primæua pignoratitia, scilicet contraria, à qua debitor non fuit liberatus, quia vt præfertur, in hoc casu eius liberatio remansit in suspēso, iuxta textum in eadem l. rescriptum, 12. §. 1. in 2. responso sub vers. quod si non ita vendidit. ff. de distr. pign. & in l. si pignora, 22. §. fin. incip. si creditor, vbi idem Castr. nu. 6. post. med. vers. secundo verò casu. ff. de pig. act. Neguf. de pign. d. 1. membr. 6 par. numer. 42. post princip. vers. sed si creditor.

Neque de veritate huius secundę conclusionis sit dubitandum, quamuis, vt idem Negusan. inquit eod. numero 42. ante med. vers. & hanc conclusionem, in ea contrarium tenuerit Ruinus, prout verè tenuit, debitorem ex solutione precij facta creditori ex retractu venditionis rei ipsius debitoris factæ à Iudice, non obstante, quod creditor de euictione sese obligasset, fuisse liberatum, consil. 102. numer. 8. ante finem, & num. seq. cum n. 12. lib. 5. & in hoc articulo cum Ruino tenuerit etiam Dec. respondendo authoritatibus, & rationibus Negusantij cons. mihi 449. incip. visis duobus consilijs, nu. 35. ad fin. & num. seqq. vsque ad finem.

Tamen apud me verior, & magis tenenda sententia Negusantij distinguēdo duos casus inter se diuersos quorum diuersitatem Ruinus non differit, & Decius, licet aduerterit, vt tamen Ruinum defēderet à Negusantij impugnatione, noluit cum Negusantio conuenire explicitè, sed implicitè aliud videtur sentire in fine eiusdem supradicti sui consilij, dum inquit, vnicuique contingere posse, quod quandoque bonus dormitet Homerus;

Aut enim creditor est ille, qui vendit pignus à se possessum iure creditoris, & tunc, quod locus sit distinctioni, quod debitor sit liberatus, vbi creditor vendens non se obliget de euictione, liberatio verò remaneat in suspenso, vbi creditor vēdens de euictione promittat, sunt textus clari in d. l. rescriptum, 12. §. 1. in 1. & 2. responso, ff. de dist. pign. cum textui, & alijs supra allegatis non satisfaciunt responsiones Decij, vt benè illis replicat Negusan. d. 1. membr. 6. part. numer. 43. 44. & seqq. Mangil. de euict. quæst. 45. num. 5. & pluribus seqq. & cum Negusan. tenet Senatus apud Surd. decis. 266 num. 13. vers. quo casu.

Aut non est creditor, qui iure creditoris vendit, sed
3 in causam iudicati Iudex, vel nuncius, aut exequutor eius mandato præuia subhastatione, aut deliberat, & vendit, aut adiudicat, aut dat rem debitoris in solutum, siue extraneo, siue ipsi creditori tanquam tertio, & tunc re euicta, quia hoc casu non vendit creditor, sed Iudex, & in his terminis factum Iudicis reputatur factum Partis, ex textu in l. si ob causam 13. C. de euict. ideo debitor est ille, qui tanquam in effectu venditor teneatur de euictione, sed non ex primęua actione tanquam extincta solutione, & per recessum à primo debito, sed vtili ex empto, cum exindè resultet quædam venditio, textus est in l. eleganter, 24. vbi Bart. Castr. & alij in princ. & in l. si prædium, 4. C. de euict. idemq. disponit textus in l. si plus, 74. §. 1. alias, vers. si iussu Iudicis, ff. de euict. & d. l. si ob causam. 13. C. eod. tit. Negusan. d. 1. membr. 6. par. numer. 42. post med. vers. quia iste casus est diuersus, & n. 43. & seq. Mangil. de euict. quæst. 46. num. 8.

Et hoc casu non etiam obstat communis, quod licet
4 hypotheca extinguatur ob emptionem rei, & dominij acquisitionem, tamen obligatio, & hypotheca semel extincta reuiuiscit, quando reuocabiliter dominium transfertur, ex l. ex sextante, 30. §. Latinus Largius, vbi Bart. & cœteri communiter, ff. de exequut. rei iudic. Seraph. decis. 872. n. 3. cum alijs per Rot. in Ariminen. domus, 27. Martij 1632. coram R. P. D. Dunozetto; nam conclu-
5 sio procedit, quando à priori contractu non censetur recessum, sicut receditur, quando peruenitur ad contractum emptionis, seu dationis in solutum speciei pro quantitate, sic namque ad huiusmodi obiectum respondent Bart. & Castr. in ead. l. eleganter, 24. ille num. 2. & seq. hic num. 6. ff. de pign. act. Negus. de pign. d. 1. membr. 6. par. num. 42. ante finem. vers. sed in terminis nostris, & vers. aliud est ergo.

Atque hac ratione ad euitandum huius conclusio-
6 nis effectum solent cauti creditores in receptione precij rei deliberatæ, vel in solutum datæ, aut adiudicatæ apponere clausulam, quod si contingat, eam rem euinci, aut molestari, liceat vti sibi primæuis iuribus, vt dicunt ijdem Bart. in d. l. eleganter, 24. num. 4. & ibidem Castr. num. 8. ff. de distr. pign. Rot. in Romana de Luraghis 26. Nouembris 1607. coram Iusto.

Sed adhuc videtur superesse difficultas, quando licet creditor non promiserit de euictione, & consequēter ex hoc capite debitor censeatur liberatus, possit nihilominus eius obligatio remanere in suspenso, quia creditor teneatur se pręstare anteriorem, vel potiorem cœteris creditoribus, vel etiam

etiam licet de euictione non teneatur, tamen teneatur ad restitutionem pretij.

Quod enim teneatur se præstare cæteris potiorem,
7 probat textus in l.1. & 2. C. credit. euict.pign. nõ debere, vbi Bald. numer.3. Negusan. de pign.d.1. membr.6. par.nu.41. post vers. secundo fallit, ver. tamen non doceret, Bald. cons.237. num.1. vers. secundo quia debet, lib.5. Vinc. de Anna allegat. 78.num.1. Viu.decis.24.num.4. vers. secundum requiritur, & num.seq. Rot. decis.370. num.4.par.1. recent.

Quod verò licet non teneatur de euictione, teneatur
8 tamen ad restitutionem pretij, in his terminis Alex. in addit. ad Bart. in l. emptorem, 12.§. qui autem,ff. de act.empt. cum alijs per Viu.d.decis.24. num.5. ad fin. vers. immo plus dicit.

Sed adhuc huiusmodi obiecta tolluntur ex præfata distinctione, quod procedunt, quando creditor est ille, qui vendit pignus iure creditoris, non quando emit sub hasta in causa iudicati; quandoquidem in casu venditionis iure creditoris loquũ-
9 tur contraria,quinimmo nec quando creditor vẽdit iure creditoris tenetur, nisi in specie promittat de euictione, quatuor concurrentibus, scilicet, primò, quod res sit sibi obligata; secũdò,quod sit potior quolibet alio creditore, tertiò,quod vẽdat bona fide,credens,rem esse debitoris, & quartò, quod vendat ritè ex pacto, & lege, & istis concurrentibus nec etiam tenetur ad pretij restitutionem, textus est in l. emptorem, 12.§. denique, vers. sententia,ff. de act.empt. quia recipit ex causa iusta, quæ non est redacta ad non causam, vt per eumdem Bald. in d.l.1. num.4. & seq. C. cred. euict.pign. non debere,vbi etiam glo. & alij communiter, Neguf. de pign. d. membr.1. par.6. n.40. Viu. decis.24. num.4. & seqq. Mangil de euict d. quæst.46. num.2. & num.6. vers. quoad vltimum, & num.12.

Quamobrem meritò etiam inter casum venditionis
10 iure creditoris, & deliberationis ex causa iudicati mediante subhastatione licet quoad alium effectum iuris offerendi plenè differentiam constituit Rota in Anconitana prædij 17. Maij 1637. & 4. Februarij 1628. coram R.P.D. Pirouano.

Qua quoque ratione creditores, qui iure creditoris distrahunt, licet non concurrentibus dictis quatuor requisitis teneantur eorum iura cedere cum
11 qualitate potioritatis, minimè tamen tenentur Prætore vendente, quia tunc sufficit cessio iurium talium qualium,Franc. decis.427.num.9.vers. non obstat, Anna d. alleg.78. Mangil. de euict.d.quest. 46. num.13. & est textus in l. creditor, aliàs penult. vbi Bar. & Salicet. declarant, ff. de distract. pign. plenè Castill. par. 4. cap.42. num.61. & 110. & seqq.

ARGVMENTVM.

Ad instantiam diffamati an quis agere compellatur in criminalibus mediante præfinitione termini:

SVMMARIVM.

1 *Diffamanti præfigitur terminus ad agendũ etiam in criminalibus. Et num.5.*

2 *Terminus ad agendum præfigitur ex iusta causa in pluribus casibus.*

3 *Diffamato competit remediũ in criminalibus instar remedij in ciuilibus super iactationibus, & molestationibus.*

4 *Diffamato competit remedium tam contra priuatos, quam contra Fiscum in criminalibus.*

CONSILIVM CCCCXCIV.

Aduersus diffamationem ortam ex parte mercatoris ius sibi prætendentis pro euitanda restitutione sortis cambij, de quo agitur, in propositione criminalitatis ex assertarum vsurarum per-
1 ceptione remedium extat de iure opportunum ex textu in l. Titia 18.ff. de accusat; in hoc enim textu Titia cum minaretur testamentum fratris falsum arguere,& accusationis solemnia non implesset, fuit sibi à Præside certum tempus ad agendũ de falso præfinitum; quamobrem glo. in eadem l. in verbo, iterum, desumit remedium huiusmodi præfinitionis temporis, & ibidem Bart. clarissimè
2 n.8. ante finem, vers. est autem iusta causa, quod diffamatio hanc iustitiam statuendi parit, sicut etiam ex iusta causa pluribus in casibus compellitur causatiuè quis agere mediante hac termini ad agendum præfinitione,quos aduersus regulam l.1. C.vt nemo inuitus agere.cumulat glosa ibidem in verb. inuitus, vt etiam per Innoc. quem idem Bart. adducit in c. conquerente 16. glosa.2.nu.2. vers. item si in libello. extra de offic.Ordinar.

Etenim datur remedium hoc in criminalibus ad in-
3 star remedij, quod datur in Causis ciuilibus ex l. diffamari,C. de ingen & manum vt per Contard. in commentar. ad eamd. l.diffamari,in ampliationibus num.40. & seqq.

Quemadmodum hac ratione etiam tam contra pri-
4 uatos,qua contra Fiscum l.3.C. quando Fiscus,vel priuatus. Anchar cons.164.nu.6. post med. vers.& est casus Gabr. in suis com.,conclus. tit de action. ampliat.4. nu.6. idemque Contard. in d. diffamari num. 41. alijsque comprobat rationibus nu. 42. ad finem, & seqq.

Idemque remedium in criminalibus habetur, ex l.
5 ob commissa adulteria 31 C. ad leg.Iul. de adult. quem textum pariter adducit Bart. in eadem l. Titia. ante finem.

ARGVMENTVM.

An, & quando de errore doceatur ex relatione periti.

An detur iudicium repetitionis aduersus diffinita per sortem.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio quamuis alioquin prohibita à lege, vel rescripto, datur tamen à sententiã patiente notoriam nullitatem, vel iniustitiam.*

2 *Actus à mero exequutore litterarum Apostolicarũ, non potest authoritate ordinaria retractari.*

3 *Peritorum electio spectat ad Partes, nec Iudex debet*

debet se in electione ingerere, nisi Partibus non eligentibus.
4 *Librorum partitæ extrahi debent Parte citata.*
5 *Sors est res in dubitatione humana diuinam indicans voluntatem.*
6 *A Sortis iudicio regulariter non datur appellatio.*
7 *Præposterum, & impossibile est aliquid prius exerceri, quam nasci.*
8 *Gratia restringitur ad interesse impetrantis.*

CONSILIVM CCCCXCV.

RESCRIBENDUM videtur pro commissione huius appellationis; quoniam non obstante, quod
1 appellatio quæcumque interdicta fuerit lege, vel rescripto, nihilominus datur commissio, cum effectu suspensiuo, quando constat interponi à sententia patiente defectum notorium nullitatis, vel iniustitiæ, glo. penult. in c. ex conquæstione, vbi Bald. num. 5. & Abb. in 5. not. de restit. spol. Caputaq. decis. 33. num. 2. par. 1. Put. decis. 414. n. 3. lib. 3. in nou.

De nullitate euidenter liquet, tum quia Illustrissi-
2 mus D. Thesaurarius in extractione montistarum per sortem ex bussula, & consequutiua illorum satisfactione fuit merus exequutor chirographi Sanctissimi ita expressim disponentis; quod autem actum fuit vigore huius chirographi non poterat ex prætextu erroris, vel alias authoritate ordinaria retractari, c. nouit, de appell. l. ab exequutione, ff. eodem Reuerendissimus D. Decanus decis. 144. nu. 2. & seq. sed adeundus erat idem Sanctissimus iuxta c. si quando, de rescript.

Tum quia cum onus Partis aduersæ esset docere de prætenso errore, qui non præsumitur, quatenus ad docẽdum de illo assumpsit viam electionis periti, non vnicus duntaxat peritus hac Parte contradicente poterat à Iudice eligi, & præcipuè su-
3 spectus allegatus, sed erant periti ab vtraque Parte eligendi, cum earum electio ad ipsas pertineat, & Iudex non debeat se in electione ingerere, nisi Partibus non eligentibus, Bald. in l. hac edictali, §. his illud. num. 3. C. de secund. nupt. Aret. in c. proposuisti, num. 17. & ibi Dec. nu. 13. de probat. Surd. cons. 452. numero. 36. lib. 3. Rot. in Bononien. de Pannolinis 2. Maij 1611. coram bon. mem. Manzanedo.

Quatenus verò ad docendum de prætenso errore Pars aduersa vsa fuit libris dicti Montis, quãuis illi non essent in actis producendi, sed sufficeret eo-
4 rum exhibitio coram Iudice, debebant tamen partitæ, quæ exaduerso prætẽdebantur in eisdem libris contineri prætensum errorem concernentes extrahi Parte citata, Put. decis. 287. nu. 1. lib. 1. in nouis.

De iniustitia etiam notoria constat; primò quia, vt præfertur, vigore specialis chirographi Sanctissimi extractio fuit facta sorte, & in exequutionem huius extractionis iam fuit huic Parti facta solutio; iudicium autem repetitionis aduersus diffinita
5 per sortem non est dandum, quia cum sors res sit in dubitatione humana diuinam indicans volun-
6 tatem, vt inquit textus in c. 1. 26. quæst. 2. regulariter à iudicio sortis non datur appellatio, Auth. vt omnes obed. Iud. §. pen. Franc. in rubr. de appell. in 6 num. 10. vers. quid autem, Rebuff. de appellat. art. 3. glo. vnic. num. 5.

Secundò quia assumpta relatione asserti periti, prout loquitur, constat, prætensum errorem excludi ex eisdem, in quibus peritus se fundat, cum in relatione asserat originem à montibus Castellis prouenire, quia ex illis resignata fuerint loca 21. Petro Honuphrio, & Petrum illa resignasse Petro Paulo Melchiorio 19. Iulij 1611. eumdem autem Melchioriũ resignasse Paulo Spadæ 19. Maij 1619. Spadam verò resignasse Gabrieli Fonsecæ authori huius Partis 13. Octobris 1618. siquidem cũ propterea constet, Fonsecã emisse mõtes anno 1618. & Spadam vendidisse anno 1619. necesse est, quod hæc loca montium vendita à Spada Fonsecæ anno 1619. non fuerint illa, quæ vendita fuerunt ab
7 eodem eidẽ Fonsecæ anno 1618. ex quo vbi fuissent eadem non potuisset Spada prius illa vendere, quam acquirere, l. bouem, 43. §. aliquando. vers. si sub conditione. ff. de ædil. edicto, Seraphin. decis. 681. num. 1.

Tertiò quia chirographũ Sanctissimi emanauit consulendo indemnitati, & interesse Excellentissimi D. Comestabilis, & in hac parte summã habet iustificationem, cum aggregatio ad fauorem Castelli processerit citra aliquam D. Comestabilis obligationem, sed quoad montistarum interesse inter se cum non fuerit Sanctissimo expressum, montistas omnes tam priores, quam aggregatos simul fuisse ab eiusdem Castellis satisfactos mediante
8 bonorum in solutum datione acceptata, videtur quoad eos equale ius seruandum iuxta aliam obseruantiam hactenus subsequutam, ac propterea Causa in hac parte prout de iure committenda, Cardin. Zabar. cons. 96. nu. 1. ad med. Sarmient. select. interpret. lib. 1. cap. 8. num. 12. ante finem, Seraph. decis. 398. num. 1. & seqq.

ARGVMENTVM.

Si testator mandauit construi capellam, & per hæredes non stat, quominus construatur, an pro legato annui redditus eidem capellæ relictum possint hæredes molestari à Fabrica S. Petri, vel ab Ecclesia, in qua destinata erat constructio.

SVMMARIVM.

1 *Ad Fabricam S. Petri non spectant legata, quæ continent certitudinem.*
2 *Negligentia non imputatur hæredi in adimplenda voluntate defuncti, quando tempus aliquod non fuit præfixum.*
3 *Negligentia non imputatur adimplere debenti, quando per eum non stat, quominus adimpleat.*
4 *Legatum pium quando adimpleri non potest, commutatur concurrente consensu hæredis.*
5 *Legatum conditionale non debetur etiam piæ causæ non purificata conditione.*
6 *Legatum monasterio construendo dicitur conditionale.*

CON-

CONSILIVM CCCCXCVI.

NEque Fabrica, neque monasterium videntur ius aliquod habere in casu, de quo agitur; nō
1 Fabrica, quia cum dispositio testamentaria D.Io. Baptistæ circa constructionem capellæ, sepulchrū, ac Missarum celebrationem in omni sui parte cōtineat certitudinem, neque in dispositis aliquid sit incertum, nullo modo relictum ad Fabricam spectare potest, nec in eo ex aliqua causa potest esse ius quęsitum, itaut sub Fabricæ priuilegijs compræhendatur, Rot. post lib.1. cons. Farin. decis.126.num.3. Card. Caual.decis.212.nu.1.

Non obstat prætextus negligentiæ hæredum in a-
2 dimplendo, tum quia negligentia hoc casu obijci non potest, cum testator nedum tempus aliquod non præfixerit, sed expressè disposuerit, capellam confici infra tempus D. Clarici vxori suæ benè visum, Rot. in terminis contra Fabricam post d.lib.1. consil. Farin. decis.126.n.7.

Tum quia licèt hæredibus præfixi fuerint termini ad
3 construendam capellam, non tamen illis præfixio nocere potest, dum constructio non erat, neque est in eorum potestate, quia non solum monasterium non assignat situm, nec præstat patientiam constructioni, sed semper recusauit ex deficientia situs, adeout nō steterit, neque stet per adimplere debentem. Rimin. sen.cons.92.num.17.lib.1. Cæsar de Graff. decis.46. alias 1. num.3. de solut. Rot. decis.92.num.6. par.2. diuers. & in Britonorien. pecuniaria 13. Iunij 1606. coram Attrebaten.

Neque ideo quia relictum impleri nequeat iuxta præscriptum testatoris, deuolutio fit ad Fabricā, quia cum testator nō solum pro salute animæ suæ, & suorum, sed etiam in honorem, & dignitatem suam, & familię iusserit, capellam construi pro conseruanda memoria, & illam esse, ac perpetuo fore de familia ipsius testatoris, ac propterea ante capellam construendam iusserit confici sepulchrū pro se, suaque familia, & in illud eius ossa, ac parentum, & descendentium humari, ac vlterius in casu obitus suarum filiarum sine prole substituerit hospitale S.Iacobi incurabilium, cum onere maritandi singulis annis in die obitus ipsius testatoris in perpetuum in d. Ecclesia, & ante ipsam capellam construendam virgines, cum præsentia, & interuentu Prælati, & Officialium d. hospita-
4 lis, vtique hæc pia mens non est defraudanda, sed ob impedimentum situs in ea Ecclesia locus esse debet commutationi voluntatis constructionis, scilicet capellæ, & sepulchri in alia Ecclesia cum consensu eorumdem hæredum, Bart. in l.legatum,16.ff. de vsufr. leg. Bero.cons.49. nu.1. & 2. lib.2. Mandos de Signat. grat.tit. de commut. vlt. volunt. col.3.vers. ex prædictis colligi, Barbos.de Episcop. par.3. alleg. 83.num.4. & 6.

Non autem monasterio ius aliquod competit ratione annui redditus à testatore relicti pro celebrādis missis, quia idem testator legem expressam statuit, quod persolui ab hæredibus deberet à die, quo erit tota d. capella confecta, adeout ibidem celebrari possit; quamobrem cum per hæredes non stet, quo minus capella construatur, quinimmò constructio impediatur facto ipsius monasterij recusantis situm assignare, & patientiam con-
5 structioni præstare, absque dubio ob impedimentum natiuitatis actionis monasterium excluditur, ita quod in hac parte neq. etiam ad fauorem monasterij locus est commutationi voluntatis circa tempus celebrationis, vt præfertur, ab ipso testatore præscriptæ, Abb. cons.27.n.1. ante med. lib.1. Paris.cons.74.num.6 & seq. lib.3.Rot.decis.711.n.1. & seq.par.1. & decis.140.n.6.par.2.diuers.

Est enim relictum huius annui redditus post cōstructam capellam conditionale, Giouagn.consil. 20. num.1. & seq. lib.1.

ARGVMENTVM.

An, & quando fieri possint plures exequutiones reales, & quisnam teneatur ad earum expensas.

1 *Exequutiones plures reales fieri non possunt, quando pignora capta in prima exequutione ad creditoris satisfactionem sufficiunt.*
2 *Cameralis obligatio dum tribuit facultatem variandi, non intelligitur de variatione circa plures exequutiones, & reiteratas expensas.*
3 *Creditor immissus in Saluiano potest etiam exequutiuè agere contra debitorem.*
4 *Inter Expensas illicitas connumerantur superuacuæ.*
5 *Expensæ superuacuæ dicuntur etiam illæ, quæ fiunt a Parte per se ipsam, quando fieri possunt per nuncios generales.*
6 *Exequutio etiam pro debitis publicis an fieri debeat, vel in rebus, vel in persona, Iudex eligit.*
7 *Excessus in exequutione causat attentata.*
8 *Expensæ sunt reficiendæ in iudicio attentatorum.*
9 *Ad expensas tenetur is, qui earum fuit causa, & occasio.*

CONSILIVM CCCCXCVII.

QVamuis in extensione formulæ Cameralis obligationis, quæ est in vsu sub num.3. ante finem, legatur clausula sequens, ita tamen, quod exequutio vnius Curiæ exequutionem alterius non impediat, nec retardet iure dicente, quod vbi iudicium incæptum est, ibidem finem accipere de-
1 beat, tamen non propterea potuerunt fieri contra hanc Partem vigore mandati in hoc tribunali relaxati plures exequutiones reales, dum pignora vigore primę exequutionis capta distrahi poterāt, & ex hac distractione creditori satisfieri, iuxta text. in l.1. & seq.C.de capiend. & distrahend. pignor.lib.10. ac proinde expensæ per plures exequutiones à debitore factæ in prætensum credi-
2 tum sunt imputandæ, ex quo facultas variandi ex qualitate eiusdem extensionis formæ Cameræ in verbis restringitur ad variationem de vna ad aliam Curiam, ac de vno ad alium Iudicem, ex priuilegio viæ exequutiuę, non autem extenditur ad exequutiones extra iudicium faciendas vigore mandati iam decreti, & relaxati, vt in terminis intellectus dictæ clausulæ per Amat. decis. Prou. Marchiæ 48.num.13.vers. secundo quod per dicta verba.

Et quamuis tam ex priuilegio Cameralis obliga-
3 tionis, quam de iure in Causis exequutiuis fieri possit

possit exequutio in bonis remedio vtilis Saluiani interdicti, ac etiam vigore mandati via exequutiua relaxati ob rationem, quia in Saluiano nō potest perueniri ad bonorum subhastationem, & deliberationem, vt resoluit Rota decis. 161. n. 4. & seqq. par. 6. recent. tamen non propterea sequitur, quia plures exequutiones reales fieri possint, nisi quando per exequutionem iam factam creditori satisfieri integrè non posset; id enim esset contra regulam textus in c. cum venissent 3. de eo, qui mittitur in possessionem; quamobrem moderatè duntaxat taxandæ sunt expensæ, non autem im-
4 moderatè illicitę, inter quas illicitas quoque connumerantur superuacuæ, vt pluribus comprobat Rebuff. tractat. de expens. damn. & interesse, art. 5. glo. vnic. num. 29. & seq. quapropter superuacuas,
5 & minimè reficiendas firmat etiam esse eas expēsas, quæ fuerunt à Parte per seipsam factæ, quando eas potuit facere per nuncios generales, vt eod. art. 5. n. 21. in comment. tom. 3. mihi fol. 451. Gulielm. de Cuneo tractat. de securitate, num. 5. in tractat. nouiss. tom. 12. fol. 242.

Cuius quoque sensus est Cancer. licet aliud diceretur de stilo seruari respectu expensarum certi officialis in ea Curia var. resol. cap. 7. de pact. nu. 221 & seq. par. 3.

Atque hinc, quod quando de mandato Iudicis cer-
6 ta facienda est exequutio, per illum eligendū sit, an exequutio etiā pro debitis fiscalibus, & publicis fieri debeat vel in rebus, vel in persona, firmat IacobusRebuff. in l. nemo carcerē, 2. ante finē vers. tertiò nota, quod primo, C. de exact. tribut. lib. 10.

Neque obstat, quod hæc Pars non possit excipere de imputatione huiusmodi expensarum, sed agere debeat contra birroarios, per quos reiteratæ factę
7 fuerunt exequutiones reales, quia excessus in exequutione causat attentata, Seraph. decis. 1168.
8 num. 2. in iudicio autem attentatorum expensæ sunt reficiendæ, Lancel. de attentat. par. 3. cap. 29. num. 32. Rot. decis. 269. num. 1. par. 1. recent. Duran. decis. 427. num. 1.

Minusque obstat, quod non constet, exequutiones plures factas fuisse de ordine Partis aduersæ; quia præter id, quod præsumitur ex consignatione mandati exequutiui ad eius fauorem expediti, sa-
9 tis est ad effectum, de quo agitur, quod propterea Pars aduersa fuerit causa, & occasio dictarum exequutionum l. nam, & Seruius, §. fin. ff. de neg. gest. Abb. conf. 21. num. 1. & seq. lib. 2. cum alijs per Rotam in his terminis in Cusentina beneficij 4. Decembris 1637. coram Reuerendiss. Dunozetto.

ARGVMENTVM.

An, & quando institor, vel magister domus obliget dominum.

SVMMARIVM.

1 *Consensus est de substantia cuiuscumque obligationis.*
2 *Probatio aequiuoca, & multipliciter intelligibilis, non releuat.*
3 *Institor non obligat dominum, nisi nomine ipsius domini contrahat.*
4 *Approbatio contractus, aut rei pertinentis ad alium fieri potest citra obligationem approbantis.*
5 *Institor non obligat dominum extra res, ad quas fuit præpositus.*

CONSILIVM CCCCXCVIII.

1 AB impetitis absoluendus Eminentiss. D. Cardinalis, quia cum exaduerso non doceatur de aliqua eius obligatione, nec mandato ad obligan-
1 dum, deficit consensus requisitus cum actu, & conceptione verborum, sine quibus obligatio nō substantiatur, Bald. in l. multum interest, num. 4. C. si quis alteri, vel sibi, Surd. conf. 25. num. 10. Seraph. decis. 136. num. 3. & 5.

Nec obstat, quod obligatio oriatur ex litteris magistri domus ipsius D. Cardinalis, tum quia litteræ non concludunt aliquid certum circa confectionem nauiculæ, cum verba, quibus litteræ sunt conceptæ, nempè, mi dà noua della qualità della barca, che il Sig. Cardinale mio hà sentito gusto particolare, che si tiri auanti, possint etiam intelligi de prosequutione tractatus emēdi ab alio nauem iam confectam, non etiam nauem de nouo construendi, seu construi faciendi ab aduersario
2 quamobrem probatio ęquiuoca, ac multipliciter intelligibilis non releuat, Soc. conf. 8. n. 8. vers. quinimmo, lib. 1. Niconit. in repet. rub. ff. de nou. oper. nunciat. num. 78. vers. immò probatio ęquiuoca. Raudens. de analog. cap. 24. num. 22.

Tum etiam quia qualitas officij magistri domus non obligauit hoc casu D. Cardinalem duplici ex capite, altero quia in litteris non fuit expressū nomen officij, sed emanarunt sub nomine proprio
3 scribentis; institor autem nunquam obligat dominum, nisi nomine ipsius domini contrahat, textus est in l. 1. §. non autem ante fin. post vers. quod si ab initio, vers. et hoc specialiter non expresserit, & in l. fin. in princip. ibi, cauit se in refectionem nauis eam accepisse, ff. de exercit. Alex. conf. 44. num. 6. lib. 2. Paris. conf. 93. num. 50. lib. 1. Rota Ianuen. decis. 14. n. 100. vers. septimo. Ronchegall. in l. eamdem, 9. in princip. n. 159. ff. de duob. Reis. Menoch. conf. 98. n. 74. lib. 1. & conf. 119. n. 12. lib. 2.

Siquidem aduersario suffragari nequit, quod in litteris scribens dicat, il Sig. Cardinal mio hà sentito
4 gusto particolare, cum quisque possit habere voluptatem de qualitate contractus, & rei gestæ ab alijs proprio nomine absque eo, quod contractus, aut res gesta re ipsa ad eum spectet. Ioseph Ludou. decis. Lucen. 33. n. 4. & seq.

Altero, quia emptio nauiculæ excedit eas res, ad
5 quas magistri domus censentur præpositi, textus est in d. l. 1. §. non omne, ibi, id est in eam rem, cui præpositus fuit, ff. de instit. Alex. d. conf. 44. nu. 6. lib. 2. Ronchegal. d. l. eamdem, in princip. n. 160. ff. de duob. Reis.

ARGVMENTVM.

An, & quando possit quis propria authoritate scripturam erroneam corrigere in actibus extra iudicium, absque incursu in pęnam falsitatis, vel temeritatis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Falsitas non datur sine immutatione veritatis.*
2 *Falsum non est, quod habet primordium veritatis.*
3 *Falsitas, nec actu, nec habitu nocibilis non punitur, neque etiam extra ordinem.*
4 *Illicitum non omne punitur, sed id demum, quod lex statuit esse delictum.*
5 *Error corrigi non potest propria authoritate in iudicialibus.*
6 *Veritatis primordio stante cessat prætextus temeritatis.*
7 *Dolo cessante in prætenso crimine falsi, non etiam locus est pœnæ ratione prætensæ temeritatis.*
8 *Veritatis primordium quando habet aliquid falsi admixtum, adhuc locus est pœnæ extra ordinem, secus autem cessante huiusmodi mixtura.*
9 *Confessio plurimum potest ad exclusionem doli.*
10 *Correctio dicitur sine dolo, quando nihilominus legi potest id, quod correctum fuit.*

CONSILIVM CCCCXCIX.

Præsupposito, quod in quietantia fructuum societatis, de qua agitur, specificatio temporis præteriti immutata quidem fuerit in tempus venturum propria authoritate, & absque Iudicis licentia, ex interuallo, sed tamen ea specificatio significatiua præsentis scripta fuerit per errorem, absque dubio D. Vincentio licita censenda est huiusmodi immutatio, itaut nec falsitas, nec temeritas aliqua punibilis sibi ascribi possit.

Nulla enim ratione falsitas hoc casu prætendi po-
1 test; quia cum certum sit, nunquam aliquid redargui posse de falso, quando non fuit immutata veritas, l. quid sit falsum, ff. de fals. Auth. de instrum. caut. & fide, in principio, Dinus consil. 38. Castrens. cons. 120. col. fin. lib. 1. Gabr. cons. 169. num. 15. lib. 1. & cons. 175. num. 24. lib. 2. Honded.
2 cons. 99. nu. 37. lib. 2. falsum nec vlla ratione dici potest, quod habet primordium veritatis, textus est in l. cum filius, 78. §. hæres meus, vbi Bart. Alber. Imol. & alij, ff. de leg. 2. Grammat. vot. 26. numero 12. Aym. cons. 46. num. 8. Foller. in prax. crimin. in 2. par. 2. princ. vers. item commisit falsitatem, n. 35. Clar. §. falsum, num. 34. Natt. cons. 132. num. 1. & seq. & num. 6. Gabr. d. cons. 169. num. 15. lib. 1. Honded. con. 99. num. 37. post princip. lib. 2. Surd. cons. 173. n. 50. lib. 2.

Minusque temeritas aliqua potest commissa censeri, quatenus propria authoritate idem D. Vincētius errorem corrigendo, ex interuallo, & sine licentia tempus prædictum immutauit, itaut locus esse possit stellionatui, ac proinde alicui pœnæ extra
3 ordinem, tum quia cum stante primordio veritatis immutatio prædicta, nec actu, nec habitu esset nocibilis, & consequenter sine dolo, neque etiam pœna extraordinaria intrat, ex veriori, & magis recepta Surd. decis. 283. num. 18. & seqq. Honded. d. cons. 109. n. 55. & seqq. lib. 1. Becc. cons. 78. num. 15. & seqq. lib. 1. Farinac. quæst. 150. n. 338. & cons. 60. num. 10. & cons. 179. num. 20. Hect. Felic. allegat. 18. nu. 33. 34. & seq. vbi de communi, & alleg. 19. num. 19. par. 1.

Tum etiam quia non est nouum, quod quædam in-
4 honestè fiant, & tamen vltionem non habeant, quia non omne punitur illicitum, sed id demum, quod lex statuit esse delictum, vt in terminis prætensæ falsitatis dicunt, Bald. cons. 15. num. 1. lib. 1. & Hect. Felic. d. alleg. 18. numero 39. par. 1. quam-
5 obrem quicquid sit in temeritate correctionis erroris propria authoritate in iudicialibus, quo casu loquitur Crauett. d. consil. 46. num. 8. & 10. aliud est in correctione erroris propria authoritate in actibus extra iudiciū, quia vbi in illis correctio propria authoritate est sine dolo, neque etiam locus est pœnæ extra ordinem ex prætextu
6 temeritatis, ex quo vel non datur temeritas, vbi concurrit veritatis concomitātia, Farin. cons. 114. num. 12. post med. vers. quamuis, vel si datur, ne-
7 que etiam punibilis est extra ordinem, cessante dolo requisito pro substātia in crimine falsi, adeo quod dolo non concurrente, neque etiam ex prætextu culpæ locus est pœnæ extra ordinem, vt aduersus Crauett. d. cons. 46. benè comprobat in terminis prætensæ temeritatis idem Hect. Felic. d. allegat. 18 num. 36 & seq.

Nec obstat, quod limitatio falsitatis exclusiua in casu primordij veritatis procedat quoad euitādam pœnam ordinariam, non autem extraordinariam impositionem, ex allegatis per Farin. quæst. 150. num. 108. & add. ad eund. Farin cons. 13. sub lit-
8 tera B. quoniam procedunt in casu, in quo falsitas non habet in totum primordium veritatis, sed veritati aliquid falsum est admixtum, veluti quādo rogatur instrumentum à tabellione, qui talis fuerat verè creatus, sed tamen postea priuatus; hoc enim exemplo huic casui propter deficientiā dictæ mixturæ non applicabili loquuntur Bald. in l. data opera, num. 50 vers. & idem in eo, C. qui accus. Felin. In c. super litteris, num. 30. vers. vndè dicit, de rescript. & Bertaz. cons. crim 168. nu. 5 & seq. lib 1.

Cessatio autem doli manifestissima est hoc casu præ-
9 ter supradicta; non solum enim excluditur, quia ingenuè D. Vincentius fassus est correctionem Becc. d. cons. 78. num. 20. lib. 1.

Sed quia correctio sequuta est tali modo, quod legi
10 nihilominus potest id, quod fuit correctum. Odd loquens in errore correcto cons. 78. nu. 17. in fin. vers. neque hæc correctio, Vulpell. cons. 129. n. 8. Farinac. cons. 164. nu. 1.

ARGVMENTVM.

De exclusione inditiorum pretensæ fraudolentæ emptionis locorum montium, & de reiectione testium.

SVMMARIVM.

1 *De Corpore delicti constare debet, etiamsi Princeps mādet motu proprio contra aliquem procedi.*
2 *Negatiua probatur ex inspectione librorum, in quibus fiunt adnotationes.*
3 *Testis vnicus pro informatione Curiæ examinatus probat contra inducentem.*
4 *Negatiua redditur probabilis, quando proponitur per sensum corporis.*
5 *Testibus præfertur probatio ex publicis documētis.*
6 *Testes ae aud t · a Parte nihil p obant.*
7 *Testes singulares non deponentes circa proxima, & im-*

*& immediate respicientia delictum, non faciunt
inditium.*
8 *Tractatus inclusiuus delicti non præsumitur, sed
indiget liquida probatione.*
9 *Præsumptio ex præsumptione non admittitur in
ciuilibus, neque in criminalibus.*
10 *Actus intelligitur gestus ab aliquo vti ministro,
non vti principali, quando alioquin resultaret
delictum.*

CONSILIVM CCCCC.

ABsoluendus D. Capitaneus Carolus à prætensa
criminalitate occasione prætensæ emptionis lo-
corum montium quadraginta quinque salis secũ-
dæ erectionis, & Communitatũ erectionis primę;
quoniam tantum abest, quod aduersus eum præ-
tendi possit, cõstare de corpore delicti, prout abs-
que dubio in quocumque prætenso crimine re-
1 quiritur, adeout etiamsi Princeps motu proprio
mandaret contra aliquem inquiri, adhuc tamen
intelligi debeat, quatenus cõstet de corpore deli-
cti, & non aliàs, Brunor. à Sole in suo cons.crimin.
nu. 13. & 139. vers. quod licet Princeps, & n. 143.
vers. et hoc adeo verum, Farin. quæst. 2. num. 1. ad
finem.

Vt immò ex eisdem exaduerso productis constet a-
pertissimè de asserto delicto quoad personam di-
cti D. Capitanei Caroli minimè constare, dum ex
attestationibus ipsorum secretariorum montium
prędictorum salis, & Communitatum loca prædi-
cta constat, empta fuisse à D. Luca, non autem à
2 dicto Capitaneo; neque enim dubitandum, quin
negatiua satis probetur ex libris, in quibus solis
huiusmodi emptiones, resignatione illorum me-
diante per secretarios, & non alios adnotantur,
Achill. decis. 9. num. 4. super regulis, Cardin Man-
tic. decis. 32. num. 6. Gregor. decis. 287. num. 1 &
seqq. & in negatiua actorum Rot. decis. 167. nu. 42.
ad med. & decis. 411. nu. 1. & decis. 455. nu. 4. par. 2.
recent.

Nullaque in hoc est difficultas, dum quartus testis
pro informatione Curiæ, & per adhærentes indu-
ctus emptionem dictorum montium factam fuisse
3 à dicto Luca deponit, & quia etiam vnicus testis
pro informatione Curiæ examinatus probat con-
tra inducentem, Farin. cons. 120. num. 10. & cons.
152. num. 8. lib. 2.

Et quia negatiua redditur probabilis sui natura,
4 quando proponitur per medium alicuius sensus,
Rot. decis. 544. n. 8. par. 5. rec.

Neque obstant testes deponentes, loca montium
fuisse empta per Dominum Carolum, & alios
& quia patiuntur exceptiones, de quibus in facto,
5 & quia quoad D. Carolum, & alios præter Lucam
probationes ex publicis documentis præferuntur
testibus, Rot. decis. 215. num. 7. & 8. par. 7. rec.

Et præsertim cum testes, vel nullam reddant causam
6 scientiæ concludentem, vel deponant de solo au-
ditu, immo aliqui de auditu ab eadem Parte ad-
uersa, ex textu in c. licet ex quadam 47. de testi-
bus.

Minusque obstat prætextus, quod dictus D. Capita-
neus deliquerit ex solo tractatu prætensæ em-
ptionis locorum montium pro D. Luca, tum quia
testes pro Curiæ informatione examinati vltra
prædictas exceptiones sunt etiam singulares, ne-
dum respectu loci, quam temporis, sed etiam
circa prætensam montium identitatem; quamob-
7 rem nihil faciunt, dum nec sunt omni exceptio-
ne maiores, nec deponunt super proximis præ-
tenso maleficio, ipsumque delictum immediatè
respicientibus, nec super pluribus, ex quibus ani-
mus Iudicis reddi possit quasi certus de delicto,
vt per Farin. quæst. 37. num. 38. & seqq.

Tum quia cessat omne dubium hoc casu, & quia nõ
etiam testes de pretẽso tractatu aliquid illum in-
ferens deponunt, dum nihil dicunt respiciens ali-
quam qualitatem immixtionis dicti D. Capitanei
in negocio prætensæ emptionis; tractatus autem
8 præsertim quando prætenditur delictum de per
se, indiget liquida probatione, cum de iure non
præsumatur, Farin. cons. 167. nu. 2. lib. 2. Giurb.
cons. 87. ex numero 13. vers. cum nec præsumatur
tractatus.

Tum etiam quia verba, in quibus exaduerso insisti-
tur, quod Lucas iusserit Carolo, pigliate lì quelli
denari, tractatum aliquem respectu ipsius Caroli
inferre nequeũt, dũ nõ probatur, ipsum scientiam
aliquam habuisse, quod emptio dictorum mon-
tium fieret per Lucam dolo, vel malis artibus, &
hæc sciẽtia neutiquam præsumi potest, cum præ-
9 sumptio ex præsumptione nec in ciuilibus, nec in
criminalibus de iure admittatur, Farin. consil. 55.
num. 25. & cons. 114. num. 40. & cons. 127. num. 7.
Rot. post lib. 2. cons. Farin. decis. 267. num. 9.

Dumque iussus Lucæ, quod Carolus pecunias acci-
10 peret, intelligendus est inferre in Carolo nudum
ministerium respectu eius personæ tanquam ne-
potis pro exequutione iussus præcedentis, non
autem, quod Carolus patrui iussum exequere-
tur tanquam in aliquo principalis, iuxta consil.
Baldi 125. num. 2. lib. 5.

FINIS.

INDEX
MATERIARVM.

Admi-

Ani-

B

Ban-

C

Causa

In

Con-

Dele-

E

Episco-

Fama

Fide-

Flu-

I

Litte-

M

tra

Manda-

N

Occi-

Ope-

minori

Per

stificata

Recessus

T

Tra-

V

Vsuras

FINIS.

REGESTVM.

* ** *** ****.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſſ Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.

Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh Iiii.

a b c d e f g h i k l

Omnes ſunt duerniones, præter Iiii, & l. quæ ſunt terniones.

BINDING SECT. JUN 17 1969

BX 1939 C73V4
Vermiglioli, Giovanni Maria
Ioannis Mariae Vermigliolis

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

UTL AT DOWNSVIEW
D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 14 15 09 05 015 6